PRO SCIENTIA POPULIQUE SALUTE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
Septemb 1899 R. W. Gibson Invt

181499 + 200087

W. Saunders.

# FLORA PEDEMONTANA

SIVE

## SPECIES PLANTARUM PHANEROGAMARUM

### IN PEDEMONTE ET LIGURIA SPONTE NASCENTIUM

SECUNDUM CLASSES, ORDINES, GENERA ET SPECIES CUM SYNONIMIS SELECTIS ET BREVIBUS DESCRIPTIONIBUS. INSUPER STIRPUM AETATES, FLORENDI TEMPORA, ET STATIONES NOTANTUR, ICONES SELECTIORES INDICANTUR, VIRES MEDICATAE ET OECONOMICAE ADDUCUNTUR, ET DISTRIBUTIO GENERUM JUXTA METHODUM NATURALEM ADDITIS FAMILIARUM CHARACTERIBUS.

SCRIPSIT

ANT. MAURITIUS ZUMAGLINI

PH. ET M. DOCTOR

In tenui labor.
*Virgil.*

TOM. I.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

AUGUSTAE TAURINORUM

MDCCCXLIX

IMPRESSERUNT JOSEPH FAVALE ET SOCII.

+QK332
.Z85
t.1-2

Sed neque Medorum sylvae ditissima terra
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiae certent: non Bactra, neque Indi,
Totaque thuriferis Panchaja pinguis arenis.
Haec loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertere, satis immanis dentibus hydri,
Nec galeis densisque virum seges horruit hastis.
Sed gravidae fruges, et Bacchi Massicus humor
Implevere: tenent oleae armentaque laeta.
Hinc bellator equus campo se se arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus
Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus aestas:
Bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos.
At rabidae tigres absunt, et saeva leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentis:
Nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias urbis, operumque laborem:
Tot congesta manu praeruptis oppida saxis
Fluminaque antiquos subter labentia muros.
An mare, quod supra, memorem quodque alluit infra?
Anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque
Fluctibus, et fremitu assurgens, Benace, marino?
An memorem portus? Lucrinoque addita claustra?
Atque indignatum magnis stridoribus aequor?
Julia, qua ponto longe sonat unda refuso,
Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis?
Haec eadem argenti rivos aerisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Haec genus acre virum Marsos, pubemque Sabellam
Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos
Extulit: haec Decios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello . . .
Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus:
Magna virum.

*(Virgil. Georg. 2).*

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

CAROLO SIGISMUNDO

**KUNTH**

PROFESSORI BEROLINENSI

MAGNI HUMBOLDTII ADJUTORI

INTER PRINCIPES HUJUS AEVI

REI HERBARIAE SCRIPTORES

SUMMAE OBSERVANTIAE ET ADMIRATIONIS ERGO

LIBRUM SUUM

COMMENDAT ET DICAT

AUCTOR.

OCT 15 1910

## SYNOPSIS CLASSIUM

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Monandria | — | Stamen unicum. |
| 2 | Diandria | — | Stamina duo. |
| 3 | Triandria | — | Stamina tria. |
| 4 | Tetrandria | — | Stamina quatuor. |
| 5 | Pentandria | — | Stamina quinque. |
| 6 | Hexandria | — | Stamina sex. |
| 7 | Heptandria | — | Stamina septem. |
| 8 | Octandria | — | Stamina octo. |
| 9 | Enneandria | — | Stamina novem. |
| 10 | Decandria | — | Stamina decem. |
| 11 | Polyandria | — | Stamina plusquam decem usque mille. |
| 12 | Cryptogamia | — | Plantas comprehendit, quae organis genitalibus apparentibus non gaudent. |

# AD FLORAM PEDEMONTANAM

## PRAEFATIO

Facturus ne operae praetium sim, si plantas quas patria alit, quasque Carolus Allioni, Jo. Baptista Balbis, Ludovicus Bellardi, Joannes Biroli, Franciscus Re, Dominicus Viviani, Ludovicus Colla, aliique viri de re herbaria optime meriti, collegerunt, atque editis libris descripserunt, contracto volumine edidero, nullus profecto erit, qui dubitabit, si secum reputaverit, mirum esse nostris temporibus rerum levium, et futilium neglectum, maximum ex adverso utilium, et fructuosarum atque inexplebile desiderium.

Et nulla quidem superior fuit aetas, qua, ut in hac nostra, omnes homines, ut Marci Tullii utar verbis, majore studio traherentur ad cognitionis et scientiae cupiditatem.

Siquidem res herbaria nostra praesertim aetate tanta cepit incrementa, et tantum hominibus utilitatis attulit, ut rerum naturalium scientiae princeps fortasse pars appellari mereatur. Atque in hac prae omnibus illa scientiae suavitas percipitur, qua nihil est hominibus jucundius.

Re enim vera, nulla paene orbis piaga est, si regiones incognitas, Canadam, Tartariam, Sinarum et Japonensium imperia, et Africam, et novam Hollandiam interiorem excipias, barbarorum terras, quibus gentibus europaeis aditus vel denegatur, vel impossibilis adhuc est, quam rei herbariae studiosi, et docti intrepidique peregrinatores non viderint, ibique plantas non perquisiverint, inventasque memoriae mandaverint.

Hac scientia qui agriculturae, artium omnim altrici, et parenti scienter dant operam, carere non possunt. Nam ministero ejus utiles plantas a noxiis secernunt, libros, qui de illis agunt probe intelligunt, earum vires norunt, et experimentis inveniunt: ortus, vitae, mortis leges, et phaenomena rite expendunt cognitisque inde organis, et functionibus, morbos plantarum praecavent, natos sanant, optime colunt.

Unde parvis sumptibus maximi fructus percipiuntur, qui ultimus agriculturae finis est. Unde agricultura vitae delicium vere dicenda, atque ex illa maxima profluit voluptas de qua optime, et apposite Cicero *(Offic. I, 44)* — Omnium rerum ex quibus aliquid aquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. — Medici rei herbariae cognitione indigent, ut plantas locorum, quibus medicinam exercent, noscant, quarum usum in sanorum, aegrorumque beneficia vertant. Re enim si Hippocrates medicorum, qui naturam investigavcrunt, et studiose contemplati sunt, aetate non solum, sed divino prope ingenio princeps, artisque sacrae stator, medicos ejus loci, quo medicinam facturi sunt curiose aerem, et aquas, et locos inquirere jubet, ut pateat qui morbi hisce causis oriantur, et quibus auxiliis valetudines vel levari, vel penitus sanari queant, et quibus rebus remedia afferenda sint; multo magis plantarum cognitionem aquirere opus est, quibus paene solis et alimenta, et medicamina, et indumenta capiunt homines. Et sicut cum morbo alicui mederi cupis, consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est, sic, et terrae, qua degis proventus, unde remedia, et alia subsidia possis haurire; nam ubi morbus est, ut optime Carolus Strach, ibi probabili conjectura etiam medicina est; quam a plantis plerumque petimus. Et plantas patria fert, quae paucis exceptis, remedia suppeditant exoticis paria: et multas in medecina immerito negligimus, et parum veteribus credimus, qui plantis vires contra varia valetudinum genera utiles tribuunt, quas nos veteres scriptores credulos nimium habentes, neglectis super illas experimentis, sine ulla ratione despicimus. Ac multa nos rustici docent, quae longa experientia didicerunt, quaeque non debemus abiicere, quin imo ad experimenta revocare, quibus plerumque liquet, vulgus de iis quae sub sensus cadunt, quaeque sensu sic dicto communi judicantur, raro falli.

Quod pharmacopolas attinet, eis plantarum colligendadarum natura, habitus, statio cognoscenda ne cum aliis similibus vel plus, vel minus actuosis vel vis plane diversae confundant. At quam pauci hanc scientiam probe tenent! Pharmacopolam quem in hortum ut folia Rhois Toxicodendri colligeret, miseram, folia Salicis Capreae decerpentem maximo timore, et circumspectione longis forficibus, et caput

sollicite avertentem inveni. Alium pro foliis Atropae Belladonnae folia Phytolaccae Decandrae colligere vidi, et multa alia, quibus enumerandis supersedeo.

Sacerdotes, parochos praesertim jucundissima scientia pollere et in patriae plantas inquirere pulchrum, optimumque esset. Siquidem inter cetera, quae in populum conferre possunt beneficia, non ultimum profecto esset illud stirpes utiles, tam in medicina hominum, et animalium, quam in agricultura rusticos docere, ut eis utantur, et noxias ut ab eis caveant. Rustici enim paucioribus, et simplicioribus morbis quam urbani homines vexantur, atque facilius, simplicioribus, magis obviis et minoris sumptus, et ex herbis praecipue petitis auxiliis curantur. Homines enim qui naturae convenienter vivunt paucioribus, minoribus, et levioribus morbis pateant necesse est. Quorsum spectat, ut mihi videtur, pulcherrima illa Ciceronis sententia *(Offic. II,* 19). — Valetudo conservatur notitia sui corporis, et observatione earum rerum, quae aut prodesse soleant, aut obesse, et continentia in victu omni, atque cultu corporis tuendi causa, et praetermittendis voluptatibus, postremo arte eorum, quorum ad scientiam haec pertinent. —

Et multi sane fuerunt, qui religionis ministri rei herbariae dederunt operam atque optimis editis libris inclacuerunt. Inter quos liceat enumerare Carolum Plumerium gallum, fratrem ex ordine minimorum, botanicum regium, et peregrinatorem celeberrimum: Paulum Bocconeum monachum cistercensem, siculum: Joannem Ignatium Molina e societate Jesu, et missioni catholicae in America australi addictum: Joannem Petrum Vaucherum Genevensem verbi divini ministrum: J. C. L. Wredowium: Franciscum Xaverium Vulfenium abatem Clagenfurtensem: Fulgentium Vitmannum monacum valumbrosanum; Joannem Gaudinum pastorem ecclesiae germanicae Nevidunensis; Henricum Julium Tode praeconem sacrum; Ludovicum Immanuelem Schäererum verbi divini ministrum Bernensem; Jacobum Christianum Schäefferum praeconem sacrum Ratisbonensem; Antonium Josephum Cavanillesium professorem rei herbariae Matritensem; Rottlerum Anglum addictum missioni evangelicae in India orientali; Pourretum hispanum abbatem et canonicum S. Jacobi in Galloccia; Petrum Osbekium, praepositum ecclesiarum in Svecia et clarum per Chinam peregrinatorem; Josephum Celestinum Mutisium

Gaditanum demum canonicum Bogotensem (1); Henricum Mühlembergium praeconem sacrum Lancastriae in Pensylvania; Josephum de Loureiro addictum missioni catholicae in Cochinchina; Hans Christianum Lyngbyum sacrum ministrum in Dania; Joannem Lightfootum, clericum in Nottingamia; Ericum Laxmannum praeconem sacrum in Kolywan Sibiriae; L. L. Laestadium verbi divini ministrum et peregrinatorem per Lapponiam; Ernestum Gunnerum episcopum Nidrosiae in Norvegia; Samuelem Goudenoughium episcopum Carleolanum; Ludovicum Feullieum monachum ex ordine minimorum peregrinatorem doctissimum; Jacobum Barrelierum monachum dominicanum et magnum peregrinatorem, etc. etc.

Et nulla magis quam scientia naturae ad summi numinis venerationem, et adorationem homines ducit. Carolus a Linné, ut ceteros silentio praeteream, summus naturae scrutator, et in historia naturali scriptor princeps, reique praecipue herbariae nuperioris stator, religiosissimus fuit, et gravissimis lucubrationibus, sublimibusque mediationibus identidem interceptis, auctorem rerum optimum maximum suspiciebat, atque exclamabat: O Jevoha! Quam magna et mirabilia sunt opera tua!

Unusquisque demum qui honesto fruatur otio, mentis relaxationem gratissimam, tristisque animi curarum levamen requiret, si tempus suum in amabili scientia perdicenda, et colenda consumat. Re enim vera natura in operum suorum varietate et numero magnifica, adeo in plantis splendida, varia, pulcherrima est, ut nulla scientia tantam jucunditatem, et voluptatem amatoribus pariat suis. Hisce si addas facilitatem qua scientiam sibi quisque comparare potest, numerum, varietatem pulchritudinem stirpium ubique obviarum; methodum ingeniosam, quam in philosophia botanica divino afflatus numine condidit summus Linnaeus, qua plantae facillime ad classes, ordines, genera, et species referuntur: vim, elegantiam, perspicuitatem, brevitatem, nervosam, et poeticam sermonis venustatem, aptissimam inventionem, et dispositionem verborum, quibus adamussim respondet dicendarum significatio rerum, et quibus plantarum partes ita adumbrantur, ut vivis coloribus pictae videantur, et statim intelliges, hujus-

(1) s. Fe di Bogota, metropolis Reipubblicae Columbiae in America centrali.

modi scientiam, omnibns qui velint cum dulcibus utilia conjungere esse adamandam, et excolendam, in eaqne assequenda non laborem, sed adsiduam suavissimamque animi delectationem esse.

Praeterea nihil fortasse confert magis ad bene honesteque vivendum quam diligens investigatio et contemplatio naturae. Quapropter qui historiae naturali dant operam homines sunt, perpaucis exceptis, boni, simplices, liberi, temperantes, faciles, integritate vitae, et castimonia morum insignes, atque ut uno dicam verbo, omnium virtutum exercitio clari, indeque beati; nam, ut inquit Cicero (*Tuscul.* 2, 36) — Omnes virtutis compotes beati sunt. —

Verum immensa plantarum congeries ad nostra usque tempora detectarum, et quotidie aucta, et quibus nostra merito superbit aetas, major, quam rei herbariae studiosi in plantis observandis et describendis adhibent, diligentia, error et confusio, quibus scientia nunc laborat, ob libidinem omnia novandi, novasque species describendi, synonimia praeprimis, rem eo perduxerunt, ut scientia multis, et gravissimis prematur difficultatibus, et jam magnitudine laboret sua. Quamobrem opus gravissimum suscepturus, vereor, ne ob rei magnitudinem ingenium viresque deficiant.

Verum enim vero, quamquam ingenium tenue, et vires exiguae sunt, ingens ex adverso animus, et tenax voluntas est, et studii scientiaeque amor, quibus fretus, vitam in gravissimo hoc opere perficiendo impendere constitui: indeque, si me amor suscepti negotii non fallit, patriae profuturum confido.

Liber apud nos opportunus ob sequentes rationes videtur:

1. *Flora pedemontana* Caroli Allionii librum sistit difficillime comparandum, mole incommodum, et non nisi magno praetio redimendum. Systemati, quod secutus est, magna inhaerent vitia. Nam neque commoda systematis naturalis praesefert, neque elegantem, et vividam perspicuitatem et poeticam elegantiam, et facilitatem in plantis inveniendis, ut artificiale Linnaeanum exhibet. Et paupertate liber laborat: nam numerus plantarum in patria nuper detectarum duplo fere major est illo quem Allionius exhibuit. Quod in cryptogamia videre est, quae nostris temporibus maxima cepit incrementa. Et species non nisi enumerantur, non describuntur, exceptis novis. Species itaque cum hoc libro rite determinari non possunt,

2. *Herbarium pedemontanum* Aloysii Collae, viri clarissimi, et de re herbaria optime meriti opus est nimis amplum, et nimio praetio comparandum et mole sua incommodum. Insuper methodo naturali usus tyronibus in scientia adhuc rudibus grave negotium facessit. Methodus naturalis optima omnium profecto est: verum in generali dumtaxat systemate commode usurpatur, quo specierum series continua et perfecta neque interrupta est. In peculiaris regionis flora methodus mihi videtur adhibenda artificialis, qua stirpes inveniri facili negotio queant, quum hic methodi finis ultimus sit. Pauci enim vero illorum qui utuntur floris rei herbariae peritissimi sunt, qui naturali methodo uti facile possint, quippe quae observationem diligentiorem singulorum stirpis organorum requirit, ideoque difficilis sit, et multa meditatione, et curiosa attentione indigeat. Praeterea tot alienigenarum plantarum descriptionem intertexuit, ut liber elenchus potius herbarii sui, quam patriarum plantarum adumbratio apellari mereatur. Specierum in primo volumine non nisi nomina sunt, cum neque phrasim, neque descriptionem attulerit. Et nisi in posterum consilium mutavisset leve subsidium discentibus suppeditasset. Specierum insuper enumerationi pauca praeter Sprengelii phrases addidit, quae non sufficiunt ad plantas rite determinandas, et inter se distinguendas. Icones paucas praeter taurinenses citavit, quod magnum libri vitium est.

3. *Flora Italica* spectatissimi viri Antonii Bertolonii professoris rei herbariae emeriti in universitate bononiensi nostrum explere profecto desiderium posset, quippe quae, et plantas describat in Pedemonte, et Liguria sponte crescentes. Verum hic liber, quamquam omnium sui similium perfectissimus est, non omnem ideo absolvit paginam.

*a)* Non absolutus est, imo ad dimidiam tantum partem perductus, neque aetas auctoris admodum producta spem nobis facit librum omnino absolutum iri.

*b)* Multis voluminibus comprehenditur, quae non nisi magno praetio quisque comparare sibi poterit: et non pauci, quamvis auctor opus suum ad umbilicum perducat, pulcherrimo hoc libro carere malent, quam tanti illum emere.

*c)* Flora italica, ut et valde bona, non exiguo tamen mendo laborat. Descriptiones enim plantarum nimis amplae sunt, ideoque individuae nimis, et mendosae fiunt: quod quamquam prima fronte falsum videri potest, tamen unusquisque

rei probe gnarus hoc a vero non recedere facili negotio experientia adjuvante compererit.

*d)* Ut flora generalis Italiae singularum plantarum stationem exacte non indicat, unde minus commodi percipiunt, qui plantas vivas loco natali colligere amant.

Quamobrem, ut liber perfectior, quam vires sinerent meae, prodiret, sequentia procuravi:

1. *Floram pedemontanam* in paucis et parvis voluminibus contraxi, ut facili negotio gestari quiret, et exigui praetii esset.

2. Ut plantae facilius conquiri possint methodum Linnaeanam secutus hactenus sum; quam ut magis votis compos fierem sic moderatus sum, ut duodecim classes supprimerem. Primus ergo omnium classes inutiles in Linnaeano systemate abstuli. Quod inchoaverunt Carolus Petrus Thumberg, Joannes Fridericus Gmelin, Antonius Joseph Cavanilles, Christianus Enricus Persoon etc.: non perfecerunt. Delevi itaque Dydynamiam, Tetradynamiam, Icosandriam, Dodecandriam, Monadelphiam, Diadelphiam, Polyadelphiam, Syngenesiam, Gynandriam, Monoeciam, Dioeciam, et Polygamiam. Sic enim plantae citius, jucundius, et felicius conquiri, et inveniri queunt.

3. Multam operam consumpsi in distribuendis generibus et speciebus plantarum. Et libro absoluto genera describam juxta methodum naturalem, adiectis familiarum characteribus, ne aliquid desit quod momentosum sit. Atque in hoc libro nihil desiderabis neque artem quae species conquirere docet, neque naturam, quae stirpes juxta adfinitates naturales disponit. Itaque methodum naturalem, cum systemate Linnaeano, et methodo analytica La markii junctam habebis. Quicumque rem herbariam probe callet facili negotio comperit mutationes invectas utilissimas fore ut plantae facilius inveniri possint, et libenter, ut confido, veniam dabunt, si ex magni viri vestigiis recessero. In meliora enim nostra vehementer nititur aetas.

4. Characteres generum immutatos protuli. In floris specialibus fieri non potest, ut generum characteres novi fingantur, nisi de speciebus agatur, quae omnes enumerantur. Ceterum si species etiam exoticae existant nefas erit, et ridiculum, characteres generum mutare. Phrases specierum mutare optimum duxi ubi non aptae erant, et quid armonicum jnter se non praestabant. Non omnes de generibus,

et speciebus mutationes quas nonnulli neotericorum rei herbariae scriptorum introducere studuerunt, adhibui. In generibus perficere nequibam, saltem illis, quae speciebus et indigenis et exoticis constabant. Quod autem species in flora nostra novas attinet, cautus admodum fui in omnibus recipiendis, cum multae non nisi varietates sint: quod probant individui, qui characteribus intermediis pollent. Satius itaque duxi Linnaeum sequi, usque dum aperte de contrario non liqueat. Fateor enim, me, experientia duce, saepius comperisse, Linnaeum vera scripsisse. Et hic homo est, qui omnino Ciceronis encomium de Platone mereatur — Malo errare cum Platone, quam cum aliis vera sentire. — Res herbaria nostra aetate verum Augiae stabulum est, ut novo Hercule, ut repurgetur, indigeat. Characteres generum, et nomina specierum deprompsi ex editione decima sexta systematis vegetabilium, curante Curtio Sprengel, et editione nona generum plantarum ejusdem. Atque ab hoc libro parcissime recedendum putavi nisi aliter res postulare vehementer videretur. Liber enim hic, quamquam ut systema generale plantarum non paucis scatet erroribus, et hodie imperfectus forte est (multae enim plantae ab anno 1827 inde novae descriptae sunt) id nihilominus, ob elegantiam, perspicuitatem, brevitatem, simplicitatem, atque strictam ad philosophiae botanicae canones elaborationem, ad Linnaei masculam illam vim accedit, quibus dotibus omnibus sè commendat praeclarus hic liber: praesentim quod spectat ad plantarum patriarum adumbrationem, quae omnes plerumque bene cognitae, et descriptae sunt. Et hic solus liber inter systemata generalia nostris temporibus perfectus est. Endlicherus non nisi genera dedit. Roemerus, et Schultesii, et Candolleus morte intercepti proh dolor! opera sua perficere non potuerunt. Dieterichius et Kunthius non adhuc absolverunt.

5. Synonimiam non omnibus quidem numeris absolutam elaboravi, sed scriptoribus ante Linnaeum neglectis, quorum synonimiam non omnino in contracto praesertim libro necessariam duxi (plantae enim ab eis descriptae vel probe cognitae sunt, vel si rite adhuc determinatae non sunt difficillime extricari possunt), celebriorum auctorum, et praesertim eorum, qui floras finitimarum regionum scripserunt, accurate notavi.

6. Icones multas citavi, ut liber omnibus utilis esset, etiam

iis qui parva suppellectile libraria pollent, cum non omnibus datum sit, optimas, splendidasque plantarum icones, quae in pubblicis bibliotecis asservantur, consulere.

7. Brevis descriptio essentiales characteres notat, qui in classe, ordine, genere et phrasi non continentur, quique plantam ab alia probe secernunt. Descriptiones, ut potui, ex vivo deprompsi: illas vero, quod attinet, quas vivas describere non potui, in iis describendis optimos scriptores secutus sum Linnaeum, Smithium, Pollichium, Rothium, La markium, Poiretum, Candolleum, Vitmannum, Savium, Bertolonium, Roemerum, et Sculthesium, Whalembergium, Gaudinum etc. Divitiae undique conquisitae sunt.

8. Qui post Linnaeum scripserunt, auctores non citavi, nisi qui genus constituerunt, et speciem descripserunt. His exceptis, qui soli necessarii mihi visi sunt, alios neglexi, Bertolonium diligentissimum ceterum scriptorem non imitaturus, quo quotquot in libris suis plantam retulerunt, citantur. Res plane superflua, et non multis ab hinc annis impossibilis fere cum etiam in hac scientia in immensum crescat librorum numerus.

9. Quod stationes attinet, illas sedulo notare studui cum de stirpibus praesertim sermo esset, quae infrequentes sunt: omissis scriptoribus qui illas ibi invenerunt, neque allegatis eorum libris, ut plerorumque mos est: quae si fecissem liber sine utilitate in molem multo majorem excrevisset.

10. Vitae tempus et inflorescentiae sedulo adnotavi.

11. Usum stirpium oeconomicum paucis verbis attuli: vires autem earum medicas paulo fusius descripsi, non futiles theorias secutus, sed observatione, et experientia magistra rerum et principum in arte virorum auctoritate fretus.

12. Plantas ubique cultas ob comune hominum bonum non neglexi: hasce enim si e flora deleveris pulchrius feracissimae regioni adimes ornamentum.

13. Floras In Europa nimias esse, atque ab illis, quae nullas, aut paucas novas plantas describant, nullo modo rem herbariam juvari, et augeri antiqua quaerimonia est. Quod et de meo libro forte dicendum est. Paucae re vera novae stirpes hic describuntur. Tamen errores non pauci indicantur et varietates multae pro veris speciebus habitae ad suas species reducuntur. Facillimum enim errare est, cum plantae describuntur non vivae, et expluribus indivi-

duis variis locis non collectis, sed ex unico exemplari eoque exsiccato. Ideoque species multae exoticae quas systematici Wildenow, Wahl, Persoon, Roemer, et Schultes, Sprengel, Candolle, Kunth etc. tamquam veras, et distinctas species descripserunt, re melius perspecta, et stirpibus vivis in locis natalibus melius indagatis, quin numero augeantur, forte minuentur. Liber meus stirpes omnes in variis scriptis dispersas in unum corpus disponit: praeter haec in lucidum ordinem distribuit, et characteres ampli, et descriptiones librum faciunt in patria unicum, necessarium, utilissimum medicis, chirurgis, pharmacopolis, agricolis, historiae naturalis amatoribus, quo nemo carere potest, si in patriae divitias inquirere desiderat. Non docentium modo, sed etiam discentium commodis consulere concupivi.

14. Stirpes cryptogamicas, si Deus vitam dabit, peculiari libello describam, qui seorsim prodibit sub titulo *plantae cryptogamicae florae pedemontanae.*

Haec me facturum polliceor. Quodsi doctorum virorum votis non satisfaciet liber, non defuit profecto neque tenax optime faciendi voluntas, neque labor, quem quidem multum in hoc opere elaborando adhibui, sed culpandum ingenium, quod tanto oneri sustinendo impar fuit.

Scripsi Verroni apud Bugellam in Pedemonte IV idus novemb. MDCCCXLVIII.

# FLORA PEDEMONTANA

## GENERA

### CLASSIS PRIMA

#### MONANDRIA

M O N O G Y N I A

A. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Genitalibus discretis.*
b. *Perigonium incompletum.*

1 Salicornia. Cal. integer squamatus, tumidus spicæ ita innidulans, ut post anthesin foveolæ supersint. Cor. 0. Filamentum unicum (aut duo). Anthera subrofunda 2loba. Stylus simplex apice 2vel. 3 fidus, Semen calyci immersum, embryone peripherico.

2 Hippuris. Perianthium subnullum. Filamentum simplex, germini insidens. Anthera subrotunda 2loba. Stylus filiformis, simplex. Achenium albumine carnoso, embryone axili filiformi.

b. b. *Perigonium completum.*

3 Centrantus (*Cand. fl. fr.* 4. 238). Cal. superus limbo integerrimo involuto. Cor. 5 loba calcarata. Stamina longitudine corollae, anthera subrotunda. Stylus filiformis longitudine staminis. Achenium inferum pappo plumoso coronatum.

aa. *Genitalibus accretis.*
*(Gynandria L.).*

o. *Pollen in lobulos sectile elastice cohaerentes.*

p. *Labellum calcaratum.*

4 Orchis. Sepala fornicata ringentia. Labellum calcaratum. Retinacula pollinis in cucullio indiviso juncta.

5 Gymnadenia (*R. Br. in Aiton h. kev. ed.* 2 *V*. 191). Sepala fornicata ringentia. Labellum calcaratum 3fidum. Roſtellum columnae fissum. Retinacula pollinis nuda.

6 Platanthera *(Rich. de Orch. an. t.* 20*)*. Sepala fornicata. Labellum calcaratum indivisum. Rostellum columnae nullum. Retinacula pollinis juncta nuda.

7 Himantoglossum *(Spreng. syst.* 3. 675*)*. Sepala fornicata. Labellum elongatum lineare 3partitum basi saccato-gibberosum, lacinia media 2fida. Retinaculum utrinque pollinis in eodem cucullio conditum.

8 Nigritella *(Rich. l. c.* 19*)*. Perianthium patens. Labellum posticum scrotiforme, calcaratum indivisum. Cucullia loculis dimidiatis.

9 Herminium *(R. Br. l. c.)*. Perianthium erectum, laciniis interioribus longioribus. Labellum basi saccatum. Retinacula nuda distincta, basi membranula subrotunda.

10 Epipogium *(R. Br. l. c.)*. Flos resupinatus sepalis deorsum patentibus. Labellum posticum, inflato — calcaratum, geniculatum 2auritum. Columna genitalium brevis, antice excavata, sursum utrinque dilatata. Anthera retinaculis elongatis. Stigma in media columna.

p. p. *Labellum ecalcaratum.*

11 Serapias. Sepala erecta, conglutinata, lanceolata, acuminata. Labellum basi tuberculatum, 3fidum, lacinia media oblonga acuta, porrecta, reflexa. Columna genitalium elongata, acuta. Anthera antica in media columna, retinaculis basi glandula unitis. Stigma basilare.

12 Ophrys. Sepala 3superiora conniventia, galeata: 2lateralia patentissima. Labellum planiusculum saepe carinatum lobatum. Columna genitalium brevis, obtusa. Anthera terminalis, retinaculis parallelis, cuculliis distinctis. Stigma concavum subbasilare.

13 Chamaerepes *(Spreng. l. c.* 676*)*. Perianthium galeatum. Labellum indivisum utrinque repandum. Columna genitalium brevis. Antherae anticae retinacula discreta nuda.

14 Goodyera *(R. Br. l. c.)*. Sepala 3superiora conniventia, galeata, 2late-

ralia patentia. Labellum inferne gibbosum, basi glanduloso-tuberculatum, sepalis inclusum. Columna genitalium libera, brevis. Antherae lobi absque retinacalis apice glandula juncti. Stigma anticum apice 2crure.

oo. *Pollen farinaceum.*

p. *Labellum calcaratum.*

15 LIMODORUM. Sepala 5 erecta: supremum oblongum lateralia angusta. Labellum geniculatum, calcaratum, ovale, columnae leviter adnatum. Columna genitalium elongata, antice canaliculata, superne subalato-marginata. Anthera terminalis operculiformis.

p. p. *Labellum ecalcaratum.*

16 EPIPACTIS *(Rich. l. c. 21).* Perianthium patens. Labellum medio articulatum, basi concavum, lamina expansa. Columna genitalium brevis apice obtusa, integerrima sub stigmate utrinque denticulis obtusis aucta. Anthera terminalis. Pulvis pollinis quaternatim cohaerens.

17. CEPHALANTERA *(Rich. l. c. 21).* Perianthium connivens: sepala exteriora majora. Labellum medio articulatum, basi concavum, lamina 3loba. Columna genitalium apice obtusa, sub anthera contracta. Antherae loculi lineares, curvati. Pulvis pollinis farinaceus, simplex.

18 NEOTTIA *(Rich. l. c.).* Perianthium subconnivens, sepalis aequalibus. Labellum patens, aut deflexum, 2fidum. Columna genitalium brevis, apice 2fida; crusculo postico antheram, antico stigma gerente. Massae pollinis glandula junctae. Pulvis farinaceus quaternatim cohaerens.

19 SPIRANTES *(Rich., l. c.).* Spica spiratiim torta. Sepala superiora 3 conniventa, duo lateralia patula. Labellum obovatum integrum. Columna genitalium apice laminata. Anthera subterminalis. Massae pollinis glandula junctae.

ooo. *Pollen demum cereum.*

*Massae quaternae. Labellum planum.*

20 CORALLORHIZA. Sepala 3 superiora subpatula, fornicata basi cohaerentia: 2 inferiora basi in saccum aut calcar obtusum confluentia. Labellum 3lobum, lobo medio maximo ad basim 2costato. Columna libera obtusa. Anthera terminalis. Massae pollinis 2geminae glandula oblonga junctae.

21 LIPARIS *(Rich., l. c. 38).* Sepala libera patentia aequalia. Labellum ad basim columnae sessile plerumque indivisum, canaliculatum apice reflexum. Columna oblonga subinflexa superne marginato-alata. Massae pollinis sine retinaculis glandulaque.

B. *Floribus monoecis.*

22 NAJAS. Mas. Cal. sub 2lobus, aut o. Cor. o. Anthera sessilis oblonga 4locularis. Foem. Cal. o. Cor. o. Stigma 3fidum. Cap. 1sperma.

DIGYNIA

a. *Floribus hermaphroditis.*

p. *Perigonium completum.*

*Flores glumacei.*

23 PSILURUS *(Trin. fundam. agr. 93).* Spiculae 1florae (sub 2florae) in spica articulata. Cal. 1-2valvis: valvae laterales corolla breviores. Cor. 2valvis, valva exteriore apice subaristata. Styli penicillares.

pp. *Perigonium incompletum.*

x. *Cal. 3fidus.*

24 BLITUM. Cal. 3fidus post anthesim in baccam turgens. Cor. o. Filamentum setaceum. Anthera didyma. Styli capillares, stigmatibus acutis. Utriculus 1spermus, calyce cinctus. Embryo periphericus.

xx. *Cal. 2sepalus.*

25 CORISPERMUM. Cal. 2sepalus. Cor. o. Filamentum simplex anthera ovali. Styli capillares stigmatibus acutis. Caryopsis compressa, embryone peripherico.

aa. *Floribus monoecis.*

26 CALLITRICHE. Cal. o. Cor. 2petala, petalis incurvis canaliculatis. Filamentum simplex subrecurvum: anthera didyma. Styli capillares. Caps. quaternae, hinc alatae, 1spermae. Embryo inversus, dicotyledoneus in albumine.

27 ZOSTERA. Flores androgyni. Spadix planus in vaginis foliaceis, genitalibus sparsis obtectus. Filamentum brevissimum. Anthera cylindrica 1locularis, polline fibrillis ramulosis mixto. Stigmata duo capillaria. Nucula striata. Embryo dicotylodoneus, incurvus.

28 CAULINIA *(W. act. Berol. 1798, 87).* Perianthium nullum nisi vaginulae brevissimae. Anthera sessilis apice denticulata. Styli capillares. Caryopsis.

TETRAGYNIA.

29 ZANNICHELLIA. Perianthium o. Filamentum elongatum. Anthera 4locularis. Germina subquina squamis suffulta. Styli persistentes, stigmatibus dilatatis. Nuculae muricatae.

# CLASSIS SECUNDA

## DIANDRIA

### Monogynia

A. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Genitalibus discretis.*
I. *Perigonium completum-corolla monopetala.*
z. *Regularis.*
x. *Cal.* 5*dentatus.*

30 Jasminum Cal. tubulosus 5-8dentatus, vel partitus aut 5-8fidus persistens. Cor. hypocrateriformis tubo elongato, limbo plano 5-8partito. Filamenta brevia intra tubum corollae. Antherae ovales. Stylus simplex, stigmate 2lobo, aut 2fido. Bacca didyma, lobo altero saepe abortiente. Embryo erectus, cotyledonibus ovatis.

xx. *Cal.* 4*dentatus.*
1. *Bacca.*

31 Ligustrum. Cal. tubulosus abbreviatus 4dentatus. Cor. infundibuli-formis, tubo calycem superante limbo 4partito. Filamenta brevia tubo corollae inserta. Antherae 2loculares. Stylus brevissimus stigmate 2fido obtuso. Bacca globosa 2locularis loculis 1-2spermis. Albumen duriusculum. Embryo inversus.

32 Phillyrea. Cal. tubulosus abbreviatus, 4dentatus. Cor. breviter campanulata 4fida. Stamina subexserta, filamentis brevibus, antheris erectis. Stylus simplex stigmate crassi-usculo. Bacca globosa 2locularis, loculo altero saepe abortiente. Semen unicum, albumine sub farinaceo, embryone inverso.

2. *Drupa.*

33 Olea. Cal. tubulosus abbreviatus 4dentatus. Cor. breviter campanulata limbo 4partito plano. Stamina subexserta, filamentis brevibus, antheris erectis. Stylus simplex, brevissimus: stigma 2fidum laciniis emarginatis. Drupa 2locularis, loculo altero abortiente. Nux oblonga: albumine subcarnoso, embryone inverso.

3. *Capsula.*

34. Syringa. Cal. tubulosus abbreviatus, 4dentatus persistens. Cor. infundi-buliformis, tubo elongato, limbo 4partito. Stamina filamentis brevissimis, antheris ovalibus intra tubum. Stylus filiformis, stigmate crassiusculo 2fido. Caps. oblonga 2locularis 2valvis, valvis dissepimento contrariis.

zz. *Cor. irregularis.*
o. *Capsula.*
f. *Cor. subrotata.*

35 Veronica. Cal. 4-5partitus. Cor. subrotata 4loba lobo quarto angustiori. Stamina fauci inserta. Stylus filiformis, stigmata capitata. Caps. 2locularis obcordata, polysperma, dissepimento in verticales sibi impositàs placentas abeunte, aut placenta demum libera. Embryo in albumine erectus.

ff. *Cor. personata, resupinata.*
*Cal.* 5*partitus.*

36 Gratiola. Cal. 5partitus bracteatus, vel basi nudus. Cor. resupinata, tubo calycem excedente, limbo 4partito, lobo superiori emarginato latiori, reliquis aequalibus. Staminum filamenta 4 quorum 2 sterilia. Stylus simplex, stigmate 2lamellato. Caps. 2locularis, dissepimento medio placentifero, valvis parallelo.

fff. *Cor. ringens, calcarata.*
*Cal.* 2*partitus.*

37 Pinguicola. Cal. 2labiatus, labio sup. 3inferiore 2partito. Cor. ringens calcarata: labio superiore 2lobo vel emarginato inferiore 3lobo. Stamina brevissima germini adstantia. Antherae globosae. Stylus brevissimus, stigmate 2lobo, lobo inferiori incrassato. Caps. 1locularis, polysperma: placenta globosa, libera: semina cylindrica.

38 Utricularia. Cal. 2partitus, coloratus, deciduus. Cor personata, calcarata, palato prominulo, labio sup. erecto, inf. declinato. Stamina filamentis brevissimis incurvis, antheris cohaerentibus. Stylus brevis, stigmate 2labiato, labio inferiori latiori. Caps. 1locularis polysperma, circumscissa, operculata; placenta libera, globosa.

oo. *Caryopses* 4. *nudae in fundo calycis.*
m. *Cor. tubulosa.*

39 Lycopus. Cal. tubulosus 5fidus. Cor. sub tubulosa 4loba lobo superiori latiori emarginato. Stamina filamentis simplicibus, antheris erectis, 2locularibus. Stylus simplex, stigmate 2fido. Caryopses ut in Salvia.

mm. *Cor.* 2*labiata.*

40 Salvia. Cal. tubulosus, vel 3lobus ampliatus, vel 3dentatus subcylindricus, vel tubulosus, ore 2labiato, labio superiori 3inferiori 2dentato. Cor. tubulosa ringens. Labium superius galeatum, inferius 3fidum, lobo medio majori. Stamina ascendentia (raro declinata) filamentis tubo corollae insertis appendiculatis, seu infra medium processibus glanduliferis, antheris oblongis. Stylus filiformis, stigmate 2fido, acuto. Germina nectario (gynoba-

si) suffulta, styli basim circumstantia. Caryopses quaternae in fundo calycis seminibus exalbuminosis, embryone recto.

41 ROSMARINUS. Cal. tubulosus, ore 2labiato, labio superiori integro (abster-so tomento est manifeste 3fidum Zum.), inferiori 2fido. Cor. ringens, labio superiori 2partito, inferiori 3fido. Stamina corolla longiora, filamentis simplicibus. Stylus simplex, stigmate acuto. Caryopses ut in Salvia.

mmm. *Cor. 2petala.*

42 CIRCAEA. Col. 2partitus superus coloratus. Cor. 2petala, petalis emarginatis. Stamina erecta, antheris 2locularibus. Stylus simplex stigmate 2capitato. Caps. obovata, setis uncinatis hispida 2locularis, loculis 1spermis. Semina embryone erecto.

2. *Perigonium incompletum.*

1. *Flores spicati.*

43 CLADIUM (*Schrad. fl. germ.* I. 75). Spiculae undique imbricatae, 1-2florae, squamis infimis vacuis. Stamina 2-3antheris erectis 2locularibus. Stylus capillaceus, stigmatibus hirsutis. Nucula putamine duplici.

2. *Flores non spicati.*

44 SUFFRENIA (*Bellard. act. taur.* 7). Cal. tubuloso-campanulatus, 4fidus, dentibus 4minimis ad sinus. Cor. o. Stamina tubo calycis inclusa. Stylus filiformis stigmate capitato. Caps. 2valvis demum 1locularis, septo ad apicem evanido: semina numerosa.

45 LEMNA. Perianthium spathaceum, membranaceum. Stamina filamentis simplicibus subcurvatis. Antherae didymae subglobosae extus dehiscentes. Stylus stigmate obtuso. Utriculus 1-spermus.

aa. *Genitalibus accretis*
(Gynandria L.)

46 CIRIPEDIUM. Sepala distincta patula, saepe superiora connata, galeata, duo lateralia divaricata. Labellum inflatum. Columna superne 3fida, lobis lateralibus antheriferis, medio sterili glanduloso. Pollen granulosum.

B. *Floribus dioicis.*

47 SALIX, Flores amentacei plerumque dioeci. Squamae ut plurimum diandrae. Stamina filamentis simplicibus antheris erectis 2locularibus. Stylus simplex vel o. Stigmata 2 simplicia, vel divisa. Glandula nectarifera basilaris. Caps. 2valvis, semina basi pilosa, valvis adhaerentia exalbuminosa. Embryo erectus.

C. *Floribus polygamis.*

48 FRAXINUS. Cal. 4partitus aut. o. Cor. 4petala, 4partita, aut o. Stamina brevia, antheris ovatis, 2locularibus, extus dehiscentibus. Stigma subsessile 2fidum. Fructus 2locularis, compressus apice alatus, sub 1spermus.

DIGYNIA.

49 ANTOXANTHUM. Panicula spicaeformis. Cal. 2valvis 3florus. Cor. 2 inferiores neutrae, univalves aristatae, media 2valvis perfecta, mutica, valvis inaequalibus acutis. Stamina filamentis capillaribus, antheris 2locularibus. Styli 2 hirsuti.

## CLASSIS TERTIA

### TRIANDRIA.

#### MONOGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis.*

1. *Capsula infera.*
a. *Cor. 5loba.*
b. *Semina papposa.*

50 VALERIANA. Cal. brevissimus margine integerrimo. Cor. tubulosa basi gibba, limbo regulari 5lobo (rarius 3lobo). Stamina fauci corollae inserta, antherae 2loculares. Stylus simplex, stigmate plerumque 3fido. Achenium pappo plumoso.

bb. *Semina nuda.*

51 FEDIA (*Mönch. meth.* 486) Cal. dentatus persistens. Cor. tubulosa limbo 5lobo subregulari. Stamina fauci corollae inserta. Antherae 2loculares. Stylus simplex, stigmate 3fido. Caps. 3locularis, loculis duobus crassis calice acuto coronata.

aa. *Cor. 6partita.*
z. *Pistillum petaloideum.*

52 IRIS. Spatha 2valvis persistens. Cor. basi tubulosa nectarifera, limbo 6partito, laciniis alternis saepe barbatis. Pistillum petaloideum 3fidum, stigmatibus plicas in exteriore laciniarum facie referentibus. Caps. 3locularis polysperma. Semina angulata.

zz. *Pistillum parvum.*
o. *Stigma indivisum.*

53 GLADIOLUS. Spatha 2valvis subherbacea. Cor. 6partita subringens. Stamina ascendentia, antheris supra basim dorso affixis. Stigmata 3latiuscula, recurva. Caps. oblonga 3gona. Semina alata.

oo. *Stigmata 2partita.*

54 TRICHONEMA *(Ker. in an. of Bot.* I. 222). Spatha subherbacea, valva altera elongata. Cor. tubus brevissimus, limbus campanulatus regularis, 6partitus. Stamina tubi ori imposita, filamentis pilosis. Stigmata 2-3partita, gracillima. Caps. membranacea, semina plurima globosa.

ooo. *Stigmata 3indivisa.*

55 CROCUS. Spatha 1phylla. Cor. tubus longissimus, limbus regularis 5partitus. Stamina corollae inserta, antheris sagittatis erectis. Stylus filiformis, stigmatibus 3 dilatatis, serratis, aut incisis. Caps. 3locularis, polysperma. Semina subglobosa.

2. *Fructu supero.*

a. *Perigonium completum: Drupa.*

56 CNEORUM. Cal. 3-4dentatus, persistens. Cor. 3-4petala. Receptaculum haemisphericum. Stylus prismaticus. Stigma 3fidum. Drupae baccatae coadunatae, putamine 2loculari, loculis 1spermis. Embryo conduplicatus.

aa. *Perigonium incompletum*

o. *capsula.*

57 ORTEGIA. Cal. 5sepalus. Cor. o. stamina 3fertilia, 2sterilia plerumque squamaeformia. Stylus simplex, stigmate capitato vel 3fido. Caps. 1 locularis. apice 3fariam dehiscens. Semina funiculis umbilicalibus capillaribus ad fundum capsulae haerentia.

oo. *utriculus.*

58 POLYCHNEMUM. Cal corollinus 5sepalus bracteis 2suffultus. Stamina 3aut 5filamentis basi subcoadunatis, antheris 2locularibus. Stylus brevissimus, stigmate 2fido. Utriculus 1spermus, apice marginatus.

aaa. *perigonium* o.

59 POSIDONIA. (*Köniq. an. bot.* 5. 96). Perianthium o. nisi filamenta dilatata calycina persistentia basi extus anthérifera. Antherae adnatae lobis basi solutis. Stigma sessile villosum. Bacca 1sperma.

3. *Cyperi. Perianthium* o *nisi squamae. Flores spicati. Culmi enodes.*

a. *Corolla duplex.*

60 ELYNA. (*Schrad. flor germ.* I. 155). Squamae undique imbricatae 1florae. Perianthium duplex, utrunque 1valve: exterius majus, interius angustius genitalia involvens. Stylus capillaris, stigmatibus 3. Caryopsis nuda.

aa. *Perianthium* o.

b. *Stylus persistens.*

61 RHYNCOSPORA. (*Vahl. enum.* 2. 229. Squamae in spicam imbricatae, inferiores vacuae. Perianthium o. Stylus basi persistens, caryopsyn late coronans. Stigmata 2. Setae hypogynae.

62 FIMBRISTYLIS. (*Vahl. enum* 2. 235. Squamae in spicam undique imbricatae, omnes fertiles, dein caducae., Perianthium o. Stylus 2fidus, basi compressus, ciliatus. Setae hypogynae o. Caryopsis basi styli coronata.

bb. *Stylus deciduus.*

o. *Semina nuda.*

z. *Stylus simplex.*

63 SCHOENUS. Squamae in spicam congestae, 1florae, inferiores vacuae. Perianthium o. Stylus simplex deciduus stigmatibus duobus, aut tribus. Caryopsis nuda, quandoque basi setis suffulta.

zz. *Stylus 2-3fidus.*

64 SCIRPUS. Squamae in spicam undique imbricatae, omnes floriferae. Perianthium o. Stylus 2 3fidus subdeciduus. Setae hypogynae aut o.

65 CYPERUS. Valvae 1florae in spicam distícham dispositae; inferiores nonnumquam vacuae. Stylus deciduus 2vel 3fidus. Setae hypogynae o. Caryopsis nuda triquetra, aut compressa.

oo. *Semina lana longa cincta.*

66 ERIOPHORUM. Squamae 1florae undique in spicam congestae. Perianthium o. Stylus deciduus. Lana longissima semem cingens.

4. *Flores glumacei.*

67 NARDUS. Flores spicati 1laterales in rachi excavata. Cal. o. Cor. 2valvis involuta, cum semine connata.

B. *Floribus monoceis.*

a. *Flores androgyni in cavo receptaculi carnosi.*

68 FICUS. Receptaculum carnosum clausum, apice pervium androgynum. Flosculi pedicellati, masculi 3partiti, stamina 3. Feminei 4-8partiti. Stylus lateralis 2fidus. Semina in pulpa receptaculi nidulantia, utriculata.

aa. *Flores diclini super amento globoso.*

69 SPARGANIUM. Amenta globosa, mascula superiora: loco perianthii squamae simplicissimae obtusiusculae. Filamenta filiformia. Antherae oblongae 2loculares extrorsum dehiscentes.

Amenta feminea inferiora. Loco perianthii squamae ternae aut quaternae acutiusculae. Stylus simplex acutus. Stigma laterale elongatum. Druypa operculata, striata 1-2sperma.

aaa. *Flores glumacei.*

x. *Flores masculi spicati, foeminei solitarii.*

70 COIX. Flores masculi superiores spicati. Cal. 2valvis, 2florus. Cor. 2valvis, valvis inaequalibus. Squamae ad

basim filamentorum minimae obtusae. Antherae elongatae 2loculares, loculis apice divergentibus.

Flores feminei subsolitarii. Involucrum globosum durescens apice foratum. Cal. 2valvis, valvis ovatis, concavis, acutis: altera coriacea. Cor. similis. Squamae hypogynae clavatae. Valvae exteriores binae abortientes. Stylus 2fidus. Stigmata plumosa. Semen subglobosum rostratum.

xx. *Flores musculi paniculati, foeminei dense spicati.*

71 Zea. Flores masculi superiores paniculati. Cal. 2valvis, 2florus, vel gemini, 1flori. Cor. 2valvis mutica. Squamae ad basim filamentorum duae truncatae. Antherae elongatae lineares 2loculares.

Flores feminei inferiores dense spicati. Cal. o. Cor. o. Squamae hypogynae imbricatae, obtusae hyalinae. Stylus simplicissimus, longissimus. Semen crassum scutello maximo.

aaaa. *Flores squamacei in spicam congesti.*

72 Carex. Spicae monoecae saepe androgynae raro dioecae. Masculi squamae simplices. Filamènta capillaria, exserta. Antherae lineares erectae, apice submuronatae.

Foeminei squamae simplices. Perianthium 1phyllum saepius apice incisum aut 2fidum persistens. Stylus 2-3partitus, superficie stigmatica hirsuta. Achenium, seu nucula.

C. *Floribus dioicis, vel polygamis.*

a. *Staminibus liberis.*

x. *Perigonium incompletum.*

73 Osyris. Flores dioeci, vel polygami. Cal. 3fidus turbinatus, persistens. Annulus nectacrifer 3gonus. Stamina filamentis brevissimis, antheris subrotundis. Stylus simplex, stigmate 3partito. Drupa globosa 1sperma.

xx. *Perigonium completum.*

74 Empetrum. Flores saepe polygami. Mas. involucrum 5-6partitum. Cal. 3partitus. Petala 3 obovata. Filamenta subulata exserta. Antherae didymae. Foem. aut hermaphrodit. Involucrum 3-4partitum. Cal. 3partitus. Petala 3 obovata. Stylus o. Stigmata plura, radiata, fimbriato-lacera. Bacca 3-6sperma.

aa. *Staminibus per filamenta cohaerentibus.*

75 Ruscus. Flores dioeci aut polygami. Cal. inferus corollinus 6-partitus, aut 6sepalus. Tubus antherifer cylindricus truncatus, coloratus. Antherae terminales, sessiles basi coalitae. Stylus columnaris, stigma obtusum. Bacca globosa, 3locularis, loculis 2-spermis.

## DIGYNIA

### GRAMINA

I. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Calyces uniflori.*

b. *Pánicula coarctata spicae formis.*

x. *Corolla subunivalvis.*

76 Alopecurus. Fasciculi florum spicati. Cal. 2valvis corollam aequans; valvae subconnatae muticae, vel subulatae. Cor. sub 1univalvis infra medium aristata, styli connati. Squamae hypogynae o.

xx. *Cor. bivalvis.*

1. *Mutica.*

z. *Valvae calycinae truncato-mucronatae.*

77 Phleum. Fascisculi florum spicati. Cal. 2valvis corollam superans: valvae naviculares truncato-mucronatae. Cor. 2valvis truncata mutica. Squamae hypogynae. Nonunquam, et filum tenuissimum ad basim corollae alterius.

zz. *Valvae calycinae acutiusculae*

78 Phalaris. Fasciculi florum spicati. Cal. 2valvis corollam superans; valvae carinatae acutiusculae. Cor. 2valvis coriacea. Rudimentum corollae alterius vel subbivalve, vel penicilliforme, vel calli specie. Caryopsis corolla tecta.

2 *Aristata.*

x. *Corolla basi nuda.*

79 Polypogon. (*Desf. Fl atl.* I. 66). Panicula pyramidalis subcontracta. Cal. 2valvis membranaceus, corolla major: valva utraque apice aristata. Cor. 2valvis valva altera e dorso aristata. Squamae hypogynae o. Caryopsis nuda.

xx. *Corolla basi pilosa.*

80 Gastridium. (*Pal. Beauv. agr* 21). Fasciculi florum paniculato-spicati. Cal. 2valvis, basi ventricosus, corolla major. Cor. callo insidens, pilis stipata, 2valvis, coriacea; valva inferiore 3-4dentata, sub apice aristata, superiore 2fido-dentata.

bb. *Panicula subspicato-capitata.*

x. *Calyx-nudus.*

81 Crypsis. (*Aiton. Hortus Kev. edit* I. I. 48). Fasciculi florum spicati, vel capitati. Cal. 2valvis, valvis carinatis inaequalibus muticis. Cor. 2valvis: valvis hyalinis inaequalibus muticis. Semen liberum.

xx. *Calyx plumosus.*

82 Lagurus. Fasciculi florum subcapitati. Cal. 2valvis acuminato-cuspidatus, plumosus. Cor. 2valvis calyce minor: valva altera 2seta dorso aristata. Rudimentum alterius corollae cylindricum.

bbb. *Racemus compositus.*

83 Lappago. (*Schreb. in Lin. gen.* 4. 131. Racemus subcompositus. Flosculi inversi. Cal. 2valvis valvis inaequalibus, superior coriacea, uncinatomuricata. Cor. 2valvis: valvae inaequales inferiore superiorem teneriorem involvente. Squamae hypogynae. Caryopsis corolla calyceque tecta.

bbbb. *Spica solitaria.*

84 Hordeum. Flores seriatim spicati, saepe polygami, laterales masculi. Involucrum setis duabus. Cal. 2valvis valva inferiore longe-aristata. Cor. o. Squamae hypogynae. Semen corticatum, vel nudum.

bbbbb. *Spicae plures digitatae.*

85 Digitaria. (*Scop. fl. car. edit.* 2. 1. 52. Spicae fasciculato-digitatae, flosculi unilaterales. Cal. 2valvis corolla minor. Cor. 2valvis oblonga chartaceo-coriacea: valva inferior mucronata vel setigera superiorem augustiorem includens. Rudimentum pedicellatum subclavatum corollae alterius. Squamae hypogynae. Semen liberum, vel corticatum.

bbbbbb. *Panicula dilatata.*

x. *Corolla nulla.*

86 Leersia. (*Sw. prod·* 21). Panicula laxa pedicellis sub flore articulatis. Cal. herbaceo-coriaceus, compressus, valva inferior navicularis superior augusta. Cor. o. Squamae hypogynae. Caryopsis calyce tecta compressa.

xx. *Flores corollati.*

z. *Corolla callo vel pilis suffulta.*

87 Agrostis. Panicula varia. Cal. 2valvis acutiusculus, muticus cor. aequans, vel superans. Cor. 2valvis callo saepe insidens, vel basi pilis brevibus suflulta: valva altera saepe obsoleta, aut o, altera aristata vel mutica. Squamae hypogynae minimae. Caryopsis libera.

88 Calamagrostis. Panicula effusa· Cal. 2valvis corollam aequans, vel superans. Cor. 2valvis, basi pilis cincta: valvae apice dentatae, altera sub apice aristata. Caryopsis libera·

zz. *Corollà basi nuda·*

89 Milium. Panicula varia. Cal. 2valvis herbaceus, corolla major. Cor. 2valvis, demum cartilaginea, mutica, vel valva altera aristata· Caryopsis corolla tecta.

90 Stipa. Panicula utplurimum effusa. Cal. 2valvis membranaceus, herbaceus, corollam aequans, vel superans. Cor. callo insidens, 2valvis: valva altera demum indurata alteram involvens apice in aristam basi articulatam tortilem plerunque longissimam abiens. Caryopsis corolla obtecta.

aa. *Calyces bi-triflori.*

o. *Calyx extus longe pilosus.*

91 Saccarum. Panicula effusa, articulis 2floris, flosculo altero sessili, altero pedicellato. Cal. lanugine involcuratus 2valvis· Cor. perfecta 2valvis mutica: valva inferiore interdum obsoleta, nonumquam aristata. Cor. imperfecta 1valvis hyalina. Squamae hypogynae. Caryopsis libera.

oo. *Calyx glaber*:

1. *Spica.*

x. *Semen laeve.*

92 Secale. Fores spicati. Cal. 2valvis 2florus. Cor. 2valvis: valva inferiore aristata: Caryopsis libera.

xx. *Semen rostratum.*

93 Rottbolla. Spica articulata, articulis 1-2floris: flosculi scrobiculis racheos immersi. Cal. 2florus, saepe geminus, masculus, et androgynus, 1aut 2valvis. Cor. perfecta 2valvis hyalina mutica. Cor. mascula vel neutra 1aut 2valvis hyalina mutica. Caryopsis rostrata.

2. *Spica composita.*

94 Orthopogon. (*R. Br. prodr. edit.* 2. 1. 50). Spica composita. Cal. 2florus 2valvis: valvae subaequales, inaequaliter aristatae. Cor. perfecta 2valvis, mutica demum indurata. Cor. imperfecta 1-2valvis mutica. Caryopsis corticata.

3. *Panicula spicata. Calyx involucratus longe setosus.*

95 Setaria. (*Pal. Beauv. agr.* 51). Panicula spicata involucrum 2vel multisetum. Cal. 2florus 2valvis valva altera plerumque minore· Cor. perfecta 2valvis mutica persistens, cor. neutra 1-2valvis mutica.

4. *Panicula contractà.*

x. *Semen bimucronatum.*

96 Molinia. (*Schrank. Bayr. fl.* 336). Flores paniculati. Cal. 2valvis, sub 3florus, flosculis multo brevior. Cor. 2valvis valvis inaequalibus acutis. Squamae hypogynae obovatae. Caryopsis libera, apice 2mucro-nuiata.

xx. *Semen laeve.*

97 Melica. Panicula racemosa. Cal. laxus, 2valvis, coloratus, vel scariosus, flosculos aequans, superans, vel parum brevior. subtriflorus. Cor. perfecta una aut altera valvis muticis membranaceo-cartilagineis. Cor. abortiens terminalis una aut altera 2valvis, aut 1valvis, mutica subpedicellata. Caryopsis corolla tecta.

5. *Panicula plerumque dilatata.*

x. *Semen liberum.*

98 Aira. Panicula. Cal. 2valvis 2florus.

Cor. 2valvis mutica, vel aristata· Caryopsis libera.

xx. *Semen corticatum.*

99 PANICUM. Flores racemoso-spicati, vel paniculati. Cal. 2florus, 2valvis, valva altera plerumque minore. Cor. perfecta 2valvis, mutica, demum indurata. Cor· neutra 1valvis, mutica. Semen corticatum.

aaa. *Calyces multiflori.*

I. *Corollae basi barbatae.*

o. *Valva exterior triaristata.*

100 DANTHONIA. ( *Cand fl. fr.* 3. 32). Racemns, vel panicula. Cal. 2valvis multiflorus flosculos aequans, vel superans. Cor. inferne barbatae valva exteriore 3aristata, arista media dissimili tortili.

oo. *Valva interior demum tricuspidata.*

101 ARUNDO. Panicula patula. Cal. multiflorus 2valvis, valvis subaequalibus. Cor. 2valvis callo insidens, basi pilis cincta: valva inferior apice mucronato-dentata sub apice setigera. Caryopsis tecta.

2. *Corollae laeves.*

x. *Calyx univalvis supremus tantum bivalvis.*

102 LOLIUM. Flores spicati. Cal. 1valvis multiflorus. Cor. 2valvis, valva inferior mutica, vel aristata. Achenium corolla involutum.

xx. *Calyx bivalvis.*

z. *Spiculae involucratae.*

103 CYNOSURUS. Spica racemosa, seu racemus spicatus. Spiculae subsecundae involucello pinnato suffultae. Cal. muticus 2valvis. Cor. 2valvis, valva inferlor longior, cuspidata. Caryopsis nuda subrostrata.

zz. *Spiculae nudae.*

p. *Valvae corollinae muticae.*

I. *Aequales.*

104 POA. Panicula varia, spiculis ovatis, vel lanceolatis. Cal. 3multiflorus (in Poa nemorali, et alpina 2florus Zum.) 2valvis flosculis breuior. Cor. 2valvis mutica. Caryopsis libera.

105 BRIZA. Panicnla varia, spiculis cordato-ovatis. Cal. multiflorus valvis obtusis. Cor. valva inferior ventricosa cordata, superior subreversa, utraque mutica.

2. *Valva inferior trifido-dentata.*

106 Glyceria. (*R. Br. prodrom. ed.* I. 179 ). Panicula effusa, spiculis teretibus. Cal. 2valvis flosculis longe brevior: valvis obtusis, margine hyalinis. Cor. 2valvis: valva inferiore sub erosa, utraque obtusa, margine hyalina. Squamae hypogynae obcordatae coalitae. Caryopsis libera.

pp. *Valvae corollinae muticae aut aristatae.*

q. *Spicula rachi obversa.*

107 TRITICUM. Spica, aut racemus spicatus. Cal. 2 vel multiflorus, valvis muticis, vel mucronatis. Cor. valvae 2 muticae vel aristatae. Caryopsis nuda, vel achenium corolla, et calyce indutum.

qq. *Glumae colycinae elongatae involucriformes.*

108 ELYMUS. Spiculae. Flores spicati. Calyces 2valves, plerumque gemini interdum subterni raro fasciculati, 2aut multiflori, involucrum mentientes: valvae flosculos aequantes, aut superantes, muticae subulatae aut aristatae. Cor. 2valvis mutica aut aristata. Achenium corolla obvolutum.

ppp. *Corollae valvà exierior aristata.*

m. *Sub apice aristata.*

n. *Panicula dilatàta.*

109 BROMUS. Panicula varia spiculis compressis. Cal. 2valvis multiflorus. Cor. 2valvis, valva inferiore apice emarginata aut 2dentata arista subapice prodiens: valva superior ciliata.

nn. *panicula spicata vel capitata.*

110 KOLERIA. (*Pers. ench.* I. 97). Panicula glomerata spicata. Cal· 2valvis, 3-6florus: valvae inaequales acutae vel mucronatae. Cor. 2valvis: valva inferiore subapice integro setigera, superiore 2fida.

mm. *Dorso aristata.*

111 AVENA. Panicula effusa aut racemosa. Cal. 2valvis membranaceus, longitudine varius, 2-multiflorus. Cor. plerunque basi barbata: valva inferior apice 2fida dentibus saepe setigeris, arista doriali tortili. Squamae hypogynae. Caryopsis tecta, vel nuda.

mmm. *Apice aristata.*

112 FESTUCA. Panicula varia spiculis compressis. Cal. 2valvis multiflorus. Cor 2valvis, valva inferiore apice aristata. ( *Obs. Bromus sylvaticus, et pinnatus characteres praebent intermedios ut cum genere festuca, et tritico etiam congruant.* Zum.).

mmmm. *Calicibus palmato-aristatis.*

113 AEGILOPS. Flores spicati rachi insculpti. Cal. 3florus 2valvis, cartilagineus: valvae apice 2-4aristatae. Cor. 2valvis : valva inferiore mutica aut aristis I. 2. 3: superior conduplicata. Corollae summae saepe masculae. Achenium corolla tectum.

mmmmm. *Corollae valva inferior tri-octodentata, dentibus plerumque aristatis.*

114 SESSLERIA. ( *Scop. fl. carn. ed* I. 189 ). Flores glomerato-spicati , vel subcapitati. Cal. 2valvis, membrana-

ceus, 2-5florus: valvae acuminatae. Cor. 2valvis: valva inferior apice 3-5 dentata dente intermedio subaristato. styli basi coaliti. Caryopsis tecta·

II. *Floribus polygamis.*

a. *Floris masculi calyx uniflorus muticus, pedicellatus.*

115 SORGHUM. (*Pers. ench.* I. 101). Flores paniculati polygami. Cal. o. mas. pedicellatus 1florus, 2valvis. Cor. 2valvis mutica. Cal. herm. cartilagineus, clausus. 2valvis, 2florus. Cor. perfecta 2valvis, valva altera aristata. Cor. neutra 1valvis mutica.

116 ANDROPOGON. Flores spicati, racemosi, vel paniculati, polygami. Cal. mas. 1florus, 2valvis, muticus, basi pilosus, pedicellatus, hermaphrodito adstans. Cor. 2valvis mutica. Cal. herm. 2florus, sessilis muticus, basi pilosus. Cor. perfecta interior 2valvis neutra, exterior 1valvis utraque aristata. Squamae hypogynae dentatae. Caryopsis libera.

117 POLLINIA. (*Spreng. pugil.* 2. 10). Flores paniculati, vel subspicati polygami. Cal. mas. 1florus, 2valvis, aristatus, basi pilosus. Cor. 2valvis mutica. Cal. herm. 2florus, sessilis aristatus basi pilosus. Cor. perfecta 2valvis valva altera sub apice aristata. Cor. neutra 1valvis mutica.

aa. *Florum omnium calyx biflorus.*

118 HOLCUS. Flores paniculati. Cal. 2valvis 2florus, muticus. Cor. perfecta 2valvis mutica. Cor. mas. 2valvis sub apice aut dorso aristata. Caryopsis libera.

## TRIGYNIA

a. *Flores glumacei.*

119 PSAMMA (*Pal. Beav. agr.* 1. 43). Flores fasciculato-spicati. Cal. 2valvis 1florus, corolla longior: valvae carinatae inaequales. Cor. basi pilosa 2valvis: valvae subapice aristulatae: squamae hypogynae lanceolatae, germine longiores.

aa. *Calyx disepalus.*

120 MONTIA. Cal. 2sepalus. Cor. 5petaloidea, lobis 2minoribus. Stamina epipetala. Stigmata 5sessilia. Caps. 3valvis 3sperma.

aaa. *Calyx tripartitus.*

121 TILLAEA. Cal. 3partitus. Petala 3. Filamenta 3sterilia hypogyna. Caps. 3dispermae intus dehiscentes.

aaaa. *Calyx quinque sepalus.*

x. *Capsula trivalvis.*

122 POLYCARPON· Cal. 5sepalus, sepalis mucronatis, margine membranaceis. Petala 5emarginata. Stamina 3. 5. Styli brevissimi. Caps. 1locularis 3valvis polysperma.

xx. *Capsula sexvalvis·*

123 HOLOSTEUM. Cal. 5sepalus. Cor. 5petala petalis denticulatis· Caps. 1locularis polysperma, apice in 6dentes dehiscens.

# CLASSIS QUARTA

## TETRANDRIA.

### MONOGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis*

I. *Staminibus aequalibus.*

a. *Flores completi.*

o. *Corolla monopetala.*

p. *Fructus inferi.*

q. *Flores involucrati.*

x. *Corolla quinquefida.*

z. *Irregularis.*

124 GLOBULARIA. Flores aggregati in capitulo globoso. Receptaculum paleaceum. Involucrum imbricatum. Cal. 5fidus persistens. Cor. 5fida irregularis. Stigma simplex. Caryopsis calyce laxe obvoluta. Embryo inversus.

zz. *Regularis.*

125 ASTEROCEPHALUS. Involucrum simplex multipartitum, vel polyphyllum. Receptaculum paleaceum. Cor. tubulosa 5fida radians. Achenium duplici corona scariosa externa, et setis subquinis interioribus composita.

xx. *Corolla quadrifida.*

126 DIPSACUS. Involucrum polyphyllum persistens. Receptaculum conicum paleis subpungentibus obsistum. Cal. proprius obsoletus. Cor. tubulosa 4fida. Achenium coronula urceolata terminatum.

127 SCABIOSA. Involucrum subduplici serie. Receptaculum paleaceo setaceum. Cor. tubulosa 4fida subradians. Achenium tetraedrum, paleis simplicibus aut setis coronatum.

128 SUCCISA. Involucrum imbricatum in paleas receptaculi continuatum. Cor. tubulosa 4fida aequalis, aut radians. Achenium corona paleaceo-setosa terminatum.

qq. *Flores non involucrati.*

f. *Corolla rotata, vel campanulata.*

129 RUBIA. Cal. 4dentatus. Cor. campanulato-rotata 4(3-5fida). Styli saepe 2 plerumque simplex 2fidus, stigmatibus globosis. Bacca 1sperma didyma. Embryo curvatus dorsalis in albumine cartilagineo.

ff. *Corolla rotata.*

130 GALIUM. Cal. 4dentatus. Cor. ro-

tata, 4partita interdum 3partita 3andria. Stamina filamentis tubo insertis, antheris 2locularibus. Stylus apice 2partitus, stigmatibus globosis. Caryopses geminae (glabrae asperae aut hispidae non coronatae).

fff. *Corolla infundibuliformis.*

i. *Caryopses apice nudae.*

131 Asperula. Cal. 4dentatus. Cor. campanulata vel infundibuliformis 4fida. Stamina tubo inserta. Stylus filiformis stigmate 2fido. Caryopses geminae (non coronatae).

ii. *Caryopses calyce coronatae.*

132 Sherardia. Cal. 4fidus. Cor. infundibuliformis 4fida. Stamina tubo corollae inserta. Stylus filiformis, stigmatibus 2 globulosis. Caryopses geminae, calycis denticulis coronatae.

pp. *Fructus semiinferus vel superus.*

k. *Calyx disepalus.*

133 Sanguisorba. Flores spicati. Cal. 2sepalus. Cor. supera subrotata 4fida persistens Stamina corollam aequantia vel superantia, antheris didymis. Stylus brevis stygmate 4fido. Drupa exsucca 4angula sub 1sperma.

kk. *Calyx quadrifidus.*

m. *Flores spicati.*

134 Plantago. Flores spicati capitati. Cal. 4fidus. Cor. supera rotata 4partita persistens. Stamina tubo corollae inserta. Stylus brevis stygmate truncato. Caps. globosa circumscissa, 2locularis, 2-4sperma.

mm. *Floribus non spicatis.*

135 Exacum. Cal. 4partitus persistens. Cor. tubo globoso limbo 4fido. Stamina tubo inserta, longitudine limbi. Antherae subrotundae longitudinaliter dehiscentes. Stylus declinatus stigmate simplici. Caps. compressa 2locularis polysperma. Placenta utrinque dissepimento adnata demum libera.

kkk. *Calyx quadripartitus.*

136 Centunculus. Cal. 4partitus persistens. Cor. supera calyce minor, subrotata 4fida persistens. Stamina tubo corollae inserta. Stylus brevis stigmate truncato. Caps. globosa circumscissa, polysperma. Placenta centralis globosa.

oo. *Corolla polypetala.*

t. *Calyx quadrisepalus.*

137 Epimedium. Cal. 4sepalus coloratus basi bracteolis suffultus. Petala 4ovalia. Nectaria petaliformia cucullulata. Antherae 2loculares, a basi inde dehiscentes. Folliculus superus 2valvis.

tt. *Calyx quadrifidus.*

v. *Capsula.*

138 Ludwigia. Cal. 4partitus persistens. Petala 4 cum calycis laciniis alternantia, aut o. Stamina lobis calycis opposita. Stylus simplex stigmate capitato. Caps. infera 4locularis 4valvis, polysperma.

vv. *Nux.*

139 Trapa. Cal. 4partitus. Petala 4. Stylus conicus, stigmate capitato. Nux 2-4cornuta tota vitello (Gäertn), seu placenta radicali (Tittmann) repleta. Albumen o. radicula sursum progerminans.

ttt. *Calyx quadridentatus.*

140 Cornus. Cal. 4dentatus. Petala 4. Stamina receptaculo inserta cum petalis alternantia. Stylus simplex stigmate obtuso. Drupa infera disperma. Embryo inversus in axi albuminis.

aa. *Flores incompleti.*

b. *Inferi.*

c. *Corolla quadripartita.*

141 Majantemum (*Wiggers. prim. fl. holsat.* 15). Cor. calycina 4partita rotata, subrevoluta. Stamina basi corollae inserta, laciniis opposita. Antherae ovales erectae. Stylus filiformis, stigmate obtuso. Bacca globosa, 2-3locularis, 2-3sperma.

cc. *Corolla limbo quadrifido.*

142 Crucianella. Involucrum 1florum (abortientibus corollis lateralibus) paleaceum 2-3phyllum. Cal. o. Cor. tubo filiformi limbo 4fido. Stamina tubo adnata. Stylus inaequaliter 2fidus, stigmatibus globulosis. Caryopses duae.

ccc. *Calyx quadrifidus.*

143 Camforosma. Cal. urceolatus 4fidus: laciniis oppositis majusculis, recurvatis. Stylus 2-3fidus, stigmata acuta. Caryopsis nuda, calyce tecta.

cccc. *Calyx octofidus.*

144 Alchemilla. Cal. patens 8fidus, laciniis alternis minoribus. Discus glandulosus periginus. Stamina quaterna (bina in quatuor, unicum in una speicie) fauci calycis inserta. Antherae transverse dehiscentes. Stylus lateralis unicus. Caryopsis solitaria in fundo calycis.

bb. *Superi.*

145 Elaeagnus. Cal. corollinus campanulatus 4fidus. Stamina calyci inserta. Drupa 1sperma.

II. *Staminibus inaequalibus didynamis.* (didynamia L.).

a. *Semina in fructu contenta.* (Angiospermae).

b. *Calyx duplex.*

146 Linnaea. Cal. duplex exterior inferus 4fidus, interior superus 5fidus. Cor. campanulata limbo subaequaliter 5lobo. Stamina inclusa. Antherae ovatae. Stylus stigmate capitato. Bacca exsucca 3locularis loculis duobus abortientibus. Semen solitarium. Embryo inversus, in vertice albuminis haerens.

bb. *Calyx bracteatus.*

147 Orobanche. Cal. bracteatus 4partitus seu 4sepalus, sepalis 2fidis: nonnumquam simpliciter 2sepalus, vel 5fidus. Cor. ringens: labium superius integrum, vel 2lobum: inferius 3fidum, laciniis subaequalibus. Stamina basi planiuscula pubescentia, vel glabra. Antherae didymae basi mucronatae. Stylus plerumque pubescens, interdum glaber, stigma peltatum, subbilamellatum. Glandula nectarifera ad basim germinis. Caps. 1locularis, 2valvis: margines valvarum inflexi placentiferi. Semina minuta, rugulosa.

148 Lathraea. Cal. bracteatus, campanulatus, coloratus, limbo erecto 4fido. Cor. ringens; labio sup. subfornicato, integro: infer. 3dentato, aut 3fido, minori subreflexo. Stamina corollam aequantia. Filamenta filiformia. Antherae incumbentes 2partitae. Stylus apice incurvus. Stygma capitatum. Glandula lata crenata ad basim germinis. Caps. 1locularis, 2valvis, marginibus valvarum inflexis placentas condentibus. Semina globosa reticulata.

bbb. *Calyx simplex.*

c. *Quadridentatus.*

149 Alectorolophus (*M. Bieb. fl. taur-cauc*). Cal. ventricosus submembranaceus, persistens nervosus, ore subbilabiato, 4dentato. Cor. labium superius compressum, emarginatum, obtuse 2dentatum; infer. 3fidum. Stamina antheris 2partitis horizontalibus. Stylus stigmate capitato. Caps. compressa, 2locularis; dissepimento valvis contrario. Semina vel compressa alata, vel solida submarginata.

150 Bartsia. Cal. tubulosus subcoloratus, ore 4dêntato. Cor. ringens: lab. sup. erectum, indivisum concavum: inferius 3lobum, subreflexum, lobis aequalibus. Stamina sub labio superiore. Antherae incumbentes postice 2fidae. Stylus apice incurvus. Stygma capitatum. Caps. subcompressa 2locularis 2valvis: dissepimentum valvis contrarium. Semina ovato-oblonga striata.

cc. *Calyx quadrifidus.*

151 Euphrasia. Cal. campanulatus 4fidus (quandoque 5fidus) laciniis lanceolatis acutis, aequalibus. Cor. ringens: labium superius erectum, concavum, emarginatum, vel denticulatum: infi. 3partitum lobis subaequalibus. Antherae 2fidae mucronatae. Stylus apice incurvus. Stigma capitatum. Caps. ovato-oblonga 2locularis 2valvis: dissepimentum valvis contrarium. Semina oblonga, sulcato-striata, margine membranaceo cincta.

152 Melampyrum. Cal. 2labiatus, labio utroque 2partito. Cor. ringens: lab. sup. fornicatum emarginatum, margine reflexo: inferius 3dentatum, aut 3fidum. Stamina sub labio superiori conniventia. Antherae basi 2fidae. Stylus apice curvatus, stigma capitatum. Caps. ovata, acuminata 2locularis; loculis oligospermis. Semina oblonga subgibba, hilo rostrato.

ccc. *Calyx quinquedentatus.*

153. Vitex. Cal. 5dentatus. Cor. limbus 2labiatus: lab. sup. 2-infer 3fidum, lobo medio majore. Stamina subexserta. Antherae ovales erectae. Stylus filiformis. Stigma acutum 2fidum. Drupa globosa 4locularis 4sperma.

cccc. *Calyx quinquepartitus.*

d. *Corolla longior.*

154 Lindernia (*Allion. Misc. taur.* 3. 178). Cal. 5partitus laciniis elongatis. Cor. calyce minor, tubo subventricoso, fauce constricta: limbo subbilabiato, labio sup. brevi 2lobo, inf. 3lobo faucem cingente. Stamina abbreviata. Antherae ovatae 2loculares. Stylus stigmate 2fido. Caps. oblonga 1locularis 2valvis, polysperma. Placenta centralis libera.

dd. *Corolla brevior.*

e. *Corolla quinqueloba hypocrateriformis.*

155 Limosella. Cal. 5partitus. Cor. tubo abbreviato, limbo 5fido regulari. Stamina apice subincrastata. Antherae incumbentes, reniformes. Stylus stigmate capitato. Caps. ovalis 2valvis superne uni-inferne obsolete 2locularis, placenta centralis libera. Semina numerosa exilia.

ee. *Corolla quadrifida subcampanulata.*

156 Digitalis. Cal. 5 partitus, persistens, laciniis subinaequalibus. Cor. subcampanulata ventricosa: limbo abbreviato: labio superiore obtusissimo vel 2fido: inferiore 3fido lacinia media vel aequali, vel porrecta. Stamina corolla breviora. Antheraram loculi divaricati. Stylus persistens; stigma 2lobum. Caps. ovata, 2locularis, polisperma: valvis inflexis dissepimentum constituentibus, 2fidis. Placenta crassa centralis, valvis nexa. Semina rugulosa, vel punctata.

eee. *Corolla personata calcarata.*

157 Linaria. Cal. 5partitus persistens. Corolla personata tubo in cornu producto: limbo 2labiato; lab. sup. erectum emarginatum aut 2fidum lateribus reflexis, inferius palato elevatum 3lobum. Stamina conniventia. Antherae ovales 2loculares. Stylus filiformis: stigma capitatum sub 2lobum. Caps. 2locularis, apice dentibus pluribus dehiscens, dis-

sepimento utrinque placentifero. Semina compressa, marginata, vel solida.

eeee. *Corolla personata basi gibba.*

158 Antirrhinum. Cal. 5partitus persistens. Cor. personata tubo basi gibbo: lab. sup. erectum 2lobum inf. palato elevatum 3lobum. Stamina conniventia. Antherae 2loculares. Stylus stigmate crassiusculo. Caps. ovata turgida 2locularis, apice poris dehiscens. Semina ovata angulata.

eeeee. *Corolla rotata.*

159 Celsia. Cal. 5partitus. Cor. tubo brevissimo, limbo rotato, 5lobo lobis 2superioribus minoribus, infimo majori. Stamina ascendentia longiora barbata. Antherae incumbentes peltato-reniformes sursum dehiscentes. Stylus stigmate capitato 2lobo. Caps. 2locnlaris 2valvis; valvis inflexis dissepimentum formantibus, placentis adnatis. Semina rugulosa.

eeeeee. *Corolla subbilabiata lobis quinque aequalibus.*

160 Tozzia. Cal. 4-5 fidus. Cor. tubo cylindrico, limbo subbilabiato patente aequaliter 5lobo. Stamina inclusa. Antherae calcaratae. Stylus filiformis persistens, post anthesin tortuosus. Stigma obtusum. Nucula subglobosa 2valvis 1sperma stylo coronata. Semina strophiolo fungoso membranaceo.

ccccc. *Calyx quinquefidus.* Capsula.

p. *Corolla limbo quinquefido aequali.*

161 Erinus. Flores subspicati bracteati. Cal 5partitus regularis. Cor. hypocrateriformis subregularis tubo cylindrico elongato, limbo patente 5partito laciniis obcordatis 2fidis, aut emarginatis. Stamina brevia. Stylus filiformis stigmate capitato. Caps. oblonga, 2locularis 2valvis, polysperma, valvis maturis semibifidis. Placenta centralis compressa.

pp. *Corolla limbo contracto inaequali 5lobo.*

162 Scrophularia. Cal. 5lobus vel 5fidus persistens, lobis marginatis. Cor. tubo subgloboso: limbo brevi resupinato 5lobo, lobo infer (super.) reflexo intus squama petaloidea aucto. Antherae reniformes incumbentes sursum transverse dehiscentes. Stylus stigmate 2lobo vel capitato. Caps. 2locularis, valvis inflexis dissepimentum constituentibus. Placenta crassa centralis dissepimento nexa. Semina ovata rugulosa.

ppp. *Corolla bilabiata.*

163 Pedicularis. Cal. subventricosus plerumque foliaceus, 2fidus aut 2labiatus, labio altero 3-altero 2dentato: saepe inaequaliter 5fidus: saepe bracteatus. Cor. ringens; labium sup. galeatum: galea vel rostrata porrecta, apice truncata emarginata vel obtusa sub apice 2dentata, depressa aut recta, aut recurva. Lab. inferius patens, 3lobum, lobis subaequalibus. Antherae 2fidae, incumbentes. Stylus stigmate capitato. Caps. oblonga, saepe rostro ancipiti terminata 2locularis 2valvis: dissepimento valvis contrario. Semina ovata angulata.

pppp. *Corolla basi gibba.*

164 Anarrhinum (*Dest. Fl. Atl.* 2. 51). Cal. 5partitus. Cor. 2labiata fauce aperta, basi gibba aut subcornuta: labium superius emarginatum, inferius palato vel nullo, vel parum elevato, 3lobum. Stamina conniventia. Antherae 2loculares. Stylus stigmate crassiusculo. Caps. 2locularis 4valvis, valvis dehiscens.

aa. *Utriculus cito rumpens, ut maturi fructus caryopses sistant.*

165 Verbena. Cal. cylindricus 5dentatus, dente quinto breviori. Cor. tubo cylindrico incurvo, limbo 5lobo subaequali. Stamina intra tubum. Antherae ovales 2loculares, erectae. Stylus apice in stigma obtusum dilatatus. Utriculus di-tetraspermus, postea ruptus ut semina nuda videantur.

aaa. *Fructus drupaceus calyce bivalvi, tubo bipartibili dispermo*

166 Lippia. Cal. compressus 4vel 5dentatus, demum 2valvis persistens. Cor. limbo 2labiato plano: lab. sup. emarginato-2lobo, inf. 3fido. Stamina intra tubum. Antherae subrotundae 2loculares. Stylus stigmate obliquo truncato.

aaaa. *Semina quatuor in fundo calycis nudo.* (*Gymnospermia* L.)

I. *Calyce bilabiato.*

x. *Calycis labia indivisa.*

167. Scutellaria. Cal. labia indivisa, fructiferi clausa, superius operculatum. Cor. fauce elongata: labium superius emarginatum, inferius 3lobum, lobo medio maximo. Antherae 2lobae lobis discretis. Stylus apice 2fidus. Fructus subpedicellati.

xx. *Calycis labia 1/2.*

168 Melittis. Cal. campanulatus, corollae tubo amplior. Labium superius emarginato-2dentatum, interdum 3dentatum, inferius 2-3dentatum. Cor. labium superius planum integrum obtusum, inferius 3lobum lobis subaequalibus. Stamina approximata. Antherae 2lobae, lobis divaricatis supra vel juxta se positis. Stylus filiformis apice emarginatus.

xxx. *Calycis labia 3/2.*

k. *Corollae faux inflata.*

169 Dracocephalum. Cal. labium superius 3fidum, vel 3dentatum latius, lacinia media interdum rotundata: lab. inferius angustius 2fidum. Cor. faux

inflata: lab. superius fornicatum, obtusum: inf. 3fidum laciniis lateralibus erectis, media deflexa emarginata. Antherae subcordatae 2loculares. Stylus apice 2dus.

kk. *Corollae labia 1/3.*

m. *Filamenta apice bidentata.*

170 PRUNELLA. Cal. lab. sup. planum truncatum 3dentatum: inf. 2fidum laciniis angustis acutis. Cor. labium superius galeatum integrum: labii infer. lobus medius major, cucullatus denticulatus. Filamenta apice 2furca, ramusculo altero antherifero. Antherae incumbentes, 2loculares fimbriatae. Stylus apice 2fidus.

mm. *Filamenta edentula.*

171 MELISSA. Cal. labium sup. planum subreflexum 3dentatum: inf. 2partitum. Cor. lab. superius fornicatum emarginatum, aut 2fidum. Lab. inferius 3lobum lobo medio majore emarginato aut obcordato. Antherae subreniformes 2loculares. Stylus apice 2fidus.

kkk. *Corollae labia 2/3.*

p. *Calyx involucratus involucris setaceis.*

172 CLINOPODIUM. Involucrum multisetum. Cal. cylindricus incurvus: lab. superius latius 3fidum reflexum, inf 2partitum inflexum. Cor. tubus elongatus: labium superius emarginato-2lobum, infer 3lobum lobo medio latiori emarginato. Antherae 2lobae.

p. *Calyx nudus.*

q. *Calycis faux villis clausa.*

173 THYMUS. Cal. ore villis clausus: labium sup. planiusculum 3-inf. 2dentatum. Cor. labium sup. planum vel fornicatum, obtusum emarginatum: inf. 3lobum Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

qq. *Calycis faux nuda.*

174 TYMBRA. Cal. cylindricus utrinque carinatus, carinis villoso-ciliatis: limbo 2labiato: labio sup. semi3fido connivente: inf. angustiore 2fido. Cor. lab. sup. planum rectum semi2fidum: inf. 3lobum planiusculum. Stamina per paria approximata. Antherae 2lobae lobis remotis. Stylus semibifidus.

II. *Calyce aequali.*

b. *Calyx maximus dentibus spinos.*

175 MOLUCELLA. Cal. maximus turbinatus sensim desinens in limbum amplissimum campanulatum dentato-spinosum. Cor. calyce multo minor tubo brevi, labio sup. fornicato integro: lab. inf. 3partito, lobo medio majori emarginato. Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

bb. *Calyx decem striatus.*

176 MARRUBIUM. Cal. hypocrateriformis 10striatus, 5-aut 10dentatus, dentibus aristatis. Cor. labium superius erectum lineare 2fidum: lab. inf. 3fidum laciniis lateralibus acutis lobo medio emarginato. Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

bbb. *Calyx pentagonus.*

x. *Caryopses glabrae.*

177. BALLOTTA. Cal. tubuloso-hypocrateriformis „ pentagonus, 10striatus 5dentatus. Cor. labium sup. erectum sub fornicatum emarginatum: lab. inf. 3lobum lobo medio maximo emarginato. Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

xx. *Caryopses apice barbatae.*

178 PHLOMIS. Cal. pentagonus 5dentatus. Cor. lab. super. fornicatum subemarginatum, aut denticulatum, incumbens labio inferiori 3lobo subaequali, lobo medio majori. Stamina parallella. Antherae 2loculares. Stylus labio sup. brevior, apice 2fidus. Caryopses oblongae, angulatae apice villosae.

bbbb. *Calyx quinquefidus.*

z. *Corollae labium superius truncatum vel nullum.*

t. *Emarginatum.*

179 AJUGA. Cal. semi 5fidus. Cor. labium sup. minimum emarginatum: inf. 3fidum lobo medio maximo emarginato, stamina exserta ascendentia. Antherae 2loculares. Caryopses rugoso-reticulatae.

tt. *Fissum.*

180 TEUCRIUM. Cal. 5fidus, aut 5dentatus, interdum 2labiatus. Cor. lab. sup. fissum abbreviatum, laciniis lateralibus reflexis: lab. inf. 3fidum laciniis lateralibus angustis erectis, lobo medio latiori integro vel emarginato. Stamina in fissura labii sup. ascendentia. Antherae 2loculares Caryopses rugoso-reticulatae.

zz. *Corolla labiis 5 subaequalibus.*

181 SATUREJA. Cal. striato-angulatus, semiquinquefidus vel 5dentatus. Cor. labium superius breviter emarginatum, inf. 3lobum lobis integris aequalibus. Stamina distantia. Antherae 2loculares loculis basi divergentibus. Stylus apice 2fidus.

zzz. *Corolla perfecte bilabiata.*

i. *Corolla 2/3.*

182 GLECHOMA. Cal. tubulosus 5dentatus, dentibus acutis. Cor. tubus elongatus: lab. sup. erectum, 2lobo-emarginatum: inf. 3lobum lobo medio emarginato. Antherae 2loculares per paria cruciatim approximatae. Stylus apice 2fidus.

ii. *Corolla 1/3.*

183 GALEOBDOLON. (Huds. Angl. 258) Cal. campanulatus semiquinquefidus lacinia suprema reflexa. Cor. lab. sup

fornicatum integrum, villosum: infer. 3partitum, laciniis lanceolatis, lateralibus acutis, media productiore. Stamina exserta. Antherarum loculi discreti. Stylus apice 2fidus. Caryopses 3quetrae.

184 Stachys. Cal. semiquinquefidus. Cor. lab. sup. erectum fornicatum saepe emarginatum: lab. inf. 3partitum laciniis lateralibus subreflexis lobo medio maximo emarginato. Stamina demum extrorsum versa. Antherae 2loculares.

bbbbb. *Calyx quinque dentatus.*

v. *Corolla quadriloba subregularis.*

185 Mentha. Cal. tubulosus 5dentatus dentibus aequalibus. Cor. subregularis 4loba: lab. sup. leviter emarginatum, inf. 3lobum lobis aequalibus. Stamina inclusa vel exserta. Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

vv. *Corolla* 1/1.

186 Lamium. Cal. semiquinquefidus laciniis acuminatis subaristatis. Cor. tubus elongatus apice inflatus: lab. sup. fornicatum: inf. 3fidum laciniis lateralibus in-dentes reflexos mutatis lobo medio porrecto dilatato, emarginato. Antherae 2loculares utrinque barbatae. Stylus apice 2fidus. Caryopses truncatae rugosae.

vvv. *Corolla* 1/3.

c. *Flores bracteati.*

187 Origanum. Bracteae calycem spicatim stipantes. Cal. 5dentatus interdum subbilabiatus. Cor. lab. sup. 2, infer. 3lobum, lobis-subaequalibus. Stylus filiformis. Stigma emarginatum.

cc. *Flores nudi.*

188 Galeopsis. Cal. 5dentatus dentibus aristatis. Cor. tubus elongatus: lab. sup. fornicatum integrum: inf. 3lobum, lobi laterales breviores ad faucem tuberculati, medius latior crenatus. Antherae 2loculares loculis transverse dehiscentibus fimbriatis. Stylus apice 2fidus. Caryopses obovatae.

189 Nepeta. Cal. tubulosus 5dentatus dentibus acutis inaequalibus. Cor. lab. sup. erectum, 2lobo-emarginatum: lab. inf. 3lobum lobis lateralibus brevibus obtusis patentibus, aut reflexis: lobo medio maximo cucullato. Stam. approximata. Antherae 2loculares. Stylus apice 2fidus.

190 Leonurus. Cal. pentagonus 5dentatus dentibus aristatis. Cor. lab. sup. erectum, concavum integrum, villosum: lab. inf. 3lobum lobis subaequalibus. Antherae 2loculares, loculis discretis. Stylus apice 2fidus.

191 Betonica. Cal. campanulatus 5-dentatus dentibus 5acutis. Cor. tubo elongato cylindrico. Lab. sup. integrum erectum: inf. 3fidum lacinia media latiore emarginata. Antherarum loculi supra se positi.

vvvv. *Corolla* 2/3.

192 Lavandula. Cal. bracteatus tubulosus ore obscure 5dentato. Cor. lab. sup. 2-inf. 3lobum, lobis omnibus subaequalibus. Stamina intra tubum. Antherae subreniformes fimbriatae. Stylus filiformis. Stigma 2lobum connivens.

193 Sideritis. Cal. semiquinquefidus (interdum subbilabiatus) dentibus acuminato-aristatis. Cor. labium superius 2lobum, inf. 3lobum, lobo medio subrotundo crenato. Stamina intra tubum. Antherae 2lobae. Stylus brevis. Stigma alterum (superius) truncatum cylindricum, alterum (inferius) membranaceum vaginans alterum.

vvvvv. *Corolla* 2/34.

194 Hyssopus. Cal. tubulosus 5dentatus. Cor. lab. sup. emarginato-2lobum: inferius 3lobum, lobis lateralibus brevioribus, medio dilatato in lobos duos divergentes. Stamina exserta distantia. Antherae loculis discretis infra-se positis. Stylus apice 2fidus.

B. *Floribus monoecis.*

a. *Herbae.*

195 Urtica. Mas. Cal. 4sepalus. Cor. o. Urceolus nectarifer. Filamenta filiformia elastica. Antherae didymae. Fem. Cal. 2valvis nonnumquam 3-4-valvis. Stylus o. stigma penicillato-barbatum. Semen unicum saepe baccatum.

aa. *Arbores.*

196 Alnus. Flores amentacei. Mas. Squamae 3florae. Perianthium 4lobum. Filamenta brevia: antherae didymae. Fem. Squamae 2florae. Perianthium o. Styli duo filiformes. Nux angulata 2locularis disperma.

C. *Floribus dioecis.*

197 Viscum. Cal. subnullus. Cor. 4petala. Antherae subssessiles, petalis adnatae. Stigma sessile orbiculatum. Bacca 1sperma. Semen pluribus embryonibus fetum.

198 Broussonetia. (*Vent. tabl.* 3. 547). Mascul. Spicae cylindricae. Cal. 4partitus. Fem. spadix compositus clavatus. Cal. urceolatus 3-4dentatus germen arcte cingens. Stylus elongatus. Stigma simplex. Achenia pedicellata, calyce carnoso, globoso, piloso inclusa.

199 Hippophaë. Masc. Cal. 2phyllus. Cor. o. Antherae oblongo-lineares, angulatae infundo calycis sessiles. Fem. Cal. tubulosus apice 2dentatus germini adnatus. Stylus teres, crassiusculus obtusus. Bacca 1sperma, semen duplici membrana vestitum: embryo erectus.

D. *Floribus polygamis.*

200 PARIETARIA. Flores involucrati. Involucrum 2-3phyllum vel 5-6-8partitum. Hermaphr. Cal. 4partitus. Cor. o. Stamina 4. filamentis elasticis: antheris 2locularibus. Germen stigmate barbato-penicillato sessili coronatum. Masc. et Fem. Cal. corollinus tubulosus 4dentatus. Stylus simplicissimus. Stigma barbato-penicillatum. Semen unicum albuminosum, calyce inclusum. Embryo inversus, cotyledonibus foliaceis.

201 VALANTIA. Cal. 4dentatus persistens. Cor. rotata: masculae binae germini insidentes. Achenium calyce denticulato coronatum.

DIGYNIA.

I. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Capsula.*

202 BUFFONIA. Cal. 4sepalus. Petala 4 integra. Caps. compressa 1locularis 2valvis 2sperma.

aa. *Siliqua articulata.*

203 HYPECOUM. Cal. 2sepalus. Petala 4 inaequalia: interiora saepe 3loba. Stamina filamentis capillaribus. Caps. siliquaeformis articulata: articuli 1spermi seminibus alternatim affixis.

II. *Floribus monoceis.*

204 MORUS. Flores amentacei. Cal. 4partitus. Stamina filamentis erectis, antheris 2locularibus. Stigmata 2 sessilia. Baccae cum calyce concretae, aggregatae. Caps. subdisperma embryone conduplicato.

TRIGYNIA.

*Flores monoeci.*

205 BUXUS. Mas. Cal. 4sepalus sepalis oppositis latioribus, bractea colorata accessoria. Filamenta filiformia. Antherae erectae ovatae. Fem superior. Cal. 3bracteatus 4sepalus sepalis apice saepe 2fidis. Glaudulae tres cum stylis alternantes. Styli 3 crassi, laminis stigmaticis planis revolutis. Caps. 3rostris, 3locularis 3cocca: coccis dispermis.

TETRAGYNIA.

A. *Perigonium completum.*

a. *Bacca.*

206 ILEX. Cal. 4dentatus persistens. Cor. 4fida, vel 4petala. Stamina petalis alterna. Stigmata vel distincta, vel in unum coalita. Bacca tetra-pyrena, nucleis 1spermis.

aa. *Capsula.*

b. *Unilocularis.*

207 SAGINA. Cal. 4partitus. Petala 4 calyce minora aut nulla. Caps. 1locularis, 4valvis, polysperma.

208. MONCHIA. (*Ehrh.*) Cal. 4sepalus persistens. Petala 4. lanceolata calyce breviora. Filamenta subulata. Antherae 2lobae. Caps. 1locularis apice dehiscens, octodentata polysperma.

bb. *Octolocularis.*

209 RADIOLA. Cal. 4partitus, laciniis inciso-dentatis. Petala 4. Caps. 8cocca, coccis 1spermis.

B. *Perigonium incompletum.*

210 POTAMOGETON. Cor. calycina 4petala. Stamina com petalis alternantia. Antherae 2loculares. Nuculae 4.

C. *Perigonium nullum.*

211 RUPPIA. Flores spicati alternatim ad utrumque racheos latus dispositi. Cal. o. Cor. o. Antherae quaternae 2loculares squamis ephippioideis suffultae. Pollen cylindricum geniculatum. Germina quaterna obconica. Nuculae gibbae, dein longe pedunculatae. Semen totum albuminosum rostellatum. Rostellum hoc cotyledonem Richardus, et Treviranus, albumen radicem habet Richardus, vitellum Gartnerus.

# CLASSIS QUINTA

## PENTANDRIA

### MONOGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis.*

I. *Staminibus liberis.*

a. *Floribus perfectis.*

b. *Corolla monopetala.*

c. *Fructus superi.*

d. *Monospermi.*

e. *Caryopsis.*

212 PLUMBAGO. Cal. tubulosus pentagonus glandulosus 5dentatus. Cor. hypocrateriformis limbo 5fido. Filamenta receptaculo inserta basi dilatata. Stylus simplex, stigmate 5fido. Semen unicum, filamentorum basibus valvaeformibus inclusum, styli basi conica coronatum exapice funiculi umbilicalis curvati pendulum. Albumen periphericum.

ee. *Nuces duae.*

213 CERINTHE. Cal. 5sepalus inaequalis. Corolla tubuloso-campanulata,

limbo 5dentato fauce nuda. Filamenta crassiuscula, tubo inserta. Antherae hastatae; auriculis filiformibus tortis antheras secum nectentibus. Nuces 2loculares.

eee. *Nuces quatuor.*

f. *Cohaerentes.*

214 Heliotropium. Cal. 5fidus. Cor. hypocrateriformis, fauce pervia (interdum barbata) limbo 5lobo plicato. Stam. inclusa. Stigma conicum.

ff. *Distinctae.*

g. *Fundo calycis affixae.*

h. *Faux corollae pervia.*

j. *Calyx 5partitus.*

k. *Antherae lateraliter nexae.*

215 Onosma. Cal. 5partitus. Cor. tubuloso-campanulata. Stam. inclusa, vel corollam subaequantia. Antherae lateraliter nexae. Nuces ovatae lapideae basi inperforatae planae.

kk. *Antherae liberae.*

216 Litospermum. Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformis limbo 5lobo, fauce quandoque barbata. Stamina inclusa. Nuces basi planae, ovatae, plerumque lapideae, basi imperforatae.

217 Echium. Cal. 5partitus. Cor. infundibuliformis, vel campanulata limbo inaequali. Stamina longitudine varia. Nuces gigartodes, angulatae basi applanatae.

jj. *Calyx quinquefidus.*

l. *Nuces basi imperforatae.*

218 Pulmonaria. Cal. prismaticus. 5fidus. Cor. campanulata limbo 5fido, fauce subbarbata. Stigma emarginatum. Nuces turbinatae basi imperforatae planae.

ll. *Nuces basi perforatae.*

219 Lycopsis. Cal. 5fidus in fructu inflatus nutans. Cor. infundibuliformis fauce barbata. Antherae in tubo subsessiles. Nuces turbinatae basi perforatae.

hh. *Faux corollae fornicibus clausa.*

m. *Calyx quadripartitus.*

220 Myosotis. Cal. 4fidus, vel 4partitus post anthesim clausus, vel apertus. Cor. hypocrateriformis fauce squamis instructa. Stam. inclusa. Nuces basi foveolatae glabrae, vel scabrae, rugulosae.

mm. *Calyx quinque partitus.*

n. *Corolla rotata.*

221 Borago. Cal. 5partitus. Cor. rotata limbo 5lobo, fauce fornicibus emarginatis, et filamentis lanceolatis alternis obsessa. Antherae imcumbentes oblongae, vel lanceolatae conniventes. Nuces turbinatae, basi imperforatae planae.

nn. *Corolla infundibuliformis.*

222 Anchusa. Col. 5partitus fructiferus erectus, vel nutans, inflatus. Cor. infundibuliformis fauce fornicibus erectis obtusis clausa. Stamina tubo adnata inclusa. Stigma 2lobum. nuces turbinatae basi foveolatae.

nnn. *Corolla cylindrico-campanulata.*

223 Symphytum. Cal. 5partitus. Cor. cylindrico-campanulata fauce fornicibus subulatis in conum conniventibus clausa, limbo 5dentato. Filamenta tubo adnata. Antherae lanceolatae, acuminatae cum fornicibus alternantes. Stylus simplex, stigmatae obtuso. Nuces ovatae, basi foveolatae.

gg. *Nuces columnae centrali affixae basi planae.*

224 Asperugo. Cal. in fructu compressus, lamellis parallelis sinuato-dentatis. Cor. subinfundibuliformis; fauce fornicibus clausa. Filamenta brevissima tubo adnata. Antherae subrotundae cum fornicibus alternantes Nuces compressae.

225 Cynoglossum. Cal 5partitus. Cor. infundibuliformis, vel subrotata fauce fomicibus erectis instructa. Filamenta brevissima tubo adnata. Antherae ovales cum fornicibus alternantes vel exsertae. Nuces vel echinatae solidae, vel laeves marginatae, seu membrana plana aut urceolata cinctae.

226 Echinospermum. (*Lehm. asper.* 116). Cal. 5fidus. Cor. hypocrateriformis, fauce fornicibus brevibus instructa: limbo 5lobo. Nuces echinatae.

dd. *Fructus quinqua-decaspermi.*

o. *Corolla tubulosa.*

227 Coris. Cal. campanulatus 5dentatus sub dentibus 5 setis patentibus instructus. Cor. tubulosa limbo erecto 5fido laciniis obtusis 2fidis. Stamina laciniis corollae opposita: filam. basi cor. inserta: antherae erectae oblongae corollam subaequantes. Stylus simplex stigmate capitato. Caps. 5valvis. Placenta centralis 5dentata pentasperma.

oo. *Corolla hypocrateriformis.*

228 Androsace. Cal. 5gonus 5dentatus. Cor. hypocrateriformis, fauce glandulosa limbo 5lobo. Stamina intra tubum. Caps. 5valvis, 5aut 10sperma.

ddd. *Fructus polyspermi.*

p. *Membranacei.*

q. *Capsula unilocularis.*

r. *Calyx quinquefidus.*

s. *Corolla rotata.*

229. Cortusa. Cal. 5fidus persistens, laciniis dentatis. Cor. subrotata: faux tuberculis basi annulatis clausa: limbus 5partitus. Stam. tubo innata, filamentis brevissimis, antheris 2locularibus. Stylus filiformis elongatus, stigmate simplici. Caps. apice 5dentata. Placenta columnaris centralis, libera.

230. Ramondia. (*Richar. ap. Pers ench.* I. 216) Cal. 5fidus. Cor. rotata 5partita. Stam. approximata antheris longitudinaliter dehiscentibus. Caps. 1locularis 2valvis valvis placentiferis.

ss. *Corolla sub campanulata erecta lacero-fimbriata.*

231 Soldanella. Cal. 5fidus. Cor. sub campanulata, limbo erecto fimbriato-lacero. Filamenta subulata: antherae sagittatae. Stylus longitudine cor. persistens. Caps. cylindrica apice multidentata. Placenta centralis angulata, libera.

sss. *Corolla tubuloso-hypocrateriformis.*

232 Primula. Fl. subumbel. involucrati. Cal. tubulosus 5fidus, vel 5dentatus persistens. Cor. tubulosa fauce vel nuda vel glandulosa limbo 5lobo. Stam. inclusa. Filam. brevissima, tubo inserta: antherae oblongae conniventes. Stylus filiformis, stigmate capitato. Caps. cylindrica apice 10dentato dehiscens. Placenta centralis libera.

ssss. *Corolla basi globosa fauce prominula, laciniis reflexis.*

233. Cyclamen. Cal. campanulatus semi5fidus. Cor. basi globosa fauce prominula laciniis reflexis. Filamenta brevissima in tubo corollae. Antherae conniventes sagittatae. Stylus filiformis exsertus. Caps. baccata demum quinquefariam dehiscens: semina in pulpa nidulantia.

rr. *Calyx quinque partitus.*

t. *Corolla rotata.*

234 Villarsia. (*Vent. choix d. pl.* 10). Cal. 5partitus. Cor. subrotata 5partita, basi hirsuta. Filam. tubo cor. affixa: antherae cordatae. Stylus brevis stigm. 2lobo. Glandulae circa ovarium 5 cum staminibus alternantes. Caps. subcarnosa compressa, (evalvis in aquatilibus, 2valvis in terrestribus) semina compressa marginato-alata.

235 Anagallis. Cal. 5partitus persist. Cor. rotata 5partita Stam. basi cor. inserta: filamenta inferne hirsuta. Antherae incumbentes 2loculares. Stylus simplex stigmate capitato. Caps. globosa, circumscissa. Placenta globosa libera. Semina angulata.

236 Lysimachia. Cal. 5partitus persistens. Cor. rotata 5partita. Filamenta basi cor. inserta, subulata, basi dilatata subconnata. Caps. globosa 5-10 valvis: placenta centralis globosa.

tt. *Corolla hypocrateriformis.*

237 Hottonia. Cal. 5partitus. Cor. hypocrateriformis. limbo 5lobo. Stam. inclusa. Stylus persistens. Caps. globosa evalvis. Placenta centralis globosa libera.

ttt. *Corolla infundibuliformis.*

238 Menyanthes. Cal. 5partitus persistens. Cor. infundibuliformis 5fida intus dense villosa. Filam. brevia. Antherae basi 2lobae. Stylus filiformis, stigmate 2lobo. Caps. 2valvis, valvis axi placentiferis.

239 Erythraea. (*Rich. in Pers. ench.* I. 283). Cal. 5partitus pentagonus. Cor. infundibuliformis limbo 5fido. Filam. tubo cor. adnata: antherae defloratae tortae. Stylus brevis: stigmata duo subrotunda. Caps. 2valvis, valvis introflexis loculos mentientibus placentiferis.

qq. *Folliculi duo.*

o. *Semina comosa. Faux cor. coronata.*

240 Nerium. Cal. 5partitus. Cor. infundibuli-hypocrateriformis. Faux coronata squamis laceris. Stam. tubo adnata. Antherae sagittatae, cohaerentes apice filamentosae. Stylus subclavatus, stigm. truncato.

oo. *Semina nuda.*

241 Vinca. Cal. 5partitus. Cor. hypocrateriformis, fauce 5plicata limbi laciniis oblique truncatis. Filam. apice dilatata, in squamas concavas. Antherae membranaceae 2loculares. Stylus apice dilatatus. Stigma 5gonum basi annulatum peltatum. Glandulae duae inter germina.

qqq. *Capsula bilocularis.*

o. *Corolla rotata.*

242 Verbascum. Cal. 5fidus. Cor. rotata limbo inaequaliter lobato. Filam. basi cor. inserta barbata. Antherae plerumque difformes. Stylus simplex stigm. incrassato. Caps. valvis inflexis, dissepimeutum formantibus in placentas incrassatis.

oo. *Cor. infundibuliformis limbo inaequali.*

243 Hyoscyamus. Cal. campanulatus limbo 5fido aut 5dentato. Cor. infundibuliformis limbo patente oblique 5lobo (interdum lateraliter fisso). Stam. basi cor. inserta. Stylus simplex stigmate capitato. Caps. operculo circumscisso; dissepimento utrinque placentas incrassatas gerente.

ooo. *Cor. campanulato-infundibuliformis limbo plicato.*

244 Convolvolus. Cal. 5 partitus nudus vel bracteatus. Cor. campanulata vel infundibuliformis limbo plicato. Stylus simplex, stigm. capitato, vel fisso. Caps. 1-2-3-4 locularis, oligo-polysperma.

qqqq. *Caps. 4-5 locularis.*

z. *Cal. 5fidus: cor. plicata.*

245 Datura. Cal. tubulosus quinque-

fidus basi peltata persistente. Cor. infundibuliformis plicata limbo dentato. Stylus filiformis, stigm. 2lamellato. Cap. echinata vel inermis semi-4locularis 4valvis placentis discretis.

zz. *Cal. 5dentatus; cor. non plicata.*

246 Azalea. Cal. 5 dentatus. Cor. infundibuliformis limbo 5fido. Stam. receptaculo inserta inaequalia. Caps. 3-5locularis, valvis dissepimentum formantibus. Semina nuda.

pp. *Baccae.*

I. *Unilocularis.*

247 Mandragora. Cal. 5fid. Cor. campanulata 5fida. Filamenta basi dilatata conniventia. Bacca carnoso-spongiosa. Semina reniformia peripherica.

2. *Bilocularis.*

v. *Cal. 5dentatus.*

248 Lycium. Calyx campanulatus 5dentatus saepe lateraliter fissus. Cor. infundibuliformis. Stam. tubo cor. inferta, filamentis basi villosis. Bacca 2locularis dissepimento in placentam incrassato.

vv. *Calyx quinque partitus.*

249 Atropa. Calyx quinquepartitus. Cor. infundibuliformis, campanulata quandoque subrotata limbo 5 ( interdum IO ) lobo. Stam. sub exserta. Bacca 2locularis placentis liberis.

vvv. *Calyx quinque-sex partitus.*

250 Lycopersicum. Cal. 5-6partitus. Cor. rotata 5-6loba. Antherae conicae membrana apice elongata connatae longitudinaliter dehiscentes. Bacca 2-3locularis. Semina villosa.

vvv. *Calyx quinque-decempartitus.*

251 Solanum. Cal. 5-IO partitus. Cor. subrotata plicata 5 ( interdum ) IOfida. Antherae conniventes apice poro gemino dehiscentes ( interdum inaequales ). Bacca 2- ( 3-4 ) locularis placentis septo adnatis. Semina glabra.

vvvv. *Calyx quinquefidus.*

252 Physalis. Cal. 5fidus. Cor. subrotata. Stam. basi cor. inserta. Antherae longitudinaliter dehiscentes. Bacca 2loc. calyce inflato colorato angulato tecta.

253 Capsicum. Cal. 5fidus. Cor. rotata limbo plicato 5fido. Filamenta brevissima. Antherae conniventes longitudinaliter dehiscentes. Bacca polymorpha 2-locularis, placenta basilari. Semina superne dissepimento adnata.

cc. *Fructus inferi.*

v. *Capsula.*

x. *Unilocularis.*

254 Samolus. Cal. seminferus 5fidus. Cor. campanulato-hypocrateriformis limbo 5lobo denticulis interlobos. Stam. tubo inserta. Caps. apice 5dentata placenta centrali libera.

xx. *Tri-quinque locularis.*

z. *Corollae laciniae apice coalitae.*

255 Phyteuma. Cal. 5fidus. Cor. 5partita lacinis elongatis apice cohaerentibus. Filam. basi dilatata. Stylus simplex; stigma 2-3fidum. Caps. 3locularis; placenta centralis.

zz. *Corollae laciniae apice dilatatae.*

256 Campanula. Cal. 5fidus. Cor. campanulata, vel subrotata limbo 5fido. Filamenta basi dilatata. Stigma 3-5fidum. Caps. 3-5locularis poris lateralibus, vel apice valvato dehiscens.

vv. *Bacca.*

257 Lonicera. Cal. 5dentatus. Cor. tubulosa basi gibba, limbo sub irregulari 2labiato 5fido. Stam. exserta. Bacca I-3locularis sub 3sperma.

bb. *Corolla polypetala.*

I. *Fructus superi.*

x. *Drupa bi-tripyrena.*

258. Zizyphus. Cal. turbinatus, 5fidus. Petala 5 sub margine disci glandulosi inserta cum calycis laciniis alternantia. Stam. petalis opposita. Antherae 2loculares. Stylus subdivisus.

xx. *Capsula.*

z. *Calyx disepalus.*

259 Impatiens. Cal. 2sepalus caducus. Petala 4 inaequalia quinto abortiente, duobus subcoalitis inferius calcaratum. Antherae coalitae filamentis brevissimis. Stigma sessile pentagonum. Caps. 5 loc. 5valvis: dissepimentis tenerissimis.

zz. *Calyx quique partitus.*

o. *Semina nuda laevia.*

260 Viola. Calyx 5partitus basi productus. Petala subinaequalia supremum cornutum. Filam. membranacea, apice in membranulam producta duo superiera processubus nectariferis. Antherae conniventes. Stigma uncinatum. Caps. Ilocularis 3valvis, valvis placentiferis.

oo. *Semina arillo fungoso.*

261 Evonymus. Cal. 4-5 partitus. Petala patentia. Discus peltatus nectarifer infundo calycis. Stam. cum petalis alternantia glaudulis e disco prominulis inserta· Antherae 2loculares. Caps. 3-4-5locularis. Semina solitaria arillo fungoso

xxx. *Bacca.*

262 Vitis Cal. minimus 5déntatus. petala apice fornicata subcohaerentia. Stigma capitatum. Bacca oligosperma.

2. *Fructus inferi.*

v. *Corolla quinque-petala.*

z. *Bacca.*

s. *Nuda.*

263 Ribes. Cal. ventricosus 5fidus co-

loratus. Petala fauci calycis inserta, cum laciniis ejus alternantia. Stam. fauci calycis inserta cum petalis alternantia. Antherae 2loculares intus dehiscentes. Stylus 2-3fidus. Bacca 1locularis polysperma. Piacentatio subperipherica.

ss. *Limbo calycis coronata.*

264 Hedera. Cal. 5dentatus dentibus deciduis. Petala patentia, lanceolata. Stam. cum petalis alternantia. Filamenta subulata. Antherae incumbentes basi 2fidae. Germen subimmersum calyci. Stylus simplex. Bacca 5sperma, limbo calycino late coronata.

zz. *Capsula.*

265 Jasione. Flores capitati involucrati. Involucrum imbricatum. Recept. nudum. Cal. 5fidus. Petala angusta basi nexa. Antherae coalitae. Stylus elongatus. Stigma clavatum sub 2lobum. Caps. 2locularis.

aa. *Floribus imperfectis.*

x. *Fructus superi.*

z. *Calyx quinque-sepalus basi bibracteatus.*

266 Illecebrum. Cal. 5sepalus basi 2bracteatus. Sepala cucullata cornuta, dorso incrassata. Stam. sepalis opposita: antherae 2loculares: sterilia totidem fertilibus interposita. Stigmata 2, sessilia, capitata. Caps. 5valvis 1sperma.

zz. *Calyx quinquepartitus basi nudus.*

267 Paronychia. Cal. 5partitus ebracteatus. Sepala subcucullata dorso aequalia subaristata. Stam. fertilia cum sterilibus alternantia. Stylus simplex stigmatibus 2, utriculus 1spermus stylo terminatus in calyce 5valvi.

xx. *Fructus inferi.*

268 Thesium. Cal. corollinus 5fidus (intus glaber vel barbatus). Stam. extus villosa! basi laciniarum calycis inserta. Antherae 2loculares. Stylus simplex. Stigma capitatum. Nux 1sperma striata.

II. *Staminum filamenta, et antherae in tubum coalitae* (Syngenesia L.).

## L. CYNAREAE.

x. *Genuinae.* Anthodio ventricoso, imbricato, flosculis aequalibus tubulosis, fertilibus; antherae plerumque basi, apiceque appendiculatae.

z. *Pappus plumosus.*

s. *Receptaculum paleaceum, paleis fissis.*

269 Cynara. Squamae anthodii basi carnosae, spinosae. Receptaculum carnosum paleis fissis munitum. Pappus sessilis caducus.

270 Acarna. Anthod. involucratum, involucro spinuloso. Recept. paleis fissis munitum. Pappus sessilis.

ss. *Receptaculum setosum.*

271 Cirsium. Squamae anthodii spinulosae. Receptaculum siccum setosum. Pappus sessilis caducus.

272 Saussurea (*Cand. an. du Mus.* 16). Squamae anthodii inermes. Recept. setosum. Pappus duplex exterior setosus, interior sessilis plumosus.

sss. *Receptaculum paleaceo-setosum.*

273 Carlina. Squamae anthodii exteriores ramoso-spinosae, interiores scariosae coloratae radiantes. Recept. favosum paleaceo-setaceum. Pappus sessilis setis brevibus cinctus.

274 Leuzea (*Cand. l. c.*). Squamae anthodii inermes scariosae. Rec. paleaceo-setosum. Pappus sessilis simplex.

zz. *Pappus setaceo-pilosus.*

s. *Receptaculum setosum.*

275 Carduus. Squamae anthodii pungentes. Recept. setosum. Pappus sessilis pilosus caducus.

276 Serratula. Squamae anthodii inermes. Recept. setosum. Pappus setaceus scaber persistens.

ss. *Receptaculum favosum.*

277 Arctium. Squamae anthodii apice hamatae. Recept. favosum. Pappus setaceus scaber.

sss. *Receptaculum alveolatopaleaceum.*

278 Onopordum. Squamae anthodii spinosae. Recept. alveolatopaleaceum. Pappus sessilis setaceo-pilosus caducus. Semina striata transverse rugulosa.

zzz. *Pappus paleaceus.*

279 Onobroma (*Gaertn de fr.* 2, 380). Squamae anthodii subspinosae. Recept. paleaceum. Pappus paleaceo-setaceus.

280 Silybum. Squamae anthodii appressae apice appendiculatae: appendiculis basi cochleariformibus, divaricatis spinosis. Rec. paleaceo-setaceum. Pappus paleaceo-setaceus scaber.

zzzz. *Pappus subnullus.*

s. *Anthodium nullum.*

281 Echinops. Anthodium nullum. Recept. globosum setosum. Semina paleis imbricatis cincta. Pappus nullus nisi cupula membranacea.

ss. *Anthodium foliaceum.*

282 Carthamus. Squamae anthodii foliaceae, squarrosae. Recept. paleis fissis munitum.

xx. *Desciscentes: flosculis radialibus neutris, vel nonnullis femineis.*

283 Centaurea. Anthodium ventricosum, ovatum, imbricatum squamis inermibus, vel spinosis: flosculi radiales neutri tubulosi. Recept. setosum Pappus paleaceo-setaceus, annulo caducus. Hilum laterale ad basim.

284 GALACTITES *(Mönch. meth.* 558). Anthodium ovatum imbricatum squamis spinosis. Flosculi radiales neutri, tubulosi. Rec. paleaceo-setosum.

II. EUPATORINAE

x. *Genuinae*. Anthodium ovatum seu cylindricum, flosculis omnibus perfectis tubulosis.

v. *Pappus setaceo-pilosus.*

z. *Receptaculun nudum.*

285 EUPATORIUM. Anthodium imbricatum squamis plerumque appressis. Recept. nudum. Stylus longissimus. Pappus scaber sessilis.

286 CACALIA. Anthodium cylindricum multipartitum, squamis basilaribus accessoriis. Antherae apice basique appendiculatae. Recept. nudum. Pappus pilosus scaber.

zz. *Receptaculun paleaceun.*

287 STAHELINA. Anthodium cylindricum imbricatum, squamis saepe apice coloratis. Antherae basi caudatae. Recept. paleaceum. Pappus pilosus pilis ramosis.

zzz. *Receptaculum scrobiculatum brevissime paleaceum, vel pilosum.*

288 CHRYSOCOMA. Anth. imbricatum. Recept. scrobiculatum, brevissime paleaceum, vel pilosum. Stylus mediocris longitudinis.

vv. *Pappus aristatus.*

289 BIDENS. Anthodium simplex, partitum, coloratum, involucratum, involucro multipartito, patente. Flosculi interdum radiales lingulati. Recept. paleaceum. Pappus aristis binis aut pluribus retrorsum aculeatis.

vvv. *Pappus obsoletus seu nullus.*

z. *Receptaculum nudum.*

290 BALSAMITA. Anthodium imbricatum. Stigmata truncata. Recept. nudum. Semina processu lingulato coronata.

zz. *Receptaculum paleaceum.*

291 SANTOLINA. Anthodium haemisphericum imbricatum, squamis ovato-oblongis acutis, appressis. Rec. paleaceum. Pappus o.

292 OTANTHUS. *(Link)*. Anth. haemisphericum imbricatum. Recept. paleaceum. Flosculorum appendiculi duo germini adnati. Pappus o.

xx. *Desciscentes*: Flosculis nonnullis abortientibus vel femineis.

v. *Pappus pilosus.*

z. *Receptaculum nudum.*

293 TUSSILLAGO. Anthodium imbricatum flosculos aequans. Flosculi feminei imperfecti. Rec. nudum. Pappus pilosus.

zz. *Receptaculum scrobiculatum pilosum.*

294 GNAPHALIUM. Anthodium imbricatum squamis internis scariosis subcoloratis. Rec. scrobiculatum pilosum. Flosculi radiales feminei imperfecti tenuissimi, seu nulli. Pappus pilosus scaber seu apice pennicillatus, vel subplumosus.

vv. *Pappus aristatus seu paleaceus.*

295 XERANTHEMUM. Anthodium imbricatum, squamis interioribus scariosis radiantibus. Rec. paleaceum. Flosculi radiales feminei inconspicui bilabiati. Pappus paleaceo-aristatus.

vvv. *Pappus obsoletus, vel o.*

z. *Receptacutum nudum.*

296 TANACETUM. Anthodium imbricatum haemisphericum. Flosculi radiales feminei inconspicui tubulosi 3dentati pariter fertiles, et hermaphroditi. Recept. nudum. Pappi vestigium coronula membranacea. Semina angulata.

297 CARPESIUM. Anthodium imbricatum, squamis reflexo-squarrosis, exterioribus foliaceis. Rec. nudum. Flosculi ventricoso-tubulosi, quinquedentati: feminei radiales, filamentis sterilibus quinque discretis, utrique fertiles. Pappus o. Semina sub cylindrica apice glandulosa.

zz. *Receptaculum nudum vel pilosum.*

298 ARTEMISIA. Anthodium imbricatum ovatum, vel haemisphericum. Rec. nudum vel pilosum. Flosculi radiales feminei imperfecti, limbo subtridentato integro, pariter fertiles, ac hermaphroditi. Pappus o.

zzz. *Receptaculum paleaceum.*

299 ANACYCLUS. Anthodium imbricatum squamis margine scariosis. Rec. paleaceum. Flosculi feminei radiales subtubulosi, limbo integro vel bifido: hermaphroditi disci tubulosi, limbo 5fido utrique fertiles. Semina obovata margine alata.

zzzz. *Receptaculum marginale paleaceum disci nudum.*

300 MICROPUS. Involucrum 5phyllum deciduum. Anthodium penta-aut heptaphllum aequale foliolis carinatis carina aculeatis, vel inermibus, persistentibus. Rec. marginale paleaceum, disci nudum. Flosculi subquini in ambitu feminei, apetali, soli fertiles. Subdeni in disco hermaphroditi tubulosi quinque dentati, stylo simplici setaceo. Semina compressa calva foliolis anthodii involuta.

## III. RADIATAE

x. *Radius femineus aeque fertilis.*
v. *Pappus pilosus.*
z. *Receptaculum nudum.*

301 Inula. Anthodium imbricatum squamis squarrosis. Rec. nudum. Antherae basi appendiculatae.

302 Solidago. Anthodium imbricatum. Recept. nudum. Radius concolor.

303 Cineraria. Anth. simplex multipartitum. Rec. nudum. Pappus pilosus scaber.

304 Senecio. Anthodium multipartitum, basi squamis brevioribus auctum, laciniis anthodii apice plerumque maculatis. Rec. nudum. Radius interdum deficiens.

zz. *Receptaculum nudiusculum.*

305 Conyza. Anthodium imbricatum. Rec. nudiusculum. Flosculi radiales trifidi, subbilabiati.

306 Erigeron. Anthodium imbricatum. Rec. nudiusculum. Flosculi radiales ligulati angustissimi.

307 Aster. Anthodium imbricatum. Rec. nudiusculum. Radius discolor.

zzz. *Receptaculum pilosum.*

308 Arnica. Anthodium polyphyllum duplici serie. Recept. pilosum, vel setis plumosis occupatum. Flosculi radiales antheris distinctis abortientibus. Pappus pilosus scaber.

309 Doronicum. Anthodium duplici serie imbricatum. Rec. pilosiusculum. Flosculi radiales antheris distinctis abortientibus. Pappus radii nullus, disci scaber.

vv. *Pappus obsoletus seu nullus.*
z. *Receptaculum paleaceum.*
s. *Anthodio haemispherico.*

310 Anthemis. Anthodium hemisphericum imbricatum, squamis margine scariosis. Rec. paleaceum. Radius multiflorus.

ss. *Anthodio ovato.*

311 Achillaea. Anth. ovatum imbric Rec. paleaceum. Radius pauciflorus.

sss. *Anthodio foliaceo.*

312 Buphtalmum. Anthodium imbricatum foliaceum. Rec. paleaceum. Semina marginata apice denticulata, paleolarum specie.

zz. *Rceptaculum nudum.*
s. *Conicum.*
r. *Anthodio plano.*

313 Bellis. Anthodium planum imbricatnm herbaceum. Rec. conicum nudum. Antherae utrimque appendiculatae.

314 Matricaria. Anthodium planum imbricatum, squamis scariosis. Rec. conicum nudum.

rr. *Anthodio haemispherico.*

315 Trallesia (*Zum.*). Anthodium haemisphericum, imbricatum squamis margine atro-scariosis, laceris. Receptaculum nudum, conicum, elongatum. Achenia 3-4angulata angulis badio-fuscis, lateribns atris, nitidis, rugosis. Achenia in uno latere apice 2-glandulosa demum senescendo 2porosa, poris aliquando obsoletis membrana integra hyalina coronata.

ss. *Planum.*

316 Chrysanthemum. Anth. haemisphericum imbricatum squamis margine scariosis. Rec. planum nudum. Semina oblonga angulata.

317 Pyrethrum (*Smith. fl. brit.* 2, 900). Anthodium haemisphericum, imbricatum, squamis margine scariosis. Rec. planum nudum. Pappi vestigium coronula.

xx. *Radius solus fertilis: flosculi disci masculi.*

318 Calendula. Anth. polyphyllum seu multipartitum. Rec. nudum. Semina grandia difformia, navicularia, lunata, cristato-echinata.

## IV. CICHOREAE

*Flosculi omnes ligulati fertiles.*
v. *Pappus pilosus.*
z. *Receptaculum nudum.*

319 Crepis. Anthodium polyphyllum aequale: squamis basilaribus involucri speciem simulantibus. Rec. nudum. Pappus sessilis pilosus scaber. Semina cylindrico-conica striata.

320 Hieracium. Anthodium imbricatum polyphyllum, laciniis angustis. Rec. nudum. Pappus sessilis pilosus scaber. Semina striata.

321 Sonchus. Anthodium imbricatum basi ventricosum laciniis latiusculis margine scariosis. Rec. nudum. Pappus sessilis.

322 Chondrilla. Anthodium simplicissimum sub cylindricum oligophyllum basi squamis brevibus munitum. Rec. nudum. Pappus plerumque duplex, exterior paleaceus brevissimus, interior stipitatus pilosus.

323 Lactuca. Anthodium imbricatum conicum, squamis latiusculis marginatis. Rec. nudum. Pappus stipitatns scaber. Semina striata.

zz. *Receptaculum sub foveolatum.*

324 Borckausia. (*Bohem.*). Anthod. polyphyllum, aequale; squamis basilaribus brevibus accessoriis. Rec. nudum seu foveolatum. Pappus stipitatus. Semina striata.

325 Prenanthes. Anthod. simplicissimum cylindricum, oligophyllum basi

squamis brevibus munitum. Rec. nudum favulosum. Flosculi plerumque pauci. Pappus stipitatus. Semina sulcata.

326 LEONTODON. Invol. polyphyllum erectum, vel demum reflexum. Anthodium simplex multipartitum. Rec. foveolatum. Pappus stipitatus. Semina striata apice hispida.

zzz. *Receptaculum pilosum favulosum.*

327 ANDRYALA. Anthodium polyphyllum subaequale. Rec. favulosum pilosum. Pappus sessilis.

zzzz. *Recept. paleaceo-setaceum.*

328 LAGOSERIS (*M. B.*). Anthodium polyphyllum squamis involucratum. Rec. paleaceo-setaceum. Pappus sessilis pilosus. Semina cylindrica sulcato-striata.

zzzzz. *Recept. disci villosum, radii paleacum.*

329 ROTHIA (*Schreb. in L. gen. pl. n.* 1240). Anthodium polyphyllum subaequale tomentosum. Recept. disci villosum, radii paleaceum. Semina disci pappo setaceo-piloso, scabro: radii nuda.

vv. *Pappus plumosus.*

z. *Receptaculum nudum.*

330 TRAGOPOGON. Anthodium multipartitum seu polyphyllum. Rec. nudum. Pappus stipitatus.

331 PICRIS. Anthodium polyphyllum involucratum. Rec. nudum. Pappus sessilis. Semina transverse sulcata.

332 HELMINTHIA (*Juss. gen.* 170). Involucrum foliaceum pentaphyllum. Anthodium octopartitum. Rec. nudum. Pappus stipitatus semina rugolosa.

zz. *Receptaculum nudiusculum.*

333 UROSPERMUM (*Juss. gen.* 170). Anthodium monophyllum tubo ventricoso, octopartitum. Rec. nudiusculum, Pappus breviter stipitatus: stipite fistuloso corniformi. Semina transversim sulcata.

334 SCORZONERA. Anth. imbricatum, squamis latiusculis (interdum sub apice mucronatis). Rec. nudiusculum. Pappus plumosus sessilis vel stipitatus. Semina quandoque stipitata.

zzz. *Recept. nudiusculum foevolatum.*

335 APARGIA. Anthod. imbricatum. Rec. nudiusculum scrobiculatum. Pappus sessilis plumosus.

336 THRINCIA (*Roth. Catal. bot.* 1, 97). Anthodium simpliciusculum, multipartitum basi squamis brevibus munitum. Rec. foveolatum. Pappus radii breviter paleaceus, disci plumosus.

zzz. *Receptaculum setosum.*

337 GEROPOGON. Anthodium multipartitum. Rec. setosum. Pappus radii quinquesetus disci stipitatus plumosus.

zzzzz. *Receptaculum paleaceum.*

328 SERIOLA. Anthodium simplex polyphyllum. Rec. paleaceum. Pappus stipitatus.

339 HYPOCHOERIS. Anth. imbric. Rec. paleacum. Pappus radii sessilis, disci stipitatus.

vvv. *Pappus paleaceus, seu aristatus. seu setaceus.*

z. *Receptaculum nudum.*

340 HYOSERIS. Anthodium simplex polyphyllum, basi squamis auctum. Rec. nudum. Pappus radii subpaleaceus, disci paleis inaequalibus.

341 HEDYPNOIS. Anthod. simplex polyphyllum basi squamis auctum. Rec. nudum. Pappus radii subpaleaceus, disci duplex, exterior setaceus interior paleis aristatis.

zz. *Receptaculum alveolatum.*

342 TOLPIS. Anthodium duplici serie polyphyllum, subaequale, basi squamis setaceis patentissimis circumvallatum. Rec. alveolatum. Pappus radii paleaceus, disci aristis, seu setis pluribus.

zzz. *Receptac. foveolatum.*

343 ZACINTHA. Anthodium sub octophyllum, basi squamis brevibus munitum, demum torosum, depresso-globosum. Rec. foveolatum. Pappus brevis setaceus, setis scabris.

zzzz. *Receptaculum setosum.*

344 CATANANCHE. Anthodium imbricatum squamis latiusculis, scariosis. Rec. setosum. Pappus paleis quinque aristatis.

zzzzz. *Receptaculum paleaceum.*

345 CICHORIUM. Anthodium pleyophyllum, aequale, basi involucro oligophyllo breviori. Rec. paleaceum. Pappus paleaceus.

vvvv. *Pappus obsoletus vel nullus.*

z. *Receptaculum nudum.*

346 LAPSANA. Anthodium simplex polyphyllum, basi squamis brevibus auctum. Rec. nudum.

347 RHAGADIOLUS. Anthodium simplex polyphyllum, basi squamis brevibus auctum. Rec. nudum. semina cum foliolis anthodii demum coalita teretiuscula.

zz. *Receptaculum paleaecum.*

348 SCOLYMUS. Anthodium imbricatum spinosum. Rec. paleaceum.

B. *Floribus monoecis.*

a. *Staminibus liberis.*

349 XANTHIUM. Masc. Involucrum subdiphyllum multiflorum. Receptaculum setosum. Periantium tubulosum, quinquedentatum. Flamentum colum-

nare tubulosum. Antherae quatuor quinque apice mucronatae oblongae biloculares. Fem. Involucrum diphyllum biflorum. Perianthium cum drupis binis coalescens, hamato-echinatum. Stylus 3fidus.

350 AMARANTUS. Cal. 3-5sepalus. Stamina 3 aut. 5 distincta, antheris 2locularibus. Stylus profunde 2-3 partitus, utriculus circumscissus 1spermus.

aa. *Staminibus per filamenta cohaerentibus.*

(Monadelphia L.).

x. *Bacca.*

351 BRYONIA. Flores monoeci vel dioeci. Cal. superus 5fidus, vel 5dentatus. Discus glandulosus nectarifer in fundo calycis. Cor. 5partita. Flamenta basi connata, bina bianterifera tertium unam antheram gestans. Antherae gyris duobus longitudinaliter dehiscentes. Styli tres connati. Stigmata capitata vel emarginata. Bacca trilocnlaris hexasperma.

xx. *Pepo elastice dissiliens.*

352 MOMORDICA. Cal. 5part. superus. Cor. 5partita. Stam. filamenta tria in cylindrum coalita bina bianterifera tertium unam antheram gerens. Antherae gyris flexuosis dehiscentes. Styli tres basi coaliti. Stigmata 2fida incurva. Pepo trilocularis elastice dissiliens.

xxx. *Pepo indehiscens.*

353. CUCURBITA. Cal. 5partitus superus. In fundo calycis discus nectarifer. Corolla campanulata 5 fida. Stamina. Columnula basi 3cruris apice antheras 5coalitas gerens. Antherae singulae gyris tribus longitudinalibus dehiscentes. Stylus 3fidus; stigmata 2loba incurva. Pepo 3locularis. Semina compressa, margine incrassata. Placentae in angulis exterioribus.

354. CUCUMIS. Calyx 5partitus superus. Cor. campanulata 5fida. Stam. columnula basi 3cruris apice antheras coalitas gerens. aut: filamenta 3 inferne divergentia superne conniventia vel coalita super antheris capitulo terminata: antherae gyris longitudinalibus ternis dehiscentes: binae in duobus, una in tertio stamine. Stylus 3fidus. Stigmata 2loba incurva. Pepo 3locularis. Semina margine acuto aut aequali. Placentae in angulis loculorum exterioribus.

C. *Floribus polygamis.*

x. *Legumen.*

355 CERATONIA. Cal. 5partitus. Filamenta longissima. Antherae magnae didymae. Stigma sessile capitatum. Legumen quadrangulare isthmis interceptum, pulpa farctum.

xx. *Caryopsis.*

356 ATRIPLEX. Herm. Cal. 5partit. Cor. o. Stam. 5. Stylus 2fidus. Caryopsis lenticularis. Fem. Cal. disepalus, sepalis demum in valvas caryopsin continentes raroque mutatas (laeves membranaceas integerrimas seu dentatas seu dorso muriculatas) abeuntibus. Stylus 2partitus.

xxx. *Bacca.*

357. RHAMNUS. Cal. turbinatus 5fidus. Petala minora submargine disci glandulosi inserta cum calycis laciniis alternantia. Stamina petalis opposita. Antherae 2loculares. Stylus subdivisus. Bacca 2-3sperma. Semina strophiolo cartilagineo.

## DIGYNIA

A. *Floribus hermaphroditis.*

I. *Flores perfecti.*

a. *Corolla monopetala.*

x. *Semina papposa.*

358 CYNANCHUM. Cor. 5partita rotata. Corona petaloidea cum antheris alternans, vel simplex 5loba vel duplex exterior 10fida interior 5partita.

xx. *Semina nuda.*

z. *Capsula unilocularis.*

v. *Monosperma.*

359 CRESSA. Cal. 5partitus. Cor. infundibuli-hippocrateriformis. Stam. exserta. Stigmata capitata. Caps. 2valvis 1sperma.

vv. *Polysperma.*

360. GENTIANA. Cal. campanulatus 4-5fidus. Cor. subcampanulata 4-5fida; faux nuda, aut barbata. Stamina imo tubo inserta. Styli primum connati demum secedentes stigmatibus obtusis Caps. 1locularis apice 2valvis: semina non marginata.

361. SWERTIA. Cal. 4-5partitus. Cor. rotata laciniis basi biglandulosis; aut campanulata basi tuberculata, vel calcarata. Styli, et capsula gentianae. Semina margine alata.

zz. *Capsula bilocularis tetrasperma.*

362 CUSCUTA. Cal. 4-5lobus. Cor. subglobosa persistens 4-5fida basi intus squamulis obsessa. Stam. tubo corollae accreta. Caps. 2locularis, basi dehiscens, loculis dispermis. Embryo spiralis periphericus acotyledoneus.

aa. *Corolla quinque petala.*

x. *Fructus superi.*

363. VELEZIA. Cal. tubulosus gracilis 5dentatus. Petala parva emarginata unguibus filiformibus. Cap. 1locularis, polysperma: placenta filiformis.

xx. *Fructus inferi*, umbelliferae.

z. *Formae desciscentes: umbellae subcapitatae.*

364 ERINGIUM. Flores capitati. Rec. paleaceum. Involucrum subspinosum. Petala inflexa. Fructus paleaceo-squamati, calyce coronati.

365 ECHINOPHORA. Flores polygami, centralis sessilis femineus, germina intra pedicellos recipiens. Involucra oligophilla. Cal. 5dentatus. Petala inaequalia. Fructus ecostatus, striatus, raphe sulcata in receptaculo turgido nidulans.

366 SANICULA. Umbella capitata. Involucra oligophylla. Flosculi polygami. Cal. persistens. Fructus oblongus, solidus ecostatus setis uncinatis, seu glochidatis obsessus.

367 DONDIA. Umbella capitata. Involucrum hexaphyllum, umbella longius Cal. persistens. Fructus ovatus solidus subtricostatus, valleculis convexis.

368 ASTRANTIA. Umbellae fasciculiformes. Involucra umbellas aequantia subcolorata. Cal. persistens. Fructus oblongus utriculis sulcatis rugosis cinctus.

zz. Hydrocotylinae. *Umbellae imperfectae. Involucra obsoleta. Folia cum petiolo confluentia, simplicia.*

369 HYDROCOTYLE. Umbella depauperata. Petala plana. Fructus compressus, orbiculatus, dorso 3costato raphe angusta cortice saepe reticulato.

zzz. Bupleurinae. *Umbellae perfectiores. Involucra latiuscula. Folia simplicia.*

370 BUPLEURUM. Flores hermaphroditi (plerumque flavi). Cal. obsoletus. Fructus ovatus, prismaticus subpentagonus (glaber aut muriculatus).

zzzz. Pimpinellae. *Umbellae perfectiores. Involucra nulla, aut obsoleta. Fructus ovatus, solidus quinque costatus, folia composita.*

371 PIMPINELLA. Involucra neutra. Fructus ovatus solidus, costis 5 obtusiusculis, valleculis planiusculis vittatis.

372 TRAGIUM. Involucra neutra. Fructus ovato-oblongus ecostatus, pubescens, raphe planiuscula.

373 SESELI. Involucrum universale o, partiale oligo-aut polyphyllum. Fructus ovatus solidus acute costatus. Rami virgati.

374 SISON. Involucrum o aut oligophyllum. Fructus ovatus solidus obsolete tricostatus, valleculis convexis, lateribus contractis, raphe excavata.

375 CARUM. Involucrum universale 1phyllum, partiale o. Fructus prismaticus dorso 3costatus, valleculis sulcatis striatis raphe lata utrinque costata.

376 OENANTHE. Involucrum uuiversale subnullum, partialia polyphylla. Flosculi saepe radiantes polygami. Fructus subprismaticus, angulato-costatus calyce, stylisque coronatus.

377 APIUM. Involucrum neutrum. Fructus ovatus solidus obtuse costatus.

378 CNIDIUM *(Cuss. mem. soc. med. Paris* 1782*)*. Involucrum 1phyllum. Fructus ovatus solidus costis 5acutis subalatis valleculis sulcatis striatis.

379 MEUM. Involucrum universale o partiale oligophyllum. Fructus prismaticus acute angulatus.

zzzzz. Smirneae. *Umbellae perfectae. Involucrum universale nullum aut varium. Fructus solidus corticatus, utriculatus.*

380 SMYRNIUM. Involucrum subnullum. Fructus ovatus solidus cortice nigro 3costato raphe lateribusque contractis.

381 CACHYRIS. Involucra varia. Fructus cortice suberoso fungoso crasso cinctus. Albumen involutum.

382 BIFORIS *(Spreng. in R. et Sch. syst.* 6. *n.* 1486*)*. Involucrum 1phyllum foliaceum. Fructus globosus, gibberosus poris duobus in apice raphes.

383 AETHUSA. Involucrum universale o partialia dimidiata. Fructus ovatus solidus cortice in costas 5obtusas turgescente valleculis vittatis.

384 PHYSOSPERMUM *(Cusson. mem. soc. med. Paris* 1782). Involucrum oligophyllum. Fructus obtuse 5costatus, utriculo laxo globoso vix striato vestitus.

385 PLEUROSPERMUM *(Hoffm. umb. pug.* IX, *f.* 16). Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus ovato-oblongus, duplici tegmine membranaceo laxiusculo 5angulari, filis transversis cohaerente.

386 TORDYLIUM. Involucra varia. Flores subradiantes. Fructus planus orbicularis margine turgido crenulato.

387 THYSSELINUM. Involucra polyphylla. Fructus planus, cortice dorsi costas tres obtusas producente, raphe plana.

zzzzzz. Caucalinae. *Fructus armatus hirtus. Involucra varia.*

388 CAUCALIS. Involucrum subnullum. Involucella indivisa. Flores subradiantes. Fructus oblongus, costis 5-aculeatis, angulis interpositis setosis. Albumem convolutum.

389 DAUCUS. Involucri foliola pinnatifida. Flores subradiantes. Frutus oblongus costis 5primariis glochidato-aculeatis, angulis interpositis setosis.

390 Torilis *(Gaertn. de fruct. I. 82)*. Involucrum obsoletum. Flores aequales. Fructus ovatus subecostatus, undique aculeis setisque tectus.

391 Athamanta. Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus ovatus solidus hispidus seu villosus 5costatus.

zzzzzzz. Scandicinae. *Fructus pyramidatus, rostratus. Involucrum universale nullum.*

392 Scandix. Fructus pyramidatus rostratus 5costatus, rostro nuclei longitudinem aequante vel superante.

393 Myrrhis. Fructus pyramidatus 5costatus stylis coronatus.

394 Chaerophyllum. Involucrum subnullum. Fructus conicus ecostatus glaber, raphe sulcata.

395. Anthriscus. Involucrum subnullum. Fructus conicus muricatus stylis coronatus.

zzzzzzzz. Amminae. *Involucra varia. Fructus subovato-cblongi, prismatici, sulcati, costati.*

396. Ammi. Involucri foliola pinnatifida. Fructus oblongus obtuse costatus, valleculis planiusculis.

397 Sium. Involucrum utrumque foliolis integris. Fructus subprismaticus angulato-costatus.

398 Conium. Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus ovatus solidus costis 5 obtusis immaturis crenulatis.

399 Ligusticum. Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus ovato-oblongus costis 5 acutis valleculis sulcatis.

zzzzzzzzz. Selinae. *Fructus compressi plani marginati vel alati:*

400 Selinum. Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus planissimus ovalis margine alatus costis dorsalibus tribus subprominulis valleculis rapheque ciliatis.

401 Peucedanum. Involucrum oligophyllum aut o. Fructus planus marginatus (non alatus) costis dorsalibus (tribus aut quinque), obtusis valleculis rapheque parallele vittatis.

402 Heracleum. Involucrum subnullum. Fructus compressus membranaceo-marginatus, costis dorsalibus tribus obtusis, vittis clavatis.

403 Pastinaca. Involucrum o. Fructus ovalis compressus marginatus dorso tri-raphe bistriatus.

404 Ferula. Involucra varia. Flores polygami. Fructus compressus planus margine incrassato costis tribus dorsalibus obtusis.

405. Angelica. Involucrum universale o. Fructus subcompressus margine alatus costis tribus dorsalibus acutis subalatis, valleculis sulcatis.

406 Imperatoria. Invol. universale o. fructus compressus planus, margine alatus, costis tribus dorsalibus obtusis valleculis sulcatis.

407 Thapsia. Involucrum universale subnullum. Fructus angustus subcompressus ecostatus alis dorsalibus marginalibusque.

408 Laserpitium. Involucrum utrumque polyphyllum. Fructus ovalis subcompressus, costis primariis tribus acutis, secundariis, et margine alatis.

2. *Flores imperfecti.*

x. *Calyx quinque partitus.*

z· *Immutatus.*

409 Chenopodium. Cal 5partitus demum haud mutatus. Stamina receptaculo inserta. Utriculus 1spermus. Embryo periphericus.

zz *Demum appendiculatus.*

410 Salsola. Cal. 5partitus demum appendiculatus. Stamina basi calycis inserta. Embryo vel spiralis exalbuminosus vel albuminosus curvatus.

xx. *Calyx quinque sepalus.*

z. *bracteatus.*

411. anabasis. Cal. 5ſepalus 3bracteatus, demum baccatus. Fructus 1spermus. Embryo periphericus.

zz. *Nudus.*

412 Herniaria. Cal. 5sepalus. Stamina 10 quorum alterna fertilia. Utriculus 1spermus.

xxx. *Calyx* 4 – 5 – 8 *lobus*

413 Ulmus. Cal. 4-5-8lobus campanulatus. Stamina 4-5-8. Samara.

B. *Floribus monoecis.*

414 Ambrosia. Masc. Involucrum 1phyllum multiflorum. Corollae ininfundibuliformes 5dentatae. Antherae sessiles 2 loculares. Rudimentum styli simplicis stigmate capitato. Fem. Cal. 5fidus 1florus. Cor. o. Styli 2. simplices. Nucula 1sperma.

C. *Floribus dioecis.*

x ·*Achenium.*

415 Humulus. Masc. Flores paniculati. Cal. 5partitus. Cor. o. Filamenta subulata brevia. Antherae oblongae 2loculares, sursum dehiscentes. Fem. Flores in amento ovato strobiliformi Squamae quaternae ovatae 1florae bracteis 2ovatis tectae. Styli 2 filiformes pubescentes. Achenium subr0tundum: embryo spiratim convolutus.

xx. *Caryopsis.*

416 Cannabis. Masc. Flores paniculati. Cal. 5sepalus. Cor. o. Antherae 4sulcae 2loculares. Fem. Flores aggregati. Squama cava germen ambiens. Styli 2. apice incrassati pubescentes. Caryopsis. Embryo cotyledonibus crassis.

xxx. *Drupa.*

417 PISTACIA. Masc. Racemi amentacei. Cal. 5fidus. Antherae subsessiles tetragonae. Fem. Cal. 3-4fidus. Stigmata tria crassiuscula. Drupa submonosperma. Semen exalbuminosum. Cotyledones crassae carnoso-oleosae.

418 CELTIS. Cal. 5-6partitus. Styli o. Stigmata divaricata 2fida. Drupa baccata 1sperma.

## TRIGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Flores completi.*

1. *Superi.*

419 VIBURNUM. Cal. 5dentatus. Cor. 5loba. Stigmata sessilia 3. Bacca 1sperma.

420 SAMBUCUS. Cal. 5dentatus. Cor. rotata. Stigmata 3. Bacca sub 3sperma.

2. *Inferi*

x. *Staminibus liberis.*

z. *Drupa suberosa alata.*

421 PALIURUS. Cal. 5fidus. Petala unguiculata: discus carnosus perigynus. Styli breves. Drupa suberosa alata 3 locularis 3sperma.

zz. *Nucula.*

422 CORRIGIOLA. Cal. 5sepalus margine membranaceus. Petala integra cum sepalis alternantia. Stigmata sessilia: nucula 1sperma.

zzz. *Capsula unica.*

423 TELEPHIUM. Cal. 5partitus persistens. Petala integra. Stamina receptaculo inserta. Stigmata sessilia recurva. Caps. 3valvis, basi 3locularis polysperma.

zzzz. *Capsulae binae aut tres.*

424 STAPHYLEA. Cal. 5partitus coloratus. Stamina receptaculo glanduloso inserta. Styli 2 aut 3. Caps. 2 aut 3. membranaceae inflatae, seminibus quaternis quinis, aut senis osseis.

xx. *Staminibus per filamenta cohaerentibus. (Monadelphia L).*

425 TAMARIX. Cal. 4-5partitus persistens. Petala 4, vel 5. Stamina e disco patellaeformi hypogyno nata basi subcoalita. Styli tres elongati, stigmatibus glandulosis. Caps. 3valvis, polysperma. Semina basi valvarum affixa.

aa. *Flores incompleti.*

426 BETA. Cal. 5partitus. Stigmata sessilia. Semen 1 in calyce durescente.

B. *Floribus monoecis.*

427 CROZOPHORA. Mas. Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Stamina receptaculo glanduloso imposita, inferne connata.

Fem. Cal. 10 partitus laciniis linearibus. Petala o. Styli 3 2fidi. Fructus tricoccus.

C. *Floribus dioicis.*

428 RHUS. Flores subdiclini. Cal. 5fidus. Petala ovata patentia aut o. Styli 3 aut stigmata 3. Bacca 1sperma.

D. *Floribus polygamis.*

429 AILANTHUS. (*Desfont. act. ac. par.* 1786. 263). Cal. 5dentatus. Petala patentia. Stamina in floribus masculis subduplicata. Styli connati stigmate peltato coronati. Samarae 3 aut 5.

## TETRAGYNIA

A. *Floribus hermaphroditis.*

430 PARNASSIA. Cal. 5partitus. Petala subrotundo-ovata. Squamae glandulis stipitatis cinctae petalis oppositae. Stigmata 4-sessilia. Caps. 1 locularis 4valvis, valvis medio septiferis, semina membrana obvoluta.

B. *Floribus dioicis.*

431 SPINACIA. Mas. Cal. 4sepalus. Stam. exserta. Filam. apice incrassata. Antherae snbrotundae didymae.

Fem. Cal. ventricosus, 2dentatus dein turgidus. Stigmata quatuor, filiformia. Achenium calyce turgido tectum, vel inermi, vel muricato-aculeato.

## PENTAGYNIA.

*Flores inferi completi.*

a. *Capsula.*

x. *Capsula unilocularis.*

432 DROSERA. Cal. 5partitus persistens. Filamenta hypogyna apice dilatata. Antherae loculis duobus distantibus. Styli emarginati bipartiti aut multifidi. Caps. 3-5valvis polysperma valvis placentiferis. Semina nuda membrana obvoluta.

433 ALDROVANDA. Cal. 5partitus persistens. Styli indivisi capitati. Caps. 1locularis 5valvis 10sperma.

xx. *Capsula decemlocularis.*

434 LINUM. Cal. subpentasepalus. Petala 5 cum staminibus annulo perigyno inserta: filamenta sterilia cum fertilibus alterna. Caps. 10locularis loculis 1spermis, valvis introflexis.

aa. *Capsulae quinque.*

435 CRASSULA. Cal. tubulosus 5partitus. Petala basi connexa staminifera. Squamae 5perigynae nectariferae. Caps.

5 acuminatae, introrsum dehiscentes polyspermae.

aaa. *Caryopses quinque.*

436 SIBBALDIA. Cal. campanulatus semidecemfidus laciniis alternis minoribus. Petala calycis ori inserta cum laciniis majorib. alternantia. Filamenta abbreviata, calyci inserta. Antherae 2loculares. Styli sublaterales decidui. Caryopses nudae quinae denae aut plures.

aaaa. *Utriculus.*

437 STATICE. Flores spicato-paniculati. Cal. 1phyllus plicatus scariosus. Petala 5 sub connata. Utriculus 1spermus calyce inclusus.

438 ARMERIA. (*W. enum.* 333). Flores fasciculato-capitati. Involucrum imbricatum basi tubulo productum. Receptaculum paleaceum. Cetera Statices.

aaaaa. *Utriculi quinque.*

439 ERODIUM. (*Herit. ger.*) Cal. 5sepalus, basi aequalis. Petala 5 subaequalia. Filamenta basi dilatata subcoalita; sterilia 5 squamiformia cum totidum antheriferis alternantia. Antherae 2loculares. Glandulae 5nectariferae ad basim staminum. Styli 5 connati. Utriculi 5 monospermi-rostrati, rostris demum spiratim tortis, intus barbatis.

## CLASSIS SEXTA

### HEXANDRIA.

#### MONOGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Staminibus aequalibus.*
b. *Genitalibus liberis.*
c. *Flores perfecti.*
d. *Fructus superi.*
e. *Corolla quinquepetala.*

440 FRANKENIA. Cal. tubulosus, canaliculatus 5dentatus. Petala unguiculata. Stamina hypogyna. Filamenta capillaria nuda. Antherae subrotundae. Stylus 3fidus. Caps. 1locularis 3-4valvis valvis placentiferis. Semina pauca subrotunda.

ee. *Corolla hexapetala.*

x. *Bacca.*

441 BERBERIS. Cal. 6sepalus subcoloratus, 3bracteatus. Petala basi 2glandulosa, sepalis opposita. Stamina hypogyna petalis opposita. Filamenta vel elastico-articulata, vel dentata. Antherae 2-4loculares, loculis discretis, a basi ad apicem valvula elastica dehiscentibus. Stigma subsessile peltatum. Bacca 2-3sperma. Semina testa crustacea.

xx. *Capsula.*

442 PEPLIS. Cal. 12fidus, laciniis alternis angustioribus. Petala fugacia aut nulla. Stamina hypogyna. Antherae erectae 2loculares. Stigma sessile capitatum.

dd. *Fructus inferi.*

443 LORANTHUS. Calycis margo obsolete dentatus. Petala plerumque 6 (interdum 4 raro 8). Stamina totidem alterna breviora petalorum basi affixa. Antherae dorso adnatae 2loculares. Stylus filiformis stigmate obtuso. Bacca calyce persistente umbilicata 1sperma.

cc. *Flores imperfecti.*

x. *Fructus superi.*

z. *Perianthium corollinum monop.*

r. *Capsula trigona.*

o. *Semina plana.*

p. *Corolla laciniis omnibus reflexis.*

444 LILIUM. Cor. campanulata regulariter 6partita, laciniis patentireflexis, sulco nectarifero longitudinali instructis (qui interdum deest). Stamina basi corollae inserta. Antherae versatiles. Stylus columnaris. Stigma 3lobum. Caps. 3gona, sexsulca, trilocularis, trivalvis, valvis reticulo fibroso nexis. Semina compressa.

pp. *Corolla laciniis internis conniventibus.*

445 UROPETALUM. (*Ker.*) Cal. corollinus campanulatus, limbo duplici: exteriori profundius diviso; laciniis longioribus, angustioribus, reflexis: interioribus erectis conniventibus. Stamina tubo inserta: filamenta subulata. Antherae mucronatae inclusae. Stylus filiformis, subtriangularis. Stigma 3lobum. Caps. membranacea 3locularis 3valvis valvis septiferis. Seminà plana

oo. *Semina globosa, vel subglobosa.*

446 HEMEROCALLIS. Cor. campanulata regulariter 6partita laciniis patenti-reflexis. Stamina basi corollae inserta, declinata. Antherae subincumbentes 2loculares. Stylus declinatus. Stigma 3gono-capitatum. Caps. 3gona, 3locularis. Semina globosa.

447 HYACINTHUS. Cor. infundibuliformis vel campanulata limboregulari 6fido patente. Stamina basi corollae inserta. Germen apice glandulas tres nectariferas gerens. Stylus brevis. Stigma obtusum 3lobum. Caps. 3locularis, loculis oligospermis.

448 MUSCARI. (*Mill. dict.* 5. 197). Cor. globoso-ovata vel subcylindrica fauce constricta limbo abbreviato sexdentato. Antherae subsessiles intra tubum. Germen eglandulosum. Stylus brevissimus

trisulcus. Stigma 3gonum. Caps. 3locularis loculis 2spermis.

rr. *Bacca trilocularis.*

449 ASPARAGUS. Cor. subcampanulata sexpartita decidua. Stamina basi corollae inserta. Filamenta subulata. Antherae erectae subcordato-ovatae. Stylus brevis. Stigma 3lobum. Bacca globosa 3locularis oligosperma.

450 CONVALLARIA. Cor. tubulosa limbo 6fido. Stamina tubo adnata. Filamenta subulata. Antherae erectae subcordato-ovatae. Stylus columnaris: stigma capitatum. Bacca 3locularis loculis oligospermis.

451 STREPTOPUS. (*Mich. fl. bor. am.* I. 200). Cor. hexapetaloidea, campanulata laciniis basi nudis. Stamina hypogyna. Filamenta abbreviata. Antherae cordato-lanceolatae erectae. Stylus conicus 3sulcus abbreviatus. Bacca 3locularis oligosperma. Semina nuda.

zz. *Perianthium polypetalum.*

r. *Flores bracteati.*

452 APHYLLANTES. Cal. corollinus 6sepalus, patens: bracteis scariosis imbricatis suffultus. Petala unguiculata. Filamenta setacea, petalorum laminis inserta. Antherae oblongae. Stylus filiformis. Stigmata 3oblonga. Capsula turbinata 3locularis polysperma.

453 JUNCUS. Cal. corollinus 6sepalus 2bracteatus. Stamina hypogyna (quandoque terna). Antherae oblongae erectae. Stylus simplex. Stigmata 3 pilosa, vel barbata. Caps. 3valvis polysperma: unilocularis septis persistentibus columnam centralem constituentibus, raro placentis parietalibus: subinde 3locularis. Testa seminis vel conformis nucleo, vel utrinque alata.

454 LUZULA. (*Cand. fl. fr.* 3: 158). Cal. corollinus 6sepalus bracteatus. Stamina hypogyna. Antherae erectae oblongae. Stylus simplex. Stigmata 3. Caps. 1locularis, 3valvis, 3perma. Sem. subglobosa, strophiolo longitudinali.

rr. *Flores non bracteati, sed spathacei. Capsula 3locularis polysperma dehiscens.*

o. *Semina plana.*

455 FRITILLARIA. Cor. 6petala campanulata (plerumque pendula aut nutante): petala inferne foveola nectarifera. Stamina hypogyna. Filamenta subulata. Antherae erectae oblongae. Stylus simplex, stigmate 3fido. Caps. oblonga 3loba 3locularis 3valvis. Semina plana gemino ordine sibi incumbentia.

456 TULIPA. Cor. 6petala campanulata, decidua. Petala basi nuda. Stamina hypogyna. Filamenta brevia. Antherae erectae oblongae. Stylus o. Stigma 3lobum. Caps. 3gona 3locularis, 3valvis. Semina compressoplana, gemino ordine sibi incumbentia.

oo. *Semina angulata.*

457 CZACKIA. (*Andrz*). Cor. 6petala, campanulato-infundibuliformis. Stamina hypogyna declinata, corollam aequantia: filamenta filiformia. Antherae incumbentes. Stylus exsertus. Stigma 3lobo-capitatum. Caps. subhexagona, 3locularis 3valvis. Semina angulata.

458 ANTHERICUM. Cor. 6petala patens. Stamina hypogyna. Filamenta subulata glabra. Antherae incumbentes 2loculares. Germen glandulis 3nectariferis. Stylus subulatus. Stigma subclavatum. Caps. 3locularis. Semina 3gona.

459 ALLIUM. Flores subumbellati. Spatha umbellam fulciens. Cor. calycina 6petala, patens marcescens. Stamina petalorum basi inserta. Filamenta vel aequalia subulata: vel basi dilatata suconnata; vel tricuspidata. Antherae incumbentes 2loculares. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Caps. 3locularis polysperma.

ooo. *Semina globosa vel rotundata, vel ovata.*

460 ERYTRONIUM. Cor. 6petala basi campanulata, a medio reflexa patens. Petala lanceolata acuta; alterna callis binis ad basin instructa Stamina hypogyna. Filamenta subulata brevissima. Antherae erectae oblongae. Stylus rectus. Stigma 3fidum. Caps. obovata, 2locularis, valvis placentiferis. Semina ovata acuta.

461 ORNITHOGALUM. Cal. corollinus 6petalus patens marcescens. Stamina receptaculo inserta. Filamenta vel basi dilatata, apice attenuata: vel plana fere petaloidea emarginata, 2-3cuspidata. Antherae versatiles, 2loculares. Stylus columnaris, stigmate 3gono. Caps. 2locularis, 3valvis, polysperma. Semina ovato-globosa.

462 ASPHODELUS. Cor. 6petala, patens. Filamenta e fornicibus cum basi petalorum connexis surgentia arcuata subulata. Antherae incumbentes. Stylus subulatus ascendens. Caps. coriacea, 3locularis pleiosperma. Semina 3quetra.

463 SCILLA. Cor. 6petala, vel subcampanulata, vel patentissima decidua. Stamina basi petalorum inserta. Filamenta subulata, aequalia. Antherae incumbentes, 2loculares. Stylus simplex. Caps. 3locularis 3valvis, polysperma: semina subglobosa.

rrr. *Flores nudi, neque spathacei, neque bracteati. Capsula trilocularis polysperma indehiscens.*

464 ACORUS. Spadix lateralis multi-

florus. Cal. corollinus, 6sepalus. Stamina sepalis opposita hypogyna. Filamenta subulata. Antherae peltatae. Stylus nullus. Stigma obtusum. Caps. hexagona 3locularis.

xx. *Fructus inferi.*

z. *Flores spathacei.*

v. *Perianthium duplex.*

465 Narcissus. Perianthium externum basi tubulosum limbo regulariter 6fido patente internum tubulosum limbo erectiusculo crenulato, dentato aut lobato. Stamina longitudine saepe inaequalia tubo adnata. Filamenta filiformia. Antherae oblongae 2loculares. Stylus filiformis. Stigma 3lobum obtusum. Caps. subrotunda, 3gona, 3locularis. Semina globosa appendiculata.

466 Pancratium. Perianthium corollinum, inferne tubulosum limbo 6petaloideo, regulari patente. Corona interior dentata staminifera. Filamenta subulata ( interdum inflexa ). Antherae incumbentes versatiles. Stylus filiformis. Stigma obtusum. Caps. 3locularis, 3valvis, polysperma. Semina globosa.

467 Galanthus. Perianthium utrumque 3petalum, externum petalis lanceolatis patulis: internum petalis erectis brevioribus emarginatis. Filamenta epigyna brevissima. Antherae acuminatae apice setaceae. Stylus filiformis. Stigma simplex. Caps. 3gona 3locularis: valvis medio septiferis. Semina ovalia, solida.

vv. *Perianthium simplex.*

468 Leucojum. Periantium campanulatum 6sepalum, petalis apice crassiusculis. Stamina epigyna. Filamenta abbreviata subulata. Antherae oblongo-lineares. Stylus clavatus. Stigma attenuatum, (in L. autumnali stylus filiformis) Caps. obovata, 3locnlaris 3valvis, valvis medio septiferis. Semina ovalia solida.

469 Stermbergia. ( *Kitaib. pl. rar. Hung.* 2. 172 ). Spatha 1flora. Cor. 6partita subregularis. Stamina basi laciniarum inserta. Antherae 4loculares. Stylus filiformis. Stigma 3gonum. Caps. 3locularis. Semina strophiolata.

aa. *Staminibus inaequalibus tetradynamis. ( Tetradynamia L. )*

A. *Synclistae. Fructus non dehiscentes.*

1. *Monospermi.*

470 Neslia. ( *Desv. jour.* 3. 162. 263 ). Cal. patens. Fructus globosus, coriaceus, 1spermus intus membrana distinctus. Cotyledones crassae incumbentes.

471 Calepina. (*Adam. fam.* 2. 423). Cal. erectus. Fructus ovatus stylo crasso acuminatus, coriaceus, glaber, vel granuloso-rugulosus 1spermus. Cotyledones conduplicatae incumbentes.

472 Myagrum. Cal. erectus. Fructus oblongus, apice compressus styloque brevi crasso terminatus in lacunas duas steriles dilatatus. Semen pendulum. Cotyledones incumbentes.

2. *Fructus biarticulati, oligospermi.*

473 Crambe. Cal. patens. Filamenta majora subfurcata. Fructus 2articulatus, dispermus articulo sup. globoso 1spermo; inferiore pedicelliformi abortiente. Semen pendulum. Cotyledones conduplicatae.

474 *Cakile*. Cal. patens. Fructus oblongus compressus, 2articulatus 2spermus: articulus superior ensiformis aut filiformis acutus, inferior utrinque dentatus, truncatus. Semen superioris erectum, inferioris pendulum. Cotyledones lineares accumbentes.

3. *Fructus biloculares.*

475 Coronopus. ( *Smith. fl. brit.* 2 591 ). Cal. patens. Fructus didymus, globoso-compressus, granuloso-muriculatus, aut subcristatus: loculi 1spermi. Semina pendula. Cotyledones incumbentes.

476 Bunias. Cal. erecto-patens. Nux subtetragona, 2-4locularis, loculis 5spermis. Cotyledones spiratim convolutae.

4. *Fructus siliquaeformes articulati polyspermi.*

477 Raphanus. Cal. erectus subclausus, basi subbisaccatus. Siliqua teres torulosa, stylo acuminata suberosa 1-vel 2locularis. Semina pendula. Cotyledones conduplicatae.

5. *Fructus valvati vix aut non dehiscentes.*

478 Clypeola. Cal. basi aequalis. Fructus orbicularis planus, 1locularis 1spermus. Semen centrale compressum. Cotyledones accumbentes.

479 Isatis. Cal. patens. Fructus ellipticus vel lanceolatus planus 1locularis 1spermus valvis navicularibus vix dehiscentibus. Semen pendulum. Cotyledones incumbentes.

480 Biscutella. Cal. basi aequalis vel saccatus subcalcaratus. Fructus didymus planus, loculis articulatis 1spermis marginatis axi stylifero annexi basi dehiscentibus. Cotyledones accumbentes.

481 Peltaria. Cal. patens. Silicula foliaceo-compressa, reticulata, 1locularis oligosperma, stylo coronata, suturis valvarum non dehiscentium manifestis. Semina pendula. Cotyledones accumbentes.

B. *Siliculosae. Valvis dehiscentibus.*

I. *Siliculae oligospermae.*

x. *Cotyledones accumbentes.*

482 Lunaria. Cal. erectus basi gibbus, subcoloratus. Silicula pedicellata, elliptica, plana, 2locularis funiculis longis septo adnatis. Semina compressa marginata alata.

483 Alyssum. Cal. erectus. Petala integra aut emarginata. Stam. basi appendiculata aut denticulata aut edentula. Silicula subrotunda, compressa, 2locularis stylo coronata. Semina subsolitaria, pendula, plerumque marginata.

484 Pterocallis. (*R. Br. h. Kev. ed.* 2. 4. 93). Cal. aequalis. Petala integra. Stamina edentula. Silicula ovalis, planiuscula 2locularis loculis dispermis, funiculis septo adnatis. Semina non marginata.

485 Hutchinsia. (*R. Br. l. c.* 4. 82). Cal. aequalis. Petala aequalia, silicula elliptica, saepe stylo coronata, valvis navicularibus apteris, loculis 2-8spermis. Semina pendula.

486 Iberis. Cal. basi aequalis. Petala exteriora ampliora. Silicula emarginata, valvis navicularibus marginato-alatis, loculis 1spermis. Semina pendula.

487 Teesdalia. (*R. Br l. c.* 4. 83). Cal. patens. Petala subaequalia. Squamae petaloideae inaequales ad basim staminum. Stylus brevis stigmate capitato. Silicula emarginata, valvis navicularibus apteris, loculis dispermis. Semina subcompressa.

xx. *Cotyledones incumbentes.*

488 Lepidium. Cal. basi subaequalis. Petala integra. Silicula ovata, saepe emarginata stylo coronata valvis carinato-ventricosis, interdum subalatis, loculis 1spermis. Semina pendula.

489 Aethionema. (*R. Br. l. c.* 4. 80). Cal. erectus. Filamenta longiora vel superne denticulo aucta vel secum coalita. Silicula obovata vel ovalis, compressa, subemarginata, valvis navicularibus dorso alatis, loculis 1-2permis.

2. *Siliculae polyspermae.*

x. *Cotyledones accumbentes.*

490 Farsetia. Cal. clausus, basi 2-saccatus. Silicula ovalis stylo brevi coronata, valvis planis. Semina compressa alata.

491 Vesicaria. Cal. clausus. Petala obovata. Stamina nonnumquam dentata. Silicula subglobosa, inflata stylo terminata; valvis subhemisphericis: semina saepe marginata.

492 Draba. Cal. erectus. Petala integra aut 2fida. Silicula ovali-oblonga, valvis plano-convexis. Semina non marginata.

493 Cochlearia. Cal. patens. Stamina edentula. Silicula subglobosa, seú ovato-oblonga, valvis ventricosis crassiusculis.

494 Thlaspi. Cal. basi aequalis. Petala aequalia. Stylus deciduus. Silicula compressa, apice emarginata, valvis navicularibus dorso subalatis. Semina non marginata.

xx. *Cotyledones incumbentes.*

495 Camelina. (*Crantz Austr.* 1. 12). Cal. basi aequalis. Petala integra. Filamenta edentula. Silicula obovata, vel globosa stylo coronata valvis ventricosis, cum styli parte dehiscentibus, Semina non marginata.

C. *Siliquosae.*

I. *Siliquae abbreviatae subsiliculosae.*

*Cotyledones accumbentes.*

496 Nasturtium. (*R. Br. l. c.* 4. 109). Cal. patens. Siliqua teretiuscula, stylo brevi coronata, valvis convexiusculis. Semina 2serialia.

2. *Siliquae genuinae.*

x. *Cotyledones accumbentes.*

497 Dentaria. Cal. erectus. Siliqua compressa, lanceolata in stylum longum filiformem attenuata: valvis planis enerviis a basi dehiscentibus. Semina uniserialia.

498 Cardamine. Cal. erectiusculus. Siliqua linearis stylo brevi aut nullo: valvae planae enerviae, septo margine incrassato angustioribus saepe elastice a basi resilientibus. Semina uniserialia.

499 Arabis. Cal. erectus. Siliqua sessilis, linearis stigmate subsessili coronata: valvulis planiusculis uninerviis; septo lineari. Semina uniserialia non marginata.

500 Turritis. Cal. patens. Siliqua linearis elongata: valvis planis uninerviis. Semina biserialia.

501. Barbarea. (*R. Br. l. c.* 4. 109). Cal. erectus. Siliqua tetragono-anceps stylo coronata. Semina uniserialia.

502 Cheiranthus. Cal. clausus basi saccatus. Siliqua stigmate 2lobo vel capitato coronata. Semina uniserialia, compressa, marginata.

503 Matthiola. (*R. Br. l. c.* 4. 119). Cal. clausus. Filamenta longiora dilatata. Siliqua stigmatibus conniventibus, dorso incrassatis sive cornigeris coronata. Semina compressa uniserialia.

xx. *Cotyledones incumbentes.*

504 Malcolmia. (*R. Br. l. c.* 4. 121). Cal. subclausus. Siliqua teretiuscula stigmate acuminato terminata.

505 Hesperis. Cal. basi saccatus. Siliqua teretiuscula, seu subtetragona stigmatibus conniventibus coronata. Semina uniserialia.

506 Sisymbrium. Cal. patens basi aequalis. Siliqua teretiuscula, seu angulata. Semina uniserialia.

507 Erysimum. Cal: erectus, seu clausus. Siliqua tetragona. Semina uniserialia.

xxx. *Cotyledones conduplicatae.*

508 Brassica. Cal. erectus. Siliqua teretiuscula vel stylo coronata, vel rostrata. Semina uniserialia.

509 Sinapis. Cal. patentissimus. Siliqua teretiuscula, vel stylo coronata, vel rostrata. Semina uniserialia.

510 Moricandia. (*Cand: Syst.* 2. 625). Cal. basi 2saccatus. Siliqua tetragona subanceps. Semina biserialia subalata.

511 Diplotaxis. (*Cand. l. c.* 2. 628). Cal. patens basi aequalis. Siliqua linearis compressa. Semina biserialia.

bb. *Staminibus per filamenta in duos fasciculos cohaerentibus* (*diadelphia. L*).

512 Corydalis. Cal. disepalus deciduus. Petala quatuor subcoalita, superius basi cornutum, inferius lineare. Stamina terna coalita, filamentis latiusculis membranaceis superioribus basi calcaratis. Antherae intermediae bilaterales uniloculares. Stylus persistens: stigma capitato-lobatum. Siliqua bivalvis pleiosperma. Semina strophiolata.

513 Fumaria. Cal. diphyllus deciduus. Cor. tetrapetala ringens. Petala subcoalita, superius basi gibbum, inferius carinatum. Stamina terna coalita, filamentis planiusculis; antheris intermediis bilateralibus unilocularibus. Stylus brevis. Stigma orbiculatum. Caryopsis vel globosa, vel compressa.

bbb. *Genitalibus accretis.* (*Gynandria L*).

514 Aristolochia. Cal. corollinus superus, basi ventricosus, limbo vario. Antherae 2loculares, stigmatis lateribus insculptae. Capsula infera, sexlocularis, polysperma. Semina compressa imbricata plerumque alata.

B. *Floribus dioicis.*

515 Smilax. Cal. corollinus hexasesepaloideus patens persistens. Stamina basi laciniarum inserta. Filamenta subulata. Antherae erectae. Stylus brevissimus. Stigmata tria. Bacca monotrisperma. Embryo umbilico oppositus.

516 Tamus. Mas. Cal. 6partitus laciniis lanceolatis patentibus. Filamenta subulata. Antherae erectae oblongae. Fem. Cal. corollinus superus sexpartitus laciniis basi glaudula oblonga notatis. Stylus 3partitus stigmatibus planis 2fidis. Bacca oligosperma.

## DIGYNIA.

a. *Calyx bivalvis.*

517 Oryza. Gramen paniculatum. Cal. 1florus 2valvis minimus. Cor. 2-valvis persistens, valvis navicularibus: inferiore dorso gibba, aristata. Squamae hypogynae emarginato-dentatae. Caryopsis corolla vestita striata.

aa. *Calyx quadrisepalus.*

518 Oxyria. (*Hill. veg. syst.* 16. 24). Cal. tetrasepalus, sepalis basi subcohaerentibus: exterioribus marcescentibus, interioribus obovatis post anthesim auctis. Stamina 4exterioribus, duo interioribus sep. opposita. Filamenta brevia subulata. Antherae oblongae, 2loculares. Styli simplices. Stigmata penicillata. Achenium compressum alatum. Embryo centralis.

## TRIGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis:*

1. *Flos e terra prodeuns perianthio erecto.*

519 Bulbocodium. Cor. infundibuliformis tubo longissimo, laciniis limbi unguiculatis. Stamina unguibus petalorum inserta. Antherae incumbentes. Stylus filiformis stigmate 3fido. Caps. 3gona, 3locularis, polysperma.

520 Colchichum. Cor. e media radice bulbosa surgens spatha cincta, tubo longissimo, limbo erectiusculo 6fido, campanulato. Stamina tubo adnata. Antherae sagittatae. Styli filiformes longissimi e germine intra radicem sepulto orti. Capsula 3loba, 3locularis: valvis introflexis dissepimentum formantibus. Anguli interni loculorum placentiferi. Semina subglobosa, rugosa.

2. *Plantae cauliferae. Flores racemosi.*

x. *Achenium.*

521 Rumex. Cal. 6sepalus, sepalis duplici ordine dispositis. Stamina 2 sepalis internis opposita perigyna. Filamenta capillaria. Antherae oblongae 2loculares. Styli capillares. Stigmata multifida. Achenium 3angulare, sepalis interioribus obtectum. Haec in fructu maturo valvae audiunt, granulo obsessae vel destitutae. Albumen farinosum. Embryo lateralis.

xx. *Folliculi tres.*

522 Tofieldia. (*Huds. ang.* 157). Cal. corollinus 6sepalus, patens, brac-

tea vel 3loba ( calyculum mentiente ) vel simplici suffultus. Stamina basi sepalorum inserta. Antherae extrorsum dehiscentes. Styli breves. Stigmata obtusa. Folliculi tres polyspermi.

xxx. *Capsulae tres.*

523 TRIGLOCHIN. Cal. 6sepalus duplici ordine: sepala ovata concava decidua. Stamina tria exteriora inter sepala exteriora, et interiora, tria interiora. Filamenta brevissima. Antherae cordato-subrotundae, ambitu circulari dehiscentes. Styli recurvi, vel nulli. Stigmata penicillata. Capsulae tres, aut sex, evalves, monospermae. Semen triquetrum, utrinque attenuatum.

B. *Floribus polygamis.*

x. *Baccae tres.*

524 CHAMAEROPS. Spatha duplex: coriacea, interior oblique aperta. Flores sessiles bracteati. Cal. 3partitus. Cor. 3petala. Filamenta basi dilatata connata. Stigmata 3 subulata. Baccae tres monospermae. Embryo lateralis.

xx. *Capsulae tres.*

525 VERATRUM. Cal. corollinus 6sepalus, patens. Stamina receptaculo inserta. Styli tres breves. Capsulae tres bivalves, polyspermae. Semina alata.

### POLYGYNIA.

526 ALISMA. Cal. 3sepalus. Corolla 3petala. Stamina hypogyna, gemina petalis opposita. Filamenta subulata. Antherae incumbentes. Styli seni, octoni, aut plures brevissimi. Stigmata lateralia. Capsulae submonospermae acuminatae stellatae. Embryo complicatus.

## CLASSIS SEPTIMA

### HEPTANDRIA.

527 AESCULUS. Cal. campanulatus 5dentatus. Petala 4. 5. unguiculata inaequalia. Stamina disco perigyno inserta, declinata. Filamenta subulata. Antherae ovato-oblongae. Stylus conicus. Stigma tridentatum. Caps. coriacea, 2-3locularis, oligosperma. Cotyledones crassissimae.

## CLASSIS OCTAVA.

### OCTANDRIA.

#### MONOGYNIA.

A. *Flores hermaphroditi.*

a. *Flores perfecti.*

b. *Corolla monopetala.*

c. *Fructus superi.*

d. *Capsula unilocularis.*

528 CHLORA. Cal. 8. (6-4) partitus; laciniis lanceolatis acuminatis. Cor. tubo brevi, limbo patente, 8 (6-4) fido. Stamina corollae inserta. Filamenta brevissima. Antherae lineares erectae. Stylus filiformis. Stigma 2lobum. Caps. 1locularis 2valvis; valvis inflexis placentiferis. Semina numerosa.

dd. *Capsula multilocularis.*

529 ERICA. Cal. 4sepalus persistens. Cor. 1petala limbo 4fido: tubulosa, infundibuliformis, campanulata ampullacea, urceolata, vel globulosa: utplurimum calycem excedens, interdum eo minor. Stamina inclusa, vel exserta. Filamenta capillaria perigyna, receptaculo inserta. Antherae ante anthesim foraminulis duobus lateribus nexae basi vel muticae vel appendiculis aristatis, aut cristatis instructae. Stylus simplex. Stigma capitatum, vel peltatum, vel 4fidum. Caps. 4-8cularis: dissepimentis ad placentam centralem fixis: valvis totidem. Semina minuta.

cc. *Fructus inferi.*

530 VACCINIUM. Cal. 4-5fidus (vel 4-5dentatus interdum integer). Cor. urceolata ore constricto; vel campanulata patens: limbo 4fido (4) 5dentato. Stamina calycis limbo imposita. Antherae 2fidae apice poro gemino dehiscentes; dorso saepe appendiculis aristatis instructae. Stylus simplex. Stigma obtusum. Bacca 4-5 locularis polysperma.

bb. *Corolla polypetala: fructus inferi.*

v. *Staminibus liberis.*

z. *Semina nuda.*

531 OENOTHERA. Cal. tubulosus limbo 4partito deciduo: laciniis binis ternisve saepe cohaerentibus. Petala calyci inserta. Stamina erecta vel declinata. Filamenta subulata. Antherae incumbentes. Pollen viscosum subtriangulare. Stylus filiformis. Stigma 4fidum, (rarius globosum). Capsula prismatico-cylindrica, vel obovata, alata, 4locularis, 4valvis. Placenta centralis. Semina nuda.

zz. *Semina comosa.*

532 EPILOBIUM. Cal. tubulosus limbo

4partito. Petala calyci inserta. Stamina erecta vel declinata: filamenta subulata. Antherae ovales pollen viscosum subtriangulare. Stylus simplex. Stigma 4fidum. Capsula prismatica, 4locularis, 4valvis, polyperma. Semina comosa.

vv. *Staminibus per filamenta in duos fasciculos cohaerentibus.*
*(Diadelphia* L.*)*

533 Polygala. Cal. 5sepalus; sepalis inaequalibus, duobus alaeformibus persistentibus. Petala 3aut 5secum, et cum tubo stamineo nexa; superius vexillum, inferius carinam saepe cristatam sistentia. Stamina coalita 2partita. Antherae uniloculares. Stylus apice incrassatus, incurvus. Stigma tubulosum. Capsula obovata seu obcordata 2locularis disperma. Semina pubescentia strophiolata.

aa. *Flores imperfecti.*

z. *Drupa.*

534 Daphne. Cal. corollinus, infundibuliformis, marcescens 4fidus. Stamina tubo corollae duplici serie inserta. Antherae subrotundae. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. Drupa 1-sperma.

zz. *Nux.*

535 Passerina. Cal. corollinus infundibuliformis marcescens, limbo 4fido Filamenta setacea fauci imposita. Antherae ovatae erectae. Stylus lateralis. Stigma capitellatum. Nux 1sperma.

B. *Flores monoeci.*

536 Euphorbia. Involucrum androgynum 4-5fidum, extus appendiculis glandulosis, rotundatis, vel 2cornibus. Flosculi apetali, masculi peripherici. Pedicelli incerti numeri, singuli cum singulis staminibus articulati. Antherae 2loculares, loculis discretis, sursum dehiscentibus. Germen pedicellatum centrale. Styli 3 2fidi. Capsula 3cocca. Cocci 2valves. Semina albuminosa.

537 Cytinus. Flores bracteati. Calyx corollinus tubulosus 4lobus. Columna staminum crassiuscula. Antherae oblongo-lineares, conniventes. Stylus brevis, cylindricus. Stigma capitatum octo sulcis profundis exaratum. Capsula baccata 8cularis, polysperma.

C. *Flores polygami.*

x. *Bacca.*

538 Diospyros. Cal. 4partitus (quandoque 3 aut 6 partitus). Corolla urceolata 4fida laciniis revolutis. Stamina basi corollae inserta. Filamenta brevissima quandoque alterna 2anterifera. Antherae basi affixae subulatae. Stylus 4fidus, interdum 2partitus, saepe 3fidus. Bacca globosa, octocularis, calyce persistente suffulta. Semina solitaria compressa, albuminosa. Embryo obliquus.

xx. *Legumen.*

539 Gleditschia. Hermaph. Cal. 3-4-5 partitus. Petala 3-4-5. Duo quandoque coalescentia. Stam. 3-6-8. Filamenta filiformia, basi libera. Antherae erectae, ovales, 2loculares. Stylus simplex brevis. Legumen plerumque longissimum, isthmis interruptum: semina in pulpa nidulantia: raro 1spermum exsuccum.

Masc. Cal. 4-8partitus. Cor. o. Stamina 4-8.

## DIGYNIA.

1. *Floribus hermaphroditis.*

540 Moehringia. Cal. 4sepalus persistens. Petala 4cum sepalis alternantia. Stamina hypogyna petala aequantia. Filamenta capillaria. Antherae ovatae. Styli filiformes. Stigmata subclavata. Capsula 1locularis 4valvis, polysperma. Placenta centralis.

2. *Floribus monoecis diclinis.*

541 Corylus. Masc. Flores amentacei. Squamae 3partitae, aut 3dentatae. Stamina 2seriata, imbricata. Filamenta brevissima. Antherae oblongae 2loculares medio longitudinaliter dehiscentes apice barbatae aut filamentosae.

Fem. Flos solitarius gemmaceus squamis imbricatis. Styli 2 simplicissimi, filiformes: nux ovata.

3. *Floribus dioecis.*

a. *Staminibus liberis.*

542 Populus. Bractea multifido-laciniata, fimbriata. Cor. campanulata limbo integerrimo. Filamenta basi corollae inserta. Antherae erectae 2loculares. Stigmata sessilia. Capsula 2-3valvis. Semina comosa.

aa. *Staminibus per filamenta cohaerentibus.*

543 Ephedra. Flores mas. subamentacei. Squamae imbricatae. Calyx semibifidus compressus. Cor. o. Columna staminifera apice divisa. Antherae 2-4loculares, apice poris dehiscentes. Styli duo filiformes breves. Squamae calycinae demum in baccae formam incrassatae. Semina 2. Embryo inversus.

4. *Floribus polygamis.*

544 Acer. Cal. 5partitus. Petala patentia vel o. Filamenta subulata receptaculo inserta. Stylus filiformis. Stigmata duo. Caryopses duae alatae.

## TRIGYNIA.

545 Polygonum. Cal. 5sepalus persistens. Cor. o. Stamina 8 (saepe 6. in-

terdum 5. raro 4. rarissime 3). Filamenta filiformia, quandoque basi glandulata. Antherae erectae 2loculares. Styli 3 stigmatibus capitatis (aut stylus 2fidus). Achenium 3quetrum (vel subrotundum) albuminosum. Embryo lateralis, vel medius S-formis.

### TETRAGYNIA.

I. *Floribus hermaphroditis.*
a. *Calyx bifidus.*

546 Adoxa. Cal. inferus 2fidus persistens. Cor. supera plana 4fida. Filamenta subulata. Antherae subrotundae. Styli simplices. Stygmata capitata. Fructus baccatus cum calyce coalitus 1locularis 4spermus. Semina membrana tenui obvoluta.

aa. *Calix tri-quadripartitus.*

547 Elatine. Cal. inferus 4 (3) partitus. Petala 4 ovalia (interdum 3). Stamina 8. (6. 3): filamenta hypogyna subulata. Antherae ovales erectae 2loculares. Styli 4, stigmatibus capitatis, aut stigmata sessilia 3. Capsula 4 (3) locularis, 4 (3) valvis. Semina linearia curvata rugosa.

aaa. *Calyx quadrisepalus.*

548 Paris. Cal. inferus 4sepalus: sepalis lanceolatis acuminatis patentibus. Petala linearia subulata, patentia, persistentia. Stamina hypogyna. Filamenta subulata. Antherae oblongae, mediis filamentis adnatae. Styli patentes. Bacca 4locularis polysperma.

2. *Floribus monoecis diclinis.*

549 Myriophyllum. Masc. Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Stamina ut plurimum 8-interdum 4: filamenta brevia. Antherae lineares 4loculares.

Fem. Cal. 4lobus. Cor. o. Stylus o. Stigmata 4barbata. Nuculae 4 1spermae. Semen exalbuminosum.

## CLASSIS NONA

### ENNEANDRIA.

#### MONOGYNIA.

*Floribus monoecis diclinis.*

550 Laurus. Cal. corollinus 6partitus deciduus. Stamina 12 quorum 3 sterilia. Filamenta utrinque glandula stipitata. Antherae adnatae 2loculares: loculis valva longitudinali a basi ad apicem dehiscentibus. Stylus simplex. Stigma capitatum. Bacca 1sperma. Semen exalbuminosum cotyledonibus magnis juxta basim peltatis.

### DI-TRIGYNIA.

I. *Floribus hermaphroditis.*

551 Rheum. Cal. corollinus 6partitus marcescens. Filamenta basi corollae inserta. Antherae ovales, 2loculares. Styli subnulli. Stigmata reflexa. Achenium 3quetrum alatum.

2. *Floribus dioicis.*

552 Mercurialis. Cal. 3partitus patens. Corolla o. Filamenta capillaria. Antherae didymae globosae. In flore femineo duo filamenta germini adstant. Styli 2 reflexi. Cocci 2, 2valves, 1spermi.

### HEXAGYNIA.

I. *Floribus hermaphroditis.*

553 Butomus. Flores umbellati. Cal. corollinus bisepalus, marcescens. Stamina perigyna: filamenta subulata. Antherae ovatae 2loculares. Germina 6 apice in stigmata applanata reflexa abeuntia. Capsulae totidem folliculares, polyspermae. Semina albuminosa. Embryo punctiformis.

2. *Floribus dioicis.*

554 Hydrocharis. Masc. Cal. 3sepalus bracteatus, coloratus. Petala 3obovata. Stamina triplici ordine stylo abortienti inserta. Stigmata 3. filiformia tribus staminibus interioribus adnata. Antherae subrotundae in ambitu dehiscentes.

Fem. Styli 6 2partiti cum totidem filamentis abortientibus, quorum 3truncata, 3 stylos aequantia. Caps. infera 6locularis, polysperma. Semina marginata, albuminosa. Embryo lateralis linearis.

## CLASSIS DECIMA

### DECANDRIA

#### MONOGYNIA.

A. *Corolla monopetala. Fructus superi.*

a. *Calyx quinque dentatus.*

555 Styrax. Cor. subcampanulata profunde 5-(3-7) fida. Stamina exserta. Filamenta tubo corollae adnata, basi nonnumquam in annulum coalita. Antherae lineares, 2loculares rimis longitudinalibus interioribus dehiscentes. Stylus simplex. Stigma sublobatum. Drupa exsucca 1-(rarius 2-aut 3-) pyrena.

aa. *Calyx quinque partitus.*

I. *Drupa.*

556 Arctostaphylos *Adams.* Cal. 5partitus. Cor. urceolata, limbo 5fido reflexo. Stamina basi corollae inserta

inclusa. Filamenta brevia. Antherae 2loculares apice poris duobus dehiscentes dorso aristatae. Germen disco hypogyno insertum. Stylus simplex. Stigma obtusum. Drupa subglobosa stylo coronata: putamine 5locnlari-l culis monospermis.

2. *Bacca.*

556. Arbutus. Cal. 5partitus. Cor. urceolata limbo 5dentato reflexo. Stamina basi corollae inserta, inclusa. Filamenta brevia basi dilatata. Antherae 2loculares, apice poris duobus dehiscentes dorso aristatae. Germen disco decangulari cinctum. Stylus simplex. Stigma obtusum.

aaa. *Calyx quinquefidus.*

557 Rhododendron. Cal. 5fidus persistens. Cor. infundibuliformis limbo 5partito patente. Stamina hypogyna declinata. Filamenta filiformia. Antherae ovales. Styius filiformis. Stigma capitatum. Caps. 5locularis, valvis inflexis dissepimenta formantibus: columna centralis 5loba: semina exilia linearia, membrana obvoluta.

B. *Corolla polypetala.*

a. *Regularis. Fructus superi.*

b. *Antherae apice bicornes.*

558 Pirola. Cal. 5fidus, vel 5partitus. Petala subrotunda, vel ovalia, patentia, vel conniventia. Stamina hypogyna conniventia vel ascendentia. Antherae tubulis apice dehiscentes. Stylus filiformis, erectus, vel declinatus, staminibus longior. Stigma 5fidum, vel 5lobum. Caps. pentagona, 5locularis, 5valvis, angulis dehiscens: placenta fungosa in quovis loculo. Semina saepius membranula laxa obvoluta.

bb. *Antherae laeves.*

x. *Basi bigibbae.*

559 Monotropa. Cal. 5sepalus connivens, vel ejus loco bracteae persistentes. Petala 5unguiculata, basi carnosa, saccata. Stamina hypogyna erecta cum petalis alternantia. Filamenta filiformia. Antherae depressae, subreniformes, basi 2gibbae transverse dehiscentes. Stylus cylindricus. Stigma peltatum depressum. Caps. 5angularis, 5locularis. Placenta centralis. Semina numerosa minuta membrana tenerrima laxa obvoluta.

xx. *Antherae subrotundae.*

560 Dictamnus. Cal. 5partitus deciduus Petala 5lanceolata, basi attenuata, inferiora declinata. Stamina hypogyna declinata. Filamenta longitudine inaequalia, fiiliformia superne glandulosa. Antherae subrotondae. Stylus sulcatus. Stigma obtusum. Folliculi 5coriacei, dispermi. Semina nitida. Cocci elastici 2valves.

xxx. *Antherae ovales.*

v. *Stigma quadri-quinquelobum.*

561 Ruta. Cal. 4-5partitus. Petala 4-5-unguiculata. Stamina disco hypogyno inserta. Filamenta filiformia: antherae ovales. Styli 4-5superne in unum confluentes. Stigma 4-5lobum. Discus clavatus germina 4aut 5ferens poris lateralibus nectariferis instructus. Capsulae 4-5, plerumque in unicam coalitae apice, et introrsum dehiscentes: semina semilunata. Embryo in centro albuminis.

vv. *Stigma quinque costatum.*

562 Tribulus. Cal. 5sepalus. Pet. patentia. Stamina alterna petalorum basi inserta, alterna hypogyna: haec singula extus glandula stipata. Filamenta filiformia. Antherae ovales rimis 2longitudinalibus dehiscentes. Stylus crassus conicus stigma 5costatum. Cocci 5initio connati extus (plerumque) tuberculati, aut spinosi intus transverse divisi in loculos 2aut 4, monospermos.

aa. *Corolla papilionacea.*

I. *Filamentis liberis.*

x. *Calyx bilabiatus.*

563 Anagyris. Cal. 2labiatus. Corollae alae vexillo longiores, carina 2petala elongata breviores. Stamina ascendentia. Stylus simplex. Stigma villosum. Legumen stipitatum teretiusculum, polyspermum subseptatum.

x. *Calix urceolatus.*

564 Cercis. Cal. urceolatus inferne gibbus, obtuse 5dentatus. Alae insignes divaricatae. Carina dipetala. Stamina declinata 4longiora, rectiuscula. Antherae incumbentes. Stylus stigmate obtuso. Legumen oblongum membranaceum polyspermum, sutura seminifera subalata.

II. *Filamentis monadelphis.*

x. *Leguminibus oligospermis.*

z. *Calyce velatis.*

565 Anthyllis. Cal. ventricosus 5-dentatus persistens. Vexillum petalis ceteris majus. Filamenta apice dilatata. Legumen pedicellatum.

zz. *Nudis.*

566 Ononis. Cal. subcampanulatus 5partitus laciniis aequalibus. Vexillum striatum. Carina acuta. Legumen sessile turgidum.

xx. *Leguminibus polyspermis 1locularibus.*

I. *Calyx bracteatus.*

567 Lupinus. Cal. tubulosus 2labiatus. Vexillum lateribus reflexum. Carina acuminata. Antherae praecoces subrotundae, serotinae oblongae. Stig-

ma subrotundum barbatum. Legumen coriaceum.

2. *Calix nudus.*

x. *Spathaceus.*

568 SPARTIUM. Cal. spathaceus, hinc fissus, inde apice 5denticulatus. Carina deorsum flexa.

xx. *Tubulosus apice bilabiatus.*

569 CYTISUS. Cal. tubulosus apice 2-labiatus: dentes ita conniventes, ut labium superius 2, inferius 1dentatum videatur. Carina obtusissima. Legumen compresso-teretiusculum.

xxx. *A basi bilabiatus.*

570 GENISTA. Cal. sub 2labiatus 5fidus; lab. superiore 2, inferiore 3fido. Carina deorsum flexa. Legumen quandoque oligospermum.

II. *Filamentis diadelphis.*

a. *Legumina.*

b. *Legumina oligosperma.*

x. *Calyce inclusa.*

571 TRIFOLIUM. Flores capitato-spicati. Calyx campanulatus 5dentatus dentibus superioribus brevioribus infimo plerumque producto. Cor. 1petala cum staminibus saepe coalita persistens. Stylus apice incurvus subpersistens. Legumen 1spermum circumscissum, calice tectum (nonumquam). 2-3spermum longiusculum.

xx. *Calyci subaequalia.*

572 PSORALEA. Cal. tubulosus plerumque tuberculato-punctatus 5dentatus. Legumen calycem subaequans 1-spermum evalve subrostratum.

xxx. *Exserta.*

z. *Compressa echinata.*

573 ONOBRYCHIS. Cal. 5fidus aut 5partitus laciniis subaequalibus lanceolatis acutis. Vexillum majus obovatum. Carina oblique truncata acuta. Legumen sessile, compressum non dehiscens, 1spermum plerumque echinatum aut cristatum dentatum rarius inerme glabriusculum.

zz. *Teretiuscula laevia.*

574 DORYCHNIUM. Cal. subcampanulatus 2labiatus 5dentatus. Alae subplicatae. Stigma capitatum. Legumen teretiusculum sub dispermum.

575 MELILOTUS. Flores racemosi. Cal. tubulosus 5dentatus. Petala distincta. Legumen calyce longius, 1-2spermum valvis saepe dehiscens.

zzz. *Turgida disperma.*

576 CICER. Cal. 5fidus, laciniis 4superioribus vexillo incumbentibus. Legumen turgidum 2spermum.

bb. *Legumina polysperma.*

I. *Unilocularia.*

x. *Legumen inflatum.*

577 COLUTEA. Cal. 5dentatus. Vexillum basi 2callosum. Carina obtusa, Stigma laterale sub apice styli uncinato. Legumen stipitatum inflatum membranaceum.

xx. *Legumen subinflatum.*

578 PHACA. Cal. tubulosus 5dentatus, dentibus superioribus brevibus. Legumen subinflatum, membranaceum, utrinque attenuatum, sutura seminifera tumida.

xxx. *Legumen teretiusculum.*

z. *Calix quinquefidus subbilabiatus.*

579 LOTUS. Cal. sub 2labiatus 5fidus, laciniis acuminatis. Alae conniventes. Legumen teres, aut compressum, stylo terminatum.

zz. *Cal. 5dentatus dentibus superioribus brevioribus profundioribus.*

580 OROBUS. Cal. 5dentatus dentibus superioribus brevioribus profundioribus. Stylus apice teres, intus pubescens. Legumen teretiusculum.

zzz. *Cal. 5dentatus dentibus aequalibus subulatis.*

581 GALEGA. Cal. dentibus 5subulatis subaequalibus. Carina obtusa. Legumen teretiusculum stylo terminatum oblique striatum.

xxxx. *Legumen subcompressum vel subteretiusculum isthmis interceptum.*

582 PHASEOLUS. Cal. bracteatus 2labiatus; labium sup. 2dentatum, inferius 3fidum. Carina cum genitalibus torta. Legumen compressum aut cylindricum, saepe isthmis interceptum.

xxxxx. *Compressum.*

z. *Calyce quadridentato.*

583 ROBINIA: Cal. campanulatus 4-dentatus dente superiore emarginato. Vexillum amplum. Carina obtusa. Stylus antice barbatus. Legumen compressum sutura seminifera marginata.

zz. *Calyce quinquedentato bracteato.*

584 DOLICHOS. Cal. bracteatus campanulatus 5dentatus dentibus 2superioribus coalitis. Vexillum patens, basi sulcatum, 2aut 4callosum. Carina angulo recto incurva, obtusa. Stylus compressus, subtus barbatus. Urceolus hypogynus crenulatus. Legumen compressum isthmis cellulosis inter semina instructum.

zzz. *Calyce 5partito corollae subaequali.*

585 ERVUM. Cal. 5partitus corollam subaequans. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Legumen compressum 4-6-spermum.

zzzz. *Cal. 5fido corolla minori.*

v. *Laciniis inaequalibus sup. brevioribus.*

586 CAJANUS *(Cand. Cat. h. monsp. 85.)*. Cal. campanulatus 5fidus, laciniis subulatis apice recurvis duabus superioribus connatis, inferiori producta. Vexillum amplum basi 2callosum. Ca-

rina obtusa. Legumen oblongum compressum nodulosum, isthmis membranaceis semina distinguentibus.

587 PISUM. Cal. 5fidus laciniis duabus superioribus brevioribus. Vexillum amplum reflexum. Stylus compressus carinatus supra villosus. Legumen oblongum compressum.

vv. *Laciniis aequalibus.*

588 LATHYRUS. Cal. 5fidus. Stylus apice applanatus. Legumen oblongo-lanceolatum.

589 VICIA. Cal. 5fidus. Stylus sub apice transverse barbatus. Legumen lineare, vel oblongum compressum.

590 TRIGONELLA. Cal. campanulatus 5fidus. Carina minima. Vexillum alaeque patentes, corollam tripetalam simulantes. Legumen compressum elongatum, vel cylindricum.

xxxxxx. *Legumen falcatum, vel cochleaeforme.*

591 MEDICAGO. Cal. 5fidus. Genitalia e carina elastice ad vexillum resilentia. Legumen falcatum, vel cochleatum.

2. *Legumina bi-plurilocularia.*

592 ASTRAGALUS. Cal. 5dentatus. Carina obtusa, vel acutiuscula. Legumen 2loculare, sutura inferiore introflexa.

593 BISERRULA. Cal. 5dentatus. Legumen planum 2loculare, suturis dentato-sinuatis.

aa. *Lomenta.*

x. *Calyx quinquedentatus.*

594 CORONILLA. Cal. 5dentatus, dentibus 2super. subcoalitis. Alae unguiculatae. Carina acuta. Lomentum teretiusculum, articulis oblongis.

595 ORNITHOPUS. Cal. 5dentatus. Carina minima compressa. Lomentum teretiusculum, vel compressum, plerumque arcuatum: articulis plurimis oblongis non dehiscentibus.

xx. *Calyx quinque-fidus.*

596 HEDYSARUM. Cal. 5fidus laciniis lineari-subulatis aequalibus. Vexillum amplum. Carina oblique truncata alis longior. Fasciculus genitalium abrupte infractus. Lomentum articulis pluribus compresso-planis ad utramque suturam convexis.

597 HIPPOCREPIS. Cal. 5fidus. Carina 2fida. Lomentum compressum sutura altera sinuatum.

598 SCORPIURUS. Cal. 5fidus. Carina 2fida. Lomentum teretiusculum contortum, coriaceum nodosum, squamosum, seu muricatum.

## DIGYNIA.

### A. *Flores perfecti.*

a. *Capsula unilocularis.*

599 GYPSOPHILA. Calix campanulatus angulatus, 5fidus, (interdum basi squamatus). Petala 5spathulata obovata integerrima, vel emarginata. Stamina hypogyna petalis breviora vel longiora. Antherae 2loculares erectae. Styli capillares. Superficies stigmatica lateralis. Caps. 1locularis polysperma, apice 3fariam dehiscens. Placenta centralis libera.

600 SAPONARIA. Cal. tubuloso-cylindricus 5dentatus basi nudus. Petala unguiculata integra quandoque emarginata, rarissime 2fida. Laminae basi interdum coronatae. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia, basi annulo cohaerentia. Antherae 2loculares. Styli filiformes. Superficies stigmatica lateralis. Caps. oblonga apice 5fariam dehiscens 1locularis polysperma. Placenta centralis libera.

601 DIANTHUS. Cal. tubulosus 5dentatus, basi squamis imbricatis suffultus. Petala unguiculata, plerumque dentata, aut multifida raro integerrima. Stamina annulo perigyno inserta. Filamenta capillaria. Antherae 2loculares. Styli filiformes, superficies stigmatica lateralis. Caps. oblonga apice 4-5fariam dehiscens, 1locularis polysperma. Placenta centralis libera.

aa. *Capsula bilocularis.*

602 SAXIFRAGA. Cal. semisuperus persistens 5fidus. Petala unguiculata vel sessilia, aequalia, vel rarissime inaequalia. Stamina calyci inserta perigyna. Filamenta filiformia. Antherae 2loculares styli simplices subdivergentes. Stigmata obtusa, glabra, aut barbata. Caps. semiinfera, 2locularis calyce vestita, polysperma.

### B. *Flores imperfecti.*

603 CHRYSOSPLENIUM. Cal. corollinus superus 4-5lobus patens. Annulus perigynus subcarnosus undulatus. Stamina subannulo inserta, brevia. Antherae 2loculares Styli brevissimi divaricati. Stigmata obtusa. Caps. 2partibilis, polysperma, semina fundo affixa.

604 SCLERANTHUS. Cal. urceolatus 5-fidus, persistens. Stamina fauci calycis inserta. Antherae 2loculares. Achenium calycis basi indurata tectum.

## TRIGYNIA.

a. *Calyx quinquedentatus.*

x. *Capsula baccata unilocularis.*

605 CUCUBALUS. Cal. ventricosus 5-dentatus, persistens dentibus revolutis. Petala 2fida ad ungues appendiculata. Stamina alterna basi petalorum inserta, alterna perigyna. Styli filiformes per-

sistentes. Caps. baccata 1locularis, polysperma. Placenta centralis libera.

xx. *Capsula exsucca basi trilocularis.*

606 SILENE. Cal. cylindricus clavatus, vel inflatus, striatus, vel sulcatus, persistens. Petala 5 2partita, 2fida, 2loba, vel integra ad laminarum basim appendiculis erectis ornata, vel nuda. Stam. hypogyna. Filamenta alterna basi petalorum inserta, alterna basi annulo conjuncta. Antherae ovales 2loculares. Styli simplices. Stigmata lateralia. Caps. basi 3locularis, polysperma, apice subsexfariam dehiscens: placenta columnaris centralis.

aa. *Calix quinquepartitus.*

607 STELLARIA. Cal. 5partitus. Petala 5 2partita (quandoque 2loba). Stamina hypogyna basi libera. Filamenta filiformia. Antherae 2loculares dorso affixae. Styli acuti. Stigmata lateralia. Caps. 1locularis apice 5-6fariam dehiscens. Placenta basilaris.

aaa. *Calyx quinquesepalus.*

x. *Capsula unica.*

608 CHERLERIA. Cal. 5sepalus striatus. Petala 5minima emarginata seu squamae nectariferae, et staminiferae. Stamina alterna petalis inserta. Styli filiformes. Capsula 3valvis oligosperma.

609 ARENARIA. Cal. 5sepalus. Petala 5integra. Stamina hypogyna numero varia (plerumque 10, interdum alterna abortientia, aut 5). Styli simplices. Stigmata lateralia. Caps. apice 3-5-6fariam dehiscens, aut 3-6valvis. Placenta basilaris, centralis. Semina numerosa, seu pauca.

xx. *Capsulae tres.*

610 GARIDELIA. Cal. 5sepalus coloratus deciduus. Petala, seu nectaria 5-petaloidea, 2labiata, labio altero 2fido elongato, altero breviori integro. Stamina hypogyna 10 aut plura. Styli brevissimi. Caps. 3folliculares pleiospermae ita nexae ut capsulam 3locularem mentiantur.

## PENTAGYNIA.

### A. *Floribus hermaphroditis*

I. *Filamentis liberis.*

a. *Capsula unica.*

x. *Unilocularis.*

611 CERASTIUM. Cal. 5sepalus aut 5partitus persistens. Petala 2fida calyce minora, vel eum aequantia, vel superantia. Stamina alterna hypogyna, alterna basi petalorum inserta. Styli capillares. Stigmata lateralia. Caps. globosa, vel cylindrica 1locularis polysperma, apice dentibus 10 erectis, vel revolutis dehiscens. Placenta centralis libera.

612 LYCHNIS. Cal. tubulosus 5dentatus, vel cylindrico-clavatus, costatus, vel campanulatus costatus, aut coriaceus, vel inflatus ecostatus. Petala 5unguiculata, ad laminarum basim appendiculata, plerumque 2fida, nonnumquam laciniata, interdum integra. Stamina hypogyna basi annulo unita. Antherae oblongae 2loculares dorso affixae. Stili filiformes. Stigmata lateralia. Caps. 1locularis, apice dentibus 10 dehiscens. Placenta centralis libera.

613 SPERGULA. Cal. 5partitus persistens. Petala 5 integra. Stam. hypogyna. Antherae 2loculares. Styli filiformes, superne undique stigmatosi Caps. 1locularis semiquinque valvis. Placenta centralis libera. Semina quandoque marginata.

xx. *Quinquelocularis: semina resilientia.*

614 OXALIS. Cal. 5partitus. Petala 5 hypogyna aequalia unguibus quandoque cohaerentia. Stamina hypogyna alterna breviora, annulo basilari saepe unita. Antherae 2loculares erectae. Styli erecti staminibus vel omnibus, vel alternis longiores, brevioresve. Stigmata capitata aut emarginata. Caps. oblonga pentagona 5locularis 10 valvis. Semina pauca angulo loculorum centrali affixa juniora arillo carnoso praedita, cujus vi proiiciuntur.

aa. *Capsulae quinque.*

615 SEDUM. Cal. 5partitus persistens. Petala 5 lanceolata. Squamae hypogynae nectariferae. Stamina basi petalorum inserta. Antherae 2loculares. Stigmata germinum apices. Caps. 5 patentes, sutura interna dehiscentes. Semina minuta plurima ad angulum internum fixa.

616 COTYLEDON. Cal. 5fidus, aut 5partitus. Cor. tubulosa campanulata, limbo 5do. Stamina tubo adnata, alterna plerumque breviora. Antherae subrotundae. Styli subulati. Caps. 5. patentes sutura interna dehiscentes. Semina minuta plurima ad angulum internum fixa.

2. *Filamentis monadelphis.*

617 GERANIUM. Cal. 5partitus. Petala 5 subaequalia. Glandulae 5 nectariferae ad basim staminum. Stamina basi dilatata omnia antherifera. Utriculi 1spermi aristati aristis rectis nudis.

### B. *Floribus polygamis*

618 CORIARIA. Flores diclini, aut polygami. Cal. campanulatus 10fidus laciniis alternis minoribus callosis. Cor. 0. Stamina receptaculo inserta. Antherae 2loculares. Stylus 0. Stigmata 5 su

bulata. Caryopses 5. laciniis internis calycis auctis tectae.

DECAGYNIA.

619 PHYTOLACCA. Cal. 5partitus coloratus persistens, inferus. Stamina, et styli numero varii. Bacca depressa sulcata 10 locularis. Semina solitaria.

## CLASSIS UNDECIMA

### POLYANDRIA.

I. *Stamina* 12 *usque* 20.
(Dodecandria L.)

MONOGYNIA.

A. *Floribus hermaphroditis.*

a. *Flores perfecti.*
x. *Fructus superi.*

620 LYTHRUM. Cal. tubulosus angulato-striatus, limbo 12dentato, dentibus alternis longioribus ab externo calycis integumento, minoribus alternis ab interna ejus membrana productis. Petala ut plurimum 6. calycis limbo imposita. Stamina e medio aut imo calyce orta alterna longiora 6 vel 12. Stylus filiformis: stigma capitatum. Caps. calyce vestita 2locularis polysperma.

621 PEGANUM. Cal. 5partitus persistens, laciniis linearibus elongatis, basi subdentatis. Petala 5ovali-oblonga nervosa. Stamina hypogyna. Filamenta basi arcuata incrassata. Antherae oblongae 2loculares basi emarginatae. Stylus filiformis. Stigma incrassatum 3gonum apice 3fidum. Caps. 3locularis 3valvis.

xx. *Fructus inferi.*

622 PORTULACA. Cal. 2partitus caducus. Petala 4-5. aut 6. Stamina numero varia, hypogyna. Filamenta basi cohaerentia. Stylus 3-5 partitus aut stigmata sessilia 3. 5. 8. Caps. 1locularis, medio circumscissa, polysperma. Semina basi funiculis singulis singula affixa.

aa. *Flores imperfecti. Fructus inferi.*

623 ASARUM. Cal. corollinus germini adnatus, urceolatus, vel campanulatus limbo 3fido erecto, vel revoluto. Stamina epigyna. Filamenta subulata. Antherae subapice filamentorum adnatae, 2loculares, loculis discretis. Stylus crassus, brevis. Stigma 6lobum. Caps. coriacea 6locularis, loculis oligospermis. Semina hinc substantia glandulosa (arillo?) praedita, qua dempta semilunata conspiciuntur.

B. *Floribus monoecis diclinis.*

624 THELIGONUM. Masc. Cal. corollinus 2valvis revolutus; stamina subduodena. Filamenta capillaria. Antherae lineares elongatae 2loculares.

Fem. Germen subglobosum nudum. Cor. lateralis tubulosa apice 2fida denticulata. Stylus simplicissimus, teres. Drupa subglobosa.

DIGYNIA.

625 AGRIMONIA. Cal. superus 5fidus, setis uncinatis obvallatus. Petala 5 calyci inserta. Stamina calycis ori imposita. Filamenta filiformia. Antherae subrotundae, ambitu circinatim dehiscentes. Styli stigmatibus capitatis. Semina duo calyce indurato inclusa.

TRI-TETRAGYNIA.

626 RESEDA. Cal. inferus 4-5-6partitus patens persistens. Petala numero varia ut plurimum sex, in plerisque 3fida multifida etiam aut inaequaliter laciniata, suprema nectario squamaeformi imposita. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia. Antherae 2loculares. Stigmata sessilia 3. (4 etiam, rarissime 6). Caps. apice hians, 3-4-5-aut 6dentata. Placentatio parietalis.

DODECAGYNIA.

627 SEMPERVIVUM. Cal. 6-12 partitus. Petala 6-12 lanceolata basi squamata. Stamina hypogyna. Stigmata acuta. Capsulae 6-12 folliculares polyspermae.

POLYGYNIA.

628 CERATOCEPHALUS. *Mönch. meth.* 218. Cal. 5sepalus. Petala unguiculata. caryopses cornutae, spicatae.

629 ISOPYRUM. Cal. 5sepalus coloratus deciduus. Petala 5tubulosa 2labiata, labio exteriore 2fido. Styli longitudinaliter stigmatosi. Capsulae folliculares, polyspermae.

II. *Stamina* 20 *usque* 100 *et ultra.*

A. *Stamina calyci imposita.*
(Icosandria L.)

*Flores hermaphroditi.*

MONOGYNIA.

b *Fructus superi.*

630 AMYGDALUS. Cal. campanulatus

sursum coloratus 5lobus deciduus. Petala 5 calyci inserta. Filamenta filiformia. Antherae erectae ovato-subrotundae vel oblongae 2loculares. Stylus simplex. Stigma capitatum. Drupa ovato-subrotunda pubescens aut tomentosa, sulco hinc longitudinaii. Nux compressa suturis prominulis, reticulata, foraminulosa. Embryo inversus. Cotyledones carnosae.

631 PRUNUS. Cal. subcampanulatus 5fidus, deciduus. Petala 5 subrotunda calyci inserta. Stamina calycis ori inserta. Filamenta filiformia. Antherae erectae ovato-subrotundae, vel oblongae 2loculares. Stylus simplex: stigma capitatum. Drupa ovato-subrotunda, glabra. Nux compressa suturis prominulis, planiuscula. Embryo inversus. Cotyledones carnosae.

bb. *Fructus inferi.*

x. *Bacca.*

632 MYRTUS. Cal. tubo ventricoso, limbo 5raro 3partito persistens. Pet 5raro 4calycis fauci inserta. Stamina annulo calycis inserta. Filamenta subulata erecta. Antherae subrotundae. Stylus simplex filiformis. Stigma obtusum.' Bacca ovalis vel subglobosa 2-3locularis. Semina plura in quovis loculo, reniformi-incurva snbossea. Embryo teretiusculus, curvatus cotyledonibus semicylindricis.

633 CACTUS. Cal. campanulatus, imbricatus, vel aequabilis. Petala 6aut plura, calyci adnata corollam campanulatam, vel subrotatam formantia. Stamina numerosissima petalis calycique adnata: filamenta subulata. Antherae ovales 2loculares. Stylus, stigmatibus vel radiatis vel rectis vel conglomeratis. Bacca unilocularis polysperma: placentatio parietalis: semina exalbuminosa.

xx. *Capsula.*

634 PHILADELPHUS. Cal. turbinatus limbo 4-5partito. Petala 4-vel 5calyci inserta. Stamina fauci calycis inserta petalis breviora. Stylus 4aut 5fidus, stigmatibus oblongis. Caps. 4-5locularis, polysperma: placentae angulares. Semina numerosa, scobiformia testa lata membranacea, apice dentato cincta.

xxx. *Pomum singulare extus sublignosum.*

635. PUNICA. Cal. coloratus campanulatus, carnoso-coriaceus. Petala 5vel plura calyci inserta. Filamenta filiformia. Antherae subglobosae rima duplici semicirculari dehiscentes. Stylus conicus, stigmate papilloso. Fructus grandis, subglobosns diaphragmate transverso in duas cameras inaequales divisus. Camera superior multi-locularis, dissepimentis parietalibus: inferior 3locularis dissepimentis irregularibus. Semina baccata. Cotyledones foliaceae spiratim convolutae.

## DI-PENTAGYNIA.

a. *Fructus superi.*

636 SPIRAEA. Cal. 5fidus persistens. Petala 5calyci adnata. Stamina calyci inserta. Styli 3, 4, 5simplices. Capsulae 3aut plures, membranaceae folliculares 2valves pleiospermae. Semina suturae internae affixa.

aa. *Fructus inferi.*

x. *Semina putamine osseo.*

637 MESPILUS. Cal. 5partitus laciniis foliaceis. Petala subrotunda. Discus magnus mellifluus. Styli 2. 3. 5glabri. Pomum turbinatum, apertum, 5loculare: semina testa ossea.

638 CRATAEGUS. Cal. tubo urceoiato limbo 5fido. Pet. subrotunda. Stamina annulo calycis glanduloso imposita. Styli 2. 3. 5glabri. Pomum carnosum subglobosum clausum 5loculare. Semina solitaria vel bina in quovis loculo. Putamen osseum.

xx. *Seminum iesta subcartilaginea.*

639 PYRUS. Cal. limbo 5fido persistente, laciniis subfoliaceis. Petala subrotunda. Stamina fauci calycis inserta. Filamenta subulata. Antherae 2loculares. Styli 5. Pomum clausum 5loculare, loculis 5polyspermis, dissepimentis cartilagineis. Seminum testa subcartilaginea.

xxx. *Seminum testa mucilaginosa.*

640 CYDONIA. Cal. 5partitus persistens, laciniis subfoliaceis. Petala subrotunda. Stamina fauci calycis inserta. Filamenta subulata. Antherae 2loculares. Styli 5. Pomum clausum 5loculare, loculis 5polyspermis, dissepimentis cartilagineis. Seminum testa mucilaginosa.

## DECA-POLYGYNIA.

a. *Calyx quinquefidus.*

641 RUBUS. Cal. 5fidus. Petala 5. Stamina calyci inserta. Styli numerosi sublateraies capillares. Baccae plurimae confluentes: receptaculum conicum.

aa. *Calycis tubus limbo quinque partito.*

642 ROSA. Cal. tubus urceolatus, ampullaceus turbinatus persistens: limbus 5partitus laciniis alternis saepe pinnatifidis. Petala 5. Stamina plurima calycis collo inserta; filamenta capillaria. Antherae 2loculares' Styli plurimi sublaterales, vel liberi, vel incolumnam coaliti: stigmata capitata. Ca-

lycis tubus baccatus semina plurima subcrustacea, parietibus affixa, partim vero pedicellis partialibus suffulta stylisque coronata gerens.

aaa. *Calyx octopartitus.*

643 DRYAS. Cal. 3partitus laciniis aequalibus. Petala 8. Stamina calyci inserta. Styli capillares lanati, persistentes. Receptaculum exsuccum. Caryopses plurimae stylis plumosis caudatae.

aaaa. *Calyx decemfidus.*

x. *Receptaculum succulentum bacciforme.*

644 FRAGARIA. Cal. 10fidus laciniis alternis minoribus. Petala 5. Stamina basi calycis adnata. Styli plurimi decidui sublaterales. Receptaculum succulentum, post anthesim turgidum caryopses impositas numerosas ferens.

xx. *Receptaculum exsuccum.*

z. *Caryopses caudatae.*

645. GEUM. Cal. 10fidus laciniis alternis minoribus. Petala 5. Stamina basi calycis inserta. Styli persistentes, post anthesim geniculati uncinati aut barbati, sublaterales. Receptaculum exsuccum, cariopses plurimas stylis caudatas gerens.

646. SIEVERSIA. (*W. Berol. Mag.* 1811. 397). Cal. 10fidus laciniis alternis minoribus. Petala 5. Stamina fauci calycis inserta Styli persistentes post anthesin continui. Receptaculum exsuccum pilosum caryopses plurimas stylis caudatas gerens.

zz. *Caryopses ecaudatae.*

647 POTENTILLA. Cal 10fidus laciniis alternis minoribus. Petala 5. Stamina basi calycis inserta. Styli numerosi laterales. Receptaculum exsuccum villosum, pilosum, vel glabrum: caryopses plurimae.

B. *Stamina super thalamo inserta flores hermaphroditi.*
(Polyandria L.)

MONOGYNIA.

a. *Flores tetrapetali.*

x. *Capsula obovata.*

648 PAPAVER. Cal. 2sepalus caducus. Petala 4 in aestivatione irregulariter plicata. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia. Antherae erectae 2loculares. Stylus nullus. Stigma peltatum stellatum persistens. Caps. plerumque obovata, medio 1locularis divisa in ambitu ope septorum abruptorum placentigerorum in plures versus centrum apertos loculos: foraminibus sub stigmate patulis. Semina numerosissima reniformia albumine carnoso oleoso.

xx. *Capsula siliquaeformis.*

649 GLAUCIUM. Cal. 2sepalus deciduus. Pet. 4. Stamina hypogyna. Stylus nullus. Stigma 2lamellatum persistens. Caps. siliquaeformis 2-(raro 3-aut 4-) valvis, valvis ab apice ad basim dehiscentibus. Dissepimentum subspongiosum, foveolatum. Semina scrobiculata.

650 CHELIDONIUM. Cal. 2sepalus deciduus. Petala 4. Stamina hypogyna. Stylus brevissimus, subnullus. Stigma 2lobum. Caps. siliquaeformis torulosa, 2valvis valvis a basi ad apicem dehiscentibus. Placentae stigmate 2lobo apice cohaerentes. Semina strophiolo glanduloso instructa.

xxx. *Bacca.*

651 CAPPARIS. Cal. 4partitus. Stamina subperigyna numerosa, vel pauciora. Filamenta filiformia. Antherae oblongae versatiles. Germen pedicellatum. Stylus nullus. Stigma obtusum sessile. Bacca corticosa stipitata polysperma subrotunda vel oblonga saepe siliqueformis carnosa, vel etiam dehiscens. Semina reniformia, exalbuminosa.

652 ACTAEA. Cal. 4sepalus. Petala 4. Stamina hypogyna. Antherae adnatae, 2loculares introrsum dehiscentes. Stigma sessile. Bacca mollis, hinc sulcata, 1locularis. Semina plana lateri alteri baccae longitudinaliter affixa.

aa. *Flores pentapetali.*

x. *Nux.*

653 TILIA. Cal. 5partitus. Bractea integerrima colorata pedunculo adnata. Petala quandoque duplicata. Stamina hypogyna. Filamenta basi subconnata. Antherae didymae. Stylus simplex. Stigma capitatum 5lobum. Nux coriacea subcostata 1aut 2sperma: cotyledones foliaceae sinuatae dentatae.

xx. *Capsula.*

z. *Quinquelocularis.*

654 CISTUS. Cal. 5sepalus saepalis subinaequalibus. Petala 5hypogyna caduca. Stamina hypogyna erecta. Filamenta capillaria. Antherae subrotundae. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Caps. calyce obtecta 5locularis 5valvis valvis medio septiferis. Semina ovato-angulata. Embryo filiformis spiralis.

zz. *Unilocularis.*

655 HELIANTHEMUM. Cal. 3sepalus 2-bracteatus seu 5sepalus sepalis duobus exterioribus accessoriis minoribus. Petala 5. Stamina hypogyna. Filamenta capillaria. Antherae 2loculares. Stylus simplex rectus vel obliquus. Stigma capitatum. Caps. 1locularis 3valvis: valvis medio placentiferis. Semina angulata. Embryo uncinato-inflexus.

aaa. *Flores hexa-polypetali.*

656 Nymphaea. Cal. 4-5sepalus. Petala plurima germini insidentia sensim in filamenta planiuscula abeuntia. Stamina pariter germini adnata plana. Antherae adnatae oblongae 2loculares. Stylus o. Stigma multipartitum radiato-stellatum centro apiculatum. Bacca multilocularis. Semina plurima ovato-oblonga membrana tenuissima articulata laxe obvoluta. Embryo exilis subglobosus in apice albuminis.

657 Nuphar. (*Smith. prodr. fl. Gr.* I. 361.) Cal. 5-6sepalus. Petala plurima minora sepalis receptaculo inserta. Stamina receptaculo inserta linearia. Antherae oblongae adnatae 2loculares. Stylus subnullus. Stigma peltatum subradiatum. Bacca supera multilocularis. Semina ovato-oblonga, nuda. Embryo exilis in basi albuminis.

## TRIGYNIA.

658 Paeonia. Cal. 5sepalus subfoliaceus persistens. Cor. 5 vel polypetala petalis exunguiculatis. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia. Antherae oblongae erectae 2loculares loculis extrorsum dehiscentibus. Styli nulli. Stigmata 3 vel 5 sessilia crassa, recurva papillosa, persistentia. Caps. 3 vel 5 folliculares pleiospermae sutura placentiferae. Semina subglobosa, dura albuminosa.

659 Delphinium. Cal. corollinus 5-sepalus sepalo superiori in calcar producto. Cor. 4petala (saepe 1petala). Petala superiora postice cornuta: inferiora nonumquam 2fida. Stamina hypogyna. Filamenta basi dilatata breviuscula. Antherae terminales ovales 2loculares loculis extrorsum dehiscentibus. Styli 3aut 5 abbreviati stigmatibus emarginatis. Caps. 1-3aut 5 membranaceae folliculares. Sutura placentifera. Semina angulosa, albuminosa.

660 Aconitum. Cal. corollinus 5sepalus inaequalis. Sepalum superius fornicatum galeam sistens. Petala subquina, valde inaequalia; tria minima unguiformia saepe in filamenta conversa duo superiora longe unguiculata, galea occulta apice in tubulum basi glandulosum apice labellatum abeuntia. Stamina hypogyna. Filamenta basi dilatata. Antherae terminales ovales 2-loculares loculis extrorsum dehiscentibus. Styli ut plurimum tres simplices, stigmatibus obtusis. Caps. 3-5 membranaceae folliculares. Sutura placentifera. Semina angulata, albuminosa.

## PENTAGYNIA.

661 Aquilegia. Cal. 5sepalus coloratus deciduus. Cor. 5petala. Petala apice hiantia basi cornuta. Stamina hypogyna exteriora dilatata subpersistentia abortientia, interiora filiformia. Antherae terminales ovales 2loculares. Styli simplices subulati. Cap. 5folliculares, membranaceae polyspermae stylis rostratae. Semina glabra.

662 Nigella. Cal. 5sepalus corollinus deciduus, sepalis unguiculatis. Petala 5 minora 2labiata ungue foveolato nectarifera. Stamina hypogyna: filamenta filiformia. Antherae adnatae 2-loculares loculis discretis. Styli subulati persistentes. Caps. 5 folliculares concretae, sutura dehiscentes polyspermae. Semina angulata, reticulato-rugosa.

## POLYGYNIA.

a. *flores perfecti.*

x. *Calyx tetrasepalus.*

663. Atragene. Cal 4sepalus deciduus. Petala 10aut 12linearia. Stamina receptaculo inserta: filamenta brevissima. Antherae oblongae acuminatae. Styli villosi cum stigmatibus persistentes. Caryopses plures stylis villosis caudatae.

xx. *Calyx pentasepalus.*

z. *Petala basi nectarifera.*

664 Ranunculus. Cal. 5sepalus deciduus (interdum 3sepalus). Petala plerumque 5 (nonnumquam 10raro 3) basi foveola squamaque nectarifera instructa. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia. Antherae oblongae erectae 2loculares. Styli breves persistentes. Stigmata incrassata. Caryopses plurimae subovatae, compressiusculae, glabrae vel muricatae, echinatae.

zz. *Petala basi nuda.*

665. Adonis. Cal. 5sepalus deciduus. Petala 5-6aut plura, unguibus nudis. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia, Antherae oblongae 2loculares. Styli brevissimi laterales: stigmata lateralia papillosa. Caryopses laeves spicatae stylis brevibus coronatae.

aa. *Flores imperfecti.*

b. *Capsulae.*

x. *Flores nectariferi.*

666 Trollius. Cal. corollinus sepalis subrotundo-oblongis conniventibus. Nectaria petaloidea angusta basi tubulosa. Stamina receptaculo inserta. Filamenta filiformia. Antherae oblongae 2loculares. Styli cylindrici laterales persistentes. Capsulae plures membra-

naceae, folliculares, polyspermae, stylis coronatae. Semina sutura adnata.

667 HELLEBORUS. Cal. 5 (6)-sepalus, sub corollinus persistens aut marcescens Nectaria ad basim sepalorum tubulosa brevia. Stamina hypogyna. Filamenta subulata. Antherae erectae ovales 2loculares. Styii cylindrici sublaterales. Stigmata capitata. Capsulae plures coriaceae folliculares polyspermae stylis coronatae. Placenta ligamentosa utrinque ad suturam. Semina duplici serie, arillo angulato elongato.

668 ERANTHIS. *Salis. Trans. Lin.* 8. 803. Involucrum multifidum. Cal. 5-8 sepalus deciduns. [Nectaria ad basim sepalorum tubulosa brevissima ore 2labiata. Stam. numerosa. Filamenta filiformia. Antherae ovales 2loculares. Styli brevissimi. Caps. plures pedicellatae folliculares. Semina globosa simplici serie.

xx. *Flores nectariis nullis.*

669 CALTHA. Cal. corollinus 5sepalus. Stam. hypogyna. Filamenta subulata. Antherae oblongae 2loculares. Stylus o. Stigmata oblonga lateralia papillosa. Caps. plures folliculares membranaceae polyspermae. Sem. duplici serie suturae affixa, arillo elongato.

bb. *Caryopses.*

z. *Nudae.*

v. *Flores involucrati.*

670 ANEMONE. Involucra plerumque remota. Cal. corollinus polysepalus. Nectaria o. Stam. hypogyna. Filamenta filiformia, saepe apice dilatata. Antherae oblongae 2loculares. Styli filiformes breves. Stigmata capitata vel dilatata. Caryopses nudae.

vv. *Flores nudi.*

671. THALICTRUM. Cal. corollinus 4-aut 5sepalus caducus. Netaria o. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia saepe colorata vel clavata vel apice dilatata: antherae lineares, apice mucronatae vei apiculatae 2loculares. Styli subnulli. Stigmata crassiuscula papillosa. Caryopses ovato-oblongae, striatae vel angulatae.

zz. *Caudatae.*

x. *Sepala basi nectarifera.*

672 PULSATILLA. Flores involucrati, involucro remoto. Cal. corollinus 5-6 sepalus deciduus. Glandulae stipitatae nectariferae ad basim sepalorum. Stamina hypogyna. Filamenta filiformia. Antherae ovales 2loculares. Styli persistentes villosi. Caryopses caudatae.

xx. *Sepala non nectarifera.*

673 CLEMATIS. Cal. corollinus 4-6 sepalus. Nectaria o. Stamiua hypogyna. Filamenta apice dilatata. Antherae 2loculares. Styli persistentes villosi. Caryopses caudatae.

C. *Staminum filamenta concreta.*

O. *In tubum coalita.*
(Monadelphia L.).

a. *Calyx involucratus.*

x. *Capsulae plures monospermae in orbem positae.*

674 MALVA. Cal. semi 5fidus. Involucrum 3-phyllum, foliolis oblongis. vel linearibus. Petala obovata obcordata. Stamina in cylindrum coalita. Antherae reniformes. Stylus simplex. Stigmata plura setacea. Caps. plures plerumque 1spermae in orbem dispositae.

675 LAVATERA. Cal. semi 5fidus. Involucrum 1phyllum 3lobum: petala obovata. Stamina in cylindrum coalita. Antherae reniformes. Stylus simplex. Stigmata plura setacea. Caps. plures 1spermae in orbem dispositae.

676 ALTHAEA. Involucrum 6-9fidum. Cal. 5fidus. Petala obcordata patentia. Stamina in tubum coalita. Antherae reniformes. Stylus apice multifidus. Stigmata setacea. Caps. plures 1spermae in orbem dispositae.

xx. *Capsulae quinque coalitae capsulam unicam ovatam mentientes.*

677 HIBISCUS. Involucrum multipartitum, saepe oligophyllum foliolis interdum appendiculatis, aut furcatis. Cal. 5 fidus plerumque herbaceus nonnumquam membranaceus, inflatus, raro spathaceus, hinc fissus. Petala 5expansa vel quandoque erecta convoluta. Stamina in columnam vel cylindrum coalita. Antherae reniformes. Stylus apice 5fidus. Stigmata capitata. Caps. 5 polyspermae aut 1spermae coalitae. Semina glabra vel hirsuta, lanata.

aa. *Calyx nudus.*

678 SIDA. Cal. 5fidus. Petala 5patentia. Stamina in cylindrum coalita. Antherae reniformes. Stylus apice multifidus. Stigmata capitata. Caps. plures in orbem dispositae, plerumque 2valves, solubiles, dehiscentes, dorso muticae, val cuspidatae, 2rostratae, 1-3 spermae.

OO. *In plures fasciculos.*
(Polyadelphia L.)

x. *Capsula baccata.*

679 ANDROSAEMUM. Cal. 5 partitus. Petala 5. Staminum fasciculi haud satis distincti glandulis nullis basilaribus stipati. Styli 3. Caps. baccata subunilocularis.

xx. *Capsula exsucca.*

680 Hypericum. Cal 5partitus persistens. Petala 5. Staminum-fasciculi haud satis distincti glaudulis nullis basilaribus stipati. Styli 3ant 5. Caps. 3-5 valvis valvis introflexis loculos formantibus. Placentae inquovis loculo cumaxi centrali iunctae. Semina numerosa minuta.

xxx. *Hesperidium.*

681 Citrus. Cal. urceolatus 3-5fidus. Petala 5 (saepius plura). Stamina compressa basi varie coalita. Antherae oblongae. Stylus cylindricus. Stigma haemisphericum. Fructus baccatus multilocularis pulpa vesiculosa plenus, loculis pleiospermis.

D. *Polyandria floribus unisexualibus*

Monogynia

a. *Floribus monoecis.*

b. *Filamentis liberis.*

x. *Androgyni.*

682 Arum. Spatha 1plylla cucullata. Spadix apice nudus clavatus, seu apice attenuatus basi germinibus medio antheris tectus. Glandulae apice filamentosa evel utrumque sexum distinguunt, vel antheris superiores sunt. Filamenta nulla. Antherae sessiles transverse 2valves. Styllus nullus. Bacca mono-pleiosperma.

683 Arisarum. Spatha basi tubulosa apice lamina fornicata. Spadix clavatus superne nudus, basi hinc stylis nonnullis, reliqua basi staminibus numerosis tectus. Filamenta semiteretia. Antherae tranverse 2valves. Stylus cylindricus. Stigma capitatum. Fructus oligospernus.

xx. *Diclini.*

z. *Caryopsis.*

v. *Alata.*

684 Betula. Flores amentacei. Masculorum squamae singulae squamulas quinas obovatas basi connatas suppositas habent. Filamenta 5. aut 6 brevia squamulis inserta 2fida, singula 2 antheras subrotundas gerunt.

Femineorum amentorum squamae 3lobae germina 3-subglob0sa tegunt, quodvis stylis 2filiformibus coronatum. Caryopsis alata.

vv. *Nuda basi pilosa.*

685 Platanus. Amenta globosa squamata. Masc. Periantium o. Stamina numerosa. Filamenta brevissima apice incrassata, super antheris in corpuscula glandulosa obtusa terminatae. Antherae 2loculares, loculis utrinque adnatis, discretis, longitudinaliter dehiscentibus.

Fem. Squamulae plures oblongae clavatae. Stylus simplex. Caryopsis clavata, apice mucronata, basi pilosa.

zz. *Nux.*

v. *Unica.*

686 Ceratophyllum. Masc. Involucrum axillare multipartitum laciniis apice denticulatis vel integerrimis. Filamenta nulla. Antherae oblongae ventricosae 2loculares 2mucronatae.

Fem. Involucrum multipartitum. Stylus simplex, filiformis, incurvus. Nux 1sperma. stylo coronata. Albumen nullum. Cotyledones quaternae verticillatae. Plumula composita. Radicula supera.

687 Quercus. Flores masc. amentacei. Cal. 5partitus laciniis lanceolatis ciliatis. Filamenta brevia. Antherae ovales, 2loculares extrorsum dehiscentes.

Flores fem. gemmacei. Cal. imbricatus. Stylus brevissimus vel o. Stigmata 3plana. Nux ovalis oblonga glabra, calyce persistente (cupula) basi cincta.

688 Carpinus. Flores amentacei. Masculorum squamae indivisae ciliatae. Stamina 12 aut plura. Filamenta brevissima, saepe 2 aut 3 antherifera. Antherae oblongae apice barbatae. Femineorum amentornm squamae laxae 3lobae aut 3partitae. Styli 2filiformes persistentes. Nux angulato-costata apice dentata.

vv. *Duo vel tres.*

689 Fagus. Amenta subrotunda. Masc. Calyx campanulatus 5fidus bracteatus. Filamenta capillaria, longiuscula, libera. Antherae lineares 2loculares.

Fem. Cal. exterior, 2florus, apice 4fidus interior denticulatus, germini adnatus. Styli 3 recurvi. Nuces 2 triquetrae calyce indurato cinctae. Cotyledones crassae plicatae oleosae.

690 Castanea. Amenta masc. cylindrica. Cal. 5fidus. Stamina plura.

Fem. Cal. 5-6 sepalus echinatus terna fovet germina stigmatibus penicillatis. Nuces 2 aut 3. Semina cotyledonibus crassis, rugosis.

zzz. *Capsula.*

691 Ostrya. Flores amentacei. Masculorum squamae indivisae ciliatae. Stamina plura ramosa. Antherae oblongae apice barbatae.

Femineorum amentorum squamae pariter indivisae singulae germina 2 hirsuta, stylis duobus, tegunt. Capsula membranacea inflata 1sperma.

zzzz. *Drupa.*

692 Juglans. Masc. Amenta cylindrica squamis imbricatis dentatis. Perianthium o. Filamenta brevissima. Antherae oblongae apiculatae 2loculares loculis discretis.

Fem. Cal. subsolitarius 4dentatus ger-

mini accrescens. Cor. 4fida laciniis acutis. Stylus 2fidus, stigmata crassa glanduloso-squamulata. Drupa putamine 2valvi. Cotyledones crassissimae 2lobae.

bb. *Filamentis monadelphis.*

x. *Strobilus.*

693 Pinus. Amenta squamata vel simplicia vel composita racemosa. Masc. Stamina filamentis brevissimis. Antherae 2loculares apice comosae aut squamis auctae, loculis distinctis.

Fem. Squamae squamulas 2 tegunt quibus germina inversa cupula plerumque tecta insident. Strobilus squamis saepe apice incrassatis. Semen plerumque hinc alatum, raro solidum. Embryo polycotyledoneus.

xx. *Caryopsis.*

694 Typha. Amenta utriusque sexus cylindrica. Masc. Filamenta basi squamulis stipata 2-3-4 antherifera. Antherae 4sulcae 2loculares.

Fem. Germina basi pilis articulatis stipata, membrana tubulosa apice fissa cincta. Stylus simplex. Stigma clavatum. Caryopsis semine albuminoso. Embryo axilis linearis.

xxx. *Capsula tricocca.*

695 Ricinus. Masc. Cal. 5partitus. Petala o. Filamenta plurima ramosa. Antherae subrotundae 2lobae.

Fem. Cal. 3partitus. Petala o. Stigmata 3 2partita. Fructus echinatus (cultu inermis) tricoccus.

aa. *Floribus dioecis.*

696 Juniperus. Masc. Amentum subglobosum. Squamae semipeltatae subcoriaceae. Antherae 4 aut 5 subglobosae rima dehiscentes, margini squamarum insidentes.

Fem. Amentum e squamis imbricatis apice sub 3florum. Germina subglobosa stylo brevi obtuso, apice forato coronata. Galbulus bacciformis 2-3spermus. Embryo inversus dicotyledoneus.

697 Taxus. Periantium e squamis imbricatis interioribus majoribus. Staminum columnula apice fissa. Antherae peltatae. Stigma sessile. Fructus baccatus 1spermus.

DIGYNIA.

*Floribus monoecis diclinis.*

698 Poterium. Cal. germini accretus, basi 2. aut 3squamatus, limbo 4partito. Cor. o. Stamina calycis fauci inserta. Filamenta filiformia. Antherae subrotundae 2loculares. Styli filiformes. Stigmata penicilliformia. Drupa exsucca. subangulata, 1-2locularis 1-2sperma. Semina inversa.

POLYGYNIA.

*Floribus monoecis, aut dioecis.*

699 Sagittaria. Cal. 3sepalus. Cor. 3petala. Stamina receptaculo inserta. Filamenta filiformia. Antherae ovales didymae loculis discretis, extrorsum dehiscentibus. Styli numerosi brevissimi. Stigmata acuta persistentia. Caryopses numerosae durae. Semen exalbuminosum. Embryo teres conduplicatus.

---

# SPECIES

## CLASSIS PRIMA

## MONANDRIA

### I. SALICORNIA.

Herbacea. S. *Herba annua vel biennis caule subpedali ramoso brachiato inferne sicco, superne carnoso geniculis compressis emarginatis articulis sursum incrassatis apice emarginato-2fidis, spicis pedunculatis apice attenuatis.*

S. annua. Engl. bot. t. 415. S. procumbens. Engl. bot. t. 2475. staminibus binis. Zannichel. ist. t. 33. f. 2 Flor. dan. t. 363. et 1621. Blackw. t. 548. Lam. illus. t. 4. f. I. a. b. Perigonii squamae obtusae utrinque ternae quincunciales. Stamina 2: anthera altera post alteram apparente. Calyces integerrimi, truncati, articulorum subteretium lateri immersi. Anthera subsessilis ocholeuca parva oblonga erecta 2locularis. Nux hirta. In litoribus maris nic. et ligustici. Fl. aest. Ex cineribus ejus soda paratur vitris, et saponi conficiendis apta.

### 2. HIPPURIS

Vulgaris. H. *Herba repens aquati-*

*ca, foliis verticillatis omnibus linearibus, floribus axiliaribus sessilibus parvis.*

Ic. Curt. fl. lond. edit. Graves 2. t. 1. Seguier. ver. I. t. 2. Flor. dan. t. 87. Bull. herb. t. 365. Lam. ill. t. 5. f. I. Engl. bot. t. 763. Schk. hand. t. I. Turp. et Poit. fl. par. I. t. I. Trattin. Auch. t. 319. Caulis pedalis et ultra albidus, in paludibus ut plurimum simplicissimus articulatus, articulis superioribus brevioribus, et minoribus, immersis nudis radiciferis, foliis 8-14 verticillatis saturate viridibus. In fluviis ramosus, fluitans foliis non verticillatis pallidis spiratim caulem ambientibus. Anthera purpurea primum sessilis demum pedunculata. Stylus pilosus. Flores aliquando potygami. Facies Equiseti. In paludibus, et fluminibus, et fossis in quibus aquae lente moventur. Fl. aest.

### 3. CENTRANTHUS.

Herbae glaberrimae caule erecto elato, fistuloso. substriato, floribus paniculato-corymbosis, secundis.

a. *Perennes, calcare elongato floribus corymbosis plerumque rubris.*

I. Angustifolius. Cand. fl. fr. 4. 239. C. *Foliis linearibns.*

Valeriana rubra b. Lin. Sp. 44. V. angustifoglia W. Sp. I. 75. Ic. Cavan. H. 4. 353· Sibt. fl. gr· I. t. 29. Moris. hist. 3. s. 7. t. 14. f. 16. Pluk. 319, t. 232. f· 3. Caulis 2pedalis teres non raro et a basi ramosus. Folia basi subconnata integerrima, glauca. Calcar subulatum tubo corollae dimidio brevius, ovarium subaequans. Anthera reniformis. Stylus ruber longus: stigma 2fidum. Semina arillata. Genitalia corollam duplo excedunt.

In apricis lapidosis montanis Sabaud. Pedem. agr. nic. et Liguriae ubi vocatur Corinella. Secus Duriam in montibus di Cesana: in saxosis secus viam quae a Demonte ducit ad Vinaj. Cultura immutata persistit. Poiretus tamen (Enc. 8. 245) folia in solo pingui latiora fieri scribit, et flores quandoque albos, ita ut non absonum videatur esse var. sequentis. Fl. vere, et aest.

2. Ruber. Cand. 1. c. C. *Foliis ovatis lanceolatisve.*

Valeriana rubra a L. sp. 44. Centrantus latifolius. Dufr. hist. val. 32. Ic. Engl. bot. t. 1531· Gaertn. de fr. 2. Moris. I. c. t. 14. f. 15. Bonnan. micr. 81. 82-83. Poit. et Turp. 1. c. 1. t. 4. Sab. hor. r. 2. t. 17. Riv. mon. irr. t. 13. Ponted. ant. t. 4. f. 12. Caulis usque 3pedalis caespitosus raro ramosus. Folia glauca subtus nervosa aliquando basi dentata, summa basi inaequalia. Lobi cor. inaequales. Calcar. tubo dimidio brevius, ovario sesquilongius, genitalibus vix corollam excedentibus. Anthera vacillans. Achenium oblongum compressum apice angustatum hinc I inde 3costatum. Stirps speciosa ob florum elegantiam in hortis aliquando culta. Copiosa crescit in Liguria, et agr. nic. super rupibus, muris, et ruderibus: circa Bobbio, et Sospello. Radix utriusque odorata. Caulis basi suffrutescens. Fl. vere, et aes.

aa. *Annua, calcarc brevissimo, floribus subpaniculatis albıs vel carneis.*

3 Calcitrapa. Dufres. valer 39. C. *Foliis inferioribus integris, superioribus lyrato-pinnaifidis.*

Valeriana L. sp. 44. Ic. Sibt. fl. gr. 1. t. 30. Moris. I. c. t. 14. f. 9. Caulis pedalis, et ultra, teres, ramosus. Folia opposita petiolata sup. sessilia, radicalia aliquando pinnatifida, summa 2pinnatifida, integra, aliquando subdentata. Pedunculi dichotomi. Bracteae subulatae compressae. Flores sessiles. Cor. tubo ventricoso limbo 5lobo lobis oblongis obtusis. Achenium oblongum compressum striatum apice attenuatum. Fl. vere et aest. In umbrosis agr. nic.

### 4. ORCHIS.

Orchideae omnes apud nos sunt berbae perennes radicibus tuberosis vel fibroso-carnosis, floribus spicatis, bracteatis.

a. *Radice tuberibus duobus integris.*

b. *Labello indiviso.*

I Papilionacea. O. *Labello ovato crenulato venoso sepalis obtusiusculis erectis nervosis germine cornu inflexum acutum superante bracleis coloratis multinerviis breviori.*

O. rnbra Jacq. Icon. rar. pl. v. col. I. 60. Petalis superioribus patentibus, quamquam reapse differre scribit Candol. Ic. jacq. 1. c. I. t. 183. Quae O. rubram exprimit. Roemer fl. eur. fas. 8. Scapus 10 pollic. foliis vaginantibus undique obsitus. Folia inferiora lanceolata plicata saepius punctata revoluta. Spica laxa. Flores majusculi purpurei aliquando carnei venis atroviridibus, pulchelli, labello intense carneo-aliquando violaceo. Bracteae rubrae. Fl. vere. Genuae ai Camaldoli: inter Caselette et Almese ad radices montium:

in pratis della Mandria prope il Piccono: in sylvis di Campagnola versus meridiem prope Alpinianum etc.

bb. *Labello 3lobo.*

2 LAXIFLORA. Lam. fl. fr. 3. 504. O. *Spica laxissima bracteis coloratis rubentibus, flore brevioribus germine calcare ascendente 2lobo longiore labello obcordato subcrenato venoso sepalis reflexis obtusiusculis nervosis foliis lineari-lanceolatis.*

O. ensifolia Vill. delph. 2. 29. O. palustris b. Jacq. Ic. rar. t. 181. Ic floris apud Vaill. bot. par. t. 31. f. 33. 34. sed mala. Scapus pedalis et ultra. Corolla rubro-violacea lineis saturatioribus. Bracteae extus pallide rubentes germina aequantes. Massae pollinis binae pyriformes: granula viridia conico 3gona: pedicelli aurei: glandulae retinaculi hyalinae: gymnostegium et vulva (sic appello fossulam stigmatodem quae in orchideis optimos characteres praebet et in hac specie vulvam muliebrem exacte refert) albae: involucra antherae intense rubra. Stirps speciosa quae et in hortis ab antophilis coli meretur. Copiosa crescit in pralis argillosis planitie; prov. bugell. ut Bennae, Verroni, Gaglianici. Sandiliani, Candeli etc. Passim similibus locis Pedem. Fl. vere.

3 PALLENS. O. *Spica coarctata bracteis ochroleucis flore brevioribus calcare conico ascendente germen subaequante, labello 3lobo integerrimo, lobo medio subretuso sepalis lateralibus patulis.*

Ic. Jacq. austr. I. t. 45. Haller helv. t. 8. f. 3. Tubera subrotunda. Folia lanceolata lata, snbovata, immaculata nitida. Scapus semlpedalis. Spica brevis aliquando laxiuscula. Flores majusculi sulphurei sepalis lateralibus lineis 3 virentibus, labello intensius colorato. Bracteae germine longiores. Odor florum sambuci sed non est O. Sambucina quamquam habitus omnino idem est. Odor aliquando foetidissimus hircinus. In pascuis circa Padum, circa Segusium; in monte Cenisio: supra Giaveno. Fl. vere.

4 LONGEBRACTEATA. Biv. pl. s. 1. 57. n. 66. t. 4. O. *Labello porrecto 3lobo lobis lateralibus oblongis obtusis undulato-repandis medio elongato 2fido sepalis fornicatis foliaceis obtusis germine cornu obtusum superante bracteis foliaceis flores superantibus.*

O. Robertiana Lois. flor. gall. 606. t. 21. Stirps speciosa. Flores grandes: sepala extus virentia, intus rubro-punctata: labellum atro-purpureum. Folia inferiora lata ovata, obtusa, superiora oblonga acuminata vaginantia membranacea. Spica elongata, coarctata. Fl. vere. In agro nic.

bb. *Labello tripartito.*

5. GLOBOSA. O. *Spica densa subglobosa brevi, labello resupinato, lacinia media emarginata sepalis mucronatis, ovatis, germine cornu superante bracteasque uninervias subaequante, tuberibus fusiformibus.*

O. Nigritella. Reich. excurs. 121. O. Halleri. Crantz austr. 488. Ic. Jacq. austr. t. 265. Hall. helv. t. 27. Scapus usque bipedalis totus foliosus. Folia lanceolata, glauca, mucronata, aliquando subsspatulata, radicalia nulla. Flores parvi laete purpurei vel carnei rubro-punctati, quandoque flavo-virentes (Balbis fl. ticin. 2. 147). Labellum porrectum, laciniis oblongis, media latiore truncata, saepe cum mucrone spathulato. Bracteae inf. ovarium non raro excedunt, et trinerviae sunt. Germina exigua, ovata.

In summis pratis Cenisii, et reliquarum alpium. Frequens in pratis collium agri novar, et praesertim in iliis della *Cunetta* prope urbem. Fl. vere.

6 PYRAMIDALIS. O. *Spica densa elongata pyramidali, demum cylindrica, labelli basi bituberculata laciniis oblongis subaequalibus sepalisque ovatis patentibus obtusiusculis cornu filiformi germen subaequante.*

Anacamptis. Rich. l. Ic. 19. c. Engl. bot. t. 110. Hall. helv. t. 35. f. 1. Jacq. a. t. 266. Vaill. par. t. 31. f. 38. Rivin. hex. t. 14. Rajus angl. 3. t. 18. Seg. ver. t. 15. f. 11. Tubera subrotunda. Scapus usque cubitalis totus foliosus, foliis brevibus acutis, convolutis, rubellis. Folia radicalia pauca magna 2 pollices lata 6–8 pollices longa acuta, oblonga. Bracteae sordide rubrae angustae basi 3nerviae germini aequales. Flores pulchre rubri, carnei, raro albi suaveolentes, sepalis 2 exterioribus patentissimis reflexis. Cornu longissimum. Labelli lacinia media angustior. In pratis siccis alpium, et collium. Floret vere.

7 CORIOPHORA. O. *Spica densa elongata cylindrica, labelli laciniis inaequalibus lateralibus crenatis deflexis subrombhaeis, media longiore lineari, obtusa, integerrima sepalis conniventibus germine cornu conicum descendens superante, tuberibus conicis apice deorsum posito.*

O. cimicina, Crantz a. 498. O. fragrans Pollini. El. bot. 2. 155–57. O. Polliniana Spreng. pl. min. cogn. pug. 2, 78. Ic. Jacq. a. t. 122. Hall. helv. t. 34. Vaill. Paris t. 31. f. 30, 31, 32. Lobel ic. 177. Rivin. hex. t. 20. Radices albae crassae

tuberis basim coronantes. Scapus pedalis et ultra totus foliosus. Spica densa 15-25 flora. Flores parvi. Segmenta superiora atro-purpurea lineis subvirentibus conniventia in galeam cuspidatam cuspide deorsum recurvo atque falconis, aut strygis rostrum referente. Labellum olivaceum: dorsum album maculis coccineis striatis inspersis, et sub lente brevissime pubescens. Massae pollinis aureae. Vulvae ostium latum, labiis reflexis. Calcar roseum deorsum recurvum, germini parallelum, eodemque paulo brevius. Bracteae extus carneae nervo viridulo germini subaequales. Odor ejus foetidissimus ad illum, quem formicae digitis contritae exserunt, valde accedit. Talem collegi heic *Verroni* in prato dicto *della Valle*. Copiosa in pratis siccis, et ericetis. Fl. vere. Flores aliquando inodori (Candol.) raro suaveolentes (Pollini).

8 VARIEGATA. Jacq. ic. rar. 3. t. 529. All. ped. 2. 147. O. *Spica densa ovata brevi labelli laciniis acute dentatis oblongis obtusis media 2fida serrulata cum mucrone interiecto sepalis acuminatis striatis conniventibus germine cornu subulatum rectum bracteasque uninervias superante.*

O. Simia. Vill. delph. 2, 33. O. 3dentata Scop. carn. 2, 490. Ic. Hall. helv. t. 30. Vail. p. t. 31. f. 22, 23. Rup. jen. t. 6. Stirps pusilla aliquando tamen pedalis et ultra. Folia lanceolata angusta numerosa. Scapus superne nudus. Spica quandoque laxiuscula. Cornu aliquando curvatum. Flores carnei lineis, vel punctis rubris variegati. Bracteae carneae breves 1nerviae. Odor tenuis sed suavis.

In collibus circa Genuam: in alpibus Valdensibus locis humidis, in pascuis herbidis, et sylvis circa Taurinum etc. Fl. vere.

bbbb. *Labello trifido.*

9 PROVINCIALIS. Balb. mis. alt. 20. t. 2. O. *Labelli dorso pubescente lobis lateralibus crenulatis deflexis medio minori emarginato sepalis patentibus apice callosis cornuque germen longissimum aequante curvato-ascendente obtusis, bracteis 1nervis ovario aequalibus, tuberibus ovatis.*

Scapus spithameus. Spica laxa. Flores ochroleuci, labello rubro-punctato. Folia lanceolata obtusa mucronulata.

In collibus editioribus Albae: Genuae in collibus al *Lagazzo* et secus aquaeductum dello *Zerbino* prope duos pontes.

10 MORIO. O. *Labello lato lobis lateralibus crenulatis, deflexis, medio truncato-emarginato sepalis conniventibus obtusis cornu ascendente obtuso, 2lobo, rugoso germen subaequante tuberibus subrotundis.*

Ic. Flor. dan. t. 253 mala. Vail. par. t. 31. f. 13, 14. Seg. ver. 2. t. 15. f. 7. Hall. 4. t. 30. f. 3. Curt. lon. t. 59. Krok. fl. sil. 3. t. 1. Schk. hand. t. 271. Scapus altitudine varius a dodrante ad pedem usque. Folia lanceolata angusta. Spica laxa cylindrica sub 10flora. Flores plerumque rubri, albi, vel rosei, vel violacei, vel variegati lineis virentibus. Labellum aliquando integerrimum. Bracteae 1nerviae, infimae plerumque sub 3 trinerviae coloratae germine breviores.

Fl. vere. Passim in pascuis, et pratis montanis, et collinis.

bbbbb. *Labello quadripartito.*

11 SIMIA. Lam. Fl. fr. ed. 1. 507. O. *Labello velutino-punctato elongato laciniis subaequalibus lineari-lanceolatis acutis integerrimis, mucrone interjecto, inferioribus diductis, sepalis acutis erectis in galeam conniventibus, basi coalitis germine cornu incurvum bracteasque 1nervias superante.*

O. militaris L. sp. 1333. O. tephrosanthos Vill. delp. 2, 32. O. zoophora Thuil!. par. 2, 1, 459. Mimusops. id. l. c. 458. O. cercopitheca Lam. encl. 4, 593. O cinerea Schrank. bav. ex Schleich. cat. 35. Ic. Vail. p. t. 31. f. 25, 26. Hall. 4. t. 30. Flores albi lineis purpureis variegati. Folia glauca. Ex variis individuis stirpis vivae diligenter inspectis, et comparatis inter se nullus dubito dicere esse var. O militaris. Ad Linnaeum redeundum. In sylvis agri taurinensis, et monregalensis Fl. vere.

12 MILITARIS. O. *Labello disco pubescente laciniis lateralibus linearibus media 2fida obtusa cum mucrone interjecto lobis diductis oblongis apice crenulatis, sepalis acutis in galeam conniventibus germine cornu rectum superante bracteis 1nerviis brevissimis, tuberibus magnis subrotundo-oblongis.*

Ic. Hall. h. t. 28. f. 1. Jacq. ic. rar. 3 t. 598. Scapus usque 2pedalis superne nudus, ruber. Folia radicalia lato-lanceolata semipedalia, inferiora longe vaginantia lineata obtusa. Spica conica 3-4pollicaris. Flores suaveolentes majusculi pallide rubri aliquando tamen purpurei. Quandoqne galea cinerea est labello carneo, supra albo-rubro-variegato. Bracteae coloratae. Labellum hominis nudi imaginem quodammodo imitatur. Frequens in locis montanis et collinis ad oras sylvarum praecipue in collibus Albae: in pratis Domus Ossulae, et variis locis in agro segusiano, et taurinensi. Fl. vere.

13 USTULATA. O. *Labello punctato-scabro laciniis linearibus media 2partita cum mucrone interjecto, omnibns apice crenulatis sepalis erectis acutis in galeam subglobosam conniventibus, interioribus subspathulatis obtusis germine cornu uncinatum bracteasque 1nervias superante.*

O. amoena Crantz aus. 490. Ophrys antropophora Fl. dan. t. 103. Vail. par. t. 31. f. 35, 36. Engl. bot. t. 18. Hall. h. t. 28. Seguier. v. 2. t. 15. f. 4. Sturm. Fl. ger. t. 12. Scapus 8pollicaris superne nudus contortus stipulis albidis linea purpurea. Folia radicalia 8, lanceolata, oblonga, angusta. Spica pollicaris demum laxa. Sepala atro-purpurea, labellum carneum demum albidum rubro-punctatum. Cornu breve subscrotiforme. Flores parvi. Genuae in Collibus al Lagazzo, et in alpibus della Scaggia: in pascuis, et pratis subhumidis circa Padum, et Ticinum in prov. nov. Fl. vere.

bbbbbb. *Labello quadrifido.*

14 FUSCA. Jacq. a. 4. t. 307. O. *Labello punctato-scabro laciniis lateralibus oblongis media ampla 2fida crenata cum mucrone interjecto sepalis erectis in galeam ovatam conniventibus germine cornu rectiusculum obtusum bracteasque, 1nervias longe superante.*

O. militaris b. L. sp. 1333. Ic. Vail. par. t. 31. fr. 21, 22 28. Jacq. a. t. 176, et pl. rar. t. 152. Hall. h. t. 31. Engl. bot. t. 16. Probabili conjectura est var. O. militaris. Scapus, spicaque longior ante anthesim tota fusca. Flores fusco-violacei, plerumque carnei rubro-punctati, raro albidi. Folia radicalia magna 8-10 pollices longa latissima. In collibus Liguriae; prope Ussey in alpibus supra Crodum in valle di Antigorio: passim in agro taurinensi prope Cavoretto, Superga: secus Duriam prope il castello di Lucengo etc. Fl. vere.

15 MASCULA. O. *Spica elongata laxa, labello basi hirto laciniis lateralibus acutiusculis crenatis medio 2fido cum dente interjecto sepalis patulis acutis lateralibus demum reflexis germine cornu ascendens obtusum bracteasque 1nervias aequante tuberibus subrotundis.*

O. palustris Jacq. ic. rar. coll. 1. 75 videtur var. foliis angustioribus, et longioribus labelli lobis lateralibus integris subrotundis. O. brevicorru Viv. flor. ital. frag. I. II t. 12. f. 2. var. cornu breviore. Ic. Hall. h. t. 33 Jacq. l. c. 180, Flor. dan. t. 457. Rudb. elys. 2. t. 3. Vaill. paris. t. 31. fr. II. 12. Blakw. t. 53. Engl. bot. t. 631. Tubera majuscula odorem hircinum spirantia. Scapus cubitalis et ultra. Spica spithamea. Flores ampli purpurei aliquando ex albo et rubro maculati, quandoque albidi, vel carnei inodori, vel suaveolentes. Folia plana, aliquando nigro-maculata. Stipulae lanceolatae rubentes in centro albidae maculis atropurpureis. Bracteae nonnunquam germine longiores. Passim in pratis humidis montium, et collium. Fl. vere.

16 SECUNDIFLORA. Lois. not. 131. O. *Spica densa elongata cylindrica labello laciniis linearibus lateralibus angustissimis media latiore 2fida seu subtrindentata sepalis fornicatis apice liberis cornu brevissimo floribus secundis deorsum imbricatis.*

Ophrys densiflora. Desf. an. mus. 10. 228. t. 16. et choix etc. t. 6. Stirps exilis; folia saepe maculata, inferiora ovato-oblonga lanceolata mucronata, caulina linearia, suprema vaginantia. Flores parvi laete purpurei suaveolentes, aliquando virentes (Duby bot. 1. 446). Bracteae germine duplo breviores. In collibus Liguriae. Fl. vere.

aa. *Radice tuberibus palmatis.*

x. *Labello indiviso.*

17 CRUENTA. Retz prod. scand. 1084. O. *Labello indiviso ovato crenato sepalis erectis germine cornu conicum superante bracteis flores aequantibus.*

Ic. Fl. Dan. t. 876. Folia maculis sanguineis notata oblonga, acuta. Cornu germine duplo brevius. Bracteae rubro-sanguineae. Flores purpurei. In pratis siccis montis Cenisii prope lacum. Floret Iunio.

xx. *Labello trilobo.*

18. SAMBUCINA. O. *Labello leviter 3lobo crenato lobo medio angustiori sepalis patulis obtusiusculis germine cornu conicum subinflatum aequante bracteis flore longioribus.*

O. incarnata L. sp. 1335. var. certe est.

Ic. Jacq. a. t. 108. Seg. ver. t. 8. f. 4. Rudb. Elys. 2. f. 9. Roem. fl. europ. t. 4. Tubera aliquando integra ovata. Scapus semipedalis paucifolius quandoque tamen totus foliosus. Folia oblonga obtusa. Spica brevis laxa. Flores purpurei, livido-rubri, luteoli, et tunc quandoque rubro-punctati, albidi, raro inodori, plerumque odorem florum sambuci fundunt. Labelli laciniae laterales reflexae. Bracteae nervosae, et venosae aliquando ovarium non excedunt. In pratis montanis praesertim in monte Cenisio: supra Giaveno: Musiné etc. Fl. vere.

19 LATIFOLIA. O. *Spica elongata densa labello 3lobo lobis lateralibus reflexis, sepalis superioribus conniven-*

*tibus lateralibus patulis germine cornu conicum superante bracteis 3-nerviis venosisque flore longioribus, scapo superne fistuloso.*

O. comosa Scop. car. 2. 198. O sesquipedalis W. sp. 4. 30? O fistulosa Monch. O angustifolia Krok. Ic. Flor. dan. t. 266. Vail. paris. t. 31. f. 1-5. Hall. h. t. 32. Blakw. t. 405. Knor. del. 2. t. O. 4. f. 1. Scapus sesquipedalis et ultra totus foliosus, foliis oblongo-lanceolatis acutis inferioribus latioribus saepe nigro-maculatis, aliquando immaculatis. Spica cylindrica obtusa. Flores purpurei variegati, rarius albi luteoli, vel violacei. Stirps valde polymorpha. Passim in pratis humidis.

20 MACULATA. O. *Spica conica, brevi, laxa, labello 3lobo lobis lateralibus crenatis, medio angustiori, acuto, integerrimo, sepalis superioribus conniventibus, lateralibus patulis, germine cornu cylindricum superante, bracteas trinervias, venosasque aequante.*

O. solida Moench. Ic. Engl. bot. t. 632. Sov. bot. mag. t. 652. Hall. hel. t. 32. Vail. p. t: 31. f. 9, 10. Fl. dan. t. 933. Scapus usque cubitalis farctus angulatus, maculatus; folia oblonga, angusta, lineis transversis atris notata. Flores ex albo et rubro-variegati, aliquando rubro-punctati. Bracteae purpureae non raro germen excedunt. Tubera manum digitis exsertis, et diductis exacte referunt. In pratis montanis, et collinis passim. Floret vere.

Tubera orchidum multo amylo, et glutine foeta vehuntur ex Persia exsiccata ad nos arabico nomine Shalep, vel Salop, vel Shaalep juxta Forskal. Ex quibus speciebus petantur nondum satis constat. Non unicam haec suppeditare certum est. Non omnes species aeque bona tubera largiuntur. Platantherae bifoliae mala, mediocria Orchidis maculatae, et latifoliae, Orch. Morionis?, masculae, et militaris etiam apud nos optima, et persicorum aemula. Unde conjicitur ex hisce speciebus provenire. Optimum alimentum parva substantia continent, quibus orientales vires reficiunt maxime ob venerem exhaustas. Usus ejus apud nos paene obsolevit, si exceperis in diarrhoea, et dysenteria inflammationi sociata, quibus partes laxant, et emolliunt, dum vires nutriendo alunt.

## 5. GYNMADENIA.

I. *Floribus purpureis.*

a. *Calcare elongato.*

I CONOPSEA. Rob. Br. G. *Labello 3-lobo obtuso crenulato sepalis lateralibus patentissimis, cornu incurvo longissimo subulato, germen duplo excedente, bracteis 3nerviis ovarium aequantibus, vel superantibus, tuberibus palmatis, compressis, spica cylindrica demum elongata laxa.*

Orchis L. sp. 1335. O. Ornithis Jacq. fl. a. t. 138. Ic. Hall. hel. t. 29. Rudb. elys. 2. f. 5. Vail. par. t. 30. f. 8. Rivin. hex. t. II. Ludw. Ectyp. t. 38. Fl. dan. t. 234. Engl. bot. t. 10. Scapus tenuis pedalis et ultra superne plerumque nudus. Flores pallide violacei aliquando albi suaveolentes. Odor vero non caryophylli ut scribit Vitm. sum. pl. 5. 217. Calcar filiforme incurvum. Bracteae virides. Massae pollinis virides, retinacula aurea. Vulva transversa medio constricta. Folia inferiora 5pollices longa angusta acuta. In pratis exsuccis alpium, collium etiam planitiei passim. Copiosa in pratis siccis Veroni, ubi varietatem collegi labello integerrimo nec crenulato.

aa. *Calcare abbreviato.*

2 ODORATISSIMA. Rich. mem. mus. 4. 35. G. *Labello integro 3lobo lacinia media latiore sepalis lateralibus patulis germine cornu subincurvum, bracteas 3nervias subaequante, seu breviori, spica tenui demum laxa, tuberibus inaequaliter palmatis.*

Orchis L. sp. 1335. Ic. Hall. h. t. 29. Jacq. a. 3. t. 264. Seg. ver. t. 8. f. 6. Scapus pedalis et ultra rigidus strictus, superne striatus, et nudus. Folia circiter 10 linearia acuta, inferiora elongata patula sup. brevissima. Spica 2 pollicaris. Flores carnei albo-maculati suvaeolentes. Bractae germine plerumque longiores. Passim in pratis montosis humidis. In sylvis agri taurinensis, in pratis di Scopa et Pietre gemelle agr. nov. Fl. vere.

2. *Floribus pallide virentibus.*

3 VIRIDIS. Rich. l. c. G. *Labello lineari apice 3dentuto dente intermedio brevissimo, sepalis conniventibus cornu obtuso didymo bracteis flore duplo longioribus.*

Satyrium viride L. sp. 1337. Orchis All. ped. n. 1846. Ic. Flor. dan. t. 73. Engl. bot. t. 94. Lam. ill. t. 726. f. 2. Hall. hel. t. 26. Seg. ver. 2. t. 16. f. 18 Vail. par. t. 31. f. 6, 7, 8. Loes. prus. t. 59. Rud. elys. 6. f. 10.

Tubera palmata ramis compressis apice divisis, demum fibra elongata terminatis. Scapus semipedalis basi fuscus striatus fistulosus. Folia vaginantia inferiora ovata lata, superiora lan-

ceolata nervosa intervallis venosis, aliquando pubescentia. Spica elongata laxa bracteis superioribus flore brevioribus. Flores virentes labello quandoque ferrugineo. Floribus roseis aliquando occurrere scribit Cand. fl. fr. 3. 253. F. vere. In umbrosis et humidis apricis collinis, montanis, imo subalpinis.

3. *Floribus albidis.*

4 ALBIDA. Rich. l. c. G. *Labello 3 partito laciniis lateralibus linearibus acutis media obtusa, elongata, sepalis conniventibus germine cornu obtusum triplo superante, bracteis 3nerviis ovarium aequantibus floribus subsecundis in spica 2 pollicari, stricta, densa, radicibus fibrosis fasciculatis fibris carnosis crassis.*

Satyrium albidum L. sp. 1338. scanense id. it. scan. 153. Orchis All. ped. n. 1838. Habenaria R. Br. O. alpina Crantz a. 486. Ic. Micheli gen. t. 26. Riv. hex. t. 3. Hall. hel. t. 26. F. dan. t. 115. Engl. bot. t. 505. Scapus pedalis fistulosus teres rigidus. Folia ovato-lanceolata vaginantia subtus pallidiora. Bracteae ovato-lanceolatae acuminatae florem aequantes, vel ut plerumque excedentes. Flores horizontales parvi albidi. Galea aliquando ochroleuca, vel purpurea. Germen angulis subalatis.

In alpibus herbidis et saxosis Sabaudiae, montis Cenisii, Javeni, et vallis Augustae Praetoriae Parayer, et la Thuille. F. aestate.

## 6. PLATANTHERA.

BIFOLIA. Rich. l. c. p. *Herba labello indiviso lineari sepalis conniventibus, lateralibus patentissimis, spica elongata, laxa, tuberibus binis indivisis, foliis radicalibus binis oblongis, floribus albis fragrantibus cornu ovario duplo longiore.*

Orchis L. sp. 1331. O. alba Lam. fl. fr. 1403. Habenaria R. Br. l. c. Ic. Flor. dan. t. 12. Seg. ver. t. 15. f. 10. Hall. helv. t. 35. Vail. p. t. 30. f. 7. Scapus cubitalis nudus, fistulosus, angulatus, strictus. Folia radicalia 2-3 opposita maxima. Bracteae germine breviores. Cornu strictum longissimum. Flores albo-virentes vanillam redolent. Odor suavior si stirps in pratis graminosis apricis, exsuccis crescit. Fl. aestate. In sylvis, pratis etiam aridis apricis, et ericetis.

## 7. HIMANTOGLOSSUM.

a. *Gibbere baseos manifeste didymo.*

1. *Flores albidi.*

1. HIRCINUM. Spr. syst. 3. 694. H. *Labello 3partito linea baseos media tomentosa laciniis lateralibus lineari-falcatis media longissima subcontorta, spica elongata laxa tuberibus 2 subrotundis.*

Loroglossum Rich. l. c. Satyrium L. sp. 1337. Orchis hircina Scop. carn. n. 1113. Ic. Act. ups. 1740. t. 18. Jacq. a. t. 367. Hall. h. t. 25 Vail. par. t. 30. f. 6. Seg. ver. t. 15. f. 1. Rivin hex. t. 18. Lam. ill. t. 726. f. 1. Lob. ic. 177. Stirps magna speciosa odore hircino gravi, viroso, foetido aliquando non ingrato. Scapus cubitalis et ultra teres fistulosus rigidus, viridis aliquando purpureus quandoque sanguineo-maculatus foliosus superne bracteis aridis cinctus. Folia ovato-lanceolata acuta nitida. Bracteae ferrugineae floribus multo longiores. Flores sessiles albo-viriduli rubro colore veluti insperso. Labellum basi purpureo-maculatum lacinia media apice 2fida, vel emarginato-incisa. Germen elongatum hinc inde attenuatum, angulis subalatis. Sepala conniventia.

In sylvis provinciae albensis, in pascuis di Careggio, Invorio et Vergano prov. nov. In apricis collium taurinensium, et in sylvis supra Riaie: passim etiam in Liguria. Stirps rara. Flor. aestate.

2. *Floribus luteolis.*

2 PARVIFLORUM. Spr. l. c. H. *Labello 3partito laciniis linearibus media elongata 2fida sepalis obtusis conniventibus.*

Satyrium Balbis ap. W. Orchis parviflora W. sp. 4. 27. Stirpem descripsit W. ex Balbisio, sed admodum dubia quum post illum in Pedemonte nemo invenerit. In alpib.

b. *Gibbere baseos obsoleto.*

3 ANTROPOPHRUM. Spr. l. c. H. *Labello 3partito lacinia media elongata 2fida cum mucrone interjecto lacinulis linearibus sepalis cucullatis obtusis radice tuberibus numerosis subrotundis integris.*

Loroglossum Rich. l. c. Satyrium Pers. ench. 2. 507. Ophrys antropophora L. sp. 1343. Orchis. All. ped. n. 1835. Aceras. R. Br. hor. kev. edit. 3, 5, 191. Ic. Flor. dan. t. 103. Vail. par. t. 31. f. 19, 20. Hall. hel. t. 23. Garidel Aix. t. 70, 71. Engl. bot. 29. Scapus cubita-

lis foliis lanceolatis inferioribus magnis sup. parvis. Spica laxa elongata. Flores perpendiculares bracteas lanceolatas excedentes hominem referunt capite suspensum. Petala super. ochroleuca margine purpureo, medio rubro-lineata. Labellum primum croceo-ferrugineum, demum aureum villosum extremis laciniis croceis. Odor gravis. Super collibus taurin prope la *Vigna della Regina*: versus *Superga*: in pratis di *Cavouretto.* In collibus prov. *albensias.* In valle *Sessitis* supra *Scopa*: inter *Garexium* et *Ormea* in oppido dicto *ponte d'Assio.* In dumetis umbrosis *Uneliae. Genuae* ai *Camaldoli.* Fl. aest.

## 8. NIGRITELLA.

ANGUSTIFOLIA. Rich. l. c. N. *Herba spithamea tuberibus palmatis foliis linearibus floribus dense spicatis atropurpureis suaveolentibus.*

Orchis nigra Scop. carn. n. 1123. O. miniata. Crantz aus. 487. n. 7. Habenaria R. Br. l. c. Ic. Jacq. a. t. 368. Fl. dan. t. 998. Seg. ver. t. 15, f. 17. Lam. ill. t. 726, f. 3. Hall. helv. t. 27. Herba pusilla speciosa odorem Dianthi Caryophylli, vel Vanillae pandit. Flores quandoque rosei, resupinati. Spica contracta ovata. Scapus tenuis mollis, superne subnudus. Folia sup. subfiliformia. Labellum 3lobum lobo medio longiore. In pascuis alpinis, et montanis passim. Fl. aest.

## 9. HERMINIUM.

MONORCHIS. R. Br. l. c. H. *Herba spithamea radice tubere unico globoso foliis inferioribus paucis oblongo-lanceolatis scapo superne nudo, floribus laxe spicatis (spica tenui spirali) ochroleucis, (plerumque luteo-virentibus) suave olentibus, laciniis perigonii interioribus 3lobis lobo medio elongato, labello profunde 3fido, laciniis linearibus, lateralibus subhastato-patentibus intermedia duplo longiore.*

Ophrys L. sp. 1342. Orchis Scop. carn. n. 1116. Satyrium Pers. en. 2. 507. Arachnites Hoffm. Ic. Flor. dan. t. 102 Gmel. sib. I. t.I. 4. t. 1. 2. Loesel pr. t 61. Seg. ver. 2. t. 16. Hall. helv. t. 22. f. 3. Micheli gen. t. 26. Rup. jen. t. 2.

E radicis tubere filum longum transverse repens prodit apice granulum gerens sensim in tuber novam plantam editurum exscrescens. Inde celeriori passu serpit quam aliae orchideae. Folia 2-3. Scapus tenuis teres, foliolum aliquando lineare gerit. Labellum crucem simulat. Bractea flore brevior. Tubera aliquando tria. Fl. aest. In pratis humentibus montium, et collium: ut prope Segusium inter la Brunetta et Monpantero: et collib. taur, in herbidis prope vineam di Aigueblanche: et in pratis, et pascuis uliginosis vallis Ticini et s. Petri di Morezzo in prov. nov.

## 10. EPIPOGIUM.

GMELINI. Rich. l. c. E. *Herba parasitica usque semipedalis aphylla tuberibus caespitosis aggregatis compressis basi dentatis scapo fistuloso squamato, squamis cucullatis, vaginantibus 2-3 floro floribus resupinatis, pendulis luteo-carneis.*

Satyrium Epipogium L. sp. 1333. Limodorum Sw. act. holm. 1800. 243. Epipactis All. ped. auct. 32. n. 1853. Ic. Jacq. a. t. 84. Gmel. sib. 1. t. 2. f. 2. Scapi numerosi nitidi, rubelli. Bracteae ovato-lanceolatae latae. Germen magnum pedicellatum non contortum subrotundum. Anthera subrotunda terminalis mobilis, decidua. Massae pollinis 2 oblongo-ovoideae in subulam solidam sensim desinentes. Globuli angulati elastice cohaerentes. Calcar ascendens ovatum. In fagetis locis subhumidis umbrosis prope Entrague super truncis arborum putridis. Fl. aest.

## 11. SERAPIAS.

1 LINGUA. S. *Labello 3partito laciniis lateralibus obtusis erectis conniventibus mediae lanceolatae disco pubescente, bracteis flore brevioribus, spica elongata laxa.*

Orchis All. ped. n. 1833. Helleborine Pers. en. 2. 512. Ic. Seg. ver: 3. t. 8. f. 4. Sebast. rom pl. fas. 1. t. 4. Scapus pedalis sanguineis punctis notatus. Tubera duo subrotunda nigra, altero pedicellato. Folia lineari-lanceolata acuta. Bracteae magnae subrubellae venosae Sepala obscure rubra venis subviridibus. Labelli lacinia media scapo adpressa basi sulcata aliquando callosa quandoque glaberrima, pallidiori. (S. oxyglottis W.) Fl. aestate. Vulgaris in pratis macilentis argillosis etiam apud nos Verroni Bennae, Candeli, Sandiliani, Gaglianici etc.

2 CORDIGERA. S. *Labello 3partito laciniis lateralibus obtusis erectis, media subcordato-ovata acuminata disco*

*barbata spica contracta densa, bracteis flore longioribus.*

Ic. Rudb. Elys. 2. f. 20. Sebast. l. c. t. 4. Similis praecedenti, sed flores duplo majores, 3-8 in spica, ferruginei, lineis atroribus striati. Labelli saturatioris maximi lacinia media basi callo 2 gibboso. Scapus brevior praecedenti, aliquando tamen usque pedalis. Tubera 2 sessilia. In collibus nic. et genuens. Fl. vere.

## 12. OPHRYS.

a. *Labellum* 5 *fidum.*

I APIFERA. Huds. ang. 391. O. *Labello subrotundo obovato convexo tumido velutiuo variegato 5fido lobis 2 posterioribus ovatis patulis basi gibbere hirsuto instructis 3 anterioribus recurvatis subtus conniventibus intermedio in appendicem glabram terminato laciniis perigonii interioribus brevibus hirtis.* Koch. O. arachnites. Lam. fl. fr. 3. 515. O. insectifera var. i. L. sp. 1343. Ic. Engl. bot. t. 383. Vaill. par. t. 30. f. 9. Rud. Elys. 2 fig. 7 Scapus cubitalis et ultra foliosus foliis ovato-oblongis acutis. Spica laxa, bracteae magnae, germine multo longiores. Segmenta 3 exter. rosea majora, oblonga, interiora viridia. Columna rostrata. Flores magni. Labellum ferrugineum, lineis luteolis striatum. Prope vineam Reginae super collib. taurin, et in collibus circa Genuam allo Zerbino. Fl. vere.

aa. *Labellum* 3*fidum.*

2 MYODES. Jacq. mis. 2. 373. O. *Labello oblongo subvelutino macula in medio subquadrata glabra notato perigonio duplo longiore apice profunde 2lobo exappendiculato laciniis perigonii interioribus villosis linearibus convolutis et filiformibus.* Koch. O. muscifera Huds. angl. ed I. 340. O. insectifera a myodes L. sp. 1343. Orchis muscaria Scop. carn. 2. 193. Loroglossum Rich. l. c. Ic. Jacq. ic. rar. t. 71. Hall. hel. t. 24. Gunner norv. 2. t. 5. f. I. Rivin. hexap. t. 13. 19. Vail. par. t. 31. f. 17. 18. Rudb. elys. 2. f. 11. Jacq: ic. rar. I. t. 184? Tubera plerumque duo subrotunda. Scapus usque pedalis firmus superne nudus. Folia lineari-lanceolata. Spica laxa pauciflora. Sepala 3ext. et sup. lanceolata obtusa, chloro-leuca, int. albo-rubra. Labellum pulchre cœruleo-maculatum ut Muscam carnariam L. nou inconcinne flos referat. Variat floribus majoribus luteis labello aliquando ciliato. In sterilibus graminosis collium taurin. praesertim in pratis di Cavouretto, prope vineam Reginae, et versus Supergam. Circa Segusium: in collibus Liguriae. In pascuis collinis versus Maggiate et Vergnano agr. nov. Fl. vere.

aaa. *Labellum* 3*lobum.*

3 ARANIFERA Huds. ang. 392. O. *Labello oblongo-obovato, integro vel plerumqne utrinque basi 1dentato, convexo tumido margine reflexo apice obbuso, vel leviter emarginato exappendiculato piloso medio lineis 2 vel 4 longitudinalibus basi transversim conjunctis glabris notato laciniis perigonii exterioribas labellum subaequantibus interioribus brevioribus glabris.* Koch.

O. aranifera Cand. fl. fr. supl. 332. O. fuciflora Curt. lond. 6. t. 67. Engl. bot. t. 65. Vail· paris. t. 31: f. 15. 16. Reich. ic. 9. f. 1154, 1156. Tubera 2 subrotunda. Scapus sex pollices non excedit. Spica laxa pauciflora. Sepala exteriora patentia, omnia chloro-leuca. Labellum ferrugineum aliquando margine luteolum, lineis saturatioribus. Fl. vere. In collibus albensib. et genuens: al Lagazzo supra Oreggina extra portam degli Angeli.

4 BERTOLONII. Morett. pl. ital. 6. 9. O. *Labellolato-obovato planiusculo piloso ante apicem paulo ascendentem macula subquadrata glabra notato obtusissimo integro apice breviter-3lobo lobo medio angusto dentiformi apice glabro laciniis perigonii interioribus lineari-lanceolatis acutis glabris margine pubescentibns gynostegio rostrato- acuminato.* Koch.

O. Speculum Bert. am. it. 201. Reich. ic. 9. f. 1157. 1158. Radix tuberibus 2 subrotundis. Scapus semipedalis. Bracteae et flores duplo majores quam in praecedent. Sepala chloro-leuca: labellum ferruginem, macula pallidiori. Fl. vere. In collib. genuens, al Lagazzo, et secus aquaeductum dello Zerbino.

5. LUTEA. Cavan. ic. 2. 46. t. 160. O. *Labello amplo velutino basi concavo 2calloso ovato convexo lobis brevissimis rotundatis medio emarginato ferrugineo lineis 2 transversis cinereis exarato, sepalis patentibus ovato-oblongis truncatis, tribus exterior. 3nerviis majoribus luteis.*

Radix tuberibus ovatis. Scapus 5-6 pollicaris foliosus foliis ovato-oblongis mucronatis. Spica laxa pauciflora. Bracteae virentes germine subcylindrico contorto longiores. Fl. vere. In pratis siccis circa Nicaeam.

6 ARACHNITES. Reich. fl. moeno-fr. 2. 89. O. *Labello lato-obovato integro convexo tumido margine explanato truncato-obtusissimo velutino basi maculis rivulisque glabris anastomosantibus variegato apice leviter emarginato cum appendice glabra sursum flexa laciniis perigonii 2 interioribus ovatis velutinis, gynostegio breviter rostrato.* Koch.

O. insectifera arachnites L. sp. 1343. O. Oestrifera Reich. excursor. 128. O. fuciflora. id. ic. 9. f. 1162-1165. Vail. par. t. 30 f. 10. 11. 12. 13. Hall. helv. t. 24. Scapus spithameus, semipedalis et ultra: foliosus, foliis oblongis acutis. Tubera subrotunda. Sepala 3 exter. patentia ovato-lanceolata alba medio linea viridula, demum rosea: int. parva herbacea demum purpurescentia. Labellum ad basim utrinque corniculatum. Appendicula cristata incurva non sursum flexa ut scribit Koch. Labellum ferrugineum basi lineis pallidioribus variegatum, 3lobum. Spica laxa plerumque 4flora. Bracteae amplae. Herba valde ludibunda praesertim senescendo mutatur. In pascuis collinis et sterilibus coll. taur. Liguriae, Nicaeae, Montisferrati, agri novar: circa Segusium ec. Fl. aest.

In his omnibus ophreos speciebus multa ambigua, et falsa probabili conjectura sunt. Omnes ad unam speciem vel duas referri debent. Audiendus Linnaeus.— Varr. Myodes, et Aracnaites fugitivis oculis inspicienti diversissimae adparent, qui vero has confert cum congeneribus ommesque varr. simul inspicit primam originem ex una facile perspiciat nec limites distinguendos obtinebit, quamquam constantes persistant. — Et Mantis. 2. 491. — Varr. distinguat qui velit constantes certe sunt.— Sed constantes omnino esse nego qui multas vidi, et comparavi. Characteres intermedii tot, et tam varii ut nihil certi constitui possit. Opus arduum, et difficile, et longum in tot tantisque ambagibus veritatem assequi. Quapropter botanicos etiam atque etiam hortor rogoque ut orchideas vivas diligenter inspiciant et solerter describant praesertim ex variis individuis variis locis collectis atque curiose inter se comparatis. Hae plantae exsiccatae adeo mutantur ut difficillime extricari queant differentiae specificae. Praeter columnam antheras ferentem vulva, et tubera radicis optimos characteres suppeditant. Quibus omnibus attente consideratis species melius definientur, et non paucae quae pro veris specibus hodie habemus, non nisi varr. esse comperiemus. Sepalorum enim et labelli et germinis, et bractearum color et figura mutabiles nimis ut constantes characteres ad species rite definiendas tribuant. Cf. etiam Mutel Fl. du Dauphine 2. 417-418. Grenoble 1830.

## 13 CHAMAEREPES.

ALPINA. Spren. Syst. 3.702. C. *Herba subdigitalis foliis linearibus erectis omnibus radicalibus floribus spicatis albis parvis spica 5-10flora bracteis germine longioribus.*

Ophrys L. sp. 1342. Orchis All. ped. 4. 1837. Satyrium Pers. ench. 2. 507. Chamorchis Rich. l. c. Ophrys graminea Crant. austr. 2. 480. Ic. Hall. h. t. 22. f. 1. Flor. dan. t. 452. Jacq. vind. t. 9. Tubera 2 ovata. Folia 4subulata longitudine scapi, vel longiores. Flores plerumque luteo-virentes. Labelli dentes planta senescente evanidi. Scapus antequam evolvatur vaginis duabus continetur. In montibus di Safan, Grassoney et Cenisio. Fl. aest.

## 14 GOODYERA.

REPENS. R. Br. h. kew. 5. 197. G. *Herba spithamea et ultra labello carinato cymbiformi sepalisque pubescentibus lanceolatis columna apice bifurca foliis ovatis reticulato-nervosis spica secunda pubescentee radice tuberibus destituta carnosa, fibrosa repente.*

Satyrium L. sp. 1339. Neottia Swar. obs. 226. Epipactis Crantz a. 417. Ic. Hall. h. t. 22. Gunner norv. t. 6. f. 1. Jacq. a. t. 369. Trew Com. nor. 1736. t. 6. f. 7. Camer. hort. 3. t. 35. Loesel prus. t. 68. Mentz. pug. t. 3. f. 4. 5. Folia omnia paene radicalia ovata petiolata subcarnosa glabra aliquando atro-maculata. Scapus nudus. Stipulae vaginantes subtus glabrae supra villosae. Spica tenuis elongata usque 15 flores albidos gerit. Bracteae lineari-lanceolatae villosae. In pinetis umbrosis inter Lanslebourg, et Modane, circa Oulx loco dicto Sapè.

## 15 LIMODORUM.

ABORTIVUM. Swar. l. c. L. *Herba aphylla pedalis et ultra scapo viridi-violaceo, squamato, squamis latis appressis concoloribus spica laxa elongata, floribus magnis violaceis, lineis saturatioribus demum spadiceis perigonii segmentis erectis 3exter. ovatis concavis inter. lineari-lanceolatis pla-*

*nis calcare subulato germen aequante labello ovato undulato.*

Orchis L. sp. 1336. Serapias Scop. carn. 4. 1130. Epipactis. All. ped. n. 1848. Ic. Jacq. a. t. 193. Hall. helv. t. 36. Radix tuberibus fasciculatis, filiformibus. Germen maximum. Super collib. taurin. retro Supergam, in sylva vineae Garessio prope Lucengo; in sylvis secus Duriam: in valle Segusii supra Bussolino, et in dumetis et sterilibus calidiorum collium Liguriae, et Montisferrati. F. aest.

## 16 EPIPACTIS.

Flores racemosi, cernui. Scapus superne pubescens.

1. LATIFOLIA. All. ped. 2. 151. E *labello ovato integerrimo sepalis subbreviori bracteis inferioribus flores superantibus foliis amplexicaulibus ovato-oblongis.*

Serapias L. man. 490. Helleborine Crantz a. fas. 6. t. I. f. b. c. Flor. dan. t. 84. Hall. 4. t. 40. Gunner norv. t. 5. f. 36. Rivin. hex. t. 6. Engl. bot. 269. Radix tuberibus longis fibrosis. Scapus cubitalis et ultra. Folia inf. obtusa 2 pollices lata superiora acutiora omnia nervosa nervis pubescentibus, infimum infundibuliforme. Spica 6pollicaris usque 30flores gerit plerumque in alterum latus declinatos, ochroleucos demum purpureos. Sepala patentia, glabra, labelli articulo anteriore acuminato apice recurvo, gibbis baseos laevibus. Frequens in sylvis collium, et mont: et prope Supergam. F. aest.

2. MICROPHYLLA. (Sw. in W. sp. 4. 84) E. *Labello ovato acuto crenulato sepala aequante foliis inferioribus ovato-lanceolatis amplexicaulibus bracteis flore brevioribus.*

Serapias Ehrh beitr. 4. 42. S. parvifolia Pers. ench. 2. 512. Ic. Clus. his. 1 273. f. 1. Scapus humilior, folia angustiora internodio breviora, vel illud aequantia margine pubescentia, nervis glabris. Sepala apice porrecta 3 ext. pubescentia articulo labii anteriore acuminato apice recurvo gibbis baseos plicato-crispis, germine puberulo. Flores ochroleuci margine albido. Forte est variet. sup. ut recte Cand. scribit. fl. fr. 6. 334. locis aridis nata. In agro genuens. praesertim a Pegli. F. vere.

3. PALUSTRIS. Crantz. aus. 2. 262. t. I. f. 5. E. *Labello obtuso undulato crenato sepala aequante bracteis flore brevioribus foliis lanceolatis amplexicaulibus.*

Serapias longifolia L. mant. 400. Epipactis longifolia. All. ped. n. 1854. Ser. palustris Scop. carn. n. 1129. Ic. Hall. hel. t. 39. Flor. dan. t. 267. Engl. bot. t. 270. Schk. han. t. 274. Et haec probabili conjectura est. var. *latifoliae.*

Radix tuberibus longis fibrosis. Scapus pedalis et ultra viridis nitidus foliosus, pubescens, foliis inferioribus latioribus obtusioribus. Spica laxa 10-15 flora floribus albidis, vel carneis labello antice flavo-maculato, vel rubro-striato, germine puberulo. In pascuis, pratis, sylvis uliginosis, et humidis praesertim montanis: super collib. taur. In pratis udis secus Sturam, et Duriam. Fl. vere.

## 17 CEPHALANTERA.

Scapi foliosi; flores erectinsculi, sessiles.

a. *Floribus ochroleucis.*

1. PALLENS. Rich. l. c. C. *Labello obtuso sepalis erectis obtusis subbreviori bracteis flore longioribus.*

Serapias grandiflora L. mant. 491. s. lancifolia Erhrh. beitr. 4. 42. Epipactis grandiflora, et lancifolia. All. ped. n. 1855 et auct. n. 1856. Ic. Engl. bot. t. 271. Rivin. hex. *t.* 4. Epipactis. Sw. l. c. Hall. helv. t. 41.

Radix tuberibus longis fibrosis. Scapus pedalis, et ultra glaber, foliis inferioribus ovato-lanceolatis vaginantibus nervosis glabris. Flores 5-7 magni albi labelli margine ochrolenco 3lineato, disco aliquando rubro variegato, bracteis angustis. F. aest. In sylvis umbrosis collium, et montium frequentissima.

2. ENSIFOLIA. Rich. l. c. C. *Labello ovato acutiusculo sepalis patulis acutis multo breviori bracteis brevissimis, foliis distichis lanceolatis, acuminatis, germine glabro.*

Epipactis ensifolia, et xyphophylla Sw. act. l. c. holm. Serapias grandiflora b. Lin. mant. 491. S. xyphophyllum. L. f. sup. 404. Ic. Engl. bot. t. 494. Flor. dan. t. 506. Schk. hand. t. 274. Rivin. hex. t. 5. Tubera fibrosa. Scapus pedalis et ultra angulatus, inferne albidus. Folia inferiora latiora, basi vaginantia. Spica laxa 5-12 flora. Bracteae imae florem superant. Flores magni albi. Labellum sulcatum limbo ochroleuco striis tribus purpureis. Siquid recte judico est var. prioris. Characteres enim allati nentiquam firmi et constantes sunt. Nullum unquam individuum inveni qui omnes conjunxerit, imo aliquos non tulerit

prioris proprios. Fl. aest. In sylvis, et dumetis Laumellinae, atque editiorum collium taurin. bugellensium etc.

aa. *Floribus purpureis.*

3 RUBRA. Rich. l. c. C. *Labello ovato-lanceolato sub 3lobo piloso lineis elevatis undulatis germine longioribus.*

Serapias L. man. 490. Epipactis All. ped. n. 1852. Ic. Engl. bot. t. 437. Flor. dan. 345. Hall. helv. t. 42. Rivin. hex. t. 6. Tubera fibrosa. Scapus cubitalis et ultra basi rubro-violaceus alterne flexuosus subhirsutus. Folia anguste lanceolata inferioribus minoribus brevioribus. Flores magni purpurei extus pubescentes. Sepala acuta erecta. Fl. aes. Locis umbrosis et humidis collium, et montium passim.

## 18. NEOTTIA.

a. *Scapo folioso.*

1 LATIFOLIA. Rich. l. c. N. *Labello lineari 2fido, pendulo sepalis ovatis acutiusculis triplo longiori, floribus racemosis, foliis binis oppositis ellipticis nervosis.*

Ophrys ovata L. sp. 1340. Epipactis All. ped. n. 1850. Ophrys bifolia Lamar. fl. fr. 1106. Listera ovata R. Br. h. kew. 3. 201. Ic. Curtis fl. lond. t. 30. Hall. helv. t. 37. Rivin. hex. t. 7. Flor. dan. t. 137. Schk. hand. t. 273. Radix tuberibus fibrosis profunde, et subhorizontaliter positis. Scapus cubitalis et ultra superne pilosus pilis albidis, raro 3phyllus. Spica elongata, tenuis laxa. Flores ochroleuci, vel luteo-viriduli. Vulgaris in sylvis, et pratis. Fl. aest.

2 CORDATA. Rich. l. c. N. *Labello 2fido lineari, cuspidato, basi utrinque-unidentato sepalis triplo longiori, floribus racemosis, foliis oppositis cordatis.*

Ophrys. L. sp. 1340. Epipactis All. ped. 2. 152. Listera R. Br. l. c. Ic. Hall. helv. t. 22. f. 4. Gunn. norv. 2. t. 3. f. 6, Engl. bot. t. 358. var. multo minor flor. rubr. Mentz. pugil. t. 9, f. 2. rudis. Radix tuberibus fibrosis. Scapus 8-10 pol. glaber. Spica brevis laxa 8-10flora floribus subluteolis, vel subviridibus demum sanguineis. Labelli lobus medius laciniis elongatis, acutis, diductis. Folia 2 radicalia opposita cordata venosa.

Habitat loca alpina umbrosa, frigida, humida, supra Courmajeur: in sylvis vallis Ursinae tennonnoir dictis. In valle d'Antrona prope s. Petrum in prov. nov. Fl. aestate.

aa. *Scapo aphyllo.*

3 NIDUS AVIS. Rich. l. c. N. *Labello 2fido apice dilatato sepalis obtusis duplo longiori, floribus subspicatis, scapo vaginato.*

Ophrys L. sp. 1339. Epipactis All. ped. 2. 151. Neottidium Schlethtend. fl. ber. 454. Ic. Hal. helv. t. 31. Riv. hex. t. 7. Fl. dan. t. 181. Radix tuberibus fibrosis fasciculatis fibris ita complexis ut nidum avis quadammodo referat. Tota planta flavida, carnosa, fragilis, odore gravi. Scapus pedalis et ultra, crassus, squamatus squamis alternis amplexicaulibus apice dilatatis exsuccis stramineis vel albis cum lineis purpureis, vel rufescentibus. Spica elongata inferne laxior usque 50-flora. Flores ochroleuci. Bracteae diaphanae apice pilo longo terminatae.

Vivit parasitica super radicibus arborum in sylvis umbrosis collium taurinensium, bugellens. novar. nicaeens. Sabaud. segusin. etc. passim. Fl. aest.

## 19. SPIRANTHES.

1 AUTUNNALIS. Rich. l. c. S. *Labello rotundato crenulato, sepalis lanceolatis acutis conniventibus, spica pubescente foliis radicalibus oblongis subpetiolatis.*

Ophrys a L. sp. 1340. Neottia Sw. l. c. Ic. Flor. dan. t. 387. Micheli gen. t. 26. 1. Lobel. ic. t. 186. f. 1. Riv. hex. t. 14. Seg. ver. t. 8. f. 9. Zannichel. ven. t. 86: f. 13. Radix tuberibus binis raro tribus, vel quatuor ovato-oblongis fusiformibus. Scapus axillaris 8 pol. tenuis. Folia lateralia 3-4 crassiuscula nervosa caulina brevia angusta. Flores secundi albi 15-20 labello subflavido. Bracteae ovato-acuminatae germen superantes. Odor suavis, sed levis. Fl. aut. In graminosis montanis et planitiei. Etiam hic Verroni frequens in pratis exsuccis, et ericetis.

2 AESTIVALIS. Rich. l. c. S. *Labello obovato sepalis acutis patulis spica pubescente foliis lineari- lanceolatis.*

Ophrys spiralis g L. sp. ibid. O. aestiva. Balb. ad. 96. Ic. Micheli gen. t. 26. f. 2. Radix tuberibus 4-5 elongatis fusiformibus. Folia radicalia longa scapum subpedalem et paulo deflexum cingunt, caulina breviora vaginantia. Flores majusculi albidi secundi. Bracteae ovato-acuminatae germine longiores. Ego collegi in pascuis graminosis di Pettinengo, et Camandona prov. bug. gratissimum odorem spirantem medium inter jounquillam, Hyacinthum, et Vanillam. Aliquando inodora, ut scribit Cand. fl. fr. 3. 258. In sylvis collium taurinensium etc. Fl. aest.

20. CORALLORHIZA.

INNATA. R. Br. h. kew. 5. 209. C. *Herba aphylla scapo vaginato spica auciflora, sepalis acutis inferioribus peflexis labello oblongo acutiusculo, dalcare obsoleto.*

Ophrys Corallorhiza L. sp. 1349. Cymbidium Sw. I. c. Corallorhiza cHalleri Rich. I. c. 39. Ic. Hall. helv. t. 44. Flor. dan. t. 452. Gun. norv. 2. t. 6. f. 3. Rubd. elys. 2. f. 161. Mentz. pug. t. 9. f. I. Rup. fl. jenens. t. 2. Radix tuberibus ramosissimis flexuosis cylindricis frusta corollina optime referentibus. Scapus semipedalis. Spica laxa, flores viriduli vel albidi parvi, spiraliter imbricati. Anthera subglobosa decidua didyma 2locularis, loculis 2locellatis subtransversim dehiscentibus. Bracteae germine longiores. Labellum 3lobum, Fl. octob. In fagetis prope Entrague.

21. LIPARIS.

LOESELII. Rich. l. c. L. *Herba foliis membranaceis oblongo-lanceolatis scapum 3pollicarem 3gonum nudum subaequantibus, floribus spicatis, sepalis linearibus patulis, labello oblongo carinato, acutiusculo, magno.*

Ophrys L. sp. 1341. O. liliifolia Lam. enc. 4. 469. differt juxta Cand. fl. fr. 3. 262. praesertim radice tubere destituta. Sturmia. Reich. icon. bot. n. 4. 39. Malaxis Sw. act. holm, 1805. 23. Ic. Fl. dan. t. 877. Loes. prus. t. 58. Engl. bot. t. 47. Radix tubere unico subrotundo, non carnoso. Spica 5-8flora laxa. Flores viriduli, vel ochroleuci subpenduli. Anthera terminalis decidua. Bracteae germine breviores. Fl. aest. Locis paludosis.

22. NAJAS.

MAJOR. All. ped. 2, 221. N. *Herba annua aquatica submersa ramosa caule debili longissimo foliisque linearibus intense viridibus muricato-dentatis floribus axillaribus herbaceis solitariis.*

Najas marina L. sp. 1441. N. monosperma W. sp. 4, 331. Ittnera Najas Gmel. bad. 3, 590. t. 3.. Ic. Micheli gen. t. 8. f. I, 2. Lamar. ill. t. 799. f. I. Pluk. almag. t. 216. f. 4, Nees ab Es. gen. 6. t. 10. f. I-21. Najas fluvialis Lamar. en. 4, 416. Radices axillares simplices rubentes. Folia verticillata 2-3 nitida diaphana, angulata — basi valde dilatata et vaginantia vaginis integerrimis superne rotundatis, enervia plana, lineari-anceolata apice 3dentata. Fructus elliptici putamine crustaceo, duro, obsolete reticulato-ruguloso. — Kunth en. 3, 112. Anthera 4valvis valvis revolutis eminet si planta emersa est. Fl. aest. Ad oras lacuum canapiciensium praesertim ad exitum aquarum.

23. PSILURUS.

NARDOIDES. Trin. l. c. PS. *Gramen annuum spica secunda demum nutante, floribus distantibus glumis longe aristatis.*

Nardus aristata. L. sp. 78. Rottbolla monandra. Schrad. germ. 1, 413. Monerma monandra. R. et Sch. Syst. 2, 799. Asprella nardiformis. Host. gr. a. 17. t. 29. Ic. Cavan. ic. I. t. 39. f. 1. Vill. dauph 2. t. 2. Barrel. ic. 117. f. 1. Boccone mus. 74. t. 57. Scheuz. agr. t. I. f. 7. K. Culmi tenues caespitosi teretes aliquando 3goni angulis scabris 3-8 pollicares nodis rufescentibus inferioribus aliquando ramiferis. Folia setacea radicalia longiora angustiora. Spica solitaria articulata scrobiculata longissima maturitate fragiliima apice ut plurimum recurvo. Flores distantes solitarii vel gemini et tunc inferior major, sessilis, altero pedicellato: innupti rachi scaberrimae adeo haerentes ut incospicui sint. Filamentum villosum. Anthera atro-purpurea, raro flava 4sulcata. Fl. vere. In Liguria, Monteferrato, Agro nic. nov. agro, et collib. taur. Secus vias, et loca sicca sterilia.

24. BLITUM.

Herbae glabrae annuae caulib. angulatis.

1. CAPITATUM. Bl. *Glomerulis spicatis terminalibus nudis foliis subhastatis 3angularibus sinuato-dentatis.*

Morocarpus capitatus Scop. car. 1, 6. Ic. Gaertn. de fr. 2. t. 126. f. 7. Moris. his. s. 5. t. 32. f. 9 Knor. delin. hor. 1. t. E, 3. Schk. hand. t. I. Poit. et Turp. Fl. par. 1. t. 2. Aldin. hor. farn. 84. Caulis pedalis et ultra subsimplex erectus foliosus, foliis alternis petiolatis pulchre viridibus. Glomeruli ruberrimi infer. axillares, sup. in spica aphylla. Bacca rubra succulenta insipida. Nuces maturae nigrae. Flos supremus 4-5fidus, 4-5stamina habet. Semina margine acute carinata. Fl. aest. Frequens in agro nic. et interdum in maceriis circa Taurinum.

2 VIRGATUM. Bl. *Glomerulis sparsis lateralibus summis bracteatis foliis deltoideo-lanceolatis.*

Ic. Moris. ibid. f. 10, 11. Lam. illus. t. 5. Poit. et Turp. l. c. I. t. 3. Curt.

bot. mag. t. 276. Caulis a basi ramosus usque ad apicem foliosus debilior quam in praecedent. virgatus, angulatus, striatus. Flores minimi herbacei, folia dentata dentibus longis, latisque. Fructus viridi-rubri. Nuces maturae minus atrae quam prioris. Fl. aest. Ad saepes prope Lanslebourg, et cum priore. Sed illic, et circa Taurinum nemo post Allionium, et Bellardium unquam invenit. Soli conditio admodum mutata est. Multae enim domus novae circa urbem aedificatae sunt. Coluntur in Galliae hortis ad usum culinarium (Epinard fraise): apud nos nullus harum usus est.

25. CORISPERMUM.

HYSSOPIFOLIUM. C. *Herba annua sesquipedalis caule a basi ramoso viridistriato, vel rubello, foliis alternis linearibus mucronatis uninerviis floribus spicatis inferioribus remotis bracteis lanceolatis acuminatis margine membranaceis flore longioribus.*

Ic. Sibt. Fl. gr. I. t. I. Juss. ac. des sc. 1712. t. 10. Perigon. album. Stamina numero varia, usque 5. Nux samaraeformis subrotundo-ovata, alata, aliquando 2mucronata. Amat solum humidum, et arenosum secus flumina. Inventa est trans Padum, et Ticinum amnem, sed cis etiam vivere probabile est. Fl. aestate.

26. CALLITRICHE.

Herbae annuae aquaticae humiles glabrae polymorphae floribus parvis axillaribus solitariis aliquando hermaphroditis, aut dioicis, antheris flavis seminibus orbiculatis compressis.

I. VERNA. C. *Foliis 3nerviis superne aggregatis majoribus seminum margine obtusiusculo.*

Ic. Flor. dan. t. 129. Engl. bot. t. 722. Caulis basi radicans longitudine varius pro altitudine aquarum, filiformis, ramosus fluitans. Folia emersa ovato-subrotunda, vel spatulata integerrima, vel retusa suprema rosulata natantia: demersa oblonga opposita distantia basi radicifera. Floret vere, aestate etiam autumno. In fossis passim etiam super terra locis humidis et perpetuo coenosis et tunc nuces inferiores plerumque pedunculatae. Flores plerumque monoeci hinc masculus inde femineus, nonnunquam androgyni, aliquando supremae axillae masculos gerunt, inferiores femineos: occurrit etiam dioica.

2 AUTUMNALIS. C. *Foliis omnibus per caulem sparsis aequatibus uninerviis truncatis, seminum marginibus membranaceis.*

Ic. Loes, prus. t. 38. Gmel. Sib. 3. t. 1, f. 2. Atque icones multarum varr. reperies in Reichemb. Cent. 9, et Engl. bot. alibique. Caulis filiformis I-6 pedalis. Folia non raro opposita sunt ut in priori, aliquando apice 2fida, etc. Folia suprema 3plinervia rosulata, omnia emarginata. Copiosa in fossis oryzarum Massazae var. caule ramosissimo foliis omnibus oppositis linearibus elongatis truncatis apice 2dentatis dentibus elongatis diductis supra viridibus, subtus albidis. Floret aut. etiam aest. et vere, in fossis, et ad margines lacuum et fluviorum, quo fit ut caulis magis elongetur: etiam locis humidis, et uliginosis. Siquid recte judico est var. prioris varietatibus intermediis transitum probantibus. Omnes hujus generis species summopere polymorphae, et ludibundae sunt: neque absonum fortasse erit species omnes a R. et Sch. et aliis enumeratas et descriptas pro varietate unius speciei habere quam libenter *Callitrichen polymorpham* appellarem.

27. ZOSTERA.

MARINA. Z. *Herba perennis glabra, marina submersa foliis linearibus obtusis 3nerviis integerrimis longissimis caule teretiusculo articulato stylo simplici stigmatibus binis.*

Phucagrostis minor. Caul. de phuc. 14. t. 2. Z. maritima Gaertn. de fruct. I. t. 19. Alga marina Lam. Fl. fr. 3, 539. Ic. Flor. dan. t. 15. Engl. bot. t. 497. Schk. hand. t. 279. Lam. ill. t. 737. Nees ab Es. gen. 6. t. 14. f. 15-20. Haeret in fundo maris nic.

28. CAULINIA.

FRAGILIS. W. act. ber. 1798, 88. t. 1. f. 2. C. *Herba annua glaberrima caule ramoso divaricato laevi dichotomo, foliis ternis oppositisve lineari-subulatis recurvatis aculeato-dentatis rigidis ex vagina membranacea prodeuntibus floribus axillaribus, sessilibus, glomeratis.*

Najas minor All. ped. n. 2106. N. subulata Thuil. paris. II. 2, 500. N. fluviatilis Lam. en. 4, 616. N. fragilis Rost. et Schmidt fl. sed. 382. Fluvialis minor Pers. ench. 2,530. Ittnera minor Gmel. bad. 3, 592. t. 4. Caulinia intermedia Balb. et Nocca flor. ticin. 2, 163, et C. alagnensis Pollini hort. et prov. veron. etc. sunt profecto varr. Ic. Michel. gen. t. 8. f. 3. Schk. hand. 3. t. 296.

Lamar. ill. t. 799. f. 2. Balb. et Noc. l. c. f. 15-16. — Anthera 2locularis 2valvis. Stylus elongatus stigmatibus binis. Ovulum erectum. Fructus tereti-lanceolatus putamine chartaceo costulato, transversim striatulo. — Kunth. enum. 3, 113. Ad Ticinum, quo confluit in Padum: in aquis stagnantibus prope Lucengo et in agro canapiciensi in lacu di Moncrivello.

### 29. ZANNICHELLIA

1 PALUSTRIS. Z. *Planta annua aquatica immersa tenuisstma caule tereti ramosissimo caespitoso ariculato foliis capillaceis superioribus e vagina truncata fasciculatis floribus axillaribus sessilibus solitariis herbaceis fructibus subasperis.*

Ic. Vail. act. par. 1719. t. 1. f. 1. Fl. dan. t. 67. Michel. gen. t. 34. f. 1. Pluk. t. 107. f. 7. Vulgaris in fossis, et aquaeduct. prov. nov., in agro segusiano: in nemorib. Venariae etc.

Videtur species distincta.

2 DENTATA. W. sp. 4. 181 Z. Statura minori anthera 2loculari stigmate dentato fructibus tuberculatis nec margine denticulato.

Ic. Mich. gen. f. 34. f. 2. Folia sunt breviora angustiora. Sed cum antherae abortu 2loculares esse possunt, et ceteri characteres inconstantes, sic pro specie diversa aegre receperim. Ad fontium scaturigines prope Albam.

# CLASSIS SECUNDA

# DIANDRIA

### 30. JASMINUM.

a. *Foliis oppositis, floribus albis.*

1 OFFICINALE. J. *Foliis pinnatis, foliolis oblongis, acutis, ramis teretibus caule scandente.*

Ic. Bull. her. t. 231. Lam. ill. t. 7. f. 1. Frutex glaber altissimus, ramosissimus ramis viridibus flexilibus. Foliola lanceolata, impar maximum. Cal. laciniae subulatae tubo cor. breviores. Flores suaveolentes, terminales. Apud nos fructus non perficit. Ex India orta, ubique culta. Fl. aest,

aa. *Foliis alternis, floribus luteis.*

2 FRUTICANS. J. *Foliis ternatis, simplicibusque foliolis cuneatis nitidis ramis angulatis, calycis laciniis subulatis tubo corollae multo longioribus.*

Ic. Lob. adv. 390, et ic. 2. 52. Curt. Bot. Mag. t. 461. Duham. 1. t. 28. Frutex caespitosus glaber humanae altitudinis. Flores terminales inodori. Baccae atro-purpureae. Fl. aest. Passim in sepibus agr. nic.

3 HUMILE. J. *Foliis simplicibus ternatis pinnatisque foliolis ovato-oblongis acuminatis, ramis angulatis, laciniis calycis tubo cor. multo brevioribus.* Ic. Lob ic. 2. t. 106. f. 1. Frutex humilis caespitosus, glaber. Flores terminales inodori. Fl. aest. In sylvis albensibus forte ex seminibus avibus allatis. Colitur.

### 31. LIGUSTRUM.

VULGARE. L. *Frutex orgyalis ramosissimus, ramis erectis cortice cinereo foliis oppositis, ovato-lanceolatis, nitidis, integerrimis, sub sessilibus, thyrsis densis, floribus albis, baccis rotundis nigris.*

Ic. Flor. dan. t. 1141. Engl. bot. t. 764. Lam. ill. t. 7. Bull. her. t. 295. Curtis fl. lond. ed. Graves t. 1. Duham. 3. t. 49. Poit. et Turp. fl. p. 1. t. 4. Floret vere. In sepibus passim. Flores suaveolenles, odore tamen nauseam ciente. Cortex et baccae adstringentes. Medici non utuntur eis, cum meliora suppetant. Baccae colorem viridem largiuntur.

### 32. PHILLYREA.

Arbusculae glabrae, ramosissimae cortice cinereo, foliis subsessilibus, oppositis raro ternis, rigidis semper virentibus racemis axillaribus, floribus viridulis, suaveolentibus, drupis globosis, nigris.

1 MAJOR. Zum. Ph. *Foliis inferioribus cordato-ovatis, serratis, vel spinuloso-serratis sup. oblongis distortis margine revolutis, laciniis corollae reflexis, drupa umbilicata.*

Huc traho Ph. spinosam Mill. ilicifoliam, et laevem W. Ph. latifolia L. Sp. 10. Ic. Sibt. fl. gr. 1. t. 2. Clus. his. 1. 52. Arbor mediocris altitudinis, aliquando caespitosa. In collibus Liguriae, etagri nic. Fl. vere.

2 MINOR. Zum. Ph. *Foliis lanceolatis, vel lanceolato-linearibus subintegris, acuminatis, subtus punctatis, laciniis corollae erectis, concavis, drupa apiculata.*

Ph. media, et angustifolia. L. sp. 10. ph. obliqua. W. Ic. Lam. ill. t. 3. f. 3. Paulo minor. In Liguria occidua, circa Savonam, et in agr. nic. Fl. vere.

### 33. OLEA.

EUROPAEA. O. *Arbor mediocris sem-*

*jurvirens ramosissima, ramis cinereis, penioribus angu atis, foliis lanceolatis, rigidis mucronatis, margine revolutis, supra glaucis, subtus incanis, floribus albidis racemosis, racemis axillaribus, drupis ellipticis atro-sanguineis acuminatis.*

Ic. Lam. ill. t. 8. f. 2. Sibth. flor. gr. I. t. 3. Varietates innumerae cultu ortae. Spontanea, et culta in collib. Liguriae, et agri nic. Fl. vere. Fructus in sero autumno maturi sunt. Quibus oleum elicitur omnium optimum usui domestico et medico. Alvum mollit, et laxat, venena acria obtundit, et involvit, ventriculi, et intestinorum inflammationi succurrit, si non gravissima est. Intus sumptum morbo teterrimo mederi, quem morsus viperarum infert, omnino insecurum. Vulneri extus illitum venenum obvolvit, et infirmat, atque principii vitalis conductionem, quod venenum serpentum fert, et ideo, si magna dosi est, occidit, arcendo magnopere prodest. Sed vulnus probe, et repetita vice replendum oleo est. Melius si prius humo argillosa pulverata vulnus repleatur vinculis constricto superne organo, si fieri potest, cui vulnus inflictum est. Humus argillosa pulverata venenum trahit, et chemica forte ratione pessumdat sed repetitis vicibus hoc fiat oportet, loto probe, et digitis fortiter expresso vulnere, oleo olivarum demum repleto. Forte in hoc morbo valde profuisse medici crediderunt, quod mortem post remedium non consecutam vidissent. Verum et absque remedio aegri servati fuissent. Vipera enim Berus homini adulto, et forti mortem non infert, utique vero debilibus, et feminis, et infantibus. Itaque medendi ratio cita, et efficax et secura adhibenda. Si de puerulo, aut muliere delicata agitur melius vulnus igne candenti tractandum est. Ceterum quies in lecto calido imperanda, vires reficiendae et sustinendae jusculis, et alimentis valentibus, et vino multo, calido, generoso, et annoso cui ammonii liquidi guttulae aliquot addantur. At si vires magis deficiant, et mors secutura videatur danda est Aristolochia Serpentaria, et Polygala Senega, et cortex peruvianus magna dosi in vino calido, cui Salvia incocta sit. Fomenta ex vino calido, et aromatico epigastrio imponenda. Quibus auxiliis aegri etiam juvenes, et teneri homines et debiles servantur. Res, et remedia, quae vires infirmant sedulo vitentur, secus aegri servari non possunt. Quod praecipue dicendum est de Vipera Redi quae morsu suo hominem, et robustum, et fortem certe interficit, quidquid contrarium scripserit Fontana solers ceterum et expertus vir. Duos homines vidi hac vipera interemptos. Species procul dubio diversa est a vipera Bero, et characteres suos constanter servat, quamquam id negat Georgius Cuverius vir in historia animalium ceterum acutus, et summus.

In morsu ab hac vipera inflicto Gentiana negligenda non est. Quae ut scribit Laurenti, specifica est. Quae si vera sunt, Dioscorides de hac vipera locutus est, nam memoriae prodidit, Gentianam morsui viperarum mederi. Lib. 3, cap. 3. Βοηθεῖ δὲ θηριοδήκτοις ποτιζομένη ∈β τὸ πλῆθος μετὰ πεπερέως καὶ πηγάνου καὶ οἴνου. Sed ut ad oleam revertar ramuli ejus, et folia substantiam habent amaram, et tonicam quae febribus intermittentibus pellendis apta est. Unde ramulorum, et foliorum decoctum in febribus intermittentibus eximie succurrit. Rusticos vidi mammas ob lactationem ulceratas, et inflammatas adsperso pulvere foliorum in sartagine ferrea super ignem exsiccatorum cito, et jucunde sanare. Quod magnum beneficium est cum morbus sit valde dolorificus, et diuturnus, et qui difficillime, nisi infante ablactato, sanetur.

## 34. SYRINGA.

1 VULGARIS. S. *Foliis cordato-ovatis.*

Ic. Duham. arb. I, t. 188. Bull. herb. t. 265. Lam. illustr. t. 7. Arbuscula mediocris altitudinis a basi ramosa, caespitosa, ramis erectis, cortice luteolo, foliis oppositis petiolatis acutis, glabris, integris, floribus violaceis, carneis, vel albis, laciniis corollae concavis. Fl. vere. Ex Persia orta apud nos ubique culta, et spontanea. In collibus taurinensibus: in montibus di Varallo: in sylvestribus montis Crea: secus viam, quae ab Eporedia ducit in vallem Augustae Praetoriae. Ego inveni in montibus vallis Andurni supra Quittengo.

2 PERSICA. S. *Foliis lanceolatis, vel laciniatis.*

Ic. Miller dict. t. 164. f. I et 2. Arbuscula humilis, cortice viridulo albopunctato, floribus racemosis, racemis terminalibus, laxis simplicibus, floribus violaceis, laciniis corollae planis. Floret vere. Patria ejus Persia? Passim culta. Lin. Hor. cliff. patriam dicit incognitam nisi Persia est, et varietatem praecedentis putat esse, et in Am. acad. 3, 42, hybridam existimat e precedenti, et Jasmino officinali.

35. VERONICA.

1. *Racemis lateralibus. Perennes.*
a. *Glabrae.*
b. *Foliis lanceolatis, vel linearibus.*
c. *Caule erecto. Capsula integra, ovata.*

1. Anagallis. V. *Caule fistuloso, foliis semi-amplexi-caulibus lanceolatis acutis, serratis, pedicellis erectis.*

Ic. Flor. dan. t. 909, Engl. bot. t. 781, Curtis fl. lon. ed. Graves 2. t. 3, Poit. et Turpin par. 1. t. 12. Caulis usque 2pedalis crassus simplex inferne radicans. Folia crassa, carnosa nitida opposita aliquando terna vel quaterna, aliquando ovato-lanceolata obsolete serrata. Racemi alterni, elongati, divaricati, multifori. Bracteae pedicello breviores. Calycis laciniae subaequales lanceolatae acutae. Cor pulchre coerulea, raro rosea, fauce albida, vel lutea. Fl. vere et aestate. Passim in fossis, aquis bene fluentibus.

cc. *Caule repente. Capsula orbiculata retuso-2loba.*

2 scutellata. V. *Caule farcto foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis pedicellis pendulis patentissimisque.*

Ic. Rivin. mon. t. 96. Fl. dan. t. 209. Poit. et Turp. 1. c. t. 13. Engl. bot. t. 782. Curtis l. c. t. 2. Caulis tenuis ramosus humilis demum assurgens. Racemi breves laxi pauciflori patentes, pedicellis elongatis capillaceis. Calycis laciniae parvae subaequales lanceolatae acutae. Cor. parvula, plerumque carnea, lobo inf. subalbido, aliquando pallide coerulea. Fl. vere et aestate. In fossis, paludibus, lacubus, etc. quibus aquae lente moventur. Antiscorbuticae laxantes, resolventes. Hyeme, et vere comeduntur cum nasturtio in jusculis, et acetariis. Optime cum fumaria, taraxaco, et cichoreo coctae cum acqua vel sero lactis adhibentur in physconiis abdominalibus, hypocondriasi, morbo haemorroidario, podagra praesertim anomala, et herpete. Qui morbi germani sunt. Quod et de Beccalunga dicendum est.

bb. *Foliis subrotundis, vel ovatis.*
z. *Caule prostrato, basi suffruticoso; terrestris.*

3 Allionii. Smith. in Trans. of. the Lin. soc. 1, 189. V. *Foliis subcuneatis ovatis acutis crenulatis rigidis coriaceis, racemis lateralibus solitariis spicaeformibus, densifloris, capsula obcordata compressa pilosa.*

V. pyrenaica All. Ic. All. specim. t. 4, f. 3. Reich. cent. 8. t. 782. f. 1052-53. Facies ver. officinalis. Cor. violaceae vel carneo-violaceae. Non raro calyx et cor. pilosiusculi pilis plerisque apice glandulosis. Fl. aestate In pratis, et pascuis subalpinis passim.

zz. *Caule elato, herbaceo. Aquatica.*

4 Beccabunga. V. *Foliis petiolatis ellipticis obtusis, crenatis. crassis carnosis racemis lateralibus oppositis laxifloris, caps. suborbiculata turgida subintegra glabra.*

Ic. Riv. mon. t. 100. Engl. bot. t. 655. Curt. l. c. t. 2. Flor. dan. t. 511. Plenk. ic. med. 1, t. 14. Poit. et Turp. l. c. t. 11. Caulis 2-4 pedalis usque orgyalis superne ramosus, rubens, inferne decumbens, et radicans. Cor. coerulea parva striata lineis saturatioribus, fauce ochroleuca. Flores aliquando carnei. Folia non raro integra. Bractae pedicellum aequantes vel superantes. Caps. quandoque oblonga. Passim in rivulis, fontibus, fossis aquis limpidis et bene fluentibus. Fl. vere et aestate.

aa. *Villosae.*
z. *Caule brevissimo aphyllo.*

5 aphylla. V. *Caule stolonibus reptantibus, subsolitario nudo, racemo paucifloro, corollis grandiusculis, foliis confertis ellipticis, vel obovatis, obsolete crenatis pilosis capsula suborbiculari vix emarginata.*

Ic. Pluk. almag. t. 114, f. 3. Seg. ver. 1, t. 1, f. 2. Boccone mus. t. 1, f. 9. Caulis vix spithameus, aliquando minimus, raro paucifoliosus. Flores coerulei. Fl. aest. In summis montium jugis.

zz. *Caule elongato folioso.*
b. *Calycibus 4partitis.*
c. *Caule bifariam piloso.*

6 Chamaedrys. V. *Foliis sessilibus subcordato-ovatis inciso-serratis, racemis oppositis.*

Ic. Rivin. mon. t. 94. Moris. 1. s. 3, t. 23. f. 12. Flor. dan. t. 448. Engl. bot. t. 623. Curtis l. c. t. 3. Poit. et Turp. l. c. t. 9. Caulis usque semipedalis ascendens ramosus. Folia ima minora. Racemi elongati laxi multifori. Flores pulchre coerulei lineis intensioribus striati, fauce ochroleuca, interdum pallidi, noctu, et tempore pluvio clausi. Cal. raro 5partitus, capsula compressa obcordata ciliata longior. Fl. vere. Passim in sepibus. Herba colorem coeruleum largitur.

cc. *Caule pilis sparsis.*
d. *Caule prostrato. repente.*

7 officinalis. V. *Foliis obovato-subrotundis oblongisve petiolatis, serratis, racemis solitariis.*

Ic. Riv. mon. t. 93. Boccone mus. t. 10, Savi mat. med. t. 26. Lam. illus. t. 13, fig. 2-4. Plenck ic. med. 1, t. 12. Bull. herb. t. 293. Flor. dan. t. 248. Svensk. bot. t. 159. Poit. et Turp. l. c. t. 8.

Engl. bot. t. 765. Caulis usque sesquipedalis. Racemi raro oppositi. Folia rugosa apice integra. Flores pallide coerulei, in umbrosis pallide violacei vel carnei, vel albidi lineis coeruleis, vel violaceis. Capsula basi compressa superne obcordato-3gona. Pili articulati, patuli sursum curvati. Fl. aestate. Passim in montosis, et collinis. Herba amara adstringens viscera sanguinem parantia roborat, et cutem laxando sudorem pellit: ideoque infusum calide potum in rheumatismo, et catarro chronico optime succurrit.

dd. *Caule erecto.*

8 URTICAEFOLIA. V. *Caule stricto foliis sessilibus subcordato-ovatis, acutis serratis hirsutiusculis racemis elongatis oppositis, floribus distantibus pedicellis fructiferis incurvatis.*

V. latifolia. Scop. carn. I, 13. Ic. Moris. I. s. 3. t. 23. f. 18. Jacq. austr. 1, t. 59. Radix repens gemmifera. Caulis simplex usque 2pedalis. Folia venis atro-rubris ima minora, suprema angusta. Flores parvi rosei, lineis rubentibus striati. Caps. compressa suborbicularis emarginata. Fl. vere et aestate. In sepibus umbrosis collium, et montium.

bb. *Calycibus 5partitis.*

z. *Caulibus prostratis.*

9 PROSTRATA. V. *Foliis oblongo-lanceolatis obtusis serratis cano-pubescentibus, basi pectinatis, racemis oppositis.*

V. Tecurium All. ped. I, 74 et auct. 5, Ic. Riv. mon. t. 95, Moris. his. I. s. 3, t. 23, f. 16. Boccone Mus. t. 10. Caules ramosi, basi sublignosi, prostrati, fertiles demum assurgentes, usquè dodrantales, super terram in orbem positi. Folia apice integra aliquando omnia integerrima. Calycis lacinia quinta minima. Cor. coerulea in umbrosis pallida lineis striata. Caps. obcordata compressa. Parum distincta a V. Teucrio, austriaca, latifolia. Forte unica species constituenda. Passim in collibus prope *Albam:* in valle *Ulciensi:* in agro *taur.* etc. Fl. vere.

zz. *Caulibus ascendentibus.*

10 TEUCRIUM. V. *Foliis, ovato-oblongis acutiusculis, planis remote serratis sessilibus, racemis oppositis.*

Ic. Rivin. mon. t. 95. Plenc. l. c. I, t. 13. Poit. et Turp. l. c. t. 15. Caulis simplex vel ramosus usque pedalis. Folia rigida aliquando integra lineari-lanceolata. Cor. coerulea lineis striata, majuscula. Calycis laciniae lineares inaequales, capsulam compressam oblongam obcordatam superantes. Fl. vere. In monte *Musine:* prope *Supergam:* in *Sabaudia* circa *Aix.*

zzz. *Caulibus erectis.*

v. *Foliis indivisis.*

11 LATIFOLIA. V. *Caule stricto foliis cordatis amplexicaulibus rugosis serratis obtusis, racemis oppositis.*

V. Teucrium All. ped. I, 76. V. pseudo-Chamaedris Jacq. a. I, t. 60. Moris. l. c. t. 23, f. 10. Poit. et Turp. l. c. t. 15 dext. Weinm. phytogr. t. 1005 f. a. Caulis usque sesquipedalis. Folia ima subpetiolata minora, aliquando incisa, aut basi subpectinata. Flores majusculi coerulei, lineis striati. Calycis laciniae elongatae lineares inaequales capsula compressa obcordata longiores. Fl. vere. Passim in pratis montanis apricis: et circa sanctuarium *Oropae.*

vv. *Foliis pinnatifidis.*

12 AUSTRIACA. V. *Caule simplici foliis pinnatifidis 2pinnatifidisque laciniis lanceolatis inciso-dentatis laciniis calycinis subulatis inaequalibus, racemis oppositis.*

V. multifida Scop. carn. I, 10. V. Jacquini Roem. et Sch. syst. 1, 108. Ic. Jacq. a. 4, t. 329, f. 1-5. Moris. l. c. t. 23, f. 17. Caulis usque semipedalis, aliquando ramosus. Folia ima, et suprema (aliquando omnia) simplicia. Cor. (majuscula coerulea lineis striata. Calycis laciniae 2 elongatae, quinta minima aliquando obsoleta. Bracteae imae 2-3 fidae. Caps. compressa suborbiculata calyce minor. Fl. vere. In pascuis di *Roasca.*

2. *Racemis terminalibus spicae-formibus. Perennes.*

13 TICINENSIS. Poll. fl. ver. 3. ap. 768. V. *Caule foliis verticillatis lanceolato-linearibus acutis, aequaliter argute serratis basi cuneatis. subpetiolatis glabris, bracteis lineari-setaceis.*

V. Hostii Moret. Bib. it. 12. 369. V. maritima Nocc et Balb. fl. ticin. I. 6. Caulis usque 3pedalis. Racemus elongatus densus, basi ramosus. Cor. coerulea. Caps. ovata glabra. Colant botanici in solo macro, ed arido ut videant utrum in spicatam transeat. Nam si quid recte judico est var. luxurians sequentis. Circa *Ticinum* in ditione mediol. In patria hactenus non invenerunt, sed forte cis amnem similibus locis nascitur.

14. SPICATA. V. *Caule ascendente foliis oblongis obtusiusculis crenato-serrulatis apice integerrimis petiolatis pilosis bracteis lineari-lanceolatis.*

V. hybrida L. sp. 14. et mantis. alt. 326. var. Engl. bot. t. 673. var. fol. inferioribus latioribus ellipticis. V. arguta Moret. de quib. etc. dec. 2. 6. Ic. Barrel. ic. 687. Zann. ist. t. 73. f. 1. 2. Vaill. bot. p. t. 33. f. 4. Engl. bot. t. 2.

Flor. dan. t. 52. Herba admodum ludibunda: occurrit glabra. Caulis in locis aridis humillimus, in pinguibus, et humentibus usque cubitalis. Spicae simplices, et basi ramosae. Ego collegi sulla *Bessa* prope *Mongrado* bracteis lineari-subulatis pedicello longioribus. Spica densa aliquando longissima. Cor. coeruleae. Caps. ovata. Floret vere. Copiosa in locis lapidosis, et siccis quibus humilis est, et in sabulosis declivibus montanis secus flumina, ubi luxuriat.

3. *Raccemis laxis bracteatis in caule ramisque terminalibus. Perennes.*

a. *Caulibus ascendentibus.*

b. *Glabrae.*

15 SERPYLLIFOLIA. V. *foliis subrotundis ovatis oblongisve 3nerviis crenatis vel integris, nitidis racemo elongato piloso, floribus distantibus.*

V. tenella All. ped. I. t. 22. f. 1.

Ic. Lob. ic. 472. Riv. mon. t. 92, 99. Pluk. phy. t. 233. f. 4. Fl. dan. t. 492. Krok. sil. 1. t. 4. Engl. bot. t. 1075. Curt. l. c. t. 2. Poit. Turp. l. c. t. 20. Caulis ramosus, spithameus et ultra, steriles prostrati repentes. Folia suprema angustiora alterna. Cor. pallide coerulea, vel albida lineis coeruleis striata. Caps. compressa 2loba. Fl. vere. Passim in pratis etc.

bb. *Hirsutae.*

16 BELLIDIOIDES. V. *Caule simplicissimo, foliisque obovatis crenatis pilosis racemo corymboso paucifloro*

Ic. Hal. helv. t. 15. f. 1. Krok. sil. I. t. 2. Caulis humillimus usque tamen spithameus basi rigidus inferne foliosus superne subnudus. Folia rigida ima super terram in orbem posita. Corymbus viscidus. Cor. exiguae intense coeruleae fauce ochroleuca. Caps. subinflata oblonga emarginata calyce major. Fl. aest. In pascuis saxosis editiorum montium passim.

17 ALPINA. V. *Caulibus caespitosis foliis ellipticis ovato-oblongis subintegerrimis corymbo paucifloro piloso.*

V. pumila All. ped. I. 75. t. 22. f. 5. Ic. All. Spec. t. 3. f. 3. Lin. fl. lap. t. 9. f. 4. Eng. bot. t. 484. Hook. fl. lond. t. I. Flor. dan. t. 16. et 1921. Hal. hellv. t. 15. f. 2. Caulis brevissimus tamen usque palmaris, vel spithameus. Cor. parvae intense coeruleae, quandoque albo-striatae. Caps. obcordata turgidula stylo brevissimo persistente terminata, calycem excedit. Fl. aest. In pascuis saxosis summarum alpium.

aa. *Caulibus prostratis.*

18 FRUTICULOSA. V. *caulibus fruticulosis basi radicantibus demum ascendentibus, foliis glabris inferioribus subrotundis integerrimis superioribus oblongis subserratis racemis multifloris capsulaque pubescente calycem subexcedente.*

V. frutescens. Scop. carn. I. 19. Ic. Hall. h. t. 16. f. 1. Engl. bot. t. 1023. Vulf. in Jacq. coll. 4. t. 5. Caulis usque dodrantalis. Cor. rosea lineis purpureis striata. Caps. ovato-oblonga turgidula truncata. Pili apice glanduliferi. In monte *Gallè Liguriae* occiduae. Fl. aest.

19 SAXATILIS. V. *Caulibus diffusis suffruticosis foliis glabris obovatis subserratis corymbis paucifloris capsula pilosa calycem excedente.*

V. fruticulosa Fl. dan. t. 342. Clus. hist. 347. J. Bahuin. his. 284. Engl. bot. t. 1027. Cor. majuscuiae pulchre coeruleae, fauce rubrae. Caps. oblonga obtusa pilis eglandulosis. Fl. aestate. Passim in pascuis saxosis editiorum montium. Ego collegi in summo monte inter sanctuarium *Oropae* et *S. Joannis* in prov. *bugel.* luxuriantem caulibus 2spithameis corymbis elongatis multifloris cor. grandibus laete coeruleis fauce aurea.

4. *Pedunculis axillaribus. Annuae.*

a. *Semina suborbiculata compressa umbilicata.*

b. *Foliis indivisis.*

20 ARVENSIS. V. *Caulibus caespitosis ascendentibus foliis inferioribus cordato-ovatis subcrenatis petiolatis floralibus sessilibus lanceolatis pedunculos brevissimos superantibus laciniis calycinis inaequalibus corolla majoribus capsulis obcordatis profunde 2lobis opposite compressis.*

V. Bellardi All. ped. t. 85. f. I Flor. dan. t. 515. Engl. bot. t. 734. Curt. l. c. t. 4. Poit. et Turp. l. c. t. 21. Caules aliquando simplices vidi in exemplaribus lectis in agris *Verroni et* basi floriferos simillimos iconi citatae All. V. itaque Bellardi est. procul dubio hujus var. Character quo distinguitur ab omnibus veronicis nostris est capsula opposite compressa: quod nemo hactenus botanicorum, in fallor, adnotavit. Cor. coerulea minima. Caps. ciliatae. Fl. vere. Passim in agris, arvis, pratis. etc.

21 ACINIFOLIA. V. *Caule erectiusculo foliis carnosis uninerviis, inferioribus petiolatis ovatis cuneatis subserratis, floralibus subsessilibus pedunculo brevioribus laciniis calycinis ovato-lanceolatis corollam aequantibus capsulis obcordatis profunde 2lobis parallele compressis.*

Ic. Vail. par. t. 33. f. 3. Bocc. mus. t. 9 et 102. Poit. et Turp. l. c. t. 23. Caulis humilis vix spithameus plerumque simplex. Cor. coeruiea striata. Fl. vere.

passim in agro *taur*.: in arvis di *Druent*: circa *Novariam* locis umbrosis della *Bicocca*: inter *Moncrivello*, *et Borgomasino* etc.

bb. *Foliis subpinnatifidis 3fidisque.*

22 VERNA. V. *Caule striato hirsuto foliis imis ovatis petiolatis serratis, inferioribus 3partitis floralibus indivisis lineari-lanceolatis pedunculo longioribus calyce corollam superante brevioribus.*

V. succulenta All. ped. 78. t. 22. f. 4. Ic. Riv. mon. t. 96. Engl. bot. t. 25. Flor. dan. t. 252. Poit. et Turp. l. c. t. 22. Caulis simplex vix palmaris. Cor. coerulea lineis intensioribus striata. Caps. compressa obcordata ciliata calyce brevior. Fl. vere. Passim in pascuis et arvis apricis collinis et aridis.

aa. *Semina conchaeformia.*

b. *Foliis indivisis.*

23 AGRESTIS. V. *Caule ascendente foliis petiolatis cordato-ovatis serratis nitidis opacisve pedunculo brevioribus laciniis calycis fructiferi cernui ovalibus capsulis turgidis sutura compresso-carinata loculis subtetraspermis.*

Ic. Reich-cent. 3. t. 277. f. 440 Borr. in Engl. bot. t. 2663. Caulis est procumbens ut scribunt Cand. fl. fr. 3. 467, et Bertol. fl. ital. 1. 100.

24 DIDYMA. Tenore fl. neap. prodr. 6. V. *caule procumbente foliisque ovatis crenatis vel dentatis petiolatis hirsutiusculis pedunculis folia subaequantibus reflexis laciniis calycinis inaequalibus subfoliaceis dentatis corolla multo majoribus capsulis turgidis globoso-2lobis suboctospermis.*

Ic. Riv. mon. t. 99. Engl. bot. t. 783. Flor. dan. t. 446. Curt. l. c. t. 4. Poit. et Turp. l. c. t. 27. Var. mihi videtur V. agrestis. Character constantior est caps. globoso 2loba. Ceterum apud nos loculi caps. sunt plerumque 2spermi: folia raro subdelthoidea, corollae vere plerumque calyce majores. Cum herba sit admodum ludibunda non est fidendum characteri soli capsulae, nam et hic mutari forte potest. Floret ipso ianuario et per totum annum excepta aestate. Ubique in hortis, ambulacris etc.

25 BUXBAUMII. Tenor. fl. neap. I. 7. t. 1. V. *Caule procumbente foliis cordato-ovatis profunde serratis pedunculo longe brevioribus capsulis dilatatis obcordato-triangularibus compressis acute carinatis ciliatis.*

V. filiformis Bess. V. persica Stev. Ic. Buxbaum cent. 1. 40, f. 2. Sibt. fl. gr. 1. t. 8. Fl. dan. t. 1982. Reich. cent. 3. t. 268, f. 430, 431. Optima et pulchra species. Caules usque pedales. Cor. magnae laete coerulae lineis intensioribus striatae. Vulgaris etiam in hortis apud nos. Copiosa crescit circa *Bugellam* extra urbem sul *fossale.*

26 PRAECOX. All. auct. 5. V. *Caule erecto a basi ramoso glanduloso-piloso foliis primum carnosis subtus rubentibus demum exsuccis inferioribus cordato-ovatis inciso-serratis, floralibus integerrimis subsessilibus capsula turgida.*

Ic. All. l. c. t. 1, f. I. Poit. et Turp. l. c. t. 24. Stirps vulgatissima haeic *Verroni* in agris primo vere. Caulis usque 2spithameus. Folia post anthesim adeo exsucca fiunt ut planta eadem non videatur. Cor. intense, et pulcherrime coerulea, nullis lineis striata, fauce aurea vix calyce longior. Caps. oblonga emarginata.

bb. *Foliis superioribus digitato-partitis.*

27 TRIPHYLLOS. V. *Caule erecto ramoso foliis petiolatis inferioribus indivisis ovato-subrotundis superioribus digitato-partitis pedunculis calyce longioribus patulis.*

V. romana All. ped. l. c. t. 85. f. 2. Rivin. mon. t. 93. Engl. bot. t. 26. Poit. et. Turp. l. c. t. 25. Sibt. fl. gr. t. 20. Flor. dan. t. 627. Cur. l. c. 2. t. 5. Caulis aliquando decumbens. Folia ima primum carnosa subtus rubentia demum exsucca. Cor. coerulea lineis striata vix calyce longior. Caps. obcordata compressa calyce brevior. Spica viscida. Passim primo vere in agris, et arvis.

aaa. *Semina urceolata.*

28 HEDERAEFOLIA. V. *Caule prostrato villoso foliis cordatis 5lobis lobo medio maximo pedunculo brevioribus, laciniis calycinis cordatis acutis ciliatis capsulae glabrae appressis.*

Ic. Riv. mon. t. 99. Engl. bot. t. 784. Flor. dan. t. 428. Cur. l. c. t. 5. Poit. et Turp. l. c. t. 26. Caulis usque pedalis. Cor. calyce minor pallide coerulea vel albida lineis coeruleis striata, fauce alba vel ochroleuca. Caps. depressa 4loba loculis subdispermis. Primo vere in hortis, et agris vulgaris.

29 CYMBALARIA. Bert. mem. della Soc. med. di Gen. t. 1. V. *Caule procumbente ramoso foliis cordatis lobatis pedunculo longe brevioribus post anthesim patulis, capsula hirsuta.*

V. cymbalariaefolia Vahl. en. I. 81. V. hederaefolia b. Lin. sp. 19. V. panormitana Guss. sup. 1. 4. Ic. Buxb. cent. I. t. 39. f. 2. Sib. fl. gr. 1. t. 9. Viviani fl. ital. fragm. f. 1. t. 16. f. 1. Caulis etiam sesquipedalis. Pedunculi deflorati deflexi semina in rimis murorum serunt. Cor. pallida vix calyce major, fauce viridi. Caps. depressa 4

loba, loculis subdispermis. Fl. vere. Colegi super muris heic *Verroni*, et forte in pluribus locis vulgaris est. Serant botanici V. hederaefoliam super muros, et rudera, et macerias, et videant utrum in hanc transeat: nam mihi videtur var. hederaefoliae.

### 36 GRATIOLA.

OFFICINALIS. Gr. *Herba perennis glabra radice articulata squamata repente caule erecto 4gono simplici vel ramoso foliis oppositis lanceolatis sessilibus serrulatis* 3-5 *nerviis pedunculis axillaribus 1floris alternis folio brevioribus calyce bracteato longioribus filamentis sterilibus integris, corolla ochroleuca, vel carnea intus barbata, pilis apice glandulosis, capsula ovata turgida acuminata.*

Ic. Flor. dan. t. 363. Plenck. ic. 1. t. 15. Rivin. mon. t. 106. Zannich. is. t. 293. Lob. ic. 438. Poit. et Turp. I. c. t. 28. Albert. fl. med. 6. t. 307. Caulis usque pedalis. Passim in pratis udis argillosis, fossis etc. Fl. vere et aest. Herba recens acris amarissima, emetica, purgans, venenata. Equi, boves, pecora respuunt illam atque etiam in foeno exsiccata nocet eis. In diversis morbis adhibui, verum exiguam opem aegris meis attuli. Decocta cum Verbena officinali, et Erythraea Centaurio optimum remedium in febribus intermittentibus est. Sed melius ejus loco cichorium adhibetur. Remedium enim fallax, et periculosum est. Extractum paravi atque hydropicis dedi: sed post multa experimenta abiieci, cum meliora, et tutiora suppetant. Est purgans drasticum optimum in febribus intermittentibus quartanis rebellibus, et viscerum abdominalium obstructionibus torpidis in rusticis validis, et torosis. Extractum ejus melius cum Gentianae, Verbenae, Cichorii extractis et Gummi Ammoniaco, et Rheo datur. Hisce junctum remedium sistit cum paucis comparandum.

### 37 PINGUICOLA.

Herbae pusillae scapo nudo unifloro corollis cernuis deciduis foliis 5-6 oblongis integerrimis crassis lucidis pallide viridibus glanduloso-puberulis inflexis super terra in orbem positis.

a. *Perennis. Scapo villoso.*

1 VULGARIS. P. *Calcare cylindrico recto subulato longitudine corollae lobis corollae oblongis subaequalibus, capsula ovata.*

P. villosa All. ped. 1, 57. P. hirtiflora Tenor. fl. neap. 3, 18. P. lusitanica. Reich. cent. I. 70. t. 84. f. 175, 176. 177. Ic. Engl bot. t. 70. Lam. ill. t. 14. f. 1 Hook. fl. lon. 4. t. 3. Fl. dan. t. 63. Svens. bot. I. t. 36. Plenck ic. 1. t. 16. Poit. et Turp. l. c. 1. t. 29. Cor. purpurea, vel carnea majuscula lobo sup. breviore, inf. fauce barbata. Antherae fuscae conniventes. Stigma foliaceum super antheras revolutum. Fl. vere et aest. Frequens ad radices alpium locis saxosis, umbrosis, irriguis. P. grandiflora Lam. enc. 7, 22. ill. t. 14. f. 2. Engl. bot. t. 2184. Hook. fl. lond. 4. t. 2. Reich. cent. I. t. 83 f. 164, et t. 82. f. 171. (leptoceras) quae lecta fuit in alpibus *Vesuli* et in valle *Varaitae* circa s. *Peyre*, et in colle di *Tenda* est profecto var. flore majore. Quod et de P. longifolia Cand. fl. fr. 3. 728. dicendum est.

aa. *Biennis. Scapo glabro.*

2 ALPINA. P. *Calcare conico incurvo corolla multo breviore, cor. labio superiore abbreviato capsula rostrata.*

P. flavescens Schrad. fl. ger. I. 53. Reich. cent. 1. t. 86. f. 168. Pers. ench. I. 18. P. purpurea Vahl. en. 1. 103. P. brachyloba Reich. I. c. t. 81. f. 167. Ic. Reich. I. c. t. 8. f. 166. Flor. dan. t. 453. Lin. fl. lap. t. 12. f. 3. Clus, his. 1. 320. f. 2. Cor. apud nos alba vel ochrolenca vel carnea, fauce aurea barbata. Folia involuta. In summis montium jugis locis spongiosis, frigidis, irriguis passim. Prope lacum *Oropae*. etc. Fl. aestate.

### 38. UTRICULARIA.

Herbae perennes glabrae aquaticae nonnumquam natantes, foliis radiciformibus capillaceo-multifidis vesiculiferis scapo bracteato floribus racemosis bracteatis flavis.

1 VULGARIS. U. *Foliis alterne pinnatis dichotomo-capillaceis remote subtiliter spinosis calcare descendente conico labium inferius subaeqaunte labio superiore lateribus undulato.*

Ic. Riv. mon. t. 79. Lob. ic. 791. Lam. ill. t. 14. f. I. Poit. et Turp. l. c. 30. Flor. dan. t. 138. Engl. bot. t. 253. In anthesi vesiculae aere foctae sunt quibus herba tunc natat, et caulem extra aquam emittit simplicem usque pedalem 4-8florum. Cor. majuscula intense flava, palato lineis intensioribus vel ferrugineis striato. Labii inferioris latera deflexa. Fl. vere et aest. Vulgaris in paludibus, fossis oryzetis et ad lacuum oras, quibus aquae lente moventur.

2 MINOR. N. *Foliis 3partito-dichoto-*

*mis capillaceis nudis cor. labio superiore plano nectario brevissimo carinato.*

Ic. Lam. ill. t. 14. f. 2. Poit. et Turp. l. c. 1. t. 31. Fl. dan. t. 128. Engl bot. t. 254. Pusilla. Scapus 2-4 florus vix spithameus. Cor. parvae ochroleucae, labio inferiore lateribus deflexis lineis ferrugineis striato. Fl. vere et aest. In sylvis *Stupinixii*; in paludibus prov. *Alb.*: in oryzetis di *Nibbia. Prot etc.* prov. *nov.* Priore valde infrequentior Opé vesicularum, quae anthesi appropinquante aere intumescunt attollitur in aquas, et natat ut prior, et scapos extra aquas proiicit ut foeturae prospiciat, qua peracta vesiculae detumescunt, herba iterum descendit limoque adhaeret, quo semina recondit novas plantas editura.

## 39. LYCOPUS.

Herbae perennes caule repente 4gono foliis oppositis floribus verticillatis parvis albis, rubro-punctatis, fauce villosa.

1 EUROPAEUS. L. *Foliis ovato-lanceolatis, subpinnatifido-sinuatis serratisque villosiusculis.*

Ic. Sab. h. r. 3. t. 53. Riv. mon. t. 22. Engl. bot. t. 1105. Lam. illus. t. 18. S. Hil. pl. de fran. 7: t. 665. Fl. dan. t. 1081. Caulis erectus vel ascendens usque 2pedalis. Folia rugosa plicata subtus punctata. Passim in fossis. Fl. aest.

2 EXALTATUS. L. *Foliis omnibus pinnatifidis hirsutis laciniis dentatis calycibus spinulosis.*

Ic. Pluk. phyt. t. 45. f. 1. Barrel. ic. 154. Sibt. fl. gr. 1. t. 12. S. Hil. l. c. t. 666. Pallas fl. ros. 2. t. 1. Caulis usque 3pedalis. Ceterum ab europaeo non differt et suspicor esse var. ejus luxuriantem. Exemplaria pluries vidi quae omnino transitum probant. In fossis et oryzetis *Massazzae*, et *Villanovae* prov. *bugel.* vivit L. europaeus mediae altitudinis, et foliis fere omnibus pinnatifidis etc. Passim invenitur in *Pedemontii* etc. locis humidis, paludibus; ad oras lacuum etc. Fl. aest. Herba utraque adstringens, et subamara. Unde in febribus intermittentibus laudavit Franciscus Rè professor quondam taur. Verum cum experientia quae scripsit non comprobaverit nunc obsolevit.

## 40. SALVIA.

Herbae annuae vel perennes vel suffrutices floribus verticillatis bracteatis, foliis oppositis, caulibus 4gonis.

a. *Calyce 3dentato subcylindrico.*

b. *Foliis ovatis*

1 HISPANICA. S *Caule herbaceo foliis serratis petiolis utrinque mucronatis spicis imbricatis bracteis ovatis ciliatis attenuatis.*

Ic. Sab. h. r. 3. t. 22. Lam. il. t. 20. f. 2. Caulis pedalis et ultra simplex vel ramosus ramis brachiatis albidus pubescens, superne praesertim retrorsum pilosus. Folia ciliata. Petioli basi 2callosi. Spica 4gona continua. Flores in singulo verticillo quini. Bracteae virides corolla parva coerulea paulo minores. Cor. labium inf. 3fidum 2maculatum macula lineari pallidiori. Ann. Fl. aest. Prope *Uneliam* in vineis, et ulivetis.

bb. *Foliis cordato-sagittatis.*

2 GLUTINOSA. S. *Caule herbaceo villoso-viscoso foliis grosse serratis acuminatis verticillis subsexfloris bracteis calyces aequantibus.*

Ic. Sab. l. c. 3. t. 23. Riv. mon. t. 35. Mirb. in an. du Mus. d. his. nat. 15. t. 15. f. 11. Moris. his. 3. s. 2. t. 13. f. 18. Caulis usque 2pedalis ramosus ramis elongatis flexuosis. Verticilli remoti. Bracteae ovatae viridulae calyce plerumque breviores. Cal. subcompressus pilosus pilis apice glanduliferis. Corolla calycem ter superat sordide sulphurea, punctis diaphanis, galea falcata 2fida obtusa, labio inf. purpureo-maculato 3fido, laciniis lateralibus integerrimis deflexis media rotundata, crenulato-crispa sursum versa. Stirps male olens. In hysteria, et hypocondriasi et moliminibus haemorrhoidalibus beneficam vim exerit in infuso aquoso sumpta. Nervorum tumultus in abdomine, flatibus sursum, et deorsum obortis, sedantur, urinis aqueis abunde fluentibus, redit appetitus ciborum, et somnus, et reficiuntur vires. Prodest quoque infusum ejus copiose potum in hydrope atonico. Copiosa crescit apud nos ubique in sylvis opacis, umbrosis, humidis praesertim montium, in sepibus, ed dumetis. Peren. Fl. aest, et aut.

aa. *Calyce 5dentato ut plurimum 3f2.*

b. *Foliis integris indivisis.*

c. *Basi attenuatis.*

3 OFFICINALIS. S. *Caule fruticoso foliis oblongis crenulatis rugosis incanis verticillis inferioribus bracteatis calycibus subcoloratis.*

Ic. Blackw. t. 10. Pl. ic. t. 19. Lam. ill. t. 20. f. 1. Sab. l. c. 3. t. 24. Riv. mon. t. 71. Trattin. Arch. 3. n. 261. Caules usque 2pedales ramosi, caespitosi, prostrati, ramis annotinis 3gonis. Folia aliquando auriculata longe pe-

tiolata interdum variegata, inferiora minora. Bracteae deciduae. Calyx striatus magnus laciniis aristatis. Cor. calycem duplo excedit coerulea, violacea, aliquando alba. Stirps fragrans odore gravi subingrato. Multo oleo aethereo et camphora foeta. Vinum principia actuosa melius extricat quam aqua: ideo infusa vino facienda sunt. *Salviam 3lobam* L. f. sup. 88. Ic. Sibt. fl. gr. I t. 17 suspicor varietatem esse omni parte minorem et foliis auriculatis, qui characteres impares mihi videntur ad speciem vere distinctam constituendam. Est tamen magis fragrans et aromatica ideoque hac medici prae alia utantur. Purgat ulcera mali moris praecipue a decubitu in morbis diuturnis praesertim febribus putridis, quibus foventur infuso vinoso, optimo successu. Ptialismo a mercurio celerrime medetur, ut longa experientia edoctus sum. In sudoribus copiosis viresque infirmantibus in febribus intermittentibus, nervosis, putridis, hecticis et in gravium morborum convalescentia mira omnino vis ejus est. Extractum vino paratum optimum est in reficiendis viribus viscerum sanguini parando dicatorum post diuturnos morbos praesertim febres intermittentes, et putridas, scorbutum (quo singulari omnino efficacia laxas gingivas comprimit, et pessimum halitum oris emendat) amenorrhoeam, chlorosim, et hydropem. In hydrope asthenico, qui plerumque talis est, magnopere juvat in decocto aquoso-vinoso: nam urinam etiam ciet praesertim si cum baccis juniperi coquatur. Extracto ejus feliciter usus sum in fluore albo mulierum maxime si vulvam, et vaginam decocto ejus vinoso calido saepe eluat mulier. Quod et optimum in uteri prolapsu est. Caveat tamen medicus ne in aegris adhibeat qui febri continua (si non putrida est) vel aliqua inflammatione et si occulta laborant. Juvat valdopere in aphtis et ulceribus oris etiam venereis. Sunt aegri qui gingivas tumidas, rubras, et dolentes habent, abque ulla suspicione veneris, et dentes cariosos, quibus nullo modo succurri potest nisi fumo foliorum Salviae per fistulam attracto, ut Tabaci. Dolores dentium juges et fortes qui cariem comitantur, nulla alia etiam ratione auferri possunt. Sed diuturnus usus esse debet. In galactirrhoea Salvia etiam utilissimam praestitit se. Femina erat juvenis, et debilis cui ob diutius protractam lactationem ubera jugiter stillabant lac, et ventriculi vires labefactatae erant, et nervorum distentiones, hystericae praesertim strangulationes horrendae noctu praecipue vitam miserrimam faciebant. Haec omnia decocto vinoso Salviae per octiduum mane et vesperi poto feliciter omnino sublata sunt. Herba sicca quoque mammis imposita fuit. In morbis putridis cortici peruviano praeferenda videtur. Perperam medici in morbis curandis negligunt. Colitur in hortis ad usum culinarium, qui frequens est praesertim apud rusticos. Verum et sponte et copiosa nascitur in collibus aridis et apricis et multo sole percussis agri *nic. Liguriae*, vallis *Augustae Praetoriae*, *valdensium* etc. Quae tunc magis actuosa est, ideoque prae culta in officinis adhiberi debet. Fl. vere, et aest. Stirps praetiosa, et perperam pauci facta.

2 *Foliis basi cordatis.*

a. *Bracteis marcidis aut calyce minoribus.*

4 PRATENSIS. S. *Foliis cordato oblongis inaequaliter crenatis subincisis sinuatisve, rugosis subtus villosis, summis amplexicaulibus, verticillis subviscidis, galea falcata.*

S. Barrelieri. Schkr. hort. mon. fas. 5. t. 5. Ic. Blackw. t. 258. Mayrhott fl. mon. t. 3. Plenk l. c. t. 22. Bull. herb. t. 357. Engl. bot. t. 153. Rivin. mon. t. 36. Fuchs. hist. 569. Herba perennis hirsuta pilosa pilis plerisque apice glandulosis, radice fusiformi crassa extus fusca, caule usque 3pedali solitario, vel caespitoso superne plerumque brachiato inferne subundo. Folia subtus pallidiora, radicalia longe petiolata, humi prostrata. Verticilli sexflori remoti. Bracteae deciduae inf. calyces coloratos excedunt. Cor. violaceae purpureae vel albidae. Stylus ruber longe exsertus, stigmatibus inaequalibus. Galea aliquando est abbreviata et stylus non longe exsertus: est S. agrestis L. am. 3, 399. Quam var. refert ic. Blackw. et Bessl. H. cons. V. o. IX. v. II. f. 3. S. variegata Wald. et Kitaib. videtur etiam var. corollis coeruleis labii inf. lacinia media nivea. W. enum. h. berol. I, 36. Herba foetida ad S. glutinosam accedit. Vulgaris in locis collinis, aridis, et pratis. Fl. vere et aest. Boves et equi respuunt illam, oves et caprae comedunt.

5 VERTICILLATA. S. *Foliis cordatis subsagittatis crenatis basi subauriculatis verticillis multifloris subsecundis calycibus styloque deflexis.*

Ic. Riv. mon. t. 60. Barrel. ic. 199. Poit. et Turp. l. c. l. t. 37. Kniph. orig. VI. t. 79. Clus. pan. t. 578. J. Bahuin his. 3, 314. Moris. ox. his. 3, 11, t. 14 f. 29. Huc trahenda S. napifolia Jacq.

h. 2. t. 152. Quorsum etiam spectare videtur ic. Buxbaum. cent. 5. ap. 43. f. 23. Herba perennis hirsuta radice crassa dura stolonifera. Caulis usque 3pedalis ascendens vel erectus crassus ramosus ramis brachiatis patulis. Folia mollia ciliata subtus pallidiora aliquando duplicato-serrata, inf. longe petiolata delthoidea humi prostrata. Petioli compressi aliquando lacinias foliosas gerunt ut in brassicis nonnullis. Verticilli 30-40flori et ultra. Bracteae ovato-cordatae acutae hirsutae deciduae. Flores pedunculati superne approximati racemosi racemis ramosis ramis brachiatis ante anthesim nutantibus. Cor. parva calycem pubescentem coloratum duplo excedens pulchre coerulea non raro violacea vel purpurea. Galea basi constricta dorso pubescens, labii inferioris lobus medius productus apice 2lobus lateralibus brevibus obtusis latis. Fl. aest. Ad vias, et agrorum aggeres in collibus *taurin.*: circa *Ripulas: Sospello*: aquas thermales *Vinadii* etc.

aa. *Bracteis calyce majoribus vel persistentibus.*

6 SYLVESTRIS. S. *Caule herbaceo incano foliis cordato-oblongis crenatis verticillis spicatis bracteis coloratis calycem aequantibus.*

S. nemorosa L.? Ic. Jacq. a. 3. t. 212. Poit. et Turp. l c. t. 35. Caulis usque 3pedalis aliquando viridis pubescens ramis strictis elongatis. Folia biserrata caulina remotissima supra viridia subtus pubescentia plerumque albo-maculata rugosa petiolis subcylindricis hirsutiusculis. Spica stricta elongata. Verticilli sexflori. Bracteae 3florae plerumque calyce breviores. Calyx striatus pilosus brevis aliquando purpureus. Cor. coerulea non raro violacea vel alba. Galea compressa. Secus vineas in saxosis et apricis sylvis collium *taurin.* observavit Allioni: in pratis circa urbem vidit Lobel. Quibus locis nunc deest (Colla H. p. 4. 392.) forte non bene quaesita: nam All. vir diligens et bonae fidei est,

7 HORMINUM. S. *Caule piloso foliis cordato-oblongis obtusis crenatis bracteis cordatis summis sterilibus majobus coloratis.*

Ic. Gesn. fas. 17. t. 11. f. 21. Barrel. obs. 226 et ic. 1233. Buxb. cent. 4. t. 39. f. 2. Riv. mon. t. 59. f. 2. Sibt. fl. gr. l. t. 20. Plenck ic. t. 20 Sab. h. r. t. 19. f. 1, 2. Lobel ic. t. 555. f. 2. Caulis etiam 2pedalis rectus firmus ramis rectis elongatis. Verticilli 6flori bracteolis hinc inde binis lineari-filiformibus, distantes. Bracteae ovato-acutae superiores comantes inferiores minores flore raro tamen breviores, plerumque pulchre coeruleae, aliquando purpureae quandoque virides venis saturatioribus pictae. Corollae bracteis concolores calyce paulo majores, galea falcata, staminibus ut plurimum purpurascentibus stylo elongato. Stirps speciosa in hortis ob florum elegantiam aliquando culta. In arvis agri *nic.* et in valle *ulciensi.* An. Fl. aest.

8 VIRIDIS. S. *Caule lanato foliis cordato-oblongis obtusis crenatis floralibus amplexicaulibus verticillis inferioribus distantibus calycibus fructiferis reflexis:*

Ic. Desfon. fl. at. t. 1. Jacq. mis. 2, 366. id. ic. rar. 1. t. 4. Sibt. fl. gr. 1. t. 19. Reich. cent. 6. t. 531. f. 727. Barrel. ic. 200. Bocc. mus. t. 13. Caulis pusillus plerumque spithameus raro pedalis subascendens ramosus. Folia rugosa 2pollicaria. Verticilli sexflori bracteis interioribus hinc inde binis linearibus subulatis ciliatis, floribus brevi pedunculatis. Bracteae cordatae ciliatae inferiores latiores crenatae calyce longiores. Calycis labii superioris lacinia media minima. Cor. rosea vel violacea, parva calycem vix excedit. Stamina inclusa, stylo vix longiori. An. In arvis *Uneliae.*

9 SCLAREA. S. *Caule herbaceo villoso subviscido foliis cordatis acutis, crenatis bracteis cordatis coloratis calycibus spinulosis staminibus exsertis.*

S. pyramidalis. Petag. ins. bot. 2. 54. var. maxima. Ic. Plenck l. c. t. 21. Blackw. t. 122. Sibt. fl. gr. 1. t. 25. Lob. ic. 556. f. 2. et obs. 300. Ludw. ect. t. 171. Moris. l. c. t. 16. f. 1. Poit. et Turp. l. c. 1. t. 38. Mirb. in an. du Mus. d'his. nat. 15. t. 14. f. 2. Riv. mon. t. 33. Sab. h. r. 3. t. 21. Tabern. ic. 373. Herba biennis suaveolens aliquando foetida. Caulis sulcatus etiam orgyalis. Folia rugosa superne viridia inferne albida, aliquando obtusa marginibus eroso-dentatis: inferiora petiolata suprema sessilia reflexa. Racemus ramosus ramis brachiatis ante anthesim nutans. Verticilli conferti 3-6flori: Bracteae calyces excedunt dorso pilosae ciliatae, acutae concavae roseae oris virentibus. Cor. pallide coerulea calyce multo longior, galea falcata, labii inferioris lacinia media extus pubescente, majore saccata, emarginata, ochroleuca lateralibus linearibus reflexis. Stamina plerumque inclusa, stylo exserto coeruleo. Stirps tota pilis albis longitudine variis plerisque apice glandulosis obsita. Herba odore aromatico balsamico, gratissimo, quae odorem Balsami Tolutani aemulatur. Sali-

bus benzoicis refertam esse perhibent, quod non absonum videtur si ad fragrantiam ejus respexeris. Infusum et aqua destillata fructuum conservis etc. addita gratissimum odorem fructus Bromeliae Ananas impertitur. Vinum quo infusa herba sit odorem moscatum accipit, et narcoticum fit. Forte venerem languentem resuscitat, ideoque illam britanni Raii temporibus adhibebant.

In oculorum ruboribus chronicis optimum est illos decocto vinoso aut aquoso Sclareae abluere: praesertim si inflammatio vera absit: quod plerumque est, et cornea turbida vel leucomate foeda sit, et glandulae Meibomii turgeant, rubeant, et mucum fundant, quo palpebrae noctu glutinentur. Quamobrem Italos hanc vocasse *Sclaream* scribit Matthiolus (com. in Dioscor. 344). In debilitate viscerum sanguinem parantium et obstructione hepatis et lienis diuturna, quae in hydropem plerumque transit, decoctum vinosum ejus cum herbis Verbenae officinalis, Centaurii minoris, Taraxaci, Cichorii et radicibus Rumicum alpini, vel crispi, vel aquatici, vel obtusifolii etc. praesentaneum, et certissimum remedium est. Quod et locum habet in hypocondriasi, et hystericis suffocationibus si morbi haereditarii non sunt, et simulacra larvatae podagrae, quod in rusticis hominibus non accidit. Secus autem res se habet in homine urbano, qui nisi aquis martialibus soteriis, rusticatione et labore, et equitatione praesertim horum diuturnorum morborum medelam habet. Menses pellit in feminis qnae uteri debilitate laborant. Optimum etiam remedium est et certissimum in leucorrhoea (Etmul. Schrod. diluc. 74) quae ab hac causa est, quaeque omnium frequentissima est. Praestat tunc extracto ejus vinoso cum Valeriana extractis Centaureae Bened ctae, Centaurii minoris, et Saponariae officinalis uti non neglectis ablutionibus pudendorum, vaginae praesertim cum decocto ejus vinoso, praecipue linamenta hoc decocto madentia in vaginam per noctem recondere. Infusum ejus aquosum etiam vinosum calidum mulierum cito post partum vires quassatas mirum in modum reficit, nervorum distensiones sedat, quietem, et somnum arcessit, utero lochia fundenti consulit, ne cum maximo vitae discrimine supprimantur. Quod si accidit, et inflammatio ex metastasi orta est caveant medici ne venaesectione et remediis refrigerantibus, salibus praesertim antiphlogisticis aggrediantur morbum. Mana tunc salutis anchora est, et mitissima sedantia, et fomentationes calidae, et clysmata etc. ex decocto Chamomillae, et Salviae, et vesicantia specifica ratione vires inaequaliter dispensatas in aequilibrium revocant, lochia restituunt, morbum auferunt. Tamen si inflammatio resistat, et urgeat, parcissima manu sive hirudinibus, sive venaesectione sanguis mittendus est, non neglectis interea manna, et mitissimis sedantibus. Methodus enim potenter, et stricte antiphlogistica in hoc morbo pestifera est. Quoniam inflammatio specifica est et peculiari ratione, experientia monstrante viam, curanda est. Quod si haec opinionum commentis quae hodienum in Italia, et Gallia praesertim maximo hominum damno vulgares sunt, repugnare videantur, meminerint medici Baconis e Verulamio optimi praecepti — *In rebus physicis non est fingendum aut excogitandum, sed inveniendum quid natura faciat, aut ferat.* Et praeclari illius Laurentii Heister, chirurgorum sui temporis facile principis — *Puerperae ut graviter vulneratae tractandae sunt.* Et nemo est illorum qui veram medendi artem callent, qui nesciant quantam mitia sedantia, opium praeprimis in magnis vulneribus, et chirurgiae encheirisibus opem ferant, ac quantum ex adverso antiphlogistica noceant. Expertus loquor. Verum ut redeat unde discessit oratio, salvia Sclarea ut officinalis gingivas roborat, et earum diuturnas inflammationes et ulcera, et dentium cariem sanat, et halitum oris foetidum emendat, et sudores cohibet. Notandum desuper est hanc stirpem odorem aliquaudo hircinum, atque ingratum fundere, quod viribus ejus nulla ratione contrarium est. Sponte crescit in collibus *taurinensibus* prope *montem Capucinorum:* circa *Pinerolium*, et *Augustam Praetoriam:* in collibus variis prov. *astensis*, *albensis*, *nic.* et *Montisferrati: Sarzanae* in herbidis collinm di *Turri* etc.

bb. *Foliis divisis aut pinnatifidis.*

10 AETHIOPIS. S. *Foliis inferioribus pinnatifidis reliquis sinuatis erosis cordato-ovatis oblongis, lanatis, bracteis spinulosis recurvatis.*

Ic. Sab. h. r. 3, t. 23. Jacq. aus. alp. t. 211. Jacq. a. 3, t. 211. Barrel. ic. rar. 188, 9. Moris. l. c. t. 13, f. 3. Herba biennis caule 2. 3pedali erecto albo-lanato ramoso, ramis ramosis. Folia inferiora plerumqne non sunt pinnatifida sed sinuata vel sinuato-angulata, aliquando supra papilloso-rugosa. Bracteae concavae virentes margine lanatae calyce breviores. Calycis dense lanati lacinia

media superior abbreviata. Cor. plerumque alba raro carnea, extus pubescens pilis rubentibus. Galea falcata retusa genitalibus longior. Labii inf. lacinia media cucullata. Verticilli 3-5 flori conferti, inferioribus distantibus. Racemi ramosissimi. Glandulae punctiformes albae in corolla, calyce, bracteisque. Odor gravis: accedit ad illum S. glutinosae. Fl. aest. Supra *Fenestrellas:* intra *Bussoleno* et *Foresto:* in valle *Ulcensi:* in monte *Ginevre:* circa *Sospello:* in valle di *Bardoneche*, et *Mauriensi.*

11 Verbenaca. S. *Caule herbaceo piloso viscido, foliis sinuato-pinnatifidis crenatis glabriusculis, corollis calyce piloso angustioribus.*

Ic. Barrel. ic. 207, minor in 208. Sab. h. r. 3, t. 18. Engl. bot. t. 154. Mirb. in an. du Mus. d'his. nat. 15, t. 15, f. 6. Curt. fl. lon. 3, t. 7. Reich. cent, 6, t. 523, f. 718. Radix extus fusca, fusiformis descendens caules emittit 1-3 usque 2pedales sulcatos, parce ramosos racemis anthe anthesim cernuis. Folia plerumque sunt integra, inferiora vix sinuata, obtusa, suprema sessilia acuta, in imo caule fere nulla. Verticilli 4-6 flori inferioribus remotis. Cal. superne depressus ascendens. Cor. coerulea, labii inf. lacinia media cucullata plerumque subalbida. Galea emarginata staminibus longior, stylo exserto. Flores aliquando albidi, vel carnei parvi. Stylus raro galea brevior. Bracteae rotundato-ovatae mucronatae floribus minores. Flores pilosi pilis inaequalibus longioribus apice glandulosis. Stirps perennis vix odora. Nascitur copiosa in *Liguria* circa *Genuam* et *Sarzanam*, viis campestribus, locis lapidosis, et aridis agri *nic.*: in collibus *taurin.* et circa *Pinerolium.*

12 multipida. Sibt. fl. gr. 1, 17, S. *Caule erecto erbaceo simplicissimo foliis cordato-hastatis pinnatifidis rugosis glabris laciniis sinuato-dentatis, verticillis approximatis.*

S. praecox Viv. 5pratensis praecox Sav. Fl. pis. 1, 22. S. laciniata. W. sup. enum. pl. h. berol. 2. S. polymorpha Hoffmann segg. Flor. portug. 149. S. Verbenacoides Brotero fl. lus. 1, 17. S. clandestina L. sp. pl. 36. Esse omnes varr. unius speciei exemplum est. S. polymorpha Hoffm. de qua inquit Bectoloni fl. it. 1, 151. Differre a multifida *habitu grandiore foliis latioribus diversimode sectis, herbae colore viridi-glauco.* Facile est perspicere hosce characteres nisi gradu differre etc. Certum porro est hoc genus multa confusione laborare, quae auferri non poterit nisi longa, et attenta comparatione stirpium vivarum in loco earum diverso natali. Bertolonium heic magnae auctoritatis virum omnino sequor. Ic. Sibt. l. c. 1, t. 23. Reich. cent. 6, t. 524, f. 719-20-21. Barrel. ic. 220. Triumf. obs. 66. Radix fusiformis crassa dura descendens fibrosa fibris ramosis caules 1-3 emittit dodrantales strictos inferne nudos simplices vel parce ramosos pilosos apice truncatos. Folia radicalia humifusa petiolata elliptica caulina pinnatifida laciniis approximatis, oppositis obtusis ad apicem versis. Suprema lacinias acutas habent. Bracteae calyce lanato breviores, nonnullis hinc inde minoribus linearibus. Cor. coerulea labii inf. lacinia media emarginata cucullata subalbida. Galea falcata emarginata extus pubescens staminibus longior, stylo brevior. Flores undique pilis glanduliferis obsiti. Stirps perennis male olens. Nascitur circa *Sarzanam* prope *al Casone della Marinella.* Floret vere, et aut. Si haec ut S. Verbenaca biennis esset, omnino pro varietate ejus haberem.

## 41. ROSMARINUS.

officinalis, R. *Frutex foliis sessilibus linearibns nitidis margine revolutis subtus incanis.*

Ic. Riv. mon. t. 39. Sab. h. r. 3, t. 67. Lam. ill. t. 19. Duham. art. 3. t. 44. Sib. fl. gr. l. t. 14. Bull. herb. t. 20. Plenk l. c. l. t. 18. Kern. hor. semp, t. 360. Moris, his. s. 11, t. 16. f. 2, 3, 4. Blackw. t. 159. Ludw. etc. t. 196. S. Hil. l. c. 30. t. 8. Mirbel an. du mus. d'his. nat. t. 14. f. 10. Frutex praesertim in cultis usque 10pedalis ramosissimus sempervirens cortice fusco senio rimoso. Flores pallide coerulei racemosi, racemis axillaribus oppositis foliis tribus suffultis in extremis ramis annotinis. pedicelli bracteati bracteis oblongis deciduis. Calycis labium superius non est integrum ut omnes botanici scripserunt, sed 3dentatum dentibus parvis. Id facile videbis si tomentum excusseris, et vitro subieceris. Cor. labium sup. profunde 2fidum, laciniis revolutis, inf. lacinia media magna cucullato-saccata, lateralibus linearibus reflexis, calyce denso tomento albo-coeruleo obducti. Stamina extantia antheris luteis coalitis, filamentis, stylo, stigmateque inaequaliter 2fido acuto violaceis. Stirps amara gratissime aromatica multo oleo volatili, et Camphora foeta. Extractum ejus vinosum optimum remedium in leucorrhoea curanda et mensibus pellendis si morbus ex infirmata vi adsi-

milativa ortum habet. Nervos eximie refocillat ingenii oculorum, et memoriae praesertim aciem intendit. In Scrophulis multum juvisse mihi visa est. In rachitide vero decoctum ejus vinosum potum, et decoctum aquoso-vinosum balneo adhibitum princeps forte remedium est, praecipue si nervorum teneritas ferri usum prohibet. Longo experimenlo tentanda in atrophia mesenterica, teterrimo morbo cui medici vel numqnam, vel raro admodum et exiguam medelam afferunt. In morbis nervosis, apoplexia, epilepsia, paralysi, catalepsi etc. si vires non sunt oppressae et atonia subest eximie prodesse multi scripserunt. Veteres commendarunt in sterilitate mulierum: quod intelligendum de sterilitate quae a sola debilitate vis generantis est. Quod quamquam raro id nihilo minus accidere pro comperto habeo. Febres intermittentes, icterum (Dioscorid. lib. 3. cap. 99. tom. I. 424. ed. Spreng.) et obstructiones hepatis, et splenis sanare probabile est. Nam illi inest vis adstringens, amara, calida, tonica. In catarrho cum pituita maxime exundat, et suffocationem minari videtur decoctum vinosum Rorismarini cum oxymel le scillitico praesentaneum remedium est. Usus ejus perperam apud recentiores medicos fere exsolevit. Floret toto anno etiam hyeme. Ubique cultus in hortis in usum culinarium. Nascitur sponte in montibus, et collibus siccis mari proximis agri *nic.*

42. CIRCAEA.

LUTETIANA. C. *Herba perennis repens caule erecto geniculato foliis subcordato-ovatis oppositis petiolatis denticulatis pubescentibus floribus laxe racemosis albis vel roseis fructu pilis uncinatis obsesso.*

C. alpina est var. minor glabra. Ic. Bull. herb. t. 297. Curt. Fl. lon I. t. 1. Lam. ill. t. 16. f. I. Flor. dan. t. 210. Engl. bot. t. 1056. et de alpina Engl. bot. 1057. Flor. dan. t. 1321. Lam. ill. t. 16. fig. 2. Stirps vulgatissima etiam in hortis quibus infesta est, et difficillime abigitur. Alpinam collegi in silva fagorum supra *Sanctuarium Oropae* vix digitalem foliis luteo-virentibus longe mucronatis floribus pulchre carneis. Fl. aestate.

43 CLADIUM.

GERMANICUM. Schrad. fl. germ. 1. 75. t. 5. f. 7. Cl. *Herba perennis radice repente culmo tereti superne angulato nodoso, striato usque orgyali, folioso, foliis vaginantibus lanceolato-linearibus canaliculatis, longe acuminatis margine carinaque cartilagineo-serratis antrorsum aculeatis, panicula decomposita erecta foliosa elongata spiculis capitato-glomeratis, setis hypogynis nullis, nucula glabra nitida.*

Cl. Mariscus. R. Br. prod. fl. nov. Hol. I. 92. Schoenus Mariscus L. sp. 62. Ic. Flor. dan. t. 1202. Lam. ill. t. 38. f. 2. Engl. bot. t. 950. Host. gram. a. 3. t. 53. Svensk bot. t. 275. Scheuz. agr. t. 8. f. 7-11. Bocc. pl. S. t. 39. f. 2. Moris. oxon. S. 8. t. 11. f. 24. Fl. vere, et aest. In fossis, locis paludosis, ad oras lacuum etc.

44. SUFFRENIA.

FILIFORMIS. Bellar. l. c. t. I. f. I. S. *Herba annua glabra aquatica, caule spithameo ascendente nodoso, radicante subsimplici foliis oblongis obtusis integerrimis oppositis floribus solitariis axillaribus sessilibus, folio brevioribus luteo virentibus.* Fl. autumno. In oryzetis passim.

45. LEMNA.

Herbae annuae aquaticae natantes, acaules frondibus subtus radiciferis lateraliter floriferae, et gemmiferae.

a. *Radicibus solitariis.*

b. *Frondibus utrinque virentibus.*

c. *Floribus-hermaphroditis.*

1. MINOR. L. *Frondibus obovatis subrotundis utrinque planis basi cohaerentibus, radicibus solitariis.*

Ic. Vaill. par. t. 20. f. 3. Michel. gen. t. II. f. 2, 3 et 2, 3. G. Ad. Brogn arch. de bot. II. f. I. Vallisn. rac. di var. trat. t. 13, 14 et op. fis. med. 2. t. 14, 15. Fl. dan. t. 1587. Engl. bot.. t. 1095. Lam. ill. t. 747. f. 4. I. Svenst bot. t. 324. f, 1. Hook. fl. lon. 4. t. 5. Wolf. Com. f. 4-10. Bull. phil. f. d-l. Frons utrinque virens ecaudata lateraliter florens, et gemmifera. Fl. hermaphroditi. Perigonium 2-lobum album diaphanum. Stamen unum post alterum nascitur. Anthera lutea. Utriculus subrotundo-oblongus aliquando 2locularis loculis dispermis. Semina dorso striata. Fl. aest. Emersa natat super aquas stagnantes, puras, limpidas. non coenosas. Mira celeritate multiplicatur gemmis lateralibus.

cc. *Floribus polygamis.*

2 TRISULCA. L. *Frondibus obovatis convexiusculis subtus haemisphaericis basi cohaerentibus radicibus solitariis.*

Ic. Micheli gen. t. II. f. 6. Lob. ic. 2. 86. Fl. dan. t. 1586. Svensk bot. t. 324.

f. 4. Lam. ill. t. 747. f. 2 Hook. l. c. 4. t. 4. Engl. bot. t. 926. Bull. phil. f. a-c. Wolf. com. f. 1, 2, 3. Flores polygami. Frons utrinque viridis apice plerumque serrulata. Submersa. Ante anthesim ascendit et natat super aquas puras, et limpidas immobiles. Foetura exacta iterum submergitur. Vulgaris in oryzetis, et fontibus. Fl. aest.

bb. *Frondibus subtus albidis.*

3. GIBBA. L. *Frondibus obovatis convexiusculis subtus haemisphaericis basi cohaerentibus radicibus solitariis.*

Ic. Mich. gen. t. 11. f. 1. E. Fl. dan. t. 1588. Svens bot. t 324. f. 2. Lam. ill. t. 747. f. 3, 4. Engl. bot. t. 1233. Hook. l. c. 5. t. 3. Bull. phil. f. m-s. Wolf. com. f. 11-15. Ad. Brogn. l. c. t. 2. A. Rich. Arch. de bot. l. t. 6. Similis minori, cum qua mixta vivit, et cujus forte var est. Frons subtus albida integerrima. Stamina coaetanea. Stigmata duo. Achenium pyriforme. Semina 6. Flores plerumque hermaphroditi. Fl. aest. Emersa. Natat super aquas puras, limpidas, quae lente moventur: ad oras lacuum.

aa. *Radicibus numerosis.*

4. POLYRRHIZA. L. *Frondibus obovato-ellipticis basi cohaerentibus radicibus confertis.*

Ic. Micheli gen. t. 11. f. 1. Vail. par. t. 20. f. 2. a. b. Lam. ill. t. 747. f. 1. a, b, c. Engl. bot. t. 2458. Flor. dan. t. 1589. Svensk bot. 324. f. 3. Bull. phil. fig. t-y. Wolf. Com. f. 16-21. Frons supra radiatim nervosa laete viridis subtus sanguinea. Fl. aest. iu lacub. et fossis, et oryzetis.

## 46. CYRIPEDIUM.

CALCEOLUS. C. *Herba perennis radice fibrosa scapo pedali 1-2 floro folioso, foliis basi vaginantibus latis ovato-lanceolatis acutis nervosis glabris floribus magnis sepalis lanceolatis acutis undulatatis, patentissimis cruciformibus, atro-purpureis labello calceoliformi magno inflato, compresso antice basi hiante flavo longioribus.*

Ic. Hall. helv. t. 43. Cand. lil. t. 19. Mill. dict. ic. t. 242. Orchidea pulchra, et singularis. Lobus columnae incurvae deflexus. Antherae laterales basi appendicula lanceolata. Germen magnum non contortum ovatum subtriangulare. Fl. vere et aest. In alpibus di *Fossigni;* in montibus *Lancei:* in sylvis supra *Pralugnan.*

## 47. SALIX.

a. *Ovaria glabra.*

b. *Arborescentes, aut fruticosae altiores.*

c. *Amenta praecocia.*

d. *Stylo elongato.*

1 PRAECOX. Hoppe in Sturm. deus. fl. 1. 25. S. *Ramis coloratis foliis latolanceolatis acuminatis glanduloso-serratis glabris subtus glaucis squamis longe ciliatis germinibus subsessilibus ovatis, stylis elongatis, stigmate utroque subbifido.*

S. Daphnoides Vill. delph. 3. 765. t. 50. f. 7. S. bigemmis Hofm. S. cinerea W. sp. 4, 460. S. pomeranica id. en sup. 66. Rami obscuri primum tomento denso incani demum glauco-pruinosi. Folia primum tomentosa demum supra nitida subtus glauca. Gemmae autumno majusculae. Stipulae 2 semicordatae obliquae denticulatae, caducae. Amenta brevia ovata densa sessilia bracteis minutis. Antherae luteae. Capsulae ovato-conicae. Floret vere. In *Sabaudia*, in montibus *Limoni*, in valle *Pisii*, in pratis secus viam montis *Cenisii.*

2 CINEREA. S. *Ramis hirsutis foliis oblongis acuminatis uncinato-serratis nitidis subtus glaucis subvillosis stipulis semicordatis serratis capsulis ovato-lanceolatis, stylis elongatis.*

S. acuminata Mill. dic. n. 14. S. polymorpha. Host. a. 2. 646. S. Hofmanniana Blut. et Fingerh. fl. germ. 568. S. aquatica Smith. br. 3, 1065. Ic. Hofm. sal. t. 6. f. 1, 2. t. 22. f. 2. S. Timonii Schk. hand. 249. Arbuscula. Amenta aliquando androgyna. Caps. pedicellatae quandoque tomentosae. Stylus nonnumquam brevissimus stigmatibus ovatis 2fidis. Folia venosa aliquando variegata lanceolato-obovata, suprema integerrima. Stipulae reniformes serratae. Gemmae incanae. Amenta ovata densa. Antherae luteae. Fl. primovere. Vulgaris in aquaeductibus agri *nov.* Si bene Birolius de hac specie constituit, et S. cineream cum aurita non commutavit. Stirps admodum ludibunda, et mihi non videtur differre ab aurita nisi foliis laevibus non rugosis. Occurrit enim *humilis* ramis patentissimis: *nana* humillima foliis lanceolatis serratis. *Androgyna* amentis superne mas. inferne fem. foliis ovatis, et obovatis.

3 RIPARIA. W. sp. 4, 698. S. *foliis lineari-lanceolatis glanduloso-denticulatis basi integerrimis supra pubescentibus, subtus tomentosis rugoso-venosis germinibus ovatis glabris.*

S. incana Schrank. Bejer fl. 1, 230.

S. rosmarinifolia Gouv. hor. 508. S. lavandulaefolia Lapeyr. arb. 601. S. angustifolia Poir. in Duham. arbr. 3. t. 129. S. elaeagnos Scop. carn. 2, 257? S. viminalis Sut. helv. 2, 286. Arbuscula humanam altitudinem excedit, cortice atro-virenti, foliis elongatis marginibus subrevolutis. Amenta aliquando coaetanea, arcuata. Squamae ciliatae. Filamenta usque ad medium connata. Secus torrentes, et flumina praesertim in montanis: in ripis *Sturae* prope *Venariam*.

dd. *Stylo brevissimo*.

4 SILESIACA. W. sp. 4, 660. S. *Ramis glabris oblongis acutis glabris concoloribus serratis junioribus pubescentibus stipulis semicordatis subfalcatis germinibus ovato-lanceolatis, stylo subnullo.*

Est verus proteus. Variat enim ovariis tomentosis (S. eriocarpa W. sp. 4, 704): foliis lanceolatis tomentosis: foliis angustissimis subintegerrimis; stylo mediocri, stigmatibus ovatis 2fidis. etc. Videtur omnino var. cinereae. Imo si quid recte judico S. praecox, cinerea, silesiaca, aurita, et capraea multa affinitate iunguntur, et varr. sunt. Et haec monoica, et androgyna occurrit, amentis superne masculis inferne femineis, et amenta non raro coaetanea sunt. Divisio salicum ovariisglabris, et ovariis villosis naturae repugnat. Super collibus *taurinensibus*

cc. *Amenta coaetanea.*

5 HASTATA. S. *Ramis pubescentibus foliis subcordato-ovatis oblongis acutis subsessilibus, subserratis subtus glaucis venosis stipulis semicordatis capsulis pedicellatis elongatis.*

S. malifolia, et tenuifolia Sm. br. 3. 1053. S. pontederae Vill. delph. 3. 766. t. 50. f. 8. S. Arbuscula id. S. serrulata W. sp. 4, 654. S. Ludwgii Schk. hand. t. 317. d. S Arbuscula Sut, helv. 2, 281. Ic. Vahlem. fl. lap. t. 16. f. 5. Et haec admodum ludibunda est, et difficillime definienda. Altitudo humana. Squamae villosissimae villis crispatis. Pedunculi amentorum foliati. Stylus elongatus. Styli 2fidi. Filamenta glabra, folia glabra, vel hirsuta. Fl. vere. In summis montium jugis *Sabaudiae:* in monte *Cenisio:* et in aliis montibus. Et ad colles et planitiem aliquando descendit seminibus forte a ventis, torrentibus, et fluminibus delatis; circa *Padum*.

6 PHYLICIFOLIA. S. *Foliis oblongis acuminatis undulato-serratis glabris subtus glaucis junioribus pubescentibus stipulis semicordatis capsulis lanceolatis acuminatis pedicellatis stylo elongato.*

Ic. L. fl. lap. t. 8. fig. D. Magnam adfinitatem habet cum silesiaca, et hastata, et forte earum var. Huc S. stylaris Ser. ess. 62, S. hastata Hoppe cent. exsic. S. bicolor Ehrh. beitr. 5, 162. S. Arbuscula Whalemb. suec. 638. S. Weigeliana W. sp. 4, 678. Sprengel S. tenuifoliam Smith. ad hanc refert, quam Candol. ad hastatam. Extrica, amabo te, difficultates, et species certis limitibus inter tot ambages contine. Namque hae quas certis finibus concludimus non facile patiuntur se se contineri. Cf. Cand. fl. fr. sup. 338-9, Fl. vere. In alpibus *Fenestrellarum.*

7 CORUSCANS. W. sp. 4, 681. S. *Foliis oblongis utrinque attenuatis serrulatis supra nitidis subtus glaucis serraturis inferne glandulosis capsulis oblongis glabris pedicellatis bracteis pilosis.*

S. Arbuscula Jacq. a. t. 108. et L. sp. 1445. Ic. fl. lap. t. 8 f. E. Quamquam id negat Candolle fr. fr. 3, 295 eo quod capsulae in planta L. tomentosae sint. Character enim hic inconstans est. Varr. plurimae afferuntur a Kock in syn. fl. germ. 2, 756, quod probat stripes a locis valde mutari, et certis finibus difficillime contineri. Sec. Kock amenta sunt pedunculata: pedunculi foliati: capsulae tomentosae Fl. vere. In monte *Cenisio* var. foliis subcordatis: in alpibus: in agri *taur.* *valle Salicum.* Arbuscula humilis.

8 FRAGILIS. S. *Ramis glabris foliis lanceolatis acuminatis glanduloso-serratis glabris concoloribus germinibus subsessilibus lanceolatis glandula nectarifera gemina.*

S. decipiens Hofm. Sal. 2 t. 31. et Smith. in Engl. bot. t. 1937. cortice ramulorum testaceo gemmis atro-fuscis foiiis ramulorum infimis lato-obovatis obtusissimis. S· Russelliana Smit. br 1043. S. Hippophaefolia Thuill. fl. par. 514. est certo var. S. pendula Sering. ess. 79. Amenta aliquando serotina pedicellata: pedunculi foliati. Capsulae raro tomentosae. Arbuscula humilis, facies salicis pentandrae. Ramuli rufescentes. Fl. verè. In sylvis montium.

9 VITELLINA. S. *Ramis aureis foliis lanceolatis acuminatis serratis glabris subtus glaucescentibus petiolis pilosiusculis germinibus sessilibus lanceolatis stigmatibus sessilibus.*

Ic. Hofm. sal. t. 11. f. 1. t. 12. f. 2, 3. t. 24. f. 1. Huc, trahit Cand. S. Hippophaefoliam Thuill. quam cum superiore conjunxi. Videtur differre a S. alba cum qua conjunxerunt Kock et

Duby etc. habitu costante foliis glabris serraturis subcartilagineis, foliis amentis femineis adstantibus majoribus, quod omnino contrarium est in S. alba ut jam scripsit Hofm. l. c. Passim in humidis, et arenosis. Colitur. Fl. vere.

10 ALBA. S. *Foliis lanceolatis utrinque attenuatis glanduloso-serrulatis utrinque incano-sericeis stigmatibus subsessilibus.*

S. coerulea Smith. Engl. bot. t. 2431. Foliis demum glabris. Ic. Hofm. sal. t. 7. f. I. t. 8. f 2. t. 24. f. 3. Arbor. Amenta pedunculata, pedunculi foliati. Amenta aliquando androgyna apice mascula inferne feminea. Ubique in ripis torrentium, fluminum etc. Colitur passim. Omnes salices amarae sunt, et substantiam continent amaram, quae optime sucurrit visceribus sanguinem parantibus si debilitate laborant. Ideoque decoctum foliorum, et ramulorum teneriorum salicis praesertim albae febres intermittentes pellit, urinam movet, obstructiones reserat, ventres turgentes comprimit, podagram anomalam coercet, appetitum ciborum revocat, sanguinem ex debili et aquoso in vitalem densum, rubrum, et plasticum mutat, vires reficit. Si herbam Verbenae officinalis addideris remedium habebis cortici peruviano par. Post hydropem subactum hoc decocto per aliquot dies sumpto non neglectis pillulis ex extracto Hellebori nigri aut viridis vires viscerum adeo reficiuntur, ut morbo demum redituro resistant.

11 BABYLONICA. S. *Ramis pendulis foliis angusto-lanceolatis, acuminatis serratis, glabris subtus glaucescentibus stipulis semiovatis acuminatis serratis germinibus ovatis sessilibus*

S. propendens Sering ess. Arbor ramis longissimis laevibus laxis apud nos viridulis teretibus. Folia aliquando integra. Stipulae nonumquam deficiunt et earum loco puncta duo glandulosa. Amenta feminea elongata cylindrica. Fl. vere. Crescit in Persia et in arenosis *Mesopotamiae* secus flumina *Euphratem* et *Tigrim* praesertim circa *Babylonem*, hodie *Hella*. Apud nos ubique colitur in hortis, et coemeteriis, qua sepulchrorum monumenta exornantur.

12 LANATA. S. *Foliis ovalibus subintegerrimis lanatis, amentis sessilibus aureo-hirsutissimis germinibus sessilibus compressis glaberrimis.*

Ic. L. fl. lap. t. 8. f. X. t. 7. f. 8. fig. N. Amenta sessilia in apice ramorum. Stylus elongatus. Styli integri. Stipulae ovatae dentatae. Folia aliquando subrotunda, plerumque longa densa, alba lana undique tecta, ut nervi neutiquam conspici possint. Var. depressa vix palmaris hirsutissima ramis patulis, lanatis. Forte in summis alpium jugis collegit Allioni: forte cum alia commutavit. Stirps enim in solis Lapponiae alpibus crescit. Nemo unquam post Allionium vidit.

13 TRIANDRA. S. *Foliis ovato-lanceolatis acuminatis serratis subtus glaucescentibus amentis 3andris germinibus pedicellatis oblongis tuberculatis, stigmatibus sessilibus.*

Variat foliis concoloribus amentis androgynis superne masculis inferne femineis, aliquando floribus hermaphiditis intermixtis. Amenta pedunculata, pedunculis foliatis. Stylus brevis, stigmata 2 emarginata horisontaliter divergentia: folia quandoque integra. Stipulae semicordatae crenato-dentatae. Huc faciunt S. Hoppeana W. sp. 4, 604. S. Villarsiana ejus. ib. 655. S. amygdalina L. sp. 1443. et Vill. delph. 3, 763. S. sempervirens, S. speciosa, S. tenuiflora, S. ligustrina Host. S. alopecuroides Tausch. etc. Ic. Hofm. sal. t. 9. f. I, 2. t. 10, f. 3. 4. t. 23. f. 2, 6, d. Engl. bot. t. 1435 et t. 1636. Fl. vere. Passim in sylvis montium, et secus torrentes, et flumina. Arbuscula humanae altitudinis.

ccc. *Amenta serotina.*

14 PENTANDRA. S. *Foliis oblongis acuminatis serratis nitidis petiolis superne glandulosis amentis pentandris germinibus lanceolatis.*

S. hermaphrodita L. sp. 1442. var. amentis androgynis. S. polyandra Schr. bayer fl. 1, 228. var. amentis 5-10 andris. Ic. Gmelin sibir. I. t. 34. f. I. Lin. fl. lap. t. 8. f. 3. Arbuscula procera viscosa in gemmis et foliis. Folia aliquando calloso-dentata. Capsula stylo bifido rostrata. Fl. vere. Ad rivulos in alpinis; in monte *Cenisio:* in montibus *Exillarum*, et *Fenestrellarum.*

bb. *Fruticosae humiles.*

15 RETUSA. S. *Ramis prostratis purpureis foliis ovatis obtusiusculis emarginatis integerrimis supra nitidis subtus pallidis venosis amentis coaetaneis paucifloris capsulis oblongis pedicellatis stigmate sessili.*

S. Kitaibeliana W. sp. 4. 683. var. foliis majoribus, amentis multifloris. S. serpyllifolia Scop. carn. 2, 225. t. 61. var. humillima foliis exiguis plerisque non emarginatis amentis paucifloris. S. serpyllifolia Jacq. a. t. 298. Amenta pedunculata 6-12flora, plerumque serotina pedunculis foliatis gemmiferis.

Squamae masculae ciliatae. Capsulae exiguae. Styli mediocres. Stigmata linearia bifida, folia glaberrima quandoque basi glanduloso-denticulata. Fl. aest. In summis alpium jugis: in *Sabaudia*: in parvo *Cenisio:* in monte *Ossulo:* in monte *Mombarone* supra *Graglia:* in monte *Mucrone* supra *Sordevolo*, et *Pollone* prov. *bug*.

16 HERBACEA. S. *Foliis subcordato-orbiculatis subrotundis serrulatis utrinque nitidis amentis paucifloris capsulis lanceolatis.*

Ic. Lin. fl. lap. t. 7. f. 3, 4. t. 8. f. H. Hofm. sal. t. 20. fig. I-4. Caulis plerumque subterraneus, et si humus deest epigeus. Erumpunt e terra surculi annotini plerumque bifolii I-2 amentiferi. Amenta 3-8flora, pedunculata, pedunculis 2 foliatis gemmiferis. Squamae in masculis ciliatae. Capsulae glabrae rubentes. Fl. aest. Passim in summis alpium jugis, ad nives deliquescentes, locis saxosis, et sterilibus, atque sola stirps plerumque ibi vivit.

aa. *Ovaria pubescentia villosa.*

b. *Arborescentes aut fruticosae altiores.*

c. *Amenta praecocia.*

17 VIMINALIS. S. *Foliis linearibus longissimis subintegerrimis subtus albo-sericeis ramis virgatis, squamis, villosis, stylo elongato.*

S. virescens. Vill. delph. t. 51. Ic. Hofm. sal. t. 2. f. I, 2. t. 5. f. 2. Engl. bot. t. 1898. Arbor mediocris ramis elongatis erectisrubris, obscuris viridibus, albis, flexilibus. Folia primum margine revoluta. Amenta fusca sessilia basi bracteata, ovato-oblonga. Squamae pilis argenteis. Nectarium elongatum. Germen ovatum sessile, stylo elongato, stigmatibus simplicibus. Fl. vere. In alveis fluminum, et torrentium passim. Cotitur ubique ad vites etc. vinciendas, et cistas parandas.

18. AURITA. S. *Foliis obovato-lanceolatis obtusis adunco-mucronatis subserratis supra pubescentibus, subtus rugoso-venosis incanis stipulis semicordatis subintegerrimis, amentis ovatis, capsulis lanceolatis pedicellatis stigmatibus sessilibus ovatis emarginatis.*

S. ulmifolia Vill. delph. 3, 776. S. uliginosa W. en. 1007. S. heterophylla Host. a. 2, 650. S. rugosa Ser. ess. 48. S. ambigua Ehrh. et omnes formae quae a Kock syn. 2, 753 enumerantur. Ic. Hofm. sal. t. 4, f. I, 2, t. 5, f. 3, t. 22, f. I. Lin. fl. Lap. t. 8, f. 9. Engl. bot. t. 1487. Valde affinis Capreae sed humilior, ramosissima, ramis diductis. Stipulae persistentes. Filamenta basi coalita. Stamina aliquando 3-4. Squamae lanceolatae villosae. Amenta mascula sessilia, feminea pedunculata, basi subfoliata Passim in arenosis humidis cum Caprea. Fl. primo vere.

19 CAPREA. S. *Foliis ovato-oblongis acuminatis serratis undulatis rugosis subtus tomentosis amentis ovalibus, capsulis ventricosis.*

S. tomentosa. Ser. ess. 44. S. ulmifolia Thuil. par. 518. S. aurigerana. Lapeyr. Arb. 598. S. sfacelata Smith. brit. 3, 1066. Ic. Hofm. sal. t. 3, f. 1, 2, t. 2I, f. a, b, c, t. 5, f. 4, t. 2I, f. d. Arbor mediocris cortice demum rimoso. Amenta mascula ovata sessilia, antheris aureis, squamis oblongis, apice dilatatis pilosis. Amenta fem. oblonga pedicellata pedicellis foliatis. Folia aliquando albo-variegata. Pluvia imminente bene olet, ideoque pabulum apibus gratissimum primo vere. Cortice ejus in Svecia coria densantur. Ubique in arenosis humidis.

20 PONTEDERANA. W. 4. 661. S. *Foliis oblongis acutis serratis glabris subtus glaucis pilosiusculis stipulis lanceolatis subserratis germinibus oblongis tomentosis.*

Forte est var. S. hastatae, assentiente etiam A. Mutel delph. 2, 397-98. Huc procul dubio trahenda est S. Pontederae Vill. Arbuscula 2-3 pedalis ramis fuscis. Folia serraturis aliquando glandulosis. Amenta sessilia basi bracteata. Stylus brevis: stigmata ovata 2fida. Squamae oblongae, fuscae pilosae. Stamina monadelpha. Fl. vere. In alpibus *vallis Sessitis:* in montibus *Limoni:* prope lacum montis *Cenisii.*

21 NIGRICANS. Smit. brit. 3, 1047. S. *Foliis oblongis utrinque acutis remote serratis glabris subtus glaucis capsulis pedicellatis lanceolatis acuminatis sericeis, stylo elongato.*

Hic confusio, et perturbatio tanta est, ut nec icones, nec synonimiam proponere audeam. Philicifoliae var. esse videtur. Sed et de hac valde dubito utrum vera species sit. Etiam Pontederanae accedit, ut ejus var. videatur, si et haec vera species est. Hujus generis formae adeo mutabiles tanta confusione laborant, etiam post Hofmannum, Seringium, et Kockium, tot varr. in spec. commutatae ut duplo saltem numero minor specierum numerus fieri probabili conjectura debeat. Quod et de pedemontanis dicendum est. Multa opera collocanda est in stirpibus vivis describendis, et variis locis, temporibus, terraque nascentibus, et diligenter inter se comparandis, ut veritas demum eluceat. Minime fidendum exemplaribus siccis quae cum individua sola sint cha-

racteres etiam largiuntur individuos. Ex hac stirpes describendi ratione multi in re herbaria errores profluxerunt, qui demum innumeri evaserunt, quod multi aliorum libros transcribant, malintque commentis ludere quam naturae templum adire, ejusque quaerere judicia. In sylvis collium *taur.* et *monregalensium.*

22 MONANDRA. Arduin. mem. I, t. II. S. *Ramis rubro-fuscis foliis obovato-lanceolatis serrulatis glaucis glabris stipulis nullis squamis masculis monandris germinibus sericeis stylo subnullo.*

S. purpurea. S. Helix L. sp. 1444. S. Lambertiana Smith. br. 3, 1041. Ic. Hofm. Sal. t. 1, f. 1, 2, t. 5, f. 1. Arbor 5-6 pedalis plerumque humilior, ramosa ramis fllexilibus demum virentibus. Amenta sessilia plerumque opposita ovato-oblonga, interdum androgyna. Anthera majuscula 4locularis. Stigmata ovata. Fl. vere. Passim in arenosis, humidis, praesertim secus cursus aquarum.

cc. *Amenta coactanea.*

23 GRANDIFLORA. Ser. ess. 20. S. *Foliis lato-lanceolatis elongatis, undulato-subcrenatis supra glabris subtus venosis stipulis magnis semicordato-lanceolatis, amentis cylindricis squamis glabriusculis.*

Mea sententia, qua Kockius non videtur dissentire est var. S. Capreae amentis coaetaneis. In monte *Cenisio.*

bb. *Fruticosae umiles.*

c. *Amenta subpraecocia aut coaetanea.*

24 PRUNIFOLIA. Smith. br. 3, 1054. S. *Ramis diffusis pilosis foliis ovatis serrulatis supra nitidis subtus glaucis stipulis minutis germinibus lanceolatis sericeis stylo brevi.*

Est S. Arbuscula L. sp. ex Kock, qui et varr. plurimas supponit. S. foetida Cand. fl. fr. 3, 296. S. formosa W. sp. 4. 680 etc. Arbuscula humilis prostrata tortuosa. Stigmata 2fida. In montibus altioribus *Sabaudiae.*

25 MYRSINITES. S. *Ramis divaricatis pubescentibus foliis ovatis acutis serrulatis nitidis venulosis germinibus subsessilibus lanceolatis villosis stigmatibus sessilibus.*

Et hic synonimia valde dubia est. S. Jacquiniana W. sp. 4. 692. S. arbutifolia id. 688. S. dubia Sut. helv. 2, 283. S. Jacquini Host. a. syn. 529. S. fusca Jacq. a. t. 409. S. alpina Scop. carn. 2, 255, t. 61. S. venulosam Engl. bot. t. 2341. S. vaccinifoliam, S. carinatam Smith. br. 3, 1054-55. Waldsteinianam W. sp. 4. 679. S. arbutifoliam ejusd. ib. 682. Ic, Sturm. fl. germ. Sprengel huc trahit: Kock vero ad S. arbusculam amandat. Quod probat fines plerarumque salicum nondum rite constitutos esse. Ic. Lin. fl. lap. t. 8, fig. F, et t. 7, f. 6. Capsulae aliquando glabrae. Hofm. sal. t. 28, 29. Foliis pilosis, quandoque integerrimis, aliquando glanduloso-serratis. Arbuscula humilis ramosa, ramis diductis rubentibus. Folia pilosa demum glabra. Amenta pedicellata, pedicellis foliatis: squamae elongatae fuscae longe pilosae. Stylus elongatus stigmatibus aliquando 2fidis atrorubentibus. Antherae violaceae filamenta coerulea. In summis alpibus prov. *Novar.*: supra *Vinadium*: in monte *Cenisio.*

26 LIMOSA. Vahlemb. fl. lap. 264. S. *Ramis strictis nitidis foliis oblongo-lanceolatis obsolete crenulatis supra glabris opacis subtus albis dense tomentosis amentis aphyllis sessilibus germinibus sessilibus tomentosis stylo elongato.*

S. helvetica Vill. del. 3, 783. S. Lapponum W. S. nivea Ser. ess. 51. S. lactea Bray in deviehr. d. regens. bot. gess. 2, 43, t. 2. S. arenaria L. et W. sp. h. 689. Engl. bot. t. 1809. S. glaucophylla W. en. sup. 66. S. Stuartiana Smith. in Rees cyclop. 85. Engl. bot. t. 2586 etc. Ic. Hal. helv. t. 14, f. 2. Vahlem. l. c. t. 16, f. 4. Gmel. Sib. 1, t. 36, f. 1. Lin. fl. lap. t. 8, f. O. Q. Arbuscula humilis ramis purpureo-viridibus, suberectis. Capsulae aliquando glabrae. Folia primum utrinque villosa demum superne glabra. Stipulae semicordatae apice recurvo. Antherae aureae squama fusca villosa longiores. Fl. vere. In montibus *vallis Augustae Praetoriae*, et passim secus torrentes alpium.

27 DEPRESSA. Hofm. deus fl. 2, 226. S. *Ramis prostratis radicantibus foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis supra glabriusculis subtus sericeis stipulis nullis, germinibus subsericeis demum glabris.*

S. arenaria Cand. fl. fr. 3, 293. Hic omnino assentio Spreng. qui huc trahit S. incubaceam, S. repentem, et S. rosmarinifoliam L. sp. 1448. Varr. itaque numerosae hic supponendae. S. fusca Mejer chl. hann. 495. S. fusca W. sp. 4, 694, et Sm. br. 1060. S. argentea ejusd. ib. 1059. S. lanata Thuil. par. S. Finmarchica W. en sup. 66. S. parvifolia Sm. in Rees cicl. n. 102. S. ascendens id. ib. 103. S. incubacea, et rostrata Thuil. l, c. S. angustifolia Wulf. in Jacq. col. 3. 48. S. pratensis, S. tenuis, S. parviflora, S. litoralis Host. a. 2, 642-3. S. laeta Schultz. Starg. sup. 51 etc. Fl. vere. In valle *Ticini:* secus *Sturam:* in sylvis *della Mandria: nella praglia di Pianezza* etc.

cc. *Amenta serotina.*

28 GLAUCA. S. *Ramulis albo-tomentosis foliis lanceolato-oblongis obtusis integerrimis sericeo-villosis stipulis subserratis, amentis pedunculatis, squamis pilosiusculis badiis germinibus sessilibus tomentosis, stigmate sessili, nectario 2fido.*

S. arenaria. S. appendiculala. Fl. dan. t. 1056. S. sericea Vill. delp. 3, 782, t. 51, f. 27. S. Lapponum L. sp. 1447? Fl. lap. t. 8, f. T? S. sericea Cand. fl. fr. 3, 293. S. ciliata id. ib. Arbuscula humilis usque 2pedalis ramosa ramis diductis prostratis tortuosis. Amenta longe pedunculata, pedunculis latofoliatis. Squamae purpurascentes ciliatae ciliis elongatis niveis. Locis humentibus alpium *Sabaudiae*: in alpibus *Critò*, *Jambon*: in alpibus prov. *Nov*: in monte *Cenisio* loco dicto *Eau blanche*: in alpibus *de la Thuille vallis Augustae Praetoriae*. Fl. vere.

29 RETICULATA. S. *Repens foliis elliptico-subrotundis integerrimis glabriusculis subtus glaucis reticulato-venosis, amentis pedunculatis pauci-floris, germinibus sessilibus ovatis stigmatibus subsessilibus.*

Ic. Hofm. sal. t. 25, 26, 27. L. fl. lap. t. 7, f. 1, 2, t. 8, fig. L. Arbuscula humillima prostrata ramosa ramis tortuosis fuscis basi nudis superne rugosis. Folia longe petiolata petiolis rubentibus, plerumque retusa, coriacea, primum villosa, demum glabra: aliquando tamen tomentum non exuunt. Amenta tenuia cylindrica longe pedunculata terminalia. Squamae subrotundae fuscae parce villosae. Capsula demum fusca. Stigmata 2fida. Passim in summis alpibus. Fl. vere et aest.

30 PROSTRATA. Ehrh. pl. sel. 159. S. *Ramis glabris radicantibus foliis oblongis integerrimis subtus glaucis capsulis elongato-attenuatis tomentosis.*

S. caesia Vill. delp. 3, 768, t. 50, f. 11. S. myrtilloides. W. sp. 4, 686. Arbuscula usque 3pedalis et ultra ramis brevibus imis prostratis. Folia glabra margine revoluta, aliquando subtus coerulescentia. Amenta pedunculata, pedunculo foliato. Squamae oblongae obtusae luteolae vix villosae. Fl. vere et aest in summis jugis montis *Cenisii* et alpium vallis di *Formazza* prov. *Nov.*

## 48. FRAXINUS.

*Arbores procerae, foliis pinnatis.*

a. *Flores corollati.*

1 ORNUS. Fr. *Foliis 3jugis subtus pubescentibus foliolis oblongis acutis petiolatis serratis gemmis cinereo-pulverulentis ramis flavo-punctatis.*

Fr. florifera Scop. carn. 2, 282. Ornus europaea. Pers. en. 1, 9. Ic. Vail. ac. des scien. 1722, t. 14, f. 31-34. Michel. gen. t. 107, f. 1-7. Sib. fl. gr. 1, t. 4. Lam. ill. t. 858, f. 2. Arbor procera aliquando humilior. Flores paniculati paniculis brachiatis terminalibus et axillaribus. Petala linearia calycem excedentia alba. Samarae pendulae lanceolato-lineares. Fl. vere. In sylvis saxosis et sterilibus genuensibus supra *Marassi*, et *Sarzanensibus*: in montanis inter *Canobbio*, et *Intra*: in sylvis saxosis editioribus montium prov. *Albensis.*

Ex caudice ejus vulnerato humor erumpit, qui aere, et calore densatus manna est. Remedium nullis laudibus satis celebrandum. Vulgus medicorum eo utitur ut miti laxante alvum et virtutem ejus miram et specificam in catharro, et morbis mulierum praegnantium vel parturientium parvi facit. Perperam vel cum emulsionibus, vel salibus jungitur. Connubium amat Sennae si venter acrius purgandus est. Ceterum in catharro sive epidemicus ille sit, sive sporadicus unicum, certum, praestantissimum remedium est. Millenos aegros catharro affectos curavi, et quamquam febris urgebat, nemini sanguinem misi, et omnes, manna adhibita, servati sunt. Febrem post nicthemerum plerumque aufert. Et morbum adeo infirmat, ut paucis diebus mitissime in sanitatem convertat se. Catharrus peculiare genus morborum est, ut struma, syphilis, herpes, rheumatismus (cum quo maxime congruit) ita ut tali epidemica constitutione dominante omnes fere morbos subigat, ita ut ophtalmia, pneumonia, pleuritis angina, myodynia, arthrodynia etc. catharralis sit. Tunc et si vires valde incitatae sint et febris urgeat, ad mannam solam tamquam anchoram sacram confugiendum est. Et nisi postquam manna ter quaterve diebus alternis data sit, ad venaesectionem vel alia remedia veniendum est. Flatulenta est, ideoque vel cum semine Anisi conjungenda, vel in decocto Coffeae imperanda. Quam formam, et teneri ferunt infantes et mulieres delicatae. Utilitas non nisi altera die apparet. Mulier praegnans, aut quae peperit si purganda est manna, et nullo alio remedio, paucis exceptis, purganda est. Partu exacto si lochia malignius fluunt aut supprimuntur, et febris exsurgat ad mannam tamquam ad certum remedium confugiendum est. Si in potu mulier ferre non potest, magna dosi in clysmate et pluries inii-

cienda est. Mirum dictu est, quam nervis, et viribus puerperarum quassatis amica sit! Manna non ut purgans danda est, verum ut remedium sui generis cujus loco nullum dari vel potest, vel debetur. Nullum remedium quamquam prima fronte simile alteri est, eadem ratione agit. Cassia, tamarindus, jalapa, rheum, aloes, etc., alvum quidem movent: verum quantum differunt inter se! Quod et de ceteris remediorum generibus dicendum est.

Ornus non praenuntiat solum sterile, ut scribit Bertoloni fl. it. I, 54. perperam interpretatus Virgilii Georg. 2, III, versum

*Nascuntur steriles saxosis montibus orni.*

Sterilem vocat poeta arborem non solum, et ideo sterilem dicit quia fructus aridos non edules ferat. Et omne solum saxosum neutiquam sterile est.

aa. *Floribus nudis.*

2 EXCELSIOR. Fr. *Foliis sexjugis glabris foliosis subpetiolatis lanceolatis acuminatis serratis basi cuneatis, gemmis nigris ramis fuscis.*

Ic. Micheli gen. t. 103. f. I, 2. Lam. illus. t. 858 f. 1. Flor. dan. t. 969. Engl. bot. t. 1692. Svensk bot. t. 175. Arbor procera ligno albo cortice cinereo. Antherae sessiles in flore hermaphrodito brevi pedicellatae. Fl. vere. Vulgaris in montibus. Cortex adstringens, utilis in coriis densandis. Folia etiam sicca pecoribus grata, et salubria. Ramorum annotinorum decoctum urinam ciet, et in rheumatismo chronico, et rebelli utilissimum vidi.

### 49. ANTHOXANTHUM.

ODORATUM. A. *Gramen perenne culmo caespitoso erecto usque bipedali racemo spicaeformi composito laxo oblongo flosculis subpedicellatis arista longioribus patulis, corollarum neutrarum valvis hirsutis pilis fulvis appressis, corollae fertilis valva inferiore viridi, ventricosa, truncata, superiore alba hyalina, elongata, acuta, vaginis ore barbatis, foliisque glabris.*

Ic. Loesel. prus. t. 22. Boc. mus. t. 57. Barrel. ic. 124. f. I. Host. gram. a. I. t. 5. Curtis l. c. 3. t. 8. Schreb. gram. 1. t, 5. Engl. bot. t. 647. Poit. et Turp. par. I. t. 39. Lam. illus. t. 23. Flor. dan. t. 666. Leers. herb. t. 2. f. I. Folia aliquando et vaginae pilosae. Panicula viridis demum flavicans, aliquando interrupta. Filamenta longissima Antherae bifurcae purpurascentes, post nuptias albae. Stigmata elongata plumosa. Pecora non respuunt vivam herbam, quamquam amara est. Exsiccata suaveolens (etiam viva): ideo-bue pabulum gratissimum et salubre pecoribus est. Odor ejus ad Melilotum officinalem accedit. Floret primo vere. Ubique. Omnino Sturmio, Sprengelio, et Kockio, etc., assentio qui calycem 3florum habent corollis exterioribus 1valvibus neutris, aristatis, corolla media hermaphrodita fertili 2valvi, valvis muticis, brevissimis glabris altera inferiore ventricosa viridi truncata, altera superiore elongata alba hyalina acuta. Atque hae valvae corollinae verae sunt non nectarii squamae quidquid contra scripserint Linnaeus, Wildenow, Persoon, Candolle, Bertoloni, etc.

# CLASSIS TERTIA

## TRIANDRIA

### 50. VALERIANA

a. *Foliis omnibus indivisis.*

*Individuis ejusdem speciei alteris hermaphroditis genitalibus exsertis, alteris femineis minoribus genitalibus inclusis.*

1 SUPINA. V. *foliis integerrimis ciliatis radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, racemo folioso.*

Ic. Jacq. miscel. 2. t. 17. f. Arduin. specim. alt. t. 3. Radix repens inodora. Caules prostrati apicibus ascendentibus vix 3pollicares. Folia caulina spathulato-oblonga, obtusa. Flores carnei inodori. Genitalia exserta. Stigma 3fidum aliquando subhirsutum. Fructus glaber. Perennis. Fl. aestate. In declivibus montium *Rosae, Turli, Mori,* etc.

2 CELTICA. V. *foliis integerrimis radicalibus spathulato-oblongis, caulinis linearibus racemo verticillato.*

Ic. Jacq. coll. 1. t. 1. Plenck ic. I, t. 29. Radix transversa, praemorsa squamosa odoratissima. Caulis erectiusculus usque dodrantalis. Folia caulina 2-4 connata. Cor. ochroleuca, vel extus rubens: genitalia inclusa. Stigma indivisum. Fructus hirsuti. Herba glaberrima. Perennis. Floret julio. In alpibus della *Strona* supra il forno: In rupibus vallis di *Formazza* agri *nov.:* in alpibus di *Grassoney, Courmajeur, Locanae, Valdensium, Lancei et Vici:* in alpibus maritimis prope *Savonam.* Radix odorata est *Nardus celtica* Veterum, quae virtute sua congruit cum Valeriana officinali.

3 SALIUNCA. Allion. pedem. l. 3. t. 70. f. I. V. *foliis radicalibus spathulato-linearibus 3dentatis subcarnosis*

*caulinis linearibus, racemo subumbellato.*

Herba glabra radice sublignosa fusiformi, odoratissima. Caules caespitosi erectiusculi vix spithamei, subnudi. Flores carnei suaveolentes genitalibus exsertis. Stamina aliquando 4. Stigma 3fidum. Fructus glaber. Floret julio. Supra *Cesana* in jugis alpium dictis *le Collet*, et *Claviers*, prope jugum *Sestieres*.

4 SAXATILIS. V. *foliis radicalibus oblongis obtusis integerrimis, obtuseque dentatis, caulinis linearibus, racemi pedunculis dichotomis elongatis.*

Ic. Pluk. phyt. t. 232. f. 2. Jacq. aus. 3. t. 267. Herba glabra radice transversa praemorsa, odoratissima. Caulis erectus usque pedalis subnudus. Folia aliquando pubescentia. Flores albi vel purpurascentes, genitalibus exsertis. Fructus glabri. Perennis. Floret aestate. In alpibus maritimis agri nic.

5 MONTANA. V. *foliis dentatis nervosis radicalibus cordato-ovatis caulinis oblongis acuminatis panicula corymbosa.*

Ic. Barrel. 868. Jacq. a. 3. t. 269. Sims. in bot. magaz. t. 1825. Herba perennis glabra vel hispida, radice odorata. Caulis erectus usque pedalis. Cor. albidae vel carneae. Fructus glabri. Fl. aestate. In monte *Cenisio*: in alpibus *Vinadii, vallis ulcensis, bugellensibus*: in montanis di *Pralugnan*.

aa. *Foliis superioribus divisis aut pinnatis.*

b. *Floribus omnibus hermaphroditis.*

6 PHU. V. *foliis subintegerrimis radicalibus oblongis obtusis caulinis 3-partitis pinnatifidis pinnatisque panicula corymbosa.*

Ic. Blackw. t. 250. Plenk ic. I, 28. Heyn. Arzn. gen. t. 33. Herba perennis glabra radice odorata, caule erecto usque 3pedali fistuloso. Flores albi suaveolentes. Genitalia inclusa. Stigma 3fidum. Fructus lineis duabus pilosis. Floret vere. In rupibus vallis di *Canobbiana*.

bb. *Floribus plerumque dioicis. Individuis ejusdem speciei alteris hermaphroditis genitalibus exsertis, alteris femineis minoribus genitalibus inclusis.*

7 TUBEROSA. V. *foliis radicalibus oblongis obtusis integerrimis caulinis pinnatifidis linearibus corymbo compacto, radice tuberosa.*

Ic. Barrel. ic. 867. Imperati his. n. 659. Camerar. epith. 16. Lobel ic. 7, 17. f. 2. Herba glabra, radice odoratissima, caule erecto fistuloso usque pedali. Flores albi vel rosei. Fructus hirsuti. Perennis. Fl. aestate. Inter *Garessio et Ormea, alla Tana di' Ours*: in collibus agri. *nic.*: in apricis della *Blacchie: di S. Lazaro*, et ad orientem *della Brunetta* prov. *segus*.

8 DIOICA V. *Foliis subintegerrimis radicalibus ovatis caulinis lyrato-pinnatifidis panicula corymbosa floribus dioicis.*

Ic. Rivin. mon. t. 2. Bull. herb. t. 311. Fl. dan. t. 684. Curtis L. c. I. t. 5. Poit. et Turp. par. 1. t. 41. Engl. bot. t. 628. Maris Camer. epit. 23. Feminae Loesel pruss. ic. 84. Herba perennis glabra, radice odorata caule basi stolonifero erecto pedali. Folia inferiora petiolata, petiolis alatis basi dilatatis, raro pilosiusculis. Corollae albidae vel carneae. Floret vere. In convallibus humidis et spongiosis, et pratis irriguis montium, et collium.

9 TRIPTERIS. V. *Foliis radicalibus cordato-ovatis obtuse dentatis caulinis ternatis oblongo-lanceolatis inaequalibus panicula corymbosa patente.*

Herba perennis radice odorata aromatica sublignosa, caule erecto usque sesquipedali floribus albidis vel rubellis, genitalibus exsertis, fructibus glabris. Fl. vere et aestate. Vulgaris in saxosis alpinis, et montanis, ex rupium fissuris pendet passim.

aaa. *Foliis omnibus pinnatis. Flores omnes hermaphroditi.*

10 OFFICINALIS. V. *Foliis omnibus pinnatis pinnis lanceolatis dentatis caule fistuloso sulcato panicula corymbosa.*

Ic. Rivin. mon. t. I. Zannichel. his. t. 153. Lam. illus. t. 24. f. I. Curtis L. c. 3. t. 9. Plenck ic. t. 27. Flor. dan. t. 570. Engl. bot. t. 698. Savi mat. med. t. 28. Herba perennis radice unicauli stolonifera fasciculata, odoratissima, caule erecto usque orgyali. Flores carnei odorati, genitalibus exsertis, stylo 3fido. Passim in montibus, et planitie, secus fossas in sepibus, et sylvis. Quo magis solum aridum, et macre eo magis odorata radix est. Fl. vere. Radix felibus aphrodisiaca, illos mirum in modum laetificat, et exhilarat. Hujus generis species quae radicem odoratam habent viribus convenire certum est. Non omnes tamen eadem mensura actuosae sunt, et copiosae ubique nascuntur, ut omnium usui et beneficio prostent. Itaque postquam Fabio Columnae vires valerianae officinalis innotuerunt, usus ejus communis evasit, quam viribus pollentem ceteris propriis natura providentissima mortalium saluti consulens ubique locorum nobis largita est. Re enim vera nullum re-

medium nervis magis amicum apud nos, et apud exteros est, si Nardum indicam, et syriacam exceperis, quas similibus viribus praeditas esse probabile est. Remedium enim nervinum atque antispasticum princeps in hypocondriasi, et hysterismo, et nervorum distensionibus omnibus dummodo absint oppressio virium, congestio, et inflammatio activa, febris continua inflammatoria, ac saburra. Nervorum distensiones itaque adsint oportet a vacuitate, atque ab infirmitate virium, quo fit ut nervorum actiones prae illis aliorum systematum emineant, et harmonia inter omnium systematum actiones sublata sit. In epilepsia remedium fere certum est, si antipathia non adest, si abest summa fibrae teneritas, qua stimuli omnimodi prohibeantur, si abest congestio, et inflammatio, et saburrae. E centum epilepticis quinquaginta a valeriana auxilium habent, viginti sanantur omnino Quinque aegros ego sanavi et cito, et feliciter, neque in morbum postea relapsi sunt. Epileptici cum senes fiunt, quamquam multo jam tempore sanati, in morbum pluries relabuntur. Secus accidere videtur in illis qui morbum Valeriana depulerunt. Hominem sexagenario majorem sanavi jam a tribus annis epilepticum. Medici morbum paroxismo discusso sanguinis missionibus aggrediebantur. Inde paroxismi cerebriores, et valentiores evadebant. Mira celeritate sanatus est uncia valerianae, et corticis peruviani in sexdecim chartulas distributa, quorum unam singulo mane potu aquae sumebat. Et vivit adhuc: neque unquam postea morbo tentatus est.

Si epilepsiam Valeriana non aufert, auferunt alia remedia praesertim a veteribus commendata, ita ut ex centum epilepticis octoginta profecto sanari possint, reliquis insanabilibus, vel quod nimis adolevit morbus, vel quod cerebrum laesum est. In hystericis suffocationibus, hypocondriasi, asthmate Millari, distensionibus nervorum infantum, parturientium, puerperarum princeps est, et prope divinum remedium Valeriana. Opio, et theriacae sociata atque in aqua menthae, vel melissae compositae, vel cinnamomi vel theriacali sive per os sumatur, sive clysmate iniiciatur remedium vere mirandum est. Febres epidemicae ut supra dixi catharrales duplici ratione exitiosae fiunt. Vel in nervosum, malignum, ataxicum morbum convertunt se, vel in putridum. Aeger noctu delirat, tendines subsiliunt cum carpologia, et gravis adductio faciei. Duplex tunc status emergit. Si lingua accedit arida, et nigra, si odorem peculiarem gravem aeger emittit, si labia, et dentes muco atro, foetido inficiuntur, si oculi lacrymas fundunt, turbidi fiunt, et glandulae Meibomii mucum secernunt copiosum atrum, foetidum, quo etiam genae foedantur: si vultus adductus est et rubro-livido-plumbeus, lingua tremit, atque exseri prae debilitate non potest, si manus contremiscunt, et nullo modo aeger moveri potest quin maxima prostratio virium sequatur, et animo non linquatur, si pulsus quamquam amplus tamen debilis, et inaequalis est, cutis arescit, et ardet, sanguis missus ater est et solutus, cito foetet, et putrescit, serum viride, glutine obducitur gelatinoso viridi molli vasi parietibus firmiter haerente, tunc si aegro sanguis missus est nullo modo servari ille potest.

Si vero sanguis missus non est aeger plerumque servatur aqua cum vino vel acidis mixta frigidissima affatim pota, acido muriatico, vel solutione chlorinae aquosa, lotione cutis cum aqua frigidissima additis vino, vel acidis. Si vires inde reficiuntur, et lingua mollior, humida et rubra etc. fit optimum est. Si vero concidunt magis vires decoctum aquosum corticis peruviani cum acido sulfurico imperandum est. Si vires magis magisque corruunt confugiendum est ad decoctum vinosum Salviae quo calidissimo, et affatim poto et acqua Cinnamomi, vel Menthae cum Camphora, sulphate chininae, Aristolachia Serpentaria, et spiritu Mindereri, res plerumque aegri in melius inclinant. Vesicatoria interim non negligenda, quae artubus, nucae, pectori, epigastrio, atque etiam capiti imposita. maximam in tanta virium ruina ferunt opem. Vires alendae, et sustitnendae sunt jusculis, et vino. Quae omnia si frustra adhibueris, et mors imminere videatur ad phosphorum demum confugiendum est. Quod non raro mihi feliciter contigisse maxima voluptate recordor. Hic status est qui dicitur putridus. Haec illi vera medendi ratio. Quam si deserueris nulla salus erit. Sanguis etiam exordiente morbo cum vires tum incitatae non raro sunt, et inflammationem simulant imprudenter missus necem certo affert. Medicus acriter intendat animum ad cognoscendum epidemicae constitutionis ingenium. Si aegri servari possunt hac ratione servantur. Qui inflammationem hic somniant, et morbum antiphlogisticis et vires infirmantibus sic dictis remediis

curare satagunt vel stolidi sunt, vel dementes. Morbus hic variis jungitur, etiam inflammationi. Est morbus sympathici magni, et vitae vegetativae, et sanguinis. Febris contra nervosa, et maligna est morbus sui generis qui vel solus incedit, vel cum febri, et inflammatione conjunctus, et est actionis encephali, et nervorum laesio, et causa ejus est harmonia inter nervos et alia systemata sublata. Inflammatio si quando accedit complicatio non essentia est. Mirari subest homines non indoctos, gallos praesertim millena cadavera inspicere ut quaerant causam morbi in inflammatione membranae mucosae intestinalis. At quantam operam perdunt! Quam male sapiunt! Principes in arte scriptores observatores praesertim legant, et attente considerent, et naturam meditentur, ejusque quaerant judicia. Sed ut redeat unde discessit oratio, si febris epidemica et catharralis in nervosam, et malignam convertat se ex supra descriptis signis cognosci potest. Tum valeriana, cum Ipecacuanha aqua ferventi infusa, et exiguis dosibus sumpta remedium vere admirandum est.

Aeger diffluit sudoribus, delirium, et tendinum subsultus sedantur, sommus vires reficiens accedit, pulsus regularis mollis, undosus subdicrotus, facies mutatur et laeta fit febrisque vel omnino subsidit, vel in intermittentem convertit se, decocto corticis peruviani cum pauxillo acidi sulphurici facile pellendam. Dioscorides Valerianam Phu nomine descripsit, quae ad nostram quidem officinalem accedit, sed eadem non est. Quamquam omnes botanici id crediderunt usque ad Sibthorpium, et Hauwkinsium. Neque est nostra Valeriana Phu: habet enim graeca folia omnia pinnata. Brunsfeldus primus App. ad tom, 2. p. 3. suasit Phu Dioscordis esse nostram Valerianam officinalem, cui assensit postea Fabius Columna (phytobas. ed. jan. Plancus 92-98, et Ecphr. 210-220) qui ab hac epilepsia sanatus fuit, quamquam senex iterum morbo tentatus est.

Sed Hawkinsius invenit in Lycia aliam Valerianam, quae magis cum descriptione Dioscordis consentit, foliis omnibus pinnatis, radicalium foliolis ovatis repando-dentatis caulinorum linearibus, radice tuberosa, quam Sibthorpius Hauwkinsii comes descripsit, et icone pingi curavit fl. gr. I. t. 33. Planta igitur Dioscordis maxime ad Valerianam nostram officinalem accedit, quam ejsdem viribus praeditam esse credibile est. Etenim vim habet calefaciendi, scribit ille, et urinam ducendi (si spasmis intercepta est.) In lateris doloribus imperat, et amenorrhoea et morbis veneno allatis, cum ejus virtus antiepileptica ante Fabium Columnam non innotuerit. Valeriana etiam celtica, et forte Saliunca Dioscordi notae erant de quibus loquitur nomine *Nardi celticae*. Nardus montana ejusdem probabili conjectura est Valeriana tuberosa, quae non tantum in nostris montibus vivit, verum etiam copiosam crescere in montibus Cypri, Cretae, et Ciliciae Sibthorpius vidit. Nardus vero indica, gangitica, vel assyria ejusdem est Valeriana Jatamansi Jones (assatic. resear. 2, 405, 417,4,438). Quae est Patrinia Jatamansi Don.(flor. nepalens. 159) in summis Indiae (Nepal, Butan) jugis vulgaris. Alia Nardus erat quae syriaca dicebatur. Duplex erat altera lutea, et videtur pertinere ad radices Patriniae scabiosaefolia Fis: altera radice magis nigricante pertinere videtur ad Valerianam Hardwichii Vallich. (Roxb. fl. ind. 166): plantae, quae in Imao, et Emodis montibus nascuntur. Nardum indicam, et syriacam ejsdem viribus pollere quam celticam scribit Dioscorides (lib. I. cap. 7.) ideoque urinam ciere, in hepatis inflammationibus, (forte obstructionibus, aut doloribus ex hysterismo, aut hypochondriasi ortis) et ictero (spastico, vel illo qui febrem intermittentem sequitur) et inflationibus ventriculi (procul dubio ab ejsdem causis) ad splenis, renum, et vesicae morbos (cum larvae hysterismi sunt): item ad morsus venenatorum. In uteri doloribus (inflammationes vocat), et fluxionibus alvi, et uteri, quae sistuntur. Haec omnia praestare Valerianam officinalem certum est. Valet etiam ad vermes necandos et expellendos. Et in Taenia abigenda nullum adhibui remedium valentius. Danda est cum cortice peruviano, cui addi potest, semen santonicum, vel Tanacetum vulgare, Gentiana, et Jalapa.

## 51. FEDIA.

a. *Staminibus duobus.*

1 Cornucopiae. Vahl. enum. 2, 19. F. *Pedunculis incrassatis bracteis lineari-lanceolatis ciliatis, floribus spicato-capitatis.*

Valeriana L. sp. 44. Ic. Rivin. mon. t. 5. Sab. h. r. 2. t. 19. Barrel. ic. t. 741. f. I, 2. Clus. hist. plant. 2, 54. f. I. Sib. fl. gr. l. t. 32. Floris et fructus Gaertn. de fruct. 2. t. 86 f. a-d. Herba annua glabra caule erecto crassiculo striato ramoso usque semipedali. Folia

ovata radicalia petiolata integerrima, suprema sessilia. Cor. albida vel purpurascens suaveolens, 2labiata lab. superiore 2fido, inf. 3fido. Achenium fungosum apice 3dentato. Floret vere. In agro *nic.*

aa. *Staminibus tribus.*

2 OLITORIA. Vahl. l. c. 2, 19. F. *Bracteis oblongis fructu obtusiusculo 2striato obscure 3dentato caule glabro.*

Valeriana Locusta a. L. sp. 47. V. olitoria W. sp. l. 182. Valerianella Monch. meth. 493. Ic. Rivin. mon. t. 6. Moris. ox. s. 7. 16. f. 36. Engl. bot. t. 811. Flor. dan. t. 1681. Herba annua glabra caule ascendente stricto dichotomo usque pedali. Folia crassiuscula, unctuosa, nitida, venosa, ima spathulata, media oblonga, suprema linearia. Cor. minimae coerulescentes aut roseae. Fructus subglobosus compressus, apice 3 5dentato. Fl. vere. Passim in arvis et hortis.

3 DENTATA. Vahl. F. *Bracteis subulatis glabriusculis cartilagineo-serrulatis fructu glabro ovato oblique urceolato inaequaliter 5dentato caule scabro.*

Valerianella Dufresn. valer. 57. t. 3. f. 4. V. mixta id. ib. var. achenio hirsuto, foliis superioribus basi subpinnatifidis. V. Auricula Cand. fl. fr. sup. 5, 492. Prodrom. 4, 627 et Mem. sur les valer. 3. f. 6. Moris. l. c. t. 16. f. 35. Var. Achenio glabro obsolete sulcato dente auriculaeformi coronato. Caulis usque 2pedalis plerumque glaber. Folia lanceolata nervosa, supremis basi longe dentatis aut sbbpinnatifidis. Flores carnei. Annua. Inter segetes mixta cum olitoria.

4 CORONATA. Vahl. l. c. F. *Bracteis lanceolatis pubescentibus fructu villoso sub 4gono apice urceolato dentibus subsenis patulis basi membranaceis apice subulatis caule pubescente.*

Ic. Dufresn. Valer. t. 3. f. 3. Valerianella hamata Cand. fl. fr. 5, 494, est procul dubio var. Fedia discoidea Vahl. l. c. est etiam var. caule glabro, corona 10-12dentata. Caulis usque pedalis. Folia lanceolato-linearia obtusa inferiora indivisa, summa subpinnatifida omnibus integris, vel denticulatis. Fl. vere. Annua. In arvis agri *nic.* et vineis prope *Segusium.*

5 ECHINATA. Vahl. l. c. F. *Bracteis lanceolatis glabris margine scabris fructu compresso sub 3quetro dentibus ternis reflexo-uncinatis unico maximo.*

Valeriana L. sp. 47. Valerianella Cand. fl. fr. 4, 242. Ic. Garid. Aix t. 94. Dufresn. Valer. t. 3. f. 15. Reich. cent. 1. 68. f. 137. Herba annua glabra. Caulis usque pedalis erectus. Folia ima spathulata, reliqua obverse lanceolata apice integra denticulata aut subincisa. Flores albo coerulescentes. Fl. vere. In arvis di *Rivart, Giletta, Urelle.*

6 PUMILA. Vahl. l. c. F. *Bracteis linearibus, fructuque breviter 3dentato laevibus, caule gabro.*

Valerianella Cand. fl. fr. 4, 242. V. sphaerocarpa id. prodr. 4, 828, et Gusson. plant. rar. 14. t. 4. f. 1. V. membranacea Loisl. deslongch. notic. etc. 150. Herba annua glabra. Habitus olitoriae. Caulis magis ramosus usque pedalis. Folia lanceolata inferiora denticulata, suprema plerumque inciso-pinnatifida. Bracteas carina et margine late membranaceo dense villoso-ciliatas dicit Bertoloni: apud nos glabrae sunt. Quod probat in hoc genere species nimias esse, et characteres quibus definiuntur, neutiquam solidos, et constantes. In agr. *nic.* Floret vere. Omnes Fediae ante anthesim folia habent crassa tenera pinguia salubria et gratissima. Comeduntur hyeme et primo vere in acetariis et jusculis. Olitoria etiam colitur in hortis.

## 52. IRIS.

a. *Imberbes.*

b. *Radice bulbosa.*

z. *Scapo subbifloro, floribus luteis.*

1 MAURITANICA. I. *Foliis subulato-carinatis caule subbifloro longioribus spathis acutis laciniis corollae interioribus spathulatis erectis pistillis 2fidis denticulatis.* I. Juncea Poir. Desfont. fl. atl. 1, 39. t. 4. Herba perennis glabra scapo tereti articulato, folioso, apice florifero usque 2pedali. Bulbus subrotundus tunicis primum purpurascentibus demum scariosis. Folia ima caulem aequantia vel ut plerumque superantia. Spatha diphylla. Caps. 3gona sessilis spatha inclusa. Floret vere. Circa *Genuam* extra *portam degli Angeli*, et in *Oreggina.*

zz. *Scapo* 1-4*floro, floribus coeruleis.*

2 SISYRINCHIUM. I. *Foliis canaliculatis scapo 1-4floro longioribus, spathis acutis, tubo corollae longissimo, laciniis subaequalibus interioribus lanceolatis, erectis, minoribus demum convolutis, antheris laciniis pistilli 2fidis serrulatis oppositis.*

Moraea. Ker. in Bot. magaz. t. 1407. Iris fugax Tenor. fl. neapol. l. t. 4. Moraea fugax id Syllab. 26. Herba glabra scapo erecto subcompresso apice florifero vix dodrantali. Bulbi aliquando duo superimpositi, globosi tunicis reticulatis. Folia ima scapo duplo longiora, Spathae diphyllae. Flos panditur

hora 10 mat. clauditur secunda vespert. Floret vere. Apud *Genuam* extra portam *degli Angeli.*

bb. *Radice tuberosa.*

c. *Foliis angulatis.*

3 TUBEROSA. I. *Foliis 4gonis scapo sub 1floro, laciniis corollae interioribus acutis.*

Ic. Lob. 98. Matth. Valgr. 1167 sine flore. Sab. h. r. 6. t. 67. Sib. flor. gr 1. t. 41. Plenck ic. 1. t. 38. Red. lil. t. 48. Herba perennis glabra. Radix tuberibus 3-4 albis cylindricis, diductis, fibris radicalibus subsimplicibus suppositis. Scapus usque pedalis teres 1florus rigidus foliosus foliis superior. brevissimis, inf. longissimis, scapum longe superantibus flaccidis subfistolosis hinc inde sulcatis. Cor. inferne viridula superne intense purpurea suaveolens intra spatham viridulam diphyllam pedicellata. Caps. oblonga vix 3gona demum pendula. Flor. martio et apr. Apud *Sarzanam* in collibus di *Sarzanello*, et monte *Darme*: in agro *nov.* inter portam *Mediolani* et *Mortarae*. Tubera eius exsiccata forte veteribus largiebantur Hermodactylos, quos adhibebant ut alvum ducerent praesertim in podagra, et rheumatismo non infelici prorsus eventu. Radix recens vomitum etiam ciet. Unde exsiccata adhibenda est. Primus Alexander Trallianus et Paulus Aeginaeta meminerunt eius, et laudaverunt in podagra decoctam additis aromatibus ne ventriculo noceret. Arabes magni faciebant, et forte non immerito. Ego adhibeo decoctum eius cum Salsaparilla, radice Cinae, Guaiaco, et Glycirhyza in podragra praesertim anomala, et rheumatismo rebelli optimo successu. Sed dubitari recte potest utrum Hermodactyli veri, qui nobis ex Ionia, et Ægypto feruntur sint tubera Ireos tuberosae. Probabili coniectura sunt bulbi Colchici alicuius in Ægypto, et Nubia et Abyssinia et Asia minori habitantis nondum rite determinati. Verum decoctum eius in podagra, et rheumatismo valde prodesse certum est, et immerito omnino exolevit. Varias ab exteris gentibus ad nos afferri sub nomine Hermodactyli substantias certum est. Tubera plerumque exsiccata sunt, atque inertia: Ireos tuberosae radices esse probabile est. Verum ego prae manibus hahui hermodactylos Genua allatos qui veri bulbi exsiccati erant. Quos cum in decocto valde contracto in homine podagroso adhibuissem, vomitum, anxietatem aliaque symptomata enata vidi quae maxime similia sunt illis quae colchichum autumnale profert, si dosis ingens est. Hi vero probabili coniectura sunt veri Hermodactyli veterum, arabum praecipue, utiles in morbis articularibus podagra praesertim, quod de Colchicho autumnali nostro recentiores medici statuerunt. Forte bulbi sunt diversorum Colchichorum, *variegati*, *byzantini*, *arenarii* etc., vel alius speciei Ægypti, vel Nubiae, vel Abyssiniae vel Asiae minoris nondum rite observati, et descripti.

cc. *Foliis linearibus*, *seu angustis.*

d. *Germinibus hexagonis.*

4 GRAMINEA. I. *Foliis linearibus caule subbifloro ancipiti farcto longioribus.*

I. sylvatica. Balb. Cat. etc. 1813. Re Torin. 1, 43. Ic. Redout. liliac. t. 299. Iacq. fl. a. 1. t. 2. Bot. magaz. t. 681. Lob. ic. t. 69, f. 1. Radix transversa. Caulis apud nos pedalis et ultra. Flores violaceo-coerulei, apud nos pallide coerulei. Spathae virides. Capsulae breves. Cor. odorem fructus pruni domestici habent. Fl. maio, iun. Collegi *nella barazza di Verrone* prope *la Cassinona* in sylvis, et dumetis, in solo arido ferrugineo, argilloso, sterili, et passim aliis locis ad oras sylvarum. Pecora respuunt illam.

dd. *Germinibus trigonis.*

5 SIBIRICA. I. *Foliis linearibus acutis caule subtrifloro tereti fistuloso brevioribus.*

I. pratensis. Lam. Enc. Meth. 3, 300. Ic. Redout. lil. t. 237. Iacq. austr. 1, t. 3. Moris. s. 4, t. 6, fig. 13. Curt. bot. mag. t. 50. Radix brevis. Caulis usque 2 pedalis, striatus superne subnudus. Spathae scariosae acutae tubum corollae subaequantes demum ferrugineae. Cor. coeruleo-violaceae. Pecora non comedunt illam. Fl. vere exeunte. Passim in uliginosis nemorum, *della Venaria*, *della Mandria* etc., etiam heic *Verroni.*

c. c. c. *Foliis ensiformibus.*

6 PSEUDO ACORUS. I. *Caule erecto multifloro subcompresso pistilli laminis 2fidis serrulatis lacinias corollae interiores erectas lanceolatas longitudine et latitudine superantibus.*

Ic. Zannich. ist. t. 96, Flor. dan. t. 494, Plen. ic. 1, 36. Redout. lil. t. 235. Poit. et Turp. fl. par. 1, t. 46, Bull. herb. t. 137. Alberti fl. med. 5. t. 295. Engl. bot. t. 578. Curt. fl. lond. 1, t. 7. Blackw. t. 261. Ludw. etc. t. 101. Knor. del. hor. 1, t. 1. 8. Schk. haud. 1, t. 5, a. b. Swens. bot t. 110, Tabern. ic. 643. Lob. ic. 58. Moris. s. 4, t. 6. f. 11. Radix crassa transversa extus nigra intus rubra. Caulis usque 2

pedalis superne flexuosus, et ramosus apice 3-6 flor. Folia striata, radicalia elongata, caespitum floriferorum caule breviora, sterilium ipso longiora: caulina brevia. Petala flava exteriora superne aurea venis sanguineis aliquando atris reticulatis signata. Antherae rubellae. Ovarium trigonum. Si in fossis exsuccis vivit humilior est, et caulis aliquando I florus. Fl. vere. Passim in fossis, et uliginosis, et oris paludum. Radix eius acris est, et vomitum, et alvum movet. Unde in hydrope ascite praesertim si obstructionibus et febribus intermittentibus supervenit decocto radicis pseudo acori alvus movenda est, quo plerumque miserrimum hoc morbi genus discutitur. Vires interea cibis optimis et valentibus firmandae, et sustinendae sunt. Super viscera obstructa emplastra ex Verbena contusa imponenda: inde emplastra de gummi ammoniaco et cicuta: demum ceratum cum resina pini. Si hydrope depulso febris intermittens revertitur fuganda est cum entr. verbenae, cichorii, hellebori nigri, aut viridis, gummi ammoniaco, et gentiana. In convalescentia Cortex peruvianus et Rheum cum vino per diutinum tempus adhibendus est. Hanc medendi rationem saepissime adhibui optimo eventu praeeuntibus, atque hortantibus summis viris Fernelio, Platero et Werhloffio. Zapata scripsit certissimum remedium sistere in scrophulis per 60 dies datam radicem quod et ego expertus non sum. Atque experiri medici profecto debent cum scrophula morbi genus sit adversus quod parum, vel nihil valeat ars medica. Decoctum eius impetigines sanare, et lentigines delere probabile est: quod scribit R. A. Vogel hist. mat. med. 202 Corollae colorem luteum largiuntur. Succus radicis corium colore rubro imbuit. Stirps pecoribus, et equis, capris exceptis, venenata.

7 FOETIDISSIMA. I. *Caule multifloro I angulato teretiusculo laciniis corollae interioribus lanceolatis pistilli laminas fissas integerrimas subaequantibus.*

I. foetida Lam. enc. 3, 299. Ic. Lob. ic. 70, f. I. Blackw. t. 158. Moris. 5. 4, t. 5, f. 2. Engl. bot. t. 596. Plenk ic. I, t. 37. Redout. lil, t. 351. Poit. et Turp. par. 1, t. 45. Radix tuberosa. Facies praecedentis. Folia angustiora caulem sub 3florum raro superant intense vel atro-viridia, quandoque variegata. Cor. minores coeruleo-sordidae, sanguineae, lineis nigris. Germen 3gonum. Semina arillata, arillo coccineo. Radix acris alvum movet, et vomitum. Floret vere exeunte. *Sarzanae* in saepibus.

aa. *Barbatae.*

b. *Scapo foliis altiore, folia in caule disticha.*

8 PALLIDA. Lam. enc. 3, 294. I. *Caule multifloro altissimo subflexuoso spicato ramoso ramis spicatis, spathis scariosis floribus sessilibus laciniis corollae exterioribus integerrimis.*

I. odoratissima Iacq. h. Sch. I, t. 9. Botanic. magaz. t. 685. Redout lil. t. 366. Radix crassa transversa odorata. Cor. pallide violacea suaveolens, laciniis obovatis stigmatibus vix apice 2fidis crenatis, barba villis albis apice luteis. Passim in ruderibus et maceriis praesertim in collibus *taurinensibus*, in monte *Musiné*. Fl. vere. Colitur etiam in hortis, quibus raro fructus perficit. Var. colo in horto meo spathis usque 5phyllis, caule superne non flexuoso.

9 GERMANICA. I. *Caule multifloro, floribus inferioribus pedunculatis tubo corollae germinis longitudine corollae segmentis emarginatis interioribus subrotundis erectis exterioribus obovato-oblongis reflexis spathis basi foliaceis superne scariosis.*

I. violacea Savi Bot. etr. 2. 9. I. florentina id. mat. med. t. 45, Plenck. ic. l. t. 34. Red. lil. t. 309. Sibt. fl. gr. 1, t. 40. Bot. mag. t. 670. Bull. herb. t. 141. Poit. et Turp. par. l. 48. Alber. fl. med. b. 316. Radix crassa transversa odorata extus luteo-purpurea, intus alba. Caulis 1-2pedalis ramosus, ramis Iraro 2floris. Cor. inodora coeruleo-violacea, barba pilis albis, vel violaceo-pallidis apice luteis. Flores aliquando albidi, vel ochroleuci. Fl. vere. Passim in muris vetustis et dirutis.

10 FLORENTINA. I. *Caule sub 2floro, floribus sessilibus, foliis glaucescentibus, germine tubum corollae superante, laciniis interioribus erectis oblongis, exterioribus reflexis obovatis integris, spathis breviter scarioso-marginatis.*

I. alba. Savi fl. pis. l. 32. et bot. etr. 2. 9. I. pallida Ten. fl. neap. 3. 36. Ic. Plenk. ic 1. 35. Red. lil. t. 23. Bot. mag. t. 671. Alb. fl. med. t. 315. Sib. flor. gr. l. t. 39. Lob. ic. t. 59. Blackw. t. 414. Radix ut priorum: extus fusca intus alba. Caulis ramosus apice ramisque 1-2floris. Cor. alba, vel pallidissime violacea, suaveolens: barba pilis apice luteis. fl. vere. In collibus *Liguriae*, inter *Genuam* et *Pegli*. Colitur etiam in hortis. Radix ut *germanicae* et *pallidae* odorata, odorem pandit fortem gratum, suavem similem violae, et re-

sedae odoratae. Viribus congruunt cum pseudo acoro. Pharmacopolae globulos perforatos conficiunt, qui in cauteriis alligantur, ut humores vi sua acri valdopere alliciantur. Cor. I. pallidae florentinae, et germanicae colorem pulchre viridem largiuntur pictoribus.

bb. *Scapo foliis breviore.*

11 PUMILA. I. *Scapo* 1*floro foliis glaucescentibus, tubo corollae spatham inflatam virentem apice membranaceam excedente laciniis interioribus oblongis exteriores reflexas latitudine superantibus.*

Ic. Lob. Ic. t. 63. f. 1. Flore rubello ejusd. t. 65 f. 1. Caule brevissimo t. 64 f. 1. Flore luteo t. 66. Perpusilla saxatilis id. t. 67. Jacq. a. I. t. 1. Red. lil. t. 261 et 262. Poit. et Turp. par. I. 47. Bot. mag. t. 9. Hayne term. bot. t. 6. f. 2. Bessl. hor. VIII. f. 1. e.

Radix transversa extus fusca intus alba. Caulis plerumq. spithameus raro dodrantalis. Folia caule aliquando breviora. Cor. majuscula violacea, plerumque purpureo-violacea vel albida, vel luteola. Stigmata 2fida apice serrulata. Barba pilis exterioribus coerulescentibus interioribus albis apice luteis. Antherae pallide coeruleae. Odor suavis levis. In *Liguria or.* in monte *Bracco* et *occidentali*: in maritimis di *Caprazoppa*. F. vere.

## 53 GLADIOLUS.

COMMUNIS. Gl. *Herba perennis caule tereti subflexuoso bicubitali, et ultra floribus subringentibus racemosis secundis spicatis, rubris, laciniis superioribus conniventibus, inferioribus oblongo-spathulatis subaequalibus macula alba notatis, antheris filamento brevioribus vel aequalibus foliis ensiformibus nervosis acutis, vaginantibus.*

Gl. Ludovicae Jan. el. 1. Kern. hor. semp. vol. 53. t. 634. Gl. segetum R. et Sch. syst. I. 419. Ic. Bot. mag. t. 719. Reich. cent. 6. dec. 60. t. 600 f. 819. Gl. imbricatus Ten. syll. 25. Gl. byzantinus. Morett. dec. 5. 3. Gl. dubius. Guss. suppl. I. 8. Gl. italicus Gaud. fl. helv. I. 96. Ic. Lam. ill. t. 32. f. 1. Rivin mon. t. 110. Bot. mag. t. 86. Lob. ic. 98 99. Sib. flor. gr. I. t. 37. Red. lil. t. 267. Bull. herb. t. 8. Albert. fl. med. 5. t. 293. — Gl. triphyllus Sib. (Gl. hirsutus Gavvl. Bot. mag. 25. 992) quem Bertoloni legit in editis montis *Fasce* apud *Genuam* mihi videtur var. minor *caule paucifolio et paucifloro, antheris filamento brevioribus bulborum tunicis reticulato-cancellatis.* Hujus ic. vide in Reich. cent. 6. dec. 60. t. 598. f. 817. Sibt. fl. gr. I. t. 39. Zannichel. ist. t. 53.

Bulbi duo, vel plures superimpositi tunicati membrana fibrillosa fibris parallelis densis fere contiguis. Caulis non est anceps ut scripsit Vitm. sum. I. 102: foliosus foliis 3bus. Spatha floris inf. corollam saepe superat. Antherae plerumque filamenta aequant. fl. vere producto. Vulgaris apud nos in pratis exsuccis sylvis pascuis et ericetis, ubi occurrit plerumque spica pauciflora (3-5flora) floribus aliquando pallide roseis, vel albidis, et individua inveni, quibus antherae filamento breviores erant. Si stirps in pratis aridis, et pascuis, et ericetis crescit flores vix ternos habet, et folia terna. Unde firmatur sententia Gl. triphyllum var. communis esse. Caps. obtuse 3gona, obovata pyriformis: spathae duo virides margine brevissime scarioso oppositae, superior contrà scapum brevior, inferior corollae opposita longior. Caps. fere duplo longior basi lata, dein lineari, acuta. Sues bulbos in terra quaerunt quibus vescuntur. Zapata, et Prevotius in scrophulis valdopere commendarunt bulbos et contusos super tumoribus, et ulceribus impositos et in decocto, et in pulvere interne sumptos. Quibus non contradico usque dum experimentis non cognovero quae scripserunt falsa esse. Verum experiantur, quaeso, medici in teterrimo, vulgatissimo, et invicto paene hactenus morbo Xyphion Dioscoridis (4. 21) quem pro nostro Gl. communi plerique hactenus habuerunt, huc neutiquam referendum, sed ad Gl. byzantinum Gauweler (ic. Bot. magaz. t. 874. Parkins. parad. 191. fig. 3. Reich. cent. 7. dec. 65. t. 643 f. 866) in Asiae minoris, et Graeciae etiam Siciliae collibus, pratis, agris et arvis obvium qui flores habet distichos non secundos, grandes, puniceos, speciosos laxos, antheras filamento longiores lacinias superiores conniventes, suprema tecta, laterales minores, infimam et supremam latiores, tres inferiores macula longitudinali lanceolata, lutea notatas. Quorsum etiam spectare videtur icon Matthioli (com. 639) quae plantam pingit floribus neutiquam secundis, quamquam flores exigui nimis sunt ut Gl. byzantinum referant.

## 54 TRICHONEMA.

BULBOCODIUM. Ker. l. c. Tr. *Herba perennis facie croci radice bulbosa bulbo ovato-subrotundo tunicato membrana rubro-fulva demum scariosa, foliis filiformibus sulcatis flexuosis scapo sub-*

*unifloro longioribus, spatha tubum excedente, limbi laciniis acutis striatis stigmatibus antheras superantibus.*

Ixia L. sp. 51. Romulea. Marat. pl. rom. etc. 17. t. 2. Ic. Jacq. ic. plant. var. 2. t. 271. Columu. Ecphr. 2. 5. Sibt. fl. gr. 1. t. 36. Engl. bot. t. 2549. Lam. ill. t. 31. f. 1. Tr. Columnae Col. herb. ped. 5. 438. Romulea Columnae Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 18. Romulea minima Ten. mem. 117. Ixia Columnae R. et Sch. Mautis. 1. 278 etc. Cujus ic. vide in Redout. lil. 2. t. 87. f. A. et Columna Ecphr. 1. 328. fig. p. 327, etc. mihi videtur var. humilior quam Bertoloni legit *Sarzanae* in aggere di *Sarzanello*, et *Genuae* in ambulàcris pomarii principis ab *Auvia*, et quae vivit *Clavarii* in *Lig. orient.* In rupibus circa *Monaco*, Fl. primovere. Cor. albida, vel lutea, vel coerulea, intus inferne lutea, folia, et scapi exeunt e vagina radicali. Flos panditur hora ante meridiem, clauditur hora quarta vespertina.

## 55 CROCUS.

Herbae pusillae perennes bulbosae vere acaules (cum scapus nil sit nisi corollae tubus) cor. tubo longissimo capsula sub hypogea, foliis anguste linearibus supra sulcatis.

a. *Verni: foliis comitantibus florem.*

b. *Spatha 1plylla: faux corollae ciliata.*

1 VERNUS. Wild. Sp. 1. 195. Cr. *Spatha indivisa stigmatibus breviter 3fidis fauce tubi piloso-glandulosa, bulbo reticulato-fibroso, scapo sub1floro.*

Cr. sativus. Scop. carn. 1. 37. C. siculus. Guss. sup. 1. 7. Cr. albiflorus Hopp. var. fl. minore. Ic. Engl. bot. t. 344. Jacq. austr. 5. ap. t. 36. Redout. lil. t. 266. Bot. mag. t. 860. Black. t. 144. f. 2. Knor. del. hor. 1. t. 5. 110. Kniph. orig. cent. 1. t. 21. Folia primum flore breviora demum longiora, supra medio sulcata sulco albo. Color cor. varius, albo-violaceus. Stigma aureum laciniis laceris, staminibus brevius, vel longius. Antherae luteae filamento longiores. Floret primo vere. Copiosissimus in collibus, et pratis montanis. Apud nos non ascendit ad nives.

bb. *Spatha diphylla: faux cor. glabra.*

2 VERSICOLOR. Ker. in bot. mag. t. 1110. *Cr. Spatha diphylla exteriore ampliore obtusa fauce cor. glabra celluloso-luteola, stigmatibus tubulosis integris, vel crenulatis, scapo multifloro bulbi tunicis fibrosis fibris parallelis densis.*

In agro *nic.* fl. ipso februario. Species diligentius inspicienda, et viva describenda ex multis individuis inter se comparatis.

aa. *Autumnales: foliis serotinis sive vernalibus.*

b. *Spatha 1phylla.*

3 AUTUMNALIS. Mill. dict. n. 2. *Cr. Cor. tubo brevissimo, fauce nuda, stigmatibus truncatis inodoris corollam aequantibus, foliis deflexis.*

Cr. sativus All. ped. n. 310. Cand. fl. fr. 3. 241. fl. autumno in arvis. 5. Joan. Maur.

4 MEDIUS. Balb. Ad. ad. fl. ped. 83. ic. taur. et misc. bot. t. 1. b. *Cr. Stigmate 3fido incluso laciniis penicillato-multipartitis tunicis bulbi reticulato cancellatis foliis lato-linearibus hysterantiis* Bertol. non videtur differre a *nudifloro* Smith. nisi characteribus qui per gradus transeunt in nudiflorum sicut elucet mea quidem sententia ex ipsis Bertol. verbis. fl. it. 1. 219. Itaque re bene perpensa varietatem omnino habeo Cr. nudiflori Smith. Brit. 1. 41. Cr. multifidus Ramond Bull. Soc. philom. n. 41. t. 8. f. 1. Cf. etiam Goldbach monogr. generis Croci in Mem. de la Soc. des Natural. de Moscon t. 5. Moscou 1817. 142. sq. Plantam non vidi. Nescio inde an faux sit glabra, vel barbata. Quod neque Bert. neque Smith. neque Balbisius qui plantam vivam viderunt scribunt. Copiose nascitur in montibus *Liguriae orient. del Bracco* et *a Varesa* et prope *Langueglia in Lig. occid.* In locis saxosis *Tendae.* fl. autumno. Folia febr. et mart. demum prodeunt.

bb. *Spatha diphylla.*

5 SATIVUS. Cr. *Foliis erectis cor. tubo longissimo limbum excedente stigmatibus tubulosis truncatis odoratis corolla subbrevioribus corollae fauce dense barbata.*

Huc traho ic. Lam. ill. t. 30. f. 1. Colitur. Corolla violacea. Folia subtus medio alba (in cr. verno supra medio alba sunt). Crocum (stigmata ejus) veteres late excolebant, et pro suffimentis, et unguentis copiose adhibebant. Nostris temporibus usus croci minor, unde cultura ejus exigua est. Vis ejus cardiaca laetificat animum, et nervos refocillat. Si vero dosis nimia est vires opprimit, et oborta apoplexia interimit. Haemorrhoides, et menses pellere omnes scriptores consentiunt. Atque si dosis magna est haemorragias etiam ex ano, et utero ciet. Somnum arcessere et nervorum distensiones consopire certum est. Unde optime a Sydhenamo excogitata formula laudani

liquidi sui. Quod pharmacum sistit vere incomparabile. Vermes quoque pellit et interficit praesertim si cum gentiana, et jalapa jungatur. Urinam, et foetum etiam brutorum croceo colore inficit. Odor ejus non insuavis, sed gravis est. Sapor amarus. Virtus, si consenuerit, perit.

56 CNEORUM.

TRICOCCUM. Cn. *Frutex glaber inermis sempervirens humilis ramosissimus ramis erectis teretibus viridibus, foliis sparsis lanceolato-spathulatis integerrimis coriaceis subtus glaucis, floribus axillaribus luteis pedunculis* 1-3-*floris folio brevioribus bibracteatis, drupa* 3*gibberosa, exsucca, muricata rubra demum fusca.*

Ic. Lob. ic. 369. Chamaelea tricocca Gaertn. de fruct. 1. t. 70. Lam. ill. t. 27. Duham. arb. ed. 1. 1. t. 60. Altitudo vix 3pedalis. Cortex fuscus. In rupibus agri *nic.* flor. vere exeunte. Stirps amara odorata, aromatica, acris, emetica, drastica, adstringens: ideo densandis coriis apta. Usus ejus apud medicos merito exolevit.

57 ORTEGIA.

DICHOTOMA. All. fl. ped. 2. 210. O. *Herba perennis usque cubitalis procumbens scabriuscula caule* 4*gono geniculato geniculis incrassatis foliis oppositis imis ellipticis superioribus linearibus crassiusculis subtus carinatis pedunculis dichotomis subcymosis axillaribus terminalibusque floribus virentibus.*

Ic. All. mis. taurin. t. 3. t. 4. f. 1. Caulis utrinque sulcatus aliquando erectus rigens. Folia basi stipulis binis ex glandula purpurea demum nigricante. Forte est var. O. *hispanicae:* characteres enim, quibus distinguitur leves sunt, et incostantes. Circa *Giaveno.* Fl. vere exeunte.

58 POLYCHNEMUM.

ARVENSE. P. *Herba annua glabra prostrata vel adscendens caulibus caespitosis ramosis usque sesquipedalibus totis foliosis foliis sparsis subulato-*3*quetris uncinatis, strictis, floribus* 3*andris axillaribus solitariis sessilibus* 2*bracteatis, bracteis lanceolatis mucronatis, scariosis calyce* 5*sepalo albido.* Ic. Jacq. austr. 4. t. 365. Zannich. ist. t. 276. Gussone plant. rar. t. 4. f. 2. Krok fl. Sil. 1. t. 7. Lam. ill. t. 29. Aliquando puberula minute verruculosa. Bracteae quandoque calyce longiores. Utriculus fragilis albidus subrotundus. Semen nigrum lenticulare sub vitro verrucosum. Antherae purpureae. Facies Lycopodii. Fl. aest. passim in arvis.

59 POSIDONIA.

OCEANICA. Delil. aegypt. 30. P. *Herba perennis repens radicans marina submersa foliis in apice ramorum congestis basi vaginantibus, vaginis setosis linearibus longissimis obtusissimis integerrimis distichis, scapo lineari crassiusculo e foliorum centro exserto spatha diphylla foliacea basi dilatata spathillas plures fovente terminato.*

Zostera L. Mant. 123. Caulinia Cand. fl. fr. 3. 156. Kernera W. Sp. 4. 947. Posidonia Caulini. Konig. an. bot. 2. 96. Ic. Cavol. dis. Neap. 1792. Lob. ic. 251. Usteri ann. 6. 66. t. 4. Ad litus maris *nic.* Tempore nuptiarum submersa est.

60 ELYNA.

SPICATA. Schrad. fl. germ. 1. 155. E. *Herba perennis glabra* 3-4 *pollicaris calamo tereti*3*quetro nudo caepistoso foliis fasciculatis* 3*quetro subulatis contortis calamum subaequantibus margine scabris spica solitaria tenui cylindrica pollicem longa basi plerumque interrupta, spiculis* 12-20 *propriis brevibus* 2*floris androgynis bractea squamaeformi obovata obtusa uninervia convexa ferruginea glabra ad nervum viridi suffultis achenio elliptico-oblongo* 3*angulari mucronato.*

Carex Bellardi. All. ped. n. 2293. t. 92. f. 2. Kobresia scirpina W. sp. 4. 205. Carex myosuroides. Vil. delph. 2. 149. t. 6. C. hermaphrodita Gmel. syst. 139. Ic. Host. gr. a. 4. t. 77. Schk. car. t. D. f. 16. Flor. dan. t. 1529. Fl. aest. Vulgaris in pascuis montis *Cenisii:* in alpibus *di Ussey* prope *l'Autaret* in rimis saxorum: in montibus *Turlo* et *Rosa.*

61 RHYNCOSPORA.

ALBA. Vahl. enum. 2. 236. R. *Herba glabra perennis palustris repens caespitosa calamis usque pedalibus numerosis erectis vel ascendentibus superne* 3*quetris foliosis tenuibus filiformibus, foliis linearibus canaliculatis margine retrorsum asperis, floribus fasciculatis, fasciculis pedunculatis, corymbosis corymbis terminalibus, et lateralibus involucratis, involucris corymbos aequantibus, foliiformibus, spiculis filiformibus, subulatis, paucifloris albis demum*

*rubro-fuscis, squamis lanceolatis acuminatis, carinatis, diandris, setis hypogynis subdenis retrorsum asperis.*

Schoenus albus L. sp. 65. Ic. Moris. Oxon. s. 8, t. 9. fig. 39. Michel. nov. gen. t. 31. f. 31. I. Scheuz. Agr. t. 11. f. 11. Pluk Alm. t. 34. f. 11. Engl. bot. t. 985. Fl. dan. t. 320. mala, Swens. bot. t. 557. f. 1. Host. gr. a. 4. t. 72. Fl. aest. circa lacus *canapicienses:* in sylvis *Stupinicii* locis spongiosis, et secus fossas ad radices montis *Musinè:* in paludosis vallis *Arbognae:* in spongiosis vallis *Renco* in valle *Intrasca* prov. *nov.*

## 62 FIMBRYSTYLIS.

DICHOTOMA. Vahl. en. 2. 287. F. *Herba annua calamis caespitosis spithameis subcompressis, vel 3quetris striatis erectis, basi foliosis, foliis linearibus angustis acutis striatis canaliculatis, vaginantibus pubescentibus, paucis, superioribus calamum vel superantibus vel aequantibus etiam illo brevioribus, floribus umbellatis, umbella simplici, composita, decomposita, vel supra decomposita, involucris laxis ciliatis breviori spicis ovato-oblongis, squamis subulatis.*

F. annua, R. Sch. var. Scirpus dichotomus. L. sp. pl. 74. Sc. annuus. All. ped. 2. 277. t. 88. f. 6. Sc. niloticus. Gmel. syst. veg. 1. 126. Ic. Scheuz. agr. t. 9. f. 6. umbella simplici et ib. t. 9. f. 5. umbella supra decomposita. Pluk. plyt. t. 119. f. 3. Host. gr. a. 3. t. 63. Sibth. fl. gr. 1. t. 50. Fl. aest. Passim locis spongiosis, turfosis, paludosis, et oryzetis. Circa lacus *canapicienses*, praesertim *di Viverone:* in pratis paludosis *di Bolengo* et *Azeglio*, et heic *Verroni.*

## 63 SCHOENUS.

Herbae palustres perennes rigidae calamo tereti vel 3quetro, basi folioso, foliis vaginantibus spiculis glomeratis.

a. *Setae hypogynae o:*
*calamo nudo tereti.*

1. MUCRONATUS. Sch. *Calamo nudo tereti spicis fasciculatis compressis involucro 3-6phyllo longissimo reflexo foliis rigidis mucronatis calamo longioribus.*

Ic. Zannich. ist. t. 16. Michel. gen. t. 31. Sibt. fl. gr. 1. t. 43. Host. gr. a. 4. t. 70. Bon. pamph. t. 12. Glox. obs. t. 3. (cyperus aegyptiacus). Herba glabra facie Cyperi, repens stolonibus squamatis fuscis, fibris lanuginosis. Calamus usque semipedalis: spiculae congestae sessiles in apice calami: folia aliquando calamo breviora. fl. vere. In litore maris *ligustici* locis palustribus.

aa. *Setae hypogynae;*
*calamo nudo tereti.*

b. *Spicis in unum capitulum congestis.*

2 NIGRICANS. Sch. *Spicis capitato-fasciculatis terminalibus, valva involucri diphylli inaequalis colorati altera fasciculum superante, setis brevibus vel obsoletis, antheris laevibus.*

Ic. Zannich. ist. t. 41. Scheuz. agr. t. 7. f. 12-14. Moris. ox. s. 8. t. 10. f. 28. Engl. bot. t. 1121. Lam. ill. t. 38. f. 1. Host. gr. a. 3. t. 51. Radix minime repens, folia inaequalia setacea rigida superne margine retrorsum aspera calamo breviora sub3quetra. Vaginae foliis latiores fissae margine scarioso nigricantes, Ligula brevissima. Calàmi apice incrassati, caespitosi usque bipedales, aliquando minimi, pollicares. Capitulum ovatum nigricans. Valva involucri inferior lata ovata concava, nigrescens, cartilaginea longe mucronata: superior similis sed minor. Spiculae ovato-oblongae fuscae subpedicellatae, nitidae. Caryopsis albida 3quetro-subrotunda cincta setis paucis brevibus fuscis, aliquando nullis. Antherae lineares luteae. Fl. vere exeunte. Frequens in locis paludosis, fossis, et oryzetis, ad aquarum scaturigines montium, et collium.

bb. *Spicis in duo capitula distinctis.*

3 FERRUGINEUS. Sch. *Spiculis geminis terminalibus involucri valva exteriore spiculam aequante setis hypogynis tribus aequalibus involucro 1plyllo antheris apice aristatis.*

Chaetospora ferruginea Reich. germ. 74. Streblidia Link. hor. 1. 276. Ic. Host. gr. a. 4. t. 71. Schrad. fl. germ. t. 1. f. 4. Moris. ox. s. 8. t. 12. f. 40. Facies prioris, tamen minor, aliquando vero usque pedalis. Folia brevissima tota laevia. Capitulum ellipticum. Spiculae 2 vel raro 3 distinctae, fuscae. Iuvolucrum 1phyllum apice 2fidum longe mucronatum mucrone viridi apice fusco spiculas vix aequante. Spicula superior etiam involucrata est, involucro breviore. Involucrum itaque vere duplex est. Antherae lutae. Ad lacum *di Avigliana:* in alveo armnis *Sturae* prope *Cuneum.* Fl. vere exeunte.

## 64 SCIRPUS.

Herbae perennes (raro annuae) palustres calamo nudo basi folioso.

a. *Spica terminali solitaria.*
b. *Stylo basi bulboso.*
c. *Setae hypogynae.*
d. *Calamo tereti.*

1. PALUSTRIS. Sc. *Spica multiflora squamis infimis latioribus, aliis acutis,*

*triandris, stigmatibus duobus, radice repente, nucula laevi.*

Eleocharis. R. et Sch. Syst. 2. 151. Ic. Moris. ox. s. 8. t. 10. et 16, fig. 32, 33. Loes. prus. t. 36. Scheuz. agr. t. 7. f. 17. Flor. dan. t. 273. Svens. bot. t. 257. Poit. et Turp. par. 1. t. 59. et 61. et mem. du Mus. d'his. nat. 5. t. 30. f. 17. 18. Lob. ic. 86. Leers. herb. t. 1. f. 3. Host. gr. a. 3. t. 55. Radix fusca squamosa squamis obscure rubris. Calami caespitosi striati inaequales basi vagina aphylla truncata fusca, aliquando subcompressi longitudine varii a 2 poll. usque 3pedales: minores si extra aquam vivunt. Spica ovata nuda. Squamae 2 infimae steriles; omnes fuscae marginibus scariosis. Stigma puberulum. Nucula obovata compressa nitide fusca, obsolete mucronata. Setae retrorsum asperae numero variae fructu longiores. Passim in fossis paludibus oryzetis, quibus etiam 3pedalis fit, Quae in terra coenosa vivit pollicem aliquando vix excedit. Talem collegi Benuae in arvis dictis *della fornace*. Fl. aest.

dd. *Subcompresso.*

2 OVATUS. Roth. catal. bot. 1. 5. Sc. *Spica ovata multiflora squamis obtusis diandris, vaginis aphyllis, stigmatibus duobus, radice fibrosa, nucula laevi.*

Eleocharis. R. et Sch. l. c. Scirpus turgidus. Pers. ench. 1. 66. Sc. capitatus. Schreb. spic. fl. lips. 60. Ic. Moris. oxon. s. 8. t. 10. fig. 34? Flor. dan. t. 1801. Host. gr. a. 3. t. 56. Calami caespitosi inaequales 1-2 pollicares usque pedales. Spica aliquando subglobosa. Squamae omnes fertiles, et obtusae sunt: quandoque tamen 3andrae. Parum differt a palustri, si recesseris a radice, quae in hoc fibrosa est, in illo repens. Dubito utrum species distincta ab illo sit. Vulgaris in oryzetis. Fl. aest.

cc. *Setae hypogynae o: calamo 4gono.*

3 ACICULARIS. Sc. *Spica ovata pauciflora squamis subaequalibus obtusiusculis, calamo foliisque setaceis, setis hypogynis deciduis vaginis muticis aphyllis nucula costata, stigmatibus tribus radice repente.*

Eleocharis. R. et Sch. l. c. Ic. Bocc. pl. sic. t. 20. f. 4. Moris. ox. s. 8. t. 10. f. 37. Pluk. phyt. t. 40. f. 7. Engl. bot. t. 749. Hook. flor. lond. ed. Graves. 4. t. 11. Host. gr. a. 3. t. 60. Fl. dan. t. 287. Herba pusilla. Calami vix spithamei, gracillimi: spica fulva. Fl. aest. passim locis inundatis, fossis, paludibus, oryzetis.

bb. *Stylo basi aequali: setis hypogynis: calamo tereti.*

4 CAESPITOSUS. Sc. *Spica pauciflora squamis infimis involucrum aemulantibus altera spicam aequante, calamo striato vaginis foliaceo-mucronatis, radicibus squamula interstinctis.*

Sc. Baeothrion Balb. mis. 1. 7. excl. syn. Eleocharis caespitosa Hook. brit. 24. Baeothrion caespitosum Dieterich in W. sp. edit. 2. 1. 89. Ic. Scheuz. Agr. t. 7. f. 18. J. Bah. his. 2. 523. Engl. bot. t. 1029. Fl. dan. t. 1861. Krok. Sil. 1. t. 14. Host. gr. a. 3. t. 59.

Radix fibrosa. Calami caespitosi usque spithamei, nonnullis sterilibus. Spicula parva. Antherae elongatae lineares, flavae. Nucula 3quetra laevis setis glabris brevior. Fl. aest. passim in spongiosis palustribus, et oryzetis.

5 NANUS. Spreng. pugil. 1. 4. Sc. *Spica ovata acuta pauciflora squamis obtusiusculis carinatis, vaginis nullis foliis radicalibus teretiusculis.*

Sc. parvulus. R. Sch. l. c. 2. 124. Sc. fluitans Spr. Mant. 1. 4. Eleogiton parvulum Link. h. ber. 1. 285. Baeothrion nanum. Dieter. l. c. Herbula vix 2pollicaris glabra pallide virens, basi albicans, calamis caespitosis filiformibus, foliis longioribus: spica virens. Stigma 3fidum. Nucula laevis ovato-3quetra mucronata albida setis retrorsum asperis brevior. Fl. aest. In palustribus prope *Spediam* in *Lig. orient.*

aa. *Spicis lateralibus aggregatis.*

b. *Setae hypogynae.*

6 MUCRONATUS. Sc. *Spicis glomeratis sessilibus, stigmatibus tribus calami 3quetri sulcati glabri lateribus excavatis apice demum horizontaliter retrofracto acuto mucronato vaginis aphyllis radice parce repente.*

Sc. glomeratus Host. gr. a. 4. 63. Ic. Scheuz. Agr. t. 9. f. 14. Delil. Egypt. ed. 2. 19. t. 7. f. 3. Herba usque 2pedalis: spiculae usque 20, inaequales cylindricae ovatae: calami substantia cellulari alba molli, et spongiosa farcti. Nux 3gona obovata transverse rugosa albida setis retrorsum asperis inaequalibus brevior. Fl. aest. In palustribus et oryzetis. Vulgatissima apud nos praesertim in oryzetis Massazzae, et Villanovae quibus locis vocatur *Lanz.*

7 TRIQUETER. Sc. *Umbella spuria laterali spiculis plerisque pedunculatis squamis ciliato-laceris setis hypogynis intus retrorsum asperis antheris aristatis, stigmatibus binis culmi triquetri apice recto, vaginis foliiferis radice repente.*

Sc. mucronatus Host. gr. a. 3. 66. Ic. Pluk. phyt. t. 40. f. 2. Hook. l. c. 4. t. 9. Engl. bot. t. 1694. Flor. dan. t. 1983. Herba usque 3pedalis calamo nudo vagina plerumque unica foliaceo-

mucronata. Involucrum 1phyllum umbellam brevem superans. Spiculae in apice radiorum paucae ovatae breves obtusae ferrugineae bracteis in basi radiorum acuminatis, nucula compressa obovata mucronulata laevi nitida ferruginea. Fl. aest. passim in locis inundatis spongiosis, paludosis, in fossis oryzarum et ripis amnium, fluviorum, torrentium.

8 LITORALIS. Schrad. fl. germ. l. 142. t. 5. f. 7. Sc. *Umbella spuria laterali supra-decomposita apice rectiuscula spicis solitariis glumis margine integris setis hypogynis intus sursum barbatis calami 3quetri apice rectiusculo stigmatibus duobus, vaginis foliiferis radice repente.*

Sc. fimbrisetus Delil Ægypt. t. 7. Ic. Mich. gen. t. 31. Herba prioris major usque 4pedalis et ultra umbella paniculata effusa involucro universali aliquando diphyllo maior: spiculae solitariae in apice radiorum: squamae ferrugineae margine scariosae imae aliquando majores, et steriles. Fl. aest. In palustribus ad *Albingannum iu Liguria occidua.*

bb. *Setis o.*

z. *Radice repente.*

9 PUNGENS. Vahl enum. 2. 255. *Sc. glomerulo laterali nudo squamis ovato-subrotundis apice 2fidis, antheris aristatis, stigmatibus duobus calami 3quetri apice recto vaginis foliiferis radice tunicata articulata.*

Sc. triqueter b W. sp. l. 303. Sc. triqueter Flora dan. t. 1563. Sc. mucronatus. Roth. germ. l. 23. 2. 60. Sc. Rothii. Sturm. Deut. fl. I. 36. Sc. tenuifolius Cand. fl. fr. 5. 300. Sc. mucronatus All. ped. 2. 277. Ic. Moris. ox. s. 8. t. 10. f. 20. Calamus usque sesquipedalis folia basi 3-4 mucronata mucrone pungente. Spiculae laterales nudae congestae paucae, aliquando solitariae ferrugineae sessiles: in basi glomeruli involucrum 1phyllum pollicare foliiforme. Nucula ochroleuca obovata marginata. In litore maris *Niceae* et *Uneliae* et ripis fluviorum et torrentium etc. Fl. aest.

10 HOLOSCHOENUS. Sc. *Capitulis globosis sessilibus pedunculatisve subcymosis involucro 1phyllo reflexo squamis ovatis pubescentibus, calamo tereti.*

Var. a. *vaginis foliiferis.* Isolepis Holoschoenus. R. Sch. syst. 2. 115. Holoschoenus vulgaris. Link. hor. ber. l. 293. Ic. Moris. oxon. s. 8. t. 10. f. 17. Scheuz. agr. t. 8. f. 2-5. Pluk. phyt. t. 40. f. 4. Engl. bot. t. 1612.

b. *Calamo breviore capitulis pusillis paucis, vel solitariis.* Sc. australis L. sp. ed. 13. Sc. romanus b Lin. sp. 72. Sc. Holoschoenus b. Vahl. enum. 2. 261. Isolepis Holoschoenus b R. Sch. syst. 2. 115. Holoschoenus vulgaris Diet. in W. sp. l. 163. Ic. Zann. ist. t. 45. f. 2. Pluk. phyt. t. 40. f. 5.

c. *Humilis. capitulis crassioribus subsolitariis.* Ic. Scheuz. agr. t. 8. f. 6. Sc. Holoschoenus Host. gr. a. 3. t. 62.

Herba valde ludibunda calamo usque 3pedali basi folioso foliis semiteretibus mucronatis calamo ut plurimum brevioribus. Stigmata 3. Caryopsis obovata 3quetra punctato-scabra, atra. In pascuis humidis et spongiosis passim. Var. c. frequens in litore maris, sed vulgaris etiam alibi. Fl. aest.

zz. *Radice fibrosa annua.*

11 SETACEUS. Sc. *Spicis geminis sessilibus, involucro diphyllo, caryopside costato-striata calamo tereti filiformi vagina foliifera.*

Isolepis R. Br. pr. l. 122. Ic. Moris. ox. s. 8. t. 10. f. 23. Engl. bot. t. 1693. Flor. dan. t. 311. Hook. l. c. 4. t. 10. Poit. et Turp. par. I. t. 68. Host. gr. a. 3. t. 65. Leers. herb. t. 1. f. 6. Herba pusilla vix 3pollicaris. Calami foliaque pauca his breviora setacea. Spicae aliquando usque 4paulo sub apice calami spiculae ovatae sessiles inaequales virides vel ferrugineae. Involucrum diphyllum altero spiculas valde superante altero eas aequante. Stigma profunde 3fidum stylo obsoleto. Fl. aest. Passim in ripis arenosis fluminum amnium, torrentium, fossis, etc., ego collegi in arvis humidis, et spongiosis *Candeli*, et *Bennae*, loco praesertim dicto la *Fornace.*

12 SAVII. Sebast. et Maur. prodr. fl. rom. 22. Sc. *Spicis geminis obtusis sessilibus involucro diphyllo caryopside tuberculata calamo foliisque setaceis, strictis.*

Sc. filiformis. Savi fl. pis. l. 46. Sc. setaceus Bivon. cent. l. 72. Sc. acicularis ab Ucr. hor. reg. panorm. 52. Isolepis Saviana R. et Sch. Mant. 2. 63. I. sicula Presl. cyp. et gr. sic. 13. Spiculae raro tres vel quatuor. Ceterum vix differt a setaceo *nucula tuberculata.* Fl. aest. In Liguria *occidua a Pegli.*

13 SUPINUS. Sc. *Spicis subternis sessilibus in medio calami teretis striati, involucro 1phyllo elongato nucula turbinato-3quetra nigra transverse rugoso-undulata, stigmatibus tribus.*

Isolepis supina a R. Sch. syst. 2. 107. Ic. Host. gr. a. 3. 64. Schrad. fl. germ. l. t. 1. f. 1. Herba altitudine varia a pollice ad pedem. Calami caespitosi: folia brevissima: spiculae usque 8 ali-

quando subapice calami insertae, ovatae pallide virentes vel ferrugineae. Fl. aest. In locis paludosis, et spongiosis praesertim circa *Segusium* in ripis *Durae:* in pascuis uliginosis di *Vinzaglio* et *Confienza* etc.

aaa. *Spicis terminalibus aggregatis.*

b. *Stylo basi aequali: setae hypogynae.*

c. *Calamo tereti: radice repente.*

14. CARICINUS. Schrad. fl. germ. I. 132. Sc. *Spica composita disticha spiculis multifloris involucro spicam superante calamo teretiusculo superne 3gono foliis canaliculato-carinatis nucula subtus setosa.*

Sc. caricis. W. Sp. I, 292. Sc. compressus. Pers. En. 1. 66. Schoenus compressus. L. sp. 65. Blismus compressus Panz. in R. Sch. Mant. 2. 41. Ic. Michel. gen. t. 31. f. K. Engl. Bot. t. 791. Poll. palat. I. t. I. f. 2. Leers. herb. t. I. f. 1. Scheuz. Agr. t. II. f. 6. Pluk. Phyt. t. 34. f. 9. Host. gr. a. 3. t. 57. Herba plerumque humilis aliquando tamen pedalis et ultra. Folia calamo ut plurimum longiora. Spica ferruginea. Involucrum aliquando diphyllum. Spiculae omnes bracteatae bracteis squama majoribus. Antherae aristatae. Stigmata duo. Caryopsis straminea nitida longe rostellata. Setae ferrugineae nucula longiores retrorsum asperae. Fl. aest. Vulgaris in spongiosis, et humidis ad radices montium. Facies caricis.

15 LACUSTRIS. Sc: *Cyma decomposita spiculis ovatis glabris involucro oligophyllo cyma breviore, stylo 3fido calamo tereti vaginis superioribus subfoliiferis.*

Sc. glaucus. Smith. fl. br. I. 57. et Engl. bot. t. 2321. Sc. Tabernamontani Gmel. fl. bad. I. 101. Ic. Engl. bot. t. 606. Hook. l. c. 4. t. 7. Flor. dan. t. 454. et 1142. Host. gr. a. 3. t. 61. Herba altissima usque 10pedalis calamo solitario superne attenuato: involucri foliolum longius rectum si planta debilis est cymam superat: umbella parva contracta radiis inaequalibus subsecundis spiculis ovatis turgidis ferrugineis: squamae margine ciliato-lacero extus scabrae rufo-punctatae, vel lineatae. Stigmata aliquando duo. Caryopsis fusca hinc plana inde convexa apice 3-gona. Setae fuscae retrorsum asperae nuculam ut plurimum superantes. Stirps virens, aliquando glauca. Fl. aest. vulgaris in ripis lacum, et aquis stagnantibus, ad oras fluminum amnium torrentium, etc., ubi aqua lente movetur.

cc. *Calamo angulato: radice repente.*

16 MARITIMUS. Sc. *Panicula conglobata foliosa spiculis fasciculatis squamis laceris 3dentatis calamo 3quetro superne aspero vaginis foliiferis radice nodosa tunicata.*

Sc. tuberosus Dest. Atl. I. 50. Ic. Moris. Ox. s. 8, t. 11, f. 25. et f. 9. Zannich. ist. t. 50. Scheuz. Agr. t. 9. f. 9. 10. Krok. Sil. I. t. 15. Host. gr. a. 3. t. 67. Engl. bot. t. 542. Curt. fl. lond. ed. Graves. 3. t. 10. Flor. dan. t. 937. Var. Spicis elongatis cylindricis tenuioribus Sc. macrostachys W. enum. Hor. Ber. 1. 78. Ic. Scheuz. Agr. t. 9. f. 7. 8. Bonan. Pamph. t. 12. Calamus usque 3pedalis: squamae 3-5dentatae dente medio aristato reflexo. Involucrum polyphyllum umbellam superans: filamenta dilatata membranacea: antherae lineares aristatae: stigmata 3: setae fuscae nucula breviores. Fl. aest. In spongiosis et inundatis et palustribus, in ripis fluviorum, ad oras lacuum etc. vulgaris.

17. SYLVATICUS. Sc. *panicula supra decomposita involucro polyphyllo spiculis ovoideis squamis mucronatis, calamo supra basim 3gono folioso pedicellis bracteatis bractea scariosa vaginiformi fimbriata.*

Ic. Moris. ox. s. 8. t. II. f. 15. Host. gr. a. 3. t. 68. Engl. bot. t. 919. Leers Herb. t. I. f. 4. Loes. prus. t. 33. Lam. illus. t. 38. f. 2. Flor. dan. t. 307. Calamus usque 4pedalis totus fere foliosus: folia carinata margine carinaque retrorsum asperrima, ima breviora, calamum non excedentia. Umbella inaequalis radiis corymbiferis. Stigmata 3. Caryopsis 3quetra turbinata, laevis nitida fusco-virens. Setae retrorsum asperae caryopsidem non excedentes. Fl. aest. Vulgaris ubique in fossis et paludibus, oryzetis, ripis fluminum, amnium torrentium lacuum ubi aquae lentae moventur.

bb. *Stylo basi aequali: setae o: calamo angulato: radice fibrosa annua.*

18. MICHELIANUS. Sc. *Spicis oblongis glomerato-capitatis, involucro polyphyllo elongato, calamo 3gono, vaginis foliiferis.*

Ic. Tilli cat. hor. pis. t. 20. f. 5. Host. gr. a. 3. t. 69. Calami caespitosi vix spithamei, foliis plerumque breviores. Stigmata 2. Nux 3quetra pusilla laevis. Transitum facit a Scirpo ad Cysperum. Fl. autumno. Passim locis humidis et sabulosis in ripis *Padi* fluminis: in pratis humentibus di *Bolengo*, et *Azeglio*, oris, et ripis lacuum, fluminum, torrentium etc.

## 65 CYPERUS.

Herbae radice fibrosa vel repente ca-

amo 3gono basi folioso foliis linearibus spiculis aggregatis terminalibus involucratis compressis.

a. *Spicis aggregatis.*

I MUCRONATUS. Retz. obs. 5. 10. Cyp. *Spicis subquinis lanceolatis aggregatis sublateralibus sessilibus involucratis involucro diphyllo altero elongato recto calamo 3gono apice acuto inferne tereti radice repente.*

Cyp. distachyos. All. auct. 48. t. 2. f. 5. Cyp. junciformis. Cavan. Ic. et descr. 3. 2. t. 204. f. 1. Desf. fl. atl. 1. t. 7. f. I. Sib. fl. gr. I. t. 49. Herba humilis plerumque 2-3 pollicaris aliquando tamen usque pedalis: vaginae superiores foliiferae foliis brevibus striatis subulatis canaliculatis mucronatis calamo brevioribus: stigmata 2 exserta. Fl. vere, et aest. Locis paludosis prope *Nicaeam*, et ad flumen *Varum:* in spongiosis circa *Varallum*, et *Scopam.*

aa. *Spicis capitatis.*

2 GLOBOSUS. All. auct. 49. Cyp. *Spicis glomerato-capitatis patulis lineari-lanceolatis involucro 4phyllo longissimo reflexo calamo 3quetro folia radicalia aequante radice fibrosa annua.*

Cyp. fascicularis Cand. fl. fr. 3. 722. Ic. Reich. cent. 3. t. 229. f. 378. Herba glabra pusilla plerumque pollicaris aliquando tamen usque dodrantalis. folia superiora longiora calamum utplurimum superantia: capitulum globosum. In ripis fluminis *Vari* in agro *nic.* Fl. aest.

aaa. *Umbella composita.*

b. *Spicis digitatis aut umbellatis.*

3 FLAVESCENS. Cyp. *Umbella subcomposita spicis oblongis obtusis subquaternis fasciculatis stigmatibus 2, involucro sub3phyllo foliisque angustissimis linearibus umbellam superante, radice fibrosa annua.*

Ic. Moris. ox. s. 8. t. 11. f. 37. Scheuz. agr. t. 8. f. 13. Lam. ill. t. 38. f. I. Krok. sil. I. t. 11. Host. gr. a. 3. t. 72. Fl. dan. t. 1682. Sib. flor. gr. I. t. 47. Poit. et Turp. par. I. t. 74. Schk. hand. t. 7. Herba plerumque pusilla aliquando tamen luxuriat et usque pedalis fit. folia calamo breviora inaequalia vaginis brevibus scariosis tubulosis superne fissis. Radii umbellae inaequales inferne crassiores basi vaginati, 3-5 spiculas gerentes ovatas lanceolatas flavescentes spica in centro sessili. In individuis macris aliquando spica unica est. Caryopsis minima matura fusca punctato-scabra, lenticularis hinc inde convexa apiculata Fl. aest. vulgatissima in paludosis, et spongiosis, fossis, oryzetis, etc.

bb. *Spicis spicatis racemosis aut corymbosis.*

4 OLIVARIS. Targioni mem. Soc. ital. 13. 338. Cyp. *Spicis lanceolatis sessilibus, alternis horizontalibus, squamis incurvis genitalibus longissime exsertis involucro 3phyllo latiusculo umbellam subaequante foliis calamo brevioribus radice fibroso-ramulosissima stolonifero-nodosa tuberibus ovoideis remote catenatis subzonatis.*

C. tetrastachys. Presl. Cyp. et gr. sic. 16. C. rotundus Cand. fl. fr. 3. 146. C. esculentus. Savi fl. pis. I. 40 C. longus. Tur. Sp. plan. agr. Ciav. b. Ic. Sibt. fl. gr. 1. t. 45. Tubera amara sunt sed odorata. Calamus humilis aliquando tamen usque pedalis. Stigmata 3longissima. Caryopsis 3quetra mucronata glabra. Copiose crescit circa *Clavarum* in *Liguria orient.* Fl. aest.

5 FUSCUS. Cyp. *Spicis lineari-lanceolatis fasciculato-corymbosis squamis patentibus fuscis involucro 3phyllo umbella longiore stigmatibus 3 foliis latiusculis radice fibrosa annua.*

Ic. Moris. ox s. 8. t. II. f. 38. Sib. Flor. Gr. I. t. 48. Hook. l. c. 4. t. 6 Engl. bot. t. 2629. Fl. dan. t. 179. Turp. et Toit. par. t. 75. Host gr. a. 3. t. 73. Leers herb. t. 1. f. 2. Krok. Sil. I. t. I2. Trag. 679. J. Bah. His. 2 471. Sch. hand. t. 7. Admodum similis flavescenti: hictamen altior. Caryopsis laevis 3quetra nitida, apiculata alba (*fusca Gaud*).

6 GLABER. Cyp. *Spicis lanceolatis glomeratis squamis obtusis mucronatis nervosis involucro 3phyllo longissimo foliisque planis margine serrulatis stigmatibus 2 radice fibrosa annua.*

C. pictus. Ten. fl. neap. 3. 47. C. brachy-stachys Presl. l. c. I5. Ic. Seguier sup. t. 2. f. I. Reich. cent. 3. t. 204. f. 347. Calamus usque 2pedalis: involucrum aliquando hexaphyllum. Fl. aut. in fossis, et locis spongiosis passim. praesertim in oris lacuum.

bbb. *Spicis glomerato-capitatis.*

7. DIFFORMIS. Cyp. *Spicis linearibus confertissimis globoso-capitatis capitulis pedunculatis sessilibusque squamis orbiculatis involucro 3phyllo umbellam superante radice fibrosa annua.*

Ic. Pluk. Phyt. t. 192. f. 3. Rottb. gr. t. 9. fig. 2. Sib. fl. gr. l. t. 46. Calamus altitudine varius 6pollic. usque pedalis, et ultra, caespitosus: involucrum utplurimum diphyllum longissimum. Fl. aest. Copiose crescit in oryzetis.

aaaa. *Umbella decomposita vel supra-decomposita.*

b. *Spicis spicatis racemosis, aut corymbosis.*

c. *Stigmata* 3.

8. LONGUS. Cyp. *Spicis lineari-lanceolatis. erecto-patentibus spicato-racemosis squamis lanceolatis obtusiusculis retusis, umbellae radiis erectis, involucro universali polyphyllo longissimo, partialibus abbreviatis, stigmatibus* 3, *caryopside 3quetra superne incrassata mucronata nitida, radice repente tortuoso-tuberosa crasse stolonifera.*

C. myrio-stachys. Ten. fl. neap. 3. 47. non Syll. C. intermedius. Guss. Sup. 1. 10. C. badius. Desf. Atl. 1. t. 7. f. 2. C. tenuiflorus Presl. l. c. 15. Ic. Moris ox s. 8. t. II. f. I3. Michel. gen. t. 3I. f. 1. Scheuz. Agr. t. 8. f. 12. Host. gr. a. 3. t. 76. Engl. bot. t. 1309. Plenck. ic. med. I. t. 39. Jacq. ic. rar. 2 t. 297. Dalech. his. I. 991-2. Lob. ic. 75. id. obs. 40. Tabem. 656. Matt. Com. 26. Dodon. pempt. 338. Gerard. 3. Fuchs hist. 453. Camer. epit. 9. Trag. 915.

Radix extus rufa vel fusca intus pallide rosea squamosa odorata fragrans praesertim cum exaruerit. Calamus usque 4pedalis. Folia aliquando calamum superant, non raro breviora sunt margine modo scabra, modo laevia. Fl. aest. Passim in ripis fluminum et lacuum quibus aqua lente movetur. Prope *Taurinum* locis a *Pado* inundatis: in uliginosis *Vallis Ticini:* in ripis lacuum *Candiae*, et *Viveroni* etc. Radix eius calefacit, et vires reficit praesertim viscerum quae sanguini parando dicata sunt. Ideoque menses pellit, et flatus si vires infirmae non suppressae sunt. In febribus intermittentibus, et cachexia cum Cortice peruviano, Sale ammoniaco, Cinuamomo. Zedoaria, Zingibere, Cardamomo, Rheo et Myrrha febrem comprimit et vires refocillat morbique reditum avertit: Valeriana, et Chamomilla addenda est, si aeger teneritudine, et nervorum distensione laborat. Nostris diebus immerito exolevit.

cc. *Stigmata* 2.

9 MONTI. Cyp. *Spicis lanceolatis patulis spicato-corymbosis squamis hiantibus obtusiusculis nervosis involucro universali subdiphyllo umbellam superante longissimo usque 2pedali, partialibus nullis, stigmatibus duobus, caryopside lenticulari obovata striata, calamo 3quetro radice repente.*

C. serotinus Rottb. gr. 3I. Ic. Monti Cat. stirp. agri bonon. t. I. f. 2. Host. gr. a. 4. t. 67.

Radix repens . articulata articulis remotis squamatis. Calamus usque 3pedalis. Involucrum apud nos 3phyllum. Passim locis inundatis, ad oras lacuum, in ripis fluminum, paludibus, oryzetis etc. Fl. aest.

bb. *Spicis glomeratis, aut capitatis.*

10 GLOMERATUS. Cyp. *Spicis subulatis teretibus multifloris glomerato-capitatis, glomerulis densissimis, cylindricis vel globosis, capitulis oblongis squamis acutis involucro 3-6phyllo longissimo culmo 3quetro nudo stigmatibus* 3 *radice fibrosa ex collo stolonifera.*

C. australis Schrad. fl. germ. I. 116. Ic. Seguier sup. t. 2. f. 2. Host. gr. a. 3. t. 71. Stirps plerumque humilis verum aliquando usque 3pedalis. Radix stolonifera stolonibus articulatis in articulis squamatis. Spiculae sessiles ferrugineae. Herba valde ludibunda. Fl. aest. Copiosa crescit in alveis aquarum lente fluentium, vel ripis lacuum, oryzetis, fossis, paludibus, locis inundatis, et spongiosis.

## 66 ERIOPHORUM.

Herbae perennes alpinae in uliginosis nascentes radice repente vel fibrosa calamo nudo basi vaginato vaginis foliiferis spicis ovatis vel subglobosis longe setosis, setis comantibus.

a. *Setae hypogynae 4-6 post nuptias in comam crispulo-flexuosam erectam mutatae.*

1 ALPINUM. E. *Calamo 3quetro, foliis brevissimis spica oblonga pauciflora solitaria radice repente.*

E. Bellardi. Coll. H. ped. 5. 561 var. *foliis elongatis squama infima remota involucriformi.* Trichophorum. Pers. en. I. 70. Linagrostis alpina Scop. Carn. 1. 48. Ic. Scheuz. Agr. prodr. t. 8. et Agr. t. 7. f. 4. Krok. Sil. I t. 17. Engl. bot. t. 311. Flor. dan. t. 620. Host. gr. a. 1. t. 40.

Calami caespitosi vix spithamei angulis retrorsum asperis basi vaginati vaginis supremis paucis foliiferis. foliis mucronatis retrorsum asperis. Spicula flavescens vel ferruginea. Squamae imae steriles, majores involucriformes, una majore mucronato-foliacea. Stigmata 3. Caryopsis laevis 3quetra oblonga apiculata. Lana nivea perstat. Fl. aest. In monte *Turlo:* in summis jugis di *Viù* locis irriguis a nive deliquescente.

aa. *Setae hypogynae multae post nuptias in comam pilis rectis elongatis commutatae.*

b. *Spica unica terminali.*

c. *Radice fibrosa vel parce repente.*

2. VAGINATUM. E. *Calamo superne 3quetro glabro foliis margine retrorsum asperis, vaginis inflatis spica oblongo-ovata antheris linearibus.*

E. caespitosum. Schrad. Fl. germ. I. 150. Host. gr. a. I. t. 39. Linagrostis vaginata Scop. Fl. carn. I. 47. Ic. Scheuz. prod. t. 7. fig. sin. ejusd. agr. t. 7. fig. I. 3. Monti catal. 29. fig. K. I. Engl. bot. t. 873. Fl. dan. t. 236. Curt. l. c. 2. t. 6. Poit. et Turp. l. c. t. 49. Radix vix repens: calami usque pedales dense caespitosi articulati apice incrassati fere toti vaginis tecti: vagina infima foliifera: spica fusca articulata: squamae plures inferiores steriles: pili primum nivei dein sordide albi. Fl. aest. In locis humidis et uliginosis alpium ad cursus aquarum.

cc. *Radice late repente.*

3. CAPITATUM. Host. gr. a. I. t. 38. E. *Calamo tereti glabro vaginis tubulosis suprema subinflata foliis glabris spica rotunda antheris ovatis.*

E. Scheuzeri. Hoppe Taschenb. 1800. 104. Ic. Scheuz. prodr. t. 7. fig. dextr. Engl. bot. t. 2387. Fl. dan. t. 1502. Herba humilis raro pedalis inferne foliosa radice late repente, calamis caespitosis: folia in caespitibus distinctis numerosa, subulato-canaliculata. Calami duo vel tria, superiore vagina aphylla vel brevissime foliacea: squamae fuscae margine scarioso nervo viridi unico, omnes conformes et fertiles, infima tamen majore sterili involucriformi: caryopsis laevis mucronulata oblonga compressa sub3quetra: villi primum nivei demum sordide rubentes. In monte *Cenisio*, in alpe di *Ceresole* retro il *Nuvolè*. F. aest.

bb. *Spicis pluribus.*

c. *Radice fibrosa, vel parce repente.*

4. LATIFOLIUM. Hoppe Taschen. 1800. E. *Calamo sub3gono foliis planiusculis apice 3quetris pedunculis retrorsum scabris.*

E. pubescens, Smith. brit. I. 68. excl. synon. Poit. et Turp. E. polystachyum b. L. Fl. svecica 47. E. polystachyum All. ped. 2. 279. E. vulgare Pers. en. I. 70. Ic. Barrel. 12. f. media. Monti cat. 28. fig. K. I. sinis. Engl. bot. t. 2633. Host. gr. a. 4. t. 73. Herba parce repens calamis laevibus teretibus superne obsolete 3gonis pedalibus, et ultra, foliis planis apice 3quetris margine retrorsum asperis. Vaginae inferiores aphyllae, superiores foliiferae: panicula saepe composita, involucro polyphyllo foliis inaequalibus spica evoluta brevioribus: pedunculi primum brevissimi subnulli demum post nuptias elongati scabri subsecundi obsolete 3goni aliquibus apice ramosis, spicis pendulis; squamae omnes fertiles lanceolatae primum viridulae demum ferrugineae oris scariosis albidis: caryopsis 3quetra laevis ferruginea: coma nivea demum sordide alba. E. polystachyum L. Sp. 76 omnino varietatem habeo eo quod non differt nisi characteribus laevibus et inconstantibus. Ideoque huc faciunt icones Leers herb. t. 1. f. 5. et Engl. bot. t. 563. Fl. aest. vulgaris in locis spongiosis, et uliginosis alpium.

cc. *Radice late repente.*

5. ANGUSTIFOLIUM. Reich. fl. moeno-franc. 165. E. *Calamo sub3gono foliis canaliculato-3quetris pedunculis glabris simplicibus compressis.* Var. spicis subsessilibus: quorsum spectat ic Vaillantii par. t. 16. f. 1. a., et aliquando foliis latioribus. E. polystachyon Curt l. c. 2. t. 7. Host. gr. a. I. t. 37. E Vaillantii Poit. et Turp. par. t. 52. Calami usque 2pedales ante nuptias breviores parce foliosi: folia radicalia longissima: involucrum prioris: squamae ovato-lanceolatae primum roseo-virentes demum albidae scariosae basi lividae: caryopsis ferruginea nitida 3quetra elongata. Fl. aest. passim in summis alpibus locis irriguis uliginosis, et spongiosis: praesertim in valle *Formazza*, di *Vedro*, et *Crodo supra Cereso*te etc.

6. TRIQUETRUM. Hoppe Taschen. 1800 H. 4. 10. E. *Calamo 3gono foliis 3quetris pedunculis tomentosis, umbella simplici involucris diphyllis umbella brevioribus multistriatis.* E. gracile. Koch ap. Roth. cat. 2. 259. Ic. Engl. bot. t. 2402. Poit. et Turp. l. c. t. 53. Svens. bot. t. 490. f. 2. Fl. dan. t. 1441. Host. gr. a. 4. t. 74. Vaill. par. t. 16. f. 2. Radix articulata squamosa: calami foliosi usque 2pedales 2-3 nodos, 2 3 folia ferentes ad apicem usque vaginati post nuptias media parte nudi: spicae ferrugineae 3-4 pedunculatae una sessili: pedunculi aliquando glabri squamae ovato-lanceolatae basi livido-ferrugineae apice scariosae: caryopsis 3quetra elongata nitida ferruginea: coma primum candida demum sordescens. Fl. aest. In monte *Cenisio*, in montibus *Sabaudiae*; a *S. Stefano d'Areto* prope *Pratum della Cipolla* locis uliginosis, et spongiosis montium *Liguriae orient.*

## 67 NARDUS.

STRICTA. N. *Gramen pusillum perenne radice repente culmis caespitosis strictis erectis teretibus striatis superne nudis plerumque humilibus aliquando tamen usque pedalibus, spica recta setacea secunda, floribus subulatis florentibus patulis, foliis caespitosis filiformibus convolutis subulatis acutis, duris margine retrorsum asperis radicalibus longioribus, spicis simplicibus spiculis secundis alternis racheos illius convexae hinc excavatae dentibus membranaceis insidentibus.*

Ic. Lob. 1. 190. Engl. bot. t. 290. Lam. ill. t. 39. Hoffm. fl. d'Allem. 1. t. 4. Schreb. gram. 1. t. 7. Svens. bot. t. 174. Scheuz. agr. t. 2. f. 10. A. B. C. C. Bah. Theatr. 70. Leers herb. t. 1. fig. 7. Fl. dan. t. 1022. Hook in Curtis fl, 5. t. 4. Cavanil. ic. et descr. 3. t. 204. fig. 2. Host. gr. a. 2. t. 4. Schk. hand. t. 9. Radix fusca dura: folia glauca: culmi 2-3 basi vaginis aphyllis albis nervosis exterioribus ovato-oblongis interioribus longioribus linearibus: ligulae parvae obtusae: spiculae sessiles solitariae vel binae 10-12. violaceae: cor. 2valvis: valva inferior 3nervia margine carinaque scabra elongata apice aristata arista brevi subulata: superior (interior) scariosa brevior 2nervia mutica caryopsidem subulatam angustam ferrugineam involvens: stigma pubescens exsertum: filamenta corolla breviora alba: antherae flavae lineares. Fl. aest. passim in pascuis alpinis, etiam in arvis et ericetis planitiei ut *Gaglianici, Bennae, Castellengi, Verroni* etc.

## 68. FICUS.

CARICA. f. *Arbor mediocris et a basi ramosa lactescens, lacte acri, ramis tortuosis apice scabris flexilibus cortice griseo laevi, foliis 3lobis vel palmatis scabris receptaculis pyriformibus carnosis umbilicatis laevibus.*

Ic. Lob. 2. 197. Fuchs. his 755. Blakw. t. 125. Knor. del. 1. t. F. Dod. pempt. 812. Ludw. Ectyp. t. 109. Arbor apud nos culta hyemes etiam asperiores cum adolevit optime fert praesertim in collibus, et fructus edit suaves, quique si modum servaveris vires alunt, et facile subiguntur, atque probe exsiccati et cum cum aqua decocti catharrum leniunt. Quod vulgus fructum appellat receptaculum est. Caprificus Sylvestris fructus non edules fert quia in receptaculo non nisi flores masculos continet. Lignum ejus molle et porosum est ideoque artifices metallis cum silice et oleo laevigandis, et poliendis adhibent.

## 69. SPARGANIUM.

Herbae aquaticae palustres radice repente foliis linearibus basi dilatata vaginantibus glabris capitulis in ramis simplicibus vel ramulosis.

1 RAMOSUM. Huds. f. a. ed. 2. 404. Sp. *Pedunculo comuni ramoso foliis culmum excedentibus erectis opacis basi 3quetris lateribus concavis stigmate lineari.*

Sp. erectum a. L. Sp. 1378. Ic. Lam. ill. t. 748. Engl. bot. t. 744. Schk. hand. 233. Lob. ic. t. 80. f. 1. Curt. l. c. 5. t. 66. Radix fibris fuscis teneris: culmus crassus firmus usque 3pedalis subangulatus foliosus foliis superioribus planis minoribus: Calycis foliola spathulata fusca: Antherae pallide luteae oblongae 2fidae: Stigma aliquando 2fidum hinc pubescens: Drupae virides rostratae. Passim in fossis lacubus, etc. Fl. aest.

2 SIMPLEX. Huds. l. c. Sp. *Pedunculo communi simplici foliis basi 3quetris lateribus planis culmum subaequantibus erectis, stigmate lineari.*

Sp. erectum b. L. Sp. 1378. Ic. Lob. 80. fig. 2. Curt. l. c. 5. t. 67. Priore duplo minor. Fl. aest. Passim cum ramoso, cujus forte var. est.

3 NATANS, Sp. *Amento masculo subsolitario stigmate obliquo brevissimo ovato peltato, foliis planis decumbentibus subpellucidis reticulatis culmum longe superantibus.*

Ic. Fl. dan. t. 260. Engl. bot. t. 273. Culmus filiformis mollis, si aqua multa est longissimus, totus foliosus: capitula feminea 2 vel 3 infimo pedicellato supremo masculo post nuptias decidente: folia aliquando culmo breviora: Calycis foliola albido-virentia caduca. Fl. aest. Passim in stagnis, et lacubus *Tarantasiae:* etiam super monte *Cenisio* loco dicto il *Baracon.*

Radices harum stirpium cum aqua decoctae sudorem cient ut carices non paucae: unde in rheumatismo chronico, et siphylide, et hydrargirosi cum radicibus Salsaparillae, et Chinae non absonum esset illas severiore experimento explorare: folia adstringentia sunt: boves, et equi vescuntur foliis, sues radicibus: oves, et caprae respuunt illa.

## 70. COIX.

LACRYMA C. *Gramen annuum ramo-*

*sum glabrum culmo elato semitereti farcto foliis latiusculis lineari-lanceolatis planis, spicis axillaribus in apice ramorum fasciculatis pedunculatis, floribus nudis, fructibus ovatis nitidis albido-coeruleis lapideis acqualibus.*

C. exaltata Link. enum. 2. 277. var. Lythagrostis Lacryma Jobi Gaertn. de fruct. I. 7. t. 1. f. 10. Ic. Lam. ill. t. 750. Rumph. Amboin. 5. t. 75. f. 2. Reed. Hor. Malab. 12. t. 70. Lob. ic. 44. Moris. his. 5. 8. t. 13. Zanon. hist. t. 101. Culmus usque humanam altitudinem aequat. In Agro *nic.* sponte vivere scribit Allionius, verum indigenam non esse certum est. Patria ejus *India orientalis* qua in caritate annonae semina in farinam redacta ad panem conficiendum adhibentur: quod in *Hispania* et *Lusitania* quoque fit. Fl. aest.

### 71. ZEA.

MAYS. Z. *Gramen annuum altissimum culmo crasso, farcto demum subfistuloso, nodoso foliis latis planis lineari-lanceolatis integerrimis margine retrorsum asperis, ligula brevi ciliata, racemo masculo simplici vel basi subramoso spiculis geminis pedicellatis spicis femineis sessilibus spiculis multiseriatis per paria approximatis.*

Mays Zea Gaertn. l. c. 1. 6. t. I. f. 9. Ic. Lam. illus. t. 749. Moris. his. 5. 8. t. 13. f. 1. 2. id. t. 28. f. 1. 2. 3. Fuchs. his. t. 825. Boc. rar. pl. t. 16. f. 1. Lob. ic. 39. id. ib. 40. Blackw. t. 547. Varr. plurimae culta ortae. Maxima fructu serotino, minor fructu praecoci, fructu albo, vitellino. rubro, atro, coeruleo, violaceo, variegato, echinato-rostrato, calycibus elongatis involucrato, floribus hermaphroditis, aliquando cum masculis, amentis femineis apice aliquando masculis vel hermaphroditis, culmo quadoquen ramoso etc. Herba notissima Americae calidioris indigena, nunc ubique terrarum culta, atque alendis hominibus, et animalibus forte princeps cum tritico sativo, secale, hordeo, solano tuberoso, et oryza. Praetiosum munus Deorum.

### 72. CAREX.

Herbae perennes radice fibrosa, vel repente caespitosae calamis 3angularibus raro teretibus ut plurimum simplicibus, foliis linearibus margine et carina plerumque asperis: floribus spicatis, spicis terminalibus vel axillaribus solitariis vel aggregatis sessilibus, vel pedunculatis spicatis, vel racemosis, vel fasciculatis.

a. *Spica solitaria.*

z. *Dioica: stigmata 2.*

1. DIOICA. C. *Fructibus erectiusculis ovatis acutis mucronatis nervosis superne margine hispidis, margine serrulatis nitidis foliis calamoque teretibus glabris radice repente.*

C. laevis. Hop. Tasch. 1800, 243. C. linnaeana Host. gr. a. 3. t. 77. Vignea dioeca. Reich. Germ. 55. Ic. Flor. dan. t. 369. Schk. car. t. A. f. I. Engl. bot. t. 543. Micheli gen. t. 32. f. 2. Moris. his. 5. 8. t. 12. f. 22. Maris. fem. ibid. f. 36. Radix stolonifera viticulosa articulata. Calami vix spithamei raro 3goni, caespitosi caespitibus non densis, basi foliosi, foliis radicalibus calamo brevioribus, calameis paucis brevibus vaginantibus: spicae lineares breves, femineae latiores ovatae squamis margine membranaceis albis dorso plerumque stramineo-rufis non raro tamen viridibus vel ferrugineis: stamina exserta filamentis capillaribus albis antheris flavis linearibus: fructus squama longiores: semina straminea orbiculata compressa mucronulata: spica aliquando androgyna. Fl. vere et aest. In locis spongiosis, et paludosis alpinis, circa lacum montis *Cenisii*: in lacusculo supra *la piana di S. Nicola*: in pratis humidis di *Frossasco*: in pratis montanis, di *Riffredo*: in *Valle di Pesio* ad fontium scaturigines.

2 DAVALLIANA. Smith. fl. br. 3. 964. C. *Fructibus ovato-lanceolatis vel oblongo-subulato-3quetris multinerviis superne margine asperis demum recurvis foliis calamoque scabris radice fibrosa.*

C. dioeca. Vill. delph. 2. 193. Host. gr. a. 1. t. 41. Schk. car. t. A. f. 2. B. f. 9. Q. f. 2. W. f. 2. C. scabra Hop. Tasch. 1800. 242. Vignea Davalliana Reich. germ. 56. Ic. Engl. bot. t. 2123. Scheuz. Agr. t. 11. f. 9. 10. Spiculae aliquando androgynae: calami 3goni post anthesim usque pedales dense caespitosi basi foliosi foliis etiam radicalibus denticulatis longiores: squamae nitidae luteorufae margine scariosae: spica mascula linearis vix calamo crassior: feminea plerumque androgyna superne mascula inferne feminea brevior, et major: squamae hujus luteo-rufae nervo viridi margine scarioso: stamina exserta filamentis capillaribus antheris linearibus luteis: semina straminea mucronata pedicellata ovata utrinque angulata. Fl. vere. In monte *Cenisio*: in montanis di *Bussoleno* prov. *Segus.* in pratis dictis *in carogna di prato* prov. *novar.*

zz. *Androgyna: superne mascula.*

o. *Stigmatibus* 3.

3 PAUCIFLORA. Lightf. Scot. 2. 543.

t. 6. f. 2. C. *Spica sub4flora flore masculo terminali subsolitario fructibus teretibus subulatis reflexis glabris squamis femineis caducis radice fibrosa.*

C. patula Huds. Ang. 402. C. Leucoglochin Lin. sup. 402. C. pulicaris. L. fl. sv. 747. 834. Ic. Schk. Car. t. A. f. 4. Host: gr. a. 1. t. 42. Engl. bot. t. 2041. Fl. dan. t. 1274. Calami dense caespitosi 3quetri semipedales superne tantum nudi basi vaginati, vaginis aphyllis dein foliatis foliis omnibus majoribus longioribus calamum subaequantibus: folia radicalia omnibus minora breviora, omnia setacea, carinato-plicata laxa subulata divaricata patula: spiculae distantes aliquando 6-8: Squamae ferrugineo-rufae nervo viridi margine albidae: semina obovato-3quetra straminea utriculo breviora, longe mucronata: stamina exserta, filamenta capillaria alba, antherae oblongae luteae: stigmata alba pubescentia: spicula pallida. Flor. vere exeunte. In monte *Cenisio*, et uliginosis humidis aquosis summarum alpium: in sylvis *S. Petri di Morezzo* agri *novar.*

4 RUPESTRIS. All. ped. n. 2292. t. 92. f. I. C. *Fructibus turgidis obovato-3gonis subrostellatis laxis squamas subrotundas excedentibus, foliis rigidis planiusculis linearibus striatis margine retrorsum asperis calamo 3quetro duplo brevioribus radice fibrosa.*

C. petraea Wahlemb. Act. holm. 1803. 139. Schk. car. 2. 35. t. kkk. fig. 139. Host. gr. a. 4. t. 76. Ic. Schk. car. 2. 36. t. Nnnn. f. 200. Var. foliis radicalibus calamo longioribus, calameis illum aequantibus floribus masculis numerosis fructibus squamis brevioribus. Calamus vix 3uncialis, spicula fusca: squamae femineae ferrugineae aliquando acutiusculae mucronatae. Fl. vere et aest. In summis jugis montis *Cenisii* et alpium *di Ussey* prope l'*Autaret.*

oo. *Stigmatibus* 2.

5 CAPITATA. C. *Spica subgloboso-ovata fructibus subrotundo-ovatis acuminatis compressis nitidis patentibus enerviis rostellatis squama ovata persistente longioribus radice fibrosa.*

Vignea Reich. germ. 56. Ic. Flor. dan. t. 372. Mala: probabili conjectura est scirpi aliqua species forte scirpi ovati var. Schk. Car. I. 8. 2. 4. t. Y. f. 80. Facies scirpi ovati. Calami caespitosi basi teretes apice 3quetri, humiles superne retrorsum asperi, foliis caespitosis setaceis subulatis plerumque breviores: antherae lineares luteae. Seta albida in basi fructus nata illum longe superans. Fl. vere. Quae apud nos vivit ad radices montium locis paludosis minime rara ut ait Allionius probabili conjectura nosi est C. capitata montium Lapponiae indigena. Et si quam legit Allionius est similis illi quam legit Bellardi et prostat in herbario Collae omnino differt a capitata Lin. atque est alia species nondum forte rite determinata. — *Calamo humili folia plana aequante spica subovata androgyna squamis omnibus longe aristatis.*

6 PULICARIS. C. *Spica multiflora fructibus oblongis utrinque attenuatis glabris reflexis squama oblonga persistente longioribus calamo tereti foliis setaceis margine retrorsum asperis breviore radice fibrosa.*

Vignea Reich. germ. 56. C. Psyllophora L. sup. 413. Ic. Schk. Car. t. A. f. 3. Fl. dan. t. 166. Leers herb. t. 14. f. I. Engl. bot. t. 105. Micheli gen. t. 33. f. 1. Host. gr. a. 4. t. 75. Calami caespitosi demum usque pedales, in alpinis humillimi filiformes basi foliosi: squamae deciduae ovato-lanceolatae superne margine scarioso nerviae fuscae, olivaceae: fructus distantes fusci nitidi: semina albida oblonga ovata compressa subpedicellata mucronata ad basim exterius seta exigua. Fl. vere et aest. Passim in irriguis spongiosis et uliginosis alpium et montium: in ericetis di *Careggio*, et *Maggiora* agri *novar.*

aa. *Spigis aggregatis.*

b. *Omnibus androgynis.*

x. *Capitatis.*

z. *Stigmatibus* 2.

7. FOETIDA. All. ped. 2297. C. *Spica composita ovato-capitata vel subrotunda superne mascula fructibus ovato-oblongis teretibus glabris 2cuspidatis subpedicellatis squamis ovatis mucronato-aristatis calamo 3quetro foliis planis radice repente articulata squamosa.*

C. lobata Vill. delph. 2. 197. Ic. Scheuz. it. f. 18. id. agr. prodr. t. 4. f. 3. Schk. Car. t. Hh f. 96. Calami humiles vix 2unciales caespitosi basi tantum foliosi foliis margine retrorsum asperis aequales: spica universalis fusca: spiculae multae dense glomeratae apice masculae ovato-oblongae vel acutae; squama in basi spicularum inferiorum ampla scariosa fusca longe aristata: squamae omnes fuscae nitidae carinata carina superne scabra: stigmata longissima: semina compressa ovata. Herba etiam viva foetida foetore tamen in sicca demum evanido. Fl. vere et aest. In summis alpium jugis locis uliginosis humidis, et aquosis; in monte *Cenisio*, all'*Assiette* agr. *Segus.*

8. INCURVA. Light f. scot. 2. 544. t.

24. C. *Spica composita subrotundo-ovata superne mascula fructibus ovato-compressis rostratis glabris squamis scariosis mucronatis calamo 3gono incurvo folia setaceo-canaliculata inaequalia non excedente radice repente articulata squamata sublignosa.*

C. juncifolia. All. ped. 2296. t. 92. f. 4. Vignea. Reich. germ. 56. Ic. Schk. car. t. Hh. fig. 95. Flor. dan. t. 432. Engl. bot. t. 927. Calami caespitosi vix unciales crassi firmi obsolete 3goni striati laeves basi tantum foliosi: spica fusca: bracteae ovatae amplae fuscae margine scariosae plerumque aristatae breviores spiculis: antherae luteae brevissime aristatae: semina ferruginea nitida utrinque convexa. Stirps rara. Locis humidis spongiosis paludosis frigidis summarum alpium, *Cenisii*, *Sabaudiae* in valle *Ursina*, et *Chamouny:* in alpibus di *Ussei*; ad montem *Morum* ditionis *novar*. Fl. vere exeunte, et aest.

9. STENOPHYLLA. Wahlemb. act. holm. 1803. 142. C. [*Spica composita oblonga superne mascula spiculis inferioribus bractea ovata subfoliacea suffultis fructibus ovatis compressis nervosis 2dentatis laevibus foliis angustissimis carinatis radice fibrosa.*

C. glomerata Host. gr. a. I. t. 44. C. juncifolia Schk. car. 18. t. [G. f. 32. C. Hostii Schk. car. 2. 7. t. Iiii. f. 32. Vignea. Reich. germ. 56.

Herba apud nos usque 2pedalis foliis calamisque caespitosis basi tantum foliosis foliis vaginantibus vaginis atris; folia longissima calamo breviora linearia canaliculata carinata retrorsum aspera: spiculae defloratae fulvae vel ferrugineae: semina parva nitida, fulva, ovata compressa: caespites steriles folia habent longissima calamum usque excedentia. Fl. vere exeunte. Legi a *Pollone* in agro *Bugel*. Icc. Schk nostram exacte non referunt: folia enim pingunt brevia nimis. forte nostra, quae ad loca calidiora descendit folia longiora habet.

10. CYPEROIDES. C. *Spicis numerosis densissimis globoso-capitatis inferne masculis fructibus lanceolato-linearigus longissime 2cuspidatis foliis floralibus ternis longissimis, radice fibrosa.*

C. bohemica Schreb. gram. 2 t. 28. f. 3. Schella ammeria capitata Monch. Reich. germ. 72. Ic. Host. gr. a. I. t. 43. Schk. car. I. 38. 2. 46. t. A. fig. 5. Michel. gen. t. 33. f. 19. Buxbaum cent. 1. 34. t. 61. f. 1. Facies cyperi: calami caespitosi 3quetri usque pedales toti foliosi: folia 3-4. carinato-3quetra superiora calamum ut plurimum excedentia margine retrorsum aspera; squamae lanceolatae aristatae, ciliato-scabrae. Fl. vere et aest. Ad radicem montis *Ossulani* in agr. *novar*. locis paludosis cum exaruerunt: unice hactenus in patria collecta.

zz. *Stigmatibus* 3.

11 CURVULA. All. ped. n. 2295 t. 92. f. 3. C. *Spica composita oblonga spiculis oblongis congesto-imbricatis apice masculis fructibus ovatis compressis acuminatis foliis arcuatis secundis calamo tereti sub incurvo laevi radice fibrosa dense caespitosa.*

Ic. Host. fr. a. 3. t. 76. Schk. Car. t. Hth. f. 17. Scheuz. agr. t. II. f. 7. Calamus vix semipedalis post nuptias demum foliis margine retrorsum asperis longior basi foliosus: spiculae basi bracteatae bracteis elongatis aristatis: squamae fuscae nitidae: antherae aristatae: semina 3quetra. In pascuis summarum Alpium locis frigidis uliginosis spongiosis etc. in monte *Rosa*, monte *Sylvio*, in montibus *Ussey* etc. Fl. aest.

xx. *Spicis sessilibus alternis.*

z. *Stigmatibus* 2.

t. *Spiculis simplicibus.*

f. *binis ternisve*

12 LOLIACEA. C. *Spiculis paucifloris subternis remotis inferne masculis fructibus ellipticis obtusissimis squama mucronata maioribus calamo 3quetro apice scabro radice breviter stolonifera.*

C. tenella Schk. car. I. 23. t. Pp. f. 104. C. gracilis Ehrh. gr. 78. Schk. car. 48. t. E. fig. 24. Vignea Reich. germ. 57. Folia graminea tenera laevia. spiculae sparsae albidae: semina ovata obtusa. Fl. vere et aest. In montibus *Limoni:* in valle Pisii prope *Carthusiam.*

13 TRIPARTITA. All. ped. n. 2298. t. 92. f. 5. C. *Spiculis subternis approximatis superne masculis basi bracteatis fructibus oblongis acuminatis nervosis squama lanceolata longioribus foliis planiusculis radice repente.*

C. lobata. Gmel. Syst. 140. Vignea Reich. germ. 57. Ic. Schk. car I. 28. 2. II. t. Ii. fig. 18. Scheuz. Agr. t. 11. f. 8. Calami caespitosi rigidi 3quetri foliis planis linearibus angustissimis margine carinaque retrorsum asperis vix longiores: squamae ferrugineae. Fl. aest. ad radices alpium in pascuis et pratis udis, et uliginosis spongiosis in summis montibus *Cenisio*, *S.Bernardo*, *Grassoney*, et *vallis Augustanae.*

14 LAGOPINA. Wahlemb. act. holmo 1802 145. C *Spiculis ternis approximatis subglobosis inferne masculis fructibus oblongis acutis compressis squama oblonga maioribus calamo 3quetro radice repente.*

C. leporina herbarii Linnaei W. sp. 4. 229. flor. dan. t. 294. Schk. Car. t. Fff. 5. fig. 129. Host. gr. a. 4. t. 80. C. approximata Hoppe cent. 3. C. bipartita All. ped. 2. 265. C. Lachenalii. Schk. car. t. Y. f. 79. Vignea. Reich. germ. 57. Squamae ferrugineae aliquando fructum aequant: bractea spiculae inferioris aristata: folia post nuptias calamo 6unciali breviora: spiculae inferiores aliquando totae femineae: fructus plano-convexi. Fl. aest. In monte *Cenisio:* in alpibus editioribus ad oram vallis di *Bugnanco* agr. *nov.*

ff. *Spiculis subquaternis.*

15 STELLULATA. Gooden. tr. of. Lin. soc. v. 2. 144. C. *Spicis quaternis distinctis interruptis ovalibus inferne masculis inferioribus bractea elongata suffultis fructibus ovatis acutis striatis superne scabris divaricatis stellatim divergentibus squamas ovatas superantibus, calamo laevi semitereti, semipedali foliis canaliculatis longiore radice caespitosa fibrosa.*

C. muricata Poll. palat. 2. 565. Leers. herb. t. 14 f. 8. Fl. dan. t. 284. C. echinata Murr. prodr. 76. C. Grypus Schk. car. t. Hhh. fig. 193. Vignea Reich. germ. 57. Ic. Schk. car. 1. 45. 2. 48. t. C. f. 14. Host. gr. a. I. t. 53. Engl. bot. t. 806. Radix dura tenax fere lignosa: spicula terminalis recta longior maior inferne mascula: ceterae fere totae femineae ovatae ferrugineae oris scariosis. Fl. aest. frequens in pratis udis spongiosis uliginosis montium, collium, et planitiei, ad oras lacuum, in ripis fluminum, amnium, torrentium etc. quibus aquae lente moventur.

fff. *Spiculis subquinis.*

16 MURICATA. C. *spiculis approximatis superne masculis inferioribus basi longe bracteatis fructibus ovato-lanceolatis 2dentatis margine scabris patentissimis squamas lanceolatas acutas superantibus calamo 3quetro radice fibrosa.*

C. canescens. Leers. herb. t. 14. f. 3. C. spicata Huds. angl. 405. C. contigua. Hoppe ap. st. 1. 61. C. loliacea Schk. Car. 22. n. 14. t. Ee. f. 91. C. intermedia. Retz. fl. scand. 178. Vignea muricata. Reich. germ. 57. Ic. Host. gr. a. I. t. 54. Schk. Car. t. Dd. f. 22. Michel. gen. t. 33. f. 14. Moris. his. s. 8. t. 12. f. 27. Scheuz. agr. t. 11. f. 5. Engl. bot. t. 1096. Calami caespitosi usque sesquipedales basi foliosi superne angulis retrorsum asperis: folia calamo aliquando longiora margine carinaque scabra: squamae ferrugineae: antherae aristatae: fructus virides. Fl. vere. Vulgaris in saepibus et pratis minime humidis et uliginosis vulgatissima apud nos cum C. Brizoide. Bracteae brevissimae sunt, infima vix inferiorum florum apicem attingit, quod et A. Mutel vidit fl. dauph. 2. 456.

17 BRIXOIDES. C. *Spiculis subdistichis nudis alternis curvatis oblongo-lanceolatis pallidis approximatis inferne masculis fructibus ovatis marginatis 2dentatis ciliatis radice repente.*

Vignea. Reich. germ. 57. Ic. Schk. Car. t. C. et U. n. 12. Host. gr. a. 1. t. 47. Calami 3quetri caespitosi gracillimi nutantes longissime nudi usque cubitales foliis angustis margine carinaque retrorsum asperis vix longiores: spiculae tereti-subulatae: bracteae albae argenteae vel subvirentes marginibus late scariosis nervo viridi plerumque apice prominulo, demum fuscae: fructus squama longiores virides elongati apice 2fidi. Floret vere. frequens in saepibus, secus prata, et aquas. Radix apud nos omnino repens. quod perperam negant Schk et Candol. Bracteae parvae aristatae folia vaginata, imis brevissimis, vaginis infimis aphyllis.

18 SCHREBERI. W. acta ber. 1794. 38. C. *Spiculis ovatis approximatis subteretibus inferne masculis, fructibus ovatis glabris nervosis calamo 3gono superne nudo deflorato foliis angustissimis multo longiore radice repente.*

C. praecox Schreb. Spic. 63. C. tenella Thuill. Paris. I. 429. C. curvula Lam. Encicl. 3. 380 excl. syn. Vignea Schreberi Reich. germ. 58. Ic. Host. gr. a. I. t. 46. Schk. Car. t. B. f. 9. Radix lignosa articulata squamosa longissime repens: Calami caespitosi post nuptias raro pedales longissime nudi angulis retrorsum asperis: Spiculae usque 6 inferiores plerumque totae femineae infima bracteata bractea aristata spicula breviore: squamae fructum apice 2dentatum aequantes ferrugineae acutae ovato-lanceolatae. Fl. vere. Amat loca sicca et declivia, et pascua graminosa collium etc. secus Padum in agr. taur. etc.

ffff. *Spiculis senis octonis.*

19 LEPORINA. C. *Spiculis ovalibus approximatis alternis inferne masculis bracteatis, fructibus ovatis compressis striatis marginatis serratis 2dentatis*

*squamas lanceolatas aequantibus calamo sub 3gono fistuloso radice fibrosa.*

Stirps dubia, et si quid recte judico varietas *Lagopinae* spiculis numerosioribus: ceteri characteres levissimi, et mutabiles, ubi exceperis calamum fistulosum, si deest in Lagopina, quod sedulo animadvertendum. Huc trahit Sprengel C. *ovalem* Gooden. tr. of. Lin. Soc. 2. 148. Huc ducendae itaque icc. Engl. bot. t. 306. Leers. herb. t. 14. f. b. Scheuz. agr. t. 10. f. 15. Moris. his. s. 8. t. 12. f. 29. Host. gr. a. 1. t. 51. Radix sublignosa: calami foliis planis (subteretia dicit Schk.) longiores usque pedales et ultra maxima parte nudi saepe curvi: squamae rubiginosae nervo viridi marginibus lato-scariosis fructibus albo-cartilagineo-marginatis aliquando longiores. Fl. aest. In pratis spongiosis et uliginosis subalpinis *bugellensibus;* in pratis di *Borgomasino* et in valle di *Bros* agri *canapiciensis*: *in valle Segusii* passim etc.

Legi hoc anno in pratis spongiosis della Ronca Bennae apud Bugellam plantam vivam, et cognovi esse omnino veram, et distinctam speciem a Lagopina.

Calamus omnino fistulosus est; squamae fructu majores: Spiculae 3-8 aliquando adeo approximatae ut prima fronte carex lobata esse videatur: fructus ovato-lanceolati extus convexi intus concavi marginibus alatis hirto aculeatis aculeis sursum versis: semina ovata obtusa intus plano-concava extus convexa nitida fulva stipitata stipite brevi, apiculata apiculo albo: folia plana brevia non semiteretia. fructus adeo singulares sunt ut cum nulla alia carice indigena confundi possit.

20 CANESCENS. C. *Spiculis ovato-oblongis remotiusculis inferne masculis fructibus turgidis ovatis obtusis integerrimis glabris squama ovata acuta majoribus radice parce repente.*

Vignea. Reich. germ. 58. C. curta Gooden. in Lin. trans. 2. 145. C. brizoides. Huds. ang. 406. C. tenella Ehrh. gr. 98. C. Richardi. Thuil. par. I. 482. C. cinerea. Pol. palat. n. 880. Ic. Host. gr. a. 1. t. 48. Leers herb. t. 14. f. 7. sub nomine caricis elongatae. W. in act. berol. 1794. t. 2. f. 3. Schk. car. I. 43. t. C. f. 13. Engl. bot. t. 1386. Flor. dan. t. 285.

Calami pedales et ultra foliis pallidis longiores: squamae ovatae vel subrotundae pallidae nervo viridi oris scariosis: fructus superne ad angulos scabri, stigmata rubiginosa. Fl. aest. Amat loca uliginosa humida, et frigida in monte *Cenisio*: in pratis supra *Casotto*: in monte *Vollas vallis Valderianae*: in sylvis *Venariae*: ad vias oryzarum di *Robbio*, et *Confienza* etc.

21 DIVISA. Huds. angl. 405 C. *Spiculis subsenis ovatis superne masculis interrupte coarctatis bractea foliacea basilari erecta elongata, fructibus lato-ovatis compressis laevibus margine scabris 2dentatis radice repente stolonifera.*

Vignea. Reich. germ. 58. C. austriaca Schk. car. t. Qqq. f. 157. C. schoenoides Host. gr. a. I. t. 45. C. rivularis W. Sp. 4. 226. Schk. car. t. Cc. f. 87. id. t. R. f. 61. Vv. 61? C. Fontanesii Poir. encicl. sup. 3. 257. C. splendens. Thuill. in Pers. en 2. 536. C. leporina. Pallas ind. taur. C. Hostii Hop. et Hornsch. decad. (Hop. car. 13.) C. cuspidata Bertoloni in mem. della Soc. d'em. di Genov. 2. 145. C. Bertolonii Schk. car. 2. 5. t. D. f. 18 et Rrrr f. 205. C. hybrida Lam. encicl. 3. 382. C. marginata. Gort. belg. 247. Ic. Gooden. in linn. trans. 2. 157. t. 19. f. 2. Engl. bot. t. 1096. Radix crassa: calami caespitosi pedales deflorati etiam longiores 3goni longe nudi angulis superne retrorsum asperis: folia linearia angustissima margine aspera calamo plerumque longiora. ad basim spicae ferrugineae bractea foliiformis longissima: spicula suprema plerumque tota mascula, ceteris ut plurimum totis femineis. Stirps valde ludibunda. Fl. aest. In palustribus *Sarzanae*, in *Albaro* al *Paradiso* ante aedes *Salazzo*.

fffff. *Spiculis subdenis pluribusque.*

22 INTERMEDIA. Gooden. act. soc. Lin. lond. 2. 154 C. *Spiculis confertis mediis masculis inferioribus remotiusculis bracteatis fructibus ovatis marginatis 2fidis ciliato-serratis calamo erecto 3quetro radice repente.*

Vignea. Reichemb. germ. 59. C. disticha. Schreb. Spic. 65. C. arenaria Leers herb. t. 14. f. 2. All. Vill. C. spicata. Pol. palat. 875. C. multiformis. Thuil. par. I 479. C. pseudo arenaria. Pers. en. 2. 536. Ic. Schk. car. t. B. f. 7. Host. gr. a. 1. t. 50. Engl. bot. t. 2042. Pluck. phytogr. t. 34. f. 7. Calami caespitosi usque cubitales superne nudi angulis retrorsum asperis foliis margine asperis longiores: bractea foliiformis spica infima longior ceteris spiculis brevioribus: aliquando spicula suprema tota mascula: omnes ferrugineae. Stigmata elon-

gata. Fl. vere exeunte: passim in arenosis humidis secus *Duriam*..

23 REPENS. Bellar. app. 42. C. *Spiculis alternis oblongis superioribus confertis masculis inferioribus remotiusculis superne masculis fructibus oblongis acuminatis 2fidis compressis ciliato-serratis calamo 3gono radice repente.*

Ic. Schk. car. app. A. t. Iii. n. 135. Nullo modo mihi videtur differre a C. *arenaria* Lin. cum qua jure jungit Candolle fl. fr. 3. 103. Quamquam in sup. 288 caricem repentem ab arenaria speciem distinctam habet.

24 ELONGATA. C. *Spiculis oblongis inferne masculis distinctis fructibus oblongis acuminatis nervosis patentibus squamas obtusas longe superantibus radice atra repente.*

Vignea. Reich. germ. 59. C. canescens Pol. pal. n. 881. C. multiceps. Gaud. Etr. de fl. 78. C. pinnata Moench (Reich.) C. divergens Thuill. par. 2. 481. C. multiculmis Ehrh. gr. 88. C. Gebbardi Schk. car. 2. 22. t. Hhhh. n. 192. C. Persoonii. Sieb. herb. flor. aus. n. 282. Ic. Schk. car. 1. 49. 2. 22. t. Ff. f. 25. Engl. bot. t. 1920. Host. gr. a. 3. t. 79. Scheuz. agr. t. 11. f. 4. Calami caespitosi 3quetri angulis retrorsum asperis longe nudi foliis planis medio sulcatis margine scabris ut plurimum breviores, usque sesquipedales demum nutantes: spiculae sessiles cylindricae coloratae maturae squarrosae terminalis inferne fere tota mascula ceteris fere totis femineis, floribus masculis paucis ad basim: bracteae breves parvae squamaeformes: squamae rubiginosae margine albo nervo viridi: fructus subulati fusci: semen ellipticum hinc inde convexum. Vulgaris in collibus pratis, rivulis, oris torrentium, lacuum, aquarum stagnantium vel lente fluentium in pratis alpinis spongiosis etc. Fl. vere et aest.

25 REMOTA. C. *Spiculis remotissimis axillaribus inferne masculis fructibus ovatis acuminatis compressiusculis 2fidis calamo laxo teretiusculo radice fibrosa alba.*

Vignea. Reich. germ. 58. C. axillaris L.? (Pluk. phyt. t. 34. f. 3. Michel. gen. t. 33. f. 16) Ic. Flor. dan. t. 370. Leers herb. t. 15. f. 1. Schk. car. t. Ff. f. 23. Host. gr. a. I t. 52. Engl. bot. t. 832. Calami caespitosi pedales et ultra fructiferi foliis margine scabris angustis longiores: spiculae floribus masculis paucis superiores approximatae subnudae inferiores distantes in sinu folii elongati calami apicem excedentis: squamae ovatae acutae albidae margine scarioso, nervo viridi: fructus pallide virides marginibus asperis. Fl. vere. Passim in sylvis saepibus, pratis pascuis humidis et umbrosis uliginosis.

tt. *Spiculis compositis.*

26. DIVULSA. Gooden. l. c. 2. 160. C. *Spica elongata subdecomposita basi subramosa spiculis ovatis superne masculis inferioribus remotis bracteatis fructibus erectiusculis ovatis plano-convexis 2dentatis marginatis glabris radice fibrosa.*

Vignea. Reich. germ. 59. C. canescens. Huds. Angl. C. stellulata M. Bieb. cauc. I. 383. excl. syn. Ic. Micheli gen. t. 33. f. 10. Engl. bot. t. 629. Host-gr. a. I. t. 55. Schk. car. t. Dd. f. 89. Ww. f. 39. Facies caricis mucronatae. Calami caespitosi 3goni nutantes superne retrorsum asperi usque sesquipedales foliis planis margine carinaque scabris plerumque etiam post nuptias breviores: vaginae foliorum superiorum facie scariosae, et minutissime crispatae: spicae omnes albo virentes inferiores remotissimae bracteis parvis insidentes in folium setaceum elongatum productis: squamae albidae dorso viridi marginibus scariosis superne ad latera ferrugineo-maculatae, fructu viridi apice fusco breviores: antherae mucronatae: semen lenticulare fulvum nitidum. Fl. vere et aest. In sylvis, et saepibus umbrosis humidis uliginosis passim.

27. VULPINA. C. *Spiculis aggregatis approximatis superne masculis braceis setaceis fructibus patentibus ovatis 2dentatis compresso-3quetris squamas acuminatas mucronatas excedentibus calamo 3quetro lateribus excavatis angulis acutissimis superne retrorsum scaberrimis, inferne laevibus radice fibrosa.*

Vignea. Reich. germ. 59. Ic. Schk. car. t. C. f. 10. Host. gr. a. I. t. 56. Flor. dan. t. 308. Leers herb. t. 14. f. 5. Calami firmi caespitosi inferne foliosi usque 2pedales post nuptias foliis latis planis (apud nos carinatis) imis brevioribus inaequalibus paulo longiores: vaginae folio breviores anterius membranaceae scariosae albidae: spica ut plurimum 3-4 uncialis inferne interrupta: spiculae florentes ferrugineo-virentes demum flavescentes: bractea infima elongata ut plurimum longior spicula: squamae ovato-acuminataemucronatae pallide-ferrugineae nervo virente fructibus striatis viridulis angulis superne scabris mucronatis mucro-

ne duro longo breviores: semina elliptico-orbicularia. Fl. vere. In oris sylvarum, saepibus, et pratis humidis et spongiosis, in ripis fluminum, et lacuum, fossis praesertim oryzarum. C. *nemorosa* W. sp. 4. 232. est var. squamis pallide ferrugineis nervo dorsali virente, quae apud nos vulgaris est in pratis argillosis, et spongiosis.

28. PANICULATA. C. *Spica ramosa spiculis oblongis superne masculis fructibus ovatis turgidis apice marginatis 2dentatis ciliato-serratis calamo 3quetro radice fibrosa fusca lignosa.*

Vignea. Reich. germ. 60. Ic. Leers herb. t. 14. f. 14. Host. gr. a. 4. t. 58. Schk. car. t. D. f. 20. Engl. bot. t. 1064. Flor. dan. t. 1116. Scheuz. prodr. t. 8. f. 2. Calami caespitosi usque 3pedales post nuptias foliis scabris longiores angulis retrorsum asperis, foliosi: spica longissima paniculato-ramosa apice nutans laxiflora spiculis partialibus compositis: bracteae infimae longissimae: flores feminei pauci, masculis numerosis: squamae ovato-acutae margine scarioso dorso virides: fructus parvi spongioso-coriacei nitidi straminei angulis superne marginato-alatis, alis viridulis: stylus basi bulbosus: semen parvum fructu multo minus subrotundum ferrugineum nitidum punctulatum. Fl. aest. Locis uliginosis spongiosis frigidis ad radices alpium, et montium, et collium, in alveis fluminum et lacuum secus ripas: etiam iisdem locis circa *Taurinum.*

29. PARADOXA. W. acta ber. 1794. 39. t. 1. f. 1. C. *Spica basi ramosa bracteata inferne interrupta spiculis superne masculis fructibus subrotundo-ovatis rostellatis 2dentatis margine superne ciliato-serratis radice fibrosa.*

Vignea. Reich. germ. 50. C. canescens Host. gr. a. 1. t. 57. Ic. Schk. car. t. D. f. 21. Radix dura fusca: calami 3quetri foliosi caespitosi angulis superne scabris post nuptias foliis longiores usque cubitales: spica ante anthesim fusca demum cana quod ex squamarum colore pendet. Squamae ovatae acutae primum fuscae demum canae fructibus utrinque gibbosis striatis ferrugineis nitentibus longiores: semina subrombeo-ovata utrinque convexa nitentia ferruginea. In *valle Angustae praetoriae* locis udis, et uliginosis. Valde accedit ad paniculatam cujus forte var. est. Fl. aest.

zz. *Stigmatibus* 3.

30. HYBNDA. Schk. car. 65. n. 44. t. X. fig. 77. C. *Spicis alternis subternis superne masculis fructibus oblongis teretiusculis utrinque attenuatis squamas ovatas mucronatas laxas aequantibus bractea infima subfoliacea calamo tereti radice fibrosa.*

C. bipartita All. ped. n. 2301. t. 89: f. 5. Kobresia caricina W. sp. 4. 206. Schoenus monoecus Smith. Engl. bot. t. 1410. c. mutabilis. Host. gr. a. 4. t. 78. Ic. Schk. car. t. Rrr. f. 161. Calami caespitosi nudi glabri vix spithamei foliis angustis rigidis subulatis pungentibus retrorsum asperis duplo longiores: squamae in masculis ovato-acutae in feminis oblongae submucronatae centro fusco-ferrugineae margine scariosae: antherae fuscae: squamae femineae praeter pistillum corpus fovent quod stipitis figuram refert quodve est rudimentum alterius floris, unde cum Kobresia W. junxit: stigmata villoso-papillosa. Fl. aest. In monte *Cenisio* circa lacum, et in montibus di *Ussey.*

31. LINXII. Schk. app. n. 18. t. B bb. fig. 118. C. *Spiculis alternis subternis remotis laxifloris infima ul plurimum pedunculata superne masculis fructibus 3quetris 2fidis 2nerviis patulis squamis acuminatis laxis bractea basilari foliacea infima calamo 3quetro folioso longiore radice fibrosa collo incrassata subtuberosa.*

C. gynomane. Bertol. dec. ital. 2. 43. C. tuberosa. Degl. in Loisl. fl. gall. 2. 629. Radix fibris nigris: calami caespitosi stricti debiles vix pedales plerumque vero spithamei vel dodrantales deflorati foliis angustissimis subsetaceis breviores vel aequales: flores feminei 5-6, mares pauciores: squamae ovato-lanceolatae acuminatae dorso virentes marginibus scariosae utriculos superantes. Fl. vere. Secus vias *Sarzanae* et in rupibus amphiteatri *Lunensis.*

XXX. *Spiculis androgynis pedunculatis.*

32. ATRATA. C. *Spiculis subquaternis pedunculatis ovato-oblongis apice femineis inferioribus bracteatis cernuis suprema ovata recta stigmatibus 2-3 fructibus laevibus viridibus obovatis squamis late ovatis nigricantibus fructu latioribus calamo 3quetro laevi radice fibrosa nigrescente.*

Ic. Flor. dan. t. 158. Schk. t. X. f. 77. Engl. bot. t. 2044. Host. gr. a. 1. t. 88. Scheuz. agr. t. 11. f. 1. 2. Herba ut plurimum laevis: calami usque pedales, post nuptias foliis latiusculis planis longiores: bracteae parvae rufae basi 2auriculatae vel breviter vaginantes ima foliiformi longissima saepe calamum superante: flores masculi pauci, spicis inferioribus plerumque totis femineis, floribus aliquibus hermaphroditis commixtis: stigmata ut plurimum

3, fusco-violacea: fructus aliquando flavi: non raro diandra est: pedunculi spicularum 3goni: semina 3quetra ferruginea. Fl. vere. Vulgaris in pascuis, et pratis spongiosis montium, et collium: ego legi in saepibus pratorum pinguium *Oclepi superioris*, et *Polloni* in agro *bugel.*

33. BICOLOR. All. ped. n. 2311. C. *Spiculis subternis erectis inferne masculis stigmatibus 2 fructibus obovatis obtusis scabris squamas ovatas nigricantes subsuperantibus calamo tereti radice parce stolonifera.*

C. androgyna. Balb. Ad. 97. et mis. 42. Ic. Schk. car. t. A aaa. t. 181. Differt a superiore 1. calamo humiliore. 2. spiculis erectis. 3. calamo tereti. 4. radice stolonifera: nam stigmata etiam in atrata aliquando 2sunt. Verum hi characteres sunt levissimi et insecuri: nam calamus plerumque (Gaud. agr. 2. 98) obtuse 3queter est, atque apice nutans, si elongatur: spicae sunt erectae quia planta humillima est et talis est quia crescit in supremis alpibus: et haec ratio probabili conjectura est propter quam stirps stolonifera (quam quam parcissime) est: ob eandem forte rationem fructus albidi sunt: unde conjicio non esse diversam ab atrata Fl. aest. Herba rara vivit in supremis alpium jugis locis udis spongiosis, et irriguis: in alpibus di *Formazza.*

bb. *Spica terminali mascula solitaria.*

x. *inferioribus femineis subsessilibus.*

z. *calamo subaphyllo.*

34. HUMILIS. Leyss. Hal. n. 176. C. *Bracteis scariosis vaginantibus spicis femineis paucifloris remotis subinclusis stigmatibus 3 fructibus obovatis striatis hirsutis foliis calamum longe superantibus radice fibrosa.*

C. clandestina. Gooden. car. n. 19. C. prostrata All. ped. n. 2312. C. argentea Vill. delph. 206. exclus. syn. C. scariosa. Lam. encicl. 3. 388 exclus. syn. C. Gesneri. Suter. helv. 2. 248. Ic. Schk. car. t. K. f. 43. Engl. bot. t. 2124. Host. gr. a. 1. t. 67. Radix fusca sublignosa; calami caespitosi humillimi foliis planis erectis canaliculatis margine asperrimis adultis longe breviores, erecti demum prostrati, obtuse triquetri: spicae femineae 2-3 calamis adeo appressae et in eis excavatae ut lolia aemulentur, ad basim usque calamorum plerumque descendunt: squamae magnae ferrugineae lato-ovatae obtusae-marginibus scariosis: semina 3quetra. Fl. vere. frequens in pascuis montanis locis udis et spongiosis: in ericetis di *Borgomanero*: in monte *Musinè*: in alpibus *Valdensium.*

zz *Calamo foliato: stigmata* 3.

35. MUCRONATA. All. ped. n. 2318. C. *Spicis femineis 2 subrotundis approximatis fructibus 3quetris pubescentibus rostratis 2dentatis squama oblonga acuta longioribus foliis setaceis radice fibrosa.*

C. junci folia. Gmel. Syst. 142. C. gracilis. Honken. Syn. n. 279. C. bracteata Sut. helv. 2. 250. C. nitida. Hop. Tasch. 1800. 158. Ic. Schk. t. K. f. 44. Stigmata 2. Michel. gen. t. 32. f. 3. Host. gr. a. 4. t. 87. Calami caespitosi sub 3quetri filiformes rigidi subtortuosi usque pedales post nuptias foliis tortuosis erectis multo longiores: spica mascula elongata elliptica vel oblonga utrinque attenuata: spicae femineae bracteatae bractea ima longissima calamum ut plurimum excedente: fructus rubidi: semina ovata ferruginea plano-convexa: stigmata aliquando bina elengata puberula. Fl. vere. In alpibus di *Bardonnèche*, in monte *Cenisio*, versus la *Novalesa* in fissuris rupium: in montibus *S. Agathae* versus *Canobbio* in agro *nov.* locis graminosis et spongiosis.

36. PILULIFERA. C. *Spicis femineis subternis approximatis subrotundis bracteis elongatis fructibus subrotundis breviter rostratis pubescentibus squama oblonga acuta brevioribus radice fibrosa.*

C. filiformis. Fl. dan. t. 1048. C. montana L. sp. 1385. C. decumbens. Ehrh. gr. 70. Ic. Schk. car. t. I. f. 39. W. acta ber. 1794. t. 2. f. 2. Engl. bot. t. 885. Host. gr. a. 4. t. 84. Pluk. phyt. t. 91. f. 8. Moris. hist. z. 8, t. 12. f. 16. Calami caespitosi 3goni nudi apice retrorsum asperi, vix dodrantales striati debiles incurvi, vel ut-plurimum decumbentes post nuptias foliis demum apice recurvis planis carinatis supra margineque carinaque scabris longiores: spica suprema lanceolata nuda, femineis basi bracteatis bracteis elongatis setaceis ima longissima calamum saepe excedente: squamae-ferruginae carina viridi marginibus scariosis femineae ut plurimum aristatae: fructus virentes: semina straminea subglobosa obsolete 3quetra. Fl. vere. stirps rara. In spongiosis prope *Envie.*

37 MONTANA. C. *Spicis femineis subgeminis approximatis subrotundis bracteis brevissimis fructibus oblongis 3-gonis subrostellatis pubescentibus squamas subemarginatas mucronatas pilosiusculas subaequantibus foliis radicalibus annotinis calamum superantibus radice fibrosa.*

L. fl. sv. 845. C. globularis W. act. ber. 1794. t. 2. f. 1. C. collina W. Sp.

4. 260. C. conglobata All. ped. n. 2314. excl. synon. C. emarginata. Schk. Ic. Schk. Car. t. F. f. 29. Host. gr. a. 4. t. 66. Scheuz. agr. t. 10. f 8. 9. Fl. dan. t. 1769. Leers herb. t. 16 f. 6. Calami nudi caespitosi 3goni vix dodrantales raro usque pedales foliis planis annotinis subexsiccatis subemarcidis breviores, hornis longiores: squamae fuscae marginibus concoloribus ovatae emarginatae vel retusae ciliatae mucronatae. Fl. vere. In collibus et montibus locis irriguis et uliginosis etiam planitiei: in sylvis della *Mandria*: in Liguria ad radicem montis *Ramazzo*: in valle *Ulciensi*: in monte *Assiette* agri *segus*.

38 PRAECOX. Jacq. aust. t. 446. C. *Spicis femineis geminis approximatis oblongis fructibus sobglobosis pubescentibus squamas ovatas acutas aequantibus radice stolonifera.*

C. verna Vill. delph. 2. 204. C. filiformis Leers. herb. t. 16. f. 3. C. umbrosa. W. sp. 4. 277. Host. gr. a. I. t. 69. Schk. Car. Ffff. f. 190. et Host. l. c. 4. t. 85. C. saxatilis Huds. angl. 408. C. montana. Light. Scot. 2. 556. C. stolonifera. Ehrh. gr. 99. Ic. Host. gr. a. I. t. 68. Schk. Car. t. F. f. 27. Flor. dan. t. 1527. Engl. bot. t. 1099. Calami caespitosi nudi laeves ut plurimum spithamei, aliquando vero usque pedales deflorati foliis planis recurvis subrevolutis carina margineque asperis longiores, obtuse 3goni: squamae femineae marginibus concoloribus carina viridi: bracteae vaginantes foliiformes infima elongata: fructus fere pisiformes squamis mucronatis plerumque longiores: semina albida. Spicae femineae aliquando androgynae pedunculatae; infima quandoque radicali: calamus aliquando foliis brevior est. Vulgatissima primo vere in pratis et pascuis exsuccis et ericetis collinis et planitiei.

39 ERICETORUM. Poll. palat. 580. C. *Spicis femineis subgeminis approximatis oblongis fructibus obovatis pubescentibus squamam oblongam obtusam ciliatam, superantibus radice repente stolonifera.*

C. ciliata W. Sp. 4. 261. Schk. Car. t. I. f. 42. W. act. ber. 1794. t. 3. f. 2. C. montana Leers. herb. t. 16. f. 6. C. approximata All. ped. 2340? non differt. a *praecoci* nisi *squamis spicae fructiferae obtusissimis capsula brevioribus et bracteis amplexicaulibus nec vaginatis*. W. sp. 4. 262. Fl. vere exeunte. In montibus *Cenisio*, et *Rosa*, rara.

40 TOMENTOSA. C. *Spicis femineis geminis cylindris remotiusculis fructibus subglobosis tomentosis squama ovata acuminata maioribus radice repente.*

C. subvillosa. M. Bieb. Cauc. 2 386. var. *Squamis masculis obovatis atro rubentibus.* C. filiformis. Thuil. par. 485. excl. syn. C. Sphaero carpa. Ehrh. gr. 89. Ic. Schk. Car. t. F. f. 28. Leers. herb. t. 45. f. 7. Engl. bot. t. 2046. Host. gr. a. 4. t. 82. Radix ferruginea articulata: calamus strictus 3gonus apice scaber, inferne foliosus, foliis angustis planis mollibus carinatis valde longior: spica mascula tenuis elongata: femineae abbreviatae infima bracteam aequante: squamae ferrugineae: fructus albo-virentes aliquando squamas non excedentes; semen subrotundo-3gonum fuscum utriculum replens: vaginae foliorum aliquando purpureae spicae femineae aliquando compositae aliquando androgynae apice masculae Fl. vere exeunte. *In valle Augustae praetoriae:* in sylvis *Stupinixii*, inter *Eremum* et *Revigliasco* agri *Taurin.* locis udis, et spongiosis.

41 FOLIOSA. All. ped. n. 2328. C. *Spicis femineis geminis pluribusque approximatis infima aliquando composita bracteatis bracteis foliiformibus imis longissimis. fructibus 3quetris acuminatis pubescentibus squamas lanceolatas cuspidatas superantibus radice fibrosa.*

Stirps valde dubia, probabili coniectura est. v. C. *flavae* neque libenter assentio cl. Kunt, qui cum caespitosa conjunxit, cum in hac stigmata 2sint. C. vetliaca. Sut. helv. 2. 251. Calami vix dodroantales teretiusculi caespitosi foliosi post nuptias foliis radicalibus planis carinatis dorso 2sulcatis scabridis paulo longiores· squamae rubellae vel olivaceae marginibus scariosis. Fl. vere exunte in uliginosis ad radices *Assiette* agri *Segus.*

42 EXTENSA. Gooden. l. c. 2. 174. t. 21. f. 7. C. *Spicis femineis ovalibus subternis remotis axillaribus fructibus ellipticis 2dentatis nervosis squamam ovatam mucronatam superantibus calamo 3quetro foliis convolutis radice fibrosa.*

C. Balbisii Schk. C. punctata. Gaud. Agr. helv. 2. 152. Calami 3goni usque pedales caespitosi laevissimi foliis mollibus laevibus apice sub 3quetris margine carinaque scabridis longiores: spicae femineae primum approximatae demum remotissimae: squamae truncatae subretusae mucronatae mucrone elongato rufo-ferrugineae margine scarioso: fructus virides laeves nitidi pel-

lucido-punctati hinc plani inde sub 3goni semine 3quetro fusco. Bracteae foliiformes longissimae calamum superantes recurvato-patulae: vaginae ligula duplici alba: spica ima longe pedunculata. spicae femineae primum ovatae demum subrotundae. Fl. vere: in litoribus maris *nicaensi*, et *ligustici* circa *Taurinum*. et *secus* amnem *Sturam*.

43 FAVA C. *Spicis femineis subternis remotiusculis ellipticis subsessillibus bracteis foliaceis elongatis patentibus fructibus ovatis rostratis divaricatis glabris squamas lanceolatas superantibus radice fibrosa.*

C. Oederi. Ehrh. gr. 79. est var. *humilior fructibus rostro recto spicis femineis pluribus*. C. patula. Host. gr. a. I. t. 64. C. divisa. Fl. dan. t. 371. Ic. Leers. herb. t. 15. f. 6. Host. gr. a. 1. t. 63. Schk. Car t. H. f. 36. Engl. bot. t. 1294. Fl. dan. t. 1047. C. Oederi. W. act. br. t. 1. f. 2. Schk. Car. t. F. fig. 26. Host. gr. a. I. t. 65. Engl. bot. t. 1773. Calami caespitosi inferne foliosi teretiusculi glabri laeves foliis caryophillaceis inaequalibus mollibus pallide virentibus longiores, aliquando tamen breviores spithamei ut plurimum vero usque pedales: bracteae foliiformes calamum plerumque superant. et fere refractae sunt: squamae mucronatae dorso ferrugineae nervo viridi marginibus scariosis: fructus aliquando obovati primum virides demum lutei superne ferruginei, inflati laeves, ad margines tamen superne serrulato-scabri nervosi; semen 3gonum laeve punctato-scabrum fuscum: spicae demum squarrosae flavae, in C. Oederi cinereae. Fl. vere vulgaris in pratis udis et spongiosis, et sylvis humidis, et umbrosis.

XX. *Spicis femineis plerisque pedunculatis.*

z. *Calamo subaphyllo*: *stigmatibus* 3.

44 ALBA. Scop. carn. 2. 216. C. *Vaginis aphyllis scariosis remotiusculis spicis femineis subgeminis 5floris fructibus turgidis ovatis rostellatis glabris foliis radicalibus setaceis radice repente.*

C. nemorosa. Schrank. Bayer. fl. I. 291. C. argentea. Gmel. syst. 173. Ic. Host. gr. a. I. t. 59. Scheuz. Agr. t. 10. f. 3. 4. 5. Schk. car. t. O. f. 55. Devey in Sillimaris amer. journ. II 316. t. H. f. 26. Calami usque pedales caespitosi inferne foliosi foliis obsoletis brevibus vaginis vero longis et scariosis foliis caespitum elongatis, firmis scabridis intense viridibus erectis canaliculatis subsetaceis longiores: spicae argenteae, mascula linearis, femineae primum lineares demum ellipticae: bracteae spathaeformes scarioso-argenteae; squamae obovatae albae argenteae nervo viridi: fructus fusci 3goni sulcati subinflati rostro brevi oblique truncato: semen ochroleucum obovato 3gonum. Fl. vere. In sylvis et collibus praesertim di *Pralugna* n. stirps rara.

45 DIGITATA. C. *vaginis scariosis oblique mucronatis spicis femineis subdigitatis ternis quaternisque linearibus erectis fructibus obovatis rostellatis pubescentibus squamas obtusas subaequantibus radice fibrosa.*

C. pedata All. ped. n. 2320. C. Ornithopoda. W. Sp. 255. 256. Ic. Leers. herb. t. 16. f. 4. Host. gr. a. I. t. 60. Schk. car. t. H. f. 38. Engl. bot. t. 615. Flor. dan. t. 1466. et pro Ornithopoda Schk. car. t. H. f. 37. Fl. dan. t. 1405. Host. gr. a. I. t. 61. Radix nigra calami spithamei raro ultra dodrantales laeves superne asperi teretes vel subcompressi inferne foliosi foliis obsoletis vaginis longis demum intense rubidis foliis laete viridibus latis margine (raro carina) scabris longioribus: bractea suprema duas spicas emittit alteram masculam sessilem breviorem alteram femineam: spicae erectae laxae suboctoflorae angustissimae: squamae apice rotundatae intense rubrae nervo viridi marginibus argenteis: bracteae magnae aphyllae (raro ima obsolete foliiformi) scariosae: fructus distantes clavato-3quetri apice virides inferne ferruginei: semen stipitatum fuscum nitidum punctulatum 3quetrum utriculum replens. *Ornithopoda* var. spicis approximatis fructibus squama longioribus. Fl. vere exeunte. passim in sylvis et dumetis et saepibus locis collinis et montanis praesertim aridis et exsuccis.

46 SEMPERVIRENS. Vill. Delph. 2. 214. C. *vaginis subfoliaceis abbreviatis spicis femineis subternis remotis infima exserta pedunculata fructibus oblongis ore obliquo rostratis margine hispidulis squama ovato-oblonga majoribus foliis radicalibus lanceolatis nervosis rigidis radice obsolete stolonifera.*

C. saxatilis. All. ped. n. 2332. C. ferruginea. Schk. car. I. 92. C. varia. Host. gr. a. 1. 59. t. 80. C. firma ejusd. syn. 509. et gr. a. I. 56. t. 75. C. alpina Schkr. Bayer fl. I. 299. C. laevis Kitaib. in W. Sp. 4. 292. Ic. Schk. car. t. M. f. 48. juxta iconem Schk. O. f. 54. quae caricem firmam exhibet: haec videtur differre a sempervirenti *foliis omnibus abbreviatis patulis angustioribus spicis femineis*

*paucioribus brevioribus subsessilibus bracteis obsoletis non foliiformibus spica mascula terminali longe pedunculata pedunculis refractis.* C. hispidula Gaud. est var. *Calamo acute 3gono scabrido, pedunculis brevioribus bractea inclusis.* Est. C. fimbriata Schk. car. sup. 61. n. 75. t. Uuu. fig. 165. Quae in montibus *Sabaudiae*, et in monte *Sylvio* lecta fuit. Radix fibris fuscis duris: calami usque pedales teretiusculi vel subcompressi glabri nudi basi foliolis paucis brevibus obsoletis obsitus, foliis intense viridibus nitidis firmis erectis superne recurvis planis margine asperis longiores: Spica mascula terminalis aliquando longe pedunculata pedunculo refracto, variegata, femineae bracteis longis foliiformibus suffultae. Squamae obtusae aliquando mucronatae centro fuscae nervo albidae margine scariosae: fructus virentes 3goni: semen nitidum punctulatum fuscum. Fl. vere, et aest. frequens in pascuis alpium editiorum praesertim montium *Cenisii*, La *Vanoise*, l'*Autaret*, et vallis *Bardonéche*, di *Ussey*, in alpibus di *Scopa*, et *Alagna*.

zz. *Calamo foliato.*

d. *Spicis femineis summis subsessilibus.*

e. *Stigmatibus* 2.

47. CAESPITOSA. C. *Spicis femineis subternis distantibus cylindricis obtusis bracteis auriculatis fructibus subrotundis compressis apiculatis squama obtusa majoribus radice late repente articulata squamata.*

C. obesa. All. ped. n. 2230. C. fusca. id. ib. n. 2324. C. foliosa id. ib. n. 2328. Vignea. Reich. germ. 60. Varr. *Spicis masculis 2 et femineis androgynis apice masculis* quales exhibent icc. Schk. car. t. Aa. f. 85. a. b. d. e. ic. B b. f. 85. C. plantam refert normalem in phrasi descriptam. Ic. Host. gr. a. I. t. 91. Gooden I. c. 2. 195. t. 21. f. 8. Engl. bot t. 1507. Flor. dan. t. 1281. C. polyandra Schk. car. t. Dd. f. 90. quamquam ipse Schk. var, habet toto coelo differt. Radix late caespitosa caespitibus basi vaginatis vaginis fuscis latis brevibus 3angularibus acutis aphyllis. Calami usque pedales erecti vel incurvi 3goni basi et apice foliosi laeves angulis apice scabridis post anthesin folia glauca plana carinata margine aspera erecto--patula multo superantes: spicae femineae axillares bracteis filiformibus auriculatis auricula parva nigra calamum plerumque aequantibus vel superantibus (Schk. t. A. a. fig. 84. a. 85. 6.) aliquando multo minoribus (Schk. t. B. b. f. 85. e.) aliquando vix spiculam excedentibus (id. ib. f. 85. c.) suprema scariosa: squamae plerumque intense anguineae vel fuscae, masculae longiores, femineae ovatae vel obovatae obtusae apice rotundatae nervo viridi utriculo viridi breviores: utriculi plantarum alpinarum nigrescunt: semen compressum ellipticum vel obovatum laeve stramineum: spiculae femineae eleganter variegatae suut ex ferrugineo et viridi. Fl. vere. Amat loca uliginosa uda spongiosa in pratis, et saepibus et ripis amnium, torrentium et lacuum.

48. STRICTA. Good. I. c. 2. 196. t. 21: f. 9. C. *Spicis femineis subternis distantibus cylindricis attenuatis elongatis fructibus ovatis acutiusculis squama lanceolata majoribus vaginis foliorum strictorum ore reticulatis radice crassa late repente.*

Vignea. Reich. germ. 60. C. acuta. Leers. herb. t. 16. f. 1. C. caespitosa. Huds. angl. 412. C. Melanochloros Thuil. par. I. 488. C. verna a Lam. encicl. 3. 395. C. elata All. ped. n. 2344. Ic. Schk. car. t. V. f. 73. Host. gr. a. I. t. 94. Engl. bot. t. 914. probabili conjectura est. var. caespitosae est omnibus partibus major. Calami rigidi erecti usque 3pedales 3goni angulis albidis superne scabris, basi foliosi, vaginis foliorum ore reticulato-fimbriatis vel fissis: spicae femineae majores elongatae cylindricae: ceterum ut in caespitosa, spicae masculae usque 2aliquando basi femineae; femineae aliquando androgynae apice masculae: bracteae foliiformes magnae longissimae auriculis nigris angustis elongatis spicae masculae fuscae: femineae post nuptias eleganter ex fusco--purpureo. et viridi variegatae: squamae apice fuscae. Ideoque non video cur a caespitosa nisi statura majore differat. Fl. vere. In agro *taurinensi* in fossis et pratis uliginosis et spongiosis etiam in ripis amnis *Sturae*: locis paludosis vallis *Segus.* et *Ulciensis.*

ee. *Stigmatibus* 3.

r. *Radice fibrosa.*

49 NIGRA. All. ped. n. 2310. C. *Spicis femineis subternis ovatis subpedunculatis fructibus ovato-oblongis compressis squamas ovatas aequantibus calamo superne nudo.*

C. aethostachya. Schk. car. t. Llll. f. 196. C. saxatilis. Scop. carn. 2. 221. C. atro-fusca Stev. in mem. soc. Mosc. 4. 67. Ic. Schk. car. t. Llll. f. 197. C. parviflora. Host. fl. a. 2. 586. Gaud. agr. helv. 2. 117. C. atratae L. varietatem habet: neque forte iniuria: cum

fere semper spica terminalis androgyna sit basi mascula. Bractea terminalis aspera foliiformis spicam superans: squamae tenues sanguineae: utriculi primum purpurei demum sanguinei marginibus flavis muricati obovati compressi: semen 3quetrum utrinque mucronatum: calamus humilis vix 5uncialis laevis 3gonus post nuptias folia excedens. Stirps valde dubia et si quid recte judico var. C. *atratae L.* pusilla. Fl. vere et aest. Locis spongiosis summarum alpium: in monte *Cenisio*: in alpibus di *Scopa*

50 ALPESTRIS. All. ped. n. 2329. C. *Spicis femineis subternis 5floris binis approximatis sessilibus infima radicali longissime pedunculata fructibus obovato-oblongis 3quetris brevissime rostellatis squamam oblongam aequantibus.*

C. gynobasis. Vill. delph. 2. 206. C. diversiflora. Host. gr. a. I. t. 70. C. Halleriana. Ass. Syn. n. 922. t. 9. f. 2. C. rhizantha Gmel. syst. 144. Ic. Schk. car. t. G. f. 35. Calami usque pedales 3goni erecti debiles demum cernui angulis scabri ima basi foliosi foliis fere omnibus radicalibus rigidis caespitosis erectis superne recurvis margine asperis longiores; bracteae non vaginantes obcordatae desinunt in foliolum spicam fere aequans: spicae imae aliquando usque 3 pedunculo axillari stricto scabro: utriculi striati pyriformes albidi superne piliosiusculi squama paulo breviores vel longiores: semen ferrugineum obovato-oblongum 3gonum. Fl. aest. Habitat summa alpium cacumina aeque ac colles et planitiem locis siccis in saepibus et semitibus.

51 DISTANS. C. *Spicis femineis subquaternis remotis oblongis infimis pedunculatis fructibus ovatis acuminatis 2dentatis nervosis angulatisve squamas ovatas cuspidatas superantibus calamo 3gono laevi.*

Ic. Schk. t. T. fig. 68. id. var. humilior t. Yy. Flor. dan. t. 1049. Engl. bot. t. 1234. Moris. his. 3. s. 8. t. 12. f. 18. Calami pedales et ultra toti foliosi foliis magnis pallide virentibus inferioribus longioribus carinatis margine asperis nitidis demum longiores: spica mascula aliquando altera minor inferior: squamae ferrugineae margine scariosae: bracteae foliiformes inferiores longissimae longe vaginatae ora extrorsum ligulata ligula alba prominula: semen fuscum nitidum angulatum angulis viridibus punctatum. Fl. vere et aest. Passim in pratis pinguibus et saepibus pascuis praesertim collinis. Apud nos quae in pratis collinis vivit spicas habet longas lineares graciles longe pedunculatas pedunculis filiformibus non ovatas crassiusculas breves brevi pedunculatas pedunculis crassiusculis qualem ic. Schk. refert.

kk. *Radice repente.*

52 FRIGIDA. All. ped. n. 2335. C. *Spicis femineis subternis lanceolatis distantibus inferioribus longe pedunculatis cernuis bracteis vaginantibus foliaceis fructibus 3quetro-lanceolatis 2cuspidatis margine hispidis squamam oblongam longe superantibus.*

C. spadicea. Schk. Car. n. 75. t. L. f. 47. C. atrofusca id. ib. l. 106. t. Y. f. 82. C. limosa Scop. carn. n. 1156. C. geniculata Host. gr. a. t. 94. et C. fuliginosa ejusd. ib. t. 93. Ic. Host. gr. a. 4. t. 90. Huc pertinere videtur C. approximata All. ped. n. 2313. Radix crassa luteola: calami 3goni laeviusculi a medio nudi pedales erecti foliis viridibus acutis carinatis margine asperis longiores: spicae femineae utplurimum androgynae apice masculae, post nuptias squarrosae: bracteae foliiformes ima elongata vaginante calamum subaequante: utriculi ferruginei: squamae ferrugineae carinatae sub apice mucronulatae: semen longe pedunculatum fuscum. Fl. aest. Habitat summa alpium juga locis irriguis vel udis et spongiosis: circa lacum montis *Cenisii*, etc.

53. GRIOLETTI. Roem. in Schk. car. 2. 76. t. Rrrr f. 209 C. *Spicis femineis subquaternis ovato-oblongis erectis infima longissime pedunculata fructibus obovatis costatis subbidentatis hirtis squamas ovatas acutas superantibus calamo foliisque glabris.*

C. grisea Vivian. fl. ital. fragm. I. par. 2. 184. Est forma C. tomentosae juxta Kunth. enum. 2. 441. *Spicis distantibus pedunculatis squamisque femineis hyalino-albidis.* Neque forte iniuria. In hoc genere ut in plerisque aliis valde numerosis est tertia saltem pars specierum delenda est. In *Liguria* praesertim a *Pegli.*

54. FULVA. Gooden. l. c. 2. 177. t. 20. f. 6. C. *Spicis femineis subbinis remotis ovatis pedunculatis fructibus ovatis acuminatis 2cuspidatis squamas ovatas muticas superantibus calamo 3quetro scabro,*

Huc C. 3gona All. ped. n. 2325. t. 89. f. 4. Ic. Schk. caric. t. T. f. 67. Host. gr. a. I. t. 77. mala. Engl. bot. t. 1295. Fl. dan. t. 1768. C. distans. Host. gr. a. I, t. 77. juxta W. Calamus pedalis et ultra: spicae femineae pri-

mum approximatae post nuptias demum distantes aliquando androgynae apice masculae: squamae ferrugineae margine hyalinae scariosae: bracteae foliiformes longissime vaginatae vaginis truncatis apice utplurimum fuscis: utriculus parvus lividus angulatus angulis hirtis rostro ferrugineo: semen nitidum luteolo-viridulum sub3gonum. In lapidosis prope *Viù* Fl. vere.

kkk. *Radice stolonifera.*

55 NITIDA. Host. gr. a. 1. 53. t. 71. C. *Spicis femineis subternis oblongis superioribus approximatis inferiore pedunculata fructibus subrotundo-globosis brevissime rostellatis nitidis squamam obtusam superantibus.*

C. alpestris. Lam. encicl. 3. 389. C. verna. Wahlemb. act. holm. 1803. 58. c. brevirostrata Poir. sup. 3. 273. C. Lamarchii Smith. in Rees. Cyclop. Ic. Schk. Car. t. L f. 46. et t. Ffff. f. 189. Host. gr. a. 4. t. 86. Radix fusca: calami tenues 6unciales 3goni scabriusculi basi foliosi foliis rigidulis caespitosis fasciculatis recurvo-patentibus subcarinatis margine carinaque asperis longiores: bractea ima minima aristaeformis vagina scariosa ferruginea dorso viridi: squamae intense purpureae nervo viridi margine scarioso mucronulatae: utriculi ferruginei rostro apice hyalino emarginato postice fisso, ore obliquo. Fl. vere. In agro *taurinensi:* in sylvis propre *Sturam:* in monte *Cenisio:* in pascuis sterilibus inter *Alpinianum*, et *Ripulas.*

56 UMBROSA. Host. gr. a. I. 52. t. 99. C. *Spicis femineis subternis inferioribus pedunculatis remotis fructibus obovatis rostellatis pubescentibus squamas oblongas carina pilosas subaequantibus calamo superne tereti.*

Videtur var. C. *praecocis* Jacq. (habitum tamen servat.) caespitosa et procerior, usque pedalis calamo stricto demum nutante bractea spicae femineae inferioris foliiformi elongata calamum usque superante: calami obsolete 3goni. Ic. Schk. car. 2. 6. t. Ffff. f. 190. forte huc etiam pertinet C. mollis. Host. gr. a. 4. t. 82 et C. polyrhyza Walroth. Sched. crit. 492. Fl. vere: in oris sylvarum collium.

dd. *Spicis omnibus manifeste pedunculatis : stigmatibus 3.*

k. *Radice fibrosa.*

i. *Spicis femineis pendulis.*

m. *Fructus ore 2dentato, vel 2rostellato.*

57 MAXIMA. Scop. carn. 2. n. 1116. C. *Spicis femineis subquinis longissime pendulis fructibus ovato-oblongis 2-dentato-rostratis squamas ovatas superantibus.*

C. pendula. Huds. Engl. 44. C. Agastachys. L. sup. 414. C. psilostachya. W. sp. 4. 289: Ic. Curt. l. c. fas. 3. t. 63. Barel. ic. t. 45. Moris. his. s. 8. t. 12. f. 4. Schk. car. t. Q. f. 60. Host. gr. a. 1. t. 100. Engl. bot. t. 2315. Species omnium maxima altitudinis usque humanae et ultra: radice crassa lignosa squamata articulata longa calamo 3quetro erecto firmo, folioso laevi foliis latissimis calamo brevioribus rigidis inferne glaucis 2sulcatis superne pulchre virentibus margine carinaque asperis: spica mascula aliquando altera, aliquando androgyna apice feminea: spicae femineae superiores quandoque apice masculae primum erectae post nuptias demum nutantes, inferiores longe pedunculatae axillares: bracteae foliiformes inferiores longissimae vaginatae vaginis longis: squamae mucronàtae intense purpureae: utriculi exigui confertissimi subinflati laeves sub 3goni virentes rostro submembranaceo. Fl. vere. In oris sylvarum locis humidis et spongiosis-in fossis et oryzetis : etiam locis montanis.

58 BRACHYSTACHYS. Schrank. Bayer fl. 1. 294. C. *Spicis femineis sub quaternis longe pedunculatis linearibus laxis cernuis fructibus 3gono-lanceolatis utrinque attenuatis glabris squamam oblongam mucronatam superantibus foliis convoluto-setaceis.*

C. strigosa. All. ped. n. 2231. Ic. Schk car. t. P. f. 58. Scheuz. agr. t. 10. f. 7. C. tenuis Host. gr. a. 4. t. 92. C. compressa. Kitaib. ap. W. sp. 4. 276. var. calamis compressis spicis femineis binis. talem invenit prof. quondam Capelli circa *Finale* locis udis et uliginosis. Radix longa filiformis rubra dura: calami caespitosi subpedales teretiusculi erecti laeves filiformes foliis brevibus caespistosis erectis tortilibus angustis rigidiusculis demum longiores: folia calami inferiora brevissima vaginae imae aphyllae: spica mascula femineis brevior: spicae femineae demum cernuae, imae longe pedunculatae bracteis foliiformibus vaginatis spicis brevioribus: squamae obovatae subtruncatae ferrugineae margine scariosae apice ciliatae: utriculi squamis duplo longiores et ultra, nervosi virentes laeves apice 2rostrati rostris scariosis: semen ovato-3gonum primum rubens demum fuscum. F. aest. Habitat in editioribus alpium jugis: in monte *Sylvio* et *Rosa.*

59 SYLVATICA. Huds. angl. 411. C. *Spicis femineis quaternis remotis filiformibus nutantibus fructibus oblongis 2fido-rostratis squama mucronata majoribus.*

C. Drymeja. L. sup. 414. C. vesicaria d L. sp. 1389. C. patula Scop. carn. n. 1160. f. 55. C. capillaris Leers herb. t. 15. f. 2. C. psilostachya Kitaib. ap. W. sp. 4. 289, quam perperam Spreng. syst. 3. 824. ad C. maximam Scop. ducit. Ic. W. act. ber. 1794. t. 3. f. 3. Engl. bot t. 995. Fl. dan. t. 404. Schk. t. Ll. f. 101. Host. gr. a. I. t. 84.

Radix transversa nigra dura : calami usque cubitales 3goni laeves foliosi strigosi foliis nervosis nervis marginibusque scabris laete viridibus longiores : spica mascula sub3gona : squamae margine pallide ferruginae dorso virentes ceteris partibus albidae: bracteae foliiformes latae spicam plerumque superantes : utriculi laeves sub3goni subinflati virentes lateribus pallide ferrugineis : semen fuscum : stigmata longissima ferruginea. Fl. vere. In pascuis graminosis sylvaticis alpium, et montium, et collium : in sylvis uliginosis etiam planitiei.

60 PSEUDOCYPERUS. C. *Spicis femineis quaternis geminatis cylindricis pendulis fructibus ovato-lanceolatis 2cuspidatis reflexis squamam setaceam aequantibus.*

Ic. Schk. car, t. Mm. f. 102 varii lusus : ideoque spicis subsessillibus geminatis vix pendulis imo suberectis ima solitaria bracteis foliiformibus latissimis longissimis. ibid. spicis pedunculatis non geminatis. Host. gr. a, I. t. 85. Engl. bot. t. 242. Fl. dan. t. 1117. Spica mascula raro androgyna basi mascula : calami recti 3quetri angulis superne scabris cubitales et ultra foliis latissimis 2sulcatis lineari-lanceolatis carinatis apice 3quetris marginibus carinaque asperrimis breviores : spicae femineae plerumque pedunculis scabris 3gonis longiores, raro geminatae: squamae virides subulatae retrorsum asperae : bracteae foliiformes longissimae calamum superantes latissimae vaginis brevissimis subnullis : utriculus virens laevis striatus : semen fuscum 3quetrum ellipticum. Fl. vere. Vulgaris in fossis praesertim oryzetis, et ripis lacuum, fluviorum amnium torrentium etc.

mm, *fructus ore integro.*

61. STRIGOSA. Huds. angl. 411. C *Spicis femineis quaternis filiformibus elongatis laxifloris cernuis remotis fructibus ovato-oblongis nervosis ore integro squamas lanceolatas superantibus.*

C. leptostachys. Ehrh. phyt. 48. Ic. Gooden. l. c. 2. t. 20. f. 4. Schk. car. t. N. f. 53. Flo. dan. t. 1237. Engl. bot. t. 994. Stirps non confundenda cum C. firma Host. quam ad sempervirentem retuli. Calami 2pedales et ultra acute 3goni laeves graciles foliosi foliis lineari-lanceolatis laete viridibus margine carinaque asperis longiores: spica mascula aliquando androgyna superne feminea: femineae usque octo post nuptias cernuae: pedunculi primum vaginam bracteae foliiformis imae longissimae calamum ut plurimum superantis non excedunt demum multo longiores sunt : vaginae elongatae marginatae membrana fusca amplexicauli : squamae pallide virentes margine scariosae utriculis duplo breviores : spicae femineae aliquando flores masculos superne gerunt : utriculus 3queter acutus glaber pallide virens ore oblique truncato : semen ellipticum 3quetrum punctulatum fuscum. Fl. vere. In pascuis siccis montis *Cenisii*, in uliginosis di *Scopa* et *Alagna*.

62 PALLESCENS. C. *Spicis femineis subternis ellipticis cernuis fructibus obovato-oblongis obtusis glaberrimis squamas mucronatas subsuperantibus foliis pubescentibus.*

Ic. Leers. herb. t. 15. f. 4. Host. gr. a. I. t. 74. Schk. car. t. Kk. f. 99. Engl. bot. t. 2185. Fl. dan. t. 1050. Pluk. Almag. t. 34. f. 5. Michel gen. t. 32. f. 13. Radix dura : calami cubitales et ultra 3goni inferne foliosi angulis superne scabris foliis pallidis subtus pilosis planis margine scabris brevissime vaginatis longiores : squamae luteolae scariosae concolores dorso viridulae ; utriculi pallide virentes inflati elliptici : bracteae foliiformes imae longissimae calamum superantes vagina brevissima : semen obovatum 3angulare punctulatum olivaceum. Fl. vere. In pratis spongiosis et uliginosis montium, collium etiam planitiei.

63 CAPILLARIS. C. *Spicis femineis subternis lanceolatis nutantibus pedunculis capillaribus fasciculatis ex bractea unica iis duplo breviore exeuntibus ima solitaria longius pedicellata fructibus oblongis acuminatis squamas oblongas obtusas superantibus.*

Ic. Fl. dan. t. 168. Host. gr. a. I. t. 62. Schk. car. t. O. f. 56. Scop. carn. t. 59. Seguier. veron. 3. t. 3. f. I. Rudb. elys. I. t. 40. Calami caespitosi usque dodrantales aliquando humilli-

mi vix ucniales teretiusculi glabri basi foliosi foliis planis acutis margine asperis demum longiores : folia ut plurimum brevissima sunt ut ic Schk. refert : spica mascula pedunculata ex vagina communi exit et femineis brevior ut plurimum est: bracteae inferiores aliae sunt sed minimae: pedunculi raro paulo distantes sunt: squamae purpureo-ferrugineae dorso virides margine apiceque scariosae, femineae obtusae apice emarginatae demum fuscae: utriculus laevis fuscus 3queter ventricosus; semen ellipticum 3angulare olivaceum: spicae 6-12 florae. Fl. aest. In pascuis summarum alpium ut *Cenisii*, *Valdensium* et *Ussey* prope l'*Autaret* . ad subalpina etiam descendit, et tunc procerior est.

ii. S*picis femineis erectis*

64. DEPAUPERATA. Gooden. l. c. 2. 181. C. *Spicis femineis subquaternis laxis sub trifloris erectis remotis fructibus globoso-ventricosis ore integro rostratis squamas oblongas superantibus*

C. monilifera. Thuil. par. 1, 490. C. ventricosa. Curt. l. c. fas. 6. t. 68. C. triflora W. phytogr. f. 1. 2. t. 1. 2. Michel. gen. 56. t. 32. f. 5. Engl. bot. t. 1098. Schk. Car. t. M. f. 50. Calami pedales et ultra erecti parce foliosi 3goni striati laeves foliis imis brevissimis pallide virentibus margine carinaque asperis longiores: spicae femineae usque sex erectae imis longe pedunculatis pedunculis 3quetris asperis: squamae ellipticae obtusae uninerviae nervo viridi ferrugineae margine scarioso hyalino: femineae obtusiores mucronulatae: utriculi laeves nervosi virentes punctulati longe rostrati: semen obovato-3quetrum Fl. aest. In monte *Turlo*. Herba speciosa.

kk. *Radice repente vel stolonifera*.

65. PANICEA. C. *Spicis femineis subbinis erectiusculis remotis laxis fructibus obovato-ellipticis muticis glaberrimis squamas ovatas superantibus*.

Ic. Schk. car. t. Ll. I. f. 100. Engl. bot. t. 1505. Host. gr. a. 1. t. 79. Leers. herb. t. 15. f. 5. Fl. dan. t. 261. Var. Spica feminea ima radicali longissime pedunculata. Radix stolonifera hinc inde caespites efferens: calami stricti 3quetri usque pedales inferne foliosi foliis rigidis glaucis erectis carinatis margine carinaque asperis longiores: spicae masculae aliquando binae: bracteae florales foliiformes spicas nonnumquam excedentes: squamae ferrugineae margine scariosae dorso virentes: utriculi lividi virentes apice colorati substriati : semen obovatum nitidum, fuscum punctulatum 3angulare. Fl. vere. In alpibus *Valdensium* et di *Viù*: passim in montibus et collibus locis uliginosis quondam inundatis et ad oras lacuum, et paludum , etc.

66. PILOSA. Scop. carn. n. 1162. C. *Spicis femineis subternis remotis erectis gracilibus fructibus ovatis nervosis ore emarginato, acutiusculis foliis margine pilosis.*

Ic. Schk. car. t. M. f, 49. Host. gr. a. I. t. 78. Radix tenuis geniculata: calami pedales et ultra 3quetri striati foliis radicalibus basi profunde 2sulcis plerumque breviores: folia culmea brevissima vaginis amplis fissis striatis intense purpurantibus : . ligula ovata folio adglutinata: squamae masculae subpurpureae femineae ferrugineae mucronatae omnes margine scarioso fructu utplurimum breviores: bracteae foliiformes spicis plerumque breviores vaginatae vaginis tubulosis: utriculi virentes laxi inflati ovati, oblique rostrati: semen fuscum obovatum 3quetrum Fl. vere. Passim in sylvis montium, et collium, saepibus, et pratis umbrosis.

67. LIVIDA. W. Sp. 4. 285. C. *Spicis femineis subbinis paucifloris remotiusculis erectis bracteas vaginantes subsuperantibus fructibus oblongis obtusiusculis squamas obtusas excedentibus.*

Ic. Schk. car. t. Ssss. f. 211. Folia graminea glauca calamis subteretibus 3pollicaribus superne asperis breviora: spica feminea ima erecta demum nutans longe pedunculata pedunculo exserto subradicali: bracteae foliiformes amplexicaules spicas aequantes: squamae sanguineae dorso virentes margine scariosae hyalinae utriculis 3quetris nervosis virentibus ore ferrugineo vix breviores. Quidquid sentiat W. est var. C. *limosae* in quo consentit etiam Kunt. syn. 2. 161. Floret vere exeunte. Legit Bellardi in alpibus vallis *Pisii*.

68. LIMOSA. C. *Spicis femineis subbinis ovato-oblongis pendulis fructibus ellipticis compressis apiculatis squamas ovatas mucronato-cuspidatas aequantibus bracteis amplexicaulibus.*

C. irrigua, et rariflora Wahlemb. varr. C. elegans W. prodr. n. 104. t. I. f. 4. Ic. Fior. dan. t. 646. Host. gr. a. I. t. 89. Schk. car. t. X. f. 78. Engl. bot. t. 2043. Scheuz. Agr. t. 40. f. 13. C. laxa Wahlem. act. holm. 1803. 153. et Fl. lap. 237. t. 15. f. I. est var. squamis oblusis bracteis vaginantibus qui characteres laevissimi sunt, et facile mutabiles. Huc etiam trahenda videtur ic. Schk. Car. t. Aaa. f. 78.

Radix ferruginea squamata articulata: calami 3quetri basi foliosi semipedales vix apice scabridi lateribus 2sulcis stricti nutantes foliis glaucis angustis elongatis margine asperis calameis abbreviatis radicalibus vix breviores: squamae sanguineo-ferrugineae dorso plerumque 3nerviae nervis viridibus marginibus concoloribus: bracteae foliiformes elongatae vaginis brevissimis fuscis apice albidis: spicae floriferae nutantes demum plerumque erectae: utriculi caesii apice subscariosi squamas paulo excedunt nervosi: semina fusca 3quetra. Fl. aest. In summarum alpium pratis, et pascuis: di *Viù*, *Ussey:* secus lacum montis *Cenisii.*

bbb. *Spicis masculis pluribus: inferioribus femineis.*

c. *Stigmata* 3. *radix repens.*

k. *Spicis masculis binis.*

o. *Pedunculatis.*

69. GLAUCA. Scop. carniol. 1157. C. *Spicis masculis subbinis femineis subternis cylindricis pedunculatis pendulis fructibus ellipticis obtusis scabriusculis squamam ovatam mucronatam subaequantibus calamo sub 3gono foliisque glaucis.*

C. recurva Gooden l. c. 2. 184. vel potius Huds. Angl. 413. C. limosa b. Leers. herb. 201. t. 15. f. 3. C. flacca Schreb. spic. 150. 14 C. verna g. Lamar. encicl. 3. 365. C. nigro-lutea Gaud. agr. 2. 196. C. aluta Sut. helv. 2. 261. C. trachycarpos Link in Schrad. journ 2. 313? C. Michelii W. enum. 959. excl. syn. C. obtusangula ejusd. hor. ber. 1806. 12. C. serrulata Bivon. C. thuringiaca Schk. car. 2. 43. t. Ppp. f. 155. Huc etiam probabili conjectura trahendae sunt C. genuensis Cand, C. Micheliana Smith. brit. 1004. et ambleocarpa W. sp. 4. 307. Ic. Michel. gen. t. 32. f. 12. Flor. dan. t. 1051. Engl. bot. t. 1506. Host. gr. a. I. t. 90. Schk. car. t. O. P. f. 57. a-b. et t. Zz. f. 113. var. spica mascula etiam unica et femineis erectis. Radix squamosa, squamis fuscis: tota herba glauca: calami cubitales et ultra non raro humiliores inferne foliosi superne angulis scabris foliis caespitosis carinatis, erectis margine carinaque asperis longiores: squamae fusco-ferrugineae dorso luteae marginibus apiceque scariosae: utriculi obsolete 3quetri subgibbosi intense virentes demum nigri: semen 3angulare retusum fuscum angulis carinatis pallidis: bracteae foliiformes imae longissimae calamum ut plurimum aequantes vel etiam superantes brevissime vaginatae, vaginis auriculatis. Stirps speciosa valde ludibunda Fl. aest, Vulgatissima in saepibus, oris sylvarum pascuis et pratis locis tamen udis et spongiosis.

70. PALUDOSA. Gooden. l. c. 2. 202. C. *Spicis masculis binis femineis ternis erectis cylindricis fructibus ovato-3quetris subnervosis 2dentatis squama lanceolata subaristata latioribus.*

C. acuta Curt. l. c. fas. 4. t. 61. C. acutiformis Ehrh. gr. 30. C. rigens Thuil. par. I. 488. C. palustris Sut. helv. 2. 261. C. intermedia ejusd. ib. C. Kochiana Cand. cat. Ic. Host. gr. a. I. t. 92. Engl. bot. t. 807. Flor. dan. t. 1767. Schk. car. t. Oo et. Vv f. 103. Stirps glauca: calami cubitales et ultra crassi rigidi 3goni angulis scaberrimi inferne foliosi foliis longissimis carinatis margine carinaque asperrimis: spicae masculae usque quatuor dum stirps floret crassiores femineis ferrugineae, femineae plerumque tres superiores aliquando androgynae inferne femineae et compositae (qualem ic. Schk. Vv f. 103. exhibet: ibi masculae sunt:) spicae femineae utplurimum sessiles ima subpedunculata aliquando tamen longe pedunculatae et pendulae: squamae ferrugineae angustae margine rufae nervo viridi hirto: bracteae foliiformes imae longissimae calamum superantes laete virentes vaginis nullis: utriculi ferrugineo-lividi glabri striati: semina 3angularia, fusca angulis viridibus fructu valde breviora. Fl. vere. Passim locis uliginosis in fossis, paludibus, rivulis, oris lacuum, etc.

oo. *Sessilibus.*

71. FILIFORMIS. C. *Spicis masculis femineisque ovato-oblongis sessilibus binis fructibus ellipticis 2dentatis lanatis squamas oblongas mucronatas subaequantibus calamo tereti.*

C. lasiocarpa Gaud. agr. helv. 2. 125. C. angustifolia Lin. mant. C. splendida W. prodr. n. 103. t. I. f. 3. C. tomentosa Lightf scot. 2. 252. Ic. Gooden. l. c. 2. t. 20. f. 5. Schk. car. t. K. f. 45. Host. gr. a. 4. t. 86. Engl. bot. t. 904. Flor. dan. t. 379. excl. spica seorsim delineata secundum Smith. Var. raro spica mascula et feminea unica: aliquando spicae femineae tres: rarissime masculae tres. Stirps glabra: calami strigosi usque 2pedales inferne teretes superne 3quetri ima basi vaginati vaginis purpureo-ferrugineis aphyllis nitidis, vaginis superioribus foliosis foliis tamen brevibus, post nuptias longior foliis radicalibus vaginantibus ecarinatis margine scabris erectis: squamae fuscae margine hyalino dorso viridi, vel luteolo, apice ciliatae: femineae plerumque mucro-

natae: utriculi atro-ferruginei subinflati: semina fusca elliptica 3quetra. bracteae foliiformes imae elongatae calamum superantes suprema brevi calamum terminante e qua spicae masculae majore pedunculata, minore brevius, vel etiam sessili. Fl. vere et aest In ripis lacuum alpinorum et locis alpium irriguis paludosis uliginosis spongiosis: in alpibus *Valdensium*: in lacu montis *Cenisii*.

72 HIRTA. C. *Spicis masculis binis femineis ternis oblongis remotis subsessilibus fructibus oblongis acuminatis cuspidatis pilosis squamas oblongas mucronatas superantibus, foliis vaginisque hirsutis.*

Var. tota glabra. C. hirtaeformis Pers. en. 2. 547. Hornem. fl. dan. t. 1711. Ic. Leers. herb. t. 16. f. 3. Fl. dan. t. 425. Host. gr. a. I. t. 96. Engl. bot. t. 685. Schk. car. t. Uu. f. 108. Radix dura crassa articulata longissima ferruginea: calami usque pedales 3goni glabri (inter spicas asperi) foliosi foliis carinatis pubescentibus margine carinaque scabris demum longiores: vaginae imae omnino aphyllae glabrae rubrae: folia inferiora brevissima ascendendo sensim longiora fiunt. squamae masculae obtusae apice ciliatae mucronatae mucrone brevi ferrugineae dorso virides nervo linea alba medio percurso totae extus villosae villis albis longis deflexis raris, marginibus apiceque scariosae: femineae ovatae longe mucronatae viridulae margine ferrugineae: utriculi conici hirsuti: spicae femineae aliquando compositae sunt, quas refert ic. Schk. fig. 1086: bracteae foliiformes longissimae calamum longe superantes: semina luteolo-virentia 3gona elliptica punctulata Fl. vere et aest. Passim in pascuis et saepibus locis sylvaticis collinis, et planitiei.

kk. *Spicis masculis 3-5 aggregatis.*

73. VESICARIA. C. *Spicis masculis aggregatis femineis subbinis ovalibus erectiusculis, fructibus ventricoso-inflatis nervosis 2cuspidatis squamas lanceolatas superantibus calamo 3-quetro.*

C. inflata Lightf.. scot. 2. 567. C. turfacea Gmel., syst. 1452. si ad ampullaceam non spectat. Ic. Flor. dan. t. 647. Leers. herb. t. 11. f. 2. III. Host. gr. a. I. t. 98. Schk. car. t. Ss. f. 106. Engl. bot. t. 779. Moris. his. s. 8. t. 12. f. 6. Calami 2pedales et ultra erecti crassi rigidi angulis acutis superne scabris inferne foliosis foliis erectis longissimis angustis carinatis margine scabris demum longiores. Spicae masculae plerumque 2 vel 3, suprema majore, filiformes squamis pallide ferrugineis concoloribus apice scariosis albis: spicae femineae subsessiles ima pedunculata aliquando pendula: bracteae foliiformes longissimae imae calamum superantes vaginis brevissimis vel nullis: squamae femineae virentes marginibus ferrugineis: utriculi laeves lutei: semina longe mucronata parva 3angularia punctata, fusca angulis viridibus utriculis multo minora. Fl. vere et aest. In pratis uliginosis et spongiosis.

74 RIPARIA. Curtis fl. lond. 4. C. *Spicis masculis aggregatis femineis ternis erectis elongato-cylindricis fructibus ovato-conicis 2furcatis nervosis squama lanceolata cuspidata brevioribus.*

C. crassa Ehrh. Beitr. 4. 43. Host. gr. a. 1. t. 93. C. vesicaria Leers. herb. t. 16. f. 2. I. C. acuta All. ped. n. 2347. C. rufa Lam. encicl. 3. 394. C vesicaria b plumbea Wahlemb. act. holm. 1803. 163. quae habitat in Caucaso; C. fasciculata Wahlemb. act. holm. 1803. 163. est var. spicis femineis androgynis quae habitat in Lusitania et picta est in Schk. car. t. Zz. f. 114. Ic. Schk. car. t. Qq. et Rr. t. 105. Engl. bot. t. 579. F. dan. t. 1218. Michel. gen. t. 32. f. 6.7. Moris. his. s. 8. t. 12. f. I. Stirps intense virens: calami usque 5pedales crassi 3goni erecti rigidi angulis superne scaberrimis foliis latis caespitosis subtus glaucis rugulosis carinatis longissimis apice 3quetris margine carinaque asperrimis longiores: spicae masculae usque 5 terminali majore rufae concolores squamis lanceolatis subulatis: spicae femineae plerumque tres suprema apice plerumque mascula sessili erecta ima pedunculata pendula squamis ovatis ferrugineis aliquando viridibus concoloribus margine albidis scariosis longe mucronatis mucrone hirto: utriculi squamis aliquando longiores fusci laeves subinflati: semina 3angularia parva albida: bracteae foliiformes inferioribus longissimis calamum plerumque superantibus basi vaginis brevissimis auriculatis vel obsoletis. Fl. vere et aest. Habitat paludes fossas oryzeta, ripas lacuum fluminum amnium etc

75 AMPULLACEA. Gooden. l. c. 2. 207. C. *Spicis masculis aggregatis femineis binis erectis cylindricis fructibus horizontalibus subglobosis inflatis 2furcato-rostratis glabris squama lanceolata latioribus calamo 3gono.*

C. vesicaria Lightf. scot. 2. 566.

Leers. herb. t. 16. f. 2. II. C. obtusangula Ehrh. gr. 50. C. vesicaria b Lin. fl. sv. n. 856. et fl. lap. n. 328. C. rostrata Wither. br. 1059. C. inflata Sut. hev. 2. 265. C. bifurca Schkr. bayer fl. 304. C. longifolia Thuil. par. I. 490. Ic. Host. gr. a. l. t. 99. Schk. car. t. Tt. f. 107. Engl. bot. t. 780. Moris. his. s. 8. t. 12. f. 8. Herba glauca : calami usque 2-pedales acute 3quetri inferne foliosi, et laeves, spongiosi crassi duri, foliis praelongis erectis vaginatis vaginis angulosis carinatis margine carinaque asperis demum longiores : spicae masculae usque quatuor graciles filiformes ut plurimum ferrugineae remotiusculae: femineae usque tres imae pedunculatae nutantes: squamae fuscae carina luteae margine apiceque scarioso-albidae : utriculi lutei : semina parva sessilia mucronata mucrone longissimo elliptica 3angularia punctulata flavida utriculis valde breviora. Fl. vere. Habitat ripas lacuum alpinorum aliorumque.

cc. *Stigmata* 2.

76 ACUTA. C. *Spicis masculis subternis femineis subquaternis elongato-cylindricis fructibus oblongis glabris ore integro apiculatis squamam lanceolatam subaequantibus calamo 3-quetro.*

C. gracilis Curt. fl. lond. 10. t. 62. C. virens Thuill. par. I. 489. Vignea Reich. germ. 61. Ic. Engl. bot. t. 580. Host. gr. a. l. t. 95. Leers. herb. t. 16. f. l. Schk. car. t. Ee et Ff. f. 92. Stirps elegans : calami stricti apice nutantes angulis acutis albidis scabris usque 3pedales foliis laete virentibus gramineis margine asperis longiores : spicae masculae plerumque nutantes post nuptias pallide ferrugineae squamis fuscis nervo viridi lineis hyalinis striatis : spicae femineae filiformes longae demum squamosae imis pedunculatis florentes cernuae demum erectae nonnunquam androgynae apice masculae : bracteae foliiformes elongatae vaginis nullis auriculatae auriculis basi solutis 3angularibus : utriculi decidui nervosi virides compressi elliptici : semina parva utriculo minora obovata bicarinata. Fl. vere. Vulgaris in paludibus et fossis praesertim oryzarum. Formam esse palustrem C. caespitosae scribit Kunth. Syn. 2 413. cui libenter assentio.

## 73 OSYRIS.

ALBA. O. *Arbuscula glabra bipedalis ramosissima ramis strictis teretibus striatis nigris foliis lineari-lanceolatis integerrimis alternis sessilibus distantibus erectis acutis exstipulatis coriaceis floribus masculis racemosis ramulis subtrifloris bibracteatis femineis axillaribus subsolitariis omnibus luteo-virentibus parvis suaveolentibus baccis exsuccis glabris globosis umbilicatis maturis rubris.*

Ic. Lam. ill. t. 802. Lob. ic. 432. Came. epit. 26. Flores masculi terminales : fructus foetidi nauseosi : flores aliquando hermaphroditi in femina : si tamen mas deest infoecunda. Fl. vere. In agro nic ad saepes et muros *Villaefrancae* : in *Sabaudia* inter *Montmeillant*, et *Chambéry*: *Genuae* in collibus al *Lagazzo* et *Oreggina.*

## 74 EMPETRUM.

NIGRUM. E. *Arbuscula pedalis procumbens ramosissima ramis ascendentibus cortice nigro vel ferrugineo foliis quaternatim verticillatis parvis oblongis obtusis viridibus laevibus, linearibus marginibus revolutis in linea alba conjunctis floribus parvis sessilibus axillaribus virentibus baccis nigris 9spermis.*

Ic. Lamark. ill. t. 803, *f.* I. Camerar. epith. ic. Stigma laciniis 9 : succus baccae sanguineus : cor. aliquando roseae: stamina purpurea. Fl. vere. In rupibus summarum alpium : *Cenisii Vesuli, Rosa, S. Bernardi, di Fauchigny*: inter *Rimella, et Campanello.*

## 75 RUSCUS.

I ACULEATUS. R. *Foliis ovato-lanceolatis pungentibus supra floriferis floribus nudis.*

Ic. Moris. s. 13. t. 5. f. I. Lob. ic. 637. f. 2. Barrel. ic. 517. Sabbat. hor. 1. t. 8. Duham. arb. 2. t. 57. Blackw. t. 155. Lam. ill. t. 835. Bull. herb. t. 243. Arbuscula usque 3pedalis glabra sempervirens ramosa ramis erectis flexilibus foliosis subverticillatis, foliis numerosis integerrimis alternis rigidis, viridibus nitidis subsessilibus parvis circa medium floriferis fasciculis subbifloris folio parvo scarioso cuspidato uninervio fultis : flores parvi ochroleuci sessiles urceolo rubente vel pallide violaceo margine luteolo: antherae sessiles : bacca majuscula pulchre coccinea rotunda seminibus 2-3 cartilagineis. Fl. vere. Vulgaris in collibus, et sylvis et dumetis plerumque collium: frequens apud nos in sylvis di *Saluzzola, Magnano, Dorzano, Zimone, Cerrione, Mottalciata etc.*

2 HYPOGLOSSUM. R. *foliis lanceolatis cuspidatis nervosis subtus floriferis pedunculis bracteatis.*

Ic. Lob. ic. 638. Column. Ecphr. 1.

t. 165. f. 2. phytob. t. 15. Moris. his. s. 13. t. 5. f. 2. Barrel. ic. 249. Blackw. t. 128. Arbuscula pedalis sempervirens simplex foliis magnis imis verticillatis supremis oppositis subtus superque floriferis sessilibus muticis fasciculis multifloris basi folio parvo viridi acuto lanceolato 3-nervio fultis urceolo violaceo: bacca ovata rubra parva. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria* locis sterilibus saxosis incultis.

### 76 ALOPECURUS.

a. *Valvis glabriusculis: radix annua.*

1 AGRESTIS. A. *Panicula subspicata cylindrica valvis calycinis basi connatis culmo superne scabriusculo.*

Var. *corollis muticis.* Ic Barrel 699 f. 2. Scheuz. agr. t. 2, f. 6. A. B Moris s. 8, t. 4, f. 12. Flor. dan. t. 697. Leers herb. t. 2, f. 5. Schreb. gr. 1. t. 19, f. 2.. Host. gr. a. 3. t. 12. Svens. bot. t. 433. Engl. bot. t. 848. Curtis. 1. c. 3. t. 13. Lob. ic. 9. Trin. ic. t. 37. Culmi pedales et ultra erecti vel ascendentes: folia brevia superne retrorsum aspera: vaginae glabrae, supremis scabridis paulo inflatis: ligula brevis 2fida: racemus elongatus pallide virens vel dilute violaceus vel pallide purpureus: valvae calycinae 3nerviae nervo medio inferne ciliato superne carinato-alato; valva cor. unica calyci aequalis vel paulo brevior dorso et prope basim aristata, arista geniculata inferne laevi corolla duplo longiore; pedunculi 2flori brevissimi. antherae luteae vel violaceae: stigmata plumosa longissima: semina libera ovata. Fl. vere. Vulgaris in arvis et pratis ad aggeres et margines agrorum.

2 UTRICULATUS. Pers. ench. 1. 80. A. *Panicula spicata ovata valvis scabris compressis subcallosis arista elongata subarticulata foliorum vagina superiore inflata.*

Phalaris utriculata L. sp. 80. Tozzettia pratensis. Savi mem. Soc. ital. 8. 477. Ic. C. Bah. Theatr. 44. Scheuz. agr. t. 2, f. 3. B. D. G. H. Scop. delic. flor. et faun. ins. 1. t. 12 Host. gr. a. 3, t. 7. Sibt. flor. gr. 1. t. 63. Culmi caespitosi erecti vel ascendentes cubitales et ultra in locis pinguibus vix pedales in aridis et macilentis tenues stricti nodis latis fuscis: folia brevia lanceolata margine vix scabrida vaginis imis brevibus superioribus longioribus suprema longissima ventricosa clavata; ligula truncata brevis; calycis valvae 5nerviae punctatae carina inferne alata villosa: semina nuda. Fl. vere. Passim in pratis etiam circa *Taurinum* in pratis di *Vanchia* et secus *Padum* al *Valentino:* in pratis siccis collinis: in agro *nov.:* circa *Sarzanam* etc.

aa. *Valvis villosis; radix perennis.*

3 PRATENSIS. A. *Panicula subspicata oblonga sublobata calyce subvilloso acuto infra medium connato corollam aequante (arista vel longiore vel brevissima) ligula brevi obtusa radice fibrosa.*

Ic. Barrel. 124. f. 1. Schreb. gram. 1. t. 19. f. 1. Host. gr. a. 2. t. 31. Engl. bot. t. 759. Curtis. 1. c. 3. t. 11. Leers. herb. t. 2. f. 4. Svens. bot. t. 14. Fl. dan. t. 1985. Trin. Sp. gr. fas. 4. Lam. illus. t. 42. Kops, et van Hall fl. bat. t. 416. Hoffm. Fl. d'Allem. 1804. 1. t. 3. f. 1. Culmus cubitalis usque 3pedalis laevis inferne incrassatus: folia elongata: vaginae foliorum iis longiores suprema subinflata: valvae calycinae 3nerviae nervis viridibus medio piloso, pilis albis, lateralibus pubecibus: valva cor. unica 5nervia carinata nervis viridibus superne pilosis, apud nos aristata arista longa medio geniculata superne pilosa: ligula aliquando erosa: semina libera ovata. Fl. vere. In pratis collium montium etiam planitiei pinguibus et irriguis.

4 GENICULATUS. A. *Panicula spicata cylindrica glumis calycinis basi connatis obtusis subvillosis apice crenulatis arista vel longiore vel brevissima culmo ascendente geniculato-infracto.*

A. paniceus Fl. dan. t. 861. A. fulvus Smith. Engl. fl. 1. 83. et Engl. bot. t. 1467. Flor. dan. t. 1804. A. paludosus Mert. et Koch germ. 1. 481. Ic. Engl. bot. t. 1250. Host. gr. a. 2. t. 32. Svens. bot. t. 333. Kops et van Hall. fl. bat. t. 402. Trin. Spec. gr. 4. 42. Hoffm. 1. c. 2. t. 3. f. 3. Curtis 1. c. 3; t. 12. Leers herb. t. 2. f. 7. Scheuz. agr. t. 2. f. 6. C. D. E. Culmus pedalis et ultra inferne radicans aliquando ramosus in paludibus fluitans: panicula lobata: folia plerumque laevia: ligula alba lanceolata obtusa vel erosa: vaginae foliis breviores subinflatae: calycis valvae carina ciliata: gluma corollina laevis supra basim aristata arista geniculata longitudine varia: antherae apud nos aureae pulcherrimae. Verum est quod scribit Smith brit. 75 radicem in exsuccis bulbosam fieri: semina libera. Fl. vere et aest. In locis paludosis, et inundatis etc. vulgaris: Si vero locus quo vivit exaruerit vivit tamen sed languet, et radix ejus bulbosa evadit.

5 BULBOSUS. A. *Panicula spicata cylindrica gracili aequali obtusa glumis calycinis distinctis acutis villosis arista calycem valde excedente culmo erecto radice bulbosa.*

Ic. Barrel. 699. f. 1. Trin. Spec. gr. 1. 40. Engl. bot. t. 1249. Dillen. in Raj syn. t. 20. f. 2. Radix tunicata membrana fusca striata aliis 3-4 bulbis similibus accedentibus. Herba glabra glauca humilis vix 2uncialis aliquando tamen procerior, raro usque 2pedalis: folia elongata suprema longitudine vaginae quae paulo inflata est: ligula lanceolata acuta striata aliquando fissa: gluma corollina apud nos calyce brevior apice truncata ut plurimum erosa raro integra: semina libera. Ad fossas circa *Sarzanam*, in pratis uliginosis *Liguriae* et in palustribus prov. *Albensis*.

## 77. PHLEUM.

a. *Calyces truncati: caryopsis libera.*

1 PRATENSE. Ph. *Racemo spicato cylindrico calycibus mucronato-aristatis carina ciliatis aristis calyce brevioribus radice fibrosa aut subbulbosa.*

Ph. nodosum L. Sp. 88 est var. *humilior racemo breviori.* Ph. Bertolonii Cand. cat. monsp. 132. est. var. ciliis paucis. Ic. Moris. s. 8. t. 4. f. 1. 2. 3. Barrel. 22. f. 1. 2 et 52. Trin. Sp. gr. I. t. 5 et 6. Engl. Bot. t. 1076: Schreb. gr. 1. t. 14. Host. gr. a. 3. t. 9. Flor. dan. t. 380 et 1984. Leers herb. t. 3. f. 2. Hoffm. germ. l. 23. t. 5. Host. gr. a. 4. t. 21. Zannichel. ist. t. 144. f. 1. Culmi usque 4pedales aliquando tamen spithamei quandoque imis nodis ramosi glabri superne nudi. Folia basi obliqua margine scabra suprema breviora: ligula producta utplurimum obtusa albida: antherae apud nos pallidae. Passim in pratis pinguibus: gracilior et humilior in pratis et pascuis montanis. Fl. vere: perennis.

2 ALPINUM. Phl. *Racemo spicato ovato-oblongo calycibus mucronato-aristatis carina ciliatis aristis extrorsum ciliatis calycem aequantibus radice repente.*

Phl. commutatum Gaud. agr. helv. l. 40 est var. *racemo subrotundo arista glabriuscula.* Phl. Gerardi Sturm. Deutscl. fl. 1. Abth. 29. Phl. geniculatum Bellard. app. 6. Ic. Scheuz. prodr. t. 3. Trin. ic. gr. 2. t. 26. Fl. dan. t. 213. Host. gr. a. 3. t. 10. Engl. bot. t. 519. Svens. bot. t. 44. Radix aliquando subtuberosa. Culmi usque 2pedales plerumque ascendentes superne nudi: vagina suprema longissima: ligula brevis inferne obtusa suprema acuta: racemus in anthesi purpurascens ovatus: corolla calyce multo brevior albida valva inferiore minore apice 2dentata. Fl. vere et aest. Amat prata humentia, et frigida alpina: frequens in pratis supra *Sanctuarium Oropae* in agro *bugell*, alibique.

aa. *Calyces acuti: rudimentum nullum corollae alterius.*

b. *Radice fibrosa.*

3 TENUE. Schrad. germ. I. 191. Phl. *Panicula spicata cylindrica glumis calycinis scabris mucronatis 3nerviis valva corollae altera obtusa dentata nervosa ligula oblonga.*

Ph. Bellardi W. enum. hor. ber. I. 85. Phalaris bulbosa L. sp. 79 Ph. subulata Savi fl. pis. I. 57. et ic. in nuovo giorn. de' lett. 1806. 4. 225. t. I. f. 1-3. Ph. sativa. Pers. en. 1. 78. Ph. tenuis Host. gr. a. 2. t. 36. Ph. cylindrica Cand. fl. fr. 3. 11. Achnodonton Bellardi, et tenue R. Sch. syst. 2. 381-2. Achnodon Bellardi Link. enum. hor. ber. alt. I. 63. Ic. Barrel. t. 14. f. I. Pal. de B. agr. t. 7. f. 8. Radix fibris saepe lanuginosis: culmi usque 2pedales caepitosi stricti superne nudi inferne aliquando ramosi glaberrimi, aliquando maculis rubris signati; folia margine aspera: ligula exserta obtusa: racemus strictus ut plurimnm longissimus usque 5uncialis; valvae calycis margine scarioso-hyalinae: valvae corollae calyce valde breviores scabridae altera apice denticulata multi-nervia altera apice 2dentata enervia Fl. vere. Stirps in patria semel inventa a Bellardi prope *Savilianum* in area herbida ruris dicti del *Follone*.

bb. *Radice subtuberosa.*

4 GERARDI. All. ped. n. 2135. Phl. *Panicula spicata ovato-oblonga glumis calycinis acuminato-aristatis ciliatis corolla subtruncata mucronata ligula brevissima truncata.*

Alopecurus Vill. delp. 2. t. 2. f. 6. Phl. capitatum Scop. carn. n. 4. 79. aliam plantam esse scribit Koch. syn. 899. Trin. sp. gr. 1. t. 1. A. capitatus Lam. ill. 1. 168. Chilochloa Gerardi Trin. fund. agr. 59. Colobachne Gerardi Link. hor. ber. 1. 74. Ic. Jacq. ic. rar. 2. t. 301. Var. racemo globoso. Herba perennis facie Phlei alpini: radix crassa dura fibris nigris: culmi caespitosi longitudine inaequales plerumque humiles spithamei in pratis pinguibus usque 2pedales superne nudi: folia brevia radicalia longiora laevia: aliquando tamen margine paulo aspera, vaginae foliis plerumque longiores suprema subinflata: ligula brevissima truncata erosa albida: valvae calycinae albidae 3nerviae nervis viridibus pilosis: valva cor. exterior major carinata 5nervia nervis viridibus mucronata margine ciliata infra medium aristata arista exserta recurva;

interior scariosa parva lanceolata carina ciliolata, plerumque tamen obsoleta. Fl. vere et aest. In summis alpium jugis locis graminosis et pinguibus, montis *Cenisii*, *Vinadii*, della *Vannesa*, etc.: in pratis alpinis di *Formazza*, prov. *nov*.

bbb. *Radice repente.*

5. Michelii. All. ped. n. 2138. Ph. *Panicula subspicata cylindrica hirsuta glumis calycinis lanceolatis acuminatis carina ciliatis.*

Phl. phalaroideum Vill. delph. 2. t. 2. f. 3. Phl. ambiguum Tenor. fl. neap 3. t. 103. f. 2. Ph. hirsutum Sut. helv. 1. 34. Phalaris alpina. Hank in Jacq. coll. 2. 91. Host. gr. a. 2. t. 35. Ph. phleoides Savi fl. pis. I. 58. Ph. Michelii ejusd. in novo giorn. 1806. t. I. f. 7. Ph. ciliata Lagasca elench. 3 Ic. Barrel. 21. f. 2. Engl. bot. t. 2265. Schrad. fl. germ. I. t. 1. f. 2. Culmi caespitosi longitudine varii in locis pinguibus usque 2pedales laeves superne nudi: folia elongata angusta margine utplurimum albo-membranaceo aspera: vagina suprema plerumque laxa subinflata longissima: ligula obtusa longa: racemus mollis lobatus basi aliquando interruptus: valvae calycinae mucronatae marginibus albo-scarioso-hyalinis aliquando ciliatis: valva calycina exterior 5nervia viridis mucronata pilosa margine albo-membranacea, interior subaequalis 2nervia nervis ciliatis seta aliquando basilari aristaeformi. Fl. vere. In pascuis montanis, et collinis, etiam planitiei.

aaa. *Calyces truncati: rudimentum corollae alterius (pedicellus). Chilochloa* P. B.

b. *Radice annua fibrosa.*

c. *Racemo cylindrico.*

6. Asperum. Vill. delph. 2. 61. t. 2. f. 4. Phl. *Panicula spicata cylindrica glumis calycinis truncatis mucronatis scabris.*

Phl. paniculatum Huds. angl. 26. excl. syn. Engl. bot. t. 1077. Phl. ventricosum Moench. meth. 477. Phl. viride All. ped. n. 2133. Phal. paniculata Ait. hor. kev. I. 87. Host. gr. a. 2. t. 37. Chilochloa aspera Pal. B. agr. 37, Ic. Barrel. 28. f. 2. Jacq. ic. rar. I. t. 14. Herba suaveolens: culmi valde inaequales humiles et usque 2pedales superne nudi non raro rubidi aliquando inferne ramosi, folia radicalia longa, culmea brevia marginibus albidis asperis: vagina suprema longissima non raro subinflata: ligula lacera elongata acuta alba: valvae calycinae cuneatae carina superne gibbosae virentes marginibus albis trinerviae: valvae corollinae calice paulo minores exterior major virens pilosa, interior angustior albida nervis marginalibus scabris: antherae parvae albae: semina ovato-acuminata punctulata. Fl. vere. Passim in saepibus, et aggeribus et marginibus agrorum in agro *Taurinensi* alibique.

cc. *Racemo obovato:*

7. Arenarium. Phl. *Panicula subspicata oblongo-obovata glumis calycinis lanceolatis acutis ciliatis corolla truncata denticulata culmo basi ramoso ascendente abbreviato.*

Phalaris arenaria. W. sp. 1. 328. Crypsis. Desfont. Atl. 1. 63. Chilochloa R. Sch. syst. 2. 409. Achnodon arenarius Link. hor. ber. I. 64. Ic. Pluk. alm. t. 35. f. 8. Zannichelli ist. t. 168. Fl. dan. t. 915, Engl. bot. t. 222. Hook. fl. lon. 4. t. 13. Culmi glaberrimi caespitosi humiles raro pedales plerumque spithamei aliquando superne nudi et purpurei plerumque spica e vagina suprema vix exserta: folia brevia glauca ut plurimum laevia: vaginae glabrae laxae supremae inflatae: ligula exserta alba: racemus brevis: glumae calycis 3nerviae scabrae: glumae corol. calyce valde breviores vix inaequales exteriore maiore multinervia apice lacera, interiore 2nervia apice 2dentata ambae albo-hyalinae nervis virentibus: caryopsis fusca libera ovata acuta: radix fibris lanuginosis. In litore maris. Fl. vere et aest.

bb. *Radice perenni fibrosa.*

8. Bohemeri. Wib. Wertemb. 125. Phl. *Panicula spicata cylindrica glabra glumis calycinis lanceolatis acutiusculis ciliatis scabris ligula truncata vix exserta.*

Phalaris phleoides. Lin. sp. 80. Engl. bot. t. 459. Fl. dan. t. 581. Host. gr. a. 2. t. 34. Phl. phalaroides Koel. gr. 52. Phl. phalaroideum Svens. bot. t. 396. Chylochloa Bohemeri R. Sch. l. c. 2. 48. Ic. Barrelier 21. f. I. Radix collo incrassata fibris non lanuginosis: culmi plerumque simplices humiles aliquando tamen pedales et ultra laeves sub spica plerumque purpurei superne ut plurimum nudi basi valde foliosi foliis glaucis brevibus latiusculis subglabris marginibus albis scabris: vaginae elongatae supremae subinflatae: racemus elongatus pallide virens vel luteo-virens vel purpurascens: valvulae calycinae sub apice paulo constrictae 3nerviae nervis viridibus mucronatae mucrone aspero: valvae cor. calyce valde breviores inaequales exteriore majore 5nervia interiore angustissima

breviore 2nervia nervis ciliatis marginibus inflexis: var. culmis procerioribus etiam polystachyis. Fl. vere. Vulgaris ad vias et margines agrorum in agro *taur.* etiam circa urbem.

### 78. PHALARIS.

a. *Calycis apice integro.*

b. *Rudimentam 3valve: valvae calycis alatae.*

1. NODOSA. L. et M. Bieb. cauc. 1. 45. Ph. *Spica cylindrica calyce integerrimo rudimento (corolla) 3valvi villoso radice nodosa foliis rigidiusculis.*

Ph. tuberosa L. manth. alt. 557. Ph. bulbosa Cand. fl. fr. 5. 249. Ic. Barrel 700. f. 1. Sibt. fl. gr. 1. t. 56. Trin. ic. gr. 7. t. 81. Radix nodosa nodis superimpositis tunicatis: culmi caespitosi proceres usque 5pedales: folia longa margine scabra: vaginae superiores quidquam inflatae: ligula magna ovata: glumae calycinae 3nerviae: cor. 3valvis calyce brevior: semen corticatum. Fl. vere. In agro *Nic.* et *Liguria* a *Pegli*, et prope *Genuam* in *Canale* supra il *Lagazzo.* Per.

bb. *Rudimentum 2valvae.*

c. *Glabrum: panicula spicata: valve cal. alatae.*

d. *Flosculis omnibus hermaphroditis.*

2. CANARIENSIS. Ph. *Spica ovata calyce apice integerrimo rudimento 2valvi glabro radice fibrosa annua.*

Ic. Scheuz. agr. t. 2. f. 3. A. C. E.F. Matt. 2. 969. Gaertn. de fruct. 2. t. 80. Schreb. gr. 1. t. 10. f. 1. 2. Plenck. off. 1. t. 41. Sibt. fl. gr. 1. t. 55. Host. gr. a. 2. t. 38. Engl. bot. t. 1310. Leers. herb. t. 7. f. 3. Hoffm. l. c. 1. t. 4. f. 2. Kops et Van Hall. fl. bat. t. 411. Trin. ic. gr. 7. t. 74. Radix fibris lanuginosis: culmi caespitosi usque 2pedales nodis fuscis, basi ramosi: folia elongata scabra marginibus albo-membranaceis vaginis margine scariosis suprema inflata: ligula tenuis magna: glumae calycinae 3nerviae tenues margine albidae: rudimentum aliud valvis 2carinatis carina, et margine ciliatis: semina fusca corolla tecta. Fl. vere exeunte. Herba vivit et in agro *nic.* et prope *Genuam* all'*Acquasola*: sed forte seminibus ex agris translatis cum patria ejus insulae Canariae sint, et passim colatur propter semina quae fringillae canariensi gratissima sunt.

dd. *Ramulorum inferiorum flosculo intermedio hermaphrodito lateralibus abortientibus praemorsis.*

3. PARADOXA. Ph. *Spica cylindrica ramulorum flosculo intermedio hermaphrodito acuminato carina scabro abrupte alato 1dentato, reliquis abortientibus praemorsis radice fibrosa annua.*

Ic. Pluk. phyt. t. 33. f. 5. mala. Moris. s. 8. t. 3. f. 6. mediocris. Host. gr. a. 2. t. 40. Sibt. fl. gr. 1. t. 58. Schreb. gr. 1. t. 12. L. fil. dec. 2. t. 18. Trin. ic. gr. 7. t. 82. Culmi caespitosi usque 3pedales basi aliquando ramosi decumbentes vel ascendentes: folia linearia basi alba margine scabra longe vaginata vaginis superioribus inflatis suprema spathacea: ligula alba magna: spica basi attenuata: racemi imi 5-7flori supremo hermaphrodito ceteris neutris corolla destitutis: racemi superiores flores habent plerosque hermaphroditos paucis neutris: cetera floris ut praecedentis: spiculae facile deciduae. Fl. vere: in agro *nic.* et *Liguria occidua* a *Pegli*, *Ceriale*, et *Albingauno.*

cc. *Villosum: panicula patente: valvae calicis apterae.*

4. ARUNDINACEA, Ph. *Panicula patente glomerata calycibus nervosis corolla nitida perfecta, neutra angustissima 1valvi villosa pennicilliformi, radice repente.*

Digraphis. Trin. fund. agr. 127. Arundo colorata Aiton, kew. 1. 116. Calamagrostis colorata Sibt. oxon. 37. Baldingera arundinacea Dumor. agr. 130. B. colorata fl. Wetterav. n. 99. Ic. Moris. s. 8. t. 6. f. 41. Scheuz. agr. t. 3. f. 4. A. B. C. Schrad. flor. germ. 1. t. 6. f. 5. Hoffm. l. c. t. 4. f. 1. Flor. dan. t. 259. Engl. bot. t. 402. et 2160. f. 2. Leers. herb. t. 7. f. 3. Host. gr. a. 2. t. 33. Schk. hand. t. 9. mala.

Var. *Foliis albo lineatis.* Radix squamata stolonifera: culmi caespitosi ex axillis foliorum etiam superiorum ramosi, ramis sterilibus, ascendentes basi radicantes. usque 3pedales erecti nodis glabris fuscis: folia arundinis lanceolata margine et inferne scabra: ligula obtusa brevis tenuis: paniculae pedunculi ramosi inaequales saepe basi bracteati bractea alba: flores nitentes albo-purpurascentes, secundi: glumae calyc. subaequales concavo-carinatae carina scabrae 3nerviae nervis viridibus, ceterum albido-purpurantes: glumae cor. subaequales carina pilosae pilis longis albis appressis exteriore 5nervia latiore interiorem amplectente: semina corticata. Facies arundinis, floribus tamen omnino cum phalaride convenit. Floret majo, et junio. Vulgaris in fossis praesertim oryzarum. in oris lacuum, ripis fluminum, amnium etc. Et haec clavo laborat. Tunc semen exuberat, porrigitur, nudum

est, crassum depressum nigro-violaceum. Stirpem legi hic Verroni in humidis fossis, quae rudimentum nullum habet, corollas vero extus basi, et carina pilosas, pilis longis, albis, appressis: cetera conveniunt.

aa. *Calycibus denticulatis.*

b. *Rudimentum 1valve.*

5. AQUATICA. Ait. kevv. I. 56 Ph. *Spica oblongo-ovata calyce apice denticulato rudimento 1valvi radice fibrosa annua.*

Ph. minor. Retz. obs. 3. 8. Ph. canariensis b. Cand. fl. fr. 3. 10. Ph. bulbosa Desfont. Atl. I. 55. Ic. Host. gr. a. 2. t. 39. Herba pallide virens usque 2pedalis culmis aliquando inferne ramosis foliis basi albis margine scabris linearibus elongatis vagina suprema subinflata: ligula alba magna: valvae calyc. albidae 3nerviae nervis viridibus obovatae superne carina alatae ala eroso-denticulata: ad basim rudimenti squama est margine ciliata dura subcartilaginea callosa obtusa ovata nitida. Mihi non videtur differre characteribus constantibus a Ph. aquatica L. cum qua etiam confunditur, Candolle fr. 5. 249. Forte radix bulbosa character ludibundus est quod probat synon. Desfont. atl. I. 55. a Bertolonio huc ductum, quod etiam videmus in Alopecuro geniculato qui si in exsucco vivit radicem fert bulbosam etc eadem forte dicenda sunt de *rudimento.* Fl. vere. In agro *nic.* circa *Sarzanam* inter sata in collibus di *Rigazzo*: circa *Genuam* in herbidis all'*Acquasola.*

bb. *Rudimentum obsoletum.*

6 NITIDA. Presl. Cyp. et gram. sic. 26. Ph. *Spica ovata glumis calycinis oblongis basi attenuatis carina superne obsolete alata ala integerrima squamis corollinis binis obtusis glabris concavis glumis corollinis villosis radice fibrosa annua.*

Ph. brachystachys Link in Schrad. journ. I, 134. Ic. Trin. ic. gr. 7, t. 75. Differt. a Ph. aquatica L. et Bertol. ital. 1, 341. ala carinali calycina minore integerrima, squamis corollinis binis minimis concavis obtusis glabris spica ovata radice annua: qui characteres stirpem omnino distinctam faciunt. Fl. vere. In maritim. agri *nic.* Semen ut in aliis corticatum.

## 79. POLYPOGON.

Herbae annuae palustres, racemis contractis spicaeformibus.

a. *Corolla aristata.*

I MONSPELLIENSIS. Desf. atl. I, 67 P. *Panicula contracta glumis calycinis subpubescentibus margine glabris apice integris corolla aristata, aristis elongatis.*

Alopecurus. L. sp. 89. A. aristatus Hunds. angl. 28. A. paniceus. L. sp. 90 est. var. humilior loca sicca habitans calycis marginibus pubescentibus: Santia plumosa. Savi mem. Soc. ital. 8: 479. Phleum crinitum Schreb. gr. 1, t. 20, f. 3, Sib. fl. gr. I. t. 62. Milium paniceum Host. fl. a. 194. Agrostis panicea W. sp. I 363. Engl. bot. t. 1704. Host. gr. a. 3, t. 46. Ic. Bonan. pamph. t. 51. Moris s. 8. t. 4. f. 3. Barrel. 115. f. 1, 2. Culmi aliquando in aridis palmares sed non raro praesertim in humidis usque 4pedales simplices raro basi subramosi: folia linearia elongata plerumque margine aspera: vaginae supremae subinflatae: ligula longa extus villosa apice fissa vel erosa: racemus densus lobatus albo-virens post nuptias flavicans: glumae calycis carinatae carina virides margine albidae et ciliatae: glumae cor. albidae calyce valde breviores, exteriore majore alteram amplexante denticulata sub apice aristata interiore mutica apice 2-dentata. Vulgaris in pascuis declivibus Fl. vere.

aa. *Corolla mutica.*

2 MARITIMUS. W. nov. act. nat. cur. 3, 433. P. *Panicula coarctata oblonga glumis calycinis hirsutis apice dilatatis emarginato-2fidis longe aristatis arista, e fissura prodeunte, corolla mutica.*

Ic. Gusson. plant. rar. t. 5. f. 2. Herba humilior priore aliquando 2pollicaris aliquando tamen si in locis humidis et pinguibus vivit usque pedalis: ceterum exclusis characteribus phrasis valde similis priori F. vere. In agro *nic.* et *Liguria* praesertim a *Pegli* et circa *Sarzanam:* in *litore lunensi.*

## 80. GASTRIDIUM.

AUSTRALE. Pal. B. agr. 6. t. 6. a-e. G. *Herba annua glauca usque pedalis plerumque humilior basi ramosa panicula subspicata pyramydata laxiuscula viridi-argentea calycibus acuminato-elongatis nitidis basi ventricosis ventre glabris flavidis superne scabris corolla minima in ventre calycis arista elongata articulata scabra semine corticato.*

G. lendigerum. Hook. brit. 31. Milium lendigerum L. sp. 91. Engl. bot. t. 1107. Sibt. fl. gr. 1. t. 65. Schreb. gr. I. t. 23. f. 3. Host. gr. a, 3. t. 24. Agrostis australis L. mantis. 1. 30. Agrostis ventricosa Gouan. hor. monsp. t. I. f. 2. A. panicea Savi pis. 1. 83. A. lendi-

gera Cand. fr. 3. 18. Arundo Schwabii Sch. man. 3. 603. Calamagrostis Sch. Spr. syst. 1. 253. juxta Reich. germ. 140. Ic. Barrel. 124 f. 2. Scheuz. agr. t. 3. f. II. C. Pluk phyt. t. 33 f. 6. G. muticum Spren. nov. prov. 20 est profecto var. humilior in aridis Calabriae et Siciliae *cal. obsolete ventricoso et arista imis praesertim floribus deficiente*. Fl. vere. In agro *nic.* in collibus prope *Genuam* al *Lagazzo*, et in monte *Caprione* apud *Sarzanam.*

## 81. CRYPSIS.

Herbae annuae.

a. *Floribus diandris.*

I. ACULEATA. Ait. h. kew. 1. 68. Cr. *Culmo compresso basi ramosissimo prostrato paniculis subspicatis haemisphaericis sessilibus involucris foliaceis divaricatis mucronatis.*

Schoenus aculeatus L. sp. 63. Schreb. gr. t. 32. Antoxanthum aculeatum L. sp. pl. 85. Antitragus aculeatus. Gaertn. dc fruct. 2. t. 80. Heleochloa diandra Host. fl. a. I. 77. Crypsis schoenoides Pal. B. agr. t. 6. f. 12. Agrostis aculeata Scop. carn. I. 62. Host. gr. a. I. t. 31. Lam. ill. t. 42 f. 2. Ph. schoenoides Jacq. fl. a. 5. t. 7. Cavanil ic. 1. t. 52, excl. fig. Y. Ic. Scheuz. agr. 2. f. 9. C. Camerar. epit. 745. C. Bauh theat. 108. Culmi caespitosi raro ascendentes vel erecti, humiles raro pedales: folia linearia elongata margine aspera: vaginae breves apertae turgidulae a culmo recedentes: ligula nulla verum ejus loco annulus pilosus: folia involucri plerumque 2 usque 6 connata interioribus brevioribus demum mucronata et pungentia: calyx corolla multo minor: semina flavida hinc linea laterali fusca inde corneo-diaphana. Fl. aest. Amat loca humida et fluminum amnium etc. ripas arenosas: in agro *nic.* in arenosis *Padi* circa *Taurinum* locis inundatis versus la *Madonna* del *Pilone.*

aa. *Floribus triandris.*

b. *Involucro 1 phyllo, culmo simplici.*

2. ALOPECUROIDES. Schrad. fl. germ. I. 167. Cr. *Culmis simplicibus teretiusculis paniculis spicatis oblongo-cylindricis basi nudis flosculis triandris.*

Heleochloa alopecuroides. Host. gr. a. 1. t. 29. Phleum Pill. et Mitterp. it. 147. t. 16. Crypsis macrostachya Broter. fl. lusit. Crypsis geniculata R. Sch. syst. 2. 376. Phalaris explicata Link. in Schrad. journ. 1799. n. 32. Ph. geniculata Smith. prodr. I. 38. Ic. Delil. aegypt. ed. 2. 49. 151. t. 9 f. 1. Huc pertinet Barrel. t. 54. Culmi caespitosi aliquando superne ramosi humiles vix dodrantales prostrati vel ascendentes raro erecti: folia linearia: vaginae folio breviores strictae, suprema involucriformis, panicula inferne angustata fusco vel purpureo-virens: glumae calycinae et corollinae carina pilosae: semina ovata. Fl. aut. Prope *Taurinum* ad *Eremum* ad semitas locis humidis vulgaris, item circa *Albam* et circa lacum di *Ternavasio*. Cr. nigricans Guss. Flor. sic prodr. I: 72. est sine dubio var. *humilior vix pollicaris Siciliae* incola.

bb. *Involucro diphyllo culmo ramosissimo compresso.*

3. SCHOENOIDES. Lam. ill. I. 166. t. 42. f. I. Cr. *Culmis ramosis compressis paniculis spicatis, ovato-oblongis vaginatis foliis rigidiusculis.*

Cr. aculeata b. W. sp. I. 158. Phleum schoenoides L. sp. pl. 88. Jacq. ic. rar. I: t. 15. Cavanil. ic. et descript. I. t. 55. f. X. Phalaris vaginiflora. Forsk aegypt. 18. Heleochloa schoenoides Host. gr. a. 1. t. 30. Pechea subcylindrica. Pour. chl. n. 103. Spartina phleoides. Roth. n. beitr. I. 101. Parum differt a Cr. aculeata et characteribus tantum suprascriptis, qui forte valde inconstantes sunt. Icon Lamarckii profecto mala est; verum ic. 54. Barrel. malignius trahi ad hanc speciem mihi videtur. Fl. autumno. in agr. *nic.*

## 83. LAGURUS.

OVATUS. L. *Herba annua culmis erectis vel decumbentibus, caespitosis vel solitariis foliisque linearibus vel lineari-lanceolatis mollissime villosis panicula ovata capitata seminibus nudis.*

Ic. Barrel. ic. 116. f. I. 2. Scheuz. agr. t. 2. f. 4. B-C. Moris. sect. 8 t. 4. f. I. Zannich. ist. t. 66. f. 2. Host. gr. a. 2. t. 46. Engl. bot. t. 1334. Schreb. gr. 1. t. 90. Lam. illus. t. 41. Palis. B. l. c. t. 8. f. 12. Culmi longitudine varii in macris et aridis humiles in pinguibus pedales et ultra teretes geniculis sulcatis: vaginae folia excedunt, supremae inflatae molliter villosae. Ligula puberula lacera brevis obtusa. Panicula demum nutans densa mollissime villosa aliquando subglobosa. Valvae calycinae lineares faciem habent aristae pectinato-ciliatae pilis longis mollibus: valva cor. inf. major 5 nervia nervis viridibus pilosa supra medium aristata arista exserta inferne contorta demum refracta: superior brevior hyalina 2 nervia glabra apice 2dentata. Flores imi neutri sunt. Fl. vere. In marit. agr. *nic.*

## 83. LAPPAGO.

RACEMOSA. W. sp. I. 484. L. *Herba annua purpureo-virescens culmis humilibus ascendentibus basi ramosis brevibus et radicantibus totis foliosis foliis ciliatis, valvis calycinis inaequalibus echinatis.*

Cenchrus racemosus L. sp. pl. 1487. Schreb. gr. I. t. 4. Tragus racemosus Desf. atl. 2. 386. Pal. B. agr. t. 6. f. 13. Phalaris muricata Forsk descrip. 202. Cenchrus linearis Lam. fl. fr. 3. 631. Lappago aliena Spr. n. entend. est profecto var. Tragus Berteronianus Sch. M. 2. 205. Tragus occidentalis et orientalis Nees ab Esemb. in Mart. Bras. 2: 286. Ic. Host. gr. a. I. t. 36. Sibt. fl. gr. 2. t. 101 var. erecta. Kunt. gram. 2. t. 120. Scheuz. agr. t. 2. f. 1. C. D. Barrel. ic. 718. Zannich ist. t. 208. C. Bahui. Theatr. 16. Vaginae supremae inflatae: ligula deest, ejus loco annulus pilorum: folia brevia, pilosa, lata: racemus laxus inferne magis: rachis flexuosa angulata angulis pilosis: pedunculi 3-5 spiculas gerunt suprema sterili. Fl. vere exeunte. Vulgaris in arvis et pascuis arenosis, sterilibus, et siccis.

## 84. HORDEUM.

a. *Agrestia.*

b. *Radice tuberosa.*

1. BULBOSUM. H. *Flosculo intermedio subsessili aristato, aristis appressis lateralibus muticis subpedicellatis involucro setaceo radice tuberosa.*

H. nodosum Sav. due cent. 37. H. strictum Desfont atlant. I 113. t. 37. Ic. Host. gr. a. 4. t. 13. Barrel. ic. 112 f. 2. Sibt. fl. gr. I t. 98. Moris. s. 8. t. 6. f. 7. Radix e bulbis vel tuberibus aliquando superimpositis. Culmi usque 2pedales glabri: folia basi auriculata albo-maculata macula callosa: ligula brevis truncata eroso-fimbriata: spica compressa elongata: squamae duo obtusae ciliatae ciliis longis genitalibus adstant. Fl. vere. Prope *Genuam* in herbidis.

bb. *Radice fibrosa.*

c. *Foliis scabris.*

d. *Annuum.*

2. MURINUM. H. *Flosculo intermedio lanceolato ciliato lateralibus subulatis asperis omnibus aequaliter aristatis aristis erecto-patulis valvis calycinalibus intermediis ciliatis, foliis scabris.*

Ic. Flor. dan. t. 629. Host. gr. a. 1. t. 32. Curt. lond. I. t. 12. Engl. bot. t. 1971. Radix fibris villosis: squamae nectarii 2 lineares acutae ciliolatae. Fl. vere. Ubique in viis, semitis, impluviis etc. praesertim circa domos etc.

dd. *Perenne.*

3. PRATENSE. Huds. angl. 56. H. *Flosculis omnibus setaceis scabris, lateralibus brevius aristatis spicula intermedia subsessili valvis calycinis omnibus setaceis, scabris, foliis asperis*

H. nodosum L. sp. pl. 126. H. maritimum Fl. dan. t. 630. H. secalinum Schreb. spic. 148. Host. gr. a. I. t. 33. Trin. ic. 1. t. 3. Engl. bot. t. 409. Vaill. bot. par. t. 17. f. 6. Moris. s. 8. t. 2. 6. Radix in locis macilentis, et sterilibns bulbosa fit teste Smith. brit. 156. Culmi 2pedales et ultra: folia linearia longa: vaginae imae pilosae pilis deflexis, supremae glabrae nec laxae: ligula brevis truncata erosa: flores laterales plerumque masculi subinde abortivi. In ag. *nic.*

cc. *Foliis glabris: radice annua.*

4 MARITIMUM. Wither. bot. ar. 172. H. *Flosculo intermedio semiovato lateralibus brevius aristatis foliis glabris.*

H. geniculatum. All. ped. 2: 359. t. 91. f. 3. H. secalinum. Savi fl. pis. I. 145. Gusson plant. rar. t. 14. H. pubescens. Guss. fl. sic prodr. I. 144. H. rigidum Roth. cat. 1. 24. Ic. Host. gr. a. 1. t. 34. Engl. bot. t. 1205. Flor. dan. t. 1632. Barrel. ic. 111, f. 1. Moris. s. 8. t. 6, f. 5. Affinis H. murino cujus et faciem habet. Copiosissimum in pratis maritimis *Sarzanae* prope ostia *Macrae*: in agr. *nic.* prope portum di *Limpia*.

aa. *Culta annua.*

b. *Flosculis omnibus hermaphroditis.*

5 VULGARE. H: *Flosculis omnibus hermaphroditis 4fariam positis.*

H. coeleste Viborg. cereal. 32. t. I. H. nigrum W. enum. 1037. Ic. Host. gr. a. 3. t. 34. Hal. com. nov. gott. 6. t. 2. Arduini sag. dell'accad. di Pad. 3. t. 2. f. I. Trattin. tab. t. 543. Blackw t. 423. Lob. ic. 28. Moris. s. 8. t. 6. f. 3. Patria ejus ignota. semen corticatum vel nudum. Seritur vere: etiam autumno.

6. HEXASTICON. H. *Flosculis omnibus hermaphroditis 6fariam positis.*

Ic. Vibourg. l. c. t. 2. Host. gr. a. t. 35. Arduin. I. c. 3. t. 2. f. 2. Trattin. tab. t. 544. Folia latissima: spica brevis crassissima. Seritur autumno.

bb. *Flosculis lateralibus masculis.*

7. DISTICHON. H: *Spica disticha aristis flosculi hermaphroditi appressis lateralibus masculis muticis.*

Ic. Host: gr. a. 3. t. 36. Trattin. tab. t. 543. ejusd. fl. a. t. 42. Arduin. l. c. t. 2. f. 3-4 Hal. com. got. l. c. t. 3 Vib. l. c. t. 3. Aristae flosculorum fertilium longissimae asperrimae: spica compressa: semen nudum vel indusiatum. Seritur vere et autumno.

8 ZEOCRITUM. H. *Spica disticha aristis flosculi hermaphroditi patentibus lateralibus masculis muticis, seminibus angulatis patentibus confertis corticatis, spica crassa brevi compressa basi latiore.*

Ic. Viborg. l. c. t. 4. Host. gr. a. I. t. 37. Arduin. l. c. t. 4. f. 1. Trattin. l. c. t. 546. Schreb. gr. t. 17. Patria omnium cultarum specierum ignota: et falsum est sponte nasci in *Sicilia* et *Sibiria.*

## 85. DIGITARIA.

a. *Radice perenni repente stolonifera.*

1. STOLONIFERA. Schrad. germ. I. 165. t. 3. f. 9. D. *Spicis quaternis erecto-patulis flosculis sessilibus glabris ciliatis acutis patentibus foliis distichis glaucis rigidiusculis ciliolatis ligula barbata, culmo basi stolonifero.*

Panicum dactylon. L. sp. pl. 85. Engl. bot. t. 850. Sibt. fl. gr. I. t. 60. Host. gr. a. 2. t. 18. Plenck ic. med. 1. t. 43. Cynodon dactylon Rich. in Pers. ench. I. 85. Digitaria dactylon. All. ped. 2. 238. Paspalum dactylon. Cand. fr. 3. 16. Ic. Barrel. ic. 753. f. 1. Scheuz. agr. t. 2. f. 11. I. Moris. s. 8. t. 3. f. 4. Zannich. ist. t. 192. Radix repens superficialis alba dura squamata, profunda nigra dura sublignosa non squamata: culmus plerumque humilis repens ramis floriferis ascendentibus, interdum tamen in pinguibus usque pedales: spicae usque septenae: cor. mutica: stigmata purpurea: squamae 2 parvae ad basim germinis: semen corticatum. Fl. aest. Vulgatissima apud nos in viis, et semitis praesertim in agris, quorum vera pestis est, et nomen meretur *frugiperdae*: est vera herba quae dicitur *Gramigna*: tritici enim repentis radix mollis est, et exsiccatione valde exigua fit: quae in agris etiam non vivit cum eam agricolae terram fodiendo, runcando, occando, arando facile interficiant. Digitariae vero stoloniferae radix adeo vitalis est ut nisi sole occidatur. Terram igitur agrorum mensibus julio, et augusto ter árent agricolae elicibus profundis ductis ne aquae subsistant et pectine rastrisque diligenter radicem colligant, et agrum sarriant. Sic tandem purgabitur ager. Radix dulcis alvum laxans, et cum radice Taraxaci et Cichorei decocta optimum remedium in stasibus abdominalibus ideoque in hypochondriasi, podagra, et morbo haemorhoidario, et obstructionibus abdominalibus a febre intermittente est. Hoc in casu herba Verbenae addenda est et si hydrops minetur erumpere radix Scillae, et pillulae ex extracto Hellebori nigri: cortex demum peruvianus pulveratus dandus est.

aa. *Radice annua fibrosa.*

2. SANGUINALIS. Pers. ench. I. 85. D. *Spicis subquaternis erecto-patulis flosculis oblongis margine pubescentibus foliis vaginisque pilosiusculis.*

Panicum. L. sp. 84. Engl. bot: t. 849. Curt. l. c. 1. t. 9. Flor. dan. t. 388. Trin. ic. gram. 8. t: 93. Schreb. gram. 1. t. 16. Host. gr. a. 2. t. 17. Paspalum. Cand. fr. 3. 16. Syntherisma vulgare. Schrad. germ. I. 161. Ic. Scheuz. agr. t. 2. f. 11. G. Moris. s. 8. t. 3. f. 2. D. ciliaris Pers. ench. 1. 85. (Syntherisma ciliare Schrad. l. c. 160. t. 3. f. 7. Paspalum ciliare Cand. l. c. 259. Digitaria commutata Schult. mant. 2. 262. Trin. ic. gram. 12. t. 144. Panicum ciliare Host. gr. a. 4. t. 15 - Digitaria eriantha Steud. in flor. 1829, 2, 468. (Panicum commutatum Nees ab Es. in Linnaea 7. 274.) est procul dubio var. spicis suboctonis flosculis pedicellatis valva calycina majore nervis dorsalibus hirsuta setis longioribus permixtis. Culmi prostrati usque 2pedales ramosi glabri: pili basi callosi: spicae in pinguibus usque 15 et ultra, longissimae: flosculi geminati distichi imbricati virentes sed ut plurimum purpurascentes altero sessili: cor mutica: stigmata rubra. Fl. aest. Vulgatissima in agris, et hortis. Apud nos vocatur *Strossa*, quia valde fragilis est: semen corticatum.

3 HUMIFUSA. Pers. ench. I. 85. D. *Spicis subquaternis patulis flosculis ovatis margine nudis foliis vaginisque glabris.*

Panicum Ischaemum Schreb. in Schweig et Koert. fl. erlang. 16. Syntherisma glabrum. Schrad. germ. I. 163. t. 3. f. 6. Panicum glabrum. Gaud. agr. I. 22. Trin. ic. gram. 13. t. 149. Paspalum ambiguum Cand. fr. n. 1505. Panicum arenarium M. B. cauc. 3. 52. Digitaria glabra R. et Sch. syst. 2. 471. Panicum humifusum Kunt. gr. I. 33. Digitaria filiformis Koel. gr. 25. Panicnm lineare Krok. sil. I. 95. excl. syn. Valde affinis priori qua differt. characteribus in phrasi descriptis si omnino constantes sunt. Vulgaris apud nos in agris zea satis cum priori. Fl. aest. Flosculi purpurascentes. Mihi videtur var. *sanguinalis.*

## 86. LEERSIA.

ORYZOIDES. Sw. prodr. 21. L. *Herba perennis facie oryzae glauca aquatica repens stolonifera decumbens basi ra-*

*mosa et radicans usque 2cubitalis culmis totis vaginatis nodis villosis foliis linearibus margine asperrimis paniculae diffusae ramis subpendulis flosculis viridibus triandris patulis ciliatis ciliis basi aculeatis.*

Phalaris L. sp. pl. 31. Schreber gram. 2. t. 22. Krok. fl: sil. 1. t. 18. Homalocenchrus Poll. palat. 1. 52. Poa palustris L. sp. 97. teste Smith. apud Schr fl. germ. 1, 301. Asprella R. et Sch. syst. 2. 66. Ehrhartia clandestina Wigg. prim. 64. Ic. flor. dan. t. 1744. Host. gr. a. 1. t. 35. Genitalia inclusa, semina non corticata. Fl. aug. et sept. Vulgaris in fossis praesertim oryzarum.

## 87. AGROSTIS.

a. *Panicula racemosa: cal. truncatus. corollae muticae pilosae valva altera denticulato-setosa.* KNAPPIA Smith.

1. MINIMA. A. *Racemo simplicissimo lineari flosculis solitariis alternis secundis subsessilibus ligula oblonga calyce corollam superante seminibus nudis radice fibrosa annua.*

Clamagrostis minima R. et Sch. syst. 2. 389. Sturmia verna. Pers. ench. 1, 76. St. minima. Hoppe in Sturm. Deutschl. fl. 1. abth. 7. heft. Mibora verna. Pal. B. agr. t. 8. f. 4. Knappia agrostidea. Smith. fl. br. 1388. Engl. bot. t. 1127. Hook. fl. lond. 6. t. 12. K. verna Trin. spec. gr. fas. 2. t. 17. Ic. Moris. s. 8. t. 2. f. 10. Scheuz. agr. t. 1. f. 7. I. Dill. Giss. append. t. 16. f. 1. Herba 2pollicaris raro spithamea: culmi caespitosi capillares laeves enodes argentei nitidi folio unico basilari, apice purpurantes: folia reliqua subradicalia convoluto-setacea, supra canaliculata culmo duplo breviora basi dilatata: ligula plicata: flosculi laeves appressi elliptici obtusi compressi purpureo-virentes, vel pallide violacei: squamae 2ferrugineae oblongae parvae. Fl. primovere. In ag. *nic.*

aa. *Cor. muticae valva calycis inferior minor.* VILFA. Adams.

2 VULGARIS. With. 132. ap. Smith. brit. 80. A. *Panicula patente culmo ascendente aut erecto radicante valvis calycinis acuminatis carina asperis radice repente.*

A. alba a. L. sp. pl. 93. Engl. bot. t. 1189. Leers herb. t. 4. f. 5. Flor. dan. t. 1623. A. stolonifera. L. sp. 93. Engl. bot. t. 1532. Leers herb. t. 4. f. 6. Host. gr. a. 4. t. 56. Flor. dan. t. 564. Svensk. bot. t. 58. A. capillaris. All. ped. 2. 237. Fl. dan. t. 163. Leers herb. t. 4. f. 3. A hispida W. sp. 1. 370. A. sylvatica Host. gr. a. 4. t. 58. A. diffusa Host. gr. a, 4. t. 55. A. patula et frondosa Ten. neap. 3. 52-3. A. dubia Cand. fr. 3. 21. A. varia Host. gr. a. 4. t. 57. A. decumbens Host. gr. a. 4. t. 54. A. compressa W. sp. 1. 368. A. vinealis b. W. l. c. 369. A. maritima Cand. fr. 3. 23. A. rubra b. Whalemberg fl. sv. 1. 40. A. polymorpha. Trin. spec. gram. fas. 3. t. 31. 32. Vilfa frondosa V. alba a. b. g, d. V. glaucescens Presl. cyp. et gr. sic. 22. 24. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 5. B: Engl. bot. t. 1671. Host. gr. a. 4. t. 59. Kops. et van. Hall. fl. bat. t. 401.

Var. *a. cor. muticis aristatisque arista dorsali articulata.* Schrad. fl. germ. 1. t. 2. f. 4. Engl. bot. t. 1189. fig. b. Leers herb. t. 4. f. 3. B. *Corolla post anthesim elongata vivipara.* Hoffm. fl. d'Allem. 3. an. 1800. t. 7. f. 8. C. *Caryopside ustilaginea tumidula nitida mucronulata.* Fl. dan. t. 1082. Haec ex Bertoton. fl. it. 1. 405. quae omnino vera: siquae alia stirps haec prae ceteris polymorphae nomen meretur. Apud nos in arvis, agris, aggeribus viis pratis etc. Si diligenter inspexeris omnes fere lusus heic enumerati occurrunt. Apud nos ab agricolis vocatur *morbo*, et verus terrae morbus gravissimus est, et post Digitariam stoloniferam, Rubum fruticosum et Serratulam forte arvensem nulla stirps est agris adeo inimica. Tenacissimam vitam habet et cum viva est, quamquam terra evulsa, si illam denuo tangat reviciscit virescit, et luxuriat: occiditur si terra aestate crebro moveatur ut fit in agris qui zea seruntur.

Culmi caespitosi inaequales inferne radicantes non raro ramosi usque 3pedales, sed plerumque humiliores superne nudi: aliquando caespites foliorum ex imis articulis. Ligula adeo variabilis ut nihil certi statui possit: panicula interrupta contracta exactis nuptiis iterum appressa fit: valva cor. exterior aliquando subapice setigera seta brevi aspera non articulata: valva inter: apice 2dentata: semen liberum. Ubique.

3 PUNGENS. Schreb. gr. 2. 46. t. 27. f. 3. A. *Panicula contracta thyrsoidea calycibus glabris foliis distichis convolutis rigidis, geniculis vaginarnmque oris barbatis culmo ramoso radice stolonifera.*

Vilfa Pal. B. agr. 16. Trin. sp. gr. fas. 4. t. 47. Sporobolus Kunt. gr. 1. 68. Podosemon. Link. hor. ber. A. arenaria Gouv. ill. 3. Phalaris disticha Forsk. descr. 17. Ic. Cavanil ic. 2. t. 114. Herba glauca rigida: stolones squamati squamis foliaceis, et in folia etiam mutatis sicut de radice digitariae stoloniferae est. Culmus humilis: folia mucronata pungentia margine asperrima: pili

loco ligulae: vagina brevis dimidiata: valvae cor. aequales muticae. Fl. vere In litoribus aridis maris *nic.*

aaa. *Cor. muticae: valvae calycis aequales.*

4. VERTICILLATA. Vill. delph. 2. 74. A. *Racemo composito contracto ramis semiverticillatis totis dense locustiferis calycibus obtusis extus undique pubescentibus valvis corollae longitudine aequalibus radice fibrosa perenni.*

Vilfa stolonifera. Pal. B. agr. 16. 90. Trin. ic. gram. fas. I. t. 36. Si culmi aliquando stoloniferi sunt aut radicantes est profecto var. A. stoloniferae seu vulgaris. Herba albo-virens quod non perpetuum est. Culmi caespitosi longitudine varii: ligula etiam valde inconstans est: racemus in anthesi patens demum contractus: valvae cor. aequales laeves nitidae albae calyce minores. In agri *nic.* umbrosis humidis, et aliis locis in *Liguria*: in fossis circa *Sarzanam*: a *Lerici*: ad litus di *Botri. prope Genuam alle polveriere* etc.

aaaa. *Valva cor. aristatae altera minutissima vel obsoleta.* TRICHODIUM. *Michaux.*

5. CANINA. A. *Paniculae ramis trichotomis hispidulis ramulis divergentibus flexuosis calycibus acutis, valva corollae unica nervosa denticulata dorso aristata arista dorsali elongata demum refracta foliis primordialibus capillaceis aliis planis linearibus, fasciculorum setaceis ligula oblonga laciniata radice stolonifera.*

A. rubra. Re. fl. torin. I. 61. Trin. ic. gr. fas. 3. t. 34. Trichodium caninum Schrad. fl. germ. I. 198. Agraulus caninus. Pal. B. agr. t. 4 f. 7. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 9. C. Engl. bot. t. 1856. Leers. herb. t. 4. f. 2. Hoffm. l. c. I. t. 6. Host. gr. a. 4. t. 53. Kunth. enum. I. 220. cum vulgari conjungit, ut mihi videtur immerito. Herba enim apud nos vulgatissima habitum suum, et characteres constanter servat. Occurrit etiam var. corollis omnino muticis et viviparis, quas nnmquam vidi. Culmi ascendentes vel erecti. Folia margine scabra: panicula dilatata post nuptias contracta apud nos rubro-violacea: rami tenuissimi alterne fasciculati scabri: cor. e valva unica albida nervosa nervis viridibus: semen flavum oblongum. Fl. vere et aest. Vulgatissima apud nos in pratis humidis, et macris etiam collinis, et montanis. Apud nos panicula semper violaceo-purpurea ita ut prata macilenta et humentia quibus sola fere vivit haec stirps, dum floret rubra omnino videantur quod pulcherrimum visu est. In foeno, si nimis adolevit, boves fere respuunt.

6. ALPINA. A. *Paniculae angustae pauciflorae ramis laevibus calycibus coloratis cuspidatis valva corollae unica nervosa apice lacinulata arista dorsali rectiuscula altera obsoleta foliis angustissimis convoluto-setaceis radice fibrosa perenni.*

A. rupetris. All. ped. 2. 237. A. setacea Vill. delp. 2. 76. Trichodium alpinum Schrad. germ. 1. 200. t. 3. f. 4. Agraulus alpinus Pal. B. agr. 5. Ic. Host. gr. a. 3. t. 49. Non differt. a canina nisi characteribus in phrasi descriptis. Arista plerumque ut in priori. Fl. aest. Passim in montanis rupestribus apricis.

7. RUPESTRIS. W. sp. I. 368. excl. syn. All. A. *Paniculae ramis hispidiusculis calycibus coloratis acuminato-cuspidatis nitidis valva altera corollae nervosa apice 2seta basi aristata 4nervia altera minuta lanceolata 3nervia apice 2dentata foliis subcapillaribus convolutis radice fibrosa perenni.*

A. alpina. All. ped. 2. 237. Avena aurata ejusd. ib. 2. 255. A. flavescens Host. gr. a. 4. t. 52. Trichodium rupestre Schrad. germ. I. 201. t. 3. f. 5. A. festucoides Vill. delph. 2. 76. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. I. Similis *alpinae*. Vulgaris in summis alpium jugis soli expositis. Fl. aest.

aaaaa. *Valvae corollinae subaequales altera aristata cum rudimento cylindrico alterius corollae.* ANEMAGROSTIS et LACHNAGROSTIS. Trin.

8. TENELLA. R. Sch. syst. 2. 346. A. *Panicula diffusa calycibus hispidulis corolla nervosa apice denticulata basi pilosa, valva altera minuta radice repente.*

A. spuria. R. Sch. l. c. ib. A pilosa Gaud. fl. helv. I. 185. a. b. Arundo tenella. Schrad. germ. I. 220. t. 5. f. I. A. humilis R. Sch. syst. 2. 510. Calamagrostis tenella Link. hor. I. 103. Host. gr. a. 4. t. 50. C. alpina. Host. gr. a. 4. t. 51. Culmi tenues ascendentes glabriusculi usque 2pedales: folia linearia scabra: vaginae glabrae: ligula elongata scariosa demum lacera: flores purpureo-virentes marginibus aureis. cor. valva exterior major 5nervia nervis viridibus scabris, caeterum albida, aliquando dorso aristata arista brevissima: valva interior multo minor emarginata. accepit Bertolonius a prof. Morisio ex S. *Martino di Lantosca* prope la *Madonna delle finestre in alpibus maritimis.*

9. INTERRUPTA. A. *Panicula attenuata contracta interrupta stricta calycibus corollam subaequantibus arista*

*subdorsali elongata radice fibrosa annua.* Anemagrostis. Trin. fund. agr. 129. Apera. Pal. B. agr. 31. Ic. Vaill. paris. t. 17. f. 4. a-d. Host. gr. a. 3. t. 48. Culmi plerumque humiles aliquando tamen usque sesquipedales: folia margine aspera: valvae calycinae inaequales: arista sub apice valvae corollae majoris elongata. Fl. vere et aest. Vulgaris in pascuis arenosis secus *Padum*, *Tanarum*, *Ticinum* etc. etiam apud nos.

10. Spica venti. A. *Panicula diffusa calycibus corollam subaequantibus arista subdorsali longissima flexuosa radice fibrosa annua.*

Anemagrostis. Trin. l. c. Apera. Pal. B. l. c. t. 7. f. 11. Ic. Engl. bot. t. 951. Lam. ill. t. 41. f. 1. Flor. dan. t. 853. Host. gr. a. 3. t. 47. Leers herb. t. 4. f. 1. Svens bot. t. 286. Scheuz. agr. t. 3. f. 10. Culmi glabri usque 3 pedales: panicula post nuptias contracta: valvae calycis inaequales carinatae carina scabridae majore 3nervia, minore uninervia: valvae cor. longitudine aequales exterior scabra latior apice 2fida sub apice aristata: arista longissima minorem apice 2dentatam amplectitur: semen acutum glabrum minimum. Fl. vere exeunte. Vulgaris in agris, arvis, pascuis etc.

## 88. CALAMAGROSTIS.

a. *Pilis calycem subaequantibus.*
b. *Arista dorsali.*

1. epigejos. Roth. germ. 2. 91. C. *Panicula stricta patente calycibus acuminatis arista dorsali recta pilis breviore. pilis calycem subaequantibus culmo superne scabro radice repente articulata.*

Arundo L. sp. 120. Engl. bot. t. 403. Host. gr. a. 4. t. 42. Schrad. germ. 1. t. 4. f. 1. A. canescens Wig. prim. 10. A. Calamagrostis All. ped. 2. 257. Hoffm. l. c. 2. t. 9 f. 2. Calamagrostis lanceolata b. Cand. fl. fr. 3. 26. Arundo lituanica, et vilnensis Sch. man. 3. 602. Ic. Scheuz. prodr. t. 5. et agr. t. 3. f. 3. B. C. Bahuin. Theatr. 95. Herba glauca. Culmi usque 6pedales, ut plurimum ramosi superne nudi: folia longissima subtus scabra margine asperrima: ligula elongata: panicula alterne coarctata viridi-violacea post nuptias subplumosa: flores secundi: valvae calycinae 1nerviae carinatae carina asperae: valvae cor. albo-hyalinae calyce valde breviores exterior apice 2fida 3nervia, interior brevissima apice integra: arista scabra. In fossis oryzarum passim, et ubique in fossis, et palustribus ac ad oras lacuum, fluminum, amnium, torrentium etc. Fl. aest.

bb. *Arista terminali.*

2. litorea. Cand. fr. 5. 255. C. *Panicula diffusa calycibus cuspidatis arista terminali brevi pilisque calycem subaequantibus culmo glabro radice repente stolonifera fibris lanuginosis.*

C. laxa Host. gr. a. 4. t. 43. Arundo litorea Schrad. germ. 1. 212. t. 4. f, 2. A. laxa R. Sch. syst. 2. 502, A. pseudophragmites. Hall. fil. in Roem. Arch. 1. 910. A. glauca M. Bieb. cauc. 1, 79. A. effusa. Gmel. bad. 262. Rami paniculae basi bracteati (quod non perpetuum est). Valva cor. ext. apice 3dentata: int. brevissima apice erosa. Ceterum similis praecedent. In alveis fluminum etc. *Padi*, *Tanari*, *Sturae* prope *Cuneum.*

aa. *Pilis calyce brevioribus.*

b. *Pili calyce breviores corolla longiores: valva cor. interior brevissima.*

3. montana. Host. gr. a. 4. t. 46. C. *Panicula in anthesi patente calycibus acuminatis subinaequalibus corolla longioribus pilis calyce subbrevioribus corolla longioribus valva cor. interiore brevissima arista dorsali geniculata calycem subexcedente radice tunicata repente.*

C. varia. Link. h. berol. 1. 101. 2. 246. C. acutiflora. Cand. fr. 5. 255. C. sylvatica. Host. gr. a. 4. t. 48. C. arundinacea Wib. Deyeuxia varia Kunt. enum. 1. 242. D. acutiflora ejusd. l. c. 243. Arundo montana Gaud. agr. 1. 91. A. Halleriana Tenore viag. 45. A. varia. Schrad. germ. 1. 217. t. 4. f. 6. A. acutiflora ejusd. A. agrostis Scop. carn. 1. 88. Culmi caespitosi ut plurimum erecti: longitudine varii usque 3pedales basi quandoque ramosi, vaginati vaginis aphyllis: folia lineari-lanceolata carina margineque aspera suprema breviora: ligula elongata demum bipartita: panicula innupta contracta: valvae calycinae subaequales exterior 3nervia nervis lateralibus demum evanidis, interior distincte carinata extus aculeata: valvae corollinae valde inaequales albido-membranaceae exter. longiore apice lacera vel 4dentata 4nervia nervis viridibus pubescentibus aliquando 1nervia supra basim aristata, interiore valde breviore apice fissa: penicillus ad basim valvae cor. interioris pilis distichis elongatis. Cand. in fl. fr. 5. 255. in sua C. acutiflora penicillum deesse scribit, quod non perpetuum est. Antherae purpurascentes. Fl. aest. Vulgaris apud nos in nemoribus umbrosis montium *Andurni*, *Pavignani*, *Cossilae*, *Pralungi*, *Tolinii etc. alibique.*

bb. *Pilis brevissimis: valva cor. interiore exteriorem fere aequante.*

4. SYLVATICA. Cand. fr. 253. C. *Panicula in anthesi patente calycibus acutis aequalibus corolla longioribus arista dorsali (ex imo dorso) valvis corollinis subaequalibus pilis brevissimis radice repente.*

C. pyramidalis Host. gr. a. 4. t: 49. Dejeuxia sylvatica Kunt. enum. I. 243. Ar. sylvatica L. sp. 91. Arundo Schrad. germ. I. 218. t. 4. f, 7. Fl. dan. t. 1683. Svens. bot. t. 96. C. arundinacea. Roth. germ. 2. 89. excl. plurib. syn. Agrostis villosa. Vill. delph. 2. 79. Folia lanceolato-linearia carina marginibusque aspera: penicillus ad valvam corollae interiorem brevissimus basi nudus superne pinnatus pilis distichis. Fl. aest. Apud nos vulgaris in valle *Oropae*. locis humentibus: etiam in planitie in fossis, et aquaeductibus etc.

89. MILIUM.

Herbae perennes panicula patente valvis corollinis calyce minoribus demum cartilagineis coloratis semen arcte demum includentibus.

a. *Corollis muticis.*

I. EFFUSUM. M. *Paniculae laxae glabrae ramis longissimis effusis longe nudis subverticillatis foliis lato-lanceolatis ligula oblonga obtusa exserta corolla calyce vix breviore radice fibrosa superne stolonifera articulata fusca fibris villosis.*

Agrostis effusa Cand. fr. 3. 21. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 6. Moris. s, 8. t. 5. f. 10. Engl. bot. t. 1106. Host. gr. a. 3. t. 22. Leers herb. t. 8. f. 7. Fl. dan. t. 1143. Curt. lond. 2. t. 9. Herba glabra usque 3pedalis aliquando tamen procerior paniculam habet subcontractam, et tunc *Milium confertum* L. sp. pl. 90 est. Culmi sulcati: folia longissima pendula lata, glabra marginibus scabris: paniculae rami demum nutantes: valvae calycinae ovatae 3nerviae subaequales purpureo-virentes marginibus albo-membranaceis: valvae corollinae calycinis contrariae vix eis breviores enerviae albo-membranaceae demum aureae postremo stramineo-fuscae nitidae laevissimae: ext. major sub vitro 5nervia. Herba sicca odorata ut Anthoxanthum odoratum. Fl. aest. In sylvis collium, et planitiei opacis passim: in agro *Segusiano, taurinensi, bugellensi novar.*, et alpinis montis *Gottro Ligur. orient.*

aa. *Corollis aristatis.*

b. *Radice fibrosa.*

2. COERULESCENS. Schosb. maroc. I. 34. Dest. atl. I. 66. t. 12. M. *Panicula laxa calycibus glabris coerulescentibus corollae valde brevioris arista abbreviata foliis glaucis ligula elongata erosa.*

M. paradoxum. All. ped. 2. 236. excl. syn. praeter Micheli. Agrostis coerulescens Cand. fr. 2. 250 Piptatherum. Pal. B. agr. 18. t. 5. f. 10. Urachne. Trin. unifl. 172. Culmi caespitosi superne nudi usque 3pedales: folia linearia margine praesertim scabra marginibus demum reflexis: valvae calycinae aequales basi violaceae, inferne 5nerviae superne albo-scariosae demum ochroleucae: valvae cor. margine involutae glabrae exteriore majore vix 5 costata basi utrinque pilosa arista crassa 3gona facile decidua, int. 2costata minore: color illarum primum aureus demum fuscus niger nitidus. Fl. vere exeunte. In rupibus mari proximis agr. *nic:* in monte di *Portofino Ligur. orient.* etc.

bb. *Radice stolonifera.*

3. MULTIFLORUM. Cavanil. Dem. 36. M. *Paniculae patentis ramis verticillatis calycibus glabris mucronatis nervosis arista corollae calyce brevioris flosculum aequante ligula brevissima retusa radice stolonifera stolonibus foliosis in novos culmos abeuntibus.*

M. arundinaceum. Sibt. fl. gr. I, 50 t. 66. M. frutescens Sieb. herb. cret. Link. enum. alt. I. 72. Agrostis miliacea. L. sp. pl. Host. gr. a. 3. t. 45. Piptantherum multiflorum Pal. B. agr. 18. Urachne parviflora. Trin. unifl. 173. U. multiflora, et frutescens Link. hor. I. 93. Ic. Barrel. 754. Reich. icon f. 1459. Culmi usque 2cubitales et a basi plerumque ramosi caespitosi: folia linearia margine scabra demum convoluta: panicula longissima ramis semiverticillatis fere aequidistantibus: valvae calycis inferne virentes vel purpureo-virentes margine et apice scariosae: valvae cor. aequales exter. major. 3nervia aliquando mutica inter Inervia, primum pallidae demum stramineae: semen asperum. Fl. aest. circa *Nicaeam:* inter *Garessium* et *Ormea: Sarzanae* in *Colle di Sarzanello* etc.

90. STIPA.

a. *Arista pilosa vel plumosa.*

b. *Radice fibrosa perenni.*

I. PENNATA. St. *Foliis rigidis glaucis canaliculato-setaceis aristis plumosis basi nudis longissimis calycibus corolla valde longioribus.*

Ic. Barrel. 46. Scheuz. agr. t. 3. f. 13. B. Zannichel. ist. t. 48. C. Bahuin. The-

atr. 70. Lam. illus. t. 41. f. 1. Schk. hand. t. 16. Pal. B. agr. t. 6 f. 4. Host. gr. a. 4. t. 33. Engl. bot. t. 1359. Culmi superne puberuli caespitosi foliis obvoluti longitudine varii humiles aliquando tamen usque 2pedales: folia longissima radicalia caespitosa: ligula elongata acuta demum lacera et fissa: panicula stricta pauciflora, pedunculi semiverticillati: valvae calycinae subaequales nervosae margine scariosae lanceolatae mucronatae mucrone valva valde longiore: cor. facillime decidua subulata instipitata stipitulo villoso: valvae cor. aequales exter. basi villosa marginibus ciliata superne glabra apice aristata arista articulata longissima plusquam pedali inferne nuda contorta superne plumosa pilis sericeis bifariam patentibus elegantissime pennata demum deflexa: inter. canaliculata mutica 2nervia nervis obsoletis. Fl. vere exeunte. In rupibus apricis montium, et alpium passim.

bb. *Radice fibrosa annua.*

2. TORTILIS, Dest. atl. I. 91. t. 31. f. I. St. *Panicula spicata basi vaginata aristis inferne villosis medio tenus contortis corollis pilosis calyce angustissimo valde brevioribus.*

St. paleacea. Smith. fl. gr. prodr. I. 15. et fl. gr. 1. t. 86. Ic. Boccon. Mus. t. 97. Radix fibris villosis. Culmi caespitosi crassi foliis tecti rarius superne nudi aliquando basi ramosi humiles raro pedales et ultra: folia ima longissima filiformia, aliis demum convolutis margine carinaque scabra superne villosa: vaginaé margine scariosae suprema spathacea paniculas I-2 emittens: ligula brevissima ciliata oris plerumque utrinque villosis: panicula 5pollices non excedit cum aristis: valvae calycinae glabrae nitidae argenteae mucronatae: valva corollae ext. superne pilosa apice aristata arista usque 4pollicari: aristae primum implexae sunt. Fl. vere. Super rupibus circa *Villafranca* agri *nic.* aliisque similibus locis in *Lig: occid.*

aa. *Arista nuda.*

b. *Longissima.*

c. *Varie curvata.*

3. CAPILLATA. St. *Panicula patula calycibus aristatis arista corollae aspera demum varie curvata foliis convolutis intus pubescentibus calycibus lineari-lanceolatis mucronulatis inaequalibus carinatis carina scabris corolla longioribus.*

St. Lagascae Guss. pl. rar. 48. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 13. A. Host. gr. a. 3. t. 5. Culmi usque cubitales caespitosi: folia longa radicalia fasciculata supremum breve: corolla pedicellata pedicello villoso: valva exterior basi pilosa apice aristata arista spithamea alba: semina libera linearia. Fl. vere. In rupibus aridis montium circa *Segusium*: in *valle Augustae praetoriae*, et in monte *S. Michaelis della Chiusa*. Perennis.

cc. *Recta.*

4. JUNCEA. St. *Panicula brevi calycibus cuspidato-aristatis arista corollae torta recta nudiuscula foliis convolutis intus laevibus valva cor. exteriore inferne villosa superne punctato-scabra calycibus lanceolato-linearibus corolla pedicellata longioribus antheris barbatis.*

Stipa pubescens. Lagas. gen. et sp. nov. diag. 3. St. Lagascae R. Sch. syst. 2. 333. Ic. Desfont. atl. 1. t. 28. excl. syn. Bahuini et Scheuz. Sibt. fl. gr. I. t. 85. Culmi caespitosi usque 3pedales glabri superne nudi: folia filiformia facie interna et margine scabrida dura rigida apice subulato-acuminata. Fl. vere exeunte. In rupibus aridis agr. *nic* prope *Villafranca* et *Castell' emo*. Perennis.

bb. *Brevi.*

c. *Panicula patente.*

5. CALAMAGROSTIS. Whalemb. de veg. et clim. in Helv. 23 St. *Paniculae diffusae ramis verticillatis calycibus sericeis inaequalibus corolla paulo longioribus corollae pedicellatae valva altera pilosa arista nuda demum refracta calycem ter superante antheris apice barbatis.*

Agrostis L. sp. 92. Calamagrostis speciosa Host. gr. a 4. t. 5. C. argentea Cand. fr. 3. 25. Arundo speciosa Schrad. germ. t. 4. f. 8. Achnatherum Calamagrostis Pal. B. agr. 6. t. 6. f. 7. Lasiagrostis Calamagrostis Link. h. ber. I. 99. Stipa Aristella. Gouan. ill. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. II. A. B. Herba perennis usque cubitalis: culmi caespitosi toti foliis induti basi vaginis aphyllis cincti, et aliquando ramosi: folia elongata acuta margine carinaque scabra demum convoluto-juncea: ligula brevis truncata ut plurimum ora utrinque barbata: panicula subnutans semipedalis speciosa post nuptias contracta: valva cor. interior minor: antherae apice barbatae: semen laeve liberum pyriforme hinc sulcatum. Fl. vere. Passim in locis apricis, et montanis et in ripis torrentium montium et collium: in aquaeductibus *vallis Ticini*: secus rivulum *di Sassi* in collibus *taurinensibus*: in jugo di *S. Spirito Ligur. occiduae.*

cc. *Panicula stricta spiciformi.*

6. ARISTELLA. St. *Panicula spicata stricta calycibus cuspidatis nervosis subaequalibus corolla longioribus arista recta nuda duplo brevioribus corolla pubescente basi barbata sessili foliis convoluto-filiformibus antheris nudis.*

Agrostis bromoides L. mantis. I. 30. Gouan. ill. 3. t. 1. f. 3. Aristella bromoides Bertol. fl. ital. I. 690. Ic. Host. gr. a. 4. 24. All. auc. t. 2. f. 4. Sibt. fl. gr. 1. t. 87. Herba perennis: culmi caespitosi basi subbulbosi usqne 3pedales superne nudi: folia margine et superne scabra demum convoluta rigida culmeis superioribus plerumque planis: ligula subnulla: panicula linearis simplex laxiflora subsecunda longissima basi ramosa: valvae calycis 3nerviae subinaequales glabrae inferiore majore lineari-lanceolatae, canaliculatae: valva cor. inferior major cartilaginea lanceolata apice aristata arista canaliculata non geniculata: superior minor 2nervia 2dentata; squamulae duo lineares: semen liberum corolla obvolutum. Fl. vere. Copiosa vivit in rupibus apricis agri *nic.* et *Liguriae Occiduae*: circa *Villafranca* etc.

## 91. SACCARUM.

CYLINDRICUM. Lam. encicl. I. 588. S. *Herba glauca radice repente stolonifera stolonibus squamatis culmis usque 2pedalibus glabris nodosis basi aliquando ramosis panicula contracta cylindrica flosculis pedicellatis subdiandris lanugine longissima nivea cinctis muticis foliis demum convolutis vagina suprema inflata aphylla mucronata.*

Lagurus cylindricus. L. sp. 120. Imperata arundinacea Cyril. pl. rar. fas. 2. t. II. Host. gr. a. 4. t. 40. I. cylindrica Pal. B. agr. 7. t. 5. f. I. Ic. Barrel. ic. II. Lam. ill. t. 40. f. 2. Sibt. fl. gr. I. t. 54. Ligula brevis erosa utrinque plerumque barbata flosculi gemini altero sessili omnes hermaphoditi: cor. calyce brevior valvis praesertim superne ciliatis, exter. majore acuminata altera valde breviore obtusa: antherae flavae: stigmata exserta purpurea quae faciunt paniculam pulcherrimam. Fl. julio. In litore maris *nic.*

## 92. SECALE.

CEREALE. S. *Gramen annuum altissimum orgyale, et ultra culmo nodoso superne nudo ligula brevissima truncata lacero-ciliata rachi dura calyce mutico flosculis breviori ciliis valvarum glabriusculis valva cor. exteriori acuta 3nervia nervis scabris apice aristata arista longissima erecta retrorsum asperrima squamis hypogynis subcuneatis ciliatis, semine elongato hinc sulcato inde convexo apice barbato.*

Ic. Blackw. t. 424. C. Bah. Theatr. 425. J. Bah. hist. 2. 416. Dod. pempt. 499. Host. gr. a. 2. t. 48. Lam. ill. t. 49. Altitudo 5pedum, et ultra: folia retrorsum utrinque aspera basi plicata. Var. verna, quae autumno sata hyeme perit. Etiam in montibus frigidis fructum perficit quamquam sero. Var. verna melius in montosis seritur. Amat solum pingue atque arenosum: odit agrum argillosum, et humidum quo si vere aqua subsistit culmos quidem profert, sed spicae niveae ac steriles fiunt. In satione cave ne terra humida sit. Ultra octobrem serendnm non est. Farina ejus multo glutine foeta minus tamen tritico: valde tamen nutrit: verum panis ex solo secale confectus acorem, et pyrosim in hominibns delicatis fert. panis ex secale et zea gratissimus quidem est gravis tamen ventriculo quemque soli rustici ferunt. farina ejus bobus et suibus saginandis aptisssima est, et si incaluerunt optimum remedium emolliens et refrigerans cum aqua et nitro, et cremore tartari est. Semen ejus in aqua coctum optimum remedium et alimentum bobus et equis aegrotis praesertim si morbi acuti sunt inflammationes genuinae, et febres non putridae et pestilentiales sint: tunc herba acetosae, vel acetosellae, folia vitis, et poma acida et acerba, et uvae immaturae vel acidum sulphuricum, vel muriaticum vel aceticum addenda sunt. Patria ejus ignota. Cretam insulam esse nonnulli scripserunt, quod valde dubium est. Fl. majo. junio semina matura sunt. Veteribus secale odio erat. Plinius H. n. 18. 40. *Secale Taurini sub alpibus asiam vocant. deterrimum (forte teterrimum legendum est) et tantum ad arcendam famem: fecunda sed gracili stipula nigritia triste sed pondere praecipuum. Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus et tamen sic quoque ventri ingratissimum est. Nascitur qualicumque solo cum centesimo grano ipsumque pro laetamine est.* Ex quibus elucet veteres romanos secalem non coluisse, cum antiqui de re rustica scriptores de ea non loquantur, vel si excoluerunt in locis procul ab urbe in Galliis vel Iberia etc: id factum esse. Res vero longe diversa est ac Plinius scribit. Farina enim ejus cum tritico optimum panem constituit: neque adeo foecundum est quum grano vix duodecimo nascatur: neque qualicumque

solo laetatur: odit enim terram rubricosam et humidam ibique malignius vivit et si humus non est pinguis exiguos fructus fert. Forte Plinius cum verbis *ipsumque pro laetamine est* innuit eodem terram ali posse vertendo cum spicam emiserit ut nuper Giobertus noster edito libello memoriae prodidit. Sicut veteres agricolae lupinos. fabas et vicias serebant agri stercorandi causa quas aratro virides et teneras adhuc subvertebant, et sic qui fimo indigebant terram exhaustam praesertim rubricosam alebant: atque ita pinguescere arva, et vineas omnes veteres de re rustica scriptores Teophrastus, Cato, Varro, Coiumella, Plinius Palladius etc. memoriae mandarunt. Atque absurdum omnino foret verba Plinii interpretari quasi diceret agros post secalis culturam pinguescere, cum ex adverso constet secalem post triticum terram prae omnibus exhaurire et depauperare. Apud nos amplissime colitur ob semina et ob magnam altitudinem ejus indeque magnum palearum et stipularum proventum, quibus si seratur trifolium pratense optimum pecoribus alimentum, vel ipsis stratum sterquilinium auget laetitiam terrae.

## 93. ROTBOLLA.

I. INCURVATA. R. *Spica tereti subulata crassa demum incurvata spiculis alternis valvis calycinis geminis 3nerviis corolla longioribus foliis planis glabris seminibus corolla corticatis.*

Aegilops. L. sp. 1490. Agrostis. Scop. carn. 1. 62. Ophyurus incurvatus. Pal. B. agr. 116. Lepturus Trin. fund. 123. Ic. Scheuz. agr. t. 2. f. 1. A. B. Bonan. pamph. t. 7. Sibt. fl. gr. 1. t. 91. Cavanil. ic. 3. t. 213. Fl. dan. t. 838. Host. gr. a. I. t. 23. Engl. bot. t. 760. Herba annua radice fibris villosis: culmi caespitosi prostrati vel ascendentes basi ramosi humiles aliquando tamen usque pedales foliis tecti glabri: folia angusta linearia superne et margine aspera demum convoluta suprema brevissima: flosculi in anthesi patentes demum iterum contracti: valvae calycis cartilagineae externae operculiformes subaequales lanceolato-lineares margine hyalinae: corollae valvae subaequales lanceolatae membranaceae exter. 1nervia inter. angustiore apice obsolete 2dentata. Fl. vere. Vivit agris mari proximis *Niceae*, *Uneliae*, ad *Clavarum*, *Albingannum etc.*

2. FILIFORMIS. Roth. cat. 2. 21. R. *Spica teretiusculo- compressa subulata erecta tenui spiculis alternis valvis calycinis geminis corolla sublongioribus foliis canaliculatis seminibus corticatis.*

R. erecta Savi nuov. gior. 1806. 4. f. 5. 6. Lam. illus. t. 48. f. 2. R. incurvata A. Dest. Atl. 1. 111. R. incurvata b. Cand. fr. 3. 78. Ophiurus incurvata Gaertn. fil. sup. 3 t. 181. O. filiformis R. Sch. syst. 2. 897. O. erectus Link. h. ber. 2. 172. O. compressus Presl. cyp. et gr. sic. 51. O. gracilis Gay in R. Sch. man. 3. 663. Ic. Barrel. 6. Moris. s. 8. t. 2. f. 8. videtur var. gracilior praecedentis, quae vivit locis palustribus quibus humilior. Culmi nodis rubidis: folia breviora angustiora: ligula longior retusa. In Lig. occidua prope *Albingannum* et in ditione *nic.*

## 94. ORTHOPOGON.

a. *Racemus compositus interruptus: calyces aristati.*

1. UNDULATIFOLIUS. Spr. syst. 1. 306. O. *Spiculis multifloris ovatis parvis alternis remotis secundis rachi hirsuta flosculis sericeis aristis calycinis subglutinosis foliis oblongis undulatis vaginis undique pilosis culmo decumbente basi repente.*

O. undulatus Link. h. ber. 1. 203. Panicum undulatifolium. Arduin. spec. alter. t. 4. Trin. ic. 16. t. 192. P. hirtellum All. ped. 2. 240. Bir. acon. 1. 21. Host. gr. a. 3. t. 52. P. Burmanni. Balb. taur. 12. Birol. l. c. ib. Oplismenus R. Sch. syst. 2. 482. Herba annua pilosa pilis patentibus culmo radicante, et repente apicibus surrectis humili aliquando tamen subpedali inferne ramoso villoso angulato foliorum vaginis obducto: folia striata utrinque hirsuta: ligula obsoleta ejus loco circulus pilorum: fasciculi spicularum pedicellati: spiculae glabrae basi pilosae: valvae calycis 2. infer. linearis 3nervia apice arista longissima superior 5nervia brevior latior sub apice aristata arista breviori. floris neutrius cor. 2valvie valva inf. oblonga apice ciliata sub apics mucronata 5nervia glabra, altera minima lanceolata obtusa glabra hyalina: valvae cor. floris hermaphroditi ovato-oblongae acutae muticae cartilagineae glabrae nitidae, exteriore cymbaeformi interiore plana margine inflexo: aristae incrassatae flexuosae purpureae demum fuscae. Fl. aest. Non rara est in sylvis collium et montium locis umbrosis et humentibus ad oras sylvarum *Ossulae*, in collibus di *Romagnano* prov. *nov.* secus *Duriam* in sylvis di *Condove* agr. *Segus*: supra la *Molinetta* agri *taur.* in valle *Augustae praetoriae* etc. ego legi locis humidis secus vias umbrosas collium *Viliani* et *Valdengi* agr. *bugel.*

aa. *Panicula decomposita.*

e. *Spicis alternis secundis: valvae calycis mucronatae.*

2. CRUS GALLI. Spr. I. c. 307. O. *Spicis alternis secundis subdivisis flosculis imbricatis calycibus valvaque exteriore flosculi neutrius hispidis aristatis mucronatisve rachi angulata hispida foliis lato-lanceolatis margine retrorsum asperis.*

Panicum L. sp. 83. Leers herb. t. 2. f. 3 Host. gr. a. 2. t. 19. Trin. ic. 14. t. 161. Engl. bot. t. 876. Curt. lond. 4. t. 8. P. Crus Corvi L. sp. 84. P. stagninum. Ret. obs. V. 17. Indiae orientalis omnino similis, cor. in Indiis mascula apud nos abortu neutra. Host: gr. a. 3. t. 51. P. oryzoides. Ard. spec. alt. 16. t. 5. Echinochloa Crus Galli Pal. B. agr. 53. t. 11. f. 2. E. Crus Corvi ejusd. l. c. 53. Oplismenus Kunt. gram. 1, 44. Ic. Barrel. 8 sed omnino mala rudis, et imperfecta. Scheuz. agr. t. 2. f. 2. Moris. s. 8. t. 4. f. 15. Herba annua culmis caespitosis ramosis usque 3pedalibus sub compressis nodis imis tumidis et infractis glabris purpurascentibus: loco ligulae macula callosa albida vel purpurascens, vel flavida triangularis elongata: valvae calycis inaequales altera longiore 5nervia hispida flosculo hermaphrodito adstat: altera minor cordato-ovata 3nervia adstat flori neutro: cor. flor. hermaphroditi praecedentis speciei: floris neutri valva ext. hispida modo mutica, modo longissime aristata arista (aliquando brevi) scabra flexuosa, int. minore membranacea alba vel purpurascente utrinque nervosa nervis ciliatis margine inflexo. Stigmata purpurea apud nos alba: antherae ochraceae vix exsertae: spiculae imae oppositae. Fl. aest. Nascitur in fossis, paludibus (etiam in agris pinguibus) praesertim oryzetis quibus humanam altitudinem attingit, et spica longissima fit.

## 95. SETARIA.

Herbae annuae involucellis unifloris, culmis caespitosis ascendentibus basi ramosis radicantibus stigmatibus purpureo-violaceis, ligula brevi ciliata ciliis brevibus, aequalibus, appressis.

a. *Setis deorsum hispidis.*

1. VERTICILLATA. Pal. B. agr. 51. S. *Panicula spicata cylindrica verticillata setis involucri subbinis flosculos superantibus deorsum hispidis corollis laeviusculis foliis scabris vaginarum oris pilosis.*

Panicum verticillatum. L. sp. 82. Pennisetum R. Br. prodr. 1. 195. P. asperum Lam. fr. 2. 577. Ic. Trin. ic. 17. t. 202. Lam. illus. t. 43. f. 1. Host. gr. a. 2. t. 13. Engl. bot. t. 874. Curt. lond. 3. t. 14. Bonan. pamph. t. 131. Moris. s. 8. t. 4. f. 11. Var. florib. viviparis. Herba virens aliquando purpurascens caulibus decumbentibus vel ascendentibus inferne compressis, superne nudis scabris teretibus nodis imis infractis usque 2pedalibus. Racemuli patentes (quales ic. Lam. refert.): setae aliquando solitariae, raro nullae: calycis glabri valva altera minima ovata flori neutro adstat, altera majore 5nervia flosculum hermaphroditum aequans, cui adstat. cor. hermaphroditae cartilagineae punctato-scabrae: valvae aequales exterior 5nervia concava ovata, int. plana angustior: flosculi neutrius valva exterior major. int. valde minor angustior hyalina. Fl. aestate. Ubique in agris et hortis.

aa. *Setis sursum hispidis.*

b. *Duabus: flosculo altero neutro.*

2. VIRIDIS. Pal. B. l. c. S. *Panicula spicata cylindrica subpyramidata racemulis sparsis multifloris valde elongatis setis involucri flosculos duplo superantibus sursum hispidis apice roseis corollis laeviusculis foliis scabris basi vaginarumque oris pilosis culmo superne scabro.*

Panicum viride L. sp. 83. Trin. ic. 17 t. 203. Engl. bot. t. 875. Host. gr. a. t. 14. Leers herb. t. 2. Cur. lond. fas. 4. t. 5. edit. Grav. 2. t. 8. P. Crus Galli Fl. dan. t. 852. Pennisetum viride R. Br. pr. 1. 195. Panicum laevigatum a. Lam. fr. 2. 578. P. reclinatum a Vill. delph. 2. 64. P. bicolor. Moench. meth. 206 Similis verticillatae: cor. evidentius punctato-scabrae, setae vel solitariae vel in individuis luxuriantibus plusquam duo: racemuli numquam verticillati, sed continui, sparsi: stigmata ut in praecedenti purpurea: antherae vix exsertae fuscae. Tota herba aliquando purpurascit (Pan. purpurascens Opitz. testib. Mertens, et Kock fl. germ. 1. 470.) Fl. aestate. Passim cum priore: apud nos in hortis usque orgyalis: valvae spiculae patentes inferiores sparsae, mediae omnino verticillatae.

bb. *Pluribus: flosculo altero masculo.*

3. GLAUCA. Pal. B. l. c. S. *Panicula spicata cylindrica setis involucri flosculos duplo excedentibus sursum hispidis flavis corollis transverse rugulosis superne exsertis foliis glaucis glabris retrorsum asperis, basi vaginarumque oris pilosis, culmo glabro.* Panicum glaucum. L. sp. 83. Trin. ic. 17. t. 195. Host. gr. a. 2. t. 16. Schreb.

gram. t. 25. Gaertn. de fruct. 1. t. 1. P. cynosuroides. Scop. carn. 1. 50. Pennisetum. R. Br. pr. I. 195. Panicum flavescens Moench. meth. 206. P. lutescens Weig. obs. 20. P. laevigatum. b. Lam. fr. 2. 578. P. pumilum Poir. encicl. 4. 273. Setaria pumila R. Sch. syst. 2. 891. S elongata id. ib. 490. Kunt. gr. 2. t. 118. Habitu similis praecedenti. Racemuli inferiores pauciflori, spiculae grandiores: valvae calycis floribus valde breviores: quae adstat flori hermaphrodito 5nervia: quae masculo (non neutro) angustior brevior 3nervia: flos masculus hermaphroditum longitudine aequat. in ambobus stamina 3antheras habent rubentes. Fl. aest. Vulgatissima apud nos inter segetes, quibus collectis copiosissima supereminet stipulas. Apud nos *digitaria sanguinalis, ciliaris, humifusa, orthopogon Crus Galli, setaria verticillata, viridis, et glauca* apellantur *Strossa.* forte quod earum herba tenerima est, et facile laceratur, si tentas evellere: quae apud nos vivit racemulos habet superiores ut plurimum 3floros lateralibus subinde abortientibus. Flos medius major: culmi glabri: antherae breves longe exsertae, fuscae medio sulco luteae: stigmata purpureo-violacea. radix fibris albis ramosis tomentosis. folia basi pilosa pilis raris, longis, albis.

### 97. MOLINIA.

COERULEA. Moench. method. 183. M. *Gramen perenne humanae usque altitudinis radice fibrosa fibris tomentosis culmo rigido basi bulboso uninodi farcto superne nudo vaginis imis aphyllis ceteris ora pilosis dimidiatis ligula brevissima barbata panicula erecta subcoarctata in anthesi patula fusco-purpurea spiculis erectis muticis floribus 3nerviis.*

Melica. L. mantis. 2. 297. Engl. bot. t. 750. Host. gr. a. 2. t. 8. Curt. lond. 3. t. 18. Svens. bot. t. 401. M. arundinacea Schrank. Bayer fl. 336. M. litoralis. Host. fl. a. I. 118. Reich. I. c. t. 78. f. 1607. Enodium litorale Reich. excurs. 44. Melica altissima. Link. h. I. 197. Enodium sylvaticum Link enum. I. 79. Scheuz. agr. t. 4. f. 11. 12. var. luxurians. Molina varia Schrank l. c. Aira coerulea L. sp. 95. Leers herb. t. 4. f. 7. Flor. dan. t. 239. Festuca coerulea. Cand. f. 3. 46. Enodium coeruleum. Gaud. agr. I. 145. Hydrochloa coerulea Hartm. gr. 8. Aira atro-virens. Thuill. par. 2. t. 37. Ic. Pal. B. agr. t. 14. f. 6. Reich. l. c. t. 78. fig. 1606: variat altitudine: plerumque 2pedalis. Fl. aest. Vulgatissima apud nos in pratis macilentis pascuis arvis et sylvis montium. collium et planit.

### 98. MELICA.

Herbae perennes squamis hypogynis binis truncatis, semine libero, corolla tecto.

a. *Corollis nudis.*

b. *Calycibus 2-3floris, quorum imus fertilis: spiculae erectae.*

1. UNIFLORA. Retz. obs. fas. I. 10. M. *Panicula ramosa patente subsecunda calycibus ovatis 2-3floris colloratis flosculis superioribus abortientibus imo fertili radice repente angulata articulata.*

M. nutans. Poll. palat. 1: 79. M. Lobelii. Will. delph. 2. 89. t. 3. Ic. Engl. bot. t. 1058. Fl. dan. t. 1144. Host. gr. a. 2. t. 16 Curt. lond. 2. t. 10. Reich. l. c. t. 72. fig. 1576. Culmi ut plurimum humiles aliquando tamen pedales et ultra tenues laeves caespitosi angulati inferne vagina aphylla induti: folia margine aspera linearia superioribus longioribus: ligula brevis truncata in stipulam mucrone viridi apiculatam anterius productam (unica fere forma in omnibus graminibus): paniculae pedunculi remoti plerumque gemini scabri inaequales inferioribus longioribus multifloris: calycis valvae purpureo-liventes subinaequales inferiore lata concavo-ventricosa marginibus hyalinis 3nervia nervis lateralibus superne obsoletis breviore sup. 5nervia: cor. calyci subaequalis fertilis sessilis neutris glabris super uno stipitulo elongato, inferiore 2valvi valva altera breviore: supremo exiguo concentrico: valvae corollinae subaequales ovato oblongae exteriore glabra dura nitida subcartilaginea viridi concava 7nervia interiore 2nervia nervis ciliatis: semina libera oblonga sub compressa glabra subcartilaginea marginibus diaphanis. Fl. vere exeunte. Passim in nemoribus glareosis collium *taurinensium:* prope *Segusium* : in regione *delle Gorgie* agri *novar.* ego legi in collibus di *Saluzzola* agri *bugel.*

bb. *Calycibus 4floris duobus imis fertilibus: spiculae nutantes: valvae corollinae apice integrae.*

c. *Racemo simplici, spiculis secundis.*

2. NUTANS. M. *Panicula secunda ramulis remotis spiculis obtusis ventricosis subbifloris appressis calycibus nutantibus ovatis 2floris flosculo utroque perfecto valvulis calycinis obtusis foliis planis radice repente.*

M. montana. Desrouss. encicl. meth. 4: 74. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 16. D. E. F. C. Bah. theatr. 155. et prodr. 20. n. 71. quae icon. omnino mala est, et si radicem non pingeret repentem, *minutae* potius, vel *majoris* imaginem referret. Leers herb. t. 3. f. 4. Huc M. nutans. Lam. ill. t. 44. Reich. l. c. t. 72. f. 1577. forma accedit ad M. unifloram verum calycibus 2floris fertilibus, panicula racemosa, spiculis pendulis, et aliis characteribus M. nutantem certo exhibet, et si ex natura desumpta icon est var. insignis M. nutantis. Caul. inferne angulati superne retrorsum aculeato-scabri: vaginae imae aphyllae: ligula brevissima fusca: ceterum accedit ad superiorem. Fl. vere. Passim in saepibus nemoribus dumetis.

3. MINUTA. M. *Panicula secunda subsimplici laxiuscula spiculis nutantibus oblongis, valvis calycinis acutis corolla brevioribus ligula brevi truncata erosa aut 2fida, foliis angustissimis demum convoluto-setaceis radice fibrosa.*

M. nutans. Cavan. ic. et descr. 2. 58. t. 175. Bar. ic. 96. f. 2. Herba culmis caespitosis humilibus raro usque pedalibus filiformibus plerumque decumbentibus et radicantibus et ramosis, raro erectis et simplicibus: valvae calycinae glabrae carina asperae nitidae violaceae margine hyalinae: flos imus grandior: valvae corollae inaequales ext. majore longiore oblonga obtusa 7nervia glabra nitida albida, vel superne rubro-violacea: int. subretusa albida utrinque nervo viridi ciliato. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria* apud *Genuam*: In collibus *aquensibus*.

cc. *Panicula.*

4 MAJOR. Smith. et Sibt. prodr. fl. gr. I. 51. M. *Panicula multiflora inferne composita spiculis pendulis 4floris 2imis fertilibus oblongis valvis calycinis oblongis acutis flosculis brevioribus foliis demum convolutis ligula brevi lacera subbifida radice fibrosa.*

Ic. Barrel. ic. 96. f. 1. quae tamen spiculas erectas exhibet. Culmi caespitosi 3pedales erecti inferne vaginis aphyllis tecti in reliquis similis priori. Si quid recte judico est var. luxurians et grandior praecedentis. M. *minuta*, L. *ramosa* Vill. et *pyramidalis* Bert. sunt var. characteres enim quibus illas distinguere annisus est cl. vir. A. Bertoloni consultis etiam iconibus laeves, ut mihi videtur, sunt, et perpetuo non constant. stirpes vivae locis pluribus natalibus diligenter inspiciendae et describendae sunt: judicium certum afferre non audeo cum plantas vivas non viderim. Vivit in collibus *Liguriae: Sarzanae* in summo monte *Darme* et a *Laigueglia* in *Lig. Occidua.*

bbb. *Calycibus multifloris, quorum tres imi fertiles: valvae corollinae apice dentatae: racemus strictus brevis, spiculis paucis laxis erectis.*

5 MULTIFLORA. Zum. M. *Racemo stricto brevi spiculis paucis laxis erectis valvis calycinis concavo-acuminatis flosculos basi barbatos subsuperantibus foliis planis obtusis, margine asperis vaginisque parce et longe pilosis ligula nulla radice repente fibris dense villosis.*

Festuca decumbens L. sp. 110. Flor. dan. t. 162. Leers herb. t. 7. f. 5. Krok. Fl. siles. t. 29. Triodia decumbens Pal. B. agr. II. t. II. f. 9. Danthonia decumbens Cand. fr. 3. 23. Poa decumbens. Schrad. germ. I. 305. Engl. bot. t. 792. Host. gr. a. 2. t. 72. Bromus decumbens. Koel. gr. 242. Melica. Web. sp. 3. Sieglingia. Bernh. Crf. 44. Ic. Moris. s. 8. t. I. f. 6. Scheuz. agr. t. 3. f. 16. A. B. C. Reich. l. c. t. 71. f. 1572. Ic. Krok. perperam plantam pingit caulibus erectis. Culmi caespitosi decumbentes stricti rigidi superne nudi: ligulae loco annulus pilorum: spiculae turgidae ovatae: valvae calycinae nitidae luteo-virides vel roseae: valva cor. exterior longior, 9nervia basi suffulta duobus pennicillis pilorum apice 3dentata utrinque inferne saepe albo-villosa: int. minor brevior apice 2dentata nervo utrinque ciliato: semen stramineum ovatum compressum dorso convexum supra canaliculatum rugulosum. Fl. vere et aest. Passim in pratis siccis ericetis pascuis graminosis etc. Omnino melica est.

aa. *Corollis barbatis.*

b. *Valvae corol. exterioris imi flosculi nervi marginales toti longe ciliati.*

6. CILIATA. M. *Panicula coarctata cylindrica spicaeformi calycibus 3floris erectis nervosis, flosculi inferioris fertilis valva exteriore ciliata foliis linearibus striatis pubescentibus radice repente.*

Ic. Scheuz. agr. t. 3 fig. 16. G. H. I. K. Barrel. ic. 3. f. 1. Sibt. fl. gr. 1. t. 70. Host. gr. a. 2. t. 12. Krock. sil. 1. t. 23. Culmi caespitosi longitudine varii usque 4pedales superne nudi basi vaginis aphyllis induti: folia margine carinaque aspera demum convoluta ima breviora: valvae calycis inaequales nitidae luteo-virentes 5nerviae: ext. latior brevior aequans flosculos glabra: int. multo longior acuta scabra: flosculi stipitati stipitulo basi nudo: valva cor. exterior longior: villi sericei longi demum patentes: inter. angustior

brevior apice 2dentata utrinque nervo marginali brevi-ciliato, flos alter aliquando fertilis tamen minor imberbis recondens rudimentum tertii flosculi: semen ovato-oblongum compressiusculum nitidum. Fl. vere exeunte. Vulgaris locis apricis aridis collinis, saxosis. Ego legi sulla *Bessa* quae arvum est saxosum inter *Mongrando* et *Zubiena* in agro *bug.*

bb. *Nervi marginales valvae cor. exter. imi flosculi inferne barbati superne nudi.*

7 BAHUINI. All. auct. 43. M. *Paniculae secundae laxae inferne ramosae ramis erecto patentibus spiculis 3floris duobus fertilibus calycibus erectis flosculi inferioris fertilis valva exteriore inferne ciliata superne nuda scabra foliis convolutis subsetaceis.*

M. setacea Pers. ench. I. 78. Ic. C. Bah. Theatr. 157. Host gr. a. 4. t. 23. Praeter scriptos characteres non differt a M. ciliata. Forte est var. ejusd. Fl. vere. In agro *nic.* et *ligur.* super rupibus apricis et aridis.

## 99. AIRA.

a. *Muticae: Calix corollis brevior.*
b. *Radice culmoque repente.*

1. AQUATICA. A. *Panicula diffusa calycibus inaequalibus corollis obtusis erosis nervosis longe brevioribus, culmo basi radicante foliis planis.*

Molina Svens. bot. t. 587. Glyceria. Rohl. cum Mert. etc. Deutl. fl. 1. 689. G. airoides Reich. exc. 1. 45. et ic. l. c. t. 78. f. 1608. Poa aroides Cand. fr. 3. 64. Catabrosa aquatica. Pal. B. agr. t. 19. f. 8. Ic. Host. gr. a. 2. t. 41. Flor dan. 387. mala. Engl. bot. t. 1557. Cur. lon. 3. t. 16. Vail. par. t. 17. f. 7. Culmi basi repentes et radicantes demum surrecti glabri compressi inferne aliquando ramosi: folia lata brevia obtusiuscula striata apice cucullata: ligula elongata ovato-lanceolata integra. cor. altera pedicellata. Semen fulvum oblongum acutum laeve. Fl. vere et aest. Passim in fossis paludibus et oris lacuum etc. Occurrit aliquando calycibus 1floris.

bb. *Radice fibrosa perenni.*

2 CRISTATA. A. *Panicula subspicata interrupta spiculis in anthesi patulis culmo toto folioso calycibus corollisque nitidis acutis submucronatis foliis ciliatis valvis calycinis subinaequalibus flosculis altero sessili altero pedicellato vix brevioribus.*

Koeleria. Pers. ench. 1. 97. K. parviflora Bertol. in R. Sch. Mant. 2. 344. Poa cristata. W. sp 1. 402 Leers herb. t. 5. f. 6. Host. gr. a. 2. t. 75. Krok. sil. 1. t. 26. Airorochloa cristata Link. h. ber. 1. 127. Huc etiam trahenda Aira grandiflora Bert. fl. it. 1. 436. Koleria grandiflora eiusd. in R. Sch. man. 2. 345. K. cristata Seb. et Maur. fl. rom. 60. et Tenor. fl. neap. 3. 93. et syllab. 38. K. setacea Pers. ench. 1. 97. Festuca splendens Pour. act. tolos. 7. P pectinacea. Lam. ill. 1. 183. Koleria tuberosa Pers. en. 1. 67. K. splendens Presl. cyp. et gr. sic. 74. Poa cristata Savi. pis. 1. 103. Bot. etr. 2. 50. P. nitida id. ib. 51. quae omnino non differt ab A. cristata nisi habitu grandiore spiculis maioribus culmo basi incrassato calycibus aliquando 3floris quae non perpetua sunt. Ic. Scheuz. agr. t. 13. f. 15. Moris. s. 8. t. 4. f. 7. Engl. bot. t. 648. Reich. l. c. t. 93. f. 1668-70. Culmi caespitosi usque 2pedales plerumque humiliores: folium supremum brevius: omnia demum convoluta: ligula brevissima truncata lacera: spiculae nitidae viridi-argentae qui color valvarum calycinarum est. valva cor. ext. longior viridis margine subciliato-hyalino int. minor tota hyalina apice 2fida vel 2 dentata nervis marginibusque viridibus subciliatis. Fl. vere et aest. Frequens in pascuis herbidis siccis et apricis.

3 VALESIACA. All. auct. 40. *Panicula spicata lobata calycibus corollis nitidis acutis vix brevioribus culmo basi vaginis aphyllis induto foliis convoluto-setaceis glabris margine asperis.*

Koleria R. Sch. syst. 62. Poa cristata g. Cand. fr. 3. 65. Ic. Reich. 1. c. t. 93. f. 1611. Herba glauca usque 2cubitalis plerumque tamen humilior culmis superne nudis: folia radicalia angustiora et longiora demum convoluto-setacea: valvae calycis puberulae carina ciliatae marginibus argenteis: flosculus alter brevi pedicellatus. valvae cor. subaequales ext. paulo longior acuta mucronata, puberula carina ciliata: int apice 2dentata nervis marginalibus utrinque ciliatis. Fl. vere et aest. In pascuis aridis montanis et collinis herbidis et graminosis.

aa. *Aristatae.*
b. *Foliis setaceis.*
c. *Annuae.*
d. *Dorso aristatae*
f. *Flosculis omnibus aristatis.*

4. CARYOPHILLEA. A. *Panicula trichotoma divaricata pauciflora flosculis basi pilosis calyce brevioribus arista geniculata calycem excedente valva*

*calycina exteriore apice 2seta foliis setaceis.*

A. saburralis Jan. elench. n. 14. A. canescens. Host. gr. a. 4. t. 36. Ic. Krok. sil. 1. t. 22. mala: folia enim ibi non sunt setacea sed plana. Moris s. 8. t. 5. f. 11. Lam. ill. t. 44 f. 1. mala arista enim pingitur terminalis non dorsalis. Host. gr. a. 2. t. 44. Fl. dan. t. 382. Engl. bot. t. 812. Curt. lond. 1. t. 10 Reich. l. c. t. 94. f. 1676. Herba ut plurimum pusilla aliquando tamen in locis pinguibus et umbrosis usque pedalis culmis aliquando basi ramosis ligula longa lanceolata acuta: spiculae roseae vel albo virentes: valvae calycis aequales carina marginibusque ciliatis post anthesim cum corollae ceciderunt nitidae argenteae. cor. valva inter. brevior. apice 2dentata nervis marginalibus utrinque ciliolatis-var. flosculo altero mutico. Fl. aprili Passim. Amat terras saxosas et arenosas aridas apricas: unde frequens in collibus et pascuis herbosis et graminosis.

5. PRAECOX. A. *Panicula contracta simpliciuscula subspicata flosculis basi subnudis sessilibus apice 2fidis calycem subaequantibus arista imo dorso nata geniculata calycem excedente foliis setaceis vaginis angulatis culmis caespitosis.*

Ic. Pluk. phyt. t. 33. f. 9. Rayus-syn. t. 22. f. 2. Host. gr. a. 4. t. 37. Fl. dan. t. 383. Engl. bot. t. 1294. Curt. lond. 3 t. 17. Reich. l. c. t. 94. f. 1675. Culmi humillimi vix palmares ubi luxuriant. folia abbreviata: ligula breviuscula obtusa spiculae purpureo-argenteae: valvae calycinae carina scabrae semen oblongum vix differt a sup. panicula contracta subspicata culmis humilioribus. Fl. vere. In pascuis siccis montanis apricis praesertim circa Andrà in agr. *canap.*: circa *Domum Ossulae* et promontorium *Ticini* agr *nov.* Ego legi circa Bugellam urbem locis aridis et arenosis in insula *Cervi* inter pontes.

ff. *Flosculo altero mutico altero aristato.*

6. CAPILLARIS. Spr. syst. I. 277. excl. syn. Host. A. *Panicula trichotoma ramosissima calycibus obtusiusculis apice erosis flosculos superantibus valva cor. exter. apice 2fida arista geniculata calycem superante foliis setaceis.*

A. pulchella Noc. et Balb. tic. I. 403. t. I. A. elegans R. Sch. syst. 2. 632. Avena capillaris. Rohl. cum Mert. et Koch. Deut. fl. 1. 673. Ic. Reich. l. c. t. 94. fig. 1677. Barrel. ic. 44. f. I. Scheuz. agr. t. 4. f. 23. Var. utroque flosculo aristato. Mihi non videtur differre ut species ab A. *caryophyllaea.* Passim in agris, arvis, inter segetes. *Sarzanae* in *Ligur.*

dd. *Basi aristata arista clavata medio articulata barbata.*

7. ARTICULATA. Desf. Atl. I. 70. t. 13. A. *Panicula trichotoma subcoarctata demum diffusa flosculis calyce minoribus arista calycem subexcedente foliis setaceis glauco canescentibus.*

A. canescens. All. pedem. 2. 244. A. hybrida Gaud. agr. 1. 124. Corynephorus articulatus. Pal. B. agr. 12. Culmi cáespitosi humiles usque tamen pedales. Ligula longa lanceolata acuta fissa: flosculi basi pilosi altero pedicellato. Mihi non videtur differre ab A. canescente L. sp. 97. nisi radice annua. Qui charact. forte perpetuus non est. Fl. vere: in *Liguria* et agr. *nic.*

cc. *Perennes.*

f. *Basi aristata.*

8. FLEXUOSA. A. *Paniculae patentis ramis flexuosis divaricatis flosculis calycem aequantibus basi pilosis altero pedicellato, arista geniculata calycem excedente foliis setaceis.*

Avena. Rhol. etc. germ. I. 570. Aira montana. All. ped. 2. 243. Ic. Scheuz. prodr. t. 4. et 6. agr. t. 4. f. 16.. A B C D. Leers herb. t. 5. f. I. Schreb. gr. 2. t. 30. Host. gr. a. 2. t. 43. Fl. dan. t. 157. Engl. bot. t. 1549. Reich. l. c. t. 95. fig. 1678-9. Culmi caespitosi usque 2-pedales: folia obtusa radicalia caespitosa, culmea breviora ligula obtusa longa 2fida: spiculae argenteo-purpurascentes. valvae calycinae carina asperae, int. apice 2fida 2nervia exter. 5 nervia: antherae rubro-violaceae: semen parvum: rudimentum aliquando tertii flosculi. Ic. Florae danicae mala quia calycem uniflorum pingit forte ex planta macra calycibus 1floribus desumpta est. Fl. aestate: vulgatissima in nemoribus montanis in vepretis et dumetis umbrosis.

ff. *Sub apice aristata.*

9. ALPINA. A. *Panicula subcoarctata recta flosculis basi pilosis calycem excedentibus arista recta breviuscula sub inclusa, pedicellis foliisque planiusculis glabris abbreviatis.*

A. laevigata Smith. in Lin. trans. 10. 337. Engl. bot. t. 2102. Avena alpina Trin. fundam. 157. Dechampsia alpina et laevigata R, Sch. syst. 2. 686-87. Ic. Fl. dan. t. 1626. Culmi usque pedales et ultra: folia convoluta luteo-virentia rigida humo appressa culmea lateralia: valvae calycinae glabrae: flosculi sessiles: valva cor. flosculi inferioris apice 2fida sub apice aristata arista brevissima ipsum valvae acumen non excedente: superioris integra et arista bre-

vissima terminalis. In summis montium jugis legit Allioni si probe cognovit illam et cum alia non confudit.

bb. *Foliis planis.*

c. *Perennes.*

d. *Valva cor. exterior integra truncata basi breviter aristata: panicula longissima ampla diffusa.*

10. CAESPITOSA. A. *Panicula diffusa flosculis convolutis basi pilosis altero pedicellato calycem subaequantibus pedicello piloso arista recta brevi foliis planis scabris.*

Deschampsia Pal. B. agr. 12. t. 18. f. 3. Campella. Link. h. l. 122. Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 2. 3. Host. gr. a. 2. t. 42. Engl. bot. t. 1453. Leers herb. t. 4. f. 8. Svens bot. t. 132. Fl. dan. t. 240 Trin. sp. gr. f. 22. Reich. l. c. t. 96. fig. 1682-3 1685. Gramen pulcherrimum elatissimum plusquam orgyale plerumque tamen humilius, radice fibrosa crassa dura flexuosa. Culmi caespitosi ( caespites latissimi compacti ) pauci-nodosi superne nudi: folia radicalia longissima caespitosa margine carinaque retrorsum aspera; culmea breviora sulcata Ligula elongata acuta spiculae albido-purpurascentes vel in alpinis viridi aureae, in planitie argenteae: valvae calycinae aequales ext. latiOr 4nervia inter. 2nervia nervis ciliatis angustior apice retusa vel 2fida. Fl. aest. Vulgatissima apud nos praesertim heic Verroni in marginibus fossarum, aggeribus, et oris nemorum ubi stupendam magnitudinem attingit: amat terram rubricosam et humentem: vulgaris etiam multis aliis locis est.

dd. *Valva cor. exter. apice 2fida dorso aristata arista exserta: racemus spicaeformis.*

11. SPICATA. A. *Panicula spicaeformi ovata flosculis basi pilosis altero pedicellato calyce sublongioribus arista articulata longe exserta-*

A. subspicata L. syst. nat. ed. 12. 2. 91. Host. gr. a. 2. t. 45. Avena subspicata Vahlemb. fl. sv. I. 73. Reich. l. c. t. 98. f. 1691. A. airoides Cand. fr. 3. 37. Trisetum airoides. Pal. B. agr. 221. Herba humilis vix palmaris; spiculae aliquando 3florae nitidae ex viridi roseo-aureae, flosculo supremo neutro: valvae calycis oblongo-lanceolatae acutae carinatae carina scabrae: cor. valva inter. brevior obtusa nervis marginalibus utrinque ciliatis. Fl. aest. In pratis celsissimarum alpium *Montiscenisii, Groscaval, Ceresole, S. Bernardi magni, montis Rosae, Mori* etc.

ddd. *Valva cor. exterior apice longe aristata: valvae calycis et cor. extus coloratae hirsutae.*

12. HIRSUTA. Spr. syst. I. 278. A. *Panicula subspicaeformi basi interrupta calycibus valvisque corollae exterioribus coloratis hirsutis arista recta foliis convolutis abbreviatis.*

Festuca Cand. fr. 53. Koeleria Gaud. agr. 1. 150. Reich. l. c. t. 93. f. 1673. Airochloa Link. h. b. l. 129. Ic. Coll. H. p. t. 94. f. 2. Herba humilis aliquando tamen semipedalis culmis superne nudis tomentosis: folia brevia glabra viridia. ligula brevis truncata: spiculae usque 3florae violaceo-viridi-aureae; calycis valvae inaequales acutae subviolaceo-aureae margine scariosae exter. 3nervia inter. multo brevior et angustior. valvae cor. subaequales exterior hirsuta apice aristata arista brevi viridi-violacea margine aurea: int. apice 2fida scariosa albida glaberrima: flosculus alter. pedicellatus, supremus si adest, neuter. Fl. aest. In summis iugis montis *Rosae.*

cc. *Annua: valva cor. exterior apice 2fida subapice brevissime aristata.*

13. PUBESCENS. Vahl. symb. 3. 9. A. *Panicula spicaeformi oblonga cylindrica obtusa flosculis calyce villosiusculo subbrevioribus subapice brevissime aristatis foliis brevibus planis vaginisque molliter pubescentibus ligula barbata.*

Phalaris Lam. Encicl. 1. 92. Ph. Barrelieri Tenor. fl. neap. 3. 67. Alopecurus litoreus. All. ped. 2. 235. Holchus arenarius ejusd. auct. 46. Koleria villosa Pers. ench. 1. 97. Reich. l. c. t. 93. f. 1667. K. Barrelieri Ten. syllab. 39. K. discolor K. intermedia Guss. fl. sic. prodr. 123-4. Airochloa villosa Link. h. b. l. 128. Ic. Barrel. ic. 717. Gerard. Gallo provinc. 77. t. I. Radix fibrosa fibris longissimis albo-luteolis. Culmi caespitosi vix palmares ligula brevissima truncata ciliata pubescente. Calyx aliquando 1florus altero neutro plerumque 2florus altero sessili, altero pedicellato minori: valvae calycis carina scabrae ceterum puberulae dorso virente apice et marginibus hyalinis scariosis: valva cor. exter. carinata carina scabra ceterum glabra dorso viridis apice 2dentata tota alba nervis marginalibus utrinque ciliatis: antherae luteae. facies Phlei, vel Phalaridis. Fl. vere. in lit. *nic.* prope *Varum flumen*: in lit. *Lunensi* etc.

## 100. PANICUM.

Gramina elata panicula ramosa multiflora flosculis glabris.

a. *Flosculis majusculis.*

1. MILIACEUM. P. *Paniculae nutantis diffusae ramis elongatis glabriusculis flosculis ovatis acutis nervosis altero*

*neutro 2valvi foliis lato-lanceolatis pilosis vaginis hirtis radice fibrosa annua.*

Ic. Lob. ic. t. 39. f. I. Host. gr. a. 2. t. 20. Var. seminibus albis, luteis, fuscis, valvis calycinis purpurascentibus. Culmi usque 2cubitales pilosi superne canaliculati: folia usque pedem longa nervosa nervis marginibusque pilosis: vaginae pilosae pilis glandulis luteis insidentibus: ligula brevissima truncata. Patria ejus India orientalis. apud nos passim culta.

aa. *Flosculis exiguis.*
b. *Perennis: radice repente stolonifera.*

2. REPENS. P. *Radice stolonifera culmo basi incrassato squamoso in anthesi erecto patente demum nutante spiculis geminatis flosculis oblongis acutiusculis striatis altero masculo 2valvi foliis elongatis glabris margine scabris imis subdistichis vaginis inferioribus calloso-pilosis.*

P. coloratum. L. sp. ? differt iuxta Bertol. fl. it. 1. 431. radice annua non stolonifera. Ic. Bonann. Panph. t. 4. Cavanil. ic. 2. t. 100. Sib. fl. gr. I. t. 61. Herba glauca: culmus descendens usque 3pedalis aliquando inferne ramosus: ligula brevissima truncata ciliata: valvae calycinae inaequales glabrae multinerviae, maiore ovato-oblonga quae adstat flori hermaphrodito, minore subrotunda quae adstat flori masculo: valvae cor. floris hermaphroditi cartilagineae demum coloratae exter. cymbaeformis altera plana: floris masculi valva cor. externa ovato-oblonga 7nervia: inter. minore apice retusa albomembranacea glabra utrinque nervo virente: antherae aureae: stigmata purpurea. Fl. aest. in litore *Ligur. occid.* del *Ceriale.*

bb. *Radice annua fibrosa.*

3 CAPILLARE. P. *Paniculae capillaris ramosissimae erecto-patulae effusae ramis strictis hispidiusculis sub 1floris flosculis ovatis acuminatis laevibus subciliatis altero neutro 1valvi vaginis calloso-hirtis foliis piliosiusculis.*

Ic. Host. gr. a. 4. t. 16. Culmi solitarii striati erecti villosi usque 2pedales: ligula nulla: ejus loco annulus pilorum: valvae calycinae inaequales ovato-oblongae acutae: flosculi hermaphroditi valva cor. exter. glabra ovato-oblonga obtusa 5nervia: floris neutri valva calycem et flosculum hermaphroditum excedens. Fl. aest. In agr. *nic.* apud viam quae ducit ad *Varnm.*

## 101. DANTHONIA.

PROVINCIALIS. Cand. fr. 3. 32. *Herba perennis usque cubitalis glabra radice repente foliis angustissimis margine carinaque asperis ligula subnulla ciliata oris barbatis racemo subsimplici brevi calycibus 3floris flosculos villosos basi barbatos et callosos superantibus seminibus liberis deciduis laevibus oblongis compressiusculis.*

D. alpina. Schult. mantis. 2. 382. Avena calycina Vill. delph. 2. 148. t. 2. f. 9. A spicata All. aut. 45. A spicata b. W. sp. I. 453. A stricta Host. fl. a. I. 127. Reich. 1. c. t. 93. f. 1713. Facies avenae: culmus solitarius superne longe nudus: rami racemosi breves 1spicati aliquando inferiores geminati inaequales raro 2spicati: spiculae ovato-oblongae turgido-compressae: valvae calycis subaequales charthaceae 7nerviae concavae glabrae valva cor. exterior concava 9nervia marginibus inflexis inferne barbatis superne ciliolatis ceterum glabra arista media depressa teniaeformis margine scabra flexuosa: valva interior brevior ovata obtusa integra nervis marginalibus latis utrinque ciliatis. Fl. vere exeunte. Vulgaris in agro *taurin.* in summis collibus *taurin.* in sylvis *Venariae* et in pascuis della *Mandria*: in monte *Musinè*: in montibus di *Piossasco*, *Caselette*, *Cumianae*: in *Valle della Torre* etc. agri *Pinerolii*: in summis collibus *Burgimaneri* agri *nov.* etc.

## 102. ARUNDO.

a. *Foliis omnibus planis culmo fistuloso.*
b. *Stipes flosculorum supra primum flosculum longe barbatus, flosculosque imo excepto involvens: calyces 5flori.*

I. PHRAGMITES. A. *Panicula pyramidata erecta valvis calycinis inaequalibus flosculis nudis acuminato-subulatis muticis brevioribus stipitulo communi longe barbato foliis lanceolato-linearibus radice articulata longe lateque repente.*

A. Plinii Reich. germ. excurs. I. 54. A. vulgaris. Lam. fr. I. 183. Scheuz. agr. t. 3. f. 14. D. Zannichelli ist. t. 103. f. 2. Phragmites communis Trin. fund. 134. Czernya arundinacea Presl. l. c. 22. Calamagrostis altissima Host. fl. a. excl. syn. Ic. Pal. B. agr. t. 13. f. 2. Schrad. germ. 1. t. 5. f. 4. Hoffm. fl. d'All. 1804. 2. t. 9. f. I. Host. gr. a. 4. t. 39. Leer. herb. t. 7. f. 1. Engl. bot. t. 401. Schks hand. t. 18. var. *calycibus sub 1floris:* folia glauca breviuscula exsucca glabra marginibus asperrima: ligula nulla, ejus

loco circinus pilorum alborum brevium spiculae albo-violaceae nitidae demum purpurascentes : valva cor. exter. longior 3nervia carina aspera acuta : int. brevior acuta 2nervia nervis marginalibus utrinque ciliatis. Fl. aest. Passim in palustribus quibus mira celeritate omnibus potitur.

bb. *Valva cor. exter. inferne barbata apice 3cuspidata: calyces 3flori.*

2. DONAX. A. *Panicula stricta calycibus lato-lanceolatis aequalibus flosculos subaequantibus 3floris corollis diaphanis 3cuspidato - aristatis foliis lato lanceolatis rigidis margine serrulatis radice repente tuberoso-ramosa gemmifera.*

A. sativa. Lam. fr. 3. 616. Donax arundinaceus. Pal. B. agr. t. 16. f. 4. D. sativa Presl. l. c. 32. Scholocloa arundinacea Rohl etc. l. c. 1. 530. Sch. Donax Gaud. fl. helv. 1. 202. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 14. A. B. C. Host. gr. a. 4. t. 38. Gramen fruticosum altissimum etiam 20 pedale : valva cor. exter. maior aliquando integra apice 1aristata : int. brevior apice erosa 2dentata nervis marginalibus utrinque superne ciliatis: Fl. aest. exeunte. Colitur ubique: sponte nasci videtur in *Monteferrato* forte ex seminibus plantarum cultarum : secus *Padum* versus *Breme*, in *Ligur. orient.* in praeruptis *montis Delphini* ( *Porto fino* ) etc. Stirps utilissima praesertim ad vites in collibus fulciendas : ad crates conficiendas etc. decoctum ex eius radice utile in catarro epidemico sputa et sudorem movere videtur et virtutem mannae quodammodo aemulare.

aa. *Foliis demum convolutis : culmo farcto: calyces 2-5flori.*

3. AMPELODESMOS. Cyrill. neap. fas. 2. 30. t. 12. A. *Panicula secunda nutante spiculis compressis calycibus inaequalibus 2-5floris corollis mucronatis basi stipiteque breviter denseque barbatis longioribus foliis demum convolutis rigidis omnibus acutissimis longissimis radice fibrosa.*

A. tenax. Vahl. symb. 2. 25. A. mauritanica Poir. voy. 2. 165. A. festucoides Desf. atl. 1. 108. t. 34. A. 2flora. Lam. ill. 1. 196. Donax Ampelodesmos Presl. l. c. 32. D. tenax Pal. B. agr. 78. Ampelodesmos tenax Link. h. ber. 1. 136. Ic. Bonan. pamph. t. 8. Barrel. ic. 363 ubi pingitur panicula deflorata. Culmi caespitosi usque orgyales digitum minimum crassi: folia carina marginibusque asperrima, radicalia latiora: ligulae longae 3angulares supremae longissimae demum lacerae: spiculae ovato-oblongae viridi-violaceae: valvulae calycinae persistentes flosculis deciduis carinatae carina scabrae ceterum glabrae lanceolatae acuminatae : valvae cor. subaequales lanceolato-lineares ext. mucronata carinata carina superne scabra 5nervia, inter. apice 2fida nervis marginalibus utrinque ciliatis : semen lineare apice villosum. Fl. vere. Gramen utilissimum ad vinciendas vites storeas et funes conficiendas: rarum in patria. vivit in insulis *Tyro* et *Palmaria* portus *Lunae* et ora eius septentrionali et occid. usque ad arcem S. *Theresiae* : item in *monte Delphini* apud *Genuam* ( *porto fino* ).

## 103. LOLIUM.

1. PERENNE. L. *Spiculis muticis calyce longioribus culmo glabro radice perenni.*

Var. innumerae *calyce flosculos aequante* : *flosculis aristatis et spica ramosa* qui characteres minime constantes sunt, ut multoties vidi. Vulgares apud nos omnes sunt praesertim var. spica ramosa in hortis et locis pinguibus. Huc itaque : L. tenue L. L. strictum. Presl. L. complanatum Jan. L. arvense Tenore : Triticum farctum Vivian. L. multiflorum. Pers. etc. Ic. Scheuz. agr. t. 1. f. 7. A. B. C. Zannichel. ist. t. 66. f. 1. Lam. ill. t. 48. f. 1. Svens. bot. t. 71. Flor. dan. t. 747. Schreb. gr. 2. t. 37. Leers herb. t. 12. f. 1. Host. gr. a. 1. t. 25. Engl. bot. t. 315. Curt. lon. fas. 4. t. 14. Vaill. par. t. 17. f. 3. var. pingit flosculis omnibus aristatis. spica ramosa pingitur in Leers herb. t. 12. f. 1. Reich. I. c. t. 6. f. 1346 ejusd. var. l. c. t. 4. f. 1337-38 f. 1341. t. 5. f. 1345 t. 4. f. 1339. t. 6. fig. 1347-8. Culmi late caespitosi folia intense viridia lucida. Fl. vere et aest. Herba vulgatissima in terris pinguibus locis praesertim paulo umbrosis et quidquam humentibus optima alendis pecoribus et equis.

2. TEMULENTUM. L. *Spiculis aristatis calyce minoribus radice annua culmo superne scabro.*

L. rigidum. Gaud. agr. 1. 344. est var. *flosculis muticis calyce longioribus culmo inferne ramoso.* Ic. Engl. bot. t. 1124 et 1125. Scheuz. agr. t. 1. f. 7. E F. Flor. dan. t. 160. Leers herb. t. 12. f. 2. Bull. herb. t. 107. Lam. ill. t. 48. f. 2. Svens. bot. t. 192. Host. gr. a. 1. t. 26. Schreb. gr. 2. t. 36. Reich. I. c. t. 5. f. 1342-3-4 A-E. l. c. t. 4. f. 1340. Herba usque 5pedalis parce caespitosa: spica longissima foliis margine carinaque asperrimis: semen fuscum rugosum

oblongum hinc sulcatum venenatum. Herba neque recens neque exsiccata pecoribus noxia. Experiendum est quod Plinius 4. n. 22. 25. scribit si farina ejus aceto cocta imposita impetiginibus sanet eas et medeatur podagris aliisque doloribus ex oxymelite. Fl. majo: junio maturat semina. vulgaris inter segetes.

### 103. *bis* CYNOSURUS

a. *Radice perenni repente.*

I. CRISTATUS. C. *Racemo spicaeformi lineari spiculis secundis subquadrifloris involucello pinnato paleis alternis linearibus muticis carinatis carina marginibusque scabris valva cor. externa brevi aristata ligula brevi obtusa decurrente foliis anguste linearibus demum convolutis.*

Phleum cristatum. Scop. carn. 1. 57. Ic. Scheuz. agr. t. 2. f. 8. A. B. C. Leers herb. t. 7. f. 4. Fl. dan. t. 238. Schreb. gr. t. 8. f. 1. 2. 3. Lam. ill. t. 47. f. I. Pal. B. agr. t. 14. f. I. Engl. bot. t. 316. Host. gr. a. 2. t. 96. Svens. bot. t. 66. Schk. hand. t. 15. Reich. l. c. t. 7. f. 1351-2. Culmi subsolitarii erecti superne nudi glabri usque cubitales: valva cor. exter. dorso puberula marginibus scariosis, inter. apice 2fida nervis marginalibus utrinque ciliatis. antherae pendulae aureae demum violaceo-purpureae. semina libera. Fl. vere et aest. Passim secus vias. in pratis macilentis aridis etiam collinis.

aa. *Radice fibrosa annua.*
b. *Paleis involucelli aristatis. seminibus nudis.*

2. ECHINATUS. C. *Racemo oblongo-ovato denso spiculis secundis 2floris erectis flosculis longe aristatis altero stipitato involucello pinnato paleis lanceolato-linearibus carinatis carina asperis longe aristatis valva cor. exter. apice 2dentata longe aristata foliis latiusculis planis scabris ligula obtusa decurrente.*

Chrysurus. Pal. B. agr. 123. Ic. Host. gr. a. 2. t. 95. Sibt. fl. gr. I. t. 78. Engl. bot. t. 1333. Zan. ist. t. 171. f. 2. Barrel. ic. 123. f. 2. Scheuz. agr. t. 2. f. 8. A. B. C. Gaertn. de sem. 1. t. 1. Reich. l. c. t. 7. f. 1349-50. Culmi subsolitarii erecti elati (vidi usque 4cubitales) aliquando inferne ramosi. Ligulae superiores elongatae truncatae. involucelli paleae dorso margineque scarioso scaberrimae: valvae calycis subaequales scariosae flosculos superantes mucronatae dorso asperae. valva cor. ext. 5nervia convoluta scariosa ovato-oblonga apice 2fida sub apice aristata. inter. paulo brevior apice 2fida superne puberula scariosa nervis marginalibus viridibus utrinque ciliatis. Fl. majo. Passim in agris praesertim secale satis. rara apud nos. ego legi in agris *Vigelii* apud *Saluzzolam* in agr. *bug.* ambae in terra pingui cultae involucellos in spiculas flosculos fertiles ferentes mutant.

bb. *Paleis involucelli muticis, erosis: seminibus corticatis.*

3. AUREUS. C. *Racemo elongato composito ramulis nutantibus spiculas binas perfectas secundas 2floras flosculo altero neutro, abortientes ternas sive involucella ferentibus, involucellis pinnatis paleis imis linearibus oppositis acutis superioribus alternis ovatis apice laceris valva cor. apice 2dentata longe aristata foliis planis convolutis mollibus ligula acuta elongata decurrente.*

Chrysurus. Pal. B. agr. 123. t. 22. f. 3. Chr. cynosuroides. Pers. ench. I. 80. Lamarkia aurea. Monch. meth. 201. Ic. Bonan. panph. t. 6. Barrel. ic. 4. Scheuz. agr. t. 3. f. 12. A. B. C. Host. gr. a. 3. t. 4. Sib. fl. gr. I. t. 79. Culmi subsolitarii basi aliquando ramosi humiles vix spithamei. folia margine aspera. vaginae laxae oris scariosis glabrae angulatae angulo piloso. paleae involucelli 1nerviae scariosae extus scabrae. Calyx e flosculis remotus. valvae calycinae subaequales flosculos subaequantes lineares acutae carinatae carina coloratae asperae marginibus scariosis. valva cor. externa scariosa 5nervia superne scabrida ovato-lanceolata convoluta: inter. angustior apice 2dentata 2nervia nervis superne ciliatis. spica demum aurea. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* locis sterilibus declivibus mari proximis, aliisque locis in *Liguria* praesertim *occidua.*

### 104. POA.

a. *Panicula vera.*
b. *Flosculi liberi nudi.*
c. *Radice repente.*
d. *Calice 2-3floro.*

I. SUDETICA. Hank. sud. 120. P. *Panicula aequali diffusa spiculis ovato-lanceolatis, flosculis liberis nudis culmo inferne vaginisque ancipitibus ligula brevi radice repente.*

P. sylvatica Vill. delph. 2. 128. t. 3. P. trinervata. Cand. fr. 3. 58. P. ru-

bens. Monch. meth. 187. Ic. Flor. dan. t. 1924. Host. gr. a 3. t. 13. Reich. l. c. t. 90. f. 1657-8. Culmi caespitosi foliosi erecti praealti usque 4pedales basi caespitibus compressis foliis distichis. folia glabra carina marginibusque aspera cucullata abrupte acutaviridia lata culmea breviora. vaginae imae brevissimae. spiculae oblongo-lanceolatae. calyces 2-5flori plerumque flosculo supremo neutro valvis inaequalibus brevibus lanceolatis carinatis carina superne aspera, ext. 3nervia inter. 1nervia minore. valvae cor. subaequales oblongae exter. 5nervia carinata carina aspera apice et superne margine scariosa alba vel rosea inter. apice 2fida 2nervia nervis viridibus marginalibus utrinque ciliatis. Fl. vere et aest. Passim in montib. et collib. locis umbrosis et ad oras nemorum, et pascuis sylvaticis.

dd. *Calyce 6-8floro.*

2. AQUATICA. P. *Panicula aequali ramosissima amplissima spiculis linearibus teretiusculis flosculis obtusis liberis nervosis ligula brevi obtusa truncata culmo elato firmo radice repente.*

Glyceria. Smith. Engl. fl. 116. Reich. l. c. t. 8. f. 1614. Hydrochloa. Hartm. gr. svec. 8. Poa altissima. Monch. meth. 185. Glyceria spectabilis. Mert. et Koch. etc. germ. I. 586. Ic. Moris. s. 8. t. 6. f. 25. Scheuz. agr. t. 4. f. I. Flor. dan. t. 920. Host. gr. a. 2. t. 60. Svens. bot. t. 30. Curt. lond. 2. t. 12. Engl. bot. t. 1315. Leers herb. t. 5. f. 5. Culmi caespitosi usque 6pedales erecti subcompressi foliosi nodis imis verticillatim radicantibus. folia latissima longissima glabra carina marginibusque asperrima basi maculata. panicula pedalis et ultra: pedunculi flexuosi: valvae calycis subaequales 1nerviae glabrae nitidae obtusae albidae. flosculi demum remoti. valva cor. exter. 7nervia plana albida obtusa sub-erosa scabra: inter. longitudine aequalis angustior apice emarginata nervis marginalibus utrinque ciliatis. squamae hypogynae duo. stigmata plumosa, et repetite-ramosa. Fl. aest. Passim in fossis paludibus oryzetis oris lacuum etc.

cc. *Radice fibrosa annua.*

d. *Calyce 6-8floro.*

3. RIGIDA P. *Panicula disticho-secunda rigida coarctata spiculis linearibus acutis subnervosis teretibus distichis distinctis culmo ascendente subcompresso rigido foliis subconvolutis ligula brevi obtusa lacera radice fibrosa.*

P. pulchella. Stev. in M. Bieb. cauc. I. 417. Schlerochloa patens. Presl. l. c. 45. Festuca rigida. Kunth. gr. I. 129, Glyceria. Smith. in Engl. fl. 119. Triticum maritimum. Wulf. in Jacq. coll. 3. 34. Megastachya rigida. Pal. B. agr. 74. M. pulchella. R. Sch. syst. 2. 591. Ic. Barrel. ic. 49. Vaill. par. t. 18. f. 4. Zannichel. is.. t. 123. f. 2. et t. 126. Scheuz. agr. t. 6. f. 2. 3. Host. gr. a. 2. t. 74. Engl. bot. t. 1371. Curt. lond. 2. 13. Reich. l. c. t. 58. f. 1518. Culmi caespitosi humiles raro subpedales longitudine inaequales geniculati laeves inferne plerumque ramosi: folia longa pauca angusta linearia saepe convoluta margine carinaque scabra totum culmum tegunt supremo paniculam aliquando aequante: vaginae lividae: rachis marginata: calyx usque 12 florus: valvae inaequales oblongae glabrae carinatae dorso virentes marginibus scariosis: flores remoti: valvae cor. aequales ext. obsolete 5nervia marginibus scariosis dorso scabra, inter. angustior. 2nervia nervis magnis marginalibus utrinque ciliatis. Fl. vere et aest. Vulgaris in aridis praesertim calidioribus *Ligur*: agri *nic.* collibus *astensibus* etc.

4. PILOSA. P. *Paniculae aequalis ramis inferne verticillatis basi glandulosis pilosis spiculis linearibus demum compressis flosculis acutiusculis liberis ligula brevissima truncata vaginarumque fauce barbatis culmo decumbente vel ascendente radice fibrosa.*

Huc certe facit P. megastachys Gaud. agr. I. 171. cum haec species apud nos pedunculos habeat basi glanduloso-pubescentes ut in P. Eragrostide quae omnino differt a pilosa. Eragrostis R. Sch. syst. 2. 575. Reich. l. c. t. 91. 1659. E. verticillata ibid. E. Eragrostis Pal. B. agr. t. 14. f. II. P. Eragrostis All. ped. 2. 247. excl. synon. P. verticillata Cav. lc. I. 63. t. 93. var. pedunculis basi non pilosis. Ic. Barrel. ic. 44. f. 2. Scheuz. agr. t. 4. f. 2 et 3. Host. gr. a. 2. t. 68. Culmi caespitosi plerumque humiles aliquando usque 2pedales basi ramosi glabri: folia inferne laevia superne marginibusque scabrida: panicula elegans ante nuptias ramis contractis appressis spiculis atris, demum expansa spiculis purpureo-violaccis demum compressis: calycis valvae minimae inaequales 1nerviae: valvae cor. inaequales, exter. maior 3nervia nervis lateralibus obsoletis medio viridi scabro, ceterum violacea obtusa concava ovata apice albo-membranacea: int. brevior scariosa hyalina subcolorata apice 2dentata nervis marginalibus utrinque ciliatis: semina fulvorubentia oblonga. Fl. aest. Vulgatissima in fossis agrorum, agris, marginibus eorum, et aggeribus etc.

dd. *Calyce* 15-20 *floro.*

5. ERAGROSTIS. P. *Paniculae aequalis alterne ramosae ramis basi glandulosis patentibus flexuosis spiculis lanceolatis lividiusculis purpureisve flosculis obtusis foliis linearibus basi ligula vaginarumque collo pilosis radice fibrosa.*

P. megastachys Koel. gr. 181. P· cilianensis All. ped. t. 91. f. 2. Briza Eragrostis L. sp. 103. Schreb. gr. 2. t. 39. Krok. sil. 1. t. 27. Eragrostis megastachya Link. h. ber. I. 185. Reich. l. c. t. 91. f. 1662. E. poaeformis ejusd. l. c. 188. Reich. l. c. t. 91. f. 1661. E. poaeoides Pal. B. agr. 71. E. major. Host. gr. a. 4. t. 24. Megastachia Eragrostis Pal. B. agr. ib. Ic. Host. gr. a. 2. t. 69. Schreb. gr. 2. t. 38. Sibt. fl. gr: I. t. 73. Cav. ic. I. t. 92. Barrel. ic. 43. Sch. agr. t. 4. f. 4. Gramen elegantissimum. Culmi caespitosi longitudine inaequales plerumque humiles aliquando tamen usque pedales glabri basi ut plurimum ramosi: folia linearia superne et margine scabra: ligula subnulla. Valvae calycis subaequales oblongae acutae 1nerviae carina scabrae albidae nitidae membranaceae: valvae cor. subaequales ext. major. obtusa vel retusa submucronata concavo-compressa 3nervia carinata scabrida nitida membranacea albida, int. oblonga obtusa vel retusa albida nervis marginalibus viridibus ciliatis. Semina fulva subglobosa minutissima. Antherae rubrae: flosculi apice distincti ut spiculae serratae videantur. Quidquid dicat Gaudinus agr. I. 173. et haec habet pedunculos basi glanduloso-pubescentes et pilosos, ut pilosa. Glandulae luteae sunt. Fl. aest. Vulgatissima apud nos in hortis impluviis super macerias et rudera etc. numquam vidi in agris zea satis ut scribit Allion. quibus frequentissima est poa pilosa.

bb. *Flosculi liberi carina nervisque ad marginem inferne sericeis.*

6. ANNUA. P. *Paniculae subsecundae ramis divaricatis spiculis oblongo-ovatis compressis flosculis basi liberis culmo compresso ligula oblonga radice fibrosa.*

P. supina Schrad: germ. I. 289. Host. gr. a. 4. t. 27. P. alpina g. W. sp. I. 386. Scheuz. prodr. t. 3. est var. flosculis vel subnudis juxta. Bertol· fl. ital. I. 531. sed cum apud Schraderum planta sit radice perenni repente probabili conjectura species distincta est. Ic. Moris. s. 8. t. 5. f. 21. Scheuz. agr. t. 3. f. 17. E. Flor. dan. t. 1686. Svens bot. t. 126. Leers herb. t. 6. f. I. Host. gr. a. 2. t. 64. Engl. bot. t. 1141. Curt. fl. lond. 2. t. 16. Lam. ill. t. 45. f. 3. Mart. fl. aus. t. 98. Stilling. fl. mis. t. 7. Reich. l. c. t. 82. f. 1621. ejusd. f. 1682. Culmi caespitosi ascendentes humiles raro tamen usque pedales basi radicantes inferne ut plurimum ramosi glabri striati: folia radicalia caespitosa nitida canaliculata carinata superne, et margine aspera plerumque transverse corrugata laete virentia: spiculae virides albo-variegatae vel roseae: flosculi laxi remotiusculi: valvae calycis inaequales dorso virentes glabrae margine albidae scariosae apice coccineae, exter. majore 3nervia interiore nervis lateralibus obsoletis. Valvae cor. subaequales ext. oblonga obtusa margine alba apice coccinea 5nervia carina nervisque marginalibus villoso-sericeis apud nos hyeme collecta omnino glabris, vel villis paucis longis tortis albis obsita, int. angustiore apice erosa albida nervis viridibus marginalibus utrinque ciliatis. Stigmata ramoso-plumosa: semina ovata apice pubescentia. Fl. toto anno etiam hyeme. Vulgatissima in viis ambulacris hortis impluviis ruderatis etc., quibus colorem pulchre virentem facit. stirps pusilla, in qua tamen vis vitae tenacissima est. Etiam aestate diebus calidis et siccis quamquam terra evulsa si eam tangit vivere pergit et radiculis in illam denuo exporrectis reviviscit, et ut ita dicam resurgit. Herba ob vitae energiam vere miranda.

cc. *Radice perenni. cal.* 6-8 *floro.*

7. ALPINA. P. *Panicula aequali patente abbreviata contracta spiculis ovatis compressis flosculis basi margineque sericeis foliis obtusiusculis abbreviatis ligula oblonga imis brevissimis culmo erecto radice fibrosa.*

P. brevifolia Cand. fr. 5. 274. P. badensis. W. sp. I 392. P. collina. Host. gr. a. 2. t. 65. P. Molinerii Balb. addit. ad fl. pedem in Elen. 85. Mis. bot. I. 12. t. 5. f. I. P. trivialis Poll. pal. Koel. gr. 157. P. Koeleri. Cand. syn. 131. P. cinerea. Vill. delph. 2. 126. P. variegata Lam. apud Cand. fr. n. 1620. P. vivipara. Host. gr. a. 2. t. 67. f. 1-7. flor. dan. t. 807. Scheuz. agr. t. 14. f. 14. P. cenisia Schrad. fl. germ. I. 422. Host. gr. a. 3. t. 16. Reich. l. c. t. 83. f. 1624-5. excl. syn. All. Ic. Scheuz. prodr. t. 3. Engl. bot. t. 1003. Reich. l. c. t. 83. f. 1626-8. Culmi caespitosi plerumque humiles longitudine inaequales in apricis tamen et pinguibus usque 2pedales aliquando rubentes superne nudi laeves, in brevifolia vaginati vaginis paucis longis aphyllis; folia caespitosa breviuscula margine carinaque extrema aspera: spiculae albo-variegatae aliquando violaceae, in summis alpibus ad nives aeter-

nas pauciflorae: valvae calycis subaequales lanceolatae acutae dorso virides carina scabrae margine scarioso albo, vel roseo 3nerviae: valvae cor. subaequales exter. majore concava 5nervia ovata carina nervisque marginalibus inferne dense barbatis, interna angustiore apice 2dentata albo-membranacea nervis marginalibus utrinque ciliatis. Stigmata ramoso-plumosa. Fl. aest. var. *vivipara* vulgaris in alpinis: *brevifoliam* collegi heic Verroni. Ceterum stirps vulgaris in pascuis alpinis.

bbb. *Flosculis basi villo nexis.*

e. *Radice perenni repente.*

d. *Calyce 2-3 floro.*

3. LAXA. Haench. sud. 118. P. *Panicula contracta laxiflora apice nutante calycibus 3nerviis spiculas oblongo-ovatas subaequantibus flosculis basi villo copioso nexis 3nerviis nervis marginalibus carinaque inferne dense barbatis ligulis oblongis acutiusculis conformibus radice subrepente.*

P. elegans Cand. fr. 3. 62. P. flexuosa Smith. brit. I. 101 Engl. bot. t. 2223. Ic. Scheuz. prodr. t. 4. f. 2 Host. gr. a. 3. t. 25. Culmi caespitosi inaequales humillimi vix spithamei superne nudi: folia angusta superne marginibusque scabrida brevia flexuosa: valvae calycis subaequales lanceolatae acutae carinatae carina scabridae 3nerviae: valva cor. exter. lanceolata acuta 5nervia carina superne aspera; int. minore et angustiore lanceolata apice 2fida nervis marginalibus utrinque viridibus ciliatis. Stigmata decomposito-plumosa. Fl. aest. In pratis alpinis di *Vegezzo*, et di *Anzasca* in agr. *novar*. P. *minor*. Gaud. agr. I. 204. mihi non non videtur differre nisi *calycibus subsexfloris, corollis omnibus constrictis panicula capillari.* Gramen speciosum elegantissimum.

dd. *Cal.* 4-5 *floro.*

9. PRATENSIS. P. *Panicula aequali diffusa spiculis oblongo-ovatis condensatis flosculis* 5*nerviis basi pilis lanuginosis multis longiusculis elongandis complicatis culmo vaginisque glabris ligula abbreviata radice repente.*

P. angustifolia L. sp. 99 Leers herb. t. 6. f. 3. est. var. *foliis subconvolutis glaucis*. P. trivialis Fl. dan. t. 2444. All. pedem 2. 252. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 7 8. Vill. catal. de Strasb. t. 2. Host. gr. a. 2. t. 62. Engl. bot. t. 1073. Curt. lond. 2. t. 25. Reich. l. c. t 83. f. 2648-52. Radix subterra repens fibris fuscis. Culmi caespitosi longitudine inaequales plerumque pedales et ultra: folia cucullata supra marginibusque plerumque aspera: ima angustiora et longiora: spiculae etiam 2florae: valvae calycis 3nerviae inaequales lanceolatae acutae carinatae carina superne scabra flosculis breviores virentes vel purpureo-violaceae: valvae cor. aequales ext. major ovata acuta carina superne aspera 5nervia nervis marginalibus inferne sericeis sub vitro punctato-scabra apice marginibusque scariosa: inter. albida apice 2fida nervis marginalibus viridibus utrinque ciliatis: stigmata decomposito-plumosa argentea: antherae argenteo-purpurantes demum luteolae. Fl. vere et aest. Passim in pratis arvis aggeribus etiam agris quibus agricolae vocant *morbo*.

ddd. *Cal.* 6-8 *floro.*

10. CENISIA. All. auct. 40. P. *Panicula contracta erecta spiculis lanceolatis calyce longioribus flosculis basi pilis lanuginosis densis longis et elongandis complicatis carina nervisque marginalibus inferne sericeis foliis distichis ligula obtusa lacera culmo inferne compresso radice repente.*

P. distichophylla Gaud. fl. helv. I. 250. non Host. Reich. l. c. t. 84. f. 2632. P. Halleri ejusd. l. c. t 85. f. 2634. P. stolonifera Bellard. append. in mem. accad. taur. 5. 225. t. 3. Radix stolonifera fibris fuscis villosulis. Culmi usque pedales et ultra: folia brevia glabra carina marginibusque scabris obtusa mucronata media longiora: vaginae imae brevissimae: spiculae variegatae. Ceterum similis superiori. Fl. aest. in monte *Cenisio* secus torrentes et rivos exsiccatos: in montibus *Limoni* et *vallis Pisii*. Forte est var. alpina. P. pratensis.

11. COMPRESSA. P. *Panicula subsecunda diffusa spiculis ovato-oblongis flosculis basi pilis lanuginosis complicatis liberisve ligula brevissima rotundata obtusa culmo obliquo compresso radice repente.*

P. anceps P. planiculmis. Presl. cyp. et gr. sic. 43. etc. Ic. Vaill. par. t. 18. f. 5. Fl. dan. t. 742. Host. gr. a. 2. t. 70. Leers herb. t. 5 f 4. Engl. bot. t. 365. Reich. l. c. t. 85. f. 2636. Herba pallide viridis vel glauca: culmi ascendentes glabri spithamei usque 2pedales: folia brevia superne carina marginibusque aspera: paniculae rami medii longiores: valvae calycis subaequales 3nerviae margine scariosae dorso, et inferne virides superne purpureo-violaceae: valvae cor. subaequales ext. dorso viridi margine apiceque scariosa purpureo-violacea carinata carina superne aspera ceterum punctato-scabra 5nervia nervis marginalibus carinaque aliquando barbatis, aliquando laevibus, pili lanuginosi corollae basim complicantes non raro desunt: valva cor. inter. angustior

apice 2dentata albo-membranacea nervis viridibus marginalibus utrinque ciliatis. stigmata decomposito-plumosa, Fl. vere et aest. Vulgaris ad muros et in locis declivibus aridis arenosis, in pascuis et arvis, rara in agris.

cc. *Radice perenni fibrosa.*

d. *Calyce 2-3 floro.*

12. NEMORALIS. P. *Panicula attenuata subsecunda rariflora valvis calycinis oblongo-lanceolatis 3nerviis inaequalibus spiculas lanceolatas 2-3 floras subaequantibus flosculis liberis vel basi villo nexis culmo subcompresso vaginisque glabris ligula brevissima truncata radice subrepente.*

P. montana. All. ped. 2. 245. P. coarctata. Cand. fr. 5. 273. P. miliacea. Vill. delph. 2. 82. Ic. Scheuz. prodr. t. 2. Host. gr. a. 2. t. 72. Engl. bot. t. 1265. Leers herb. t 5. f. 3. Reich. l. c. t. 86. f. 1638-40 ib. f. 2644-3. Herba apud nos in planitie et oris nemorum vel saepibus et dumetis virens in montanis glauca constanter spiculis 1-2 floris ut *airam* potius facie referat quam *Poam*. var. *gallifera* vulgatissima apud nos circa sanctuarium *Oropae* : in planitie vero habitus omnino diversus ut species eadem non videatur. Culmi tenues vel firmi usque 2pedales superne longe nudi nodis fuscis: folia linearia angusta demum involuta superiora longiora: panicula laxiflora depauperata demum nutans. Calyces apud nos ut plurimum 2flori non raro tamen 1flori. valvae calycinae canaliculatae lanceolatae 3nerviae virides apice marginibusque scariosae carina superne scabra: valvae cor. aequales ext. 5nervia lanceolata viridis vel purpureo-violacea margine scariosa carinata carina omni nervisque marginalibus inferne sericeis: pili valvas cor. complicantes saepe desunt. valva interna apice 2dentata nervis marginalibus viridibus utrinque scabris: stigmata decomposito-plumosa: semina oblonga apice attenuata villosa fulva. Fl. vere et aest. Passim in nemorum et sylvarum oris saepibus dumetis praesertim montanis.

13. TRIVIALIS. P. *Panicula aequali diffusa spiculis ovato-oblongis flosculis basi villo nexis 5nerviis culmo vaginisque scabriusculis ligulis oblongis acutiusculis (apud nos longissimis obtusis) imis brevibus truncatis radice fibrosa.*

P. pratensis All. ped. 2. 246. Svens. bot. t. 88. P. dubia. Leers herb. t. 6. f. 5. P. scabra. Cand. fr. t. 59. Hoffm. fl. d'All. 1800. t. 1. f. 10. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 17. A. Flor. dan. t. 1685. Host. gr. a. I t. 62. Curt. lond. 1. t. 14. Engl. bot. t. 1071. Reich. l. c. t. 89. f. 1653-5. P. fertilis. Host. gr. a. 3. t. 14. P. palustris Vill. cat. de Stras. t. 1. Roth. germ. 1. 117. P. serotina. Gaud agr. 1. 108. est. var. in palustr. collecta quae non differt. nisi *stipula eroso lacera* (non omnibus tamen conformibus c. f. Kunth. enum. 1. 353.) *valvis calycinis omnibus 3nerviis 4floris et cor. exter. obsolete nervosa culmo marginisque glabris quae omnino* non sufficiunt ad speciem probe distinctam constituenduam. Culmi usque 2cubitales: folia suprema longiora carinata canaliculata carina marginibusque scabra vel laevia. Calycis valvae dorso virides vel purpureo-violaceae margine scariosae ext. 3nervia int. 1nervia subaequales spicula compressa ovata breviores : valvae cor. subaequales ext. oblongo-lanceolata compressa carinata 5nervia carina nervisque marginalibus inferne sericeis, int. angustiore apice 2dentata nervis marginalibus viridibus utrinque scabris. Vulgatissima apud nos in agris et aggeribus etc. Fl. aestate. frequens in pratis montanis quibus calyces constanter 2floros inveni.

dd. *Cal. 4-5 floro.*

14. BULBOSA. P. *Paniculae contractae erecto-patulae pauciflorae ramis flexuosis spiculis ovatis turgidis flosculis basi villo longo crispo nexis culmo fasciculisque foliorum bulbosis ligula lanceolata acuta radice fibrosa.*

Var. vivipara vulgatissima apud nos in locis aridis Ic. Barrel. ic. 171. 703. fig. 1. et 1. Krok. siles. 1. t. 15. Bonan. Pamph. t. 6. f. A. A. Moris. s. 8. t. 5. f. 14. Scheuz. agr. t. 4. f. 13. A. B. C. Host. gr. a. 1. t. 65. f. 7. Reich. l. c. t. 81. f. 1619. Simplicis Vaill. par. t. 17. f: 8. Host. gr. a. 2. t. 65: f. 2-6. Engl. bot. t. 1071. Herba humilis raro pedalis: folia brevia plana margine aspera cito in apicem desinentia radicalibus angustioribus demum siccando convolutis supremis brevissimis vaginis elongatis plerumque laevibus margine scariosis: spiculae virides ut plurimum purpurascentes: valvae calycis subaequales ovatae acutae 3nerviae nervis lateralibus obsoletis medio carinato scabro marginibus scariosis, albis: valvae cor. subaequales exter. majore ovata carinata 5nervia marginibus scariosis carina nervisque lateralibus inferne sericeis apice apud nos cum viva est purpurea : inter. quidquam brevior angustior oblonga apice 2fida albida nervis utrinque marginalibus viridibus ciliatis: stigmata decomposito-plumosa: fl. vere Vulgaris apud nos praesertim vivipara.

15. SEROTINA. Ehrh. gr. n. 82. P.

*Panicula aequali laxa diffusa spiculis ovato-lanceolatis flosculis basi villo brevi nexis valva cor. exter. obsolete nervosa ligula obtusa eroso-lacera extus pilosa radice subrepente culmo basi radicante.*

P. fertilis Host. gr. a. 3. t. 14. P. palustris Vill. cat. Strasb. 71. t. 2. P. angustifolia Whalemb. fl. svec. 1. 58. P. pratensis Leers herb. t. 6. f. 4. Aira elodes Brignol. fasc. plant. foroiul. 10. Catabrosa elodes R. Sch. syst. 2. 696. Ic. Svens. bot. t. 502. Culmus plerumque praealtus usque 2cubitalis: folia longitudine fere aequalia superne marginibusque scabra: valvae calycinae cor. breviores subaequales lanceolatae 3nerviae carinatae carina pilosae margine scariosae: valvae cor. longitudine aequales exter. majore oblonga apice scariosa alba vel lutea carinata carina nervisque marginalibus parce sericeis aliquando laevibus punctato-scabra: villus valvas basi nectens aliquando abest valva int. apice obsolete 2dentata nervis marginalibus utrinque scabris: stigmata decomposito-plumosa. Videtur var. p. *trivialis* qua non differt nisi characteribus laevissimis, et forte inconstantibus nascitur in paludibus et fossis oryzarum: in oryzetis di *Confienza:* ego legi in fossis oryzarum *Massazae*. fl. aest.

aa. *Panicula spicata.*

16. DURA. Scop. carn. 1. 70. P. *Racemo semiovato secundo disticho spiculis glomeratis compressis secundis flosculis obtusis nervosis apice emarginatis liberis calycibus membranaceis 3-4floris valva exter. carinata profunde striata nervosa nervis validis prominulis culmis caespitosis compressis abbreviatis procumbentibus tectis foliis obtusiusculis vaginisque glabris radice fibrosa annua.*

Cynosurus durus. L. sp. 105. Poll. palat. 1. t. 1. f. 1. Krok sil. 1. t. 28. Sclerocloa Pal. B. agr. 12. t. 19. f. 4. Reich. l. c. t. 58. f. 15-16. Sessleria Kunt. enum. 1. 313. Eleusine dura Lam. ill. n. 1107. Ic. Host. gr. a. 1. t. 73. Barrel. ic. t. 50. Culmi breves plerumque in orbem positi basi ut plurimum ramosi: folia plana mollia obtusa laevia margine aspera plerumque culmos superantia: ligula angusta elongata acuta: valvae calycis inaequales obtusae carinatae virentes oris late scariosis superior multinervia major. infer. minore 3nervia: flosculus supremus neuter est. valvae cor. inaequales ext. cartilaginea oblonga retusa carinata compressa carina aspera 5nervia oris scariosis: int. brevior alba obtusa utrinque nervosa nervis viridibus glabris alatis ala alba serrulata. fl. vere exeunte. vulgaris in agro *taurinensi* circa *Stupinixium*, prope *Valentinum* etc. etc. circa *Segusium* etc. in arvis et aridis, etiam *Cheraschi* etc. in prov. *novar.* et *aquensi.*

## 105. BRIZA.

a. *Radice annua.*

b. *Valvis calycinis imo flosculo brevioribus.*

1. MAXIMA. Br. *Panicula subsimplici secunda apice nutante spiculis maximis cordato-oblongis sub 15 floris flosculis nervosis valvae cor. internae ala nervorum ciliata foliis scabris ligula elongata lanceolata eroso denticulata.*

Br. rubra Lam. ill. n. 1014. Br. monspessulana. All. ped. 1. 148. Ic. Moris. s. 8. t. 6. f. 48. Scheuz. agr. t. 4. f. 7. Barrel. ic. 15. f. 1. 23. f. 12. Lam. ill. t. 45. f. 1. Pal. B. agr. t. 14. f. 3. Gaertn. de sem. 1. t. 2. Host. gr. a. 1. t. 30. Sibt. fl. gr. 2. t. 76. Jacq. obs. 3. t. 60. Reich. l. c. t. 91. f. 1666. Culmi elati usque 2pedales et ultra: valvae calycinae subinaequales plerumque rubentes demum fulvae majore 9nervia minore 7nervia: valvae cor. inaequales ext. maxima cordato-ovato inferne concava cartilaginea multinervosa nervis radiantibus: int. minore elliptica 2nervia nervis marginalibus alatis ciliatis: stigmata plumosa: semen obovatum corticatum. fl. vere. frequens in agro *nic.* et *Liguriae* arvis pratis ac locis graminosis et herbidis praesertim apricis siccis et collinis. ego legi in collibus aridis et vineis di *Castellengo* et *Motta alciata* in agr. *bugel.*

bb. *Valvis calycinis imo flosculo longioribus.*

2. MINOR. Br. *Panicula erecta trichotoma multiflora diffusa spiculis parvis 3angularibus sub7floris calyce flosculos superante ligula elongata laciniata.*

Br. virens. All. ped. 1. 147. Reich. l. c. t. 92. f. 1664. Ic. Barrel. ic. 16. Moris. s. 8. t. 6. f. 47. Trin. Sp. gr. fas. 15. Host. gr. a. 1. t. 18. Sibt. flor. gr. 1. t. 74. Reich. l. c. t. 09. f. 1663. Culmi usque pedales basi radicantes et ramosi: folia suprema longiora et latiora: valvae calycinae aequales naviculares 3nerviae oris scariosis: valvae cor. inaequales ext. majore cordato-rotundata interne gibberosa cartilaginea 3nervia oris scariosis: int. ovata alba scariosa utrinque nervo viridi alato glabro: semen parvum obovatum corticatum: stigma plumosum: spiculae aliquae quandoque subovatae sunt. fl. vere. Vulgaris inter segetes: rarius in pratis et arvis.

aa. *Radice perenni repente.*

3. MEDIA. Br. *Panicula recta patula trichotoma spiculis demum cordatis sub 7floris calice flosculis minori valvis calycinis cochleariformibus foliis lineari-lanceolatis ligula obtusa brevi truncata.*

B. elatior Tenor. syllab. 38. Ic. Barrel. ic. 15. f. 2. Moris. s. 8. t. 6. f. 45. 46. Scheuz. agr. t. 4. f. 8. 9. Trin. l. c. f. 25. Lam. ill. t. 45. f. 1. Leers herb. t. 7. f. 2. Flor. dan. t. 258. Host. gr. a. 2. t. 29. Engl. bot. t. 40. Reich. l. c. t. 92 f. 1665. Culmi usque pedales plerumque solitarii. Folium supremum breve. Vagina longissima sub spathacea. Stigmata decomposito-plumosa Semen indusiatum. Ceterum similis. Br. minori. Fl. vere exeunte. Vulgatissima apud nos in pratis aridis et macilentis et arvis praesertim apricis et collinis.

## 406. GLYCERIA.

FLUITANS. R. Br. prodr. 179 Gl. *Herba perennis aquatica radice repente culmo radicante 2-3pedali compresso fistuloso glaberrimo inferne ramoso et fluitante panicula composita in anthesi divaricata spiculis lanceolato-linearibus subteretibus elongatis appressis foliis elongatis linearibus scabris plerisque fluitantibus obtusis.*

Festuca L. sp. 111. Fl. dan. t. 237. Schreb. gr. 1. t. 3. Host. gr. a. 2. t. 77. Hydrochloa. Host. fl. a 1. 141. Poa. Scop. carn. 1. 73. Engl. bot. t. 1520. Svens. bot. t. 102. Ic. Moris. s. 8. t. 3. f. 16. Lob. ic. 16. Scheuz. agr. t. 4. f. 5. Barrel. ic. 7. mala. Bonan. pamph. t. 5. Pal. B. agr. t. 19. f. 7. Curt. lond. 3. t. 23. Reich. l. c. t. 80. f. 1615. Folia longa scabra. Ligula truncata. Spiculae pallide virentes. Spicula solitaria subsessilis basi pedunculorum. Calyces sub 10flori: valvae calycis breves inaequales obtusae ovatae 1nerviae scariosae. Valvae cor. longitudine aequales ext. 1nervia apice erosa scariosa: int. sublongiore angustiore alba scariosa apice 2dentata utrinque nervo marginali ciliato. Antherae albae: stigmata alba ramoso-plumosa. Semina oblonga dulcia valde nutrientia. Germani gramen *mannae* vocant. Fl. aest. Vulgatissima in paludibus fossis oris fluminum lacuum. etc.

## 407. TRITICUM.

a. *Annua.*

b. *Culta: Semina nuda*

c. *Spica parallele compressa.*

1. VULGARE. Vill. delph. 2. 153. Tr. *Spica parallele compressa calycibus coriaceis truncato-mucronatis sub4floris flosculis glabriusculis aristatis vel muticis.*

Huc varr. innumerae cultu ortae et per totum orbem satae. Mirum est Tr. *compositum* L. *culmo praealto farcto spica basi ramosa villosa.* Sed facile cultura in vulgare transit. Quod dicendum de pluribus varr. quae sub duabus praecipuis formis coluntur, *hibernum*, et *aestivum.* Formae innumerae, unde icones non adduxi. Nulla fere herba utilior est: ea enim praecipue alit hominem natura.

cc. *Spica opposite compressa.*

2. POLONICUM. Tr. *Spica opposite compressa calycibus membranaceis foliaceis laxis mucronatis sub4floris glabriusculis flosculis aristatis.*

Spica maxima. Sed colitur raro quia vectigal tenue est. Harum patria omnino ignota est. Icon. Tr. polonici habemus in Host. gr. a. 3. t. 31. Trattin. Tabul. t. 372. De Tritico vulgari Cf. R. Sch. Syst. 2. 761. 59.

bb. *Agrestia: Semina nuda.*

c. *Spica unica compacta opposite compressa.*

3. VILLOSUM. Pal. B. agr. 103. Tr. *Spica oblonga hirsuta disticha calycibus 3dentatis cuneatis truncatis sub4floris aristatis patulis valvisque corollinis exterior. foliisque fasciculato-pilosis ligula brevissima truncata erosa.*

Secale. L. sp. 124. Host. gr. a. 2. t. 47. Sibt. fl. gr. 1. t. 97. Agropyrum. Link. hor. ber. 1. 31. Hordeum ciliatum Lam. Encicl. 4. 604. excl. syn. Ic. Barrel. ic. 112. f. 1. Scheuz. agr. t. 1. f. 4. A. B. Reich. l. c. t. 24. f. 1339. A. Culmi caespitosi usque 3pedales superne nudi. Folia linearia supremis brevioribus: vaginae oris plerumque pilosis suprema sub-inflata. Flosculi laterales sessiles hermaphroditi, mediis masculis. Valvae calycis subaequales flosculis breviores cuneatae canaliculatae 3nerviae hirsutae carina pilis penicillato-barbatis apice 3dentatis dente medio in aristam longam mutato scabram inferne dilatatam 3nerviam pilosam pilis fasciculatis oris scariosis albis. Valva cor. exterior longior apice ut calycis valva 3dentata dente medio in aristam longissimam converso, 5-nervia nervis pilosis pilis fasciculatis: inter. brevior apice 2fida nervis marginalibus utrinque ciliatis ciliis penicillatis. Squamae hypogynae lanceolatae parvae. Antherae longissimae. Fl. vere. In agro *Taurin.* prope *il Follone della Veneria.*

cc. *Spiculis pluribus sessilibus distantibus opposite compressis.*

d. *Flosculis muticis.*

e. *Foliis convoluto-setaceis.*

4. TENELLUM. Tr. *Spiculis alternis numerosis sub5floris opposite compressis flosculis ovato-oblongis acutis rectinsculis culmo ramoso foliis subsetaceis.*

Tr. Poa. Cand. fr. 3. 86. exc. syn. Pluk. Tr. Halleri. Viv. an. di bot. 1. 155. t: 5. et fl. ital. fragm. fas. I. t. 26. Brachypodium Halleri. Link. h. ber. I. 41. Reich. l. c. t. 15. f. 1372. C. Festuca Poa. Kunt. enum· I. 394.

Culmi plerumque caespitosi longitudine inaequales humiliores toti foliis tecti longiores superne nudi ut plurimum humiles aliquando tamen proceri usque 2pedales basi plerumque ramosi nodis rubro-fuscis. Folia brevia acuta superne marginibusque scabra. Ligula brevis truncata utrinque auriculata. Spiculae in plantis luxuriantibus usque 10florae secundae. Valvae calycis 3nerviae subaequales spicula multo breviores scabridae oris scariosis. Valvae cor.-subaequales exter. majore 5nervia scabrida int. apice 2dentata nervis marginalibus viridibus utrinque ciliatis. Squamae hypogynae 2fidae parvae. Semen liberum. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria* in pascuis graminosis apricis et collinis : in arenosis secus torrentes in agro *taurin.* in pascuis *della Molinetta* : in collibus apricis *Verbani* agri *nov.*, etc.

ee. *Foliis planis, aut arescendo involutis.*

5. LOLIACEUM. Smith. fl. br. I. 159. Tr. *Spiculis ovato-oblongis glabris opposite compressis suboctofloris lateralibus muticis glabris subalternis rachi incrassata incurvata racemo basi plerumque ramoso culmo ascendente foliis linearibus planis arescendo involutis ligula brevi truncata lacera.*

T. Rotbolla. Cand. fr. 3. 86. Poa loliacea. Huds. angl. 43. Catapodium loliaceum. Link. h. ber. I. 45. Reich. l. c. t. 15. f. 1370. A. Brachypodium. R. Sch. Syst. 2. 746. Festuca Rottbollioides. Kunt. enum. I. 395. Tr. unilaterale. Vill. delph. 2. 165. Vivian. ann. I. 149. t. 3. f. 1. et fl. ital. fragm. fas. I. t. 23. f. 1. Host. gr. a. 2. t. 27. Ic. Scheuz. agr. t. 6. f. 4. Pluk. phyt. t. 32. f. 7. Moris. s. 8. t. 2. f. 6. Engl. bot. t. 221. Roem. Fl. Europ. fas. 10. Herba glabra virens. Culmi spithamei caespitosi toti tecti sub. compressi basi plerumque ramosi. Folia brevia. Spiculae saepe imbricatae. Valvae calycis aequales 3nerviae spiculis breviores oris scariosis. Valva cor. exter. 3nervia oris scariosis, int. brevior et angustior apice 2dentata albo-membranacea nervis marginalibus viridibus utrinque ciliatis. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria* in litore maris.

dd. *Flosculis muticis aut aristatis.*

6. UNILATERALE Tr. *Spiculis 4-7floris alternis secundis distichis aristatis muticisve ovato-oblongis flosculis lanceolato-subulatis opposite compressis valva calycis exter. dimidio breviore foliis brevibus convoluto-filiformibus basi utrinque 1dentatis ligula obsoleta.*

Triticum nardus Cand. fr. 3. 87. Jacq. fll. eclog. 2. t. 35. *flosculis aristatis.* Tr. tenellum a Lam. encicl. 2. 561. Tr. tenellum. Viv. ann. bot. I. 154. t. 4. *flosc. aristatis* et flor. ital. fragm. fas. I. t. 25. eadem. Host. gr. a. 2. t. 26. *flosc. arist.* Tr. hispanicum. Tenor. syll. 57. Tr. biunciale. Vill. delph. 2. 167. All. auct· 46. Vivian. an. bot. I. t. 6. et fl. ital· fr. fas. I. t. 24. *flos. aristatis.* Brachypodium tenellum. Trattin. fl. 4. 113. t 78. *flosc. arist.* B. unilaterale R. Sch. Syst. mant. 2. 407. Reich. l. c. t. 15. f. 1371. B. *spiculis muticis.* Festuca tenuiflora. Schrad. germ. I. 345. Herba humilis aliquando tamen in pinguibus usque pedalis. Culmi caespitosi longitudine inaequales proceriores superne nudi nodis rubentibus imis aliquando radiciferis. Valvae cor. subaequales exter. 5nervia scabra mutica, vel aristata arista aliquando flosculum subexcedente: int. apice 2dentata 2nervia nervis marginalibus utrinque ciliatis. planta in aridis rubescit. fl. vere exeunte. in aridis declivibus praesertim *della Molinetta*, in agro *taurin.*, in aridis pascuis *di Foresto agr. segus.* etc. in sylvaticis circa *Carthusiam* di *Pesio* et in viciniis di *Levanto in Liguria orient.*

ddd. *Flosculis aristatis.*

e. *Foliis convolutis.*

7. FESTUCOIDES Berlol. pl. gen. 45· Tr. *Glabrum spiculis subsexfloris alternis secundis distichis aristatis ovatis opposite compressis calycibus subinaequalibus foliis brevibus convoluto-filiformibus ligula brevissima.*

Tr. hispanicum. Viv. an. bot. 1. 152. t. 3. et fl. ital. fr. fas. I. 24, eadem. Tr. teniculum Lois. not. 22. Festuca tenuicola. Link· h. ber. I. 146. Agropyrum hispanicum. Presl. cyp. etc. 49. Brachypodium festucoides Link. h. ber. 2. 193. B. tenuiculum. R. Sch. Syst. 2. 744. B. hispanicum Reich. germ. exc. 146. Non differt a Tr. unilaterali et tenello nisi *glabritie valvis*

*calycinis subaequalibus* dum in unilaterall exter. *brevior est* etc. characteres, ut mihi videtur, adeo laeves ut vix varietatem faciant. legit Bertoloni in *Liguria occidua* a *Sestri Ponente*.

ee. *Foliis planis.*

8. LIGUSTICUM. Bert. fl. ital. 6. 622. Tr. *Glabrum humile spiculis sub 5floris opposite compressis valvis calycinis obtusis abbreviatis mucronatis, valvis corollinis multinerviis externis flosculi inferioris longe aristatis foliis brevibus angustis inferne ciliatis ligula brevissima truncata erosa.*

Agropyrum ligusticum Savig. in diario deli ottav. congr. ital. 138. Videtur var. humilis tritici alicujus superioris. Stirps viva pluribus locis et temporibus accurate describenda: vereor enim characteres specificos non esse constantes. Fl. majo. In collibus prope *Genuam* secus aquaeductum del *Zerbino*.

9. CILIATUM. Cand. fr. 3. 85. Tr. *Spiculis 2. 3. strictis subpedicellatis opposite compressis scabris multifloris calycibus acuminatis flosculorum valva externa longe aristata interna setoso-ciliata foliis hirsutis ciliatis.*

Bromus distachyos. L. sp. 115. Host. gr. a. 1. t. 20. Festuca distachya Koel. gr. 269. excl. syn. Barrel. Bromus ciliatus. Lam. fr. 3. 609. Br. platystachys. id. ill. 1. 195. Festuca diandra. Menck. meth. 191. Festuca pseudo-distachya. Koel. gr. 270. Fest. monostachya. Poir. it. 2. 98. et Desfont. atl. 1. t. 24. f. 2. Brachypodium distachyum. R. Sch. syst. 2. 741. Trachynya distachya. Link. h. ber. 1. 43. Festuca ciliata, Gouan. hor. monsp. 48 n. 1. cum ic. Ic. Barrel. 83. f. 2. Herba rigida scabra. Culmi caespitosi raro solitarii longitudine inaequales longiores superne nudi ut plurimum humiles raro pedales. Ligula brevis pubescens aliquando ciliata. Spiculae in solo macro plerumque duo, in plantis vero luxuriantibus usque 5 et ultra. Valvae calycinae subaequales ext. 5nervia, inter. grandior 7nervia. Flosculi imi aliquando mutici vel gerunt aristam valva breviorem. Semen liberum hinc sulcatum apice villosum. Fl. vere et aest. In *Liguria* et agro *nic.* in collibus et litoribus maris, etiam in agro *aquensi* et *segusiano* ad vias locis siccis et agrorum margines et pascua aprica et arida. Stamina aliquando duo.

aa. *Perennia.*

b. *Radice repente.*

c. *Spiculis opposite compressis.*

10. REPENS. Tr. *Spica erecta spiculis opposite compressis ovato-cuneatis sub sexfloris calycibus subulatis valvaque corollina exteriore apice subulato-aristata vel mutica glabris vel hirsutiusculis culmo fistuloso foliis planis superne scaberrimis radice molli alba late repente articulata articulis squamatis.*

Tr. glaucum Host. gr. a. 4. t. 10. Tr. litorale Host. gr. a. 4. t. 9. Agropyrum Reich. exc. 140. Reich. l. c. t. 26. f. 1382. 1386. A. tr. acutum ejus. l. c. t. 22. f. 1393. ejusd. t. 20. f. 1386-7-8. Tr. rigidum. Re. tor. 1. 87. Tr. intermedium Noc. et Balb. fl. tic. 1. 63. Tr. pungens. Moric. fl. venet. 1. 75. Agropyrum repens. Pal. B. agr. 102. Trattin. fl. 1. 41. t. 77. Bromus glaber. Scop. carn. 1. 84. Ic, Barrel. ic. 96. f. 2. Zannichel. ist. t. 197. f. 1. Schreb. gr. 2. t. 26. fig. 5-8. et fig. 1-4. Svens. bot. t. 38. Vaill. par. t. 17. f. 2. Leers. herb. t. 12. f. 3. Host. gr. a. 2. t. 21. Engl. bot. t. 909. Culmi usque 3pedales. Folia lata laete viridia aliquando laevia margine aspera lineari-lanceolata. Vaginae supremae laeves. Ligula brevissima truncata. Valvae calycinae subaequales multinerviae carinatae carina asperae cartilagineae margine scariosae. Valva cor. exter. multinervia carinata dorso scabra margine scariosa, inter. albida obtusa apice integra 2nervia nervis marginalibus utrinque ciliatis: squamae hypogynae 2dentatae ciliolatae parvae: stigmata plumosa: antherae primum virentes demum albidae. Semen oblongum facie altera fulcatum liberum. Herba pulchre virens in maritimis glauca (et apud nos in hortis, quibus luxuriat). Vulgatissima apud nos in hortis praesertim quibus difficillime abigitur. In agris non vivit nam crebro vertendo terram interficitur. Vivit etiam in marginibus agrorum et oris aquarum et litoribus maris. Fl: aest. Quae de radice digitariae stoloniferae dicta sunt et radici tritici repentis sunt adhibenda. Decoctum ejus alit et solvit et mannae, et mellis vices quodamodo agit: ideoque in morbis acutis decoctum ejus cum pauca magnesia sulphurica secretiones intestinales auget noxios humores subducit vires incitatas caloremque nimium lenit congestiones sanguinis ex capite et pectore revellit sicque sublatam harmoniam inter systemata et organa restituit. Extractum ejus magna dosi sumptum praecipue si jungatur extracto verbenae, Cichorii, Taraxaci, Aloe, Gummi ammoniaco, asa foetida, Gentiana, extracto Hellebori nigri vel viridis et

Kali vel natro sulphurico, etc., praestantissimum sistit remedium in herpete podagra hypochondriasi, morbo haemorrohoidario arthritide anomala febribus intermittentibus diuturnis indeque obstructionibus et hydrope natis.

11. JUNCEUM. Tr. *Glaucum spica stricta spiculis remotiusculis glabris opposite compressis valvisque calycinis multinerviis obtusissimis subsexfloris flosculis muticis vel aristatis obtusis caule farcto foliis convolutis radice repente articulata articulis squamatis.*

Tr. farctum. Viv. an. di bot. I. 159. t. 8. et flor. ital. frag. t. 26. f. I. Agropyrum. Pal. B. agr. 102. Reich. I. c. t. 22. f. 1394. Tr. glaucum. Cand. syn. n. 1662. Bromus truncatus. Scop. carn. I. 85. Huc etiam Tr. elongatum. Host. gr. a. 2. t. 23, quod nonnisi laevibus notis differt. Quod dicendum de Tr. rigido Schrad. sem. hor. got. 1803. 23. Tr. giganteo. Retz. obs. bot. pag. 7. Tr. obtusifloro. Cand. cat. monsp. 153. Tr. pungente ejusd. etc. Ic. Host. gr. a. 3. t. 33. Sibt. fl. gr. I. t. 99. Engl. bot. t. 814.

Parum differt a Tr. repente, praesertim colore glauco culmis caespitosis farctis foliis convolutis, et statione. Planta enim maritima est, folia basi utrinque unidentata. Culmi I-3pedales ascendentes. Calycis valvae spiculam subaequantes obtusae. Valvae cor. obtusae margine scariosae extern. multinervia inter. 2nervia nervis utrinque marginalibus superne dense ciliatis. Squamae hypogynae semilanceolatae acutae ciliolatae. Herba vulgaris in agro *nic.* locis siccis et apricis: etiam secus vias et aliis locis in *Liguria occidua.* Fl. vere exeunte.

cc. *Spiculis teretiusculis.*

12. CAESPITOSUM. Cand. cat. pl. hor. bot. mons. 153. Tr. *Spica stricta pauciflora spiculis remotis glabris teretiusculis breviter aristatis vel muticis appressis suboctofloris culmo ramosissimo procumbente foliis convoluto-setaceis rigidis scabris.*

Festuca phoenicoides. L. mantis. I. 33. Bromus ramosus. L. mant. 1. 34. Sibt. fl. gr. I t. 84. Br. pinnatus B L. sp. 115. Br. Plukenetii. All. ped. 2. 250. Host. gr. a. 4. t. 19. Festuca caespitosa. Desf. Atl. I. 91. t. 24. f. I. Bromus Hostii. Link. h. ber. I. 40. Brachypodium ramosum. R. Sch. Sys. 2. 737. Bromus retusus. Pers. ench. I. 96. Festuca ramosa. Roth. n. spec. 76. Brachypodium Plukenetii. Link. h. ber. I. 40. Ic. Pluken. phyt. t. 33. f. I. Species accedit quodamodo ad Tr. pinnatum. Sed folia rigida convoluta non plana. Herba humilis tota glauca. Culmi basi squamati simplices demum ramosissimi ramis foliisque distichis in modum flabelli. Frequens in collibus apricis saxosis agri *nic.* aliisque locis similibus *Liguriae occiduae*, et in collibus prope *Acqui.* Fl. vere.

13. PINNATUM. Moench. hass. 102. Tr. *Spica disticha multiflora erecta subnutante spiculis remotis erectis subdecemfloris tereti-compressis pubescentibus muticis vel aristatis aristis brevibus valva brevioribus foliis planis latis linearibus rigidis vaginisque villosiusculis radice repente stolonifera.*

Br. pinnatus. L. sp. 119. Engl. bot. t. 730. Leers herb. t. 10. f. 3. Host. gr. a. I. t. 22. Br. loliaceus. Tenor. neap. 3. 91. tab. fas. sec. 104. f. 2. Br. corniculatus. Lam. fr. 3. 608. Br. caespitosus, Host. gr. a. 4. t. 17. Tr. phoenicoides. Cand. fr. 3. 85. Tr. genuense. id. ib. 5. 284. Tr. bromoides. Wib. et Web. hors. 11. Tr. Barrelieri. Kunth. gr. 1. 145. Brachypodium. Tenor. prodr. 9. Br. pinnatum. Pal. B. agr. 101. t. 19. f. 3. Reich. l. c. t. 16. f. 1376. 16. t. 17. f. 1376. 6. 1377. 1378. Br. rupestre et caespitosum. R. Sch. syst. 2. 736-7. Br. phoenicoides id. ib. 740. Br. loliaceum, et genuense id. ib. Festuca pinnata. Moench. meth. 191. F. ramosa. Guss. fl. sic. prodr. l. 110. excl. syn. F. phoenicoides. All. ped. 2. 253. Ic. Barrel. ic. 25. C. B. Theatr. 133. Bonan. pamph. t. 137. Gerar. fl. galloprov. t. 2. f. 2. Culmi caespitosi simplices erecti pedales et ultra. Folia arescendo ut plurimum convoluta. Ligula brevis obtusa eroso-ciliata. Spiculae curvatae in planta luxuriante 10-20florae. Valvae calycis subaequales ext. paulo majore 7nervia margine scariosae nervis scabris. Valvae cor. subaequales ext. paulo majore 7nervia plerumque nervis praesertim scabra: int. 2nervia nervis utrinque marginalibus superne praesertim ciliolata ceterum alba. Semina oblonga hinc sulcata nuda. Fl. majo, jun. Vulgaris in pascuis et pratis aridis macris praesertim apricis et collinis, etiam pinguibus circa domos, neutiquam in saepibus et dumetis quibus vivit Tr. sylvaticum huic valde affine. Herba glauca. Spica basi ramosa, spiculae corniculatae, pedicellatae ut sequentis. Facies Bromi cum quo melius conjungi debet.

bb. *Radice fibrosa.*

c. *Spiculis teretiusculis.*

14. SYLVATICUM. Moench. Hass. 103. Tr. *Spica distichea multiflora nutante spiculis remotiusculis erectis subtere-*

*tibus scabris aristatis aristis flexuosis elongatis foliis planis lanceolato-linearibus scabris vaginisque hirsutiusculis radice fibrosa.*

Tr. gracile. Brot. lus. 121. Tr. teretiflorum. Wib. Werth. 104. Festuca gracilis. Moench. meth. 191. F. sylvatica. Huds. Angl. I. 38. Br. gracilis. Weig. obs. 15. t. I. f. 11. Br. pinnatus. Fl. dan. t. 164. Br. pinnatus. B. Lin. sp. 115. Br. dumosus. Vill. delph. 2. 119. Br. sylvaticus. Poll. palat. n. 118. Engl. bot. t. 729. Host. gr. a. I. t. 21. Brachypodium pinnatum. Pal. B. agr. t. 19. f. B. Br. sylvaticum. R. Schr. syst. 2. 741. Br. gracile. Presl. cyp. etc. 40. Valde affine Tr. pinnato sed differt radice fibrosa, colore virente, flosculis longe aristatis aristis flexuosis valva calycina inter. apice retusa 2aristata, culmis simplicibus foliis lineari-lanceolatis apud nos intense viridibus, statione: hoc enim habitat in saepibus et dumetis umbrosis. Fl. aest. vulgare ubique. Herba in apricis pallide virens. Aristae demum intus curvatae. Semina libera nigra hinc sulcata laevia.

cc. *Spiculis opposite compressis.*

15. MARITIMUM. Tr. *Spica ramosa spiculis glabris opposite compressis suboctofloris flosculorum valva externa mucronata culmo ramoso geniculato foliis convolutis.*

Festuca maritima. Cand. fr. 3. 47. Brachypodium. R. Sch. syst. 2. 743. Sclerocloa maritima et dichotoma. Link. h. ber. I. 150. et enum. I. 90. Ic. Scheuz. agr. t. 6. f. 5. Cyrill. pl. neap. fas. 2. t. 2. Herba glauca in apricis purpurascens. Culmi caespitosi decumbentes plerumque humiles raro pedales inferne ramosi nodis fuscis toti tecti. Ligula brevis lacera. Valvae calycinae subaequales 3nerviae margine scariosae. Valvae cor. subaequales glabrae exter. lanceolata carinata obtusa subretusa in medio submucronata 3-nervia marginibus scariosis, int. plana apice obsolete 2dentata 2nervia nervis utrinque marginalibus superne ciliolatis. Squamae hypogynae laeves 2dentatae. Semina oblonga hinc sulcata libera. fl. vere exeunte. In litore maris *ligustici* et *nicaeens.*: ad *Clavarum*, *Nicaeam*, etc.

16. CANINUM. Schreb. spic. florae lips. 51. Tr. *Spica nutante spiculis opposite compressis scabris calycibus acuminatis flosculis aristatis aristis elongatis valva cor. exter. 3dentata dente medio in aristam longissimam mutato foliis planis scabris suprapilosis radice fibrosa.*

Tr. saepium. Cand. fr. 3. 83. Elymus caninus. L. sp. 124. Leers herb. t. 12. f. 4. Agropyrum. Link. h. ber. I. 38. Reich. I. c. t. 19. f. 1381. Ic. Engl. bot. t. 1372. Flor. dan. t. 1457. Host. gr. a. 2. t. 25. Bonan. panph. t 51, Moris, s. 8. t. I. f. 2. Culmi erecti proceres usque 4pedales plerumque pedales simplices. Ligula brevissima truncata erosa. Valvae cor. aequales ext. majore 5nervia nervis scabris margine scariosa apice 3dentata dente medio in aristam longissimam mutato, inter. apice 2dentata 2nervia nervis utrinque marginalibus ciliatis vel scabris. Squamae hypogynae semilanceolatae acutae ciliatae. Semina ut sup. libera. fl. vere et aest. vulgare in dumetis. Herba in apricis luleo-virescens.

## 108. ELYMUS.

a *Valvae calycinae corollinaque exter. aristatae: squamulae glabrae rarius ciliolatae plerumque lobulo laterali auctae.*

I. EUROPAEUS. E. *Spica erecta spiculis ternis subbifloris hispidis aristatis involucris subulatis foliis planis flaccidis basi pilosis vaginis retrorsum hirsutis radice repente.*

Hordeum europeum. All. ped. 2. 260. Triticum sylvaticum. Salis. prodr. 27. Secale villosum. Huds. angl. I. 46. Cuviera europaea. Koel. gr. 328, Hordeum cylindricum. Murr. gott. 43. H. sylvaticum. Vill delph. 2. 175. H. montanum. Schrank. H. elymoides. Vest. Ic. Engl. bot. t. 1317. Host. gr. a. I. t. 28. Flor. dan. t. 1031. Scheuz. prodr. t. I. Reich. I. c. t. 9. f. 1359. Herba facie hordei. Culmi vix pedales glabri superne scabri nudique nodis fuscis infra nodos pubescentes. Folia radicalia et ima longissima. Valvulae calycis aristaeformes valvas cor. (aristis non computatis) non excedunt. Valva ext. corol. longe aristata, inter. apice 2dentata 2nervia nervis scabris. Locustae plerumque 1florae. Flosculi mediae spiculae ut plurimum neutri. Fl. aest. vulgaris secus *Duriam*: circa *Cartusiam di Pesio* in dumetis: a *Scopello* in agro *nov.* in sylvis: in oris nemorum supra la *Perosa*: in dumetis alpium *valdensium*: in sylvis ad *thermas valderias*, etc.

aa. *Valvae calycinae, et corollae exter. muticae. Squamulae integrac superne pilosae.*

2. ARENARIUS. E. *Spica erecta arcta spiculis sub3floris pubescentibus imis supremisque geminatis intermediis ternis calyce ciliato appresso mutico brevioribus corollae valva externa mutica*

*foliis involutis rigidissimis scabris mucronato-pungentibus radice repente.*

Ic. Host. gr. a. 4. t. 12. Flor. dan. t. 847. Engl. bot. t. 1672. Schreb. gr. 2. t. 40. Gmel. Sibir. 1. t. 25. Mart. fl. aus. t. 31. Herba glauca. Folia radicalia et ima longissima culmos usque 4pedales erectos firmos teretes laeves fere aequant. Folia supra albo-striata scabra. Ligula brevissima crenata. Flosculi calyce aliquando longiores. Spica spithamam longa. Facies *psammae arenariae*, quae differt praecipue floribus 3gynis et ligula elongata 2partita. In arenis litoris maris *nic.* legit Allionius. Post illum nemo hactenus invenit. Verum non repugnat ibi vivere cum in proximo litore Galliae provincialis vulgaris sit. forte locum in diligenter Allionius adnotavit, ibique botanici non quesiverunt.

## 109. BROMUS.

*Gramina foliis planis floribus paniculatis paniculis effusis vel contractis spiculis pedicellatis rachilla demum articulata staminibus 2-3. stigmatibus plumosis, squamis hypogynis solitariis vel binis emarginatis seminibus corticatis oblongis compressis hinc sulcatis apice villosis.*

a. *Annui.*

b. *Panicula patula laxa.*

c. *Spiculis compresso-turgidis, valva cor. extern. 7-9 nervia.*

d. *Valva cor. exter. apice integra.*

1. SECALINUS. Br. *Panicula fructifera apice nutante laxa simpliciuscula spiculis oblongis vel ellipticis compresso-turgidis sub-8floris nudis flosculis demum patentibus aristis flexuosis valva brevioribus foliis subpilosis ligula brevissima truncata erosa.*

Var. *arista corolla sublongiore spiculis molliter pubescentibus* quae est Br. velutinus Schrad. germ. l. t. 6. f. 3. Scheuz agr. t. 5. f. 9. Br. grossus. Caud fr. 3. 68 et 5. 275. Knap. t. 80. Engl. bot. t. 1884. Perperam *spiculis nudis.* Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 10. Host. gr. a. I. t. 12. Engl. bot. t. 1171. Flor. dan. t. 1446. Barrel. ic. 75. Varietates multas pingit Reich. l. c. t. 75. f. 1601. ib. f. 1594. 1596. Br. vitiosus Weig. obs. t. I. f. 2. Gramen usque orgyale apud nos in agris pinguibus secale satis, erectum panicula magna spiculis usque 12floris in anthesi erectis laxis. Calycis valvae inaequales ext. minore 5nervia, inter. majore et longiore carinata carina ciliata 7nervia utraque marginibus scariosis albis. Valva cor. exter. sub apice aristata aliquando mutica 9nervia tota punctata superne tenuissime pilosa marginibus scariosis arescendo contractis, et involutis: valva int. alba apice retusa 2nervia nervis marginalibus remote ciliatis. Semina oblonga hinc sulcata apice villosa corticata. Fl. majo. vulgatissimus apud nos in agris secale satis. ab agricolis vocatur *Coetta*. Numquam vidi in pratis.

dd. *Valva cor. exter. apice 2fida vel 2dentata.*

2. SQUARROSUS. Br. *Panicula subsimplici demum apice nutante secunda laxiflora spiculis majusculis ovato-oblongis compresso-turgidis glabris vel pubescentibus 10-15floris flosculis imbricatis aristis valva longioribus demum divaricatis et recurvato-intortis foliis vaginisque pubescentibus ligula pubescente eroso-lacera.*

Ic. Barrel. ic. 24 f. I. Scheuz. agr. t. 5. f. 11. Engl. bot. t. 1885. Host. gr. a. I. t. 13. Reich. l. c. t. 75. f. 1597. 1598. Culmus raro pedalis plerumque nodis imis infractis. Folia brevia anguste linearia. Vaginae laxae pilis deflexis. Valvae calyc. inaequales subobtusae exter. minore lanceolata 3nervia inter. multinervia. valv. cor. exter. magna 7-9 nervia. Arista ut plurimum valva quidquam brevior raro longior vel aequalis illi. inter. minor remote ciliata. Semina apice villosa hinc sulcata corticata. Fl. vere. vulgaris in pratis aridis et declivibus collium et montium.

3. ARVENSIS. Br. *Panicula florente ampla effusa erecta fructifera apice nutante spiculis lanceolatis compressis nudis sub-10floris flosculis imbricatis aristis rectis valvam 7nerviam aequantibus foliis angustis linearibus elongatis vaginisque pilosis ligula brevi eroso-lacera.*

Br. versicolor. Poll. pal. n. 109. Br. multiflorus. Weig. obs. 2. t. 1. f. 1. Br. spiculi-tenuata. Knap. t. 81. Br. verticillatus. Cav. ic. et descr. 6. t. 590. Br. secalinus. Savi fl. pis. I. 120. Ic. Zannich. ist. t. 62. Host. gr. a. 1. t. 14. Engl. bot. t. 1984. Leers. herb. t. 11. f. 3. Huc Scheuz. agr. t. 5. f. 15. 2. Reich. l. c. t. 73. f. 1586. Br. patulus ejusd. l. c. t. 74. f. 1588. Huc ne Flor. dan. t. 293? Culmus usque 3pedalis ut plurimum glaber et nitidus. Folia margine scabra et vaginae arctae pilis longiusculis deflexis. Pedunculi inf. verticillati inaequales aliis simplicibus aliis ramosis. Spiculae pulchellae argenteo-purpureo-virentes. Valvae calyc. inaequales marginibus scariosis majore 5nervia altera 3nervia. Aristae demum divaricatae. Valva cor. inter. pectinato-ciliata ci-

liis remotis. Semina corticata hinc sulcata. Fl. aest. vulgaris in pratis et arvis apricis, in aggeribus et agrorum marginibus, etiam in agris. Facies Br. secalini. Var. etiam flosculis muticis ex Biroli fl. acon. l. 33 Qui forte cum alia specie commutavit.

cc. *Spiculis compressis flosculis superne attenuatis divaricatis longe aristatis valva cor. exter. 2fida int. 2dentata, panicula spiculis nutantibus.*

d. *Folia scabra.*

4. STERILIS. Br. *Paniculae simpliciusculae ramis elongatis nutantibus pendulis spiculis lineari-lanceolatis dein compressis apiceque dilatato latioribus scabris sub7floris aristis gluma 7nervia longioribus foliis vaginisque pilosis scabris ligula brevi truncata demum lacera culmo glabro.*

Br. jubatus. Ten. neap. 3. t. 106. Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 14. Mor. s. 8. t. 7. f. 11. Flor. dan. t. 1325. Host. gr. a. 1. t. 16. Svens. bot. t. 467. Curt. l. c. 3. t. 30. Leers herb. t. 11. f. 4. Engl. bot. t. 1030. Reich. l. c. t. 73. f. 1583. Culmus usque 3pedalis superne nudus: folia anguste linearia: pedunculi imi semiverticillati basi callosi ut plurimum simplices: valvae calyc. inaequales carinatae carina scabrae marginibus scariosis mucronatae altera 1nervia altera 3nervia. Valva cor. inter. brevior apice retusa aliquando integra alba 2-nervia nervis viridibus remote ciliatis ciliis sursum versis. Fl. vere. Vulgaris locis aridis, collinis, etc.

dd. *Folia vaginaeque molliter pubescentes.*

5 TECTORUM. Br. *Paniculae subsecundae nutantis ramis divisis scabris demum pendulis spiculis linearibus dein compressis apiceque dilatatis subsexfloris floribus lanceolato-subulatis pubescentibus aristis rectis valvam aequantibus culmo superne foliis vaginisque molliter pubescentibus ligulis superioribus elongatis demum laceris.*

Br. sterilis b. Lam. encicl. 1. 467. Br. grandiflorus b. Weig. Obs. 9. Br. scabriflorus. Opitz. verz. 119. Ic. Sibt. fl. gr. 1. t. 82. Host. gr. a. 1. t. 15. Leers herb. t. 10. f. 2. Flor. dan. t. 1806. Hoffm. fl. d'All. 1800. 1. t. 11. f. 2. Reich. l. c. t. 73. f. 1582. Herba molliter albo-pubescens. Culmi plerumque humiles caespitosi aliquando tamen usque 2pedales inaequales: folia linearia angusta undique molliter pubescentia basi pilis longis raris mollibus. Pedunculi inf. semi verticillati capillares inaequales: valvae calyc. inaequales marginibus scariosis apice ut plurimum 2fido altera 1nervia altera 3nervia: Valvae cor. inaequales exter. longior margine scariosa 7nervia, inter apice 2fida superne remote pectinato-ciliata. Semina corticata: arista superne rubra, spiculae pallide virentes aut purpurascentes. Vulgaris in locis aridis et super muris, tectis, et ruderibus. fl. vere.

bb. *Panicula erecta subcontracta.*

c. *Valva cor. externa 3fida 7nervia inter. integra acuta.*

d. *Arista valvam subaequante.*

e. *Stamina* 1-2-3.

6 SCABERRIMUS. Ten. neap. 3. 89. t. 105. Br. *Panicula composita stricta apice subnutante spiculis elongato-divaricatis villosis vel nudis flosculis subdiandris lineari-subulatis distantibus valva cor. exter. aristam subaequante inter: acuminata ligula abbreviata lacera.*

Br. madritensis. All. ped. 2. 251. est var. *molliter pubescens panicula erecta fastigiata subcontracta tota demum ex atro-rubro-violacea.* Host. gr. a. 1. t. 17. Barrel. ic. 76. f. 1. Reich. l. c. t. 73. f. 1584. Br. rubescens. Host. gr. a. 1. t. 18. Rr. rigidus. Roth. catal. 2. 17. est var. humilior et contractior. Herba molliter pubescens. Culmi plerumque humiles, tamen in pinguibus usque 3pedales. In ceteris etiam facie similis Br. sterili. Vulgaris in agro *nic. et Liguria.*

ee. *Stamina* 3.

7 LANCEOLATUS. Roth. cat. 2. 18. Br. *Panicula lanceolata subracemosa erecta contractiuscula spiculis suboctofloris lanceolatis pedunculo longioribus glabris vel pubescentibus aristis divaricatis foliis vaginisque pilosiusculis ligula brevi truncata lacera.*

Br. languinosus. Poir. encicl. sup. 1. 703. Br. divaricatus b. Lois. in journ. de bot. 2. 214. Br. monostachys. Guss. fl. sic. prodr. 1. 115. Ic. forte Bonan. panph. t. 3. Guss. pl. rar. t. 8. f. 1. Buxb. t. 19. Culmi usque 2pedales ut plurimum tamen humiliores: spiculae usque 6flores ferunt: valvae calyc. inaequales sunt: valva cor. inter. aliquando integra pectinato-ciliata ciliis remotis. Semina compressa linearia hinc sulcata apice villosa corticata. Fl. vere. In agro *nic.* Omnino varietatem Br. *mollis* esse censeo. Vivit apud nos locis aridis, humilis est. Panicula lanceolata subracemosa erecta: spiculae numero variae 5florae usque 12florae pedunculo valde longiores lanceolatae: aristae demum divaricatae valva sub breviores: calycis valvae inaequales altera minori 3nervia altera 5nervia abrupte mucronatae: valva

cor. exter. apice 2fida subapice aristata, inter. acuta pectinato-ciliata ciliis remotis sursum versis. Semina stramineo-fulva, plana obovata tenuissima superne medio linea exarata non sulcata apice villosa villis albis brevibus: ligula brevissima truncata lacera. Folia brevia molliter villosa, pilis longioribus albis Interspersis.

8 MOLLIS. Br. *Panicula erecta multiflora stricta spiculis oblongo-ovatis pubescentibus suboctofloris aristis rectis valvam aequantibus vel paulo excedentibus foliis mollissime pubescentibus ligula brevi truncata.*

Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 12. Barrel. ic. 80. f. 1. Pal. B. agr. t. 17. f. 9. Svens. bot. t. 456. Host. gr. a. 1. t. 19. Leers herb. t. 11. Fl. dan. t. 1324. Curt. l. c. 3. t. 28. Engl. bot. t. 1078. Reich. l. c. t. 74. f. 1591-2. Culmi in locis pinguibus usque 2pedales, in macris et aridis vix spithamei. Spiculae usque 20florae in plantis luxuriantibus. Cetera gentis suae. Fl. majo. vulgatissima praesertim in pratis pinguibus et pascuis et locis herbidis et graminosis.

dd. *Arista valva valde longiore. Stamina* 1-2-3.

9 MAXIMUS. Desfont. atl. I. 95. t. 26. Br. *Panicula stricta subsimplici erecto-patula subnutante spiculis longissimis valvis lato-lanceolatis acuminato-setaceis valva cor. exter. profunde 2fida aristis longissimis divaricatis interiore valde breviore acuta integra pectinato-ciliata ciliis remotis ligula brevi lacera.*

Br. madritensis Guss. fl. sic. prodr. I. 118. Ic. Reich. l. c. t. 73. f. 1585. Facies Br. sterilis. Sed planta procerior spiculae longissimae vix nutantes. Species omnino adhuc dubia. Fl. majo. Vulgaris *Sarzanae* inter segetes.

cc. *Valva calycis exter. 7nervia 2fida inter. apice 2dentata.*

10 RUBENS. Br. *Panicula racemosa condensata fasciculata ovata pedicellis aequalibus brevissimis spiculis demum lanceolatis 6-12floris coloratis villosis nudisve apice demum dilatatis aristis patentibus subdorsalibus valvam aequantibus foliis vaginisque molliter pubescentibus ligulis superioribus oblongis laciniatis.*

Festuca. Pers. en. I. 94. Ic. Cavanil. ic. et descript. I. t. 45. f. 2. Delille Egypt. ed. 2. 19, t. 11. Smith. fl. gr. 1. t. 83. Savi cos. bot. t. 3. f. 11. Culmi caespitosi humiles vix spithamei. Folia brevia linearia angusta demum convoluta. Valvae calycis inaequales altera min. 1nervia altera 3nervia. Valv. cor. exter. longior 7 nervia dorso aristata valva inter. 2dentata ciliata. Fl. vere. In agro *nic.* et circa *Genuam.*

ccc. *Cor. valva exter. 9nervia apice integra.*

11 RACEMOSUS. Br. *Panicula elongata laxiflora stricta erecto-patula spiculis oblongo-ovatis subcompressis suboctofloris flosculis imbricatis obtusis arista recta subbrevioribus ligula brevi truncata laciniata.*

Br. pratensis. Engl. bot. t. 1984. Retorin. I. 78. Br. arvensis. Engl. bot. t. 920. Br. hordeaceus. L. sp. ed. I. 77. Br. simplex Gaud. agr. 1. 296. Br. Gaudini R. Sch. sys. 2. 632. Br. multiflorus. Roth. germ. 2. 134. Br. commutatus. Schrad. germ. I. 353. Ic. Mor. s. 8. t. 7. f. 19. Engl. bot. t. 1079. Knap. t. 78. Reich. l. c. t. 74. f. 1590. et Br. commutati id. l. c. t. 74. f. 1589. Facies Br. secalini et affinis illi. Culmus humilior: spiculae virentes primum lineares oris scariosis rotundatis: valvae calycis inaequales marginibus lato-scariosis alia 3nervia majore 5nervia. Valvae. cor. subaequales exter. sub apice aristata imis ut plurimum muticis margine late scarioso rotundato ciliolato: inter. marginibus duplicato ciliatis. Fl. vere. Passim in pratis aggeribus et viis etiam circa *Taurinum.*

aa. *Perennes.*

b. *Radice repente.*

c. *Valva cor. exter. apice integra mutica vel ibi breviter aristata. inter. apice 2dentata.*

12 ELATIOR. Spr. syst. I. 359. Br. *Panicula ramosissima patente cernua spiculis ovato-lanceolatis subfasciculatis 5floris subaristatis foliis rigidiusculis linearibus glabris ligula obsoleta vel brevissima truncata.*

Br. litoreus. Retz. scand. ed. 2. n. 140. Host. gr. a. 1. t. 8. Br. arundinaceus. Roth. germ. 2. 141. Festuca elatior. L. sp. 111. Engl. bot. t. 1592. Curt. l. c. 6. t. 25. Reich. I. c. t. 70. f. 1568. F. pratensis. Pal. B. Reich. l. c. t. 70. f. 1565. F. arundinacea. Schrad. spic. 57. Vill. delph. 2. t. 6. F. coerulescens. Tenor. neap. 3. 81. excl. syn. F. oryzetorum. Poll. hor. ver. pl. nov. 3. fl. ver. I. t. 1. f. 2. mutica. F. spadicea. Moench. meth. 190. Aira oryzetorum. Spreng pugil. 2. 18. A. palustris. Pollini cat. ver. 1814. Poa phoenix. Scop. carn. 1. 74. Schenodorus elatior. Pal. B. agr. 99. Sch. arundinaceus. Dumort. agr. 106. Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 18. Culmi caespitosi inaequales pro soli diversitate longitudine varii modo humillimi modo usque 3pedales, quod apud nos occurrit in agris pinguibus et aggeribus. Folia plerumque elongata aliquando brevis-

sima, et involuta. Valvae calycinae inaequales ext. minore 1nervia altera 3nervia: valvae cor: aequales exter. 5nervia, interciliata. Passim in marginibus pratorum et agrorum. Fl. vere exeunte.

cc. *Valva cor. extern. apice 2fida. sub apice brevissime aristata vel mutica. inter. apice integra.*

13 INERMIS. Br. *Panicula erecta spiculis teretiusculis linearibus nudis subsexfloris flosculis imbricatis muticis vel brevissime aristatis foliis glabriusculis ligula brevissima truncata crenata.*

Festuca. Cand. fr. n. 1581. F. speciosa. Schreb. spic. 59. F. Leysseri. Moench. has. n. 82. F. poaeoides, Thuil. par. 2. 151. F. poaeformis. Pers. ench. 1. 49. Schenodorus inermis R. Sch. syst 2. 701. Ic. Host. gr. a. 1. t. 9. Schreb. gr. 1. t. 13. Fl. dan. t. 1805. Reich. l. c. t. 70. 1569-70. Culmus procerus usque 3pedalis: folia margine carinaque aspera linearia: valvae calycinae inaequales margine scariosae exter. breviore 1nervia altera 3nervia: valva cor. exter. 7nervia, inter. longitudine aequalis angustissima. Fl. aest. circa *Sospello* et *Ormea*, sed forte pluribus aliis locis.

bb. *Radice perenni fibrosa.*

c. *Foliis radicalibus angustissimis elongatis ciliatis ceteris latis exauriculatis.*

14 ERECTUS. Huds. angl. 49. Br. *Panicula erecta sparsa spiculis lineari-lanceolatis compressis suboctofloris scabris aristis valva brevioribus vel illam aequantibus ligula brevissima truncata lacera.*

Br. agrestis. All. ped. 2. 249. Host. gr. a. 1. t. 10. Br. perennis. Vill. delph. 2. 122. Br. pseudo arvensis. Koel. gr. 241. Br. montanus. Flor. weter. n. 147. Br. arvensis. Poll. pal. 113. Br. glaucus. Lapeyr. pyr. t. 53. Br. angustifolius. Schrank. bav. n. 236. Festuca montana Savi. fl. pis. 1. 118. F. hirta. Seenus. it. 59. Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 13. Vaill. paris. t. 18. f. 2. Barrel. ic. 13. f. 1. Fl. dan. t. 1383. Svens. bot. t. 473. Engl. bot. t. 471. Reich. l. c. t. 77. f. 1604. Culmi pedales et ultra, in pratis siccis tamen multo humiliores, caespitosi basi vaginis multis siccis tunicati fere bulbosi: spiculae juniores rubentes innuptae teretiusculae. Calycis valvae valde inaequales altera minore 1nervia altera 3nervia. Valvae cor. subaequales majore 5nervia apice integra subapice aristata arista valva longiore, inter. ciliata verum non minutissime ut scribit Bertoloni. Ceterum omnes plantae partes pubescunt et valvae florales et folia omnia ciliatae sunt pilis albis distantibus. Multis surculis sterilibus basi obsidetur qui omnes habent folia linearia angustissima et dense ciliata. Talem legi in pratis collinis Saluzzolae in agr. bugel. In descript. Bertol. fl. it. 1. 673. valvae calycis sunt inaequales, arista valva cor. 2fida brevior etc. Fl. majo. Vulgaris in pascuis, et pratis collinis et apricis. Ic. Barrelieri mala, Vaillantii melior est.

cc. *Foliis omnibus conformibus.*

d. *Valva cor. exter. aristata apice 2fida.*

15 GIGANTEUS. Br. *Panicula florente patula nutante secunda spiculis lanceolatis compressis nudis 3-7floris aristis flexuosis valva longioribus foliis lineari lanceolatis subensiformibus scaberrimis albo-maculatis macula callosa auriculis corniculatis corniculis equitantibus ligula obsoleta.*

Br. 3florus L. sp. 115. Flor. dan. t. 440. Festuca 3flora Smith. Engl. bot. t. 1918. est. var. minor. Fest. gigantea. Vill. delph. 2. 119. Engl. bot. t. 1820. Curt. l. c. 3. t. 26. Svens. bot. t. 120. Ic. Vaill. Paris. t. 18. f. 3. Scheuz. agr. t. 5. f. 17. et 19. Schreb. gr. 1. t. 11. Leers herb. t. 10. f. 1. Host. gr. a. 1. t. 6. Flor. dan. t. 1630. Reich. l. c. t. 76. f. 1602. Radix fusca villosa. culmi caespitosi inaequales superne nudi nodis plerumque tectis usque 4pedales glabri striati teretes. Folia intense viridia nitida superne ut plurimum glabra. Ligula subnulla subcartilaginea vix prominula. Panicula pedunculis distantibus inferioribus geminatis inaequalibus flexuosis apice locustiferis striatis et asperis ut rachis est. Spiculae tenues in anthesi compressae: valvae calyc. inaequales concavae acutae marginibus scariosis albis altera 1nervia altera 3nervia. Valva cor. exter. apice albida 2fida sub apice aristata arista elongata flexuosa aspera aculeis albis sursum versis 5nervia: int. paulo brevior alba scariosa apice 2fida 2nervia nervis viridibus marginalibus pilosis superne ciliolatis: squamae hypogynae semilanceolatae superne ciliatae albae: semina corolla tecta hinc sulcata apice villosa. Valvae calyc. sub vitro eleganter punctatae sunt. Stamina 3 antherae luteae: stigmata argentea. Fl. aest. Herba intense virens nitida lucida. Vulgaris in sepibus et dumetis humidis et umbrosis. Vulgatissima apud nos: nomen ineptum est.

16 ASPER. Br. *Panicula ramosa laxiflora nutante subsecunda spiculis lineari-lanceolatis compressis pubescentibus suboctofloris flosculis patentibus aristis rectis valva brevioribus foliis li-*

*neari-lanceolatis ensiformibus longissimis latissimis margine scaberrimis basi albo-maculatis macula callosa auriculatis auriculis amplexicaulibus scariosis subcoloratis vaginis deorsum hirsutissimis ligula brevissima.*

Br. montanus. Scop. carn. 1. 82. Br. dumetorum. Lam. encicl. I. 467. Br. nemorosus. Vill. delph. 2. 117. Br. ramosus L. syst. veg. ed. 13. 102. (non mant. 1. 34.) All. ped. 2. 251. et auct. 42. Br. hirsutissimus. Cyrill. ex Tenor. neap. 3. 87. Festuca aspera Rhohl cum Mert. etc. fl. germ. 1. 672. Br. altissimus. Web. hols. n. 94. Br. hirsutus. Curt. lond. 2. t. 8. Ic. Mor. s. 8. t. 7. f. 27. Engl. bot. t. 1172. Curt. l. c. ed. Graves 3. t. 29. Svens. bot. t. 461. Host gr. a. 1. t. 7. Krok. siles. 1. t. 24. A. B. Gmel. sibir. 1. t. 21. Reich. l. c. t. 76. f. 1603. Similis praecedenti praeter characteres in phrasi descriptos. Culmus procerior nodis fuscis. Folia latissima gentis suae usque pedalia suprema glabriuscula ima pubescentia ciliata. Panicula usque pedalis. Spiculae florentes apice dilatatae primum glauco-violaceae demum virentes. Valva cor. exter. apice 2fida sub apice aristata primum violacea demum albida. Semina apice villosa. Fl. aest. habitat cum priore locis magis frigidis et collinis et montanis ut in sylvis collium *taurin. segus. bugell.* etc.

dd. *Valva cor. enter. mutica apice integra.*

17 INTERMEDIUS. Zum. Br. *Panicula erecta contracta spiculis sub-8floris lanceolatis turgidis laevibus valva cor. exter. integra mutica 5nervia inter. apice integra margine minutissime aculeolata aculeis sursum versis foliis lineari-lanceolatis subensi formibus vaginisque glabris margine carinaque retrorsum asperis basi plicatis non auriculatis ligula abbreviata truncata lacera radice fibrosa.*

Species omnino diversa a Br. elatiore, inermi, erecto, giganteo, et aspero etiam facie. Habitus et facies Bromi, flos vero magis ad Poam, et Festucam accedit· ideo intermedium dixi. Caules caespitosi pedales et ultra. Cal. usque 8florus. Valva infer. 1nervia, super 3-nervia omnes margine apiceque late albo-scariosae. Valva cor. ext. 5nervia margine involvens alteram apice integra scariosa concava extus glabriuscula mutica obtusiuscula: inter. aequalis illi plana alba nervis marginalibus utrinque viridibus minutissime aculeolatis aculeis aureis sursum versis. Antherae longae citrinae. Stigmata plumosa, argentea. Spiculae semipollicem longae turgidulae in anthesi compressae lanceolatae acutae. Rachis pedunculique flexuosi contorti trigoni angulo altero subobsoleto (ut sub foliacei videantur) angulis aculeolatis aculeis minutis crebris aureis sursum versis: unde retrorsum asperrimi sunt. Pedunculi basi in axilla glandulam habent magnam pallide virentem nitidam. Panicula contractiuscula erecta dodrantalis et ultra. Pedunculi breves ut plurimum ramosi ramis dichotomis. Radix perennis nigra horizontalis. Caules basi subbulbosi tunicati. Folia dense caespitosa basi callosa callo albo plicata, longa usque pedalia lineari-lanceolata magna subsensiformia striata obscure virentia (superiora valde breviora subtus scabra) margina carinaque retrorsum aspera versus basim carinata ceterum glabra. Vaginae striatae non pilosae. Ligula abbreviata truncata lacera. Squamae hypogynae binae hylinae apice fimbriatae. Spiculae virgines teretes sunt et similes quodammodo illis Glyceriae fluitantis sed apice acutae. Folia quodammodo similia illis Br. gigantei sed obtusiora et longiora sunt, atque siccando convolvuntur. Ob valvas cor. apice integras exter. mutica inter. non pectinato-ciliata omnino a Bromis recedit, sed habitu, et facie illos refert. Planta siccando glauca fit. Inveni inter alia gramina in horto meo et parce in nemoribus heic Verroni. Fl. julio. Accedit ad Festucam sylvaticam Vill. sed diflert: 1. foliis non acuminato-setaceis. 2. Valva cor. exter. mutica 5nervia non 3nervia. 3. Spiculis majusculis. 4. Intense viridibus non rubentibus. 5. Habitu demissiore sed robustiore. 6. Antheris valde longioribus. 7. Glandula ad basim pedunculorum. 8. Statione: nam illa planta montana est, etc. etc.

## 110. KOELERIA.

PHLEOIDES. Pers. ench. I. 97. K. *Gramen annuum ut plurimum humile aliquando tamen usque 2pedale culmis caespitosis simplicibus vel basi ramosis glabris superne nudis racemo composito spicaeformi cylindrico et lobato basi interrupto pubescente spiculis ovatis subquinquefloris pallidis valvis calycinis inaequalibus altera 1nervia altera 3nervia cor. valva exter majore 5nervia apice 2fida subapice imis flosculis brevi-aristata inter. apice 2fida foliis linearibus angustis acutis striatis radicalibus ciliato-pubescentibus ligula brevi truncata laciniata.*

Festuca cristata. L. sp. III. F. phleoides. Desf. atl. I. 90 t. 23. Vill. delph.

2. t. 2. f. 7. Host. gr. a. 3. t. 21. K· cristata. Bertol. am. ital. 67. 117. 234. Bromus trivalis. Savi pis 1. 124. t. 2. f. 2. Lophochloa phleoides Reich. excurs. 1. 42. id. tab. t. 73. f. 1581. Ic. Barrel ic. 123 f. 1. Bonan. panph. t. 92. Scheuz. agr. t. 5. f. 5. Fl. vere. Vulgaris in pascuis et pratis collinis apricis et aridis praesertim in *Ligur.* et agro *nic.*

## 111. AVENA.

a. *Cal 2floro: radice annua.*

b· *Locustis grandibus, corollis basi nudiusculis.*

1 SATIVA. A. *Panicula aequali laxiflora spiculis pendulis corollis calyce minoribus basi nudiusculis altera subaristata.*

Var. 1. *Flosculis omnibus muticis.* 2. *Semine nigro.* 3. *Calyce subtrifloro* quae est A. trisperma. Schult et Mart. fl. wurt 72. A. orientalis Schreb. spic. 52. mihi videtur var. *panicula contracta subsecunda spiculis glabris.* Ic. Lob. ic. t. 31. f. 2. Host. gr. a. 2. t. 59. Arduini sag. pad. 2. t. 2. Gramen elegans ubique cultum usque 5pedale panicula maxima laxa valvis calycinis inaequalibus corollinis cartilagineis flosculo altero minori. Cor. basi ut plurimum barbatae pilis longis purpureo-ferrugineis. Cultura aliquando pili evanescunt. Flosculi utrique aliquando mutici sunt. Semina oblonga hinc sulcata apice ut plurimum villosa. Fl. majo. Paleae et stipulae bobus et equis alendis praestantissimae sunt. Seminibus equi aluatur melius quam aliis graminibus. Modus tamen adhibendus est. In caritate annonae semina ejus pani conficiendo etiam adhibent homines, qui durus et ingratus est. Semina decoctum largiuntur in morbis acutis praesertim si viscera pectoris incitata et inflammata sint optimum et gratum Anglis, Germanis et Gallis. Patria ejus ignota est. Quamquam Linnaeus aliique scripserunt indigenam esse insulae *Juan Fernandes* in mari *Chili* proximo: ibi forte primum sata demum spontanea facta est.

bb. *Locustis minimis: corollis basi penicillis duobus barbatis, vel cor. valva exterior pilosa.*

2 MYRIANTHA. Bertol. fl. ital. 1. 722. A. *Panicula ramosissima multiflora spiculis minimis erectis valvis calycinis subaequalibus valvis cor. externis e medio dorso aristatis foliis extus vaginisque glabris ligula elongata.*

A. tenuiflora. Reich. l. c. t. 97. f. 1688. Culmi caespitosi inaequales usque 2pedales. Folia linearia angusta supra puberula margine carinaque aspera arescendo involuta. Spiculae virentes nitidae. Valvae calycinae margine apiceque scariosae exter. 1nervia altera 3nervia. Valva cor. exter. apice 2fida 5nervia arista geniculata scabra inferne contorta duplo brevior: inter. quidquam brevior 2dentata 2nervia nervis marginalibus ciliatis. Antherae luteolae vel purpurascentes. Facies spicae *Airae caespitosae*: verum Avena haec *multo humilor est, annua, folia brevia sunt. spiculae minores et contractiores, etc.* Fl. junio. Legi unice in via quae a *Massazza* ducit ad *Villanovam* in agro *bugel.* prope *la Catella.* Exemplaria mea differunt a descriptione Bertolonii: *Culmi e nodis inferioribus ramosi. Folia brevia. Vagina superior laxa contorta. Cor· valva exter. pilosa. Deficiunt in sicco penicilli duo ab auctore descripti. Valvae calycis aequales flosculis evidenter longiores.* Gramen pulcherrimum. Ego inveni antequam prodiret vol. 1 florae italicae, sed in lucem non protuli. Forte vivit multis aliis locis planitei agri bugellensis.

aa. *Cal 3floro.*

b. *Radice annua.*

c. *Corollae pilosae calyce minores.*

3 FATUA. A. *Panicula aequali diffusa pyramidata patula nutante spiculis elongatis corollis extus inferne hirsutis apice 2fido-setigeris omnibus aristatis aristis inferne glabris contortis foliis planis brevibus lato-linearibus superne carina marginibusque scabris vel margine ciliatis ligula elongata obtusa decurrente.*

A. hirsuta Roth. cat. 3. 19. A. barbata. Brot. lus. 108. A. hirsuta. Lagas. elench. Omnino eadem. A. strigosa. Naccar. fl. ven. 1. 83. A. atherantha. Presl. cyp. etc. sic. 30. Ic. Barrel. ic. 75. f. 2. Flor. dan. t. 1629. Engl. bot. t. 2221. Schreb. gr. 1. t. 15. Host. gr. a. 2. t. 58. Svens bot. t. 144. Leers herb. t. 9. f. 4. Reich. 1. c. t. 103. f. 1712. Culmi caespitosi usque 2cubitales. Facies A. sterilis, verum humilior. differt notis supra scriptis. Fl. vere. Vulgaris in pascuis apricis et graminosis *Liguriae*, agri *nic.* et circa *Novariam.*

cc. *Cor. scabrae calyce longiores.*

4 TENUIS. Moench. meth. 195. A. *Panicula patente erecta pyramidata demum subnutante flosculis calycem excedentibus corollis pedicellatis basi barbatis, inferiore apice acuminato-setaceo dorso inermi reliquis apice 2setis dorso aristatis foliis anguste linearibus brevibus pubescentibus de-*

*mum convolutis ligula elongata acuta demum lacera.*

A. fertilis All. auct. 45. A 3 aristata Vill. delp 2. 148. t. 4 mala. A. dubia. Leers herb. 41. t. 9. f. 3. Hoffm. fl. d'Allem. 1800. 1. t. 12. A. striata. Lam ill. 1200. Ventenata bromoides, et avenacea. Koel. gr. 273-4. Bromus 3florus. Poll. pal. 119. Holchus 2aristatus. Wigg. hok. 72. Trisetum striatum. Pers. ench. 1. 97. Tr. tenue R. Sch. syst. 2. 657. Ic. Host. gr. a. 2. t. 55. Reich. l. c. t. 97. f. 1690. Culmi usque pedales ut plurimum tamen humiles caespitosi inaequales basi aliquando ramosi. Spiculae lanceolatae compressiusculae. Valvae calyc. inaequales flosculis breviores minore 7nervia altera 9 nervia, acuminatae apice marginibusque scariosis. Flos imus basi nudus habet valvam exter. apice integram acuminatam aristaeformem dorso muticam. Reliqui basi barbati habent valvam externam apice 2fidam 5nerviam dorso aristatam arista elongata, inter. multo breviorem apice 2dentatam 2nerviam scariosam nervis marginalibus ciliatis. Semina hinc sulcata nitida glabra linearia. Fl. vere exeunte. In agris Avena satis circa *Montem regalem.*

ccc. *Cor. glabrae calyce longiores.*

d. *Panicula racemosa spicaeformi.*

5 NEGLECTA. Savi fl. pis. 1. 132. t. 1. f. 4. A. *Panicula racemosa racemo composito densifloro spicaeformi cylindrico et lobato, nitido, valva cor. exter. 5nervia apice 2seta dorso aristata arista breviuscula, flosculis glabris calycem excedentibus foliis laxis vaginisque molliter pubescentibus culmo ramoso ligula brevi lacera.*

A. pumila. Desfon. atl. 1. 103. var. *Spiculis pubescentibus.* A. Loeflingiana Balb. mis. 1. 12. non Pollini, neque Lin. A. panicea. Lam. ill. n. 1117. Trisetum neglectum. R. Sch. syst. 2. 660. Tr. hispanicum. b. pisanum. Pers. ench. 4. 97. Reich. l. c. t. 97, f. 1607. Culmi ut plurimum humiles raro usque 2pedales. Folia latiuscula aliquando ciliata: arista exilis albida vel straminea non refracta. Valva cor. inter. brevior apice 2fida scariosa. Valvae calyc. subaequales minor 1nervia altera 3nervia. Panicula albida, vel pallide straminea. Fl. aest. In collibus di *Nux* in valle *Augustae Praetoriae*, inter *Canzano* et *Montlucco* loco dicto *Amprelli*, circa *Segusium* prope *il Forest*, in agris et pratis siccis agri *novar.*, circa *Sarzanam*, etc.

dd. *Panicula laxa.*

6 PARVIFLORA. Desfont. atl. 103 t. 32. A. *Panicula ramosissima multiflora in anthesi patula demum coarctata, valvis calycinis valde inaequalibus, spiculis minutis subtrifloris brevioribus flosculis basi axeque communi nudis valva cor. exter. apice 2fida sub apice aristata foliis pubescentibus, margine carinaque scabris ligula brevi truncata erosa.*

Festuca segetum. Savi fl. pis. 116. t. 1. f. 3. Trisetum parviflorum. Pers. ench. 1. 97. Culmi plerumque humiles raro pedales. Valva calyc. altera minor 1nervia altera 3nervia marginibus apiceque scariosis. Apud nos valva cor. inter. brevior acute 2dentata tota scariosa alba nervis marginalibus concoloribus scabris. Axis villosus, cor. basi brevissime barbatae. Penicillus longiusculus pilis brevibus fulvis adstat flosculo superiori. Calyces 2flori. Ceterum congruunt. Facies A. flavescentis sed differt notis citatis, radice annua. Legi heic Verroni in viis herbidis.

bb. *Radice perenni.*

c. *Fibrosa.*

7 SETACEA. Vill. delph. 2. 144. t. 5. A. *Panicula racemosa brevi subsimplici subnutante in anthesi erecto-patula calycibus flosculis basi stipiteque barbatis brevioribus valvis calycinis inaequalibus, corol. exter. 5nervia apice 2fida dorso aristata arista elongata, inter. nervis densissime ciliata foliis filiformibus junceis glabris rigidis vaginis pubescentibus ligula obsoleta.*

Culmi erecti caespitosi humiles raro pedales glabri nodis villosis, basi vaginis foliorum exsiccatorum tunicati fere bulbosi. Folia radicalia longa multa. Culmea pauca supremo brevissimo. Valvae calycis inaequales minore 1nervia altera 3nervia. Spiculae majusculae basi purpurascentes apice aureae. Fl. aest. In montibus di *Limone.*

cc. *Repente.*

d. *Panicula multiflora.*

f. *Pan. subsimplici erecta: spiculae parvae: valva cor. ext. apice integra vel erosa.*

8 PUBESCENS. A. *Panicula subsimplici contracta apice nutante in anthesi erecta-patula calycibus inaequalibus flosculos basi stipiteque barbatos dorso aristatos subaequantibus, valvae cor. inter. nervis nudis foliis planis elongatis vaginisque pubescentibus ligulis superioribus elongatis mucronatis acutis erosis.*

A sesquitertia. L. mantis. 1. 34. Trisetum pubescens. R. Sch. syst. 2. 662. Ic. Scheuz. agr. t. 4. f. 20. Flor. dan. t. 1203. Host. gr. a. 2. t. 50. Reich. 1. c. l. 100. f. 1700. Culmi plerumque humi-

les raro pedales vel usque 3pedales laeves. Folia latiuscula. Valvae calyc. laeves basi violaceo-purpurascentes apice marginibus ciliolatis scariosis altera 1nervia altera majore 3 nervia. Valva cor. exter. 5nervia purpureo-argentea apice integra vel erosa inter. integra erosa vel brevissime 2dentata. arista rubida. Semen liberum fulvum apice villosum. Radix aliquando fibrosa est. Fl. aest. Habitat prata alpina.

ff. *Panicula composita ramosissima, valva cor. exter. apice profunde 2fida. spiculae duplo minores quam in praecedente.*

9 FLAVESCENS. A. *Panicula composita ramosissima aequali patente valvis cor. apice 2fido-cuspidatis calycem 2-3-4florum valde inaequalem subexcedentibus axe comuni flosculisque basi barbatis corolla supra medium dorsi aristata, arista elongata geniculata sub geniculo contorta demum refracta foliis linearibus elongatis supremis longioribus pilosiusculis ligula brevi truncata ciliata.*

A. splendens. Guss. sic. fl. pr. 1. 126. Trisetum splendens. Presl. cyp. etc. 30. Tr. pratense. Pers. ench. 1. 97. Tr. flavescens. Pal. B. agr. 88. Ic. Moris. s. 8. t. 7, f. 42. Scheuz. agr. t. 4. f. 18. Leers herb. t. 10. f. 5. Schreb. gr. 1. t. 9. Host gr. a. 3. t. 38. Engl. bot. t. 952. Curt. l. c. 3. t. 31. Flor. dan. t. 1507. Reich. l. c. t. 99. f. 1694-5-6. Culmi usque 3pedales plerumque humiliores. Valvae calycis valde inaequales altera brevi 1nervia altera 3nervia. Valva cor. ext. 5nervia, int. apice 2dentata tota alba nervis decoloribus, minor. cor. subteretes flavicantes aureae: in alpinis calycibus atro-violaceis sunt violaceo-aureae. Flosculus supremus aliquando sterilis. In pratis et pascuis montanis et subalpinis etiam collium et planitiei. Fl. aest. Varietatem legi in collibus di *Piatto* in agro *bugel.* florentem octobri *calycibus 5floris, radice fibrosa culmis caespitosis inaequalibus foliis vaginisque mollissime pubescentibus pilis longis albis foliis linearibus angustis superioribus latioribus et brevioribus antheris purpureo-violaceis, stigmatibus argenteis.*

dd. *Racemo paucifloro laxifloro. Spiculae majusculae longe pedicellatae.*

10. DISTICOPHYLLA. Vill. delph. 2. 144. t. 4. A. *Racemo composito paucifloro flosculis calycem cuspidatum aequantibus, basi stipiteque communi longe barbatis valva cor. externa 5nervia apice 2fido-setigera supra medium aristata arista elongata medio geniculata sub geniculo fusca contorta demum refracta, foliis planis brevibus distichis glaucis apice callosis vaginisque pubescentibus ligula truncata eroso-ciliata culmis glabris basi decumbentibus radicantibus ramosissimis.*

A. brevifolia. Schrad. germ. 1. 380. Host. gr. a. 3. t. 40. A. disticha Lam. encicl. 1. 339. Trisetum distichophyllum. Pal. B. agr. 88. Tr. brevifolium. R. Sch. sys. 2. 665. Reich. l. c. t. 98. f. 1693. Culmi humiles raro semipedales. Spiculae compressae nitidae, viridi, vel purpureo-aureae. Valvae calycis vix inaequales marginibus apiceque scariosis altera 1nervia altera 3-nervia. Valva cor. ext. 5nervia, inter. tota hyalina apice lacera nervis marginalibus decoloribus aequali exteriori. Fl. aest. In pascuis herbidis alpinis agri *novar. montis Cenisii*, et *Valdensium.*

aaa. *Cal. 4floro.*

b. *Radice annua.*

c. *Panicula pyramidata nutante.*

11 STERILIS. A. *Paniculae secundae ramis patentibus calycibus multinerviis sub aequalibus pendulis corollas excedentibus corollis duabus inferioribus hirtis aristatisque superioribus glabris muticisque ligula elongata obtusa in folium decurrente.*

A. macrocarpa. Moenc. meth. 196. A. fatua. Schreb. gr. 1. 109. t. 15. Ic. Scheuz. agr. t. 5. f. 1. Jacq. ic. pl. 1. t. 23. Pal. B. agr. t. 18. f. 5. Host. gr. a. 2. t. 57. Reich. l. c. t. 103. f. 1712. Culmi glabri superne nudi caespitosi inaequales proceres usque orgyales. Folia pubescentia margine aspera ciliata lato-linearia basi albo-maculata. Vaginae striatae superiores glabrae. Valva calyc. altera 10nervia altera 11nervia. Valva cor. exter. inferne dense villosa villis demum fulvis apice 2fida dorso aristata, arista geniculata sub geniculo hirta fulva contorta elongata demum refracta. inter. brevior apice 2dentata extus tota pilosa nervis marginalibus densissime ciliatis. Semen liberum obtusum oblongum villosum villis fulvis appressis. Fl. majo. In agris collium calidiorum agri *taurinensis, segusiani*, et in *Liguria.*

cc. *Panicula racemosa spicaeformi composita.*

12 FRAGILIS. A. *Spica articulata elongata lineari spiculis solitariis alternis corollis glabriusculis apice 2cuspidatis calycem inaequalem superantibus foliis vaginisque pilosiusculis ligula brevissima truncata retusa.*

Gaudinia. Pal. B. agr. 95. t. 19. f. 5. G. avenacea. ejusd. l. c. Ic. Scheuz. agr. t. 1. f. 7. G. Barrel. ic. 905. f. 1.

15

2. 3. Schreb. gr. 2. t. 24. f. 3. Host. gr. a. 2. t. 54. Sib. fl. gr. 1. t. 88. Gramen ut plurimum humile aliquando tamen usque 3pedale. Culmi caespitosi glabri aliquando imis nodis ramosi et radicantes. Folia angusta linearia margine aspera et ciliata. Spiculae sessiles. Calix plerumque 4florus aliquando tamen usque 10florus. Valvae calycinae valde inaequales minore intorta 3nervia. Valva cor. exterior dorso aristata arista elongata flavida refracta medio geniculata scabra, valva inter. apice 2fida 2nervia nervis marginalibus ciliato-scabris. Fl. majo. In litore maris: *Sarzanae* in pratis, etc.

bb. *Radice perenni fibrosa.*

c. *Flosculo supremo mutico.*

13 SEMPERVIRENS. Vil. delph. 2. 140. t. 5. A. *Panicula subsimplici aequali pyramidata contracta florente patula corollis pilosis apice 2dentatis calycem inaequalem superantibus suprema mutica imis dorso aristatis arista elongata pallida inferne fusca geniculata refracta scabra foliis rigidis elongatis glabris ligula brevi truncata.*

Ic. Host. gr. a. 3. t. 41. Reich. l. c. t. 100. f. 1701. Culmi caespitosi inaequales vaginis siccis foliorum radicalium tunicati fere bulbosi. Folia longitudine et latitudine inaequalia rigida elongata margine scabra demum convoluta, radicalia caespitosa. Valva calycis minor 1nervia altera 3nervia. Valva cor. exter. 7nervia margine apiceque scariosa inferne straminea superne purpurea; valva int. apice 2fida 2nervia nervis marginalibus ciliatis. Semen liberum fulvum hirsutum. Fl. aest. In summis montium pascuis herbidis et graminosis: in *monte Cenisio* supra *le Ferrere* et in monte *Lavenoise*, in pascuis *ossitanis* a *Craveggia*, in montibus di *Carlin la Briga*, etc.

cc. *Flosculis omnibus aristatis.*

14 VERSICOLOR. Vill. delph. 2. 142. t. 4. A. *Panicula racemosa subsimplici stricta corollis basi brevissime pilosis apice 2cuspidatis calycem superantibus omnibus aristatis arista geniculata elongata scabra contorta purpurascente demum refracta foliis linearibus angustis planis breviusculis obtusis mucronatis cartilagineo-marginatis carina marginibusque asperis ligula elongata acuta.*

A. Scheuzeri. All. ped. 2. 255. Reich. l. c. t. 99. f. 1699. Host. gr. a. 2. t. 52. Ic. Scheuz. prodr. t. 3. Culmi ut plurimum humiles non raro tamen in pinguibus usque pedales et ultra. Valvae calycinae inaequales apice marginibusque scariosae minore 3nervia majore 5nervia. Spiculae purpureo-stramineae aureae, in umbrosis pallidiores usque 5florae. Valva cor. exter. 7nervia, inter. obtusa emarginata 2-nervia nervis marginalibus ciliatis. Semen liberum fulvum apice villosum. Fl. aest Vivit in pascuis editiorum montium: in Apennino *di Bobbio*, in alpib. *novar.* in monte *Musinè!* inter *Bramante, e le Barricade.*

aaaa. *Cal. 5floro.*

15 PRATENSIS. A. *Racemi simplicis ramis brevissimis corollis basi subbarbatis vel nudis apice 2cuspidatis vel laceris calycem inaequalem excedentibus foliis linearibus scabris margine cartilagineo-serrulatis rigidis obtusiusculis mucronatis elongatis demum involutis ligulis superioribus elongatis triangularibus pubescentibus demum laceris.*

A. bromoides. L. sp. 1666. A. caryophyllea. Fl. gr. 1. 71. t. 89. Bromus cincinnatus. Tenor. neap. 3. 85. fas. 2. t. 104. f. 1. Ic. Scheuz. agr. t. 4. f. 21. 22. Leers herb. t. 9. f. 1. Host. gr. a. 2. t. 51. Reich. l. c. t. 99. f. 1697. Cul. caespitosi inaequales superne nudi caespitibus sterilibus vaginis foliorum radicalium exsiccatis tunicati fere bulbosi. Spiculae aliquando usque 9florae. Valva calycis minor 3nervia major 5-nervia. Valva cor. exter. 7nervia dorso aristata arista longa refracta geniculata sub geniculo contorta scabra rosea. Valva inter. 2fida vel lacera brevior 2nervia nervis marginalibus ciliatis. Semen liberum fulvum apice villosum. Fl. aestate. In pratis, et pascuis siccis montanis et collinis passim.

## 112. FESTUCA.

a. *Ligula aequali.*

b. *Brevi.*

c. *Radice annua.*

d. *Panicula. Flores triandri.*

1 STIPOIDES. Cand. fr. 5. 267. excl nonnul. syn. F. *Paniculae subcoarctatae secundae nutantis pedicellis apice dilatatis compressis spiculis subquadrifloris valva calycina altera minima flosculis apice integris arista breviori bus foliis linearibus glabris brevibu demum involutis liguta brevissima lacera.*

F. ligustica. Bert. opus. sc. di Bol 1. 64. Savi cos. bot. 53. t. 3. f. 10. a b. Bromus ligusticus. All. ped. 2. 249 Vulpia ligustica. Link. h. ber. 1. 148 Ic. Scheuz. agr. t. 6. f. 13. Gramen ni tens viridi-flavescens facie Bromi. Cul mi humiles raro semipedales. Pedicel ensiformes. Valva calycis minima 1ner

via altera 3nervia apice marginibusque scariosis. Valva cor. ext. 5nervia, inter. 2nervia nervis marginalibus ciliatis apice 2fida. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria.*

dd. *Racemus. Flores 1andri.*

2 MYURUS. F. *Racemo simplici vel composito elongato nutante stricto secundo spiculis compressis 4-6floris scabris valvis calycinis valde inaequalibus corollis monandris longe aristatis foliis convoluto-setaceis superioribus linearibus breviusculis.*

F. bromoides. L. sp. 110. Engl. bot. t. 1411. Pluk. phyt. t. 33. f. 10. Scheuz. agr. t. 6. f. 10. Bromus dertonensis. All. ped. 2. 249. Br. ambiguus. Cyril. pl. neap. f. 1. 10. t. 2. Vulpia bromoides. Link. h. ber. 1. 147. V. sciuroides. Reich. excurs. 1. 31. V. myurus. (Gmel. bad. 1. 8. V. pseudo-myurus. Reich. l. c. 37. et ic. t. 60. f. 1525. Ic. Scheuz. agr. t. 6. f. 11. Barrel. ic. 99. f. 1. Host. gr. a. 2. t. 93. Leers herb. t. 3. f. 5. Engl. bot. t. 1412.

Var. *Corollis longe barbatis ligula paulo longiore* quae vivit locis aridioribus et calidioribus est. F. ciliata. Cand. fr. 3. 55. Host. gr. a. 4. t. 65. Savi cos. bot. t. 3. f. 2. a. b. Scheuz. agr. t. 6. f. 12. Bonan. panph. t. 37. Barrel. ic. 99. f. 2. Vulpia myuros. Reich. l. c. t. 60. f. 1524. Plantas intermedias heic *Verroni* lectas habeo. Herba in aridis lutescens racemo purpurascente. Culmi caespitosi longitudine inaequales. Valva calyc. minor 1nervia. altera 3nervia. Valva cor. exter. 5nervia margine brevi ciliata, vel longe barbata: valva inter. apice 2fida 2nervia nervis viridibus brevi ciliatis. Fl. aest. Vulgaris locis aridis et arenosis praesertim super muris et ruderibus. Ciliata in collibus *nicaensibus*, etc. F. Alopecuros mihi videtur var. *Valva cor. externa inferne marginibusque pilosis.*

cc. *Radice perenni.*

d. *Fibrosa.*

e. *Flosculis basi nudis.*

3 FLAVESCENS. Bellar. app. ad. fl. ped. in mem. Tur. 5. 217. F. *Panicula erecta contracta vel patente nutante subsecunda spiculis 4-6floris glaberrimis valvis cor. exter. basi nudis apice mucronato-aristulatis foliis setaceis filiformibus culmo basi vaginato vaginis aphyllis.*

F. flavescens a. Host. gr. a. 3. t. 19. var. Reich. l. c. t. 65. f. 1553. Colla h. p. t. 95. f. 2. F. amethystina. All. ped. 2. 252. F. xantina R. Sch. syst. 2. 721. F. varia. Hänk. in Jacq. col. 2. 94. Host. gr. a. 2. t. 90. Reich. l. c. t. 65. f. 1552. F. eskia. Cand. fr. 5. 267. F. pumila. Vill. delph. 2. 102. Host. gr. a. 2. t. 91. Reich. l. c. t. 65. f. 1551. etc. Omnino var. humilior *spiculis variegatis.* Schenodorus pumilus. R. Sch. syst. 2. 207. etc. Herba polymorpha. Culmi usque 2pedales stricti ascendentes. Folia inf. breviora, ut plurimum rigida sunt aliquando tamen mollia flaccida. Valva ecalycis valde inaequales altera 1nervia altera 3nervia. Valva cor. exter. 5nervia carinata carina sursum scabra: inter. brevior apice 2fida 2nervia nervis marginalibus ciliatis. Fl. aest. Vulgaris in pascuis aridis, et graminosis alpinis.

ee. *Flosculis basi pilosis.*

4 POAEFORMIS. Host. gr. a. 2. t. 81. F. *Paniculae erectae ramis verticillatis flexuosis subhorizontalibus inferioribus fasciculatis spiculis ovatis scabris nervosis breviter aristatis 3-4floris pilis brevibus flosculos involucrantibus foliis setaceis elongatis glabris superioribus longioribus culmo basi vaginato tunicato vaginis aphyllis.*

F. pilosa. Gaud. fl. helv. 1. 303. F. nebrodensis. Jan. el. 2. F. Rhaetica. Suter. fl. helv. 1. 68. Poa violacea. Bellard. act. taur. 5. 214. t. 3. Schenodorus poaeformis. R. Sch. sys. 2. 705. Sch. violaceus. Link. h. ber. 1. 171. Reich. l. c. t. 66. f. 1554. Culmi vix pedales. Valvae calycis inaequales altera 1nervia altera 3nervia. Valva cor. exter. 5nervia: int. apice 2fida 2nervia nervis marginalibus viridibus ciliatis. Fl. aest. In summis jugis *di Tenda, di Queiras, Rosae.* etc.

dd. *Radice repente.*

5. SEROTINA. F. *Panicula racemosa pauciflora ramis solitariis brevissimis alternis patentibus spiculis oblongis appressis sub 2-5floris flosculis nervosis scabris remotiusculis subaristatis basi villo brevi involucratis foliis planis brevissimis patentibus inferioribus longioribus demum involutis culmis totis tectis internodiis semiteretibus.*

Agrostis. L. man. 1. 30. All. ped. 2. 236. Molinia. Mert. et Kock. germ. 1. 585. Diplachne. Link. h. ber. 155. Reich. l. c. t. 71. f. 1571. Schenodorus serotinus. R. Sch. syst. 2. 702. Bromus strictus. Scop. carn. 1. 79. Melica nodosa. Pill. et Mitterp. it. 143. Ic. Seg. ver. suppl. t. 3. f. 2. Host. gr. a. 2. t. 92. Culmi proceres usque 3-4pedales erecti e nodis imis aliquando ramosi. Valvae calycis inaequales scariosae. Valvae cor. subaequales ext. 5nervia inferne ut plurimum pilosa apice scariosa quandoque retusa brevi aristata. Valva int. apice 2fida 2nervia nervis

marginalibus ciliatis. Stigmata violacea. Fl. aest. exeunte. In pascuis apricis et graminosis collium etc. passim.

bb. *Ligula elongata.*

c. *Folia lineari-lanceolata apice acuminato-setacea. Valva cor. exter. 3-nervia.*

6 SYLVATICA. Vill. delph. 2. 105. t. 2. f. 8. F. *Panicula ramosissima diffusa erecta subsecunda demum nutante spiculis oblongis sub 4floris glabris flosculis remotiusculis trinerviis scabris mucronatis, foliis lineari-lanceolatis subtus glaucis radicalibus longissimis vaginis scabris radice fibrosa perenni.*

F. Calamaria. Smith· brit. 1. 121. Engl. bot. t. 1005. Host. gr. a. 4. t. 60. F. altissima. All. auct. 43. F. decidua. Smith. Engl. bot. t. 2266. F. latifolia. Reich. l. c. t. 69. f. 1563. Poa sylvatica. Poll. pal. 1. 83. P. trinervata. Fl. dan. t. 1145. Schenodorus calamarius. R. Sch. sys. 2. 701. Reich. l. c. t. 68. f. 1562. Gramen procerum usque quadripedale (radice nodosa articulata horizontali Gaud.): valvae calycinae inaequales lineares altera 1nervia altera 3-nervia. Valva cor. inter. subaequalis apice 2dentata 2nervia nervis viridibus marginalibus scabris. Fl. aest. In montibus qui thermis Valderiis adstant locis lapidosis, et umbrosis: in valle d'*Entrague* prope *Sacellum S. Joannis, etc.*

cc. *Folia linearia: valva cor. exter. 5nervia.*

7 GLOMERATA. All. ped. 2. 252. F. *Panicula glomerata secunda spiculis subquadrifloris flosculis muticis nervosis mucronato-aristulatis carina setosis foliis scabris subcarinatis radice fibrosa perenni.*

Dactylis. L. sp. 105. Engl. bot. t. 338. Leers. herb. t. 3. f. 3. Fl. dan. t. 743. Svens. bot. 32. Screb. gr. 1. t. 8. f. 2. Lam. illus. t. 44. f. 1. Pal. B. agr. t. 17. f. 5. Host. gr. a. 2. t. 94. Hoffm. fl. d'Allem. 1804. t. 4. Reich. l. c. t. 59. f. 1523. D. glaucescens. W. enum. 1. 111. D. hispanica. Roth. cat. 1. 8. Reich. l. c. t. 59. f. 1521. D. abbreviata. Reich· l. c. t. 59. f. 1522. Bromus glomeratus. Scop. carn. 1. 76. Ic. Scheuz. agr. t. 6. f. 15. Zannich. ist. t. 194. f. 1. mala. Moris. s. 8. t. 6. f. 38. Barrel. ic. 26. f. 1. 2. Culmi caespitosi inaequales usque 3pedales. Valvae calycinae inaequales minore 1nervia majore 2nervia nervo intermedio deficiente carina callosa setosa marginibus scariosis. Valva cor. exter. cartilaginea apice emarginata aristulata, int. scariosa apice 2fida 2nervia, nervis marginalibus viridibus ciliatis. Antherae luteae. Vulgatissima in pratis pinguibus, aggeribus, etc.

aa. *Ligula obsoleta 2aurita.*

b. *Radice annua.*

8 UNIGLUMIS. Soland in Ait. h. kew. 1. 108. F. *Panicula racemosa spicaeformi secunda nutante spiculis compressis glabriusculis subquadrifloris valva calycina altera brevissima corollis longissime aristatis remotiusculis foliis planis glabris brevibus demum convolutis vaginis laxis suprema folio longiore subspathacea.*

Stipa membranacea. L. sp. 116. Vulpia. Link. h. ber. 1. 147. V. uniglumis. Reich. excurs. 1. 37. Reich. l. c. t. 60. f. 1526-7. Lolium bromoides. Huds. angl. 55. Bromus hordeiformis. Lam. ill. 1. 195. Mygalurus membranaceus. Link. enum. 1. 92. Festuca fasciculata. Forsk. aegyp. 22. Ic. Ray. syn. t. 16. f. 2. Host. gr. a. 4. t. 64. Engl. bot. t. 1430. Culm. caespitosi inaequales plerumque humiles 2. 3. spithamas longi prostrati vel ascendentes aliquando ex imis nodis fuscis ramosi. Valva calycis major carinata carina pilosa apice mucronata margine scariosa 3nervia. Valva cor. major subcartilaginea 5nervia superne hispida: inter. apice 2fida 2-nervia. Semen liberum lineare, tenue hinc sulcatum. Fl. vere. In litore maris *Liguriae occiduae*, a *Loano*, *Savona*, *Nicea*.

bb. *Radice perenni.*

c. *Fibrosa.*

d. *Corollae muticae.*

9 SPADICEA. F. *Panicula racemosa erecta vel patente spiculis oblongis subquadrifloris flosculis nervosis mucronatis valva cor. ext. mucronata mutica 5nervia, foliis longissimis glabris inferioribus compresso-junceis pungentibus superioribus planis linearibus angustis rigidiusculis scabris culmis basi tunicatis vaginis aphyllis.*

F. aurea. Lam. fr. 3. 598. Anthoxanthum paniculatum. L. sp· 40. Poa Gerardi. All. ped. 2. 245. Schenodorus spadiceus. R. Sch. syst. 2. 700. Ic. Gerar. fl. gall. prov. t. 2. f. 1. Smith. in trans. lin. soc. 1. t. 10. Host. gr. a. 3. t. 20. Reich. l. c. t. 68. f. 1561. Culmi caespitosi inaequales usque 3pedales. Valvae calycis inaequales altera minore 1nervia altera 3nervia. Valvae cor. longitudine subaequales stramineae ext. 5nervia, int. 2nervia nervis marginalibus ciliatis scabris apice 2dentata. Fl. aest. Vulgaris in pratis et pascuis herbidis et graminosis alpium. In alpibus di *Chianoc* agri *segus*. in monte *Musinè*: secus *Aconiam*, etc.

dd. *Cor, mucronato-aristulata vel aristata.*

10 DURIUSCULA. F. *Panicula secunda stricta flosculis arista brevioribus vel longioribus vel muticis basi nudis spiculis ovato-oblongis 4-8floris innuptis teretiusculis demum compressis colore polymorphis valvis calycinis inaequalibus altera minori 1nervia altera 3-nervia valva cor. exter. 5nervia inter. breviore apice 2fida 2nervia nervis marginalibus ciliolatis foliis longitudine variis radicalibus setaceis culmeis gracillimis subsetaceis aliquando planis demum involutis ut plurimum glaucis rigidis scabris.*

Hic. varr. innumerae a multis scriptoribus pro diversis speciebus habitae. Ic. Leers herb. t. 8. f. 1. Engl. bot. t. 470. Host. gr. a. 2. t. 83. Reich. l. c. t. 62. f. 1538. pro F. duriuscula. f. stricta. Host. gr. a. 2. t. 86. F. amethystina. Host. gr. a. 2. t. 89. Reich. l. c. t. 61. f. 1536. F. pallens. Host. gr. a. 2. t. 88. F. glauca. Lam. ill. t. 46. f. 3. Reich. l. c. t. 63. f. 1542-3. F. dura. Host. gr. a. 2. t. 87. F. caesia. Engl. bot. t. 1917. *Panicula pubescente.* F. dumetorum. L. sp. 109. Fl. dan. t. 700. F. hirsuta. Host. gr. a. 2. t. 85. *Foliis radicalibus setaceis culmeis gracillimis spiculis brevi aristatis.* F. ovina. L. sp. 108. Engl. bot. t. 585. Leers herb. t. 8. f. 3. Svens. bot. t. 78. f. a. b. Host. gr. a. 2. t. 84. Scheuz. agr. t. 6. f. 8. Reich. l. c. t. 61. f. 1530. *Foliis radicalibus setaceis culmeis gracillimis spiculis muticis.* Leers herb. t. 8. f. 4. Pluk. phyt. t. 34. f. 2. Scheuz. agr. t. 6. f. 6. id. *Panicula vivipara.* Svens. bot. t. 78. fig. c. d. Ray. syn. t. 22. f. 1. Scheuz. prodr. t. 1. *Panicula pubescente contracta arista valvam cor. exter. aequante valva cor. interna 2-fida.* Est F. Halleri. All. ped. 2. 253 Reich. l. c. t. 61. f. 1535. Coll. h. p. t. 96. f. 2. sub nomine Fes. *violaceae.* Id. *Foliis radicalibus setaceis flaccidis, culmeis superioribus planis linearibus panicula laxa aristis valva cor. ext. subbrevioribus, valva inter. 2dentata.* Est F. heterophylla. Haenk. in Jacq. coll. 2. 93. Host. gr. a. 3. t. 18. Vaill. par. t. 18. f. 6. F. nemorum. Reich. l. c. t. 67. f. 1558.

Culmi caespitosi inaequales humiles aliquando tamen usque 2pedales si in locis pinguibus et humidis vivit. Fl. aest. Amat prata exsucca et pascua herbida et graminosa collium et montium quibus lusus innumeri occurrunt.

cc. *Radice repente.*

11. RUBRA. F. *Radice repente articulata stolonifera paniculae secundae erectae ramis inferioribus divaricatis spiculis 4floris aristatis foliis radicalibus setaceis culmeis latioribus villosis culmo basi geniculato tereti glabro.*

Ic. Reich. l. c. t. 67. f. 1557. Omnino var. esse F. *duriusculae* pro comperto habeo. cum varr. viderim F. *duriusculae* radice repente. Ceteri characteres perpetuo non constant. Kock syn. 2. 939. F. dumetorum L. sp. 109. ad rubram trahit, quae pollere deberet radice repente.

Contra Sprengel syst. 1. 354. trahit ad duriusculam quae radicem habet fibrosam. Radix F. rubrae ex W. et Cand. minime repens, quod etiam evincitur ex scriptis omnibus Linnaei. Quam obrem statuo radicem repentem non esse characterem firmum et F. rubram esse var. F. duriusculae. Haec var. culmo paniculaque demum rubescit et vulgaris est in pratis alpinis.

## 113. AEGILOPS.

Herbae annuae foliis planis linearibus spicatae spicis simplicibus spiculis sessilibus solitariis disticho-alternis distantibus internodiis complanatis superne incrassatis tardius saepe articulatis seminibus intra corollam liberis ligulis brevissimis truncatis erosis.

1 OVATA. Aeg. *Spica ovata spiculis 3-4. distichis continuis turgidis, calycibus turgidis multinerviis 3-4aristatis aristis patulis.*

Ae. geniculata. Roth. cat. I. 121. Phleum Aegilops. Scop. carn. I. 55. Ic. Lam. illus. t. 39. f. 1. Host gr. a. 2. t. 5. Reich. l. c. t. 8. f. 1353. Culmi caespitosi plerumque humiles raro pedales inaequales. folia brevia plana scabra basi barbata aliquando ciliolata. Spicula suprema biflora flosculis masculis vel neutris. valvae calycinae aequales turgidae cartilaginae concavae ovatae truncatae scabrae aristis usque pollicaribus ut plurimum rubentibus scabris basi dilatatis margine albis. flosculi calycem excedentes plerumque 4 imis duobus utrinque hermaphrodritis alio masculo supremo neutro. Valva cor. exter. 5nervia membranacea inferne alba nervis apice virentibus extus scabra intus superne puberula apice truncata 3dentata dentibus aristatis aliquando dente laterali truncato. int. ovata concava scariosa apice 2dentata 2nervia nervis marginalibus viridibus ciliatis. stigmata filiformia barbata. Squamulae 2 lan-

ceolatae acutae divergentes ciliato-barbatae. Semina ovato-oblonga hinc sulcata apice villosa. F. vere exeunte. Vulgaris in agr. *nic. Liguria Monteferrato*, agro *astensi*, *segusiano* etc. etiam circa *Taurinum* locis declivibus calidis et aridis.

2 NEGLECTA. Bertol. fl. ital. 1. 787. videtur var. *Spica ovato-elongata superne attenuata calycibus hirsutis valva cor. externa dense ciliata aristis calycinis longioribus flosculo supremo neutro mutico.*

Est Aeg. ovata: Pollin. ver. 3. 215. Pal. B. agr. t. 20. f. 5. Sibt. fl. gr. 1. t. 93. Aeg. 3aristata. Guss. pl. rar. 371. *Sarzanae* inter segetes legit Bertol.

3 TRIUNCIALIS. Aeg. *Spica oblonga cylindrica gracili spiculis* 6-7. *distichis contiguis subcylindricis 3-4floris imis ut plurimum neutris valvis calycinis 7nerviis villosis palmato-sub 3aristatis aristis divaricatis supremis longissimis valva cor. exter. 5nervia apice 3-dentata int. 2nervia nervis ciliatis.*

Aeg. elongata. Lam. gall. 3. 632. Ic. Vaill. par. t. 17. f. 1. Schreb. gr. 1. t. 10. f. 1-3. Host gr. a. 2. t. 6. Reich. cent. 11. t. 8. fig. 1355. Culmi usque pedales. folia suprema longiora. Squamulae et semina ut in priore. Fl. vere. vulgaris in agro *nic.* praesertim inter *Sospello,* et *Castiglione.*

4 CAUDATA. Aeg. *Spica tereti gracili, spiculis 5-8 ima ut plurimum neutra valvis calycinis spiculae terminalis longissime uniaristatis reliquis 2-3 dentatis submuticis valva cor. extern. 5-nervia apice 2-3dentata spiculae supremae dente medio longissime aristato inter. apice 2dentata 2nervia nervis ciliatis.*

Aeg. cylindrica. Host. gr. a. 2. t. 7. Sib. fl. gr. 1. t. 95. Reich. cent. 11. t. 8. f. 1356. Aeg. squarrosa. Balb. mis. 1. 45. Reliqua ut superioris. Fl. vere exeunte. In vineis *Augustae praetoriae.*

## 144. SESSLERIA.

a. *Radice annua: styli basi divisi.*
Echinaria. DESF.

1 ECHINATA. Host gr. a. 3. t. 8. S. *Capitulo globoso nudo dentibus corollae elongatis rigidis demum reflexis culmo simplici foliis villosis ligula pubescente brevissima truncata lacera striata.*

Echinaria capitata. Desfont. atl. 2. 385. Pal. B. agr. t. 17. f. 2. Cenchrus capitatus. L. sp. 1488. Sib. fl. gr. 1. t. 105. Ic. Barrel. ic. 28. f. 1. et 863. f. 2. Scheuz. agr. t. 2. f. 7. A. B. Column. ecphr. 338. Lam. ill. t. 47. f. 2. Reich. cent. 11. t. 56. f. 1507. Culmi humillimi simplices raro semipedales 1 vel 2 nodes inferne foliosi. folia brevia mollia. Spiculae exiguae ovatae turgidae 1-2florae flosculo altero masculo vel neutro. Valvae calyc. spicularum infer. aequales apice 2lobae superiorum inaequales exter. latiore 2-6nervia 2-6-rostrata interiore angustiore 3nervia et 3rostrata omnes membranaceae pallide virentes corollis breviores. valva cor. exter. major ovata concava apice truncata marginata nervis 5-7. sub apice in rostella abeuntia rigida vel subulato-aristata 3nervia, demum reflexa medio longiore: inter. minore concava 2nervia nervis dorsalibus apice truncatis marginata margine involuto sub apice 4aristata aristis externis minoribus. antherae mucronatae. Stigmata alba simplicia pilosa. Semen liberum in corolla obovatum superne villosum et 2mucronatum fuscum corneum. Fl. vere. In agr. *nic.* in monte *Braus,* et circa *Sospello.*

aa. *Radice perenni: stili basi coaliti.*
Sessleria. SCOP.

b. *Capitulo subgloboso.*

2 SPHAERO-CEPHALA. Arduin. Specim. alter. 20. t. 7. S. *Capitulo subgloboso spiculis oblongis sub3floris imis bracteatis bracteis ovatis subdentatis striatis dentibus corollae inaequalibus medio stricto longiore culmo glabro simplicissimo filiformi uninodi basi vaginato crasso foliis glabris difformibus plerisque filiformibus, imo breviore et latiore cartilagineo-mucronatis radicalibus caespitosis ligula brevi erosa.*

Cynosurus sphaerocephalus. Vulf. in Jacq. miscel. 2. 71. Jacquin. ic. rar. 1. t. 20. Cynosurus macrocephalus. Hoffm. germ. 3. 49. est var. dentibus corollae 5aristatis quae est S. tenella Host gr. a. 2. t. 105. Ic. Host gr. a. 2. t. 99. Reich. cent. 11. t. 56. f. 1509. var. *Spica albida* quae est S. leucocephala Cand. fr. 3. 76. Culmi humiles, valvae calycinae subaequales flosculis breviores ovato-lanceolatae concavae mucronatae 1nerviae, valvae cor. inaequales ext. 1nervia inferne pubescens apice erosa sub 3dentata raro integra brevi aristata: int. scariosa apice 2dentata 2nervia nervis marginalibus viridibus ciliatis. Fl. aest. In summo *monte Cenisio* loco dicto *Ronche* in pascuis lapidosis.

bb. *Racemo spicato.*

c. *Spiculis sparsis imis bracteatis ligula obsoleta.*

3 COERULEA. Arduin. l. c. 18. t. 6. f. 3. 4. 5. S. *Racemo spicato oblongo inferne bracteato calyce sub3floro den-*

*tato-mucronato valva cor. exter.* 3-5*aristata aristis inaequalibus foliis planis vel convoluto-subulatis subteretibus cartilagineo-mucronatis glabris margine asperis culmo basi vaginato crasso.* var. *foliis convolutis subteretibus* est S. tenuifolia. Schrad. germ. 1. 272. t. 6. f. 4. Reich. 1. c. t. 57. f. 1513. S. juncifolia. Host gr. a. 4. t. 22. et Reich. 1. c. t. 57. f. 1512. Ceterum huc trahendae sunt varr. multae quas botanici varii pro distinctis speciebus praebuerunt. S. alba. Sib. fl. gr. 1. t. 72. S. mutica. Badar. osserv. in giorn. di fis. 7. 363. S. cylindrica. Cand. syn. n. 1646. Cynosurus cylindricus. Balb. ad. 86. Festuca argentea. Savi. Uster. an. 1800. t. 1. f. 1. Sessleria ejusd. bot. etr. 1. 68. S. elongata. Host. gr. a. 2. t. 97. quae est Pleum autumnale Scop. carn. 1. 56. Reich. l. c. t. 56. f. 1511. S. nitida. Tenor. neap. 3. 57. t. 103. est var. *Spica abbreviata crassa*. Bonan. panph. t. 1. — Cynosurus coeruleus. L. sp. 106. Jacq. ic. rar. 1. t. 21. — Ic. Reich. l. c. t. 56. f. 1510. Engl. bot. t. 1613. Fl. dan. t. 1506. Host. gr. a. 2. t. 98. Culmi humiles usque tamen 2pedales. Spica vel coerulea vel albida vel nitida argentea. Valvae calycinae aequales flosculos subaequantes ovato-lanceolatae mucronato-aristatae 1nerviae marginibus subcilatis. valvae cor. subaequales exter. 5nervia hirsutiuscula apice erosa dentata dentibus inaequalibus medio longiore: inter. scariosa 2nervia nervis viridibus marginalibus ciliatis apice 2aristata. Fl. aest. et aut. Vulgaris in pratis montanis et alpinis.

cc. *Spiculis distichis ima bracteolata ligula elongata acuta integra.*

4 DISTICHA. Pers. ench. 1. 72. S. *Racemo spicato ovato spiculis flosculisque distichis calycibus sub 4floris coloratis dentibus corollae obsoletis medio mucronato-aristato valva cor. inter. apice eroso-dentata culmo basi vaginato vaginis aphyllis incrassato folliisque difformibus glabris.*

Poa disticha Wulf. in Jacq. misc. 2. 74. Jacq. ic. rar. t. 19. Host. gr. a. 2. t. 76. P. sesslerioides. All. ped. 2. 246. t. 91. f. 1. mala. Ic. Reich. 1. c. t. 12. f. 1366. B. C. D. Culmi humiles vix spithamei caespitosi. Folia radicalia longiora linearia vel convoluto-setacea, culmea ima brevissima. Valvae calyc. subaequales 1nerviae coeruleae marginibus scariosis dorso pilosae altera mucronato-aristata, valva cor. inter. scariosa 2nervia nervis marginalibus ciliatis, apice lacera. F. aest. Vulgaris in montibus *di Giaveno* eundo ad jugum *col della Roussa:* in pratis elatioribus *Tendae* et *Vinadii*, etc.

## 115. SORGHUM.

a. *Panicula erecta.*
b. *Pedunculi erecti.*
c. *Flosculi hermaphroditi lanceolati.*

1 HALEPENSE. Pers. ench. 1. 105. S. *Paniculae patentis majusculae ramis asperis flosculis lanceolatis acutis sericeis nitidis cor. inclusae valva interna minore apice 2fida sub apice longe aristata foliis lanceolatis margine scabris radice repente tuberosa gemmipara articulata ligula brevi truncata striata ciliata rubro-maculata.*

Holchus halepensis. L. sp. 1485. Schreb. gr. 1. t. 18. Host gr. a. 1. t. 1. Andropogon. W. sp. 4. 932. Sib. fl. gr. 1. t. 68. A. arundinaceum. Scop. carn. 2. 274. Ic. Barrel. ic. 8. Boccon. mus. t. 87. Scheuz. agr. t. 11. f. 12-15. Pluk. phyt. t. 32. f. 1. Gramen altissimum etiam orgyale culmis caespitosis subcompressis farctis superne nudis. folia lata longe accuminato-mucronata. Valvae calyc. cartilagineae longitudine aequales nitidae villosae exter. 5nervia latiore apice 3dentata dente medio ut plurimum longiore nervis marginalibus ciliatis: inter. apice acuta integra vel erosa. Valvae cor. scariosae hyalinae exter. longiore ovata apice integra aut erosa marginibus ciliatis: inter. aliquando mutica est. arista si quae adest demum refracta geniculata inferne fusca contorta glabra superne fulva scabra. antherae luteolae. Stigmata rosea. Semen obovatum subcompressum fulvum. Floris masculi pedicellati solitarii vel gemini calycis valvae subaequales lanceolatae acutae puberulae exter. latiore breviore 7nervia, int. 5nervia utraque marginibus scariosis inflexis ciliatis. cor. inclusae valvae hyalinae scariosae albae vel roseae: inter. apice 2dentata. F. autumno. Legi in collibus *Taurinens.* et pratis circa urbem verso il *Parco:* in pratis siccis *Ciliani*, *Montisferrati*, in vineis di *Borgomasino*, et in collibus *Sarzanae*, et *Genuae.*

cc. *Flosculi hermaphroditi obovati: radix annua.*

2 VULGARE. Pers. ench. 1. 101. S. *Paniculae coarctatae oblongae ramis pubescenti-pilosis rachi glabra flosculis obovatis nitidis sub-compressis pilosis vaginis foliisque majusculis glabris marginibus serrulato-scabris.*

Holchus Sorghum. L. sp. 1484. H. Durra. Forsk. descr. 174. Andropogon Sorghum. Brot. lusit. 1. 88. S. rubens.

W. enum. 1036. S. vulgare g. rubens. Pers. ench. 1. 101. Andropogon rubens. Ic. Lobel. ic. 41. Rumph. Amboin. 5. t. 75. Mor. s. 8. t. 5. f. 7. Host gr. a. 4. t. 2. Holchus Dochna Forsk. aegypt. n. 76. est. var. *panicula laxa floribus purpureis foliis angustioribus.* Varr. plurimae *seminibus albis luteis purpureis atris.* tunc est. S. nigrum. R. Sch. syst. 2. 837. H. nigerrimus. Arduin. sag. di Pad. 1. t. 5. f. 1. H. niger. Gmelin. syst. 1. 174. Andropogon niger. Kunth. gr. 1. 164. Patria ejus India orientalis. late culta in Arabia et Aegypto qua panis conficitur quo Aegypti tyrannus miserrimos agricolas (fellah) alit. apud nos culta. Seminibus ejus saginantur gallinae et sues: et in caritate annonae ad homines alendos etiam adhibentur. Quae cum secale vel tritico vel zea mixta sunt panem largiuntur neutiquam malum. Ceterum stirps omnino similis n. 4 cujus forte varietas.

bb. *Paniculae ramis longissimis pendulis. radix annua.*

3 SACCARATUM. Pers. ench. 1. 101. S. *Paniculae effusae ramis verticillatis patentissimis pendulis flosculis villosis oblongis corollis muticis hermaphrodita 3, neutra 1valvi foliis lato-lanceolatis.*

Andropogon saccaratus. Roxb. fl. ind. 1. 274. Ic. Host. gr. a. 4. t. 4. In omnibus simillima S. vulgari et cernuo, cujus forte var. est. apud nos corollae sunt aristatae. Semine tamen propagatur. Semen edule ut prioris. Paniculis culmisque scopae manuales (Plinius) conficiuntur. Colitur ubique.

aa. *Panicula cernua. radix annua.*

4 CERNUUM. W. enum. 1036. S. *Panicula coarctata pendula flosculis obovatis villosis seminibus compressis albis:*

Holchus cernuus. W. sp. 4. 930. Andropogon cernuus. Roxb. 1. c. 1. 273. Holchus compactus. Lam. encicl. 3. 140. Ic. Host. gr. a. 4. t. 3. Culmus farctus usque 15pedalis aliquando superne ramosus. folia magna lineari-lanceolata horizontalia basi callosa callo albo nervo albo crasso percursa, ceterum pulchre venosa. Loco stipulae series ciliorum alborum et longorum. paniculae contractae simillimae illis S. vulgaris nonnullis post nuptias erectis. culmi nonnulli semper erectas habent. pedunculus striatus flexuosus ramosus spiculas fert, quae duobus vel tribus floribus constant: alter masculus solitarius vel duplex aliquando neuter, (tunc deestetiam corolla) brevi pedicellatus, alter sessilis hermaphroditus. Masculi ovato-lanceolati compressi calycis valva altera 15nervia apice 2dentata altera 11nervia nervis viridibus pilosis utraque basi villosa villis albis. Hermaphroditi obovati calycis valvae ventricosae basi villosissimae apice virentes multinerviae durae cartilagineae altera majore apice 3dentata. Cor. inclusa constat ex duabus valvis candidis pilosissimis, quae imo videntur omnes ex pilis confectae: altera minore apice 2fida dorso aristata arista supra medium geniculata albido-luteola refracta scabra infra geniculum ferruginea laevi contorta. Stigmata brevia plumosa violacea vix exserta. Antherae longe exsertae aureae 2loculares apice et basi dehiscentes. Ad basim germinis est squamula valvaeformis lanceolata fimbriata candida, quae neutiquam pro altero flore haberi potest. Semina tunicata alba compressa. In exemplari vivo quod descripsi flores neutri neutiquam masculi erant. unde corollam videre non potui etiam cum optimis vitris. F. augusto. Patria ejus India orientalis. Apud nos culta. Hoc anno (1850) pauca semina perfecit.

## 116. ANDROPOGON.

*Gramina perennia, foliis linearibus calycibus 1floris radice fibrosa.*

a. *Floribus monoecis: spica solitaria secunda: aristae omnes spicae in unum fasciculum convolutae.*

1 ALLIONII. W. sp. 4. 904. A. *Spica terminali imbricata flosculis masculis muticis pedicellisque glaberrimis femineorum calycibus hirsutis aristis longissimis infra articulum pubescentibus villis fulvis superne scabris foliis glaucis carinatis scabris culmis multinodosis.*

Andropogon contortum. All. ped. 2. 260. t. 91. f. 4. excl. syn. A. Allionii. Cand. fr. 3. 97. Heteropogon glaber. Pers. ench. 2. 533. Pal. B. agr. t. 23. f. 8. H. Allionii. R. Sch. syst. 2. 835. Culmi ut plurimum ramosi 1-2 pedales caespitosi erecti. ligulae loco cilia brevia alba oris utrinque vaginae longe pilosis. Spica aristis non computatis pollicaris androgyna floribus inferne masculis muticis superne masculis et femineis. Rachis articulata articulis demum secedentibus superne ad pedicellos villosa villis fulvis. Spiculae geminatae altera sessili imae omnes masculae superiores mascula pedicellata feminea sessili basi pilosa. Floris masculi cal. valvae contortae cartilagineae lineari-lanceolatae pallide virentes vel purpurascentes exter. breviore obtusa

latiore dorso multinervia apice marginibusque scariosis: inter. 3nervia acuta nervo medio ciliato, marginalibus subbarbatis. valvae cor. scariosae canaliculato convolutae exter. paulo longior lineari-lanceolata acuta margine ciliata: inter. angustior margine apice praesertim ciliata. Floris feminei masculo brevioris cal. valvis cartilagineis muticis subaequalibus, corolla longioribus, exter. obtusa apice scariosa extus fusca superne hirta. inter. quidquam brevior angustior dorso scabra hirta marginibus nitidis laevibus. cor. valvae scariosae inaequales, exter. latior longior mutica: inter. angusta linearis lanceolata basi angustata apice aristata arista longissima geniculata inferne villosa villis sursum versis fulvis, superne scabra. Stigmata plumosa purpurea. F. aest. et aut. In rupibus supra *Eporediam*, in valle *segusina* locis rupestribus aridis et calidis, in agro *nic.* et variis locis in *Liguria orient.* et *occident.*

aa. *Floribus polygamis.*

b. *Spicis conjugatis.*

2 HIRTUS. A. *Pedunculis apice crinitis spicis axillaribus terminalibusque longe pedunculatis vaginatis geminis flosculis hirsutis remotiusculis geminis altero hermaphrodito sessili aristato, altero masculo mutico pedicellato arista geniculata elongata foliis glaucis pilosis culmo ramoso ligula obsoleta.*

Ic. Boccon. mus. t. 8. f. 1. Pluk. phytogr. t. 92. f. 1. Bonan. pauph. t. 5. Host gr. a. 4. t. 1. Culmi 2pedales et ultra superne ramosi caespitosi: rami vaginati intra vaginam foliiferam. folia angusta margine aspera pilis raris sparsis. Spicae geminatae in apice ramorum altera pedunculata. Floris hermaphr cal. 2valvis valvis membranaceis inaequalibus lineari-lanceolatis acutis, exter. inferne hirsuta multinervia nervo marginali ciliato: int. paulo longiore angustiore laevi nitida margine ciliolata 3nervia. valvae cor. scariosae calyc. breviores ext. mutica laevi majore longiore oblonga margine ciliata: int. breviore angustiore lanceolata apice integra aristata arista elongata geniculata scabra sub geniculo contorta demum refracta. Antherae aureae vel purpurascentes. Stigmata plumosa purpurea. Flor. masculi pedicellus apice barbatus. Calycis valvae subaequales ceterum similes illis flor. hermaphr. cor. constat valva unica scariosa calyce vix breviore margine ciliata. Fl. vere et aest. vulgaris locis aridis saxosis mari proximis.

bb. *Spicis coadunato-digitatis.*

3. ISCHAEMUM. A. *Spicis racemoso-digitatis erectis pedunculatis rachi glabra flosculis appressis subimbricatis coloratis striatis ciliatis basi barbatis altero sessili aristato hermaphrodito altero mutico pedicellato masculo arista elongata geniculata inferne ferruginea superne straminea demum refracta rachilla hirsuta foliis brevibus linearibus latiusculis glaucis aridis retrorsum asperis sparse pilosis superioribus brevioribus radicalibus distichis sparse parce, et longe pilosis ligula obsoleta.*

Huc procul dubio ducendus A. provinciale Lam. encicl. 1. 376. Gerar. prov. t. 4. var. luxurians. Ic. Barrel. 753. f. 2. pessima est. folia enim longa sunt et intorta. culmi basi subbulbosi. A. angustifolius. Smith. fl. gr. prodr. 1. 47. et Bertol. fl. ital. 1. 470. differt parum a planta nostra. Ic. Jacqu. aus. 4. t. 384. Host gr. a. 2. t. 2. Schreb. gr. 2. t. 32. 33. differunt etiam. Radix dura ramosa ramis ramosis descendentibus crassis luteis rigidis similis quodammodo illi Polliniae Grylli. Culmi caespitosi inaequales prostrati demum sucrecti straminei etiam superne glabri, nodis purpureis colore etiam supra infraque diffuso. Vagina superior longior intorta, omnes laeves: folia brevia radicalia disticha glauca arida longe acuminato-mucronata retrorsum vix scabra rubro-marginata carina parce pilosa pilis in paginis sparsis raris albis prope basim crebrioribus. Loco ligulae pili albi aequales in oris paulo longiores neutiquam longissimi ut scribit Gaudin agr. helv. 1. 112. pedunculi spicularum sunt omnino laeves rosei basi pilis paucis albis inaequalibus, neutiquam callosi. Flosculi antherae et stigmata sunt intense violacei. Partes florum similes illis speciei praecedentis, in corolla tamen hermaphrodita valvam tertiam videre non potui de qua scribit Gaud. l. c. Arista vero mihi visa est etiam sub optimo vitro nasci ad basim germinis et nullius valvae continuatio esse: tantum inferne plana et albidior est, atque omnino in hac planta laevis. Descriptio Gaudinii bona est: differt in eo quod scribit radicem esse repentem (in quo certe deceptus est) folia esse longiuscula atque utrinque scaberrima. Fl. septembri. Vulgatissima in collibus nostris *Valdengi Viliani Cerretti*, etc. De planta Allionii. Balbisii etc. nihil certi statuere audeo cum plenam descriptionem non dederint.

## 117. POLLINIA.

Gramina perennia elata culmis erectis foliis linearibus hirsutis radice fibrosa.

a. *Floribus spicatis spicis conjugatis.*

1. DISTACHYA. Spr. pug. 1. 12. P. *Spicis geminis altera pedunculata, flosculis geminis hermaphrodito sessili masculo pedicellato pedicello villoso striatis valvis calycinis corollinisque exterioribus flosculi hermaphroditi 2fidis dorso aristatis foliis hispidiusculis longissimis ligulis obtusis supremis longe ciliatis.*

Andropogon distachyon. L. sp. 1481. Sibt. fl. gr. 1. t. 69. Jacquin ic. rar. 3. t. 630. Host gr. a. 3. t. 2. Ic. Gerar. prov. t. 3. f. 2. Boccon. sicul. t. 11. f. 1. A. Culmi ut plurimum caespitosi usque 2pedales. Folia angusta retrorsum aspera. Cal. fl. hermaphr. valvae inaequales exter. majore 2fida multinervia margine scariosa subciliata, inter. 3nervia apice 3dentata dente medio aristaeformi nervis lateralibus ciliatis. cor. inclusae valvae scariosae hyalinae subaequales exter. ciliata mutica inter. apice 2fida infra apicem longe aristata arista geniculata scabra inferne contorta ferruginea superne straminea demum refracta. Genitalia purpurea. Stigmata plumosa. Flor. masculi calyc. valvae inaequales exter. majore apice 3dentata dente medio longiore, inter. integra mutica. cor. inclusae valvae subaequales scariosae hyalinae apice integrae muticae ciliolatae. Fl. vere exeunte. ubique locis saxosis et rupestribus in agro *nicaeensi*, et omni *Liguria occidua.*

aa. *Floribus paniculatis.*

2 GRYLLUS. Spreng. l. c. P. *Panicula effusa patente ramis verticillatis 3floris masculis geminatis pedicellatis, hermaphrodito sessili interposito pedunculis barbatis foliis longissimis vaginisque pilosiusculis ligula obsoleta ciliata.*

Andropogon. L. sp. 1480. Sibt. fl. gr. 1. t. 67. Host. gr. a. 2. t. 1. Lam. ill. t. 840. f. 1. Apluda. Pal. B. agr. t. 23. f. 1. Chrysopogon. Trin. fundam. agr. 188. Ic. Zannichel. ist. t. 135. Barrel. ic. 18. f. 2. pessima. Scheuz. agr. t. 6. f. 1. A. B. C. a. b. c. Gramen rubens procerum usque 3pedale. radix crassa transversa fibris longissimis ramosis crassis duris luteis descendentibus usque pedalibus. Culmi caespitosi inaequales superne scabri purpurei nodis aureis infra supraque violaceis. folia elongata linearia angusta carinata retrorsum aspera pilosa pilis raris longis sparsis prope basim crebioribus. panicula ampla laxa violacea pedunculis scabris elongatis inaequalibus simplicibus vel 2fidis nutantibus semiverticillatis pedicelli florum masculorum cinguntur inferne pilis crebris longis aureis, qui etiam obducunt flores hermaphroditos. Floris masculi calycis valvae subaequales violaceae margine ciliatae exter. latiore nitida cartilaginea apice aristata arista straminea scabrida. inter. angustior mutica. cor. inclusae valvae scariosae violaceo-roseae muticae exter. retusa inter. breviore acuta angusta. Floris hermaphr. calyc. valvae violaceae cartilagineae durae exter. mutica apice 2fida naviculari pilis rectis rigidis albis aculeiformibus inferioribus brevioribus sursum versis pectinato-ciliata, multinervia, int. breviore 3nervia carinata carina superne ciliata aristata arista elongata straminea superne scabra. corollae inclusae valvae subaequales scariosae aliquando roseae exter. latiore mutica ciliata inter. angustiore et paulo breviore apice aristata arista scabra longissima flexuosa geniculata inferne contorta straminea demum refracta. rudimentum alterius corollae valva est pusilla violaceo-albida concava subfimbriata mutica. Antherae aureae. Stigmata plumosa violacea demum carnea. Semina corticata oblonga hinc sulcata. Apud nos valvae calycinae floris masculi non sunt ciliatae. exter. superne in basi aristae parce pilosa. valvae cor. margine ciliatae sunt. etiam illae floris hermaphroditi. Fl. majo, et junio etiam aest. vulgo dicitur *Tribi.* amat prata sicca non irrigua, sed rubricosa. odit aquam et solum arenosum. Vulgaris ubique in pratis declivibus calidis pascuis collium et planitiei. Suppeditat foenum omnium optimum, quo aluntur jumenta equi praesertim et boves. Si equus vel asinus vel mulus tussi vel phtisi incipiente laborat hoc foeno sanatur: quod heic vulgatissimum est. Quae hoc aluntur, pecora, facilius patiuntur laborem et fortiora sunt. vaccae tamen eo pastae exiguum lac largiuntur. Radicibus ejus conficiuntur scopulae in usum domesticum multiplicem.

## 118. HOLCHUS.

Gramina perennia, facie Avenae culmis erectis floribus paniculatis paniculis contractis.

a. *Radice nodosa vel bulbiformi: squamulae nectarii binae: flosculi omnes aristati (hermaphrodito aliquando mutico) masculus sessilis, hermaphroditus pedicellatus. Semina libera.* Arrenatherum. Pal. B.

1 avenaceus. Scop. carn. 2. 276. H. *Flosculi masculi sessilis arista dorsali geniculata calycem duplo superante, hermaphroditi subpedicellati arista brevissima vel obsoleta sub apice prodeunte flosculis omnibus basi barbatis culmi geniculis glabris vel villosis foliis linearibus elongatis supremis brevioribus margine retrorsum scabris ligula brevi truncata integra vel lacera radice nodosa vel subbulbosa.*

Avena elatior. L. sp. 117. Host. gr. a. 2. t. 49. Schreb. gr. 1. t. 1. Flor. dan. t. 165. Omnes sine bulbis radicalibus. Leers herb. t. 10. f. 4. A. bulbosa W. in nov. act. nat. cur. Ber. 2. 116. Host. gr. a. 4. t. 30. Holchus bulbosus Schrad. germ. 1. 248. Arrhenaterum bulbosum Presl. cyp. etc. sic. 29. A. avenaceum. Pal. B. agr. 55. t. 11. f. 5. A. elatius. Rohl. cum Mert. etc. germ. 1. 546. Avena precatoria. Thuil. par. ed. 2. 58. Arrh. precatorium. Dieter. ber. 88. Ic. Engl. bot. t. 813. Curtis l. c. 3. t. 21. Scheuz. agr. t. 4. f. 27. 28. Radix modo nodosa nodis 3-5 albis superimpositis, modo vaginis foliorum radicalium appressis bulbosa videtur, tunc geniculi villosi sunt. Culmi elati erecti usque 2pedales: folia plana lata viridia. Calyc. valvae inaequales inferior duplo minor 1nervia acuta nervo viridi ceterum scariosa basi pallide violacea: sup. major 3nervia ceterum similis. Flos masculus valvae calycis minori adstat, hermaphoditus minor majori qua vix longior est. Antherae breviter pedicellatae angustae aureae filamentis albis: stigmata plumosa alba. Ex sinu floris hermaphroditi prodit pedicellus elongatus albus clavatus glaber qui aliquando in flosculum perfecte masculum et omnino muticum mutatur de quo omnes auctores silent, quodque apud nos vulgare est. Aliquando omnes flores mutici sunt, aliquando masculus fert stigmata abortiva. Valva cor. exter. major concava acuta aliquando 2fida vel sub erosa 7nervia nervis viridibus marginibus apiceque scariosa basi violacea; inter. angustiore paulo breviore apice ut plurimum 2partita scariosa alba basi violaceea, 2nervia nervis marginalibus viridibus ciliatis. Fl. majo. et cum in pratis secta est, resurgit et iterum floret usque in septembrem. Vulgaris in pratis montanis pinguibus et irriguis. Semina ex Kock et Mertens corticata sunt, de quo adhuc certus non sum cum plantas semper florentes hactenus legerim.

aa. *Squamula nectarii unica: flosculus masculus pedicellatus aristatus hermaphroditus muticus sessilis. Semina induviata. Flosculi calyce breviores.*

b. *Arista inclusa demum hamata: radice fibrosa.*

2 lanatus. H. *Flosculi masculi arista demum recurvata calyce inclusa, floris masculi valva ext. nitida foliis paniculaeque ramis villosis, radice fibrosa.*

Avena lanata. Koel. gr. 303. var. *Calycibus 3floris imo mutico hermaphrodito sessili superioribus aristatis muticis pedicellatis.* Ic. Scheuz. agr. t. 4. f. 24. A. B. Leers herb. t. 7. f. 6. Host. gr. a. 1. t. 2. Schreb. gr. 1. t. 20. f. 1. Svens. bot. t. 84. Hoffm. fl. d'All. an. 1804. t. 12. f. 1. Flor. dan. t. 1181. Curtis l. c. 3. t. 28. Engl. bot. t. 1169. Herba glauca molliter villosa. Color flosculorum candidus vel roseo-violaceus nervis pulchre viridibus. Culmi usque-2pedales. Folia lata plana breviuscula: vaginae ventricosae suprema subaphylla. Ligula breviuscula truncata fissa extus pilosa. Panicula contracta in anthesi patens. Valvae calyc. inaequales obtusiusculae calloso-punctatae candidae vel roseo-violaceae altera minore 1nervia altera majore 3-nervia nervis remotis scabris marginalibus subciliatis apice obtusa 2dentata ex sinu aristulata. Flosculi basi barbati pilis paucis brevibus. Valvae cor. fl. hermaphr. subaequales exter. ovato-ventricosa nitida glabra obtusa, inter. angustiore scariosa 2nervia nervis marginalibus ciliatis. Antherae flavae. Stigmata plumosa alba. Floscnli mas. valva inter. brevior quam in hermaphrodito. Fl. aest. vulgatissima in sepibus, dumetis, et pratis.

bb. *Arista refracta exserta, radice repente.*

3 mollis. H. *Flosculi masculi arista geniculata calycem excedente floris masculi valva exteriore hirsuta foliis pubescentibus radice repente.*

Avena. Koel. gr. 301. Aira. Schreb. spic. 51. Ic. Scheuz. agr. t. 4. f. 25. Schreb. gr. 1. t. 20. f. 2. Leers. herb. t. 7. f. 7. Svens. bot. t. 198. Host. gr. a. 1. t. 3. Curt. l. c. 3. t. 19. Engl. bot. t. 1170. Valvae calyc. acutiores. Culmi humiliores. Ceterum vix differt a praecedente. In pratis siccis et pascuis etc. praesertim elatioribus. In pratis circa

*Augustam praetoriam*: in pascuis elatioribus di *Tenda*: in pratis circa *Eremum* in agro *taurin.* etc. Fl. aest.

119 PSAMMA.

ARENARIA. R. Sch. syst. 2. 845. Ps. *Gramen perenne fulvum usque 3pedale culmis caespitosis basi vaginatis vaginis aphyllis foliis duris rigidis linearibus angustis elongatis acuminato-mucronatis pungentibus glabris superne pubescentibus demum involutis panicula spicaeformi elongata calycibus acutis lana corollae brevissima, ligula longissima acuta demum 2partita seminibus oblongis glabris liberis hinc sulcatis inde convexis radice longe lateque repente.*

Arundo. L. sp. 121. Schrad. germ. t. 5. f. 2. Fl. dan. t. 917. Svens. bot. t. 138. Hook. lond. 5. t. 5. Engl. bot. t. 520. Ammophila arundinacea. Host. gr. a. 4. t. 41. A. arenaria. Link. h. ber. 1. 105. Calamagrossis arenaria. Roth. germ. 1. 34. Psamma litoralis. Pal. B. agr. 143. t. 6. f. 1. Phalaris Ammophila. Link. enum. 1. 66. Ph. maritima. Nut. gen. 1. 48. Psamma pallida. Presl. gr. etc. sic. Ic. Scheuz. agr. t. 3. f. 8. A. B. C. Bonan. panph. t. 2. Facies Phalaridis. Valvae calyc. subaequales chartaceae altera 1nervia altera 5nervia. Valvae cor. subaequales ext. 5nervia apice 2fida inter. 4nervia paulo minore apice 4dentata. Fl. vere exeunte. In litore maris prope *Uneliam*: in litore lunensi *alla Marinella*. Folia durissima ad funes et storeas conficiendas utilia sunt. radicibus suis longe lateque repentibus continet et firmat arenas.

Gramina pulcherrima plantarum familia virore suo laetificant terram: humano generi pecoribus volucribus utilissima sunt. Omnia propemodum benefica solo forte apud nos lolio temulento venenato.

120. MONTIA.

FONTANA. M. *Herba annua repens succulenta glabra pusilla pollicaris vel spithamea vix ut luxuriat semipedalis prostrata caule debili tereti dichotomo foliis subspathulatis petiolatis oppositis integerrimis venosis petiolis basi connatis pedunculis longiusculis axillaribus terminalibusque corollis albis stigmatibus superne lateraliter pubescentibus capsulis turbinatis 1locularibus seminibus nigris subrotundo-reniformibus tuberculato-scabris.*

M. minor. M. rivularis. Gmel. bad. 1. 301. 302. Ic. Vaill. par. t. 3. f. 4. Pluk. phyt. t. 7. f. 5. Michel. gen. t. 13. f. 1. 2. Flor. dan. t. 131. Engl. bot. t. 1206. Curt. l. c. 3. t. 32. Petiv. herb. t. 10. f. 12. Dillen nov. gen. plan. t. b. f. A-F. Gaertn. de fruct. t. 129. Lam. ill. t. 50. F. junto. Locis humidis et paludosis praesertim in montibus ad fontium scaturigines: in paludosis *Frossaschi*, supra *Giaveno*, circa *Garexium* etc. etiam in oryzetis.

121. TILLAEA.

MUSCOSA. T. *Verba unquicularis raro 2pollicaris annua primum virens demum rubescens caulibus teretibus nodosis ramosis articulatis inferne radicantibus prostratis foliis connatis oblongis concavis carnosis gibbis floribus axillaribus subsessilibus bracteatis calycibus ovato-lanceolatis acutis petalis candidis vel rubellis seminibus ovatis.*

Ic. Boccon. sic. t. 39. f. P. Q. R. Id. mus. t. 22. Gaertn. de fruc. 2. t. 112. Micheli gener. t. 20. fruc. ill. t. 90. f. 2. Cand. pl. gr. t. 73. Reich. cent. 2. t. 191. f. 330-32. Engl. bot. t. 116. Flores aliquando 4andri. F. hyeme et vere. In muscosis maritimis.

122. POLYCARPON.

Herbae pusillae caulibus decumbentibus foliis oppositis basi stipulatis floribus corymbosis.

a. *Floribus 3andris.* Polycarpum.

1. TETRAPHYLLUM. P. *Foliis caulinis verticellato-quaternis rameis oppositis obovatis carnosiusculis stipulis ovato-lanceolatis scariosis cuspidatis pedunculis nodosis laxe corymbosis petalis emarginatis calyce infra apicem mucronato brevioribus.*

Var. *Foliis binis.* P. diphyllum. Cavan. ic. et descript. 2. t. 151. f. 2. Ic. Zannichel. ist. t. 203. Barrel. ic. 534. Sibt. fl. gr. 2. t. 102. Engl. bot. t. 1031. Lam. ill. t. 51. Gaertn. de fruct. 2. t. 129. Krok. sil. 1. t. 32. Fl. vere. Passim locis cultis umbrosis, sepibus etc.

aa. *Floribus 5andris.* Mollia. Spr.

2. ALSINIFOLIUM. Spr. syst. 1. 795. P. *Foliis oppositis (raro quaternis) subcarnosis oblongis cauleque ramoso glabris stipulis bracteisque ovatis basi dilatatis floribus congestis corymbis fasciculatis petalis integris calyce brevioribus.*

Hagea. Bivon-Bern. manip. 3. 7. Mollia. Tenor. neap. 3. 237. Lahaya. R. Sch. syst. 5. 405. Ic. Boccon. sicul. 1. 38. f. 4. Fl. vere exeunte. In litore.

maris apud *Laigueglia* in *Ligur. occidua.*

### 123. HOLOSTEUM.

UMBELLATUM. H. *Herba humilis raro pedalis annua caulibus caespitosis inferne glabris superne longe nudis viscido-pubescentibus pilis apice gladulosis foliis radicalibus rosulatis oblongis obtusis basi attenuatis caulinis oppositis connatis sessilibus ellipticis glaucis glabris aliquando ciliatis ciliis glandulosis floribus umbellatis pedunculis subviscido-pubescentibus basi bracteatis fructiferis reflexis petalis albis vel roseis apice inciso-crenatis calyce brevioribus staminibus stylisque 3-5 capsula calycem excedente seminibus peltatis hinc convexis et sulcatis illinc concavis carinatis.*

Alsine umbellata. Cand. fr. 3. 770. Cerastium. Hook. in Curt. lond. 4. t. 57. Ic. Lam. ill. t. 51. f. 1. Krok. sil. t 31. Flor. dan. t. 12, 04. Engl. bot. t. 27. Facies Cerastii. Fl. hyeme exeunte et veris initio. Vulgare super muris et ruderibus ad meridiem versis et agris, et arvis collinis et apricis.

# CLASSIS QUARTA.

## TETRANDRIA.

### 124. GLOBULARIA.

a. *Herbaceae: perennes.*
b. *Caule folioso.*
c. *Capitulo globoso : cor. 5fidis 2/3. foliis virentibus.*

1 VULGARIS. Gl. *Caule simplicissimo foliis radicalibus rosulatis oblongo-spathulatis 3dentatis petiolatis caulinis lanceolatis integerrimis sessilibus capitulo terminali globoso involucri foliolis lanceolatis acuminatis appressis subciliatis cor. 5fidis 2/3.*

Ic. Zannichel. ist. t. 33. f. 1. Camerar. hor. t. 7. Tabern. ic. 329-30. Gaertn. de fruct. 1. t. 44. Svens. bot. t 364. Botan. mag. t. 2256. Radix fusca fusiformis. Caules caespitosi parvuli pollicares usque spithamei glabri rubidi superne nudi. Folia subcarnosa glabra supra laete virentia inferne glauca. Cor. coeruleae in umbrosis pallide violaceae vel albidae laciniis linearibus. Antherae coeruleae. Vulgaris locis declivibus collinis et montanis praesertim calcareis. Copiosa circa *Segusium* urbem, in collibus saxosis *Verbani* etc. Fl. vere et autumno.

cc. *Foliis pulverulentis: capitulo depresso : cor. 4fidis 1/3.*

2. INCANESCENS. Viv. f. ital. fragm. 1. 2. t. 3. Gl. *Caule herbaceo simplicissimo foliis radicalibus caespitosis orbiculato-spathulatis 3nerviis pulverulentis caulinis ovatis acutis involucri foliolis subulatis capitulo terminali depresso cor. 4fidis 1/3.*

Radix fusca lignosa. caules humiles glabri pulverulenti vix spithamei. folia subcarnosa scabri-da : cor. coeruleae in umbrosis albidae, antherae viridulo-purpurantes demum pallidae. Fl. vere et aut. Passim. in *Liguria or.* suspicor var. esse Gl. vulgaris.

bb. *Caule nudo.*

3. NUDI CAULIS. Gl. *Caule nudo foliis carnosis omnibus radicalibus caespitosis elongatis obverse lanceolatis acutiusculis integerrimis glabris nitidis inferne glaucis capitulo terminali globoso depresso corollis 5fidis 2/3. labio altero 2fido minimo.*

Ic. Jacq. a. 3. t. 230. Radix lignosa fusca. Caulis foliis aliquando brevior utplurimum vero longior, usque pedalis glaber superne ruber pauci-bracteatus: flores coeruleo-purpurei. Fl. aest. Vivit super montibus excelsis. *Cenisio*, alpibus *sabaudis*, di *Tenda*, *valdensium* etc.

aa. *Fruticosae.*
b. *Caule repente.*

4. CORDIFOLIA. Gl. *Caule ramosissimo procumbente stolonifero foliis fasciculatis obcordatis mucronatis longe petiolatis glabris coriaceis nitidis fusco-viridibus pedunculis subnudis capitulo terminali depresso corollis 5fidis 2/3.*

Gl. bellidifolia. Tenor neap. 3. 117. t. 109. fas. 2. Gl. nana. Lam. encicl. 2. 723. Ic. plant. gall. 1. t. 3. Duham. arb. 5. t. 41. f. 2. Gl. minima. Vill. delph. 2. 298. Gl. repens. Lam. fr. 2. 325. Ic. Lam. ill. t. 56. f. 2. Jacq. a. 3. t. 245. Planta humillima. Cor. purpureo-violaceo-coerulea. Longe lateque serpit super saxa rupium apricarum subalpinarum. summa juga non pervadit. Fl. aest.

bb. *Caule erecto.*

5. ALYPUM. Gl. *Caule erecto ramoso glabro foliis inferioribus spathulati 3dentatis superioribus lanceolatis cuspidatis vel omnibus conformibus sparsis coriaceis glabris glaucis sempervirentibus albo-punctatis involucri foliolis ciliatis capitulo globoso depresso corollis 5fidis 2/3 labio altero 2fido minimo.*

Ic. Garidel. Aix. t. 42. Nissole in accd. des scienc. 1712. t. 18. Duham.

arb. 5. t. 41. f. 1. Caulis usque 2pedalis. capituli terminales etiam laterales, tunc sessiles. flores coerulei. Fl. hyeme, et vere. In agro *nic.* et circa *Unellam* aliisque locis in *Liguria occidua*, in arvis et sylvis praesertim apricis et saxosis maritimis. Veteres botanici fruticem terribilem appellabant in quo a vero multum aberrasse nuperi observatores demonstrarunt. purgans neutiquam drasticum esse evictum est. Foliorum sennae, et rhei vim conjungere videtur. Alvum movet absque torminibus et cum amara sit purgando roborat viscera sanguini conficiendo dicata. In febribus itaque intermittentibus optimum sistit remedium melius forte et probatissimum si cum verbena officinali jungatur. In hydrope etiam valde prodesse videtur humores subducendo atque viscera roborando quorum culpa hydrops subortus est.

## 125. ASTEROCEPHALUS.

a. *Caule basi suffruticoso. Foliis indivisis.*

1 GRAMINIFOLIUS. Spr. syst. 1. 380. A. *Caule basi ramoso ramis superne longe nudis 1floris foliis lineari-lanceolatis incano-pubescentibus integerrimis, corollulis radiantibus achenio villosissimo colli foveolis oblongis pappi setis coronam extensam subintegram subaequantibus.*

Scabiosa graminifolia. L. sp. 145. Waldst. et Kitaib. pl. hung. 2. t. 188. Lind. bot. regis. t. 385. Coult. dipsac. t. 2. f. 3. Var. *Caule foliisque glabris.* Caulis vix semipedalis. involucri foliola linearia capitulo breviora villosissima, villis albis. Corona plicata multinervia nervis villosis villis fulvis. Setae fulvae. Fl. aest. in rupibus alpinis di *Cimamullera* in agr. *nov.* et inter *Ulmetto* et *Carlino* supra *Limone.*

aa. *Caule herbaceo: foliis caulinis pinnatifidis pinnatisve.*

b. *Radicalibus integerrimis.*

2 CANESCENS. Spr. 1. c. A. *Foliis radicalibus ovato-oblongis lanceolatis integerrimis pubescentibus caulinis pinnatifidis laciniis linearibus caule incano corollulis radiantibus setis fuscis coronam seminum subduplo superantibus.*

Sc. canescens. Walds. et Kit. pl. hung. t. 53. Sc. suaveolens. Desf. cat. hor. par. 110.

Asterocephalus suaveolens. Walr. sched. 51. Ic. Reich. ic. 1. f. 156. Flores odorati. non videtur differre ab A. Columbaria nisi foliis radicalibus integris quod minime sufficit ad speciem rite constituendam. In valle *Augustae Praetoriae* prope *S. Didier*. Fl. aest.

bb. *Foliis radicalibus spathulatis dentatis*

c. *Radice suffruticosa.*

3 ARGENTEUS. Spr. 1. c. A. *Foliis radicalibus spathulatis dentatis (integrisve) caulinis pinnatifidis villosiusculis laciniis linearibus integerrimis supremis simplicibus ramis elongatis pilosis corollulis radiantibus involucrum aequantibus setis fulvis coronam seminum triplo superantibas.*

Scabiosa argentea. L. sp. 145. Sibt. fl. gr. 2. t. 108. Desfont. in ann. du Mus. t. 11. t. 24. Sc. alba. Scop. delic. fas. 3. t. 16. Sc. ucranica. All. ped. 1. 141. Reich. ic. t. 316. f. 439. In sterilibus agri *dertonensis* et supra *Spigno* in prov. *aquensi.* Lusus multos hic possem enumerare cui supersedeo ne dubia et difficultates augeantur Forte est var. A. *Columbariae:* characteres enim quibus differt leves sunt.

cc. *Radice annua vel bienni.*

4. MONSPELIENSIS. Zum. A. *Caule simplici hirsuto pilis basi callosis foliis inferioribus obovato-spathulatis dentatis caulinis pinnatifidis laciniis linearibus ciliatis supremis simplicibus involucri foliolis basi dilatatis ciliatis hirsutissimis coronam subexcedentibus pappi setis basi dilatatis lanceolatis glandulosis coronam campanulatam achenio hirsutissimo duplo longiorem excedentibus.*

A. simplex. Spr. l. c. A. stellatus. ejusd. l. c. Scabiosa monspeliensis. W. sp. 1. 550. Jacq. ic. rar. 1. t. 24. Coult. dips. t. 2. f. 7. Sc. simplex. Desf. Atlan. l. t. 39. f. 1. Sc. stellata. All. ped. 1. 141. Sc. stellata g. Lin. sp. 144. Var. *Caule ramoso.* (A. stellatus.) Cor. aequales albidae vel ochroleucae grandiusculae. Achenia in collo foveolis octo magnis obovatis. Caulis humilis vix pedalis utplurimam simplex. Fl. initio veris. In agro *nic.*

bbb. *Foliis inferioribus inciso-crenatis lyratisve.*

5 COLUMBARIA. Spr. 1. c. A. *Foliis radicalibus oblongo-spatulatis inciso-crenatis sublyratisve caulinis pinnatifidis laciniis incisis linearibusque integerrimis summis lanceolato-linearibus integris glabris vel villosis pedunculis elongatis corollulis radiantibus involucro longioribus pappi setis fuscis elongatis.*

Var. *foliis caulinis 2pinnatifidis.* Sc. Gramuntia. L. syst. nat. 2. 113. Asterocephalus Gr[illegible]untius. Spreng. 1. c.

l. 383. Sc. Columnae. Tenor. neap. 1. 29. t. 7. Sc. mollis. Reich. cent. 4. 42. t. 353. f. 534. Sc. ceratophylla. Tenor. Neap. 31. t. 8. Sc. agrestis. Walds. Kit. pl. hung. 3. t. 204. Var. *setis pappi paucis*. Sc. pauciseta. Cand. fr. 4. 658. Sc. uniseta. Savi fl. pis. 1. 167. t. 2. f. h. f. Var. *caule foliisque glabris ut plurimum simplicibus*. Sc. lucida Vill. delph. 2. 293. Reich. t. 381. f. 560. Sc. stricta. Waldst. et Kitaib.p l. hung. 2. 147. t. 138. A. lucidus. Spr. l. c. Var. *involucri foliolis pinnatifidis capitulo simplici vel prolifero*, etc. Var. *pappo stipitato*. Sc. maritima L. sp. 144. apud. Ber. A. columbarius *pappum habet demum substipitatum*. Recte itaque huc traho Sc. maritimam. Sc. grandiflora. Scop. delic. etc. fas. 3. t. 14. Sc. ambigua. Tenor. neap. 3. 126. Sc arvensis. ab Ucr. hort. panorm. 68. Sc. Cupani. Guss. fl. sic. prodr. 1. 160. Sc. Saviana. Reich. hor. bot. 1. 38. t. 53. Sc. acutiflora. ejusd. t. 326. f. 506. A. acutiflorus. ejusd. germ. 2. 195. A. ambiguus. ejusd. l. c. Huc etiam Sc. atro-purpurea. L. sp. 144. Coult dips. t. 2. f. 11. Gaertner. de fruct. t. 86. Curt. bot. magaz. t. 247. A. atro-purpureus. Spr. l. c. Caulis altitudine varius, usques Spedalis aliquando humillimus. Flores variant colore mirum in modum. Vulgatissima apud nos in pratis, agrorum marginibus et aggeribus ubi occurrunt passim lusus innumeri. Fl. aestate et autumno. Atro-purpurea ex oriente allata colitur in hortis florum gratia qui pulcherrimi sunt.

aaa. *Foliis sup. pinnatifidis.*

6 MOLLISSIMUS. Spr. l. c. A. *Albo-tomentosus foliis radicalibus spathulatis crenatis superioribus 2pinnatifidis laciniis lineari-filiformibus setis elongatis radice bienni, vel perenni.*

A. pyrenaicus. Colla. h. p. p. 3. 207. Sc. mollissima. Cand. fr. 5. 490. Sc. tomentosa. Vitm. sum. 1. 285. Sc. pyrenaica. All. ped. 1. 140. t. 25. f. 2. t. 26. f. 1. Ic. Barrel. ic. 223. Jam Reich. fl. germ. 2. 195. pro var. A. columbariae habuit, nec immerito: nam A. columbaria non raro occurrit foliis sup. 2pinnatifidis, et A. mollissimus aliquando folia sup. habet simpliciter pinnatifida. Discrimen itaque unicum in tomento est, quod levissimum omnino est. In rupestribus subalpinis praesertim *Liguriae* et agri nic; *segusiani* etc. Huc etiam facit Sc. mollissima. Vivian. an. bot. 1. p. 2. 161. et A. ochroleucus *foliis radicalibus 2pinnatis foliolis linearibus caulinis pinnatifidis amplexi-caulibus corollulis radiantibus involucrum subaequantibus*, nam certum est folia radicalia indivisa esse oblonga spathulata vel lanceolata etc. Huc etiam duco A. holosericeum Spr. (Sc. holosericea Bertol. ital. 2. 48.) *Albo-tomentosus foliis radicalibus oblongis crenatis caulinis pinnatifidis laciniis lanceolatis subcrenatis corollulis radiantibus involucrum superantibus*, cum hi characteres in illos A. columbariae facile transeant.

## 126. DIPSACUS.

Herbae biennes caulibus elatis erectis aculeatis vel hispidis ramosis ramis brachiatis foliis oppositis capitulis terminalibus floribus pallide violaceis vel albidis.

a. *Capitulis globosis.*

b. *Foliis basi distinctis petiolatis.*

1. PILOSUS. D. *Involucro foliaceo reflexo capitulo breviore paleis rectis subulatis foliis petiolatis auriculatis ovatis serratis caule hirto aculeato.*

Ic. Coult. dips. t. 1. f. 4. Flor. dan. t. 1448. Engl. bot. t. 877. Curt. l. c. 3. t. 35. Iacq. a. 3. t. 248. Flores albi. antherae fusco-purpureae. Fl. aest. vulg. in sepibus et dumetis praesertim montanis.

bb. *Foliis superioribus connatis.*

2. LACINIATUS. D. *Involucro rectiusculo capitulum aequante vel superante paleis receptaculi subrecurvis foliis superioribus connatis sinuato-pinnatifidis laciniis dentatis incisisque margine spinuloso-ciliatis.*

Ic. Moris. s. 7. t. 36. f. 4. Lam. ill. t. 56. f. 2. Gaertn. de fruct. 2. t. 86. Iacq. a. 2. t. 403. Cor. albidae: antherae roseae. passim locis humidis et saxosis. Fl. aest.

aa. *Capitulis oblongis: foliis connatis.*

3. SYLVESTRIS. Mill. dict. n. 2. D. *Involucro elongato inflexo capitulo longiore paleis recepatculi rectis foliis connatis serratis acuminatissimis subdistinctis.*

Var. *Foliis aliquando integris mediis quandoque pinnatifidis.* D. fullonum a. L. sp. 140. Scop. carn. 1. 97. Ic. Flor. dan. t. 965. Iacq. a. t. 402. Engl. bot. t. 1032. Curt. l. c. 3. t. 34. Fl. violacei antheris coeruleis. Vulgaris in sepibus et dumetis ad vias in ruderibus et maceriis praesertim circa domos. Fl. aest.

4. FULLONUM. Mill. dict. n. 1. D. *Involucro elongato reflexo capitulo breviore paleis receptaculi recurvis hamatisve foliis connato-perfoliatis inaequaliter dentatis obtusiusculis.*

D. fullonum. b. L. sp. 140. Ic. Coult. dips. t. 1. f. 2. Engl. bot. t. 2080. Plenk. ic. 1. t. 50. Flores rosei extus villosi. Apud nos colitur sed raro. Ilius capitulis siccis utuntur fullones ad lanam carminandam.

127. SCABIOSA.

a. *Corollulis radiantibus: radice fibrosa.*

b. *Annua.*

1. INTEGRIFOLIA. Sc. *Foliis inferioribus ovatis serratis vel lyratis superioribus subdentatis ciliatis vel pinnatifidis cauleque pubescente vel glabriusculo.*

Trichera. Schrad. cat. gott. 1814. Knautia Coult. dips. 30. Sc. hybrida. All. auct. 9. var. *caule foliisque caulinis lyratis vel pinnatifidis glabriusculis.* Knautia hibrida. Coult. dips. 30. Ic. Lob. ic. 536. J. Bah. h. 3. lib. 25. p. 3. Savi. fl. pis. 1. t. 2. f. 1 a. Flores rosei extus villosi. Fl. aest. in agro *nic.*

bb. *Perenni*

2. ARVENSIS. Sc. *Foliis inferioribus simplicibus ovato-lanceolatis dentatis incisisve vel integris superioribus pinnatifidis incisisque caule retrorsum piloso.*

Knautia a. Coult. dips. 29. t. 1. f. 13. Trichera. Schrad. 1. c. Sc. collina. Cand. fr. 5. 487. var. *fol. omnibus simplicibus.* Ic Boccon. mus. t. 6. Zanon. ist. t. 150. planta acaulis. Lob. ic. 536. Fuchs. hist. 716. J. Bah. hist. 3. 1. 25. 2. Fl. dan. t. 447. Plenck. ic. 1. t. 52. Svens. bot. t. 322. Engl. bot. t. 659. Curt. 1. c. 3. t. 37. Caulis aliquando humilis plerumque elatus usque 2pedalis. folia raro glabra. flores rubentes vel rosei. Fl. aest. et autumno. Vulgaris in pratis arvis etc. Veteres adhibebant in catharro chronico et phtisi, et empyemate, vel in impetiginibus et scabie: etiam syphylide. nunc exsolevit. forte immerito. experimenta renovanda sunt. Quum summi viri J. Bauhinus, Rivinus, Boheraavius etc. actuosam declaraverunt, esse non potest ut nulla virtute fruatur.

3. SYLVATICA. Sc. *Foliis omnibus indivisis oblongis inferioribus serratis caule hispido radice praemorsa.*

Knautia. Duby bot. gal. 1. 257. Trichera. Schrad. 1. c. Ic. Lob. ic. 508. J. Bah. 1. c. 9. Clus. pan. 539. Iacq. a. 4. t. 362. et obs. 3. t. 72. Fl. aest. et aut. Vulgaris in collinis montanis subalpinis locis sylvaticis sepibus, dumetis etc. flores rubentes vel rosei extus pilosi.

aa. *Corollulis aequalibus, radice repente.*

4. AUSTRALIS. Wulf. in Roem. arch. 3. 216. Sc. *Foliis lanceolatis subintegerrimis imis petiolatis superioribus linearibus sessilibus cauleque glabris.*

Succisa. Reic. germ. 2. 196. Sc. repens. Brign. fas. pl. forojul. Ic. Coult.. dips. t. 2. f. 18. Triumfetti observ. 76. Caulis usque 2cubitalis. flores coerulei extus villosi. Fl. aest. In oryzetis.

128. SUCCISA.

a. *Foliis indivisis.*

1. PRATENSIS. Moench. meth. 489. S *Foliis inferioribus ovatis caulinis angustatis paucis subintegerrimis pubescentibus radice praemorsa.*

Var. *glabra.* Scabiosa glabrata. Re. ap. alt. in mem. dell'ac. di Tor. 31. 193. Ic. Columu. phyt. 37. Zannich.-ist. t. 29. f. 2. Fl. dan. t. 279. Plenck. ic. 1. t. 51. Svens bot. t. 422. Engl bot. t. 878. Curt. 1. c. 3. t. 36. Herba perennis. caulis usque 3pedalis subnudus pauciramosus. flores pallide coerulei extus villosi. paleae apice ciliatae. pappus scutellaeformis 5setus setis fuscis divaricatis achenii hirsuti coronam excedentibus. Fl. aest. et aut. Vulgatissima in pratis nostris etiam siccis. frequens similibus locis collinis et montanis. Virtus illi eadem ac Scabiosae arvensis. Herba colorem viridem largitur tinctoribus.

aa. *Foliis pinnatifidis; radice annua.*

2. TRANSYLVANICA. Spr. 1. c. S. *Foliis radicalibus simplicibus caulinis pinnatifidis hirsutis ciliatis laciniis lanceolatis serratis pedunculis elongatis paleis receptaculi cuspidato-aristatis corollis radiantibus pappo ciliato.*

Scabiosa. L. sp. 141. Reich. t. 121. f. 234. All. fl. ped. t. 48. Iacq. h. vind. t. 111. Succisa pentaphylla Moench. meth. 488. Ic. Mor. s. 6. t. 13. f. 13.

Herba hirsuta aliquando tamen glabra. Caulis 1-2 cubitalis ramosus ramis brachiatis, folia subcoriacea radicalia ovata vel sublyrata, suprema aliquando indivisa. cor. pallide violaceae vel albidae extus villosae. Achenium oblongum hirsutum. Var. capitulis proliferis. Fl. aest. Vulgaris in collibus *taurin. astens* et *Montisferrati,* et *segus.* in planitie agri *taur.* : in *Liguria orient.* circa *Sarzanam* etc.

aaa. *Foliis pinnatis : radice perenni.*

3. ALPINA. Spr. 1. c. 378. S. *Foliis radicalibus ellipticis lanceolatis cau-*

*linisque decursive pinnatis glabriusculis inaequaliter serratis caule villoso-sericeo capitulis globosis cernuis corollulis aequalibus paleis villosis acutis nigrescentibus.*

Scabiosa. L. sp. 141. Gaertn. fruct. 3. t. 80. Cephalaria. Schrad catal. sem. etc. citat. Coult. dips. t. 1. f. 5. Lapicephalus alpinus. Lagas. gen. etc. 8. Ic. Moris. s. 6. t. 13. f. 10. Besl. hor. eyst. t. 122. f. 1. Lobel. ic. 537. f. 2. Caulis usque 2pedalis demum fistulosus. cor. luteae. Fl. aest. in collibus editioribus *Verbani*, et pascuis *del Margozzolo* in agr. *nov.* in valle *di Pesio*, et *la Briga* prope *Demonte* loco dicto *il Zornale.*

4. LEUCANTHA. Moench-meth. 489. S. *Foliis radicalibus ovatis serratis caulinis pinnatifidis pinnatisque glabriusculis foliolis laciniisque linearibus serratis incisisve ramis patulis capitulis globosis erectis corollis subaequalibus paleis receptaculi obtusis achenii margine denticulato - lacero pappo dense ciliato.*

Scabiosa. L. sp. 142. Gaertn. fruct. 2. t. 86. Reich. cent. 4. t. 350. f. 537. Vivian. fl. ital. frag. 1. t. 17. Sc. albescens. W. Cephalaria. Schrad. catal. cit. Coult. dips. t. 1. f. 9. Sc. Trenta. Hacq. pl alp. carn. 13. t. 1. 4. f. 1. Lepicephalus leucanthus. Lagas. gen. etc. 7. L. leucanthemus. ejusd. l. c. Ic. Lob. t. 538. f. 2. Dalech. lugd. 1110. Clus. his. 1. 4. — Var. *Foliis omnibus simplicibus ovatis* est Sc. mediterranea. Viv. append. ad fl. cors. 1. Herba ut plurimum glabra raro hirsuta humilis, in pinguibus tamen usque 2-cubitalis. folia crassa dura. cor. albae extus hirsutae, antherae albae. pappus viridis dense ciliatus hirtus. Fl. aest. In collibus aridis siccis et declivibus agri *nic. astens. Montisferrati*: circa *Rivoli.* apud *Genuam*, et in omni *Liguria* orient.

## 129. RUBIA.

Herbae perennes caulibus prostratis tetragonis angulis retrorsum aculeato-scabris ramosis foliis verticillatis 4-6 ovato-oblongis ellipticis vel lanceolatis vel obovatis floribus luteolis paniculatis paniculis terminalibus vel axillaribus trichotomis fructu nigro radice repente rubra.

a. *Caule herbaceo foliis deciduis.*

1. TINCTORUM. R. *Foliis deciduis corollae laciniis lanceolatis apice calloso-acutis.*

Ic. Arduin. mem. t. 7. 8. Sibt. fl. gr. t. 141. Mill. dict t. 1. Fl. med. t. 177. Floret vere exeunte. Vulgaris in aridis et rupestribus atque ad muros agri *nic.* et *Uneliae*: in sepibus circa *Novariam* etc. etiam in agro *taur.* prope *Eremum* et il *Parco.* Golitur ob colorem pulchre rubrum quem radix suppeditat. Usus ejus in rachitide obsolevit quum ingesta ossa quidem animalium rubro colore inficiat morbum vero non avertat.

aa. *Caule suffruticoso: foliis perennantibus.*

2. PEREGRINA. R. *Foliis perennantibus laciniis corollae acuminato-aristatis.*

R. Bocconi. Petagn. inst. bot. 2. 255. Ten neap. 1. t. 10. R. lucida. Sav. pis. 1. 178. R. splendens. Ten. syll. 70. R. augustifolia. L. mant. 1. 39. R. lucida. Sibt. fl. gr. 1. 142. Ic. Arduin. l. c. t. 9. Zannich. ist. t. 120. Boccon. mus. t. 75. Barrel. ic. 547. Zanon. ist. t. 67. Engl. bot. t. 851. Fl. vere. Vulgaris in sepibus agr. *nic.* et *Ligur.* Fort. est. var. praecedentis.

## 130. GALIUM.

a. *Fructus glabri.*

b. *Folia quaterna.*

c. *Flores polygami lutei.*

d. *Radix perennis repens.*

1. CRUCIATUM. Smith. fl. brit. 1. 99. G. *Foliis elliptico-oblongis subtrinerviis hirsutiusculis ciliatis pedunculis axlliaribus diphyllis cymosis folio brevioribus caule flaccido simpliciusculo piloso.*

G. Cruciata. Scop. carn. 1. 100. Valantia L. sp. 1491. Ic. Engl. bot. t. 143. Fl. med. t. 139. Caulis humilis raro 2pedalis et ultra, tetragonus. cor. 3-4-5fidae plures masculae. Fl. vere. Vulgare in sepibus et dumetis.

2. VERNUM. Hall. helv. n. 720. Scop. car. 1. 99. t. 2. G. *Foliis ovalibus 3-nerviis glabris subciliatis rigidiusculis pedunculis dichotomis aphyllis axillaribus folium aequantibus caule flaccido hirsutiusculo.*

G. Bahuini. R Sch. syst. 3. 218. G. Halleri. id. 1. c. G. Scopolianum. Sch. mant. 3. 159. Valantia glabra. L. sp. 1491. Waldst. et Kit. hung. 8. 32. Simile priori sed minus. folia aliquando pubescentia. Fl. vere. Passim in sepibus et dumetis montanis et umbrosis.

dd. *Radix annua.*

3. PEDEMONTANUM. All. auct. 2. G. *Foliis oblongis basi 3nerviis cauleque gracili flaccido simplici hispidis pedunculis axillaribus pilosis aphyllis simplicibus fructiferis reflexis.*

G. retrorsum. Cand. prodr. 4. 605.

Valantia pedemontana. Bellardi oss. 61. Mem. ac. Taur. 5. t. 7. Wald. et Kit. hung. l. t. 33. facies priorum. pedunculi aliquando multiflori. Fl. vere. variis locis in patria vivit. in sepibus locis collinis in agr. *taur*. etiam circa urbem ; in vineis di *Borgomasino*, in sepibus *di Moncrivello* etc.

cc. *Flores hermaphroditi albi : radix repens.*

4. PALUSTRE. G. *Foliis subspathulatis oblongis inaequalibus caule flaccido diffuso 4gono superne ramoso paniculis terminalibus dichotomo-corymbosis laciniis cor. muticis fructibus globoso-didymis.*

Var. *Foliis augustioribus usque senis* est G. Witheringii Smith. brit. 1. 200. Engl. bot. t. 2206. Ic. Flor. dan. t. 423. Hook. lond. 4. t. 16. Engl. bot. t. 1857. Herba glauca. Caulis usque 4pedalis. folia suprema bina. Fl. vere exeunte. Habitat loca humida, et palustria inter juncos etc. passim.

bb. *Folia sena.*

c. *Flores albi.*

d. *Radix perennis repens.*

5. ULIGINOSUM. G. *Foliis rigidis lanceolatis albo-cuspidatis margine cauleque 4gono flaccido ramosissimo diffuso scaberrimis pedunculis sub 3-fidis corollis acutis muticis fructu ovoideo-didymo majoribus.*

Ic. Hook. l. c. 4. t. 17. Engl. bot. t. 1972. Caulis etiam 2pedalis. paniculae terminales basi bracteatae. Fl. vere exeunte. Vivit locis humidis et arenosis secus ripas amnium et fluminum, *Padi*, *Duriae* etc. Vulgare in agro *nic*. et provincia *maurianensi*.

dd. *Radix perennis fibrosa.*

6. PUSILLUM. G. *Caulibus 4gonis caespitosis ramosis foliisque obverse lineari-lanceolatis vel lineari-setaceis senis octonisve suberectis laevibus pedunculis subumbellatis paucifloris inferne bracteatis corollae laciniis oblongis acutis muticis 3nerviis fructibus ovoideo-didymis.*

G. pumilum, Lam. en. 2. 280. ill. t. 60. f. 2. G. trichophyllum. All. auct. 1. G. Bocconi. ejus. ped. 1. 6. G. Jussiuevi. Vill. del 2. 323. t. 7. G. austriacum Jacq. a. 1. 51. t. 80. G. sylvestre. Poll. pal. 1. 154. Schrad. spic. fl. germ. 1. 13. G. laeve. Cand. fr. 4. 256. G. scabrum. Jacq. a. t. 422. G. montanum. Vill. del. 2. 317. t. 7. Ic. Fl. dan. t. 1866. Engl. bot. t. 74. Bocc. mus. t. 101. Juss. in acad. des Scienc. 1714. t. 15. f. infer. Radixrubra aliquando repens. Caules quandoque basi radicantes spithamei raro cum luxuriat, pedales. folia margine incrassata subrevoluta, magnitudine varia aliquando aspera, aliquando subcarnosa. (G. baldense. R. Sch. syst. 3. 228.). Stirps admodum ludibunda. Fl. vere Vulgare in saxosis et alpinis.

7 PYRENAICUM Gouan. ill. 5. t. l. f. 4. G. *Caule diffuso flaccido sulcato foliis linearisetace is suberectis basi tumidis nitidis aristatis luteolis floribus axillaribus solitariis subsessilibus corollis muticis fructibus globoso-didymis.*

Ic. Sib. flor. gr. t. 131. Radix rubra. Herba glabra vix 3uncialis. folia floribus longiora subtus convexiuscula marginibus subrevolutis. Cor. laciniae 3nerviae. fructus demum nigri rugosi. Leg. in valle di *Grassoney* supra *Algabi* versus boream summis jugis.

cc. *Flores rubri.*

8 RUBRUM. G. *Foliis linearibus elongatis inferioribus obovatis suboctonis cuspidatis patentissimis margine caulisque 4goni diffusi ramosissimi flaccidi angulis scabris panicula capillari divaricata trichotoma subsecunda ramosissima inferne bracteata corollae laciniis longe aristatis fructu ovoideo-didymo demum rugoso atro radice herbacea repente.*

G. purpureum. All. ped. 1. 5. Var. etiam floribus albis. G. mucronatum. Cand. fr. 4. 258. G. tenuifolium. All. ped. 1. 6. G. obliquum. Vill. delph. 2. 320. t. 8. G. Morisii. Spr. syst. cur. post. 338. Ic Moris. s. 9. t. 22. f. 3. Nocc. et Balb. fl. tic. 1. t. 4. Caulis usque humanae altitudinis in oris sylvarum sepibus et dumetis ramis implicatus. Cor parvae laciniis 3nerviis. Fl. aest. Vulgare apud nos in sepibus dumetis et sylvis caeduis praesertim *Castellengi* et *Bennae*, etc. Herba pulcherrima. Flores carneorubri.

9 PURPUREUM. G. *Foliis linearibus angustissimis cuspidatis conformibus, pedunculis subunifloris cernuis subsecundis axillaribus terminalibusque medio bibracteatis caule tetragono erecto basi suffruticoso ramoso ramis brevibus cernuis subsecundis cor. laciniis 3nerviis muticis fructibus ovoideo-didymis rugulosis demum atro-ferrugineis radice lignosa.*

G. rubrum. All. ped. 1. 5. Ic. Nocc. et Balb. fl. tic. 1. t. 3. Herba speciosa. Caules vix pedales ramosissimi. Cor. atro-purpurae. Vulgare in collibus aridis argillosis locis apricis calidioribus ad meridiem versis praesertim varils locis in *Liguria*, in sylvis collium *taur*. etiam apud nos in collibus *Valdengi*, *Cerretti*, *Cossati*, etc.

bbb. *Folia octona.*

c. *Radix fibrosa perennis lignosa rubra. Flores albi.*

10 SYLVATICUM. G. *Foliis oblongo-lanceolatis glabris subtus margineque scabris floralibus binis paniculae terminalis inferne bracteatae pedunculis capillaribus divaricatis caule obtusangulo superne ramoso laevi cor. laciniis 3nerviis mucronatis fructibus ovoideo-didymis.*

G. laevigatum. L. sp. 157. G. aristatum. G. linifolium. ej. sp. 155. Cand. fr. 4. 252. G. Schultesii Vest. G. aristatum. Reich. excurs. 209. Ic. Barrel. ic. 356. Boccon mus. t. 75. ex Barrel. Caulis erectus 2-3 pedalis glaucus articulis tumidis. Apud Spreng. confusio specierum hujus generis mira est. Haec species fl. vere. et vulgaris in sepibus et dumetis atque oris sylvarum praesertim locis montanis. Quae apud nos vivit species omnino transitum probat inter G. sylvaticum, et G. aristatum L. Caulis totus exquisite 4gonus lateribus excavatis glaber minime glaucus. Folia etiam ima 6-7. subtus laete viridia neque glauca neque scabra, margine dense ciliato-aculeata aculeis luteolis sursum versis. Cor. laciniae neutiquam 3nerviae elongatae ovato - aristatae. Fructus ovoideo-didymi subreniformes laeves sub vitro rugosuli, primum rosei demum ferruginei, panicula 3chotoma ramis tenuibus. Ic. Barrel. habitum plantae quidem refert corollas vero male pingit.

cc. *Radix repens rubra.*

d. *Flores albi.*

11 ERECTUM. Husds. angl. 66. G. *Foliis oblongo-linearibus acutis margine antrorsum aculeatis nitidis rigidis cuspidatis caulibus caespitosis ramosis diffusis vel ascendentibus glabriusculis tetragonis floribus paniculatis paniculis inferne bracteatis corollae laciniis acutis breviaristatis fructibus ovoideo-didymis.*

Var. *Foliis linearibus tenuissimis floribus albis vel carneis.* G. lucidum All. ped. 1. 5. t. 77. f. 2. G. cinereum ejus. l. c. t. 77. f. 4. Engl. bot. t. 2785. G. rigidum. Vill. delp. 2. 319. G. aristatum. All. ped. 1. 7. G. austriacum. ej. auct. 2. G. provinciale Lam. Ic. Boc. mus 116. Engl. bot. t 2067. Herba ut plurimum glabriuscula nitens subinde glauca plerumque humilis aliquando tamen usque 2pedalis. Folia aliquando etiam quaterna. Cor. exiguae suaveolentes. Folia lineari - lanceolata, panicula dichotoma. Fructus globoso-didymi violacei demum ferruginei. Antherae luteae demum obscure violaceae. Caulis erectiusculus glaber. Talem legi Aug. in collibus *Saluzzolae.* Fl. vere. vulgare in collibus aridis et calidis: *Liguriae*, agri *nic.* et passim similibus locis in *Pedemontio.*

12. MOLLUGO G. *Foliis obtusiusculis mucronatis margine scabris patentibus paniculae ramis capillaribus abbreviatis divaricatis basi bracteatis caule 4gono flaccido corollae laciniis 3nerviis brevi-aristatis fructibus ovoideo-didymis.*

G. tyrolense. W. enum. 1. 238. G. insubricum. Reich. excurs. 2. 209. G. elatum. Thuill. par. 76. Ic. Zannic. ist. t. 195. Clus. hist. 1. 5. 176. J. Bah. his. 3. 716. Engl. bot. t. 1673. Bull. herb. t. 283. Plenck. t. 55. Svens. bot. t. 357. Fl. dan. t. 455. Caulis ramosissimus longitudine varius etiam 4pedalis geniculatus geniculis incrassatis. Folia punctata, inf. 4-6. obovato-spathulata, suprema bina, fructus nigri. Fl. vere. exeunte. Vulgare in sepibus et dumetis praesertim umbrosis

Quae apud nos vivit in dumetis et sepibus stirps etiam orgyalis fit: paniculae etiam cubitales ramosae ramis patulis. pedicelli verticillati patuli trichotomi breves inequales in divisionibus bibracteati. Tota glaberrima. folia lucida margine aculeato-ciliata aculeis luteolis sursum versis. Caulis ramique exquisite 4goni augulis subalatis lateribus excavatis, in panicula contorti. Stylus profonde 2fidus ramis inaequalibus albis: filamenta alba. Antherae globosae primum rubro-violaceae demum coeruleae. Fructus primum rosei demum nigri sub vitro rugulosi globoso-didymi. occurrunt corollae 5 vel 6fidae et tunc stamina sunt 5 vel 6. Laciniae cor. neutiquam 3nerviae: sunt contra marginatae, et longiuscule aristatae. Folia nequaquam punctata.

dd. *Flores lutei.*

13. VERUM. G. *Foliis lineari-setaceis sulcatis integerrimis scabris margine revolutis panicula ramosissima terminali densiflora cor. laciniis muticis fructibus globoso-didymis caule erecto firmo stante stricto inferne teretiusculo.*

G. tuberculatum. Presl. del. prag. 120. G. caucasicum. Lag. Ic. Sab. h. r. 1. t. 81. Zannich. ist. t. 110. f. 1. Fl. dan. t. 1146. Svens. bot. t. 165. Plenck. ic. t. 54. Alber. fl. med. t. 280. Curt. lond. 1. t. 15. Engl. bot. 660. Savi mat. med. t. 35. Herba etiam 2pedalis ut plurimum glabra, foliis nitidis flo-

ribus suaveolentibus fructibus nigris. Vulgaris in pratis exsuccis pascuis collinis et montanis. Herba acida est. Lac vero neutiquam coagulare contra veterum sententiam recentiora experimenta probarunt. Lanam tamen luteo colore inficere certum est. Radix comesta ossa rubro colore tingit ut Rubia: Ceterum in nervorum distensionibus praesertim in epilepsia multum valere non pauci scripserunt et ego repetitis experimentis comperi. Vidi in homine delicato cui omnia fere remedia noxam inferebant Galium in pulvere cum pauxillo Valerianae epilepsiam omnino sustulisse. Tunc alvum suaviter laxat perspirationem auget, et vim Valerianae irritantem compescit. Pilulas ex extracto ejus cum pauxillo extracti opii gummosi simul adhibui admirando plane eventu, cum aptissima remedia morbum antea valdopere auxissent. In gravissimis itaque nervorum distensionibus praecipue in epilepsia cum alia remedia desciscunt ad Galium confugiendum est. Adhibenda est herba cum floribus pulverata et recens in pilulas redacta cum extracto ejus et pauco extracto opii gum. et Valeriana: quodsi opium et Valeriana ferri non possunt abstinendum iis est. G. Mollaginem virtute huic accedere scriptum est: quod forte verum est.

aa. *Fructus scabri granulati : flores albi.*

b. *Radix annua.*

14. SACCARATUM. All. ped. 1. 9. G. *Foliis 6-8 obverse lanceolato-linearibus acutis antrorsum aculeatis pedunculis axillaribus 3floris medio hermaphrodito lateralibus masculis fructibus globoso-didymis pyramidato-verrucosis cernuis caule caespitoso prostrato 4gono.*

G. verrucosum. Smith. br. 204. Engl. bot. t. 2173. Sibt. fl. gr. t. 133. Valantia Aparine. L. sp. 1491. Ic. Vaill. paris. t. 4. f. 3. 6. fructus. Herba humilis raro pedalis cor. laciniae 3-fidae acutae muticae. fructus demum ferruginei. Fl. vere. In collibus *Ligur.* agri *nic.* et *taurin.*

15. TRICORNE. Smit. br. 1. 205. G. *Foliis lanceolatis mucronato-cuspidatis margine cauleque retrorsum aculeato pedunculis bracteatis axillaribus 3-floris flore medio hermaphrodito lateralibus masculis fructibus grandibus granulatis globoso didymis demum cernuis caulibus caespitosis flaccidis prostratis tetragonis simplicibus vel inferne ramosis ramis alternis.*

G. spurium. Huds. Balb. taur. 28. Valantia Aparine. Pers. ench. 1. 129. V. spuria. ejus. l. c. V. tricornis. Ruching. fl. ven. 248. Ic. Vaill. par. t. 4. f. 3. aa. Bonan. panph. t. 18. Engl. bot. t. 1641. Mihi videtur. var. prioris: fructus demum nigri. Fl. vere. In sepibus.

bb. *Radix perennis repens : flores lutei.*

16. MEGALOSPERMUM. All. l. c. t. 79. f. 4. G. *Foliis senis semiteretibus vel subellipticis carnosis mucronatis margine asperis pedunculis geminatis axillaribus terminalibusque cor. laciniis oblongis muticis fructibus magnis rugosis ovoideo-didymis caule caespitoso glabro 4gono ramosissimo prostrato vel suberecto.*

Flores odorati. planta humilis. Fl. aest. in monte *Cenisio.*

bbb. *Radix perennis fibrosa: flores albi.*

17. SAXATILE. G. *Foliis spathulato-oblongis mucronatis margine scabris nitidis patentibus imis quaternis latioribus superioribus octonis caulibus prostratis vel adscendentibus caespitosis 4gonis ramosis ramis alternis paniculis terminalibus axillaribusque corollae laciniis 3nerviis muticis fructibus exiguis globoso-didymis.*

G. rupicola. Bert. ital. 2. 108. mea sententia est var. *minor paniculis simplicioribus fructibus glabris herba sicca flavo-virente,* qui characteres laeves omnino sunt et forte fallaces. ultimus praesertim, nam si herba lecta est locis pinguibus et vere vel aestate cum vasa multo succo turgent et vita magna est probabili conjectura siccando nigrescit. Si vero lecta est locis exsuccis calidis et macris et sero autumno siccando laete virebit, quod de omnibus prope berbis commune, crassis, liliaceis et orchideis etc. exceptis. Huc itaque traho G. hercynicum. Weig. obs. 25. quod ex Cand. fr. 4. 261. fructus glabros habet et G. helveticum. Weig. l. c. 24. Ic. Juss. ac. par. 1714. t. 15. f. 1. formae vulgaris G. saxatilis. Ic. Fl. dan. t. 1633. Engl. bot. t. 815. Caulis ut plurimum humilis aliquando tamen in pinguibus usque pedalis et ultra. Fl. aest. In montibus elatis, monte *Cenisio,* circa *Alagna,* in alpibus *di Grassoney* etc.

aaa. *Fructus hispidi villosi pilosi.*

b. *Folia quaterna: radix repens.*

d. *Rubra. flores albi.*

18. BOREALE. G. *Foliis oblongo-lanceolatis inaequalibus margine carinaque scabris panicula laxa basi bracteata cor. laciniis 3nerviis muticis fructibus ovoideo-didymis caulibus erectis*

*strictis 4gonis angulis scabris ramosis ramis brevibus.*

Ic. J. Bah. his. 3. 716. Fl. dan. t. 1024. Svens. bot. t. 122. Engl. bot. t. 105. Caulis usque 3pedalis. folia suprema bina. fructus aliquando granulati glabri aliquando pilosi pilis hamatis. Fl. aest. in sepibus, dumetis, et oris sylvarum montium, vallium, et alpium. etc. Apud *Tendam* in herbidis ad metallifodinam : circa *thermas Vinadii*: in montibus circa *S. Stefano* in valle *Burdoneche* : in valle *Augustae Praetoriae* supra *Bessan* etc.

19. ROTUNDIFOLIUM. G. *Foliis glabris vel hispidis subrotundo-ovalibus 3nerviis rigide ciliatis pedunculis terminalibus 2-3fidis basi bracteatis cor. laciniis muticis 3nerviis fructibus globoso-didymis uncinato-setosis.*

Ic. Barrel. 323. 324. Boccon. sicul. t. 6. f. 1. Moris. s. 9. t. 21. f. 4. 5. Jacq. a. t. 94. Krok. sil. 1. t. 42. Caules caespitosi plerumque humiles, usque tamen pedales villosi. Fl. vere et aest. Passim in sylvis montanis, etiam summis montibus.

dd. *Albida. flores purpurei.*

19. MARITIMUM. G. *Caule 4gono prostrato foliisque oblongo-lanceolatis imis 4-6. superioribus senis villosissimis corymbis numerosissimis paucifloris abbreviatis cor. extus villosae laciniis subaristatis fructibus ovoideo-didymis villosis.*

G. villosum. Lam. en. 2. 583. Ic. Barr. ic. 81. mala. Boccon. mus. t. 86. Similis. Caulis debilis inferne radicans ramosissimus Fl. vere. circa *Niceam.*

bb. *Folia sena. radix annua.*

c. *Flores purpurescentes vel flavicantes.*

20. PARISIENSE. G. *Foliis lineari-lanceolatis cuspidatis imis quaternis obovatis antrorsum aculeatis abbreviatis caulibus strictis caespitosis erectis 4gonis ramosissimis diffusis subaculeatis paniculis axillaribus terminalibusque trichotomis cymosis inferne bracteatis corollis minutis laciniis muticis fructibus ovoideo-didymis setis brevissimis uncinatis hirtis.*

G. spurium. All. ped. 1. 5. G. litigiosum. Cand. fr. 4. 263. Ic. plantar. rar. t. 26. G. microspermum. Dest. atl. 1130. —Var. *fructibus nudis granulatis.* G. anglicum. Huds. ang. 79. Eng. bot. t. 384. G. divaricatum. Lam. en. 2. 581. Ic. plan. Gall. rar. 1. t. 24. G. tenue Vill. del. 2. 322. t. 7. G. parvifolium R. Sch. syst. 2. 246. Ic. Ray. syn. t. 9. f. 1. Caulis plerumque humilis non raro tamen pedalis et ultra. Fl. vere et aest. variis locis in *Pedem.* et *Ligur.* circa *Albam* secus *Tanarum.* in agro *taur.* etiam circa urbem, in arvis prope *il Valentino.*

cc. *Flores luteoli*

21. MURALE. All. ped. 1. 8. t. 77. f. 1. G. *Foliis linearibus asperis imis quaternis obovatis supremis binis oppositis pedunculis verticillatis extraxillaribus abbreviatis subunifloris demum reflexis corollae rotatae cyataeformis laciniis muticis fructibus oblongis hispidis apice barbatis demum semicylindricis incanis caule prostrato.*

G. minimum. R. Sch. syst. 3. 262. Sherardia muralis. L. sp. 149. Sibt. Fl. gr. t. 115. Valantia filiformis. Tenor. neap. 3. 143. Aparine minima. All. st. nic. 4. Ic. Buxb. cent. 2. t. 30. f. 2. Fl. vere et autumno. In agr. *nic.* rupibus mari proximis : *Sarzanae*, in muris vetustis: in colle di *Sarzanello* sub aedibus *Ivani.* et in monte di *Montignoso* : in *Ligur. occid. a Pegli* : in summis rupibus di *Fariolo* ad graniti rubri fodinas in agr. *nov.* invenit Biroli si cum alia specie non commutavit.

bbb. *Folia octona: radix annua: flores albi.*

22. APARINE. G. *Foliis obverse lanceolato-linearibus cuspidatis spinulis marginalibus supremis sursum reliquis retrorsum versis pedunculis sub 3floris cor. laciniis muticis fructibus globoso didymis setis uncinatis hispidis vel glabris granulatis caule flaccido prostrato scaberrimo ramosissimo.*

Ic. Sab. h. r. 1. t. 78. Fl. dan. t. 495. Bull. herb. t. 315. Plenck. ic. t. 56. Engl. bot. t. 816. Curt. l. c. 2. t. 17. Vulgare in sepibus umbrosis et pinguibus. etiam orgyalis fit. Fl. vere, et aest. Amara est et subacris. Aparinem axungia exceptam strumas discutere, et succum expressum cum vino auxiliari illis, qui viperis et phalangiis demorsi sint: etiam valere in dolore aurium succum iis infusum scripsit Dioscorides (mat. med. lib. 3. cap. 94. t. 1. 443. 444. ed Spreng.) In scrophulis utilem declaraverunt Gaspari (osserv. stor. med. etc. 1731. 17. sq.) et Gardanius (Gazet. de santé. 1777.) quibus contradicit Cullenius (Treat. of. mat. med. 2. 37.) qui nullam opem attulisse scribit. In intumescentia glandularum colli mammarum et testiculorum efficacem vidit Gaspari (lib. c. 20.) In rachitide Robertus, et Glissonius: in hydrope Majernius (prax. med. 1. 390.) Rajus in

obstructione splenis. in scorbut o Edwardus (Treatise on the Goose grass. etc.) (et medic. and philos. com. 5. 326 sq.) valde profuisse memoriae prodiderunt. item in cancro, et morbis acutis (Bibl. med. fev. 1815.). ulcera sanare Wilemet (mat. med. ind. 143) Visitaque est illi non laevis. ideoque stirps novis experimentis tentanda ut pateat quantum valeat, et quibus morbis sit adhibenda. Conf. Richter mater. med. 2. 342. 343. (Mil. 1833.) qui testimonia recentiorum medicorum de efficacia ejus praesertim in scrophulis addit.

## 131. ASPERULA.

a. *Foliis subquaternis.*

b. *Fructus tuberculati: radix lignosa.*

1. CYNANCICHA. A. *Foliis imis ovatis superioribus linearibus inaequalibus margine revolutis nitidis, mediis subsenis summis binis, mucronatis glabris caulibus caespitosis flaccidis herbaceis floribus congestis corollis 4fidis laciniis mucronatis tubo gracili.*

A. tinctoria. Ten. neap. 1. 36. excl. syn. A. flaccida. Id. ap. 4. 8. Fl. neap. f. 3. t. 110. A. nitens. Guss. pl. rar. 70 t. 13. f. 2. A. scabra. Presl. del. prag. 124. A. aristata. Jan. elen. 2. n. 8. A. aristata b. flaccida. Cand. fr. 4. 583. A. longiflora. W. et Kit. hung. t. 150. Ic. Column. ecphr. 1. 197. Bonan. panph. t. 154. Zannich. Ist. t. 81. Engl. bot. t. 33. Caules praesertim. in aridis arenosis prostrati 4goni geniculati, geniculis incrassatis, ramosi, tenues. Flores ut plurimum carnei, raro albidi, vel luteoli. fructus demum fusci raro laeves. Fl. aest. Vulgaris in saxosis calidis apricis exsuccis etc. apud nos sulla *Bessa* supra *Mongrando*, alibique.

bb. *Fructus laeves.*

c. *Radix perennis repens rubens.*

2. TAURINA. A. *Foliis ovato-lanceolatis acutis 3nerviis ciliatis florum fasciculis pedunculatis corollis involucratis longe tubulosis tubo filiformi basi hirsuto limbo 4fido laciniis linearibus obtusis muticis staminibus exsertis.*

Ic. Lob. ic. 800. Dalech. lug. 1330. J. Bah. hist. 3. 718. Caulis raro semipedalis simplex raro dichotomus erectus herbaceus. flores polygami albidi vel pallide coerulei. Antherae lineares violaceae. fructus demum nigri. Fl. vere. In sylvis, sepibus, dumetis montium et collium subalpinorum: in coll. *taur.* ego legi in sepibus *Pratolongi* apud *Bugellam.*

cc. *Radix perennis fibrosa rubens.*

3. LAEVIGATA. A. *Foliis ellipticis margine scabris uninerviis venosis panicula terminali trichotoma ramis apice umbellato-3-4floris fructibus ovoideo-didymis scabris glabrisve demum nigris.*

Herba glabra. Caules humiles raro 1-3pedales flaccidi diffusi 4goni ramosi ramis divergentibus. Flores albi 4fidi. Fl. aest. In monte *Turlo* versus *Macugnaga*: in sepibus *Sarzanae.*

aa. *Foliis subsenis.*

b. *Radix annua.*

4. ARVENSIS. A. *Foliis infimis quaternis obovatis superioribus 6-12 lineari lanceolatis obtusis summis ciliatis, floribus terminalibus fasciculatis sessilibus involucratis involucro longe ciliato staminibus inclusis fructibus globoso-didymis demum nigris scabris.*

Ic. Sab. h. r. 1. t. 79. Moris. s. 9. t. 22. f. 2. Lob. ic. 801. f. 2. Dodon. pempt. 355. Facies Sherardiae arvensis. Caulis erectus plerumque humilis ut plurimum et a basi ramosus. Flores coerulei. passim in arvis: inter segetes collium. Floret vere exeunte.

bb. *Radix perennis.*

5. HEXAPHYLLA. All. ped. 1. 12. t. 77. f. 3. *A. foliis linearibus rigidiusculis patentissimis acutis laevibus margine scabriusculis floribus fasciculato-corymbosis involucro hexaphyllo lineari longioribus corollae tubo elongato tenuissimo limbo quadrifido laciniis linearibus obtusis muticis fructibus didymis ovoideo-oblongis laevibus glabris staminibus exsertis antheris linearibus.*

Herba glabra spithamea. Caulis erectus 4gonus ut plurimum ramosus. florum fasciculi subsessiles involucro longiores. cor. carneae. Fl. aest. Ad rupes apud *Tendam*: etiam in agro *nov.* ad rupes subalpinas praesertim vallis *Siccidae al ponte della Gula*

aaa. *Foliis suboctonis.*

b. *Radix perennis fibrosa: fructus glabri.*

6. GALIOLIDES. M. Bieb. Taur. 1.101. A. *Foliis linearibus angustissimis mucronulatis margine revolutis subtus glaucis imis supremisque senis caule ascendente diffuso obsolete 4gono geniculato, geniculis incrassatis floribus corymbosis cor. campanulatae 4fidae laciniis ovatis acutis unguiculatis fructibus oblongo-didymis glabris demum rugulosis.*

A. galioides. a. Cand. pr. 4. 585.

Galium glaucum. L. sp. 156. excl. syn. Boc. Jacq. a. t. 81. G. campanulatum. Vill. delph. 2. t. 8. Herba glabra glauca. caulis usque 2pedalis geniculis rubris corymbi in ramificationibus bracteati bracteis binis oppositis. flores albi. Fl. vere exeunte: in umbrosis collium *taurin.* et *novar.*

bb. *Radix repens, rubida : fructus setis uncinatis hispidi.*

7. ODORATA. A. *Foliis imis senis obovatis superioribus suboctonis oblongo-lanceolatis mucronatis ciliatis pedunculis corymbosis corollis infundibuliformibus tubo brevi genitalibus inclusis fructibus globoso-didymis.*

Galium odoratum. Scop. carn. 1. 105. Ic. Clus. hist. 170. Dodon. pempt. 355. Fl. dan. t. 562. Lam. ill. t. 61. Plenck. ic. t. 53. Svens. bot. t. 755 Herba glabra. Caulis erectus 4gonus pedalis et ultra simpliciusculus. Corymbi bracteati, bracteis 1-5. flores albi noctu odorati. Herba omnis sicca suaveolens. Fl. vere exeunte. passim in sylvis umbrosis collium et montium.

## 132. SHERARDIA.

ARVENSIS. Sh. *Herba annua caulibus caespitosis tetragonis ramosis humilibus raro pedalibus foliis subsenis oblongo-lanceolatis cuspidatis asperis floribus ut plurimum carneo violaceis terminalibus fasciculatis fasciculis sessilibus involucratis foliolis involucri 8glabris fructibus oblongis scabris.*

Ic Sab. h. r. 1. t. 80. Barrel. ic. 541. f. 1. Flor. dan. t. 439. Lam. ill. t. 61. Gaertn. fruc. 1. t. 210. Curt. lond. ed. 2. 1. t. 13. Smith. Engl. bot. t. 891. et Gram. of bot. t. 16. f. 196. Fl. vere. Vulgaris ubique in agris et arvis. Flores apud nos violaceo-coerulei.

## 133. SANGUISORBA.

OFFICINALIS. S. *Herba perennis glabra erecta procera caule fistuloso ramoso ramis strictis spicis terminalibus solitariis oblongis obtusis longe pedunculatis densifloris floribus rubentibus basi 4bracteatis bracteis ovatis acutis ciliatis staminibus corollae lacinias ovatas acutas apice puberulas subaequantibus stigmate quadrilobo glanduloso-echinulato foliis interrupte pinnatis glabris foliolis subcordato-ovatis argute serratis.*

Var. *foliis basi auriculatis*, est S. auriculata. Scop. carn. 1. 110. Bocc. mus. t. 9. Ic. Sab. h. r. 2. t. 70. Clus. hist. 1. 197. Matth. 1087. Plenck. ic. t. 63. Flor. dan. t. 97. Svens. bot. t. 305. Engl. bot. t. 1312. Lam. ill. t. 85. Flores aliquando monoeci vel polygami. Vulgatissima in pratis, et pascuis humidis. Floret aest. Herba adstringens. Pecora respuunt illam.

## 134. PLANTAGO.

a. *Scapigerae.*
b. *Foliis indivisis.*
c. *Latiusculis.*
d. *Capsulis dispermis.*
e. *Radice perenni.*
f. *Foliis ovatis.*

1. MEDIA. Pl. *Foliis oblongis breviter petiolatis nervosis subintegerrimis utrinque villosis scapo tereti spica oblonga bracteis acutis margine membranaceis calycem aequantibus filamentis villosulis corollae tubo glabro.*

Ic. Clus. his. 2. 109. Flor. dan. t. 581. Svens. bot. t. 631. Gaert. fruct. t. 51. Curt. lond. 1. t. 17. Engl. bot. t. 1559. Folia rosulata. Scapi usque semipedales. Calycis laciniae scariosae nervo viridi. Filamenta longissima rosea vel pallida. Antherae albae apice mucronatae. Semina elliptica hinc convexa inde plana. Fl. vere exeunte. passim ad vias, semitas, in pratis etc.

ff. *Foliis lanceolatis.*

2. LANCEOLATA. Pl. *Foliis lanceolatis utrinque attenuatis nervosis subdenticulatis glabriusculis scapo angulato spica ovato-oblonga bracteis scariosis calyce carinato ciliato cor. tubo glabro radice apice lanata.*

Var. *Foliis lanuginosis* quae est Pl. hungarica. W. et Kit. hung. t. 203. Pl. altissima. L. sp. 164. et Jacq. obs. 4. 5. t. 83. Ic. Zannich. ist. t. 111. et 191. f. 1. Sab. h. r. 2. t. 6. Plenck. ic. t. 60. Fl. dan. t. 437. Curt. lond. 2. t. 18. Svens. bot. t. 632. Engl. bot. t. 507. Blackw. t. 14. Folia rosulata. Bracteae scariosae dorso nigrae vel virentes. Stamina alba. semina ut in prior. Fl. vere. Vulgaris ubique in pratis, agris, arvis. ad vias etc. nascitur praesertim in agris cum trifolio pratensi.

3. VICTORIALIS. Poir. enc. 5. 337. Pl. *Foliis lanceolatis angustis utrinque attenuatis subdentatis nervosis villoso-lanatis scapo tereti spica ovato-subglobosa compacta bracteis late ovatis ciliatis dorso sericeo-incanis calycibus scariosis laciniis lateralibus subalato-carinatis carina glabris corollis tubulosis.*

Pl. sericea. W. et Kit. hung. 2. t. 151. est var. Pl. argentea. Bell. ap. in

mem. Taur. 5. 221. Cand. fr. 3. 411. Lam. ill. n. 1660. Poir. enc. 5. 377. Pl. monosperma. Pour. act. tolos. 3. 325. Pl. capitata. Hop. pl. exf. Ger. fl. prov. t. 12. Ic. Colum. Ecphr. 259. Tenor. neap. 2. t. 112. f. 1. (argentea.) In valle *Pisii.* Vix diversa a Pl. lanceolata., cujus forte est var. montana. Caps. oblonga. Fl. aest.

4. LAGOPUS. Pl. *Foliis lanceolatis utrinque attenuatis nervosis subdenticulatis hirsutiusculis barbato-villosis scapo tereti subangulato spica ovato-subglobosa compacta bracteis scariosis calyceque aptero laciniis corollae ovatis acuminato-aristatis calycis laciniis lateralibus carinatis corollae tubo glabro capsula ovoidea calyce breviore.*

Pl. eryostachya. Ten. neap 2. t. 112. f. 2. Ic. Sibt. Fl. gr. t. 144. Vulgaris in aridis agri *nic et Liguriae.* Forte est var. Pl. lanceolatae. Fl. aest. Perperam Kock annuam dicit.

5. ALBICANS. Pl. *Foliis lanceolatis utrinque attenuatis angustis obliquis erecto-patulis scapoque striato albo-sericeis spica cylindrica aliquando interrupta bracteis calycibusque villosis capsula oblonga calyce breviore.*

Ic. Moris. s. 8. t. 16. f. 23. Cavanil. ic. et descr. 2. t. 224. Sibt. fl. gr. t. 145. Radix lignosa albida. Fl. vere et aest. in aridis *Liguriae occid.*: in collibus *di Belgirate.* Forte Allionius cum alia commutavit; nam annuam dicit cum haec suffructicosa sit. Parum differt a Pl. Lagopo.

ee. *Radice annua.*

6. BELLARDI. All. ped. 182. t. 85. f. 3. Pl. *Foliis lineari-lanceolatis elongatis nervosis subintegerrimis pilosis scapo tereti hirsuto folia subaequante spica oblongo-cylindrica bracteis laciniisque corollinis lanceolatis acuminatis calycem hirsutum excedentibus caps. oblonga acuta calyce breviore cor. tubo glabro.*

Pl. pilosa Pour. act. tol. 3. 324. Roth. cat. 2. t. 1. Pl. lanata. Poir. voy. 2. 115. Pl. Holostea. Lam. ill. n. 1667. Ic. Clus. his. 1. 5. 112. Sibt. fl. gr. t. 146. Fl. aest. Vulgaris in aridis agri *nic.* et *Liguriae.*

dd. *Capsulis polysermis.*

7. MAJOR. Pl. *Foliis subovatis dentato-sinuatis nervosis glabriusculis petiolis canaliculatis scapo tereti spica cylindrica floribus arcte imbricatis bracteis ovatis obtusiusculis carinatis margine membranaceis calycem subaequantibus capsula conica radice parenni.*

Pl. minima. Cand. fr. 3. 408. Pl. major. b. Poir. en. 5. 368. var. *Spica prolifera.* Zannich. ist. t. 127. Ic. Fl. dan. t. 861. Svens. bot. t. 93. Plenck. ic. 8. 58. Gaertn. fr. t. 51. Curt. l. c. 1. t. 16. Engl. bot. t. 1558. Fl. vere et aest. Vulgaris ubique in pratis. viis. semitibus, agris. arvis.

cc. *Foliis linearibus: capsulis dispermis.*

8. MARITIMA. Pl. *Foliis linearibus acuminatis carnosis subtus convexis superne canaliculatis subintegerrimis glabris nervosis scapo tereti spica cylindrica elongata demum erecta bracteis ovato-lanceolatis obtusis mucronatis scariosis calycem aequantibus capsula conica calycem subexcedente radice perenni.*

Var. *Foliis aliquando denticulatis vel setuloso-ciliatis.* Pl. graminea. Lam. ill. n. 1685. Pl. capitellata. Cand. fr. 3. 414. Pl. Holosteum. Scop. carn. 1. 108. Pl. serpentina. All. ped. 1. 82. Pl. incurvata. Murr. in Com. got. 3. 19. t. 6. Ic. Flor. dan. t. 243. Hook. lond. ed. Gr. 5. t. 6. Engl. bot. t. 175. Sibt. fl. gr. f. 148. Fl. vere. et aest Frequens in aridis maritimis agri. *nic.* et *Ligur.*

9. ALPINA. Pl. *Foliis lineari-lanceolatis acuminatis subsessilibus remote subdentatis laxis glabris subcarnosis nervosis scapo tereti appresse piloso spica ovato-subglobosa erecta bracteis ovatis transverse latissimis obtusis mucronatis scariosis superne ciliatis calycem glabriusculum aequantibus capsula conica calyce longiore radice perenni.*

Pl. montana Lam. ill. 4. 1670. Pl. atrata. Hop. herb. viv. Pl. incana. Cand. fr. 3. 414. Pl. bidentata R. Sch. syst. 3. 134. Ic. Boc. mus. t. 5. J. Bab. his. 2. 1. 31. 507. Jacq. hor. vind. 2. t. 125. Fl. aest. Vulgatissima in pratis alpinis.

bb. *Foliis pinnatifidis, capsulis 4spermis.*

10. CORONOPUS. Pl. *Foliis linearibus laciniatis pinnatifidis vel subbipinnatifidis scapo tereti pubescente spica cylindrica bracteis ovatis cuspidatis appressis.*

Var. *Spica glabra vel hirsuta: annua, biennis, vel perennis, et spica prolifera.* P. Cornuti. Jacq. ic. rar. 1. 4. t. 27. Ic. Zannichel. ist. t. 207. planta culta. Fl. dan. t. 272. Svens. bot. t. 723. Engl. bot. t. 792. Fl. vere et aest. Rara intra terram. Herba polymorpha et valde ludibunda. In acetariis optima tenera sapida, salubris et gratissima. Perperam apud nos non adhibetur. Usus ejus vulgatissimus

primo vere in Hetruria qua cum aliis herbis odoratis mixta dicitur *mescolanza*.

aa. *Caulescentes: capsulae dispermiae.*

b. *Radix annua*

c. *Bracteis conformibus.*

11. PSYLLIUM. Pl. *Caule ramoso superne villoso-viscoso pilis septatis apice glanduliferis foliis lineari-lanceolatis subdenticulatis patentibus pedunculis solitariis axillaribus pubescentibus spica ovata bracteis acuminatis elongatis patentibus capsula oblonga obtusa calycem subexcedente seminibus cymbaeformibus nitidis mucilagine obductis.*

Pl. afra. L. sp. 168. Ic. Boccon. sic. t. 4. f. A. B. Plenck. ic. t. 62. Sibt. fl. gr. t. 149. Fl. vere. Vulgaris in agro nic. *Liguria*, et *Monteferrato.*

cc. *Bracteis inferioribus cuspide foliaceo elongato involucrantibus.*

12. ARENARIA. W. et Kit. hung. 1. t. 51 Pl. *Cano-pubescens foliis linearibus subintegerrimis pedunculis axillaribus subterminalibusque erectis spicis ovatis densifloris bracteis dilatato-ovatis inferioribus cuspide foliaceo elongato involucrantibus capsula oblonga obtusa calycem subexcedente seminibus cymbaeformibus nitidis mucilagine obductis.*

Pl. Psyllium. All. ped. 1. 82. Ic. Zannichel. ist. t. 77. Bull. herb. t. 363. Krok. sil. 1. t. 33. Fl. dan. t. 1808. Var. habeo Pl. Psyllii. In *Monteferrato*: secus amnes et flumina *Padum, Sangone, Duriam, Ticinum* in sabulosis etc. Fl. vere.

bb. *Radice perenni: caule fruticoso.*

13 CYNOPS. Pl. *Caule prostrato ramosissimo foliis lineari-filiformibus patentibus hirsutiusculis pedunculis axillaribus pilosis folia superantibus spica ovato-subglobosa turgida pauciflora bracteis ovatis concavis acutis imis elongatis cuspidatis subinvolucrantibus capsula oblongo-conica calycem subexcedente seminibus cymbaeformibus nitidis mucilagine obductis.*

Pl. genevensis. Cand. fr. 3. 416. Ic. Jacq. fragm. t. 81. f. 1. Plenck. ic. t. 61. Caulis usque pedalis. Herba villosiuscula villis septatis apice glanduliferis. Fl. toto anno, hyeme excepta. Vulgaris in collibus aridis et pascuis montanis etc.

ARNOGLOSSON. Dioscoridis (2. 152. vol. 1. 268. 269 ) videtur differre a nostra Plantagine majore et Pl. asiaticam potius referre. etiam parvum Arnoglossum (ibid.) videtur intelligi debere non Plantaginem lanceolatam, sed Pl. maritimam. Omnes autem ut et media amariusculae et adstringentes sunt ulceribus vetustis purgandis idoneae, et haemorrhagiis (non acutis) praesertim uteri sistendis et fluoribus albis, et diarrhoeis, et disenteriis chronicis quae a debilitate sunt. Fluorem album intus sumptam additis lotionibus omnino sanare scribit Solenander apud Vogelium hist. mat. med. 75. Quod et ego expertus sum addita tamen herba Hiperici perforati. Chronicas etiam oculorum inflammationes resolvit, et surditati ab antiquo catharro prospicit si decocto eius partes aegrae foveantur. Herbam comestam vel decoctum eius phtisicis conducere Celsus (lib. 3. cap. 22); quod etiam recentiorum medicorum experimentis confirmatum est. (Murray ap. med. 1. 102.) Plantagines Psillium, et Cynopem semina habere multa mucilagine obducta omnibus notum. qua utebantur medici in ophtalmiis et inflammationibus primarum viarum. Quae cum omnino vera sint, quamquam plura alia eius generis remedia suppetunt, immerito obsoleverunt.

## 135. EXACUM.

FILIFORME. W. sp. 1. 638. E. *Herba annua vix spithamea erecta a basi ramosa ramis erectis caule filiformi dichotomo pedunculis elongatis nudis unifloris radice simplici fauce corollae nuda foliis lineari-lanceolatis brevibus calycibus breviter campanulatis quadridentatis stylo indiviso stigmate capitato bilobo corollis patulis luteis.*

Gentiana filiformis. L. sp. 335. Ic. Vaill. paris. t. 6. f. 3. Flor. dan. t. 324. Engl. bot. t. 235. Hook. fl. lond. t. 86. *Caps. 1locularis est, optime monente Bartling* ( ord. nat. 200) *placentis quatuor parietalibus secus valvarum margines adnatis seminibus in quavis placenta pluriseriatis.* Qui characteres ab Exaco stirpem sejungunt, et peculiare genus constituunt quod Link. fl. port. 1. 359. *Microcalam* dixit. Ideo est *Microcala* filiformis Link. l. c. Male A. H. Rud. Grisebach in prodr. Cand. 9. 62. scribit nasci in arenosis humidis : ex adverso apud nos nascitur in terris argillosis. Fl. aest. Vulgaris erat in ericeto vulgo *Barazza di Gaglianico* agri bug. quo hodie evanuit cum terra ibi culta sit. in argillosis humentibus *della Praglia di S. Egidio* eundo versus *Givoletto.* Flos adsidue clausus panditur ab hora undecima ante ad horam post meridiem.

## 136. CENTUNCULUS.

MINIMUS. C. *Herba annua vix tripollicaris glabra caule simplici vel caespitoso et ramoso prostrata vel erecta ramis alternis inferioribus longioribus foliis ovatis acutis alternis subsessilibus integerrimis rugosis floribus parvis solitaribus axillaribus sessilibus fugacibus corollis albis vel roseis seminibus parvis angulatis ferrugineis muricatis.*

Ic. Michel. gen. t. 18. Vaill. paris. t. 4. f. 2. Mentz. pugil. t. 7. rudis. Engl. bot. t. 531. Flor. dan. t. 177. Svens. bot. t. 610. Curt. lond. 2. t. 19. Lam. ill. t. 83. Gaertn. fr. 1. t. 50. Fl. aest. Vulgaris locis humentibus et spongiosis et declivibus: ad oras laccuum, in ripis sabulosis fluviorum, amnium, torrentium etc.

## 137. EPIMEDIUM.

ALPINUM. E. *Herba perennis radice repente ramosa extus fusca caule vix pedali erecto simplici basi nudo squamato squamis paucis gemmiferis rubentibus folio solitario biternato, foliolis ovatis acuminatis oblique cordatis setoso-ciliatis supra glabris subtus pilosis floribus racemosis racemis terminalibus compositis laxifloris calycis laciniis membranaceis glabris oppositis angustioribus corollis rubris nectariis luteis.*

Ic. Lam. ill. t. 83. Engl. bot. t. 438. Sibt. fl. gr. t. 150. Dodon. pempt. 599. Fl. vere. Vulgare in sepibus, dumetis, et oris sylvarum collium et montium.

## 138. LUDWIGIA.

NITIDA. Mich fl. bor. amer. 1. 87. L. *Herba glabra annua palustris caule usque pedali caespitoso prostrato radicante repente vel natante obsolete tetragono foliis oppositis petiolatis ovato-spathulatis nitidis venosis subcarnosis integerrimis floribus apetalis parvis solitariis axillaribus sessilibus oppositis basi bracteatis.*

Isnarda palustris L. sp. 175. Ic. Zannich ist. t. 67. Boccon. mus. t. 84. Flor. dan. t. 1745. Engl. bot. t. 2593 Schk. hand. 1. t. 25. Vulgaris in palustribus, et oryzetis, in oris lacuum et fossarum. Fl. aest.

## 139. TRAPA.

NATANS. Tr. *Herba palustris natans annua caule fluitante ramoso tereti apice incrassato foliis immersis oppositis radiciformibus pinnato-capillaceis sessilibus emersis sparsis supremis rosulatis longe petiolatis petiolis medio vesicoso-incrassatis rhomboideis dentatis superne glabris subtus tomentosis floribus parvis solitariis axillaribus brevipedunculatis corollis albis calyce longioribus petalis obovatis obtusis nucibus quadricornibus cornubus rigidis semine solitario magno pendulo eduli.*

Ic. Lam. ill. t. 75. Plenck ic. t. 66. Mirb. in ann. du Mus. 16. t. 19. Fl. aest. Vulgaris in fossis *Vercellensibus*: in oris lacuum *Verbani*, *Candiae*, et supra *Eporediam*, aliisque locis palustribus quibus aquae vel immotae sunt vel lente moventur.

## 140. CORNUS.

a. *Umbella involucrata; drupa oblonga apice nuda rubra vel lutea edulis.*

1. MASCULA. C. *Arborea umbellis simplicibus subaxillaribus sessilibus involucris 4phyllis coloratis umbellam subaequantibus foliis oblongis acutis venosis scabris histeranthiis.*

Ic. Plenck ic. t. 64. Lam. ill. t. 74. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 151. Flores lutei petalis demum reflexis. Fl. primo vere. fructus aciduli gratissimi saluberrimi aestate maturi sunt. Lignum durissimum luteum pulchre venosum. Vulgaris in collibus sepibus, dumetis, Colitur ubique. fructus sanguinei acidi magis sunt, mitiores rosei, lutei dulciores.

aa. *Cyma plana: drupa globosa calyce coronata demum nigra non edulis.*

2. SANGUINEA. C. *Fruticosa cymis planis pedunculatis nudis terminalibus solitariis foliis late ovatis acute cuspidatis subtus appresse pilosis ramis rectis virgatis demum sanguineis.*

Ic. Lob. ic. 2. 169. Lam. ill. t. 74. f. 2. Gaertn. fruct. 1. t. 26. Svens. bot. t. 235. Fl. dan. t. 481. Engl. bot. t. 249: Arduin. Mem. 1. t. 19. Fl. vere, et aest. Vulgaris in sylvis, sepibus et dumetis. Flores albi. Planta apud nos nihili facta verum ex fructibus ejus oleum exprimi posset in usum domesticum multiplicem.

## 141. MAJANTHEMUM.

BIFOLIUM. Wig. prim. fl. hols. 14 M. *Herba perennis spithamea radice repente articulata foliis cordatis margine scabris subtus in nervis pilosis radicali solitario caulinis binis caule*

*erecto angulato simplici superne flexuoso floribus racemosis racemo terminali simplici laxifloro floribus albis odoratis baccis rubris.*

Convallaria bifolia. L. sp. 452. Fl. dan. t. 201. Svens. bot. t. 454. Smilacina. R. Sch. syst. 7. 307 Unifolium quadrifolium. All. ped. 1. 124. Ic. Barrel. ic. 1212. Dodon. pempt. 105. Fl vere exeunte. In sepibus dumetis sylvis etc. collium, et planitiei.

## 142. CRUCIANELLA.

Herbae annuae ramosissimae subpedales foliis verticillatis floribus spicatis corollis luteis tribracteatis.

a. *Caule erecto, bracteis corollam subaequantibus.*

1. ANGUSTIFOLIA. Cr. *Foliis linearibus cuspidatis erectiusculis asperis senis imis quaternis bracteis oblongo-lanceolatis marginatis corollam muticam subaequantibus.*

Cr. mucronata. Roth. cat. 1. 27. Ic. Barrel. 550. Sab. h. r. 2. t. 12. Gaertn. fruct. 1. t. 24. Smith. exot. bot. 2. t. 109. Lam. ill. t. 61. Rubeola linearifolia. Moench. meth. 525. Fl. vere exeunte. In collibus agri *nic.* et *segus.* : circa *Sarzanam* aliisque locis in *Liguria orientali.*

aa. *Caule prostrato, bracteis corolla brevioribus.*

2. MONSPELIACA. Cr. *Foliis obovato-spathulatis lanceolatisve imis quaternis superioribus senis mucronatis scabris bracteis lanceolatis appressis margine scariosis subciliatis corollae laciniis tortuoso-aristatis brevioribus.*

C. latifolia L. sp. 158. mihi non videtur differre nisi *laciniis corollae brevius aristatis.* Rubeola heterophylla. Moench. meth. 526. Cr. vulgaris. Gat. fl. mont. 44. Ic. Clus. hist. 1. 5. 172. Barrel. ic. 520. 549. Sibt. fl. gr. t. 140. Fl. vere exeunte. In collibus agri *nic.* et circa *Genuam.*

## 143. CAMFOROSMA.

MONSPELIACA. C. *Suffrutex hirsutus pedalis procumbens ramosus ramis floriferis procumbentibus fragrans foliis alternis fasciculatis sessilibus bracteisque subulatis floribus axillaribus glomerato-spicatis pilosissimis albidis semine orbiculato planoferrugineo.*

Ic. J. Bah. his. 3. 379. Gaertn. fruct. sup. cent. 2. t. 213. Lam. ill. t. 86. Fl. aest. In arenosis aridis agri *nic.*

## 144. ALCHEMILLA.

a. *Flores corymbosi tetrandri. Semen.* 1. *Radix perennis.*

b. *Caules prostrati.*

1. VULGARIS. A. *Foliis reniformibus 7-9lobis plicato-undulatis glabris vel pubescentibus lobis subrotundis inciso-serratis corymbis longe pedunculatis.*

A. montana. var. *hirsuta.* W. enum. 1. 170. Pluk. phyt. t. 240. f. 1. — Var. *foliis profundius incisis ciliatis* quae est. A. fissa. Schum. in Wim. et Grab. fl. sil. 1. 136. Reich. Ic. cent. 1. t. 4. f. 10. Ic. Clus. hist. 1. 5. 108. Barrel. ic. 728. Pluk. phyt. t. 240. f. 2. Fl. dan. t. 693. Lam. ill. t. 86. f. 1. Svens. bot. t. 201. Plenck. ic. t. 69. Hook. lond. 5. t. 8. Engl. bot. t. 597. Blackw. t. 72. Ludvv. ect. t. 176. Knor. del. t. A. 9. Garid. Aix. t. 4. Flor. med. t. 14. Caules caespitosi humiles. Folia stipulata ima longe petiolata. Flores luteo-virentes. Fl. aest. Vulgaris in pratis alpinis et subalpinis. Plantam adstringere certum est: nam et sapor ejus indicat, et decoctum quod cum ferro sulphurico nigrescit. Ideo juvat in diarrhoea quae a laxitate est fluore albo, et vaginae mammarumque prolapsu et laxitate ipsisque fluxibus sanguinis atonicis praesertim uteri. Aliqua sedativa virtute etiam pollere dubitari non potest cum in Raphania utilem probet testimonium Linnaei (am. 6. 447.) quod recusari non potest quidquid contra scribat Merat (Dict. mat. med. 1. 70.) Recentiorum experimenta virtutem ejus comprobarunt. Cf. Taube in deertts. Schrift. d. Got. soc. d. Wiss. 1. B. 170.) sq. atque ejusd. Gesch. d. Kriebel Krankheit. 200. ap. Murr. ap. 3. 73. Forte in phtisi pulmonali incipiente non absonum erit experiri. Quod jampridem medici fecerunt, ut constat ex Vog. hist. m. med. 49.

bb. *Caules erecti.*

ALPINA. A. *Foliis digitatis quinis septenisve laciniis oblongis truncatis apice conniventi-serratis supra glabris subtus sericeis orymbis compositis spicaeformibus interruptis brevissime pedunculatis.*

Ic. Clus. l. c. 108. Camer. epit. 909. Barrel. ic. 756. Dalech. lugd. 1175. Fl. dan. t. 49. Engl. bot. t. 244. Moris. s. 2. t. 20. f. 3. Caulis vix semipedalis superne ramosus pubescens: flores luteoli. Fl. aest. Vulgaris inpascuis alpinis.

aa. *Flores subumbellati tetrandri semen* 1. *radix perennis.*

3. PENTAPHYLLEA. A. *foliis ternis*

*glabris foliolis multifidis subcuneatis ciliatis floribus umbellatis umbellis sessilibus.*

Ic. Boccon. mus. t. 1. Caulis vix palmaris: folia aliquando omnino glabra radicalia petiolata quinquepartita superiora tripartita laciniis lateralibus bipartitis suprema sessilia. Flores luteo-virentes. Fl. aest. In pascuis et pratis irriguis summarum alpium.

aaa. *Flores glomerati axillares submonandri. Semina 2 Radix annua.*

4. Aphanes. Leers. herb. 55. a. *foliis flabellatis tripartitis cauleque pubescentibus laciniis cuneiformibus dentatis petiolis basi auriculatis floribus axillaribus glomeratis submonandris subdigynis seminibus duobus.*

Aphanes arvensis L. sp. 179. Fl. dan. t. 973. Lam. ill. t. 87. Gaertn. fruct. 1. t. 73. Alchemilla arvensis. Scop. carn. 1. 115. Engl. bot. t. 1011. Ic. J. Bah. his. 3. 74. Moris. s. 2 t. 20. f. 4. Columna ecph. 146. Caulis vix palmaris superne ramosus, flores albidi. Fl. vere. In agris et arvis passim. urinam ciere certum est. Vidi etiam rusticas mulieres adhibere in mensium suppressione et obstructionibus jecinoris et splenis. Quibus utrum medelam afferat ignoro: nova experimenta instituenda sunt.

## 145. ELAEAGNUS.

angustifolia. E. *Arbuscula mediocris, ramosissima foliis integerrimis oblongo-lanceolatis utrinque argenteo lepidotis lucidis alternis ramis inermibus floribus 2-3 axillaribus pedunculatis extus argenteo squamatis intus luteis drupis olivaeformibus.*

E. hortensis. M. Bieb. ap. Spreng. syst. 1. 488. Ic. Lam. ill. t. 73. f. 1. Duham. arb. 1. t. 89. Hort. angl. t. 19. Rami patuli. cortex albidus. Flores praesertim vespere fragrantes. Var. *ramis spinosis.* Fl. vere exeunte. In *Valle Augustae Praetoriae*, praecipue circa oppidum d'*Avise*. Cortex adstringens est.

## 146. LINNAEA.

Nomen summi viri imposuit J. Fr. Gronovius. (L. gen. pl. 774.)

borealis. L. *Suffrutex humilis sempervirens villosiusculus caule prostrato repente longissimo tereti folioso ramoso foliis imis subrotundis minoribus superioribus subovatis omnibus antice crenatis supra viridibus pilosiusculis subtus glabris glaucis ramis floriferis erectis apice nudis 2floris floribus pedicellatis pedicellis viscidis nutantibus albis rubentibus vel carneis intus rubro-striatis fructibus parce villosis.*

Ic. Rudb. act. svec. 1720. t. 1. Engl. bot. t. 403. Fl. dan. t. 3. Lin. fl. sv. t. 1. ejusd. fl. lap. ed. 2. t. 12. f. 4. Buxb. act. 2. t. 21. Kill. act. dan. 2. f. c. Blackw. t. 596. Ludw. ect. t. 142. act. nidros. 4. t. 4. f. 6. Whalemb. fl. lap. t. 9. f. 3. Schk. haud. t. 176. Lam. ill. t. 536. Fl. aest. Vivit in montanis, umbrosis, sepibus etc. inter muscos. Humile lilium convallium eminet inter flores suaviores: humilis Linnaea tanto nomine condecorata eminet super plantas universas. Bert.

## 147. OROBANCHE.

Genus multis vexatum difficultatibus praesertim ob deformationem quam species carnosae arescendo subeunt, qua fit ut organa delicatissima quibus innituntur characteres specifici mirum in modum mutentur. Quamobrem botanicos hortor ut species vivas locis natalibus diligenter describant ut cum similibus speciebus aliis locis terris climatibus nascentes inter se exquisite comparari possint. Ut exemplum afferam difficultatum quibus genus vexatur, O. *galeopsiflora* quam aliis morem gerens utpote novam descripsi characteres O. *cruentae. variegatae* et *Spartii* continet et inter illas media est ita ut probabili conjectura in unica specie conjungendae sint. Ideo cum species in patria nascentes paucas vivas viderim et descipserim ne aliquid inarmonicum proferam illas verbis Cl. Reuteri enumeravi qui familiam Orobanchearum in prodromo Candollei elaboravit. Videant botanici nostri quid mutandum vel addendum sit.

Herbae luridae viscidae super radicibus aliarum plantarum parasiticae aphyllae bracteatae caudice hypogaeo, scapo carnoso bracteis concoloribus floribus spicatis in bractearum axillis solitariis sessilibus erectis.

a. *Calyx disepalus sepalis quandoque antice coalitis bractea unica fultus. cor. 4fida. caps. lateraliter dehiscens.* Osproleon. Walhr. dias. 29. Orobanche. Reut. in Cand. prodr. 11. 15.

b. *Stamina ad basim corollae tubi vel saltem infra tertiam partem inferiorem inserta. Cor. campanulata saepe basi antica strumoso-ventricosa. Perennes.*

1. cruenta. Bertol. rar. ital. pl. dec.

3. 56. O. *Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis tubum corollae superantibus corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa dorso arcuata labiis inaequalibus denticulatis glanduloso-fimbriatis superiore galeato integro vel subemarginato lobis patentibus laciniis labii inferioris subaequalibus staminibus in basi corollae insertis dense pilosis superne styloque glanduloso-pubescentibus stigmatis disco holosericeo elevato-marginato.*

O. caryophyllacea. Viv. an. bot. 1. p. 2. 175. O. gracilis. Smith. trans. n. 172. Reich. ic. 7. f. 898. 899. O. vulgaris Gaud. helv. 4. 176. t. 2. O. du Genet des teinturiers. Vauch. mon. 37. t. 1. Cor. ampla intus sanguinea. stigma luteum margine purpureo cinctum. Tota pilis glanduliferis tecta: odor floris suavis. *Fl.* aest. Vulgaris in montibus et collibus *Liguriae* praesertim *orientalis*. Circa *Genuam*, *Sarzanam* etc. Ego legi in pratis subalpinis di *Pollone*, *Cossila*, *Pralongo* etc. in agr. *bugel*. Vivit super radicibus variarum leguminosarum, Genistae tinctoriae, Loti corniculati etc.

2. GALEOPSIFLORA. Zum. O. *Ochroleuca tota viscida pubescens pilis raris inaequalibus apice glanduliferis glandula lutea pusilla spica laxa sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis tubum corollae superantibus bracteis sepala aequantibus cor. inodora subcampanulata extus lutea intus rosea dorso arcuata antice strumoso-ventricosa fauce inferne angustata labiis denticulato-crispis superiore galeato emarginato-2fido lateribus reflexis inferiore 3lobo lobis fimbriatis medio maiore lateralibus utrinque plicato-mamillosis staminibus basi cor. insertis basi styloque arcuato pilosis stigmate 2lobo luteo basi immarginato lobis haemisphaericis divaricatis.*

Vivit in pratis heic *Verroni* super radicibus variarum cichorearum praesertim Apargiae hispidae, Hyoseridis radicatae etc. Fl. junio et per totam aestatem. Perennis. Secta cum foeno resurgit et floret atque autumno semina perficit. Capsula lateraliter dehiscit. Vix spithamea est, inodora, spica longa, flores valde laxi, supremi steriles : bracteae concolores elongatae acutae fusco-marginatae. Scapus farctus aequalis exilis; flos Galeopsidem aliquo modo refert mammillis albidis pulchre extantibus.

3. RAPUM. Thuill. paris. ed. 2. 317. O. *Sepalis plurinerviis subaequaliter 2fidis integrisque tubum corollae subaequantibus corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa dorso arcuata labiis undulatis obsolete denticulatis (haud fimbriatis) superiore galeato emarginato lobis patentibus lobo intermedio labii inferioris lateralibus duplo maiore staminibus in basi corollae insertis inferne glaberrimis apice styloque glanduloso-pubescentibus disco stigmatis holosericeo immarginato.*

O. major. Cand. fr. 3. 488. Reich. ic. f. 900. Ic. Engl. bot. t. 421. Alb. Dietrich. fl. borus. t. 249. Cor. O. cruentae, sicca fusco-lutea. Antherae defloratae albae. Vulgaris apud nos in sylvis planitiei et subalpinis super radicibus Genistae Spartii. Procera. sulphurea, fusca: Cor. concolores. spica dodrantem etiam superat, conferta floribus summis sterilibus bracteis supremis comantibus. Scapus farctus, aequalis bracteis subimbricatis, caudex crassus rotundus globosus.

4. VARIEGATA. Wallr. gen. or. dias. 40. O. *Sepalis plurinerviis e basi ovata profunde et inaequaliter 2fidis tubo corollae longioribus cor. campanulata dorso arcuata antice strumoso-ventricosa labiis denticulato-crispis ciliatisque labio superiore galeato integro vel subemarginato lateribus porrectis vel demum reflexis inferiore 3lobo plicato-2gibboso lobis rotundato-flabellatis intermedio maiore staminibus ad basim corollae insertis basi interna styloque hirsutis.*

O. foetida. Cand. fr. 5. 392 O. du genet cendr. Vauch. l. c. 41 Ic. Reich. ic. fig. 903. 904. Scapus 1-2 pedalis squamis oblongis lanceolatisque rigidis laxis munitus superne villoso-furfuraceus. Bracteae flores aequantes vel superantes. Sepala albo-hirsuta: flores magni in spicam laxam elongatam dispositi. Cor. luteofusca intus purpurea. Stigma emarginato-2lobum dilatatum inflexum flavescens Fl. aest. In collibus supra *Genuam*, et apud *Tendam*.

5. SATYRUS. De Notar. repert. fl. ligust. 35. O. *Superne villo longe crispulo cinerascente glandulifero dense hirsuta bracteis ovato-longe acuminatis corolla fere duplo longioribus supremis comantibus sepalis 2fidis segmentis subulatis corollam subaequantibus corollae intus glabrae tubo ventricoso campanulato subglabro limbi hirsutissimi labio sup. curvato breviter 2lobo subadpresso superiorem longitudine aequante lobis lateralibus ovato-acutis subcomplicatis undulatisque medio maiore basi constricto complicatoque undulato ovato acuto staminum filamentis basi corollae insertis glabris*

*antice sulco exaratis antheris vix apice glanduliferis superne ovario basi glandula tristrumosa vitellina cincto styloque arcuato glanduloso-pubescentibus stigmate bilobo luteo subexserto lobis haemispaericis divaricatis.* In *Liguriae* monte sylvatico di *Polcevera.*

6. Spartii. Guss. prodr. 2. 182. O. *Sepalis plurinerviis e basi ovata profunde et subaequaliter bifidis vel integris unidentatisque cum bracteis villoso-furfuraceis tubum corollae aequantibus vel superantibus corolla campanulata dorso subrecta antice gibboso-ventricosa labiis inaequaliter denticulatis superiore subemarginato inferiore trilobo plicato-bigibboso lobis ovatis intermedio maiore staminibus ad basim corollae insertis ima basi villosis superne styloque glanduloso-hirsutis stigmate emarginato-bilobo flavescente demum fuscescente* (Guss).

O. purpurea. Rafin. cat. 80. O. foetida. Biv. man. 1. excl. syn. Gus. non Desf. O. grandiflora. Presl. fl. sc. 1. 34? Scapus 1-2 pedalis bracteae floribus longiores vel aequales apice acuminatae ac reflexae. Sepala valde variabila ovata vel semiovato-lanceolata acuminata integra unidentata vel bifida dente vel lacinia altera breviore. Corollae odorem nauseosum spirantes in medio ampliatae non incurvae sordide purpureae. Fl. aest. In collibus supra *Genuam*, super radicibus Spartii juncei.

7. foetida. Desf. atl. 2. 59. t. 144. O. *Sepalis plurinerviis pilosiusculis e basi late ovata in lacinias lineari-filiformes subito angustatis tubo corollae longioribus antice coalitis corolla papyracea campanulata dorso arcuata vel subrecta lobis inaequaliter et remote denticulatis non ciliatis labio superiore bilobo lobis extus reflexis inferiore trilobo lobis ovatis acutiusculis subaequalibus inter se sinu lato separatis staminibus supra basim corollae insertis inferne pilosiusculis antheris superne ad suturam subvillosis stylo glanduloso.*

Ic. Reich. ic. f. 924. Scapus quoad magnitudinem mire variabilis nempe 5 pollices ad sesquipedem longus, squamis lanceolatis laxis vestitus: flores dense spicati apice bracteis filiformibus comosi. Bracteae lanceolato-acuminatae extus furfuraceo-hirsutae flores aequantes vel superantes. Cor. nitida papyracea glabra vel glaudulis sessilibus adspersa superne atropurpurea inferne pallidior. stigma flavum. Fl. aest. In arvis supra *la Madonna della Coá* prope *Segusium* invenit Ré. Verum stirps haud rite determinata videtur neque indicat super quibus plantis vivat.

8. Galii. Duby bot. gal. 349 O. *Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis tubum corollae dimidium aequantibus antice contiguis connatisve corolla e basi sensim ampliata campanulata dorso curvata labiis inaequaliter denticulatis superiore galeato lateribus porrectis non patentibus labii inferioris laciniis ovatis subaequalibus porrectis tubo dimidio brevioribus staminibus supra basim corollae insertis dense pilosis superne styloque glanduloso-pilosis disco stigmatis velutino margine elevato destituto.*

O. caryophyllacea. Smith. trans. 4. 169. Reich. ic. f. 890. 891. O. vulgaris. Cand. f. 3. 489. Reich. l. c. f. 908. 909. 910. O. major. Poll. pal. 2. 200. O. bipontina Schull. beifr. 7. O. strobigena. Reich. ic. f. 905. 906. O laxiflora. Reich. excurs. 355. O. adenostemon. Reich. ic. f. 894. O. Krausei. Albert. Dietr. fl. bor. 7. t. 837, O. macrantha. A. Dietr. 1. c. 438. O. torquata. Reich. ic. f. 1128. Alb. Dietr. 1 c. 4. t. 440. O. gilva. Alb. Dietr. 1. c. 7. t. 439. O. citrina. Alb. Dietr. 1. c. t. 441. Ic. Vauch. mon. t. 7. Reic. ic. f. 892. 893. 894. 895. Fl. aest. Vivit super radicibus Galii veri, et Mollugiuis. Passim circa *Taurinum*: in sterilibus prope *Venariam*: in pratis collium apud *Supergam*: apud *Segusium* supra rupes *delle Blacce*; in alpibus *vallis Sessitis*: etiam apud nos in pratis exsuccis *Gaglianici, Sandiliani, Bennae, Verroni* etc.

9. fragrantissima. Bertol. fl. ital. 6. 436. O. *Viscido-puberula, squamis angusto-lanceolatis superioribus remotis spica densiflora corolla elongata tubulosa superne dilatata staminibus supra basim insertis filamentis inferne intus hirsutis medio glabris apice glandulosis stylo piloso-glanduloso stigmatis lobis erectis luteis.*

Scapus rubidus fistulosus sulcatus usque pedalis. cor. roseae suaveolentes margine crispae. Filamenta glandulae luteae innituntur, rubida. Antherae purpureae, sub ovario glandula lutea. Ceterum similis O. Galii. vivit super radicibus Medicaginis falcatae Trifolii pratensis, Medicag. sativae, Loti corniculati. Fl. vere exeunte. In pratis collinis circa *Albam.*

10. Epithymum. Cand. fr. 3. 490. O. *Sepalis plurinerviis subulato-acuminatis tubo corollae longioribus indivisis vel dente divaricato-bifidis corolla campanulata dorso laeviter arcuata*

*extus labioque superiore intus glanduloso-pilosis pilis tuberculo minutissimo insidentibus labiis inaequalibus acute dentatis margine crispatis superiore paulo sursum curvato 2lobo lobis patentibus lobo intermedio labii inferioris lateralibus duplo longiore staminibus prope basim corollae insertis inferne sparsim pilosis apice styloque glanduloso-pilosis disco stygmatis velutino margine elevato destituto.*

O. sparsiflora. Wall. sched. 309. Ic. Reich. ic. 7. f. 887. 888. 889. Vauch. or. t. 6, mala. Humilis plerumque 5-6 policaris, viva sordide lutescens saepe colore purpureo suffusa tota pilis ferrugineis viscidis tecta, suaveolens. Stigma stylusque superne obscure purpureus. Fl. aest. Passim in lapidosis siccis super radicibus Thymi Serpylli, vulgaris, et Saturejae montanae.

11. Scabiosae. Koch deut. fl. 4. 448. O. *Sepalis plurinerviis ovatis in apicem subulatum attenuatis corollae tubum superantibus vel bifidis laciniis parallellis corolla campanulata dorso arcuata extus labioque superiore intus piloso-scabris pilis sparsis brevibus glanduliferis tuberculo violaceo nigrove insidentibus labiis inaequalibus acute dentatis margine crispis superiore paulo sursum curvato bilobo lobis patentibus laciniis labii inferioris aequalibus staminibus prope basim corollae insertis inferne sparse pilosis apice styloque subglabris stigmate bilobo sordide violaceo.*

Similis O. Epithymo: differt scapo altiore crassiore tuberculis nigris piligeris: corollae lobis labii inferioris aequalibus, et filamentis apice glabris conniventibus nec arcuato-descendentibus. Scapus, bracteae, corollae extus praesertim in labio superiore violaceo-fuliginosae. Fl. aest. Legi in pascuis alpinis di *Graglia* super radicibus Scabiosae Columbariae, et lucidae. Mihi non videtur differre ab O. Epithymo.

bb. *Stamina ad medium tubi corollae vel supra tertiam partem inferiorem inserta. Cor campanulato-tubulosa.*

c. *Caudice annuo.*

d. *Sepalis 1-2 nerviis.*

12. Picridis. Schult. in Koch. deus. fl. 4. 453. O. *Sepalis 1-2 nerviis integris vel antice dente auctis tubum corollae superantibus cor. tubuloso-campanulata dorso recta apice antrorsum curvata labiis obtuse denticulatis superiore integro margine laterali patulo staminibus fere in medio tubi insertis a basi ultra medium dense pilosis superne verruculoso-scabriusculis stigmatis disco sub laevi granulis minutissimis obtusissimis dense obtecto.*

Stigma sordide violaceum. Super radicibus Picridis hieracioidis locis montanis. Inter *Novi*, et *Genuam.*

dd. *Sepalis plurinerviis.*

13. minor. Sutt. trans. soc. lin. 4. 178. O. *Sepalis plurinerviis e basi ovata subito anguste subulatis bifidisve laciniis tubum corollae aequantibus longioribusque corolla tubulosa arcuata labiis obtuse denticulalis venosis undulatis superiore bilobo porrecto lobis labii inferioris subrotundis subaequalibus staminibus sub medio tubi insertis glabris inferne pilis sparsis obsitis.*

O. apiculata. Walr. gen. or. dias. 50. O barbata. Guss. sup. alt. 204. O. pruinosa eiusd. fl. sic. prodrom. 2. 181. O. barbata. Babingt man. of. brit. bot. 214. et in Engl. bot. t. 2859. Reich. l. c. t. 881. 882. O. Hederae Tenor. ap. 5. 17. Vauch. monogr. t. 8. Ic. Vauch. l. c. t. 4. Reich. ic. 7. f. 876. 877. 879. Stigma purpureum vel lilacinum. Similis O. amethysteae. Differt tamen bracteis e basi ovata lanceolatis tubum vel etiam corollam aequantibus, cor. aeque lata sed breviore tubulosa sensim curvata nec subito in genu flexa, labiis rotundatis obtuse denticulatis staminibusque minus alte insertis. Fl. aes. Super radicibus Trifolii pratensis. In agro *taurin.* secus *Sturam* prope *Venariam.*

cc. *Caudice perenni.*

d. *Sepalis uninerviis.*

14. Salviae. Schult. in. an. d. Gew. d. reg. ges. 5. 305. O. *Sepalis uninerviis inaequaliter bifidis tubum corollae superantibus, corolla tubuloso-campanulata dorso curvata labiis denticulatis subciliatis superiore 2lobo lobis porrectis staminibus supra basim corollae insertis a basi ultra medium dense pilosis superne pilis glanduliferis parce adspersis stigmatis disco velutino.*

Stigma intense cerino-flavum. Similis O. lucorum. Braun. a qua differt sepalis semper uninerviis labiis copiose denticulatis lobis labii sup. semper porrectis nunquam patentibus stigmateque cerino-flavo. ab O. flava Mart. qua cum colore convenit differt sepalis longioribus lobis labiisque porrectis filamentis non in mannbrii formam curvatis et disco velutino. ab O. loricata Reich. sepalis uninerviis cor. dorso curvata filamentis dense pilosis et stigmate cerino. Ab. O. Picridis Schultz. labio sup. bilobo stigmate cerino, et velutino. Fl. aest. prope *Tendam* in valle *della Mina* super radicibus Salviae glutinosae.

15. HEDERAE. Dub. bot. gall. 350. O. *Sepalis subuninerviis lanceolato-subulatis integris bifidisque corollae tubum aequantibus vel superantibus cor. tubulosa dorso incurva vel subrecta superne lateribus compressa venosa labiis margine crispato-denticulatis sup. bilobo vel emarginato infer. lobo intermedio longiore staminibus infra medium tubi insertis basi parce villosis posticis ab invicem remotis stigmate luteo.*

O. maior. Loefl. it. 151. O. barbata Reich. Ic. Engl. bot. t. 2859. Vauch. mon. t. 8. Scapus 6-20 pollic. violaceus vel lutescens. Squamae infer. ovato-lanceolatae laxe imbricatae. Bracteae lanceolatae enerviae cor. subaequantes sepalaque atro-violaceae. flores mediocres subinodori longissime spicati inf. remoti. cor. graciles subglabrae e luteo-violascentes Fl. aest. Super radicibus Hederae Helicis apud *Genuam* et *Niceam.*

dd. *Sepalis* 3-5 *nerviis.*

16. LORICATA. Reich. excurs. 355. excl. syn. O. Flavae. O. *Sepalis* 3-5 *nerviis bipartitis tubum corollae aequantibus cor. tubuloso-campanulata dorso recto apice antrorsum curvata labiis obtuse denticulatis sup. bilobo lobis patentibus staminibus submedio tubi insertis glabris basi parce pilosis stigmatis disco....*

O. artemisiae campestris. Gaud. fl. helv. 4. 179. Reich. pl. crit. 7. f. 917. Albert. Dietr. fl. borus. t. 580. Vauch. or. t. 13. Sepalis angustis 3-5 nerviis profunde divisis corollam aequantibus longioribusque: cor. 7-8 lineas longa a basi ad labium superius usque recta in dorso labii sup. tantum paulo curvata labio 2lobo patente staminibus parce pilosis alte supra finem tertiae partis tubi cor. insertis dignoscitur. Stigma ex Vauchero dilute purpureum Fl. aest. In *Sabaudia* locis incultis montanis super radicibus Artemisiae campestris.

ddd. *Sepalis plurinerviis.*

17. ELATIOR. Sutt. l. c. 478. t. 17. O. *Sepalis plurinerviis e basi late ovata apice anguste lanceolatis bifidis bracteisque furfuraceo-hirsutis cor. tubo brevioribus cor. campanulata basi inflato-ventricosa superne curvato-fornicata labiis inaequaliter denticulatis undulato-crispatis labio sup. emarginato lobis latis subrotundis vel subemarginatis inferioris lobis rotundatis subaequalibus staminibus in tertia parte tubi insertis basi lanceolatis lanuginosis superne subglandulosis stylo glabro vel superne parce glanduloso stigmate bilobo velutino-verrucoso flavo-cerino.*

O. major. L. ex Whalemb. Ic. Flor. dan. t. 1838. Engl. bot. t. 568 Scapus 1-2 pedalis angulosus superne hirsutus furfuraceus crassitie digiti. Squamae lanceolatae. Bracteae lanceolatae hirsuto-furfuraceae, flores aequantes vel superne superantes. flores rubro-violacei dense spicati spica 6-12 pollicari. Cor. extus glanduloso-puberula lab. super. intus glanduloso. Fl. aest. In agro *nic.* super radicibus Centaureae scabiosae.

18. AMETHYSTEA. Thuil par. ed. 2. 1. 317. O. *Sepalis* 3-9*nerviis e basi ovata subito anguste subulata attenuatis bifidisque laciniis angustis corollam aequantibus cor. tubulosa basi subito in genu flexa et antrorsum curvata dein rectiuscula labiis inaequaliter acute denticulatis undulato-crispis ramoso-venosis sup. galeato porrecto emarginato vel sub quadrilobo lobis lateralibus labii inferioris subbifidis intermedio duplo majore 2-3lobo staminibus in curvatura cor. insertis glabris inferne sparse pilosis.*

O. Eryngii. Dub. bot. gal. 350. O. elatior. Cand. fr. 3. 490. Ic. Reich. pl. crit. f. 920 921. Vauch. l. c. t. 10. Scapus violaceus vel purpureus. Squamae oblongo-lanceolatae laxae. Bracteae lanceolato-lineares flores aequantes vel superantes. cor. albida vel dorso leviter lilacina venis purpureis picta. Stigma fuscum vel rubro-fuscum. Fl. aest. Super radicibus Eryngii campestris et maritimi prope *Tendam.*

19. BRACHYSEPALA. Schult. ar. des. fl. de Fr. et d'All. 69. O. *Sepalis plurinerviis ovatis inaequaliter bifidis tubum cor. dimidium aequantibus cor. tubuloso-campanulata ad medium antrorsum arcuatim curvata labiis inaequaliter denticulatis sup. 2lobo lobis patentibus vel revolutis, inf. lobis ovatis denticulatis intermedio lateralibus paulo longiore staminibus ad tertiam partem inf. tubi insertis basi pilosis apice sparsim glandulosis ovario oblongo stylo a basi arcuato pallide ochraceo superne glanduloso subrubescente stigmate bilobo holosericeo cerino-flavo.*

O. caudata. De Not. prosp. fl. lig. 53. O. Bartlingii. Griseb. spic. fl. rumel. 2. 57. O. Cervariae. Suard. Godron. fl. Loir. 2. 180. Tota cerino-flava. Scapus pedalis vel sesquipedalis superne cum bracteis sepalisque glanduloso-subvelutinus inferne squamis laxis elongato lanceolatis vestitus. Bracteae lanceolatae flores subaequantes sepalaque

cito fusco-marcescentes. Calix interdum sepalo tertio dorsali praeditus. O Bucchianae Koch. valde affinis differt tamen corolla supra medium subito antrorsum curvata labio sup. bilobo lobis revolutis et staminibus altius insertis. Fl. aest. Super radicibus Peucedani Cervariae ad *Sestri Lig.*

dddd. *Sepalis nervis ducentis.*

20. CRITHMI. Bertol. fl. ital. 6. 424. O *Caule erecto subpiloso squamis ovato-lanceolatis abbreviatis remotis spica laxiflora sepalis bifidis cor tubulosa labio sup. integro staminibus supra basim tubi insertis filamentis inferne longo tractu hirsutis antheris exquisite aristulatis stylo subglanduloso stigmatis lobis rubescentibus.*

Scapus angulosus striatus pedalis et ultra. Sepala inaequaliter bifida laciniis lanceolato-linearibus acuminatis pubescentibus. Cor. parva leniter recurva extus adspersa pilis brevissimis apice glanduliferis luteola (in sicco) lab. sup. integro inf. 3lobo lobis rotundatis obtusis medio paulo majore. Affinis videtur O. pubescenti D'Urv. enum. 76. an eadem species? In *Ligur. occid.* inter Savonam, et *Nic.* super radicibus Crithmi maritimi. Fl. aest.

aa. *Cal. monosepalus circum circa clausus 4-5fidus bracteis tribus fultus cor. 5fida. Caps. apice dehiscens* TRIONYCHION. Wallr. gen. or. 58. PHELIPEA. Reut. in Cand. prodr. 11. 4.

b. *Scapo simplicissimo: radice perenni.*

21. COERULEA. Vill. delph. 2. 406. O. *Scapo simplici calyce gamosepalo 5. dentato dentibus lanceolatis acutis cor. tubulosa antrorsum curvata tubo medio angustato laciniis labiorum acutis planis antheris glabris vel basi paulo pubescentibus.*

O. laevis. Re. segus. 53 O. purpurea Jacq. a. t. 276. Schk. hand. t. 176. Phelipea. C. A. Meger. enum. cauc. 104. Coss. et Germ. fl. t. 19. f. k. Ic. Lob. ic. 2. 296. Ger. em. 1312. Engl. bot. t. 423. Reich. pl. cr. 7. f. 892. Scapus atro-purpureus superne bracteae calyces corollaeque extus pilis furfuraceis obsitae. Cor. violacea vel lilacina. Stamina glaberrima vel apice parce villosa. stylus stamina subaequans glandulosus. stigma capitatum crassum flavescens demum in lobos tumidos divisum. Vivit super radicibus Achilleae Millefolii. Vulgaris in collibus saxosis apricis agri *nic. taurin. segus.* apud *Moncalieri*, *Venariam* et *Planiciam* Fl. aest.

22. ARENARIA. Bork. in Roem n. mag. 6. O. *Scapo simplici calyce quinquedentato dentibus subulatis cor. tubulosa subrecta tubo medio angustato fauce subinflata laciniis labiorum obtusis margine reflexis antherarum sutura lanato-pilosa.*

Phelipea. Walp. rep. bot. syst. 3. 459. Ic. Reich. pl. cr. 7. f. 923-30-31. Alb. Dietr. fl. bor. 9. t. 519. Coss. et Germ. par. t. 19. Scapus simplicissimus dodrantalis vel pedalis. Calycis dentes lineari-subulati inaequales tubo longiores. Cor. subpollicaris supra ovarium constricta a basi ad apicem sensim ampliata labiorum lobis ovatis obtusis margine ciliatis. Antherae ad suturam villoso lanatae. stylus glandulosus. Stigma bifidum aurantiacum. Fl. aest. In subalpinis, super radicibus Artemisiae campestris.

bb. *Scapo ramoso vel subramoso.*

c. *Radice perenni.*

23. LAVANDULACEA. Reich. pl. cr. 7. f. 935. O. *Scapo simplici vel nonnullis ramis abortivis praedito calyce campanulato 5dentato dentibus e basi ovata subulato- acuminatis tubo cor. multo brevioribus cor. tubulosa antrorsum et arcuatim curvata tubo medio angustato laciniis labiorum brevibus ovatis denticulatis ciliatis antheris ad suturam lanato-ciliatis vel glabriusculis.*

O. Schultzii. Mutel. fr. 2. 352. atl. sup. f. 2. O. coerulea. Bor. et Chamb. exp. Mor. Phelipea lavandulacea. Reut. in Cand. prodr. 11. 7. Ph. trichocalyx. Welb. physt. canar. 154. t. 185. Ic. Cup. panph. 2. t. 116. Bon. t. 52. Scapus pedalis vel altior angulosus pilis articulatis furfuraceis obsitus. spica elongata dense multiflora. Bracteae ovatae calyce subbreviores. cor. puberula 7-8 lineas longa coerulescens venis saturatioribus in sicco fusco-purpurea apice violacea labiis brevibus inferioris lobi inter se plicaturis duabus albo-villosis segregatis. Stylus glaber vel parce glanduliger. stigma bilobum lutescens. Fl. aest. prope *Niceam* super radicibus Tritici phoenicoidis.

cc. *Radice annua.*

24. RAMOSA. O. *Scapo ramoso parce squamoso floribus in spicas laxas elongatas acutas dispositis calyce 4dendato dentibus ovato-triangularibus acuminatis cor. tubuloso-subinfundibuliformi labiorum lobis ovatis obtusis sub aequalibus margine ciliatis staminibus basi pubescentibus antheris glabris vel interdum subciliatis stylo tenuiter glanduloso stigmate retuso bilobo.*

PHELIPEA. C. A. Meyer. enum pl. cauc. 104. Coss. et Germ. par. t. 19. f. H. Ic. Lob. 2. 270. Clus. hist. 2. 271. J. Bah. hist. 2. 781. Sab. h. rom. 3. t.

12. Bull. herb. t. 399. Lam. ill. t. 551. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 608. Engl. bot. t. 184. Reich. pl. cr. 7. 933. 934. Alber. Dietr. fl. bor. 6. t. 250. Vauch. mon. t. 15. 16. Scapus ramosus vel rarius simplicissimus superne ramique hirsuto-furfuracei. Squamae brateaeque ovatae breves. Cal. tenuiter membranaceus postice excisus Cor. pubescentes inferne pallidae apice cyaneo-purpurascentes vel coerulescentes. Stigma albidum. Caps. ovato-subrotunda calycem subaequans. Fl. aest. Vulgaris super radicibus Cannabis sativae. in agro *taur.* in campis *Campolati* agri *nov.* etiam in agro *bugel.* supra *Sagliano* alibique.

25. MUTELI. F. Schult. in Mut. fl. fr. 2. 353. et atl. t. 43. f. 314 sup. t. 2. f. 5. O. *Scapo ramoso parce squamoso floribus in spicas abbreviatas subdensifloras dispositis cal. quadrifido lobis lanceolatis acutis vel acuminatis cor. antrorsum curvata tubuloso-subinfundibuliformi supra ovarium contracta superne ampliato-inflata dorso sub apice convexa labiorum lobis ovatis obtusis vel acutis margine ciliatis labii inf. lobis subaequalibus inter se plicaturis villoso-hirsutis donatis staminibus glabris vel parce villosulis antheris nudis vel sublanginosis stylo glabro, stigmate retuso bilobo.*

O. ramosae affinis differt tamen spicis multo brevioribus floribus confertioribus corollis ad medium valde contractis ad faucem ampliatis. Cor. coerulea violacea inferne pallidior. in agro *nic.* Super radicibus variarum plantarum. Chrysasantemi coronarii etc. Mea quidem sententia est omnino var. Orobanchidis ramosae.

26. COMMUTATA. Zum. O. *Tota pubescens pilis albis apice tenuissime glanduliferis glandulis ferrugineis scapo inferne multi-ramoso ramis scapoque luteis obsolete angulatis flexuosis remote squamosis squamis atro-ferrugineis raris ovatis obtusis floribus omnibus sessilibus inspicas primum densas demum laxiusculas coacervatis calyce quadrifido laciniisque subaequalibus ovato-oblongis luteis bracteis tribus ferrugineis ovatis media maiore fulto corolla subtus insulcis lutea superne pallide coerulea basi alba lobis inaequalibus superiore bilobo ora revoluta eroso-denticulata, inferiore trilobo lobis sub-aequalibus ovato-tringularibus obtusis ciliatis extus fauceque tota pilosa intus glabra autrorsum paulo curvata subtus a basi ad apicem profunde bisulcata dorso sub apice convexa tubuloso- subinfundibuliformi labio inf. in fauce in binas mammillas prominulo mammillis oblongis discoloribus albis villosis staminibus glaberrimis antheris deorsum aristulatis filamentisque albis infra medium tubi insertis basi luteis stylo albo glabriusculo stigmate ferrugineo immarginato obsolete bilobo capsula ovoidea calycem subaequante corolla supra germen luteum contracta, caule basi tuberoso tubere bulbiformi basi multi radicato, radicibus densis albis.*

Herba vix spithamea a basi ramis 5. 6. eximie flexuosis. Scapus farctus. radix bulbo Hyacinthi orientalis simillima Fl. augusto. Legi in horto meo super radicibus Cannabis sativae. videtur var. O. ramosae quae conjungit O. Muteli. Si icon Lamarckii 551. f. 2. fidelis est planta mea omnino species distincta et nova est. Semina subrotundo-difformia lutea.

### 147. *Bis.* ACANTHUS.

MOLLIS. A. *Herba perennis caule usque bipedali pubescente simplici erecto nudo rubido, foliis radicalibus rosulatis grandibus pinnatifidis laciniis oblongis acutis inaequaliter grosseque dentatis margine ciliolatis glabris petiolis longis crassisque spica terminali floribus bracteatis bracteis ovato-oblongis grandibus reticulato-venosis sessilibus glabris dentato-spinosis duabus minoribus linearibus integerrimis corollis albis magnis ore villosis capsula squamis binis oppositis ovatis obtusis fulta.*

Ic. Fuchs. hist. 52. Math. 2. 710. J. Bah. hist. 3. 75. Sab. h. r. 3. t. 13. Durant. herb. 4. Lam. ill. t. 550. Gaertn. de fruc. 1. t. 54. Plenck ic. t. 503. Sibt. fl. gr. t. 610. Fl. vere et aest. In *Ligur. orient.* circa *Sarzanam* : in portu *Lunae* in olivetis *di Pertusole.*

### 148. LATHRAEA.

SQUAMARIA. L. *Herba parasitica vix spithamea perennis caudice ramoso hypogeo carnoso dense squamato inter squamas radicibus longis albis ramosis apice tuberculiferis scapo carnoso squamato squamis carnosis intus lacunosis in lacunis glandulosis glandulis pedicellatis floribus racemosis bracteatis solitariis subsessilibus pendulis secundis roseis filamentis hirsutis antherarum loculis barbatis capsula subglobosa rostrata calycem subaequante.*

Clandestina penduliflora Lam. fr. 2. 329. Squamaria Orobanche. Scop. carn. 760. Ic. Barrel. ic. 80. J. Bah. hist: 2.

lib. 19. 783. Mentz. pugil. t. 3. Rivin. mon. irreg. t. 89. f. 2. Fl. dan. t. 136. Svens. bot. t. 316. Engl. bot. t. 50. Schk. hand. t. 70. Alb. Dietr. fl. bor. 2. t. 113. Blackw. t. 430. Dodon. pempt. 553. Lob. Ic. 270. f. 1. Parastica super radicibus Coryli Avellanae, Juglandis regiae, Ulmi campestris, etc. In sylvis et locis umbrosis circa *Padum* et *Ticinum*, in collibus *taur.* circa *Azeglio.*

149. ALECTOROLOPHUS.

CRISTA GALLI. M. Bieberst. fl. caucas. 2. 68. A. *Herba perennis erectà glabra vel hirsuta superne ramosa caule tetragono submaculato foliis lanceolatis serratis floralibus ovatis subpectinatis floribus spicatis bracteatis axillaribus solitariis subsessilibus erectis calyce membranaceo glabro vel hirsuto corollis luteis rostellis galeae concoloribus coeruleis vel purpurescentibus capsula calyce minore seminibus alatis.*

Var. *Seminibus late alatis* est Rhinanthus Crista galli L. sp. 840 a. Engl. bot. t. 657. Curt. lond. 1. t. 81. Svens. bot. 348. f. 2. Rh. minor. Ehrh. beitr. 6. 144.. Rh. glaber. Lam. fr. 2 352. Alector. parviflorus. Wallr. sched. 348. Reich. ic. t. 731. f. 973. 974. Mimulus Crista galli. Scop. carn. 1. 434. Al. glaber. All. ped. 1. 58. Ic. Rivin. mon. irreg. t. 92. Sab. h. r. 3. t. 6. J. Bah. hist. 3. 436. Var. *Calicibus hirsutis, seminibus anguste alatis.* Rh. maior. Ehrh. beitr. 6. 144. R. hirsutus. Lam. fr. 2. 353. Rh. villosus. Pers. ench. 2. 151. Rh. alectorolophus. Poll. pal. 2. 177. Alect. grandiflorus. Wallr. sched. 316. A maior. Reich. ic. t. 733. f. 975. 976. et Svens. bot. 348. f. 1. Engl. bot. sup. t. 2737. A hirsutus. All. ped. 1. 58. Mimulus Alectorolophus. Scop. carn. 1. 435. A. alpinus. Walp. rep. bot. sys. 3. 434. Rh. alpinus. Baugm. stirp. trans. 2. 194. Ic. Tabern. ic. 791. Bull. pl. ven. t. 126. etc. omnino sub eadem specie coniugendae sunt. Fl. vere. Vulgaris in pratis montanis siccis et sterilibus. Proximas herbas infirmare atque occidere multi scripserunt. Quod probabili conjectura verum est. Quum capsulae crepitant tempus foeni secandi est.

150. BARTSIA.

Herbae erectae pubescentes caulibus obtuse tetragonis foliis simplicibus serratis floribus spicatis bracteatis in bractea axillaribus solitariis subsessilibus.

a. *Radice annua.*

b. *Foliis lanceolatis*

c. *Caule teretiusculo, floribus pallidis intus luteis.*

1. VISCOSA. B. *Caule tereti simpliciusculo villoso superne glanduloso-viscoso foliis oblongo-lanceolatis grosse profundeque serratis superioribus alternis floribus remotiusculis corolla extus pubescenti-glandulosa pectore bicolliculosa, labio cor. inf. dilatato labium superius adscedens excedente.*

Rhinanhus maxima. Desf. at. 2. 34. Rh. viscosa. Savi etr. 1. 165. Euphrasia pratensis. Seb. fl. rom. prodr. 199. Odontites viscosa. Reich. excurs. 2. 360. Lasiopera viscosa. Link. fl. port. t. 61. Ic. Lam. ill. t. 518. f. 3. Engl. bot. t. 1045. Curt. lond. 5. t. 44. Barrel. ic. 665. Lightf. scot. t. 14. Pluk phyt. t. 27. f. 5. mala. Caulis raro pedalis fistulosus aliquando ramosus pubescens folia obtusa aliquando integra. Spica brevis interrupta alterne foliata et florifera. Antherae galea breviores apice barbatae. Caps. apice pilosa calice brevior, ovata teretiuscula. Fl. vere exeunte. in agro *nic.*

cc. *Caule tetragono, floribus versicoloribus luteo-purpureis vel roseis.*

2. TRIXAGO. B. *Caule tetragono simpliciusculo foliis lanceolatis remote obtuse profundeque serratis omnibus oppositis floribus spicatis densis subquadrifariam imbricatis calycibus villosis labio cor. inf. dilatato superius depressum excedente galea margine carinaque pilosa pilis articulatis subglandulosis antheris barbatis.*

Bellardia. All. ped. 1. 61. Trixago apula. Stev. mem. mosq. 6. 4. Alectorolophus Trixago M. Bieb. taur. cauc. 2. 69. Lasiopera rhinantina Link. fl. port. 1. t. 58. Rhinanthus maximus. W. sp. 3. 189. R. versicolor. Lam. enc. 2. 61. R. maritima. eius. fr. 2. 353 Bartsia maxima. Pers. ench. 2. 151. B. versicolor ejusd. ibid. B. bicolor. Cand. ic. gall. rar. 4. t. 10. Ic. Barrel. ic. 666. 774. f. 2. Columna ecphr. 197. Sibt. fl. gr. t. 585. Herba pubescens. Caulis usque pedalis et ultra aliquando superne parce ramosus galea compressa carinata. Antherae lilacinae. Stigma luteum. Caps. ventricosa pilosa rostrata calycem superans. Semina semiovata subcurvata sulcata laevia ferruginea albo-costata. Fl. aest. In agro *nic.* prope *Lanternam* et circa *Villafranca.*

ccc. *Caule tetragono; floribus roseo-lividis.*

3. ODONTITES. Huds. angl. 268. B. *Caule erecto a basi ramoso brachiato armis strictis foliisque oppositis pu-*

*bescentibus lanceolatis cuspidatis remote serratis racemis secundis spicatis floribus superioribus approximatis corollis extus pubescentibus staminibus exsertis bracteis flore longioribus.*

Euphrasia. L. sp. 841. Fl. dan. t. 625. E. verna Bellard. in append. fl. ped. 33. Odontites verna. Reic. excurs. 2. 369. Euphrasia serotina. Lam. fr. 2. 350. Bartsia serotina. Bert. am. 33. Odontites serotina Reich. exc. 2. 359. Barrel. ic. 276. f. 2. est. omnino var. *bracteis flore brevioribus* quae apud nos vulgatissima est secus vias et ericetis et arvis, atque floret usque in serum autumnum. Haec siccando non nigrescit quia in antumno floret. Quod et de aliis stirpibus solemne est. exemplaria enim autumno collecta paucis exceptis laete virent in sicco. Ic. Curt. fl. lond. l. t. 44. ed. 2. 2. t. 92. Engl. bot. t. 1415, Dod. pempt. 55. Lob. ic. 496. Dalech. lugd. 1167. Rivin. mon. irreg. t. 90 Moris. s. 11. t. 24. f. 10. Mart. fl. rust. t. 42. — Huc etiam traho B. lanceolatam Bert. fl. ital. 6. 273. (E. lanceolata Gaud. helv. 4. 116 quae non differt. nisi *floribus luteis galea obcordata seminibus paulo latioribus.* Cum etiam typus galeam habeat obtusissimam subretusam: adeoque ab hac nisi leni gradu distat. Caulis usque pedalis ed ultra rubidus. Calyx rubidus hirsutus non raro quinquefidus. Cor. roseo-livida galea integra labii laciniis obtusis aequalibus. Antherae basi barbatae loculis apice mucronatis. Capsula subcompressa mucronata pilosa. stylus plerumque hirsutus. folia floralia ima maiora, suprema colorata. semina numerosa parva striata. Fl. vere exeunte usque in serum autumnum. Vulgatissima apud nos ubique in arvis et viis etc. praesertim serotina.

bb. *Foliis ovatis.*

4. LATIFOLIA. Sibt. fl. gr. 6. 69. t. 586. B. *Caule erecto tetragono foliisque oppositis ovatis sessilibus inciso-serratis floralibus subpalmatis hirsuto-glandulosis viscidis spica quadrifariam imbricata corollae pectore bicolliculoso labio super. abbreviato integro.*

Euphrasia. L. sp. 841. Trixago. Reich. excurs. 2. 360. Tr. purpurea Stev. mem. mosq. 6. 4. Bartsia purpurea. Duby. bot. gall. 354. Euphrasia latifolia. Griseb. spic. fl. rumel. 2. 14. Ic. Magnol. bot. monsp. 94. Sab. h. r. 3. 17. Barrel ic. 236. f. 3. Columm. ecphr. 1. 202. Herba vix dodrantalis spica tetragona aliquando inferne interrupta. Flores verticillato-spicati. Corollae calyce vix longiores albidae fauce ochroleuca, galea extus rosea. Antherae laeves loculis deorsum aristatis. Stylus pilosus, capsula demum nigra. Semina stramineo-carnea. Odor. plantae aromaticus gratus. Fl. vere. Vulgaris in collibus *Montisferrati*, prov. *aquens. nic.* etiam in agro *taurin. allà Molinetta*, et secus *Sturam*, circa *Novariam alla Cunetta*, atque in pratis sterilibus.

aa. *Radice perenni repente.*

5. ALPINA. B. *Caule tetragono erecto simpliciusculo foliisque omnibus oppositis subcordato-ovatis sessilibus dentato serratis rugosis hirsutis pilis septatis inaequalibus plerisque apice glanduliferis spica terminali densa floribus axillaribus oppositis calycibus subviscosis corollis violaceis extus glanduloso-pubescentibus filamentis pilosis antheris barbatis bilobis subtus acuminatis.*

Ic. Barrel. ic. 774. f. 1. Pluk. t. 163. f. 5. J. Bah. hist. lib. 3. 289 Pona monte Baldo descr. 207. Fl. dan. t. 43. Petiv. herb. br. t. 36. f. 8. Engl. bot. t. 361. Svens. bot. t. 573. Curt. lond. t. 87, ed 2. 2. t. 68. Caulis plerumque roseus valde foliosus vix semipidalis raro basi ramosus pilosus. Folia floralia superiora purpurantia. Galeà labio paulo longior Capsula ovata pilosa calycem valde superans. Semina semiovata sulcata costata costis subalatis Fl. aest. Vulgaris in humidis saxosis alpinis et subalpinis.

## 451. EUPHRASIA.

Herbae annuae pusillae caule obtuse tetragono erecto vel ascendente ramoso ramis decussatis foliis oppositis sessilibus racemis terminalibus foliatis simplicibus ut plurimum secundis.

a. *Foliis linearibus.*

1. LUTEA. E. *Caule erecto brachiato glabriusculo foliis linearibus serratis superioribus integerrimis floribus disticke racemosis confertis corollis luteis extus pilosis genitalibus longe exsertis antheris croceis glaberrimis deorusm mucronatis.*

E. Coris. Crantz. a. 298. Odontites lutea. Reich. excur. 359. Euphr. linifolia. L. sp. 842. var. *foliis omnibus integris scabris.* Ic. Moris. s. 11. t. 24. f. 16. Columm. ecphr. 203. Jacq. a. t. 398. Caulis vix pedalis utplurimum humilior superne rubens. Galea ciliata. filamenta lutea inferne pilosa. Capsula obovata pilosa rubescens calycem aequans vel excedens. Semina in quovis loculo bina. Fl. autumno. Vulgaris in pascuis montanis apricis et collinis. Var. *linifolia* vulgaris in collibus et locis sylvaticis prov. *canapic.* etc.

2. TRICUSPIDATA. E. *Caule ramoso pubescente foliis linearibus apice dilatatis 3dentatis dente medio elongato floribus axillaribus oppositis pedunculatis corollis variegatis albo-purpureis extus pilosis lobis emarginatis genitalibus inclusis antheris violaceis loculis oblongis margine barbatis deorsum mucronatis.*

E. cuspidata. Host. a. 2. 186. Ic. Pluk. phyt. t. 177. f. 5. Caps. oblonga obtusa. Videtur omnino var. E. officinalis. In alpibus *vinadiensibus* etiam apud nos in agro *bugel.* locis montanis supra *Graliam* etc. Fl. aest. et aut.

aa. *Foliis lanceolatis.*

3. VISCOSA. E. *Viscoso-pubescens caule erecto ramoso foliis lineari-lanceolatis trinerviis integerrimis racemis secundis corollis flavis extus glabris calyces viscosos triplo superantibus genitalibus inclusis antheris glabriusculis deorsum mucronatis apice barbato-connexis.*

Odontites. Reich. excur. 360. E. linifolia. a. b. L. sp. 842. 2. Ic. Garid. Aix. t. 80. Lam. ill. t. 518. f. 3. Caulis pedalis et ultra, plerumque tamen humilior. Caps. obovata emarginata subcompressa pilosa aliquando rosea. Herba suaveolens odore C. melopeponis. Fl. aest. exeunte. In collibus agri *nic.* et *segusiani*: in valle *Bardoneche* etc.

aaa. *Foliis ovatis.*

4. OFFICINALIS. E. *Glabriuscula caule erecto ramoso foliis subsessilibus ovatis serratis floribus axillaribus oppositis corollis extus pubescentibus galea biloba lobis retroflexis laciniis labii inferioris emarginatis calyces eglandulosos duplo superantibus genitalibus inclusis antheris violaceis loculis oblongis margine barbatis deorsum mucronatis.*

E. minima. Jacq. in Cand. 3. 473. Bartsia humilis. Lapeyr. abr. pyr. 344. E. vulgaris. Savi. etr. 2. 162.

E. imbricata. Thore apud Pers. enc. 2. 149. Bartsia imbricata. Lapeyr. l. c. 344. excl. syn. — *Cor. brevibus foliis latioribus.* E. pratensis. E. micrantha. Reich. excurs. 388. 389. Ic. Rivin. mon. irreg. t. 90. f. 1 Sab. h. r. 3. t. 9. Zannichell. ist. t. 25. et t. 246. Bocc. mus. t. 60. Plenck ic. t. 502. Svens. bot. t. 267. Engl. bot. t. 1416. Curt. lond. 5. t. 42. ed. 2. 2. t. 82. Woodv. sup. t. 220. Fl. dan. t. 1037. Ger. em. 663. Fuchs. hist. 246. Bull. herb. t. 233. — Var. *foliis superioribus pectinatis dentibus mucronato-setaceis.* E. alpina Lam. ill. t. 518. f. 2. E. stricta. Host. a. 2. 185. E. nemorosa. Reich. exc. 358. Ic. Boccon. mus. t. 60. f. 88. — Var. *foliis linearibus lanceolatisque remote argutissime dentato-setaceis.*

E. tricuspidata All. ped. 1. 60. E. salisburgensis. Hop. bot. taschem 1794. 190. E. alpina Gaud. helv. 4. III. a. Herba humillima raro spithamea. Caulis aliquando hirsutus rubidus: rami subfastigiati: racemi foliosi: cor. versicolor utplurimum alba lineis roseis vel purpureis vel violaceis striata fauce lutea: aliquando tota coerulescens palato albido vel luteo. Caps. calice minor pilosa emarginata oblonga subcompressa mucronulata: semina pauca sulcata costis albidis. Fl. aest. et aut. Vulgatissima in arvis et ericetis pascuis et pratis macilentis sterilibus, siccis, etiam in pascuis alpinis. Herba aliquando ramosissima, pulcherrima, adstringens. Veteres medici Gordonus, Arnoldus de Villanova, Sylvaticus, Hildanus, Lanzonus in morbis oculorum magnam opem attulisse scripserunt. Quod vulgus medicorum praesertim nostri aevi aspernavit et irrisit. Nec defuerunt nostris temporibus qui virtutem Euphrasiae in morbis oculorum institutis experimentis impense laudaverunt. V. Vetch (ist. della ottalmia che dominò in Inghilterra al ritorno delle armate britanniche trad. dall'Ingl. in ted. p. Michelis. Berna 1817) et Pitschast in Hufel. Journ. vol. 58. fas. 1. p. 93.

Medici homiopatici innumeris exemplis probarunt Euphrasiam in morbis oculorum fere omnibus, amaurosi excepta, eximie profuisse.

## 152. MELAMPYRUM.

Herbae annuae inodorae caulibus tetragonis ramosis ramis brachiatis floribus spicatis vel laxe racemosis bracteatis seminibus magnis.

a. *Corollis hiantibus.*

1. SYLVATICUM. M. *Floribus racemosis secundis lateralibus remotis foliis bracteisque conformibus lineari-lanceolatis integerrimis calycis dentibus elongatis colliculis in pectore croceis corollis erectis vix calyce longioribus capsulis reticulatis venosis demum pendulis.*

M. alpestre. Pers. ench. 2. 151. M. saxosum Baugm. in Reich excurs. 357. Jc. Fl. dan. t. 145. Engl. bot. t. 804. Curt. lond. § t. 45. Caulis vix pedalis ramosus ramis brachiatis patentibus.

Flores parvi aurei. Bracteae summae raro basi utrinque unidentatae. semina straminea, raro solitaria. Fl. aes. Vulgare in sylvis alpinis umbrosis.

aa. *Corollis clausis.*

b. *Floribus spicatis confertis.*

2. CRISTATUM. M. *Spicis densifloris acute quadrangularibus bracteis conduplicatis dense imbricatis cordatis coloratis dentato-pectinatis cuspidatis recurvato-falcatis foliis lineari-lanceolatis integerrimis corollis pubescentibus colliculis in pectore aureis antheris margine pilosiusculis capsulis glabris rostratis compressis falcatis carinis superne puberulis calyce longioribus.*

Ic. Moris s. 11. t. 23. f, 2. Rivin. mon. irreg. t. 81. f. 2. Pluk phyt. t. 99. f. 2. J. Bah. hist. lib. 3. 441. Flor dan. t. 1004 Engl. bot. t. 41. Petiv. h. br. t. 36. f. 10. Caulis vix pedalis scaber erectus : folia margine ciliato-scabra. Cor ochroleucae, palato fulvo, galea rubida. Cal. inaequalis. Antherae atro purpureae subtus acuminatae. Semina nigra, laevia elliptica obtusa. Fl. vere exeunte et aest. In collibus apricis elatis : in arvis et ericetis declivibus passim.

3. ARVENSE. M. *Spicis conicis laxis bracteis coloratis pinnatifido-dentato-setaceis subtus punctatis calycibus scabris corollis roseis calycem excedentibus extus puberulis capsulis glabris subrotundis obovatis subcompressis brevissime acutatis apiculo in latus curvo calyce longioribus.*

Ic. Riv. mon irreg. t. 80. J. Bah. hist. 439. Clus. hist. lib. 4. 45. Sab. h. r. 3. t. 8. Waldst. et kitaib. pl. rar. hung. 1. t. 86. f. A-E. Fl. dan. t. 911. Curt. lond. 4. t. 69. Engl. bot. t. 55. Caulis pedalis et ultra brachiatus ramis erecto patulis. Spica formosa purpurea raro virescens vel albida, quae tunc facit M. argiro-comum Fisch. Cor. flava apice purpurea. Semina flavida tritici aemula utrinque bina demum fusca. Fl. aest. Vulgatissimum inter segetes et stipulas.

bb. *Floribus racemosis laxis axillaribus remotis.*

c. *Bracteis coloratis.*

4. NEMOROSUM. M. *Floribus secundis lateralibus remotis bracteis cordato-lanceolatis dentatis basi laciniatis summis coloratis rubro-coeruleis sterilibus comantibus laciniis calycinis subaequalibus lanatis corolla lutea intus extusque pubescente antheris dorso viridulis margine purpureis ora barbatis capsulis ovatis rostratis declinatis.*

M. violaceum. Lam. fr. 2. 356. M. pratense Savi etr. 4. 165. M. sylvaticum. Guss. pl. rar. 244. Ic. J. Bah. l. c. 440. Clus. pannon. 604. et hist. l. 4. 44. Barrel. ic. 769. f. 1. Fl. dan. t. 305. Svens. bot. t. 423. Fl. aest. In sylvis umbrosis montanis *Pedem*, et *Sabau*. in monte *Musiné* etc.

cc. *Bracteis viridibus.*

5. PRATENSE. M. *Floribus secundis lateralibus remotis bracteis viridibus hastato-dentatis calycibus abbreviatis campanulatis laciniis superioribus longioribus corollis ochroleucis extus intusque pilosis colliculis in pectore aureis antheris loculis dorso viridibus margine membranaceo-albidis barbatis capsulis ovatis rostratis declinatis foliis subsessilibus lineari-lanceolatis integerrimis.*

M. vulgatum Pers. en. 2. 151. M. sylvaticum. Huds. angl. 270 Ic Rivin. mon. irreg. t. 81. Lam. ill. t. 518. f. 2. Svens. bot. t. 287. Engl. bot. t. 113. Petiv. h. br. t. 36 f. 9. Caulis pedalis et ultra ramosus ramis patentibus laevibus. Folia glabra aliquando basi dentata, et si locis umbrosis vivit sub carnosa fiunt : bracteae non raro rubidae. Cor labium inf. porrectum. Fl. aest. Vulgare in pratis sepibus et oris nemorum.

## 153. VITEX.

AGNUS CASTUS. V. *Arbuscula orgyalis et ultra ramis dilatatis foliisque subtus incano-pubescentibus foliis longe petiolatis digitatis foliolis lanceolatis acuminatis basi attenuata subpetiolatis sub integerrimis exterioribus minimis sessilibus paniculis axillaribus terminalibusque interruptis, floribus verticillatis calyce campanulato breviter et acute sinuato-dentato corolla pallide violacea calyce triplo longiore limbo oblique bilabiato glabro fauce inflata laciniis ovalibus acutis superioribus subaequalibus infima majore producta genitalibus longe exsertis.*

Ic. Dodon. pempt. 774. Dur. herb. 11. Blackv. t. 139. Lam. ill. t. 541. f. 1. Sibt. Fl. gr. t. 609. Nees ab Esemb. gener. plant. Fl. ger. fas. 23. Ludw. ect. f. 28. Schk. hand. t. 177. Duham. arb. 2. t. 105. [illegible]d. 2. 6. t. 35. Plenck. ic. t. 510. Foliola 5-7-9ena supra virentia subtus candicantia. Flores aliquando albi. Stirps odorata. Fl. vere. In collibus maritimis prope *Albengam*, atque inter *Mentonem* et *Monacum*, in vallibus secus rivulos et torrentes. Planta apud veteros celebris quia ve-

neris impetum infringere credebatur. Ideoque in Cereris sacris Atheniensium feminae castitatem custodientes utebantur ea ad strata, super quibus cubabant. Unde ἄγνος graecis dicta, quae vox purum, castum, pudicum, non pollutum venere significat. Perperam nostris temporibus neglecta cum aroma ejus vires multas et valde actuosas promittat. Lac prolicere, menstruum sanguinem revocare, hydropicis, ac lienosis auxiliari, etc. scribit Dioscorides (Lib. I, cap. 135. vol. 1. 129. 130. ed. Sprengel). Medici homiopathici contra impotentiam ac sterilitatem, amenorrheam, album fluorem hypocondriasim ac physconias splenis multum valere contendunt; quae non neganda donec esperimentis rite institutis evictum sit utrum vera sint nec ne.

154. LINDERNIA.

Pixidaria. All. mis. taur. 3. 178. t. 5. L. *Herba annua caespitosa procumbens diffusa ramosa glabra vix dodrantalis ramis tetragonis foliis oppositis, sessilibus semiamplexicaulibus oblongis integerrimis trinerviis subcarnosis pedunculis axillaribus solitariis unifloris ebracteatis folio demum longioribus calycis laciniis lineari-lanceolatis coralla calycem non excedente rosea vel albida antheris bilocularibus transverse dehiscentibus anticis lateralibus, filamentis anticis dente terminali basi glandula fultis.*

Capraria gratioloides. L. sp. 876. Anagalloides procumbens. Krok. fl. sil. 2. 398. t. 26. Gratiola inundata. Kitaib. in Schult. fl. a. 2. 32. Lindernia Kitaibelii. Don. gen. syt. 4. 551. Ic. Lindern. alsat. t. 1. 2. Lam. ill. t. 522. Fl. aest. Vulgaris in oryzetis, in pratis paludosis circa *Bolengo* et *Azeglio;* in oris lacuum *Di Candia* et *Viverone;* locis humidis secus *Padum* in agro *taur.*, etc., et secus *Sessitem*, circa *Vercellas;* in fossis inter *Gagtianico* et *Candelo*; in oryzetis di *Massazza* et *Villanova*, etc. — Lindernia Pixidaria Pers. en 2. 166. est Gratiola dilatata. Muhl. Spren. syst. 1. 39. — Corolla nisi circa meridiem aperta est.

155. LIMOSELLA.

Aquatica. L. *Herba palustris glabra perennis acaulis repens stolonifera pusilla stolonibus nodosis nodis radicantibus foliis spathuluto-linearibus longe petiolatis alterne fasciculatis subcarnosis scapis fasciculatis unifloris brevissimis ebracteatis foliis brevioribus demum deflexis calycibus maculis purpureis pictis corollae laciniis ovatis acutis albis intus rubentibus capsula ovato-globosa calyce demum longiore.*

L. diandra. Krok. fl. sil. 2. 405. t. 27. fig. B. L. annua. Lind. hor. alsat. 156. t. 5. Plantaginella aquatica. Moench. meth. 427. Ic. Lam. ill. t. 535. Hall. jen. t. 6. f. 2. Fl. dan. t. 69. Engl. bot. t. 367. Mentz. pug. t. 7. f. 6. Pluk. alm. t. 74. f. 4. Loes. prus. t. 81. Moris. s. 15. t. 2. f. 1. Fl. aest. In uliginosis lacus *Cusii:* in pratis circa *Lurogno* in agro *nov.* Annuam dicit Smith. br. 2. 668.

156. DIGITALIS.

a. *Cor. ventricosae lab. sup. transverso.*

1. purpurea. D. *Foliis oblongis crenatis rugosis pubescentibus imis petiolatis superioribus minoribus pedunculis rectis calyces aequantibus laciniis calycis ovato-oblongis.*

D. tomentosa. Link. fl. port. 220. t. 29. Digitatis Thapsi. Lin. sp. 817. Var. *humilior, foliis tomentosis plerisque decurrentibus pedunculis calyces superantibus.* Ic. hujus in bot. mag. t. 2194. Smith. bot. exot. t. 43. Lind. mon. t. 34. Bocc. mus. 2. t. 85. Barrel. ic. 1185. Quae dicitur lecta a Bocconio in Sabaudia. Ic. Lam. ill. t. 525. f. 1. Bull. herb. t. 21. Dodon. pempt. 168. Fuchs hist. 893. Dreves. Bilderb. t. 46. Woodv. med. bot. t. 24. Rivin. mon. ir. t. 104. Blackw. t. 16. Knor. del. 1. t. F. 10. Var. *Fl. albis.* Knor. del. 1. t. F. 9. Curt. lond. 1. t. 48. Fl. medic. t. 151. Caulis erectus foliosus raro ramosus usque orgyalis. Racemus terminalis longissimus. Flores secundi nutantes. Corollae extus ut plurimum puberulae et rubrae intus albidae maculis purpureis ocellatis pictae. Galea intus barbata. Antherae glabrae. Capsulae ovatae acutae demum ferruginae. Semina parva numerosa laevia ferruginea. Fl. aest. ad rupes *di Cimamullera* in valle *Ossulae.* Stirps speciosa in hortis culta. Biennis?

2. grandiflora. Lam. fr. 2. 332. All. ped. 1. 70. D. *Foliis imis petiolatis ovato-lanceolatis serrulatis nervoso-venosis pubescentibus superioribus latioribus pedunculis calyces aequantibus lacіniisque linearibus villosis corollae reticulatae pubescentis labio superiore praemorso inferioris laciniis triangularibus brevibus media latiore

*racemo corollisque intus glanduloso-pilosis.*

D. ambigua. Murr. prodr. fl. gott. 62. Lind. mon. t. 7. Botan. reg. t. 64. D. lutea Poll. palat. 2. 199. D. ochroleuca. Jacq. hor. vind. 1. t. 75. Lind mon. t. 8. Reich. icon. t. 160. est var. *Caule et foliis viscido-pubescentibus.* — Var. *laciniis labii infer. acutis* est D. ambigua. Sck. D. grandiflora Reich. ic. 189. — *Laciniis obtusis.* D. ambigua. Lind. mon. t. 7. — D. ochroleuca Reich. icon. f. 290. D. fucescens W. et Kit. pl. rar. hung. t. 274. Reich. ic. f. 288. et D. media Roth. cat. bot. 2. 60, quae est. D. intermedia Pers. en. 2. 167. Reich. ic. f. 281. Sunt plantae hybridae. Caulis usque tripedalis. Corollae sulphureae intus reticulato-venosae venis fusco-rubris. Racemi laxi. Fl. aest. In sylvis, et oris sylvarum montium et collium, locis umbrosis et saxosis. Ego legi in sylvis dictis *della Costa di Benna*, supra l'*Armondà*: etiam *sulla Bessa* supra *Mongrando*. Perennis.

aa. *Corol. subventricosae lobo medio labii infer. porrecto tubum subaequante.*

3. FERRUGINEA. D. *Caule stricto foliisque lanceolatis elongatis subintegerrimis laevibus, racemi elongati subramosi pedunculis confertis laciniis calycis obtusis margine scariosis cor. labio inf. porrecto ovato obtuso villoso lateralibus abbreviatis margine lanatis.*

D. aurea. L. mon. t. 13. Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 86. Moris. s. 5. t. 8. f. 2. 3. Jacq. hor. vind. t. 17. Rivin. mon. irreg. t. 98. Reich. ic. f. 286. Sibt. fl. gr. t. 606. Lind. mon. t. 12. Bot. mag. t. 1828. Caulis usque orgyalis: racemus usque bipedalis. Cor. sulphurea intus ferruginea, labio inf. fusco-purpureo-reticulato. Biennis. Super collibus *di Bobbio*, et *Cavatore* agri *aquens* Fl. aest.

aaa. *Cor. labio super. bifido.*

4. LUTEA. D. *Foliis lanceolatis remote serratis venosis glabris racemo secundo calycis laciniis lanceolatis uninerviis margine glanduloso-pubescentibus corollae tubulosae extus glabrae lobis acutis labio reflexo capsula bisulca labii inferioris lacinia media lateralibus duplo longiore.*

D. micrantha. Roth. Reich. icon. t. 153. D. parviflora Lam. fr. 2. 333. All. ped. n. 257. Ic. Lob. t. 573. f. 2. Jacq. hor. vindob. t. 105. Rivin. mon. irreg. t. 105. Moris. s. 5. t. 8. f. 5. Reich. icon. f. 280. Lind. mon. t. 23. Botan. reg. t. 251. Savi mat. med. t. 57. Caulis striatus usque bicubitalis Folia foetida nitida. Racemus usque pedalis apice nutansdensus. Cor pallide sulphureae. Biennis. In sylvis et oris sylvarum umbrosis collium et planitiei. In agro et collibus *taur.* in agro *segus. novar.* et *albensi.* Fl. aest. Herba speciosa.

Ferunt Digitalem grandifloram virtute sua accedere ad D. purpuream: D. ferrugineam et luteam minus acres et narcoticas esse, magis vero urinam ciere: unde in hydropibus utiliores esse. Experimenta diligentissime perficienda medicis doctis qui experimentis probe instituendis idonei sint, et species recte distinguant. Dig. purpuream magnis viribus pollere certum est. Verum saepe ambigit medicus prudens quibus morbis et morborum complicationibus apte adhibeat. Magnum auxilium affert hydropicis, praesertim in hydrothorace urinas copiosas et cito ciendo. Intra nicthemerum enim plerumque actionem suam exserit. Melius si hydrops dynamicus est, quamquam non raro prodest etiam si hydrops a vitio cordis organico est. In ascite minus apta Digitalis est et raro urinam auget, quod melius perficit Scilla. Sedulo animadvertat medicus ne Digitalem adhibeat aegris quorum vires valde prostratae sunt. Tunc quin lotium proliciat aegrum occidit. Vires enim exhaurit ut vita demum nequeat resurgere. Agere itaque videtur vasa lymphatica incitando sanguinea praesertim capillaria exhalantia infirmando: unde intelligitur magnum auxilium hydropicis, et scrophulosis adferre. In systema sanguiferum videtur benigne agere vires ejus infirmando si incitatio dinamica est, et ab inaequali potius dispensatione virium est, et revellendo et harmoniam sublatam restituendo. Primum enim agit in nervos ventriculi et praecipue in sympathicum magnum nauseam vomitum anxietatem, angorem, virium imbecillitatem deliquia etiam inferendo. Atque haec fiunt etiamsi praecordia organico vitio laborent. Verum in inflammatione praecordiorum contraria ratione agit morbumque intendit testantibus Kreysigio aliisque optimis de morbis cordis scriptoribus: quae omnino vera esse et ego experiendo didici. Rarius in praecordia agit cito et directe illa infirmando: nam aliquando contraria ratione agit febrem inferendo, et si adest, augendo, pulsum magis durum et celerem reddendo: ubi vero nausea, vo-

mitus, anxietas, musculorum infirmitas usum ejus excipiunt subito sequitur pulsuum tarditas atque infirmitas quae in deliquia usque ascendit. Quae si cito fiunt signum est praecordia neque inflammata, neque incitata esse. Vidi (quod omnino mirandum) vulnus pulmonis usu Digitalis sanatum. Quae aegrum adsiduo fere deliquio adfectum habebat. In phtisi pulmonali neutiquam juvisse imo nocuisse observavi. Vidi multum opis attulisse in chronico catharro, integro pulmone. Profuit valdopere in haemoptisi acuta post opportunas sanguinis missiones. Quem morbum febre consociatum omnino citoque sustulisse absque sanguinis missionibus pluries vidi Aconiti napelli tincturam methodo homiopathica sumptam. Valentius tamen Aconitum Lycoctonum inveni. Ubi vero morbus chronicus erat arnica optime succurrit. Sed in hydrotorace princeps et vere mirandum ut plurimum remedium est. Aliquando tamen, quin ratio intelligatur, vel non succurrit, vel male agit. Vidi homines qui nullo modo ferre potuerunt neque in pulvere neque in extracto, neque infuso, neque in decocto, neque in tinctura, neque intus, neque extus sumptam. Nausea, vomitus, dejectio animi atque anxietas horrenda inde oriebantur. Quibus fiebat ut mortem libentius obirent, quam remedium repeterent. Si cum cinnamomo, cet. et opio jungatur ferunt aegri, ut plurimum absque vomitu. Ægros plerumque bis vel ter mirifice servat, urinae magnam copiam eliciendo. Quod cum repente fiat periculum est ne aeger subito in syncopem vel apoplexiam lethalem incidat, nisi totum corpus tempestive fascia ligetur. Demum fibra iners fit neque lotium ciet, angorem tantum in renibus et vescica cui ipsius tenesmus superadditur, irritis conatibus. Urina enim non amplius fluit. Tempestive itaque ad alia et valentiora remedia confugiendum, secus de aegro actum est.

Digitalis videtur vitae factores pessumdare unde nulla reactio vitae, et mors sequantur necesse est. Quod cum accidere comperit medicus tempestive ad Helleborum veniendum est. Quo antiquius extractum est, melius est. Etiam aquosum optimum est. Ego kali hydrojodico jungo extractum ejus cum adipe in bronchocele curando optimo quidem successu. Ante Helmontium Digitalis medicis non memoratur, qui adhibebat in strumis (Haller. hist. stirp. helv. n. 330.). Quod etiam in usu erat medicis brittannis Raii temporibus (Rajus hist. pl. 1. 767.). Valde in scrophulis juvare scribit Hallerus (Mat. med. par Vicat. 1. 111. 112.). Quod nuperiorum medicorum experimenta confirmarunt. Cullenus primus scripsit usu ejus pulsus cordis et arteriarum minui, et infirmari. Uberiores notitias hauries in Merat et Delens Mat. med. 2. 133. 134. Brux. 1838 et Richt. Mat. med. trad. ital Milano 1835. 2. 872-912. Digitalem more medicorum homiopathicorum non adhibui, verum cum aliis remediis fidem illorum verbo tenus fideli et multiplici experimento comprobaverim, non dubito, quin etiam de Digitali, quae scripserunt vera sint. Adhibent in febribus gastricis pituitosis et biliosis continuis, remittentibus et intermittentibus si sudore nocturno diffluit corpus, et frigore afficitur et pulsus tardi atque infirmi sunt. In inflammationibus nervosis encephali, et medullae spinalis, in delirio potatorum, in mania, atque inflammationibus catharralibus, et scrophulosis: in inflammationibus cordis, et vescicae praemisso Aconito si ingens surrectio virium in systemate sanguifero est. In vomitu rebelli, praesertim potatorum: in omni hydrope et cachexia tussi ac catharro antiquo: in hypertrophia cordis et praecordiorum, ictero cum incitatione, vel inflammatione jecinoris, diarrhoea dolorifica ac rebelli et stranguria. Medicos desuper hortor ut alias species indigenas caute experiundo adhibeant, ut eruatur, quae illis vires insint a purpurea diversae. Sicut de D. lutea est, quam minus acrem magis vero aliis diureticam esse memoriae prodiderunt.

### 197. LINARIA.

a. *Caule prostrato.*

b. *Foliis lobatis. rad. perenni.*

1. Cymbalaria. Mill. dict. n. 17. L. *Glabra caule ramoso foliis alternis petiolatis cordato-reniformibus 5lobis floribus pedunculatis axillaribus subsolitariis laciniis calycinis lineari-oblongis obtusis capsula brevioribus calcare brevi seminibus squamellato-rugosis.*

Antirrhinum. L. sp. 851. Engl. bot. t. 502. Fl. dan. t. 1220. Bull. herb. t 305. A. hederaceum Lam. en. 2. 338. A. hederaefolium Poir. ibid. sup. 4. 18. A. acutangulum. Tenor. neap. 2. 47. t. 59. var. *foliorum lobis acutis* quorsum etiam spectat ic. cit. Engl. bot. Elatine. Moench. method. 525,

Cymbalaria muralis. Baugm. stirp. trans. 2. 208. C. hederacea. Gray. an. br. 2. 322. Ic. Zannich. ist. t. 252. Rivinus. mon. irreg. t. 86. f. 2. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 82. ed. 1. fas. 1. t. 45. Caulis ramosissimus ramis ramosis implexis radicantibus teretibus foliosis. folia subcarnosa subtus rubida. Cor. lilacina calcare violaceo recto, fauce pilosa, palato utrinque mammilla prominula lutea: pedicelli demum deflexi semina in rimas murorum vel terram abscondunt. Floret aest. Vulgaris super muris vetustis. etc.

bb. *Foliis hastatis.rad.annua.*

2. Elatine. Mill. dict. n. 16. L. *Hirsuta foliis sparsis imis oblongo-spathulatis superioribus hastatis pedunculis axillaribus unifloris elongatis laciniis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis seminibus squamuloso-echinulatis.*

Ant. L. sp. 851. Engl. bot. t. 692. Fl. dan. t. 426. Svens. bot. t. 711. A. auriculatum. Lam. fr. 2. 339. A. elatinoides. Tenor. syllab. fasc. 2. 48. Cymbalaria Elatine. Baugm. st. trans. 2. 208. Linaria Sieberi. Reich. excurs. 374. L. commutata. Bern. in Reich. ic. 9. 6. t. 815. f. 1101. Ic. J. Bah. hist. 3. 1. 29. 372. Curt. lond. fas. 1. t. 46. ed. Grav. 2. t. 84. Caulis ramosissimus ramis prostratis radicantibus usque pedalis. Cor. lutea galea lilacina calcare elongato attenuato pallido subincurvo: loculi antherarum margine barbati. Stigma bilabiatum: capsula subglobosa. Fl. aest. et autumno. Vulgaris in agris, arvis, locis incultis. var. floribus totis extus pallide coeruleis ego legi heic *Verroni* in arvis *della Cassinona*. Var. *floribus regularibus* legi in collibus *Valdengi*

bbb. *Foliis integerrimis: rad. annua.*

3. spuria. Mill. dict. n. 15. L. *Foliis sparsis subrotundo-ovatis mucronatis subintegerrimis superioribus subsessilibus cauleque procumbente villosis pedunculis oppositi foliis solitariis laciniis calycinis cordato-oblongis seminibus squamuloso-muriculatis.* A. spurium. L. sp. 851. Engl. bot. t. 691. Fl. dan. t. 913. Curt. lond. 3. t. 37. A. Elatine. Bull. herb. t. 245. Cymbalaria spuria. Baugm. l. c. 2. 209. Elatine ovata. Gray. am. br. 2. 321. Kichia spuria. Dumor. Fl. belg. ex Valpers. reper. 3. 493. Linaria lanigera. Link. fl. port. 1. 231. t. 34. Ic. Rivin. l. c. t. 86. Lob. ic. 470. Fuchs. hist. 167. Dalech. lugd. 1303. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 83. Herba viscosa, pilis articulatis apice glandulosis. Caps. puberula: laciniae calycinae ciliatae erectae. Cor. ochroleuca labio super. purpureo-violaceo, palato luteo, mammillis croceis, calcare elongato acuto. filamenta interne barbata. Antherae atro-purpureae margine pilosae. Stigma bilabiatum. Fl. aest. et aut. in arvis collinis.

aa. *Caule erecto.*

b. *Foliis inferioribus oppositis seu verticillatis.*

c. *Foliis latioribus ovatis seu oblongis.*

d. *Radice annua.*

4. triphylla. Mill. dict. n. 2. L. *Glabra, foliis ternis ovato-oblongis obtusis 3-5nerviis margine scabris glaucescentibus floribus racemoso-spicatis densis brevissime pedunculatis laciniis calycis lanceolatis calcare rectiusculo corollam subsuperante capsula subglobosa emarginata calycem subexcedente seminibus triquetris incurvis exquisite rugosis.*

L. neglecta. Guss. pl. rar. 249. Antirrhinum. triphyllum. L. sp. 852. Bot. mag. t. 324. A. neglectum. Clark. ap. Spreng. neu. ent. 3. 160. Ic. Sab. h. r. 3. t. 4. Boccon. sic. t. 22. Bonan. pan. t. 70. Moris. s. 5. t. 12. f. 2. Caulis raro pedalis plerumque humilis et ramosus ramis alternis et strictis. Cor. ochroleuca calcare violaceo, palato mammillisque luteis, raro tota violacea. Caps. apice dehiscens valvis tribus pro singulo loculo. Fl. vere. circa *Genuam.*

dd. *Radice perenni.*

5. origanifolia. Cand. fr. 3. 591. L. *Foliis inferioribus oppositis superioribus alternis obovato-oblongis subrotundisque glabriusculis margine villosis ramis erectis superne glanduloso-pubescentibus floribus racemosis fauce cor. aperta, calcare abbreviato capsulae loculis inaequalibus majore operculo valvaeformi apice dehiscente seminibus oblongo ovoideis truncatis sulcatis.*

Antirrhinum origanifolium. L. sp. 852. Ic. Magnol. bot. 25. Mala. Barrel. ic. 598. 4102. 1103, et 1113. Malae. Caulis vix dodrantalis strictus teres: corollae pallide coeruleae calcare brevi purpureo, violaceo. Fl. vere. Super rupibus apricis supra *Tendam*, et l'*Escarena*, var. *corollis majusculis.* Quorsum spectant L. crassifolia. Cand fr. 5. 410. Anarrhinum crassifolium. W. sp. 3. 261. et A. crassifolium Cavanil. ic. 2. 11. t. 114.

cc. *Foliis lineari-lanceolatis.*

d. *Radice annua.*

6. MINOR. Dest. atl. 2. 46. L. *Foliis oppositis sparsisque obtusiusculis caule flexuoso ramosissimo diffuso glanduloso-piloso pedunculis axillaribus calycis laciniis lineari-spathulatis multo longioribus corollae labio sup. bifido-divaricato calcare conico abbreviato capsulae subglobosae calyce subbrevioris pubescentis loculis aequalibus singulis apice tribus dentibus dehiscentibus seminibus laevibus oblongis sulcatis.*

L. viscida. Moench. meth. 524. Antirrhinum minus. L. sp. 852. Engl. bot. t. 2114. Fl. dan t. 502. Curt. lond. fas. 5. t. 41. Ic. Lob. t. 406. Rivin. mon. irreg. t. 85. Barrel. ic. 758. Curt. lond. ed. Grav. I. t. 85. Caulis vix dodrantallis. cor. parva pallide purpurea palato albido mammillis luteis. Fl. vere, aest. aut. in agris apricis et montanis.

7. PELISSERIANA. Cand. fr. 3. 589. L. *Glabra laete virens foliis inferioribus quaternis lanceolato-linearibus superioribus sparsis linearibus floribus corymbosis calcare recto tenui corollam excedente calycis laciniis linearibus acutissimis capsulam didymam globosam laevem loculis aequalibus singulis apice valvis tribus obtusis dehiscentibus aequantibus seminibus orbiculatis compressis marginatis margine dense ciliato.*

Antirrhinum gracile. Pers. ench. 2. 156. A. pelisserianum. L. sp. 855. Sibt. fl. gr. t. 591. Ic. J. Bah. hist. 3. 461. Magnol. bot. monsp. f. 158. Barrel. ic. 1162. Engl. bot. t. 2832. Caulis basi surculis sterilibus prostratis qui folia habent latiora et breviora, usque pedalis, superne ramosus ramis alternis. Cor. purpurea vel purpureo-violacea palato albido rubro striato. Semina fusca. Fl. vere exeunte. In agro *nic*:

8. CHALEPENSIS. Mill. dict. n. 12. L. *Glabra laete vierns foliis lineari-lanceolatis acutis imis verticillatis superioribus sparsis floribus racemosis calycibus sub-5sepalis altero minore corolla longioribus calcare longissimo capsula ovoidea obtusa laevi emarginata didyma coriacea seminibus angulosis truncatis rugosis.*

L. alba. Moench. meth. 521. Antirrhinum chalepense. L. sp. 857. Sibt. fl. gr. t. 592. A. album. Lam. fr. 2. 345. A. Osyris. Cyrill. pl. rar. neap. 2. 22. t. 9. Ic. Rivin. monop. irreg. t. 83. Mor. s. 5. t. 35. Caulis pedalis et ultra parce ramosus basi surculosus surculis prostratis sterilibus foliiferis foliis conformibus. Corolla alba raro rubro-striata palato piloso labio sup. erecto bipartito laciniis angustis linearibus obtusis. Semina cinerea. Racemus laxus, floribus brevissime pedicellatis. Fl. vere. apud *Clavarum* in *Ligur. or.*; ai *Varigotti* in *Liguria* occid. : in agro *nic.* : in vinetis circa *la Briga.*

dd. *Radice perenni.*

9. ALPINA. Cand. fr. 3. 590 L. *Glabra, glauca foliis imis verticillato-quaternis sup. sparsis spathulatis subcarnosis caulibus caespitosis prostratis floribus racemosis racemo subcapitato corollae labio superiore bipartito calcare rectiusculo subulato corollam aequante palato piloso capsulà globosa calycis lacinias lineares obtusas vix excedente loculis aequalibus apice tribus valvis obtusis dehiscentibus seminibus reniformibus compressis laevibus ala membranacea orbiculari marginatis.*

Antirrhinum alpinum. L. sp. 856. Jacq. a. t. 58. Botan. mag. t. 205. Ic. Clus. hist. 3. 322. J. Bah. hist. 3. 400. Lodd. bot. cab. t. 41. Caules spithamei: calycis lacinia altera longior. Cor. majuscula purpurea vel violacea palato luteo vel albido mammillis croceis. cap. obovata integra. Semina fusca. Fl. aest. In alpium jugis scopulisque humentibus et irriguis, alveis torrentium etc.

ccc. *Foliis exacte linearibus.*

d. *Radice repente.*

10. REPENS. W. enum. 2. 640. L. *Glabra glauca foliis verticillatis sparsique racemis paniculatis corolla striata calcare conico obtuso corolla breviore, radice repente capsulis globosis integris calyce longioribus loculis aequalibus singulis apice valvis tribus obtusis dehiscentibus seminibus convexo-trigonis truncatis rugosis.*

L. striata. Cand. fr. 3. 586. L. decumbens. Moench. meth. 523. L. Cyparissias. Tausch. Flora. 1331. 221. Antirrhinum repens. L. sp. 854. Engl. bot. t. 1253. A. Monspessulanum. L. l. c. A. striatum. Lam. fr. 2. 343. A. Galioides. Lam. enc. 6. 351. Ic. Dill. elth. t. 163. f. 197. Petiv. h. br. t. 35. f. 6. Caulis usque bipedalis basi surculis sterilibus surrectis. Cor. odorata pallide coerulea striata palato ochroleuco mammillis luteis. Fl. aest. In agro *nic.* et *taur. alla ficca della Dora.* ad rupes *vallis Ossulae* et in pascuis secus amnem *Atison* in agro *nov.*

dd. *Radice fibrosa perenni.*

11. PURPUREA. W. enum. 2. 639. et. Mill. L. *Erecta glabra laete virens foliis verticillatis sparsisque lineari-lanceolatis subtus trinerviis caule ramoso floribus racemoso-spicatis fauce cor. aperta calcare subulato incurvo corollam aequante capsula globosa calyce longiore laciniis aequalibus singulis apice valvis tribus obtusis dehiscentibus seminibus parvis convexo trigonis rugosis scabris fuscis angulis lateralibus acute marginatis.*

Antirrhinum purpureum. L. sp. 853. Sib. fl. gr. t. 589. Ic. Dodon. pempt. 183. J. Bauh. hist. 3. 460. Bass. in com. bonon. 4. 295. t. 3 f. 2. Sab. h. r. 3. t. 5. Rivin. mon. irreg. t. 85. Caulis usque bipedalis basi surculis erectis sterilibus foliosis. Flores parvi. Cor. purpureae vel roseae: palatum pilosum. Labium sup. emarginatum, infer. trifidum. Calycis laciniae subaequales lanceolato-lineares. Fl. vere. in agro *nic*. Denot. rep. fl. ligus. 299.

ddd. *Radice annua.*

12. SUPINA. Desf. atl. 2. 44. L. *Glauca foliis imis quaternis superioribus sparsis abbreviatis heteromallis glabris caulibus prostratis ramosis caespitosis racemis glanduloso-pubescentibus calcare reflexo corollam subsuperante capsulis globosis calycis lacinias subaequantibus loculis aequalibus apice valvis tribus dehiscentibus seminibus laevibus reniformibus concavis ala orbiculari albida marginatis.*

Antirrhinum supinum. L. sp. 856. Sibt. fl. gr. t. 595. Linaria humilis. Guss. syll. 123 L. filiformis. Moench. meth. 523. L. glaucophylla Link fl. port. l. 250. t. 16. Ic. Lob. ic. 410. Clus. hist. l. 3. 321. Caules vix dodrantales. cor sulphurea, palato pilosa mammillis extantibus. Herba polymorpha odorata odore gravi. Fl. vere. In saxosis montium, inter arenas torrentium. etiam in agro *taur.* in arenosis secus *Duriam:* secus *Padum* apud *S. Maurum:* apud *Venariam* secus *Sturam*: in pascuis *Padi* et *Ticini* in agro *nor.*

13. BAUHINI. Zum. L. *Glauca foliis imis subternis ceteris sparsis lanceolatis sub coriaceis trinerviis laciniis calycinis linearibus acuminatis calcare subulato corollam parvam subexcedente antrorsum recurvato capsula ovata calyce longiore loculis aequalibus apice valvis tribus obtusis dehiscentibus seminibus reniformibus rugulosis ala membranacea orbiculari marginatis.*

Antirrhinum Gaud. fl. helv. 4. 154. A. genistifolium. All. ped. 1. 67. excl. syn. Linaria genistifolia. Cand. fr. 3. 591. L. italica. Rohl. cum Koch deuts fl. 4. 397. Reich. icon. 5. t. 421. f. 608. Var. *Foliis lineari-angustissimis subuninerviis* quae est. L. angustissima. Re torin. 1. 324. L. arvensis id. ib. 359. Caulis decumbens ramosus. Racemus paniculatus densus demum basi interruptus. Corolla sulphurea, palato barbata. Mihi videtur var. L. vulgaris *foliis rigidis.*

14. SIMPLEX. Cand. fr. 3. 588. L. *Glauca glabra foliis linearibus imis quaternis superioribus sparsis alternisque racemo axo simplici glanduloso-pubescente calcare recto corolla parva sublongiore capsulis globosis calycis lacinias lineari-spathulatas excedentibus loculis aequalibus apice valvis tribus obtusis dehiscentibus seminibus reniformibus compressis rugulosis ala orbiculari marginatis.*

L. arvensis. Biv. cent. 1. 52. Antirrhinum arvense All. ped. 1. 63. L. sp. 855. 9. Sibt. fl. gr. t. 590. A. bipunctatum. All. ped. 1. 66. non Lin. A. parviflorum. Jacq. col. 3. 499. et ic. rar. 3. 7. t. 499. A. simplex. W. sp. 3. 243. Ic. J. Bah. his. 3. 457. Columm. ecphr. 1. 300. Caulis usque pedalis superne nudus basi surculosus surculis sterilibus brevibus foliosis foliis verticillatis. Folia apice callosa. Corollae parvae calycem vix excedentes sulphureo-viridulae rubro-striatae palato barbato mammillis aureis. Fl. vere. In arvis collium agri *nic.*

15. GLAUCA. W. sp. 3. 248. L. *Glauca glabra foliis carnosis quaternis subulatis superioribus sparsis caule erecto ramosissimo floribus subspicatis laxis calcare striato seminibus anguste marginatis disco laevi.*

Antirrhinum glaucum. L. sp. 856. Cavan. ic. 1. t. 33. f. 2. Forte etiam huc facit A. bipunctatum. L. sp. 853. Ic. Buxbaum. cent. 4. t. 37. Caulis semipedalis. Flores rari. Pedicelli brevissimi. Cor. parvae sulphureae calcare roseo, vel violaceo vel striato. Legerunt in patria Fran. Re in arvis prope *Supergam* et Joan. Biroli in rupibus collium di *Romagnano*, et *Prato* sed forte stirpem non rite determinarunt et cum alia commutaverunt.

bb. *Foliis omnibus sparsis.*

16. VULGARIS. Mill. dict. n. 1. L. *Glabra glauca caule erecto folioso foliis lanceolato-linearibus acutis confertis trinerviis supra canaliculatis floribus racemoso-spicatis racemis imbricatis calcare subulato corollam*

*subexcedente capsulis oblongis lacinias calycinas lanceolatas trinervias excedentibus loculis aequalibus apice valvis tribus dehiscentibus seminibus planis ala orbiculari marginatis medio tuberculato-scabris, radice repente sublignosa.*

L. speciosa. Tenor. fl neap. t 159. f. 1. L. acutiloba. Fisch. |Reich. ic. t. 424. L. genistifolia. Benth. cat. pyr. 67. L. elongata. Dumont. fl. bel. 34. Antirrhinum Linaria L. sp. 858. Engl. bot. t. 658. et Peloria. t. 260. Lin. am. ac. 1. 55. t. 3. Curt. fl. lond. fas. 6. t. 111. est *var. corolla regulari, quinquefida ore contracto.* — Fl. dan. t. 892. Svens. bot: t. 196. Bull. herb. t. 261. Lam. ill. t. 351. f. 3. Sturm. fl. germ. t. 13. Curt. lond. fas. 1. t. 47. A. commune. Lam. fr. 2. 340. A. glandulosum Lej. fl. sp. 320. Ic. Riv. mon. irreg. t. 83. Zannich. ist. t. 174. Dodon. pempt. 183. Mart. fl. rust. t. 93. Woodw. suppl. t. 221. Curt. lond. edit. Grav. l. t. 83. Caulis teres erectus utplurimum ramosus pedalis et ultra. Rachis racemi et pedicelli plerumque glanduloso-pubescentes. Cor. grandis pallide sulphurea palato barbato calcare apice mammillisque aureis. Folia aliquando fieri videntur verticillato-terna, et palatus hians, quae forma tunc est L. hians Spreng syst. 2. 794. (Ant. linarioides. L. sp. 853.) Fl. vere exeunte, aest. et aut. Vulgaris in arvis, et agris ubique.

Ελατίνης Dioscoridis (Lib. 4. 40. I. p. 535. ed. Spreng.) neutiquam L. Elatine est, sed omnino L. spuria. Haec enim habet folia subrotundo-ovata et ceteros characteres qui rem certam faciunt. Oculis inflammatis auxiliari in cataplasmate scribit. Herbam decoctam, et sorptam intestinorum difficultatem coercere. Unde plantam esse adstringentem patet; quod ad Convolvulum referri non potest; alvum enim hic laxat non comprimit. L. Elatine amara est atque ulceribus vetustis putridis torpidis purgandis accommodata. (Rict. l. c.) Lobelius ulcus narium cancrosum illa esse sanatum, et in ipsa lepra valere scribit. (Advers. 196. 197.) Unde conjicio ulcus cancrosum esse intelligendum berpetem fagedenicum. Alvum etiam laxare Merat. l. c. 1. 164. L. Cymbalariam quidquam adstringere, et refrigerare, vulnerariam esse, atque in scabie auxiliari Vogel hist. mat. med. 125. L. vulgaris herba subacris est. Intus sumpta alvum laxat et urinam ciet. Externe haemorrhoidibus dolentibus et tumidis apposita sedat spasmum lenitque dolores. Muscas necare certum est, quod jam Linnaeus scripsit. (Fl. svec. 218) Unde in lacte immergunt et fenestris domuum suarum imponunt Sveci. Flores ejus in exanthematibus chronicis sanandis multum valere una cum floribus Verbasci Thapsi in infuso ut Theae scripsit Hamnerim apud Murray appar. med. 2. 97.

### 158. ANTIRRHINUM.

a. *Calycis laciniae ovatae obtusae corolla valde breviores. Radix perennis.*

1. MAJUS. A. *Foliis oppositis oblongo labceolatis linearibusque glabris floribus racemoso-spicatis laciniis calycis glanduloso-pilosis obtusis corolla valde brevioribus capsula ovoidea obliqua apiee incurva rimis tribus apice dehiscente seminibus obovoideis vix angulatis foveolato-rugosis.*

A. latifolium. Mill. dic. n. 4. Cand. fr. 5. 411. Nocc. et Balb. fl. tic. 1. t. 42. A. tortuosum. Bosc. Barrel. ic. 638. Sab. h. r. 3. t. 2. A. siculum. Ab Ucr. in opusc. diautor. sicil. 6. 253. Barrel. ic. 637. Nullis characteribus certis firmis et a ,stantibus differunt. Magnitudo enim et color corollae varius. variae etiam laciniae calycis, quod et de ramis basi tortuosis dicendum est. quodque occurrit si planta super muris antiquis vivit. Eadem monenda sunt de visciditate racemi et calycis. Ic. Lob. ic. 404. Rivin. mon. irreg. t. 83. f. 1. Dod. pempt. 182. Garid. Aix t. 7. Bull. herb. t. 277. Barrel. ic. 658. Boccon. mus. t. 41. Engl. bat. t. 129. Caulis usque pedalis teres superne pilosus inferne ramosus: folia etiam sparsa. Spica terminalis densa multiflora. Pedunculi basi bracteati. Cor. magna extus rosea vel albida, vel pallide violacea vel ochroleuca palato mammillisqne aureis: caps. calycem excedens. Floret toto anno, etiam hyeme si super muris et rupibus vivit ad meridiem versis. Flores speciosi. Colitur passim in hortis. Varietatem colo in horto meo floribus pulcherrimis corollis coccineis palato mammillisque croceis. Vulgaris super muris et rupibus ad meridiem positis.

aa. *Cal. laciniae lineares digitatae cor longiores. Radix annua.*

2. ORONTIUM A. *Foliis alternis oppositisque lanceolato-linearibus subpetiolatis floribus sparsis subsessilibus axillaribus calycibus digitatis longissimis corollas excedentibus capsula calyce breviore ovoidea obliqua apice in-*

*curvata punctata pilosa poris tribus apice dehiscente seminibus compressis dorso laevibus costatis carinatis facie inferiore cyathiferis.*

A. elegans. Ten. neap. 4. Orontium arvense. Pers. ench. 2. 158. Ic. Riv. mon. irreg. t. 82. f. 2. Barrel. ic. 651. 652. 656. Sab. h. r. 3. 1. Dodon. pempt. 182. Engl. bot. t. 1155. Curt. lond. fas. 4. t. 45. Herba glanduloso-pilosa usque bipedalis parce ramosa ramis alternis. Cor. parva rosea vel rubida vel pallide violacea vel albida roseo striata: in oris calidioribus major calycem subaequans. Fl. aest. et aut. Vulgaris in ortis, agris, arvis praesertim collium.

### 159. CELSIA.

ORIENTALIS. C. *Herba annua glabra vel pube tenuissima glaucescens usque bidedalis caule rubido erecto gracili subramoso foliis sparsis inferioribus profunde bipinnatifidis laciniis linearibus subincisis superioribus pinnatifidis integrisque pedicellis unifloris remotis calyce brevioribus racemo simplici terminali calycis laciniis linearibus integerrimis capsulam flavam conicam superantibus corollis luteis intus ochroleucis filamentis lanatis.*

C. caduca. Moench. met. 447. Verbascum orientale. All. ped. n. 387. Ic. Lin. hor. ups. t. 2. Lam. ill. t. 532. Sibt. fl. gr. t. 605. Buxb. cent. 1. t. 20. Mont. in Zan. ist. t. 34. f. 1. Fl. aest. circa *Augustam Praetoriam*. An spontanea?

### 160. TOZZIA.

ALPINA. T. *Herba perennis caudice hypogaeo squamato caule basi turgente humili usque tamen pedali erecto 4gono fistuloso albido tenero succoso a basi decussate ramoso ramis erecto-patulis inferne glabro superne in angulis pubescente floribus flavis labio infer. supra sanguineo-punctato, parvis secundis racemosis racemis laxis pedunculis solitariis brevissimis axillaribus foliis 3-5nerviis glabris pallide virentibus oppositis ovatis sessilibus plerumque cordato-amplexicaulibus integris vel grosse paucidentatis superioribus in floralia decrescentibus.*

Ic. Michel. nov. gen. t. 16. Zanon. ed. Monti t. 172. Mentz. pug. t. 9. f. 3. 8. Lam. ill. t. 522. Jacq. a. t. 165. Columm. ecphr t. 50. Moris. s. 12. t. 16. F. penult. Fl. aest. Stirps rara. Vivit in alpibus locis frigidis saxosis humidis umbrosis. In alpibus di *Pralugnan*: supra *Giaveno*: atque in montibus *la valva di S. Anna* circa *Vinadium*.

### 161. ERINUS.

ALPINUS. E. *Herba perennis pusilla basi sublignosa caespitosa ramosa ramis floriferis erectis sterilibus prostratis apicibus surrectis simplicibus spithameis foliis pubescentibus spathulatis obtusis apice grosse paucidentatis abbreviatis radicalibus rosulatis floribus racemosis racemo simplici terminali longitudine caulis floribus secundis bracteatis solitariis axillaribus pedicellis brevissimis corollis parvis violaceis vel pallide purpureis vel albidis capsula sulcata calycem aequante seminibus ovoideis rugulosis facie interiore linea oblonga exaratis.*

E. hispanicus. Pers. ench. 2. 147. Ic. Barrel. Ic. 1192. Dalech. lug. 1184. Bot. mag. t. 310. Chois. in mem. phys. Genev. 6 t. 3. f. 3. Lod. cab. bot. t. 969. Schk. hand. t. 176. Lam. ill. t. 521. Herba suaveolens. In rupibus *Sabaudiae* prope *Menton*, *Chambery* et *Sallanche*; inter *Tenda* et *Saorgio* circa thermas *Vinadii*: in valle *Formazza* circa *Crodum*: in valle *Bugnanco* circa montem *Ossulanum*, etc.

### 162. SCROPHULARIA.

a. *Foliis simplicibus cordatis vel auriculatis. Herbae.*

b. *Staminis quinti rudimentum nullum; cor. laciniae quatuor superiores truncatae longitudine subaequales: genitalia exserta; radix biennis.*

1. VERNALIS. S. *Foliis membranaceis orbiculato-cordatis duplicato-dentatis vel inciso dentatis pubescentibus caule villoso pedunculis axillaribus corymbosis paucifloris cor. ovato-ventricosa ore contracto capsula ovata acuta.*

Scr. cordata. Pers. ench. 2. 160. Scr. latifolia. Host. a. 2. 206. Ic. Clus. hist. 2. 38. Barrel. 273. C. Bah. prodr. 112. Rivin. mon. irreg. t. 107. f. 2. W. et Kit. hung. 1. t. 73. Fl. dan. t. 411. Engl. bot. t. 567. Herba foetida usque bipedalis thyrso elongato basi folioso. Aliquando viscida. Folia opposita saepe terna ima longe petiolata. Flores conferti. Calyx pubescens laciniis ovato-lanceolatis acuminatis. Cor. flavo-virescens. Caulis fistulosus aliquando pentagonus ut plurimum tetragonus. Fl. vere exeunte et aest. In montanis *Liguriae* locis umbrosis et sylvaticis:

circa *Vinadium:* circa *Limone* alibique passim.

bb. *Staminis quinti rudimentum squamae forme reniformi-orbiculatum vel rarius ovatum supra papillosum: corollae laciniae binae superiores ceteris longiores, genitalia inclusa.*

c. *Calicis laciniae immarginatae: radix annua.*

2. PEREGRINA. Scr. *Foliis cordato-ovatis acutis inaequaliter dentatis utrinque cauleque obtusangulo glabris nitidis superioribus alternis laciniis calycis ovato-lauceolatis acuminatis corollis ore dilatato anthera sterili orbiculata obtusa capsula subglobosa acutiuscula.*

Scr. geminiflora. Lam. fr. 2. 336. Scr. sexangularis. Moench. meth. 445. Ic. Camer. hor. t. 43. Sibt. fl. gr. t. 597. Caulis usque bipedalis simplex basi multi-angulatus angulis acutis atropurpureis. Folia intense viridia lurida venis rubidis: corolla intense sanguinea. Fl. vere et aest. In umbrosis agri *nic.*

cc. *Calicis laciniae scarioso-marginatae:*

d. *Thyrsus foliatus: caules angulati.*

e. *Radix biennis.*

3. GLANDULOSA. W. et Kit. pl. hung. 3. 238. t. 214. Scr. *Pubescens caule obtusangulo foliis cordato-oblongis argute-pauci-inaequaliter serratis crenatisve pedunculis bracteisve glanduloso-pilosis calicys laciniis subrotundis anthera sessili emarginata pedicellata pedicello sulcato.*

Scr. Scorodonia. Host. a. 2. 204. Scr. betonicaefolia. All. ped. 1. 69. Scr. auriculata. Scop. carn. 1. 446. t. 32. opt. Scr. Scopolii. Hop. Pers. en. 2. 160. Scr. grandidentata? Ten. neap. 5. 44. Ic. Barrel. 274. Ceterum similis Scr. Scorodoniae cui valdopere accedit etiam facie. Qua forte non differt nisi thyrso glanduloso-piloso.

ee. *Radix perennis.*

4. SCORODONIA. Scr. *Foliis cordato-oblongis acutiusculis profunde rectangulo-duplicato-serratis subtus cauleque obtusangulo villosis thyrso elongato laxo cymis brevi pedunculatis laxe plurifloris flexuosis bracteatis parvis subulatis calycis laciniis ovato-orbiculatis anthera sterili late orbiculata.*

Scr. betonicae folia. L. mant. 87. Ic. Moris. s. 5. t. 35. f. 6. Pluk. alm. t. 59. f. 5. Lam. ill t. 533. Engl bot. t. 2209. Habitus Scr. nodosae. Flores parvuli intense rubri, aliquando pallidi. Fl. vere et aest. In agr. *nic.*

dd. *Thyrsus aphyllus, vel basi vix foliatus. Caules exquisite 4goni. rad. peren.*

5. AQUATICA. Scr. *Foliis subcordato-oblongis simplicibus auriculatisque inferioribus obtusis crenatis superioribus dentatis vel serratis utrinque glabris in petiolos decurrentibus caule alato pedunculis axillaribus corymbosis calycis laciniis subrotundis obtusis anthera sterili orbiculata vel reniformi emarginata corollis extus glandulosis caps. globosa apiculata calycem subaequante.*

Scr. auriculata. All. ped. 1. 69. excl. syn. Scr. Balbisii. Horn. hor. hafn. 577. est. var. *Foliis auriculatis.* Scr. oblongifolia. Lois. Deslong. nov. not. 26. Ic. Loes. pruss. t. 75. Lob. ic. 533. Dod. pempt. 50. Sab. h. rom. 2. t. 89. Blackw. t. 86. Fl. dan. t. 507. Plenk. ic. t. 505. Alber. fl. med. 3. t. 144. Engl. bot. t. 854. Curt. lond. f. 5. t. 44. ed. 2. 2. t. 85. Flor. med. t. 321. Caulis usque orgyalis. Cor. parvulae atro-sanguineae tubo et labio infer. virescente vel spadiceo-subrubente. Semina fusco-ferruginea sulcata transverse rugosa. Fl. vere exeunte. Passim in locis humidis aquaticis paludosis fossis, etc. Herba foetida.

6. NODOSA. Scr. *Foliis cordatis oblongis acutis serratis subtrinerviis superioribus angustatis cauleque acutangulo glabris radice tuberoso-nodosa calycis laciniis late ovatis obtusis, anthera sterili late orbiculata corollis extus glandulosis capsula ovoidea acuta calyce longiore.*

Scr. italica. Mill. dict. n. Scr. umbrosa. Dumor. fl. belg. 37. Ic. Zannich. ist. t. 303. Lob. ic. 533. Brunsf. herb. 1. 213. Matthiol. com. 715. f. 1. Valgr. 1573. ital. optima. Dalech. lugd. 1085. fig. 2. ead. Rivin. mon. irreg. t. 107. f. 1. Blackw. t. 87. Ludw. ect. t. 72. Cam. epith. 866. Gunn. norv. t. 4. f. 1. 8. Plenk. ic. t. 504. Fl. dan. t. 1167. Engl. bot. t. 1544. Petiv. herb. br. t. 35. f. 9. Herba tripedalis et ultra. Cor. luridae extus rubescentes, ceterum flavidae intus sanguineo-punctatae. Herba foetida. Folia obscure virentia. Fl. aest. Passim in sepibus, pratis pinguibus, ruderibus, etc. umbrosis.

aa. *Foliis pinnatifidis: suffrutex.*

7. CANINA. Scr. *Foliis pinnatisectis glabris subcarnosis foliolis oblongo-lanceolatis basi attenuatis inciso-dentatis paniculae terminalis glandulosae ramis dichotomis lobis labii inferioris lateralibus integerrimis caule teret*

*calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis anthera sterili lineari, vel lanceolata acuta vel apice dilatato-dentata vel nulla.*

Scr. lucida. All. ped. n. 256. forte etiam L. sp. 965. var. *thyrso foliolato foliis carnosis.* Individua enim legi in montibus del *Favaro*, quibus folia carnosa sunt et thyrsi foliolati. Planta valde ludibunda est. Scr. multitida Lam. fr. 2. 337. Scr. Chrisantemifolia. W. hor. ber. t. 59. Scr. atro-purpurea. Moret. in bibl. ital. 12. 372. etiam mea sententia Scr. Hoppei Koch in deuts. fl. 2. 410. var. *foliis plerisque bipinnatisectis* quod in nostris non raro videre est. Scr. juratensis. Scleich. var. *caule puberulo.* Huc etiam ducenda Scr. ramosissima. Lois. fl. gal. 2. 381. var. *caule ramosissimo.* Scr. bicolor. Sibt. fl. gr. t. 602. Ic. Lob. ic. 2. 55. Sab. hor. rom. 2. t. 90. Clus. hist. 2. 209. f. 1. Reich. ic. f. 970. Sibt. fl. gr. t. 598. Caulis pedalis et ultra ramosissimus ramis prostratis vel erectis. cor. rubro-violacea laciniis albo-marginatis. Fl. aest. Vulgaris in alveis saxosis amnium torrentium, etc. et collibus lapidosis: etiam montibus.

Scrophulariae caninae decoctum extus adhibitum canes et sues scabie foedatos sanare certum est. Quod forte et in homine verum est. Folia Scr. nodosae et aquaticae nauseam et vomitum cient et purgant alvum non sine torminibus et angoribus. Tragus commendat decoctum Scr. nodosae ad rubores faciei: quod iteratis experimentis probandum. Quae si vera sunt, maximum homini urbano beneficium est: morbus enim vulgaris et pertinax est. Matthiolus (Com. in Diosc. 715 ital. Valgr. Venet. 1573.) tubera radicis recens effossae autumno diligenter contundi jubet cum butyro, exactisque 15 diebus butyrum liquefaciendum curat et servat in usum ut illinantur noduli haemorrhoidum dolentes et glandulae strumosae, ad quas resolvendas mirabili virtute pollere scribit Scr. nodosam. Et tanti viri autoritas magni facienda est cum de rebus a se ipso visis et experientia comprobatis sermonem habet. Folia ad ulcera et vulnera sananda idonea esse multi scripserunt praesertim Chomelius (usuel. 3. 63.) et Lochnerus (eph. nat. cur. cent. 7. et 8. 145.) qui et exempla afferunt. Folia et tubera contusa in cataplasmate cum pane triticeo cocto atque haemorrhoidibus dolentibus apposita illorum dolores valdopere lenire in me ipso expertum pluries esse magna voluptate recordor. Vidi vetulam *Sanctae Agathae (Santhia* pagus insignis in agro *Vercellensi)* quae tuberibus sectis et frustulo telae lineae consutis ac filo collo appensis in modum amuleti glandulas strumosas sanabat. Atque multos aegros sic sanatos fuisse intellexi: et ancilla mea quae glandularum turgidissimarum monile in collo ferebat mensis spatio sanata est. Quod cum maxime me commovisset, audito modo, quo sanata fuerat, atque remedium ignoraret, propter hoc me contuli *Sanctam Agatham*, et muliere advocata siscitavi, ut remedium ostenderet. Quod se facturam negavit. Rogavi tunc illam, ut dosim praeberet, qua puello strumoso succurrerem. Quam cum attulisset atque ex odore plantam facile divinavissem (de qua jam ante mihi suspicio erat) dissuta tela, remedium, subridens, melius te nosco, inqui, atque herbam quae tubera in radice fert monstrabo tibi. Quod deducta muliere in sepes et prata propinqua feci. Quo viso mulier fassa est se hoc remedio uti atque secreto habuisse ab maioribus suis, lacrymansque rogavit me, ut nulli ostenderem ne sibi noceret. Forte non juvat nisi glandulis tumentibus: nam folia apposui ossibus tumidis et inflammatis in morbo scrophuloso et frustula tuberum collo suspensa, et nullam opem attuli. Forte non juvat omnibus aegris. Verum quamquam quae narravi miranda, et paene incredibilia videntur, id nihilo tamen minus verissima sunt. et quae ipse vidi, et audivi narravi. Forte odore foetido suo agit: et forte agit more remediorum homiopathicorum quae non omnibus locis, temporibus, hominibus agunt, ut notissimum est de balneis sulphureis, et urbibus sordidis, ac multa plebe refertis, quibus maligne agunt remedia homiopathica. Sed certissime inest illis vis magna, et mirabilis ut millies expertus sum. et verissima loquor, et scribo, atque non video cur fides mihi non sit adhibenda qui de rebus scribo, quae sub sensus cadunt. Idcirco declaro Scr. nodosam et aquaticam herbas esse maxime actuosas, atque medicos hortor, praesertim homiopathicos, ut in scrophuloso morbo illarum virtutem experimentis caute et probe institutis explorent.

## 163. PEDICULARIS.

a. *Galea rostrata.*
b. *Corolla rosea.*
c. *Foliis pinnatifidis.*

1. ASPLENIIFOLIA. Floerk., in W. sp. 3. 208. P. *Humilis glabra vel in spica pilosa caule erecto vel ascendente subnudo foliis pinnatifidis laciniis exiguis dentatis calycis quinquefidi sublanati laciniis subcrenatis recurvis floribus subracemosis racemo paucifloro laxo galea porrecta cernua hiante labium infer. aequante.*

Caulis 1-2pollicaris folia radicalia caespitosa vix superat. Flores 1-4. Cor. calycem longe excedit. Filamenta superne barbata. Caps. oblongo—lanceolata glabra calyce multo longior. Semina laevia striata cancellata. Fl. aest. In monte *Magni S. Bernardi* in suprema valle *Augustae praetoriae.*

cc. *Foliis bipinnatifidis.*
d. *Calycis laciniis integris.*

2. INCARNATA. Jacq. a. 2. 24. t. 140. P. *Caule erecto folioso superne villoso foliis bipinnatifidis laciniis acutis serratis floribus subspicatis alternis bracteis trifidis laciniis lanceolato-linearibus dentatis calycibus lanatis quinquefidis laciniis integris rectis galea porrecta acuminata truncata hiante.*

Ic. All. spec. t. 12. f. 2. Idem ped. t. 3. f. 2. non t. 4. f. 2. Caulis simplex fistulosus striatus pedalis et ultra. Galea apice erosa. Filamenta laevia. Caps. semipollicaris ovato-falcata. Fl. aest. Vulgaris in summis alpium jugis et pratis alpinis.

dd. *Calycis laciniis incisis.*
e. *Galea brevirostrata.*

3. GYROFLEXA. Vill. delph. 2. 426. t. 9. P. *Hirsuta caule decumbente vel ascendente parce folioso calycis laciniis quinquefidis inaequalibus foliaceis incisis floribus magnis spiratim spicatis bracteatis bracteis bipinnatifidis galea porrecta emarginata labium inferius aequante.*

Ic. Hall. helv. n. 34. t. 11. P. fasciculata. Bellard. app. est var. *galea tridentata.* P. rostrata Cand. fr. 3. 481. P. tuberosa. All. ped. 1. 64. var. *tota pubescens corollis albis.* Caules humiles vix dodrantales folia radicalia aequantes vel paulo superantes, simplices caespitosi: foliorum laciniae apice callosae margine revolutae. Spica inferne plerumque interrupta. Cor. fauce pilosa. Caps. ovato-lanceolata rostro vix incurvo. Semina striata venis transversis cancellata. Fl. aest. In summis alpium jugis: Supra *Fenestrellas*: in monte *Cenisio*: in montibus *di Giaveno*: supra *Vinadium* etc.

ee. *Galea longe rostrata.*

4. ROSTRATA. P. *Pilosa caulibus caespitosis prostratis vel ascendentibus foliis bipinnatifidis laciniis linearibus dentatis distantibus, floribus racemoso-congestis bracteatis bracteis pinnatifidis incisis flore brevioribus calycis quinquefidi laciniis subfoliaceis incisis coloratis glabris, vel pilosulis galea porrecta truncata hiante, filamentis superne pilosis.*

P. Jacquini. Koch in deuts. fl. 4. 363. Ic. Lam. ill. t. 517. f. 2. Jacqu. a. t. 205. Hall. helv. t. 8. f. 1. Caules vix spithamei subnudi saepe rubidi. Folia radicalia longe petiolata caespitosa, caulina, si quae sunt, parva. Caps. laevis oblongo-lanceolata brevirostrata rostro latere superiore incurvato. Fl. aest. In summis alpium jugis, *Valdensium*: montis *Cenisii*, *di Viù*, *di Ceresole*, *di Monastero*, *di Alagna* etc.

5. BONJEANNI. Colla her. ped. 4. 363. P. *Hirsuta caulibus caespitosis prostratis elongatis foliis bipinnatifidis laciniis dentatis spica inferne laxa longa calycis quinquefidi laciniis foliaceis inciso-dentatis pubescentibus galeae rostro protracto obliquo.*

P. Cenisia. Gaud. helv. 4. 132. P. gyroflexa. Cand. fr. 3. 481. Non video quomodo haec stirps differat a rostrata si exceperis habitum majorem indeque hirsutiem. Ideo var. habeo P. rostratae luxuriantem. In monte *Cenisio*: in montibus *del Ceriale* in *Liguria occidua*. Ic. coll. h. t. 83.

bb. *Corolla flava.*

6. TUBEROSA. P. *Galea porrecta emarginata hiante declinata labium inferius excedente calycis quinquefidi laciniis foliaceis hirsutis floribus spicatis bracteatis filamentis duobus barbatis foliis bipinnatifidis laciniis dentatis hirsutiusculis caulibus ascendentibus radice tuberosa squamata.* P. incarnata var. All. ped. 1. 63. t. 4. f. 2. var. *glabriuscula laciniis calycinis integris, vel apice subdentatis*, quae est P. ascendens Gaud. helv. 4. 145. P. Barrelieri. Reich. excurs. 362. excl. syn. Barrel et *herba calycibusque hir-*

*sutis laciniis ejus inciso-dentatis*, quae est P. Sumana Poll. hor. et prov. ver. pl. nov. 16. Ic. Hall. helv. t. 10. Caules vix dodrantales. Spica floribus spiratim positis subsessilibus. Bracteae bipinnatifidae floribus breviores. Caps. laevis ovata calyce longior rostro incurvato. Semina ut in ceteris. Fl. aest. In cacuminibus alpium: ego legi in monte *S. Bernardi* supra *Trivero*, et *Mosso* in agr. *bugel.*

aa. *Galea obtusa sub apice dentata.*
b. *Calyce bifido seu bilabiato: cor. rosea: radice annua.*

7. PALUSTRIS. P. *Galea apice obtuse bidentata calyce foliaceo laciniis cristatis inciso-dentatis, floribus subsolitariis pedunculatis foliis bipinnatifidis caule erecto ramoso fistuloso filamentis superne pilosis.*

P. lusitanica. Link. et Hoffm. fl. port. 1. t. 61. Ic. flor. dan. t. 2055. Hayne Arz. 8. t. 33. Schk. hand. t. 171. Lam. ill. t. 547. f. 1. Rivin. mon. irreg. t. 92. Bull. pl. ven. t, 111. Engl. bot. t. 399. Caulis usque cubitalis. Caps. laevis calyci aequalis rostro curvato. Semina angulata striata scabra. Fl. vere exeunte. A *Chantagne* prope *Chambéry*: circa *Sallanche*: in *Valle ursina* locis spongiosis: circa lacum *Avilianae*: locis sylvaticis, et pratis montanis, et submontanis spongiosis.

bb. *Calyce quinquefido.*
c. *Corolla rosea.*

8. SYLVATICA. P. *Glabra foliis radicalibus oblongis sessilibus inaequaliter dentatis caulinis bipinnatifidis calyce inaequaliter quinquefido laciniis apice foliaceis incisis caule primario erecto subramoso a basi florigero secundariis decumbentibus galea truncata acuta bidentata dentibus triangulari-subulatis floribus subsolitariis pedunculalatis bracteatis bracteis bipinnatifidis flore brevioribus.*

Ic. Riv. mon. irreg. t. 92. Svens. bot. t. 358. Flor. dan. t. 225. Lob. ic. 748. f. 2, Engl. bot. t. 400. Caules vix spithamei. Flores supremi dense spicati. Cor. angusta calycem valde excedit. Caps. et semina ut in *palustri*. Fl. vere exeunte. In pratis et sylvestribus montanis et collinis locis humidis spongiosis umbrosis.

cc. *Corolla flavida.*

9. COMOSA. P. *Hirsuta caule erecto simplici fistuloso foliis bipinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis acuminatis argute cartilagineo-serratis spica elongata superne densa floribus subsessilibus bracteatis bracteis ut plurimum elongatis superioribus integris vel subserratis lanceolatis calyce quinquefido laciniis brevibus triangularibus integris galea glabra oblique truncata bidentata, dentibus triangularibus nervoso-venosa labio inferiore ciliato filamentis pilosis radice napulis ex rhizomate filipendulis.*

Ic. All. specim. t. 11. f. 1. et ped. t. 4. f. 1. Boccon. mus. t. 8. f. 2. Barrel. 469. Caulis ut plurimum humilis usque tamen pedalis. Cor. majuscula ochroleuca vel citrina. Caps. laevis calycem excedens ovata basi turgida rostrata rostro curvo. Semina laevia striata transverse venosa. Fl. vere et aest. Vulgaris in pratis alpinis.

aaa. *Galea obtusa integerrima.*
b. *Corolla rosea.*

10. ROSEA. Wulf. in Jacq. misc. 2, 57. P. *Hirsuta caulibus erectis simplicibus caespitosis basi squamatis subnudis foliis pinnatifidis laciniis linearibus acutis integris vel parce incisis floribus spicatis bracteis imis pinnatifidis calyce quinque dentato laciniis linearibus acutis integris galea erecta obtusa obliqua lobo medio labii inferioris breviore.*

P. hirsuta. All. ped. I. 63. t. 3. f. 1. mala. ejusd. spec. t. 12. eadem. Ic. Jacq. ic. var. t. 115. Caules vix palmares. Capsula laevis ovato-oblonga acuta rostro curvato calycem superans. Semina laevia striata transverse venosa. Fl. aest. Habitat summa alpium cacumina montibus *Moro*, *Turlo*, *Cenisio*, *Le Taillon*, *Le Vallon*, *di Viù*, *Groscaval*, *Pont*, *Ceresole*, etc. ad nives deliquescentes.

11. VERTICILLATA. P. *Caulibus caespitosis erectis simplicibus paucifoliosis foliis pinnatifidis laciniis obtusiusculis crenulatis caulinis verticillato-quaternis floribus dense verticillato-spicatis bracteatis bracteis flore longioribus imis pinnatifidis calyce quinque-dentato hirsuto inflato apice fisso laciniis brevibus triangularibus integris corollae galea suberecta obtusa labio inferiore dilatato.*

Ic. Hall. helv. t. 9. f. 1. ed. 2. t. 17. f. 1. Jacq. a. t. 206. Caps. oblique lanceolata brevirostrata rostro subrecurvo. Semina hirsuta sulcata transverse venosa. Calycis laciniae aliquando denticulatae. Spica aliquando (praecipue

post nuptias) elongata inferne interrupta. Cor. obliqua aliquando sanguinea. Caules humiles aliquando simplices usque tamen pedales superne rubidi. Fl. aest. Vulgaris in pratis alpinis. Ut plurimum glabra.

bb. *Corolla atro-rubente.*

12. RECUTITA. P. *Glabra caule erecto simplici elato tereti striato fistuloso nitente colorato foliis alternis pinnatifidis rachide late foliacea laciniis oblongo-lanceolatis acutis integris margine lanuginosis inaequalibus spica compacta foliosa bracteis imis pinnatifidis flore longioribus galea obtusissima labium inferius multo superante.*

P. obsoleta. Crantz. a. 316. Ic. Hall. helv. t. 8. f. 2. Jacq. a. t. 258. Caulis usque bipedalis. aliquando etiam spithameus. Cor. atro-rubens vel ferrugineo-rubens. Stamina lateraliter exserta. Caps. oblique ovata turgidula rostro acuto. Semina striata transverse venosa, Fl. aest. In montibus *Sabaudiae:* in monte *Magni S. Bernardi.*

13. ATRORUBENS. Schleich. ap. Cand. syn. 212. P. *Glabra caule erecto simplici alterne folioso foliis pinnatifidis rachide late alata laciniis lanceolatis serrulatis spica densa basi foliosa bracteis lanuginosis imis pinnatifidis flore longioribus calycis quinquedentati laciniis inaequalibus lanceolatis acutis integris galea curvata rostro subemarginato.* Ic. col. h. p. t. 82. f. 2.

P. pennina. Gaud. in Mur. bot. val. 83. Ic. Stev. ped. t. 12. Caulis usque pedalis superne rubidus et puberulus. Ceterum vix differt a recutita, cujus forte est var. Fl. aest. In monte *Magni S. Bernardi* non longe a *Cœnobio.*

bbb. *Corolla flava.*
c. *Ochroleuca.*

14. FOLIOSA. P. *Caule simplici elato striato fistuloso foliis magnis bipinnatifidis hirsutis laciniis linearibus inciso-serratis spica longe bracteato-frondosa bracteis pinnatisectis calycis lanati quinque-dentati laciniis inaequalibus brevibus triangularibus galea villosa obtusissima labium inferius aequante.*

P. comosa. Scop. carn. 1. 440. P. Hacqueti. Ten. ap. 5. 17. Graf. in bot. zeit. 1831. 40. Ic. Jacq. a t. 139. Hall. helv. t. 9. f. 2. Caulis erectus usque bipedalis superne rubidus. Folia magna rachide anguste alata. Bracteae magnae imae longe petiolatae bipinnatifidae. Corolla etiam intus pilosa. Filamenta pilosa. Caps. ovata turgida subcompressa rostro brevi curvato ut plurimum pilosa. Semina striata transverse venosa hirsuta. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae*, *parvo Cenisio*, et *Colissè :* in pratis *di Pralugnan :* in alpibus *di Faucigny* et *Bardonneche :* in alpibus *di Vegezzo* supra *Salecchio*, in agro *nov.* etc. Rara.

cc. *Cor. sulphurea, galea utrinque rubromaculata.*

15. VERSICOLOR. Whalemb. helv. 118. P. *Humilis caule crasso erecto angulato piloso basi squamato foliis pinnatifidis foliolis reflexis oblongis obtusis inciso-dentatis glabris spica densa bracteis flore brevioribus imis incisis ceteris integris margine lanatis calycis quinquedentati laciniis inaequalibus lanceolatis acutis integris galea erecta truncata laciniis labii inferioris rotundatis radice tuberosa.*

P. flammea. All. ped. 1. 63. Ic. Hall. helv. t. 8. f. 3. Reich. ic. t. 14. f. 31. Perperam corollam exprimit. Caulis pollicaris raro palmaris: caps. glabra oblongo-lanceolata rostro curvato, calycem valde excedens. Semina striata transverse venosa. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae*: in monte *Cenisio* ad nives deliquescentes.

## 164. ANARRHINUM.

BELLIDIFOLIUM. Desf. atl. 2. 51. A. *Herba biennis glabra caule 1-2pedali herbaceo erecto ramoso foliis radicalibus oblongis spathulatis obtusis inciso-serratis rosulatis triplinerviis caulinis linearibus inferioribus partitis superioribus indivisis margine scabris racemis solitariis terminalibus simplicibus interruptis foliatis elongatis corollis parvis galea violacea labio inferiore albido capsula laevi albida subrotunda bisulca vix calycem excedente seminibus fuscis parvis ovalibus subcompressis granulatis*

Antirrhinum. L. sp. 860. Dodartia Linaria. Mill. dict. n. 2. Linaria bellidifolia. Dumont. Cours. bot. cult. 3. 41. Ic. Casp. Bah. prodr. 106. J. Bah. hist. 3, 459. Dodon. pempt. 184. Clus. hist. 3. 320. Link. et Hoff. Fl. portug. t. 32. Chav. mon. t. 10. Botan. mag. t. 2056. Fl. aest. In collibus circa *Uneliam:* in *Monteferrato* supra *Grognard:* inter *Borgomasino* et *Cossano* in agr. *canap:* in ericetis Ticini praesertim versus *Cerano* in agro *nov.*

## 165. VERBENA.

OFFICINALIS. V. *Herba perennis scabra caule erecto superne tetragono striato usque tripedali ramoso ramis brachiatis patulis foliis oblongo-lanceolatis oblongis lanceolatisve basi cuneato-attenuata sessilibus subbipinnatifidis trifidisve grosse inciso-dentatis supra nitidis glabris vel scabridis subtus in rete prominente margineque subrevoluto strigosis laciniis dentibusque ovatis acutiusculis obtusisve spicis terminalibus axillaribusque paniculatis filiformibus strigoso-pubescentibus bracteis ovatis acuminatis calyce mucronato-dentato glanduloso subduplo brevioribus corollis parvis carneis vel pallide violaceis extus tenuissime puberulis calycem valde excedentibus labio sup. breviore tubo ventricoso intus barbatis staminibus inclusis filamentis subnullis antheris luteis stylo rubente seminibus oblongo trigonis granulato-scabris granulis albidis.*

V. spuria L. h. ups. 5. et sp. 23. Ic. Rivin. mon. irreg. t. 56. Fl. med. t. 346. Brunsf. herb. I. 119. Fuchs. hist. 593. Dodon. pempt. 150. Zannich. ist. t. 269. Sab. hor. rom. 3. t. 56. Bull. herb. t. 215. Plenk. ic. t. 17 Alber. fl. med. t. 228. Svens. bot. t. 182. Fl. dan. t. 628. Engl. bot. t. 767. Curt. lond. I. t. 41. ed. Grav. 3. t. 90. Dreves. bilderb. t. 45. Woodov. supl. t. 218. Hayne pl. off. 5. t. 42. Sweet brit. Fl. gard. 3. t. 202. Fl. aest. et autumno. Vivit locis temperatis per omnem terrarum orbem. Sicut canis amat hominum societatem et frequentiam ideo praediligit rudera macerias vias semitas et impluvia circa urbes et pagos et alia quaecumque hominum habitacula. Caulis hyeme perit. Sed radix vivit, et primo vere resurgit. Et mirari subest botanicos multos et magni nominis viros illam annuam esse scripsisse. Inter quos Linnaeus ipse enumerandus est. Herba profecto mirabilis, et vera Cinchona nostra quam natura providentissima nostris miserata malis ubique locorum plenis manibus effudit et velut hominis comitem fecit. Ipsa enim luxuriat et magis actuosa est locis planis calidis vel humidis, et stagnantibus vel lente fluentibus aquis circumdatis quibus febres intermittentes endemicae: dum malignius vivit et fere iners iis locis quibus febres paucae et laeves sunt. Evanescit omnino in montibus quibus febres nullae sunt. Veteres medici scriptores in multis ac gravissimis morbis Verbenam adhibebant. Neque profecto iniuria. Quae in plebe feliciter transierunt. Sensim sensimque usus ejus obsolevit, quo factum est ut praeteriti saeculi et nostrae aetatis scriptores velut inertem neglexerint. Ego didici a rusticis virtutem ejus obstructiones abdominales resolvendi: quae cum experiendo verissima deprehendissem experimenta suscepi in febribus intermittentibus, quae mihi felicissime cesserunt. Herba in veterum religionibus sacra erat atque in verrendis aris aliisque usibus in sacris sacerdotibus romanis et graecis solemnis. Quod etiam apud Druidas Gallorum et Celtarum sacerdotes solemnem quoque usum ejus fuisse memoriae proditum est. Sacerdotes apud veteres etiam medici erant, unde conjicio stirpis vires illis innotuisse qui pro arcano habebant. Remedium probatissimum in obstructionibus hepatis et lienis si inflammatio absit, quod vulgatissimum est. Nam si inflammatio consocietur sanguinis missionibus atque hirudinibus tollenda est. Hoc absoluto si febris intermittens gravissima exitium minatur confestim Chinina Sulphurica succurrendum est. Demum extracto Verbenae intus sumpto et cataplasmate obstructiones sunt resolvendae. Addo statum cachecticum aliquando superesse, qui non tollitur, nisi si febris redierit, illam Cinchona more medicorum homyopathicorum fugare. Qua vix discussa consistendum est, nam recidiva inde timenda esset ad mentem Samuelis Hanhemanni. Quod verissimum experiendo comperi. Tunc omnis cachexia dispellitur: optimus color redit, et appetitus et vires: quae omnia etiam habebis si aquas salinas S. Vincentii pagi in valle Augustae praetoriae bibes. Saluberrimae enim in hoc morbo sunt. Quod si morbo Cortice Peruviano cito depulso, anxietas oriatur, et ventris tumor, et splenis et jecinoris dolor et febris lenta continua inde sequatur, quae vires aegri clandestino igne consumat, febris confestim revocanda est. Quod consequitur si salia media porrexeris, Kali aceticum, Kali sulphuricum, Ammonium muriaticum, Natru muriaticum, et sulphuricum, etc., una cum electuario lenitivo vel decocto ipso Verbenae. Febre vero revocata decoctum Verbenae cum salibus mediis jugiter adhibendum; quo fit ut intra paucos dies febris ejusque sequelae omnino sanentur. Interim habitacula in aere montano et a locis palustribus remoto quaerat aeger cibis eupeptis et vino optimo refocillet vires suas. Quod

si in senectutem inclinet et vires valde prostratae sint, et cachexia supersit, et hydrops imminere videatur optimum erit ad Scillam, et Helleborum confugere et aquas soterias S. Vincentii. Addendus est usus chininae sulphuricae parva dosi, quae etiam testimonio Hufelandii magnum in abdominis obstructionibus subsidium promittit. Refectis viribus et periculo hydropis exantlato optimum erit morbum praecavere pulveribus exiguis ex Myrrha Rheo, Cortice peruviano, quibus addi possunt Chamomilla et Valeriana si aeger laboret teneritudine fibrae et nervorum distentionibus obnoxius sit. Quod si etiam ab usu cataplasmatis Verbenae obstructionum reliquiae subsistant, optime succurrit emplastrum epice burgundica cum pauxillo terebintinae ut cuti haereat. Ceterum sancte adfirmo plurimum valere Verbenam ad febres intermittentes sanandas et vix Cinchonae cedere. Jam a viginti annis adhibeo, neque unquam poenituit me usus ejus. Verum colligi debet aestate et locis calidis aridisque illis praecipue quibus febres intermittentes endemicae sunt. Etiam radix hyeme et primo vere effossa: etiam caules sicci hyeme lecti febrem et obstructiones sanant: sed malignius et majore dosi opus est. Utor decocto ejus aquoso, octo vel decem uncias mane jejuno ventriculo epoto in rusticis robustis, in homine vero delicato et urbano utor extracto in pillulis ad gr. 20, 30, omni mane. Ipso ut plurimum die febrem fugat citius Cinchona. Supra hanc tamen eminet in diversis morborum complicationibus quarum exempla aliqua adferam. Si febris intermittens cum gastrica saburra complicatur nocet Cinchona, juvat Verbena humores noxios subducendo, et febrem sanando. si cum morbo aliquo inflammatorio sociatur febris nocet profecto Cinchona, quidquid contra scribant itali medici *constrastimulistae* nuncupati, qui Corticem peruvianum morbos inflammatorios neutiquam augere perperam perhibuerunt, juvat contra Verbena febrem auferendo inflammationem neutiquam augendo. Si cum febre hectica febris intermittens juncta procedat Cinchona febrem hecticam auget, intermittentem non abigit. Contra Verbena aufert intermittentem lenit hecticam ut pluries vidi. Medicos itaque etiam atque etiam hortor ut herbam ubique vulgatissimam praesertim locis qui febribus intermittentibus vastantur, adhibeant, naturae nutum obsecuti quae Verbenam homini aegroto ubique locorum adesse voluit. In febribus intermittentibus equorum et boum etiam multum valuisse vidi. Medicis homiopathicis suadeo ut in obstructionibus lienis et jecinoris experiantur. Quibus spem nostram non fallituram confido. Febres intermittentes methodo homiopathica hodie aggressus sum mirabili prorsum successu. Guttulam unam Tincturae in poculo aquae fontis summo mane ingeri jubeo. Impero etiam ut aeger per quatuor horas cibis abstineat, et Coffaeam praesertim in jentaculo vitet. Quo fit ut brevi febris abigatur, appetitus et bonus faciei color illico redeant et vires citissime refocillentur et recidiva nulla immineat. Quod omnino confirmat Samuelis Hanhemann dictum recidivas in febribus intermittentibus nimiae Cinchonae quantitati esse tribuendas. Quod optime dictum puto. Vix enim febris discussa est omni remedio subito abstinendum. Non omnes tamen aegroti a Verbena sanantur. Decem saltem e centenis nullam ab illa opem habent. Quod et de Cinchona dicendum est.

## 166. LIPPIA.

REPENS. Spreng. syst. 2. 752. L. *Herba perennis glaberrima humilis usque tamen quadripedalis radice repente caule tetragono ramoso decumbente radicante foliis oppositis subcarnosis obovato-oblongis apice argute dentatis utrinque ramisque glabris spicis axillaribus pedunculatis solitariis tetragonis ovato-conicis folio longioribus bracteis obtusis floribus rubentibus roseis vel albidis.*

Verbena nodiflora L. sp. 28. omnino huc traenda est. Sibt. fl. gr. t. 553. V. repens. Bert. rar. Ital. pl. dec. 2. 27. Lippia nodiflora. Rich. in Mich. fl. bor. amer. 2. 15. Zapania repens. Bertol. rar. Ital. pl. dec. 3. 27. Zap. nodiflora. Lam. ill. 248. t. 17. f. 3. Blairia nodiflora. Gaertn. de fruct. 1. 266. t. 56. Ic. Moris. 7. 11. t. 25. f. 8. Barrel. ic. 855. C. Bah. prodr. 125. J. Bah. hist. 3. lib. 30. 444. Imper. hist. nat. 673. Fl. aest. *Sarzanae* in palustribus pratorum di *Marinella*.

## 167. SCUTELLARIA.

a. *Floribus axillaribus.*
b. *Tubo corollae basi fere rectanguto-curvato.*
c. *Calycis pilis simplicibus.*

1. GALERICULATA. Sc. *Caule deorsum*

*pubescente foliis cordato-lanceolatis crenato-serratis floribus secundis bracteis brevioribus.*

Cassida. Scop. carn. 1. 430. Ic. Lob. ic. 344. f. 2. Rivin. mon. irreg. t. 77. fig. 1. Sab. hor. rom. 3. t. 30. mala. Roem. Fl. europ. fasc. 11. Bull. herb. t. 275. Plenck. ic. t. 488. Schk. hand. f. 167. Alb. Dietr. fl. bor. t. 126. Blackw. t. 516. Svens. bot. t. 437. Flor. dan. t. 637. Engl. bot. 523. Petiv. her brit. t. 34. f. 10. Curt. lon. 3. t. 36. Radix repens articulata: caulis medio ramosus erectus acute tetragonus usque bi pedalis. Folia opposita brevi petiolata subtus glauca. Pedicelli brevissimi basi bibracteati bracteis linearibus. Cor. pallide violaceae. Herba glabra vel puberula. Fl. aest. Vulgaris in saxosis humidis alpinis etiam planitiei locis humidis et umbrosis saxosis secus rivulos, etc.

cc. *Calycis pilis articulatis apice glandulosis.*

2. HASTIFOLIA. Sc. *Caule sursum pubescente foliis subhastatis subintegerrimis floribus secundis bracteis longioribus.*

Cassida. Scop. l. c. Scut. minor. Seb. et Mauri fl. rom. prodr. 198. Ic. Rivin. l. c. t. 77. f. 2. Colla herb. ped. t. 86. Cor. majores. Caulis humilior. Ceterum similis priori. Fl. aest. In humidis, praecipue circa oppidum di *Villastellone*: in *Sabaudia*.

bb. *Tubo cor. erecto basi paulo ventricoso.*

3. MINOR. Sc. *Caule glabro gracili foliis inferioribus cordato-ovatis subcrenatis superioribus lanceolatis integerrimis floribus secundis.*

Ic. Lindern. hor. als. t. 9. Engl. bot. t. 524. Petiv. herb. br. t. 34. f. 11. Curt. fl. lond. ed. 1. fas. 4. t. 43. Alb. Dietr. fl. bor. t. 231. Caulis spithameus raro dodrantalis a basi ramosus aliquando pilosus pilis sursum versis. Flores bracteis minores. Pedicelli bibracteati. Cor. parvae extus pilosae pilis simplicibus purpureae fauce alba purpureo-maculata. Ceterum similis aliis.

aa. *Racemis terminalibus.*
b. *Caule humili prostrato: floribus dense spicatis spicis tetragonis.*

4. ALPINA. Sc. *Caule ascendente villosiusculo foliis subcordato-ovatis crenatis racemis spicatis rotundato tetragonis bracteis imbricatis sessilibus amplis coloratis flore duplo brevioribus.*

Ic. All. ped. t. 26. f. 3. Roem. fl. eur. fasc. 11. W. et Kitaib pl. hung. t. 137. Bot. reg. t. 1460. Spen. ic. fl. germ. t. 367. Sav. br. fl. gard. 1. t. 45. Radix repens articulata. Caulis radicans dodrantalis basi ramosus. Bracteae villosae ciliatae supremae comantes rubentes. Corolla speciosa bracteas longe superans. Calyces pilosi pilis articulatis glandulosis Galea purpurea vel violacea extus glanduloso-pilosa: labii inferioris primum albidi demum violacei laciniae laterales breves, media multo major. Fl. aest Vulgaris in scopulis aridis et alveis torrentium summarum alpium.

bb. *Caule elato-erecto floribus laxe racemosis secundis.*

5. COLUMNAE. All. ped. 1. 40. t. 84. f. 2. Scu. *Racemis spicatis elongatis secundis bracteis petiolatis ovatis calyce brevioribus foliis cordato-oblongis serratis pubescentibus.*

Scu. Gussonii Ten. neap. 5. 29. Scu. pallida. Guss. pl. rar. 388. *bracteis elongatis*. Sc. peregrina Savi pis. 2. 66. Sibt. fl. gr. t. 582. *bracteis elongatis*. Ic. Columm. ecphr. 189. Sov. fl. br. gard 1. t. 52. Herba glanduloso-pubescens. Radix repens. Caulis erectus ramosus pilosus usque tripedalis. Corollae grandes extra bracteas porrectae extus glanduloso-pubescentes purpureae vel sanguineae aliquando albidae vel pallide violaceae. Nuculae tubera apice hispida. Fl. aest. Secus torrentem qui descendit ad oppidum *Grognard*. Sc. commutatam. Guss. prodr. 2. 136. Sc. altissimam L. sp. 836. et Sc. Triumfetti Benth. in bot. reg. 18. omnino varr. habeo.

## 168. MELITTIS.

MELISSOPHYLLUM. M. *Herba perennis pilosa usque bipedalis caule erecto ramoso tetragono foliis rugosis petiolatis cordato-ovatis subtus glaucis floribus axillaribus 1-3grandibus subsessilibus secundis folio brevioribus corollis majusculis roseis fauce rubro-maculata filamentis styloque piloso-glandulosis nuculis hirsutis.*

M. grandiflora. Smith. brit. 2. 644. Engl. bot. t. 631. Reich. icon. t. 249. f. 397. Curt. lond. fas. 6. t. 39. Mill. ill. t. 52. Rivin. mon. irreg. t. 21. f. 1. Fuchs. hist. t. 498. est var. *Cal. 4den-*

*tato*. M. albida. Guss. prodr. 2. 140. Melissa sylvestris. Lam. fr. 2. 401. Ic. Dalech. lugd. 1. 958. Clus. hist. 2. 37. Sab. hor. rom. 3. t. 62. Plenck. ic. t. 499. Jacq. a. t. 26. Sch. hand. t. 166. Engl. bot. t. 577. Reich. l. c. t. 241. Dietr. fl. bor. t. 826. Lam. ill. t. 513. Herba foetida. Flores apibus gratissimi. Pecora respuunt illam. Cor. in umbrosis aliquando albidae. Fl. aest. Vulgatissima in dumetis, et oris sylvarum.

169. DRACOCEPHALUM.

a. *Radice annua: antheris glabris: verticillis distantibus.*

1. Moldavica. Dr. *Verticillis axillaribus foliis subtus punctatis lanceolatis obtuse profunde serratis apice obtusis integerrimis superioribus bracteisque lanceolatis acute serratis serraturis longe mucronatis.*

Moldavica punctata. Moench. meth. 410. Ic. Blackw. t. 551. Ludw. ect. t. 15. Tabern t. 355. Spenn. l. c. t. 391 Herba glabriuscula odorata odore citri. Caulis pedalis et ultra erectus ramosus. Folia petiolata. Racemi elongati. Corollae majusculae violaceae vel albidae, fauce amplissima. Fl. aest. Ad margines agrorum di *Mantoula* apud *Fenestrellas* et in arvis *di Annecy.*

aa. *Radice perenni: antheris villosis: verticillis approximatis, sive floribus spicatis.*

2. Ruyschiana. Dr. *Verticillis spicatis foliis lineari-lanceolatis indivisis integerrimis muticis glabris.*

Ruyschiana spicata. Mill. dict. n. 1. Zornia linearifolia. Moench ex Steud. Ic. Rivin. l. c. t. 74. Zanon. hist. t. 146. Fl. dan. t. 121. Moris. s. 11. t. 5. f. 9. Herba pedalis erecta caule a basi ramoso ramis erectis. Folia subtus glauca raro punctata marginibus sub revolutis. Calycis lacinia superior late ovata ceteris angustis lanceolatis. Cor. parva violacea vel albida fauce rubropunctata· antherae atro-coeruleae aliquando laeves. Fl. aest. In pratis di *Pralugnan*: in summo jugo *col d' la Rova* versus *Bardoneche.*

170. PRUNELLA.

a. *Labio superiore convexiusculo vel plano truncato trimucronato.*

1. vulgaris. Pr. *Foliis ovato-oblongis subdentatis· pinnatifidisque labio calycis superiore brevissime trimucronato corolla calycem duplo superante staminibus longioribus apice dente spiniformi recto instructis laciniis labii inferioris ovato-lanceolatis mucronatis leviter ciliatis.*

Ic. Fuchs. hist. 621. Lob. ic. 474. Till. cat. hor pis. t. 17. f. 2. 3. Zannichell. ist. t. 242. Barrel. ic. 562. Rivin. mon. irreg. t. 29. Blackw. t. 24. Tabern. ic. 553. Curt. lond. fas. 4. t. 42. Engl. bot. t. 961. Mart. fl. rust. t. 137. Sav. mat. med. t. 25. Herba parce pilosa lurida intense virens prostrata vel erecta. Caulis ramosus in pinguibus et umbrosis usque pedalis in aridis et sterilibus aliquando perpusillus. Spica elongata cylindrica. Flores violacei. Bracteae reniformes acuminatae nervosae ciliatae ut in omnibus. Omnes perennes. Ubique in agris, arvis, aggeribus, etc.

2. alba. Pallas. M. Bieberst. Fl. taur. cauc. 2. 67. Pr. *Foliis lanceolatis basi subpinnatifido-incisis cauleque hirsutissimo erecto labio calycis superiore truncato trimucronato corolla calycem subduplo superante.*

Ic. Vaill. paris. t. 5. f. 1. Lam. ill. t. 916. f. 2. Haec occurrit apud nos constantissima, neque formam mutat, et vivit immutata cum Pr. vulgari in ericetis apricis et argillosis. Pusilla est erecta ramosa hirsutissima; folia non raro integerrima lanceolata. Galea carinata carina ciliata. Quae apud nos vivit spithamea et ultra est. Cor. pilosa alba calyce duplo major. Folia habet radicalia oblonga longe petiolata integra. Cetera profunde pinnatifida laciniis inaequalibus. Ob calycis formam ad sequentem pertinet. Est. Pr. laciniata. L. sp. 837. Jacq. a. t. 378. Pr. vulgaris Deutschl. Fl. 4. 335. g. Reich. ic. t. 239. f. 394. b. Pr. intermedia. Roth. tent. 2. par. 2. 43.

aa. *Labio super. plano incumbente ascendente medio concaviusculo striato apice truncato tridentato.*

3. intermedia. Brot. lus· 1. 180. Pr. *Foliis carnosis glaberrimis nitidis inferioribus lanceolatis sinuato-pinnatifidis laciniis linearibus superioribus lanceolato-linearibus labio calycis colorati super. truncato tridentato dentibus aequalibus corollis majusculis galea exquisite carinata carina pilosa.*

Pr. grandiflora. Jacq. a. t. 377. Curt. bot. mag. t. 337. J. Bah. hist. 3. 429. Haec occurrit in ericetis apricis calidis, et aridis di *Benna*, *Castellengo*, et

*Mott'Alciata*, et in collibus *Valdengi*, *Viliani*, etc. Cor. majuscula pulchre violacea calycem quater superans. Spicae breves dense bracteatae: bracteae amplae breves subcordatae mucronatae pilosae pilis longis raris. Fl. aest. et autunno.

aaa. *Labio calycis super. trifido-tridentato dentibus ovatis aristatis.*

4. GRANDIFLORA. Pr. *Foliis ovato-oblongis basi dentatis labio calycis super. trifido laciniis labii infer. lanceolatis corolla calycem quadruplo superante.*

Cor. majuscula pulchre violacea extus pilosula. Facies omnino Pr. intermediae. Galea ut in illa aliquando biloba plerumque tamen integerrima est. Stylus exsertus vel inclusus antheraeque albae. Ic. Moris. s. 11. t. 5. n. 4. f. 5. Lam. ill. t. 516. f. 1. Rivin. mon. irreg. t. 29. Sab. h. rom. 3. t. 33. Clus. hist. lib. 4. 43. Species omnino distinctae quamquam facie similes sunt. Crescunt enim eisdem locis quin mutentur. Legi in ericetis vulgo *barazza di Benna*. Hasce quatuor species vidi vivas et descripsi. Soli fere characteres e calycis labio superiore desumpti constantes sunt. Ceteri admodum mutabiles. Ideoque icones et synonimiam dubitanter adduxi.

5. HYSSOPIFOLIA. Lam. fr. 2. 366. Pr. *Caule erecto ramoso foliis lanceolatis integerrimis labio calycis super. trimucronato dentibus lateralibus lanceolatis.*

Magnam adfinitatem habet cum Pr. alba mea. Sed in hac corolla alba est parva galea carinata carina ciliata. Allion. suspicatur var. esse Pr. vulgaris: verum ex forma calycis var. videtur Pr. grandiflorae pusilla. In agro *nic.* Ic. Moris. s. 11. t. 5. n. 7. fig. 6.

## 171. MELISSA.

1. OFFICINALIS. M. *Foliis hirsutis rugosis ovatis acutis serratis imis cordatis verticillis dimidiatis corollis calyce paulo longioribus radice perenni fibrosa.*

M. graveolens. Host. a. 2. 128. M. cordifolia. Pers. ench. 2. 132. M. altissima Sibt. fl. gr. t. 579. M. romana. Mill. dict. n. 2. M. hirsuta. Balb. Ic. Lam. ill. t. 512. f. 1. Hayne arz. gew. v. 6. t. 32. Spen. in ic. gew. fl. german. fas. 18. t. 346. Boc. mus. t. 117. Barrel. ic. 1221. Sab. hor. rom. 3. t. 61. Rivin. l. c. t. 45. Plenck. ic. t. 500. Savi mat. med. t. 30. Herba perennis hirsuta usque orgyalis et ultra suaveolens odore citri caule tetragono ramoso. Vulgaris apud nos in sepibus. Fl. aest. Flores lutei, vel carnei, aliquando albidi, et albido-violacei.

2. GRANDIFLORA. M. *Foliis hirsutis ovatis acutis serratis pedunculis longiusculis cymosis subtrifloris axillaribus bracteatis corollis infundibuliformibus majusculis radice repente.*

Calamintha. Moench. meth. 408. Thymus grandiflorus. Scop. carn. l. 424. Ic. Rivin. l. c. t. 46. Lob. ic. 512. Tabern. ic. 350. Garidel Aix t. 111. J. Bah. ist. 3. lib. 28. 229. Barrel. ic. 398. Boccon. mus. t. 40. Spen. l. c. fas. 19. t. 365. Caulis tetragonus fistulosus decumbens vel adscendens vix pedalis. Folia rubida. Cor. magnae speciosae extus pilosae purpureae vel roseae. Fl. aest. In locis subalpinis umbrosis in dumetis et oris sylvarum. Copiosissima circa thermas *Valderii*, et *Vinadii*, etc.

## 172. CLINOPODIUM.

VULGARE. Cl. *Herba usque bipedalis hirsuta pilis reflexis caule erecto tetragono simpliciusculo rubido foliis ovatis obtusis basi rotundatis crenatis subtus glaucis venosis supra viridibus capitulis verticillatis subglobosis subsessilibus distantibus axillaribus uno terminali bracteis setaceis hispidis corollis purpureis calycem excedentibus extus puberulis radice repente.*

Melissa Clinopodium Benth. lab. 392. Cl. plumosum. Bern. ex Steud. Cl. aegyptiacum. Lam. enc. 2. 50. Calamintha Clinopodium Benth. in Cand. prodr. 12. 233. Ic. Lob. ic. 504. f. 2. Rivin. l. c. t. 43. f. 1. Clus. hist lib. 3. 354. Zannich. ist. t. 176. Sab. hor. rom. 3. t. 65. Plenck. ic. t. 498. Svens. bot. t. 441. Flor. dan. t. 930. Engl. bot. t. 1401. Lam. ill. t. 511. f. 1. Caules subflexuosi. Verticilli 2-3. Cor. aliquando carneae, etiam albidae. Pedicelli ramosi. Folia subtus venosa venis subpectinato-pilosis. Herba vix aromatica.

## 173. THYMUS.

a. *Fruticosi. Floribus laxe capitatis vel verticillato-spicatis.*

1. SERPYLLUM. Th. *Prostratus inferne repens ramis adscendentibus floribus glomerato capitatis calycis hirsuti limbo discolore staminibus corollam subaequantibus foliis ovalibus basi ciliatis.*

Var. *Caule glabro genitalibus exsertis.* Est Th. exferens. Ehrh. arb. 158. — *Foliis subrotundis ramisque hirsutis genitalibus exsertis* est Th. lanuginosus Sch. hand. t. 164. Alb. Dietr. Fl. bor. t. 341. — *Totus hirsutus.* Th. pannonicus. All. ped. 1. 20. Dietr. Fl. bor. t. 341. Th. angustifolius. Schreb. ap. Pers. ench. 2. 130. Huc. fortasse etiam Th. Zygis L. sp. 826. Var. procerior quae nonnisi in Italia meridionali vivit. — *Foliis calycibusque glabris* est Th. montanus W. et Kitaib. hung. 1. 72. t. 71. Th. Chamaedrys. Fries nov. svec. 197. Th. pulegioides. Reich. excur. 313. Cunila Thymoides. L. sp. 31. Hedeoma thymoides. Pers. ench. 2. 131. Ziziphora thymoides. R. Sch. syst. 1. 209. Th. nummularius. M. Bieber-cauc. 2. 58. Bot. mag. t. 2666. Th. pseudo Serpyllum. Reich. Th. Majoranae folius. Dest. cat. hor. par. 74. Th. ovatus. Mill. dict. n. 7. Ceterum varr. innumerae huc ducendae sunt quas videbis in prodr. Cand. 12. 201. Species vulgatiores mirum in modum vexantur a botanicis hujus aevi; qui si in posterum modum non adhibebunt synonimia tot tantisque premetur difficultatibus ut totum scientiae aedificium corruat necesse sit. Ic. Rivin. l. c. t. 41. 42. Zannich. ist. t. 172. Engl. bot. t. 1514. Svens. bot. t. 320. Curt. lond. fas. 2. t. 47. ed. Grav. 3. t. 80. Vaill. par. f. 32. f. 7. 8. 9. Petiv. herb. br. t. 31. f. 2. 3. 4. Fl. aest. Vulgatissima stirps in locis calidis saxosis apricis quibus lusus innumeri observantur. Flores rosei vel albidi, aliquando ampliusculi.

2. VULGARIS. Th. *Cano-pubescens floribus verticillato-racemosis staminibus corollam aequantibus vel superantibus foliis ovatis resinoso-punctatis subtus revolutis caule erecto ramosissimo ramis demum spinescentibus.*

Ic. Riv. l. c. t. 41. Sab. h. r. 3. t. 68. Plenk ic. t. 489. Blackw. t. 211. Hayne arz. 11. t. 2. Frutex usque pedalis. Cor. carneae aut albidae glanduloso-pilosae. Fl. aest. Vulgaris in collibus *Liguriae* et agri *nic.* etiam in lapidosis apricis vallis *Augustae praetoriae* alibique. Cultus in hortis ad usum culinarium. Quibus folia interdum majora, et laevia fiunt.

aa. *Floribus verticillatis verticillis distinctis.*

b. *Radice annua.*

3. ACINOS. Th. *Verticillis sexfloris calycibus basi gibbosis hirsutis corolla dimidio brevioribus foliis oblongis acutis subserratis caule erecto ramoso villoso.*

Acinos vulgaris. Hook. br. ed. 2. 280. A. thymoides. Moench. meth. 407 Spen. l. c. fas. 19. t. 344. Alb. Dietr. Fl. bor. t. 213. A. vulgaris. Pers. ench. 2. 131. Melissa Acinos. Benth. lab. 389. Calaminta Acinos ejus. in Cand. prodr. 12. 230. C. arvensis Lam. fr. 2. 394. Thymus canescens. Dum. fl. belg. 47. Poir. enc. sup. 7. 648. Ic. Lob. ic. 506. Fuchs. hist. 896. Rivin. l. c. t. 43. f. 2. Bull. herb. t. 318. Curt. lond. fas. 1. t. 43. ed. 2. 1. t. 79. Engl. bot. t. 411. Petiv. 4. br. t. 32. f. 10. Caulis obtuse tetragonus humilis aliquando usque pedalis. Cor. carneae parvae vix calycem excedentes extus pilosae. Fl. vere et aest. In arvis collinis, alpinis montanis praesertim in alveis torrentium.

bb. *Fruticulus.*

4. ALPINUS. Th. *Verticillis paucifloris calycibus hirsutis basi subgibbosis cor. fauce inflata subtriplo brevioribus foliis subrotundis obtusiusculis concavis serratis caule prostrato ramosissimo inferne repente villoso.*

Huc omnino Th. acinoides. Ten. neap. 4. in syllog. 45. t. 155. f. 1. Th. suaveolens. Sibt. fl. gr. pr. 420. Th. patavinus. Jacq. obs. 4. 7. t. 87. Acinos patavina Pers. en. 2. 131. Melissa majoranaefolia. Mill. dict. n. 7. M. patavina. Benth. lab. 389. Calamintha patavina. Host. a. 2. 133. *Procerior, et cor. majoribus* quam in vulgari alpino. Huc etiam Th. purpurascens. Poir. l. c. Melissa purpurascens. Benth. lab. 391. Calamintha purpurascens ejusd. in Cand. prodr. 12. 231. *Foliis superioribus congestis coloratis venis rubris corollis majusculis purpureis.* Etiam Th. melissoides. Benth. ex Reich. excur. 327. Th. rotundifolius. Gus. sup. 2. 198. Acinos rotundifolius. Pers. l. c. Spenn. in gen. fl. germ. t. 364. Melissa rotundifolia. Benth. lab. 391. Calamintha rotundifolia ejusd. in Cand. prodr. 12. 232. Quae synonima hic allata ad Th. alpinum pertinere nullus dubito. Differunt caracteribus laevissimis et neutiquam aptis ad speciem rite constituendam. Quidquid contra sentiat Bertol. (fl. ital. 6. 215.) magnae ceterum auctoritatis vir. Ic. Boc. mus. t. 45. f. A. B. B. B. C. Clus. hist. lib. 3. 353. Jacq. a. t. 97. Engl. bot. t. 411. Caulis humilis vix dodrantalis. Cor. majuscula purpurea vel albida extus et intus pilosa. Fl. vere et aest. In alpinis et sub-

alpinis lapidosis et apricis passim. Ego legi in montibus vallis *Andurni*, et *Graliae*.

aaa. *Pedunculis axillaribus tri-multifloris subcymosis.*

b. *Suffrutices. Racemi superne densiflori cymis inferioribus remotis 2-4-floris.*

5. NOTARISII. Zum. Th. *Caespitosus ramis filiformibus surrectis sublente pilis deflexis pubescentibus foliis margine revolutis dorso vix nervosis ad costam hirtellis inferioribus ovatis ceteris linearibus basi angustato-sessilibus obtusiusculis facie adpresse pubescentibus cymis axillaribus pedunculatis nudis inferioribus 1-2floris remotis superioribus confertissimis secundis 3-4floris folia aequantibus pedicellis bracteolae lineari-aequalibus calyce triplobrevioribus calycis ovati subventricosi 13-nervii fauce intus vix villosa dentibus superioribus triangularibus patenti-recurvis inferioribusque patenter hispidulis.*

Micromeria Thimoides. De Notar. pr. fl. ligus. 54. Si quid recte judico est var. Saturejae graecae. L. sp. 794. Micromeria graeca. Benth. lab. 373. Apud *Uneliam.*

6. ALLIONII. Zum. Th. *Ramis adscendentibus pubescentibus foliis sessilibus late ovatis obtusis basi rotundatis, vel subcordatis utrinque glabris vel pubescentibus supremis oblongis parvis florum fasciculis laxis pedunculatis secundis paucifloris bracteis parvis oblongis calycibus subsessilibus tubulosis pubescentibus dentibus subulatis tribus superioribus patentibus.*

Th. Piperella. All. ped. 1. 21. t. 37. f. 3. mal. W. et Kitaib. pl. hung. 2. 169. t. 156. Th. marginatus. Smith. in Diks. pl. exs. n. 71. Th. croaticus. Pers. ench. 2. 130. Calamintha croatica. Host. a. 2. 132. Micromeria subcordata. Benth. lab. 379. M. Piperella ejusd. in Cand. prodr. 12. 221. Satureja Piperella. Berth. fl. ital. 6. 50. Rami herbacei 4-6pollicares. Folia infer. subrotunda et saepe undulata, media 3-4lineas longa. Verticillastri remotiusculi. Pedunculi fere foliorum floralium longitudine utrinque 3-5flori. Bracteae latiores quam in ceteris speciebus. Calyx elongatus ut in Micromeria densiflora saepe purpurascens: dentes lineari-subulati super. patentes infer. erecti ceterum subaequales. Cor. tenuiter pubescens. Benth. l. c. Fl. vere et aest. Vulgaris in collibus maritimis, et in *Monregalensibus* ad mare versis.

bb. *Herbae perennes: racemi etiam superne laxi, cymis axillaribus pedunculatis secundis tri-multifloris.*

c. *Radice repente.*

7. NEPETA. Scop. carn. I. 425. Th. *Pedunculis dichotomo-corymbosis folio longioribus foliis subtus punctato glandulosis petiolatis ovatis serratis cauleque ascendente hirsutis calyce 10-nervio.*

Melissa cretica. All. ped. 1. 39. excl. syn. praeter Barrelier. M. Nepeta. L. sp. 828. M. obtusifolia. Pers. ench. 2. 132. Calamintha parviflora. Lam. fr. 2. 396. C. trichotoma. Moench. meth. 409. C. obliqua. Host. a. 2. 131. C. canescens. Presl. fl. sic. C. dilatata. Schrad. ind. sem. hor. got. 1835. C. Nepeta. Link. etc. Fl. por. 141. Spenn. in gen. fl. germ. fasc. 19. t. 105. Ic. Rivin. mon. irreg. t. 47. Boccon. mus. t. 38. 40. Barrel. ic. 1166. Zannich. ist. t. 187. Engl. bot. t. 1414. Curt. lond. 1. t. 8. ed 1. fas. 6. t. 40. Radix fusca. Caules caespitosi plerumque proceres usque tripedales. Folia floralia suprema bracteaeque lanceolatae integrae. Calyces pellucide glandulosi. Cor. majuscula calyce valde longior. extus puberula et glandulosa intus barbata purpureo-violacea raro alba fauce purpureo-punctata. Fl. aest. Vulgatissima in sepibus ruderatis dumetis praesertim lapidosis apricis et collinis. Stirps fragrans odore Pulegii.

cc. *Radice fibrosa.*

8. CALAMINTHA. Scop. l. c. Th. *Pedunculis cymosis, inferioribus folio brevioribus floribus glomeratis calycibus 13nerviis foliis ovatis subserratis cauleque adscendente vel erecto hirsutiusculis.*

Th. Moschatella. Pollin. hor. et prov. veron. pl. nov. 15. Th. umbrosus. Spreng. cent. pl. 41. Calamintha mentaefolia. Host. a. 2. 129. Melissa Calamintha. L. sp. 827. Plenck. ic. t. 501. Bull. herb. t. 251. Calamintha officinalis. Moench. meth. 409. Alb. Dietr. Fl. bor. t. 275. Ic. Lob. ic. t. 513. f. 1. J. Bah. hist. 3. lib. 28. 218. Riv. mon. irreg. t. 46. Sab. hor. rom. 3. t. 63. Savi mat. med. t. 42. Praeter characteres phrasis differt a sup. Caule paulo humiliore foliis corollisque majoribus. Herba fragrans odore subcitrato. Fl. aest. et aut. In sepibus, dumetis um-

brosis et oris nemorum collium et montium.

### 174. THYMBRA.

SPICATA. Th. *Suffrutex prostratus vix pedalis hirsutus ramis ascendentibus lignosis rigidis foliis subtus resinoso-punctatis uninerviis linearibus glabriusculis junioribus fasciculatis obtusis ciliatis floribus spicatis bracteis lanceolatis albo-fimbriatis verticillis subsexfloris calycibus glabris subsessilibus glandulosis nervis villosis laciniis labii superioris brevioribus inferioris longioribus ciliatis corollis purpureis.*

Th. verticillata. L. sp. 796. Var. culta. Ic. Sibt. fl. gr. t. 546. Lam. ill. t. 512. Pluk. t. 116. fig. 5. Barrel. ic. 1230. Fl. aest. In agro *nic.* atque in montibus inter *Garessio* et *Ormea.*

### 175. MOLUCELLA.

FRUTESCENS. M. *Fruticulus humilis vix pedalis caule subramoso subdichotomo inferne laevi, foliisque ovatis paucidentatis villosiusculis, spinis axillaribus ternatis horizontalibus calycibus subquaternis infundibuliformibus spinis limbi decem alternis brevioribus galea corollae albae villosissima tubo intus annulato nucibus puberulis apice barbatis.*

Beringeria Reich. exc. 325 Ballotta spinosa. Link. hand. 475. Ic. All. pedem. t. 2. f. 2. Fl. aest. In rupium fissuris inter *Saorgio*, et *Breglio*: supra *Sospello*, et la *Giandola*: et prope *Tenda.*

### 176. MARRUBIUM.

VULGARE. M. *Herba perennis incanotomentosa caule tetragono undique ramoso usque bipedali foliis subrotundo-ovatis dentatis venoso-rugosis pulverulentis bracteis dentibusque calycis decemfidi alternis minoribus setaceo-uncinatis corollis albis calycem excedentibus extus pilosis nuculis cinereis fusco-granulatis.*

M. apulum. Ten. syllab. 84. t. 154. Ic. Fuchs. hist. 590. Zannichel. ist. t. 198. Brunsf. herb. 2. 159. Sab. h. r. 3. t. 59. Engl. bot. t. 410. Bull. herb. t. 165. Fl. dan. t. 1036. Plenck. ic. t. 487. Hayne arz. 11. t. 40. Alb. Dietr. fl. bor. t. 202. Ludw. ect. t. 145. Riv. mon. irreg. t. 67. Blackw. t. 479. Verticilli densi multiflori. Odor mali Apii. Fl. aest. Vulgaris in arvis, ct ruderatis collium calidiorum: agri *astensis*, *nic. ligust. albensis*: *Montisferrati*: prope *Andrà* supra *Eporediam*, etc.

### 177. BALLOTTA.

NIGRA. B. *Herba perennis foetida caule usque tripedali tetragono undique ramoso hirsuto foliis ovatis crenatis basi subattenuatis hirsutiusculis cymis subverticillatis dentibus calycis ovatis mucronatis patentibus tubum corollae subsuperantibus corollis pallide roseis aut violaceis fauce piloso-glandulosis galea apice barbata.*

Ballotta borealis. Reich. icon. t. 776. f. 1042. B. ruderalis. Svens. bot. t. 389. B. alba. L. sp. 814. Bir. acon. 1. 202. B. foetida Lam. fr. 2. 381. Reich. ic. t. 775. f. 1041. Alb. Dietr. fl. bor. t. 230. B. ruderalis. Spr. hal. 101. B. sepium. Paulet in Pers. ench. 2. 125. Marrubium nigrum. Crantz. a. 272. Mentha aquatica. Fl. dan. t. 673. — Var. *Foliis acutiusculis laciniis calycinis angustioribus tubo cor. brevioribus* quae est B. vulgaris Link. Dietr. fl. bor. t. 133. B. borealis Schweig. ic. t. 776. Ic. Sab. h. r. 3. t. 34. 36. Fuchs. hist. 154. Bull. herb. t. 397. Blackw. t. 136. Rivin. mon. irreg. t. 66. Engl. bot. t. 46. Cor. apud nos pallidissime coerulea. Fl. aest. Vulgatissima in sepibus et ruderatis.

### 178. PHLOMIS.

LYCHNITIS. Phl. *Suffrutex usque bipedalis incanotomentosus foliis sessilibus lineari-lanceolatis amplexicaulibus integerrimis venoso-rugosis subtus albidis floralibus supremis bracteaeformibus inferioribus cordato-ovatis involucrantibus calycis vilosissimi dentibus brevibus setaceis bracteas lineari-subulatas aequantibus corollis aureis magnis extus pilosis intus barbatis.*

Ic. Lob. ic. t. 558. f. 1. 2. Mill. ic. t. 203. Bot. mag. t. 999. Folia aliquando denticulata. Fl. aest. In agro *nic.*

### 179. AJUGA.

a. *Foliis indivisis.*
b. *Linearibus: floribus sessilibus subgeminatis axillaribus.*

1. IVA. Schreb. vert. unilab. 2. A. *Foliis linearibus subdentatis integerrimisque albido-villosis floribus axillarirus sessilibus subgeminatis caule suffruticoso prostrato.*

Teucrium. L. sp. 787. Cav. ic. t. 120. Sib. fl. gr. t. 525. A. pseudo Iva.

Cand. fr. 5. 395. *Flore luteo.* Teucrium moschatum Lam. fr. 2. 409. A. moschata. Schr. l. c. 26. Ic. Lob. 384. Clus. hist. lib. 6. 186. Sab. h. r. 3. t. 98. Dodon. pempt. 47. Caulis caespitosus humillimus vix spithameus. Folia versus apicem tridentata margine revoluta uninervia. Cor. extus villosa grandis purpùrea, raro aurea folio brevior, supremis aequalibus vel vix longioribus. Nuculae fuscae scrobiculatae. Fl. aest. In *Liguria occidua* prope *Uneliam*: in agro *nic.*: in pascuis di *Maggiora* et *Vergnano* in agro *nov.* etc.

bb. *Foliis oblongis:*
*floribus spicato-pyramidalis.*
c. *Uniformibus.*
d. *Stolonibus reptantibus.*

2. REPTANS. A. *Foliis oblongis obtusis basi attenuatis subdentatis cauleque glabriusculis stolonibus reptantibus spica inferne interrupta lobo medio labii inferioris obcordato.*

Bugula. Moench. meth. 382. All. ped. 1. 45. A. Barrelieri. Ten. neap. 5. t. 240. f. 3. A. densiflora. ejusd. l. c. t. 239. f. 1. Ic. Fuchs. hist. 391. Zannich. ist. t. 241. Rivin. mon. irreg. t. 76. Sab. hor. r. 3. t. 99. Barrel. ic. 337. 338. Malae. Fl. dan. t. 925. Bull. herb. t. 345. Curt. lond. ed. 2. t. 75. Engl. bot. t. 439. Savi mat. med. t 20. Lam. ill. t. 501. f. 1. Caulis erectus tetragonus spithameus aliquando tamen usque pedalis. Folia radicalia caespitosa majora. Stolonum ovata. Stolones aliquando desunt. Bracteae ciliatae imae latiores. Superiores coloratae. Cor. extus villosae coeruleae vel violaceae vel roseae, pallidae vel albae. Fl. vere. Ubique praesertim in apricis.

dd. *Stolonibus nullis.*

3. ALPINA. A. *Foliis uniformibus glabriusculis oblongis basi attenuatis dentatis verticillis multifloris remotis lobo medio labii inferioris oblongo integerrimo.*

Bugula. All. ped. 1. 45. Ic. Pluk. ph. t. 18. f. 3. Riv. l. c. t. 76. Engl. bot. t. 477. Fl. vere exeunte in alpinis apricis.

cc. *Difformibus.*
d. *Radicalibus minoribus.*

4. GENEVENSIS. A. *Foliis cauleque subvillosis caulinis radicalia subsuperantibus inciso-dentatis lobo medio labii inferioris corollae abbreviato.*

dd. *Radicalibus maximis.*

5. PYRAMIDALIS. A. *Verticillis multifloris pyramidato.-confertis lobo medio labii infer. cor. producto emarginato foliis radicalibus maximis obovato-oblongis crenatis.*

Bugula. Mill. dict. n. 3. Ic. Fl. dan. t. 185. Svens. bot. t. 225. Engl. bot. t. 1270. Ludw. ect. t. 8. Bracteae magnae summae coloratae. Passim cum prioribus. Perennes. Characteres quibus hae quatuor species distinguuntur neutiquam constantes sunt, ideoque in una specie conjungo sub nomine *Ajugae versatilis.* Procul dubio trahenda huc etiam est. A. acaulis Brocchi Osserv. 22. quae non differt nisi. *Caule humillimo spica depauperata.* Fl. vere. In sepibus dumetis etc. apricis ubique.

aa. *Foliis divisis.*

6. CHAMAEPYTYS. Schreb. l. c. 24. A. *Foliis trifidis pilosis floribus axillariòus solitariis folio brevioribus caule ramoso erecto.*

Teucrium. L. sp. 787. Plenck. ic. t. 473. Engl. bot. t. 77. Alb. Dietr. Fl. bor. t. 222. Bugula Scop. carn. n. 718. Chamaepytys vulgaris. Link hand. 453. Spenn. ic. in gen. fl. germ. fas. 19. t. 377. Ch. trifida. Dumor. florul. belg. 42. Ic. Rivin. l. c. t. 14. Sab. hor. r. 3. t. 97. Zannich. ist. t. 251. Fl. dan. t. 733. Ludw. ect. t. 130. Blackw. t. 528. Savi mat. med. t. 2. Caulis tetragonus vix spithameus a basi ramosissimus. Pili albi, longi, rari, molles undique herbam induunt. Folia ima integra lanceolata. Cor. flava extus pilosa pilis intermixtis brevibus apice glanduliferis glandulis luteis. Fauce barbata. Filamenta barbata. Herba digitis contrita suaveslens odore therebintinaceo. Annua. Fl. aest. Super muris: in agris. sterilibus etiam inter sata collium. In collibus *taur.* prope *Venariam* versus *Collegno*, etc.

## 130. TEUCRIUM.

a. *Frutices vel suffrutices.*
b. *Floribus axillaribus solitariis pedunculatis.*

1. FRUTICANS. T. *Caule fruticoso erecto foliis oblongo-lanceolatis integerrimis subtus calycibusque albo-tomentosis laciniis calycinis lanceolatis corollinisque acutis.*

T. latifolium. L. sp. 788. Bot. Mag. t. 245. Dill. elth. t. 284. f. 360. Riv

mon. irreg. t. 18 est var. *foliis latioribus laciniis corollae dentibusque calycis obtusiusculis*, quae apud nos non vivit. T. tomentosum. Moench. meth. 382. Ic. Sibt. fl. gr. t. 527. Barrel. ic. 512. Sab. hor. rom. 3. t. 91. Dill. elth. t. 284 f. 366, 367. Clus hist. 348, Zanon. ist. t. 163. Caulis erectus tetragonus incano-tomentosus ramosus ramis patulis usque quadripedalis. Folia aliquando subtus sordide rufa. Cor. cœruleæ. Filamenta lævia. Antheræ fuscæ. Nuculae subpilosæ reticulatae. Fl. toto fere anno. In *Liguria occiduà al Capo delle Mele.*

bb. *Floribus racemosis.*

2. FLAVUM. T. *Caule fruticoso erecto foliis petiolatis late ovatis crenatis opacis ramisque molliter pubescentibus floralibus integerrimis floribus racemosis fasciculatis longe pedicellatis calycibus declinatis campanulatis subæqualiter laciniatis.*

Chamædris flava. Moench. meth. 383· Ic. Riv. mon. irreg. t. 10 Clus. hist. 348. Sab. h. r. 3. t. 89. Moris. s. 11. t. 22. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 533. Caulis usque bipedalis parce ramosus tetragonus. Folia basi cuneata margine subrevoluta. Racemus inferne interruptus. Cor. majusculae extus pilosæ fauce barbatae flavido-virentes labio margine roseo. Antherae croceæ. Nuculæ læves subglandulosæ. Fl. æst. In agr. *nic.* locis apricis rupestribus etc. Odor quidquam fœtidus.

bbb. *Floribus corymbosis.*

3. MONTANUM. T. *Caule suffruticoso prostrato foliis lineari-lanceolatis oblongisve integerrimis subtus tomentosis corymbo terminali simplici congesto involucrato calycis campanulati incani dentibus mucronatis.*

T. supinum. L. sp. 791. Jacq. a. t. 417. Polium montanum. Mill. dict. n. 1. Ic. Matth· com. 562. f. 2. Dalech. lug. 929. f. 1. Riv. mon. irreg. t. 15. Zannich. ist. t. 150. f. 1. Cord. hist. 125. Plenck ic. t 478. Sibt. fl. gr. t. 534. Caules caespitosi prostrati inferne radicantes humiles usque tamen dodrantales. Cor. albido-luteolae extus pilosae. Filamenta inferne barbata. Nuculae laeves scrobiculatae. Suaveolens. Fl. aest. In subalpinis et montanis, collinis, apricis, calidis, lapidosis etc. Vulgare.

bbbb. *Floribus in capitula congestis.*

c. *Capitulis aureo tomentosis simplicibus.*

4. AUREUM. Schreb. unilat. 43. T. *Foliis oblongis obtusis crenatis cauleque albido-tomentosis summitatibus capituli aureo-lanatis.*

T. Polium a. L. sp. 792. T. tomentosum. Bell. app. in accad. taur. 5. 237· T. flavicans. Lam. fr. 2. 700. T. tomentosum. Vill. delp. 2. 352. Polium aureum. Moench. meth. 385. Polium luteum. Mill. dict. n. 2. Ic. Cavan. ic. 2. t. 117. Barrel. ic. 1082 1089 Caulis humilis ramosus, vix spithameus. Cor. ochroleuca vel lutea. Fl aest. In valle *Augustae Praetoriae* et agr. *nic.*

cc. *Capitulis compositis albo-villosis.*

5. CAPITATUM. T. *Foliis lineari-lanceolatis margine revolutis abbreviatis superne crenatis capitulis terminalibus conglomeratis pedunculatis aphyllis calycibus obtusis dense lanatis.*

T. Belion. Schreb. unil. 37. Ic. Cavan. ic. 2. t. 119. Sibt. fl. gr. t. 536. Cor. albidae vel roseae. Fl. aest. In arvis *Montisferrati*, et *Liguriae*: in agr. *nic.* Hoc est ex Bentham in Cand. prodr. 12. 592 var. T. Polii L. et huc trahit T. flavescens Schreb. T. valentinum. ejusd. T. angustissimum ejusd. T. coeleste ejusd. T. lavandulaefolium. Pourret. Polium serratum. Mill. dict. n. 12. P. spicatum ejusd. P. fruticosum ejusd. P. erectum ejusd. atque etiam T. aureum. Neque forte injuria. Bertolonius tamen constantes esse scribit. Verum tot sunt var. intermediae ut sententia Benthami valde inde firmetur.

ccc. *Capitulis corymbosis raro solitariis.*

6. POLIUM. T. *Foliis lineari obverse lanceolatis obtusis superne crenatis capitulisque pedunculatis globosis corymbosis cauleque prostrato incano-floccoso tomentoso.*

T. capitatum. All. ped. 1. 44. Plenck. Ic. t. 481. Ic. Matth. com. 562 f. 1. Dalech. lugd. 928. Columu. ecphr. 1. 67. Zannichel ist. t. 35. 37. Barrel. ic. 1047. 1074. 1078. 1079. Sab. hor. rom. 3. t. 93. Plenck ic. t. 480. Sibt. fl. gr. t. 535. Savi mat. med. t. 5. Huc trahit Bertol. T. flavescens et valentinum. Schreb. *caule superne capitulisque tomento luteo-sulphureo tectis.* quae Benth. ad super duxit. Quod probat nullos certos limites inter T. aureum. capitatum et Polium statui posse. Caules caespitosi plerumque prostrati basi radicantes utplurimum valde ramosi humiles aliquando tamen usque pedales, Cor. alba extus pilosa pilis glanduliferis. Fl.

aest. In agr. *nic.* in jugo *di Brauss*, in monte *Boron*, in collibus sterilibus ad *Albam Pompeiam*, in *Capo di Noli in Liguria occidua*. Apud *Sarzanam* in litore *alla Marinella* etc. Herba suaveolens.

aa. *Herbacea.*
b. *Radice perenni.*
c. *Fibrosa.*
d. *Floribus axillaribus subsessilibus. cor. alba fauce violaceo-punctata.*

7. CAMPANULATUM. T. *Foliis glabris multifidis tripartito-flabellatis segmentis pinnatifidis laciniis obtusis calycibus campanulatis pilosis dentibus subaristatis caule prostrato inferne radicante.*

Ic. Sab. hor. rom. 3. t. 95. Michel. in Till. cat. hor. pis. t. 49. f. 1. Caulis utplurimum humilis aliquando tamen usque sesquipedalis. Cor. lab. inf. lacinia media elongata obovata calycem duplo superans. Antherae rubrae. Nuculae glandulosae. Herba inodora. Fl aest. In arenosis della *Scrivia.*

dd. *Floribus racemosis secundis.*
e. *Sulphureis.*

8. SCORODONIA. T. *Foliis petiolatis cordato-oblongis rugosis obtuse duplicato-dentatis, pubescentibus, racemis laxiusculis bracteis petiolatis abbreviatis calycis dente sup. majore tubo corollae exserto.*

T. sylvestre. Lam. fr. 2. 412. Scorodonia. Link. hand. 485. Sc. heteromalla. Moench. meth. 384. Ic. Lob. ic. 497. Riv. l. c. t. 12. Sab. hor. rom. 3. t. 92. Engl. bot. t. 1513. Fl. dan. t. 495. Bull. herb. t. 301. Plenck ic. t. 475. Curt. lond. ed. 2. 2. t. 76. Alb. Dietr. fl. bor. t. 229. Blackw. t. 9. Caulis tetragonus erectus superne ramosus pedalis et ultra. Cor. labium infer. aliquando rubidum. Stamina barbata barba rosea. Herba ingrate olens odore alliaceo. Fl. aest. Vulgare in arvis, pascuis, dumetis, sepibus, sylvis, locis aridis, apricis, lapidosis.

ee. *Pallide purpureis.*

9. MASSILIENSE. T. *Foliis petiolatis ovato-oblongis rugosis eroso-dentatis incanis racemis strictis subsecundis floribus declinatis dentibus calycis pilosi inaequalibus superiore majore cordato-ovato tubo cor. incluso.*

T. odoratum. Lam. fr. 2. 413. Scorodonia cordata. Moench. meth. 384. Scor. massiliensis. Link. hand. 488. Ic. Ger. gallopr. t. 11. Jacq. hor. vindob. 1. t. 94. Medik. act. pal. 3. t. 11. Caulis erectus humilis usque tamen bipedalis. Cor. extus et intus pilosa. Filamenta pilosa. Herba suaveolens odore Citri. Fl. aest. In agr. *nic.* circa *Villafranca.*

cc. *Radice repente.*
d. *Herba glabra.*

10. LUCIDUM. T. *Foliis omnibus ovatis basi cuneatis inciso-dentatis glaberrimis calycis laevis dentibus acutis lanceolatis subaequalibus nuculis glandulosis.*

Chamaedris lucida. Moen. meth. 383. Ic. Magn. hor. monspel. 52. Non videtur differre a T. Chamaedryo nisi glabritie partium. Fl. aest. Nascitur variis locis in montibus et collibus apricis: in monte *S. Bernardi magni*: circa *Lucerame* et *Sospello* ad radices montium: in *Liguria* etc. in montanis umbrosis vallis *di Vegezzo* agri *nov.* etc

dd. *Herba hirsuta.*
e. *Foliis serratis.*

11. SCORDIUM. T. *Foliis oblongis basi attenuatis grosse serratis glabriusculis floralibus conformibus floribus axillaribus subgeminis caule villoso ascendente.*

T. scordioides. Schreb. unil. 37. Chamaedrys Scordium. Moen. meth. 384. T. palustre. Lam. fr. 2. 411. T. arenarium. Gmel. it. 1. 149. t. 26. f. 2. Savi mat. med. t. 4. Ic. Matth. com. 563. f. 1, Dalech. lugd. 910. Zannic. ist. t. 140. Riv. l. c. t. 11. Bull. herb. t. 205. Fl. dan. t. 593. Svens. bot. t. 255. Plenck ic. t. 476. Engl. bot. t. 828. Hayne. arzn. 8. t. 3. Blackw. t. 475. Caulis fistulosus basi radicans ramosus spithameus usque pedalis. Folia mollia. Cor. rosea prope faucem utrinque cristato-fimbriata. Filamenta viridula. Antherae croceae. Fl. aest. Habitat loca paludosa, mollia, spongiosa, humida, circa lacus etc., circa lacum *Avilianae, etc.* in humentibus *del Parco*, et in pratis humidis versus *Caselette*, in pratis spongiosis circa *Padum*, in agro *nov.* Herba odore Allii tamen grato.

ee. *Foliis duplicato-dentatis.*

12. CHAMAEDRYS. T. *Foliis obovato-oblongis basi cuneatis duplicato-dentatis inferioribus petiolatis superioribus bracteaeformibus integerrimis subcoloratis cauleque erectiusculo erecto-villosis floribus axillaribus ternis calycibus campanulatis dentibus acutis.*

T. officinale. Lam. fr. 2. 414. T. pseu-

do-chamaedrys. Wender. bot. zeit. 1826. l. 353. Chamaedrys officinalis Moench. meth. 383. Ic. Matt. com. 550. f. 1. Dalech. lug. 1162. f. 1. Lob. ic. 491. Riv. l. c. t. 10. Fuchs. hist. 869. Sab. hor. rom. 3. t. 88. Zannichel. ist. t. 97. Plenck ic. t. 477. Engl. bot. t. 680. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 19. t. 379. Hayne arz. 8. t. 4. Alb. Dietr. fl. bor. t. 144. Clus. hist. 1. 351. t. 17. Blackw. t. 80. Sav. mat. med. t. 8. Caulis plerumque prostratus a basi ramosus ramis ascendentibus humilis raro pedalis utplurimum dodrantalis. Faux calycis annulo piloso pilis horizontalibus. Cor. rubra extus glandulosa pilosaque fauce barbata. Lacinia media labii infer. ampla elongata horizontalis cuneato-obovata truncata. Filamenta carnea inferne barbata antheris sanguineis. Nuculae fuscae subrotundae rugosae glandulosae. Fl. aest. Vulgare in lapidosis montanis et collinis etc.

bb. *Radice annua. Foliis multifidis.*

13. Botrys. T. *Foliis utrinque virentibus multifidis tripartito-flabellatis laciniis oblongo-linearibus obtusiusculis dentato-pinnatifidis floralibus conformibus floribus axillaribus subternis calycibus basi saccatis campanulatis pilosis.*

Chamaedrys. Moen. meth. 383. Scorodonia. Sering. bull. bot. 317. Ic. Matt. com. 550. f. 2. Dalech. lugd. 1163. f. 2. Dodon. pempt. 46. Rivin. loc. cit. t. 14. Sab. hor. rom. 3. t. 91. Hoffm. fl. d'All. an. 1791. t. 9. Lob. ic. t. 385. Mill. ic. 264. Alb. Dietr. fl. bor. t. 353. Caulis tetragonus erectus a basi ramosus. Folia petiolata villosa villis longioribus apice glanduliferis. Cor. pallide coerulea fauce albido-rubro-punctata. Nuculae rugosae glandulosae. Fl. aest. In submontanis et collinis locis lapidosis calidis, et aridis: in agro *Segus.*: circa *Fenestrellas*, *Exilles*, *Segusium*, secus amnes *Chison* et *Duriam*: in *Appennino di Bobbio* a *Carposasso*, in *Liguria occidua* et apud *Genuam* etc.

## 181. SATUREJA.

a. *Calycibus decem nerviis.*
b. *Radice annua.*

1. hortensis. S. *Caule erecto ramosissimo ramis brachiatis foliisque lineari-lanceolatis patentissimis pubescentibus pedunculis cymosis axillaribus paucifloris supremis approximatis bracteis calyces fauce nudos superantibus corollis parvis extus sparse pilosis.*

Ic. Matt. com. 633. f. 2. Dalech. lugd. 1112. f. 2. Sab. hor. rom. 3. t. 70. Zannich. ist. t. 290. Lam. ill. t. 504. f. 1. Blackw. t. 419. Ludw. ect. t. 199. Caulis semipedalis et ultra. Folia glandulosa punctata demum margine revoluta. Cor. rosea fauce rubro-punctata, puberula. Pedunculi plerumque biflori. Tota herba in aridis demum rubrida. Flores polygamo-dioicos dicit Koch syn. 2.542. Fl. aest. Vulgaris in hortis locisque calidis: in agro *nic. Monteferrato*, etc. in alveis torrentium arenosis aridis.

bb. *Suffrutices*
c. *Floribus cymosis, cymis paucifloris.*

2. montana. S. *Caule fruticoso ramis scabris foliis spathulato-lanceolatis mucronatis rigidis punctatis pedunculis axillaribus subsecundis paucifloris folia subaequantibus bracteis calyces superantibus calycibus fauce barbatis corollis extus pilosis.*

S. hyssopifolia. Bert. an. dist. nat. 1. 407. S. variegata. Host. a. 2. 134. S. illirica ejusd. l. c. 133. S. subspicata. Vis. stirp. dalm. 11. t. 4. S. trifida. Moen. meth. 386. Micromeria montana. Reich. excurs. 311. M. variegata. eiusd. ibid. 859. M. spicata. ejusd. l. c. 311. M. pigmaea. ejusd. l. c. Ic. Camer. ep. 717. Sab. hor. rom. 3. t. 71. Riv. mon. irreg. t. 44. Scop. carn. 1. t. 30. Savi mat. med. t. 6. Sibt. fl. gr. t. 543. Caulis erectus ramosissimus usque pedalis. Folia viridia glanduloso-rubro-punctata ima ramorumque sterilium latiora utplurimum ciliata. Cor. grandiuscula alba fauce rubro-punctata barbata. Bracteae lineares calyce longiores. Var. *Cor. carneis*. Fl. aest. Vulgaris locis subalpinis lapidosis apricis: in agro *nic. Liguria*: collibus *albensibus*, etc.

cc. *Floribus verticillatis.*

3. Thymbra. S. *Caule fruticoso erecto ramoso ramis lignescentibus foliisque spathulato-lanceolatis acutis rigidis hispidis scabris punctatis eveniis verticillis densis remotis basi foliatis subglobosis bracteis longe ciliatis calycibus fauce barbatis corollis glanduloso-punctatis extus fauceque subbarbatis.*

Thymus Tragoriganum. L. man. 1. 84. Th. hirsutissimus. Poir. enc. 7. 650. Thymbra hirsuta. Pers. ench. 2. 114. Ic. Barrel. ic. 898. Pona bald. 151. Sibt. fl. gr. t. 541. Caulis rubidus usque bipedalis cano-pubescens. Rami aliquando

apice comosi. Cor. rosea fauce rubro maculata. Verticilli 4-5. Fl. vere et aest. In agro *nic.*

aa. *Calycibus multinerviis: suffrutices.*
b. *Calycibus fauce barbatis.*

4. GRAECA. S. *Caule superne herbaceo foliis imis ovatis summis lanceolatis hispidis subtus venosis margine revolutis glanduloso-punctatis pedunculis paucifloris oppositis floribus inaequalibus calycibus fauce barbatis bracteas longe superantibus corolla extus fauceque purpureo-maculata barbata.*
S. micrantha. Link. fl. port. 1 142. S. hirta. Host. a. 2. 134. S. filiformis Desf. atl. 2. 8. t. 121. f. 1. S. sicula Guss. syn. 2. 89. S. canescens ejusd. pl. rar. 228. t. 42. S. angustifolia. Ten. neap. 5. 4. S. tenuifolia. ejusd. t. 151. f. 4. S. Cosentina. ejusd. l. c. t. 151. f. 1. Thymus virgatus. ejusd. l. c. t. 455. f. 3. Th. micranthus. Brot. phyt. lus. 30. t. 13. Hissopus officinalis. Abucr. hor pan. 240. Micromeria graeca. M. canescens. Benth. lab. 373. 376. Ic. Matth. com. 633. f. 1. Dalech. lugd. 1111. Bonan. panph. t. 124. Sab. hor. rom. 3. t. 64. Moris. s. 11. t. 17. f. 2. Clus. hist. lib. 3. 356. Ten. fl. neap. t. 151. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 542. Caulis etiam decumbens usque pedalis plerumque humilior. Cor. rubro-violaceae. Fl. aest. In agr. *nic.* et *ligus.* apud. *Genuam* et in rupibus di *Portofino.*

bb. *Calycibus fauce nudis.*

5. JULIANA. S. *Caule fruticoso ramoso stricto foliisque imis petiolatis ovatis, supremis lanceolatis subtus revolutis venosis scabro-hirsutis pedunculis dense cymosis brevissimis floribus fastigiatis calycibus bracteas subaequantibus fauce nudis corollis parvis extus parce pilosis.*
Micromeria. Benth. lab. 373. Thymbra verticillata. Abucr. hor. panorm. 230. Ic. Moris. s. 11. t. 17. f. 4. Tenor. neap. t. 151. f. 3. Sibt. fl. gr. t. 540. Caulis humilis raro pedalis ramosus ramis herbaceis. Cor. pallide rubra. Fl. aest. In agro *nic.*

## 182. GLECHOMA.

HEDERACEUM. Gl. *Herba aromatico-foetens pilosa stolonibus reptantibus caulibus floriferis erectis spithameis raro pedalibus foliis longe petiolatis reniformi-subrotundis crenatis supra viridibus subtus glaucis resinoso punctatis verticillis paucifloris floribus basi bracteatis folio brevioribus purpureo-coeruleis fauce barbata purpureo-maculata.*
Gl. hirsuta. W. et Kitaib. pl. rar. hung. 2. 124. t. 119. Gl. heterophyllum Reich. exc. 2. 316. Gl. subulata. Moric. venet. in app. 452. Gl. magnum. Merat. Gl. micrantha. Bonning. ex. Reich. exc. 306. Gl. heterophilla. Opiz. Reich. l. c. 316. Gl. intermedia Schrad. Calaminta hederacea. Scop. carn. n. 730. Chamoeclema hederacea. Moen. meth. 393. Nepeta Glechoma Benth. lab. 485. Ic. Matt. com. 433. f. 1. Dalech. lug. 1311. f. 2. Fuchs. hist. 876. Vaill. paris. t. 6. f. 4. 5. 6. Trag. hist. 799. Brunsfel. herb. 1. 167. Rivin. mon irreg. t. 67. Zannichel. ist. t. 253. Fl. dan. t. 789. Svens. bot. t. 183. Plenck. ic. t. 464. Bull. herb. t. 241. Engl. bot. t. 853. Curt lond. ed. 2. 2. t. 77. Hayne arz. gew. 2. t. 8. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 18. t. 349. Alb. Dietr. fl. bor. t. 117 Blackw. t. 225. Ludw. ect. t. 62. Knor. del. 2. t. G. 4. Savi mat. med. t. 20 Lam. ill. t. 505. f. 2. Curt. ed. 1. fas. 2. t. 44. Mart. fl. rust. t. 61. Woodw. med. bot. t. 28. Fl. med. t. 219. Fl. aliquando albi, aliquando parvi. Antherae albae. Cal. striatus. Odor subcitratus. Fl. primovere. Vulgare in sepibus et dumetis, ruderatis, etc.

## 183. GALEOBDOLON.

LUTEUM. Huds. angl. 258. G. *Herba pedalis et ultra radice repente caule erecto simplici foliis petiolatis subcordato-ovatis duplicato-serratis verticillis axillaribus. numerosis remotis corollis luteis galea pilosis intus fauceque rubro-maculata barbatis.*
Galeopsis Galeobdolon. L. sp. 810. Leonurus. Scop. carn. n. 705. All. ped. 1. 33. Pollichia. Roth. fl. germ. 1. 254. P. vulgaris et montana. Pers. an. bot. 14. 39. Galeobd. vulgare id. ench. 2. 122. Cardiaca sylvatica. Lam. fr. 2. 384. Lamium Galeobdolon. Crantz. a. 262. Ic. Dodon. pempt. 153. Rivin. mon. irreg. t. 20. Knor. del. hor. 4 t. N. 9. n. 1. Flor. dan. t. 1272. Engl. bot. t. 787. Spenn. in ic. fl. germ. t. 372. Alb. Dietr. fl. bor. t 115. Folia floralia superiora lanceolata dentato-subincisa. Fl. aest. Vulgare in sylvaticis, sepibus, dumetis umbrosis praesertim montanis.

## 184. STACHYS.

a. *Radice annua.*
b. *Corolla alba fauce rubro-maculata:*

1. ANNUA. St. *Caule erecto ramoso*

*glabriusculo foliis imis ovatis petiolatis superioribus oblongo-lanceolatis omnibus trinerviis dentatis summis integerrimis verticillis sexfloris distinctis calycibus villosis subpungentibus corollae galea emarginata.*

St. Balbisii Linck. enum 2. 110. St. recta Naccar fl. venet. 3. 115. excl. syn. St. nervosa Gat. fl. mont. 107. St. Betonica Crantz. a. 265. Betonica annua. L. sp. ed. 1. 573. Ic. Matt. com. 647. f. 3. Dalech. lugd. 1118. f. 1. Tabern. ic. 540. Riv. mon. irreg. t. 69. Jacq. a. t. 360. Engl. bot. sup. t. 2669. Alb. Dietr. fl. bor. t. 781. Caulis ramis patulis raro pedalis plerumque humilior. Cor. extus pilosa. Antherae luteae. Herba glabriuscula odorata odore leni suavi. Fl. aest. et autumno. In agro *taur.* inter stipulas: in collibus *taurin. segus. nic. Montisferrati*, et *Liguriae*: in agris apud *Ticinum* amnem, etc.

bb. *Cor. ochroleuca.*

2. HIRTA. St. *Caule erecto villoso foliis inferioribus petiolatis cordato-oblongis obtusis crenatis rugosis hirsutis floralibus abbreviatis sessilibus verticillis sexfloris distantibus calycibus campanulatis subpungentibus galea corollae extus pilosa bifida laciniis divaricatis labio inferiore plano elongato lobis lateralibus obsoletis.*

St. inscripta. Reich. ic. bot. ex. 1. 28. t. 40. St. divaricata. Viv. fl. cors. app. 2. Galeopsis hirsuta. L. sp. ed. 580. G. hispanica. Mill. ex Steud. nom. 355. Tetrahitum hirtum. Link. Sideritis ocimastrum. Gouarn. h. mon. 278. Ic. All. fl. ped. t. 2. f. 3. Mala. Clus. his. l. 4. 42. Caulis humilis aliquando usque pedalis. Cor. fauce purpureo-maculata. Antherae rubrae. Fl. vere exeunte. In agr. *nic.* et *Liguria* a *Portofino.*

bb. *Cor. pallide violacea. Fauce albo-variegata.*

3. ARVENSIS. St. *Caule prostrato debili inferne ramoso foliisque petiolatis cordatis obtusis crenatis hirsutis verticillis subsexfloris distantibus tubo corollae extus pilosae calycem submucronatum aequante galea integra.*

St. marrubiifolia Viv. app. ad fl. cors. 2. quae vivit in Corsica et est St. purpurea. et St. Poiretii. Ten. neap. 5. 15. atque laevissimis notis videtur differre praesertim *calycibus obliquis corollis majoribus.* Trixago cordifolia. Moen. meth. 398. Tr. colorata. Presl. fl. sicul. 37. Tr. arvensis. Link. port. Cardiaca arvensis. Lam. fr. 2. 383. Glechoma Marrubiastrum. Vill. delph. 2. 371. Ic. Riv. mon. irreg. t. 27 f. 2. Reich. ic. t. 967. f. 1298. Svens. bot. t. 674. Engl. bot. t. 1154. Fl. dan. t. 587. Curt. lond. ed. 2. 1. t. 78. Alb. Dietr. fl. bor. t. 510. Curt. ed. 1. fas. 4. t. 41. Petiv. h. br. t. 33. f. 12. Planta humilis. in aridis erecta vix spithamea facie Glechomatis. In pinguibus tamen luxuriat et decumbit atque pedem usque excedit. Cor. parva calycem vix superat. Antherae fuscae. Pili articulati inaequales. Fl. vere et aest. In agro *nic.*. et *Liguria*: in arvis vallis *Ossulae.*

aa. *Radice perenni.*
b. *Repente.*
c. *Gemmifera: cor. rosea fauce albo-purpureo-maculata.*

4. PALUSTRIS. St. *Caule fistuloso erecto retrorsum hispido foliis lanceolatis acuminatis serrulatis subamplexicaulibus spica terminali verticillata verticillis subdecemfloris hirsutis calicibus pungentibus corollae extus villosae galea integra obtusa.*

St. ambigua. Smith. fl. brit. 3. 99. Engl. bot. t. 2089. Reich. ic. t. 222. f. 369. est var. *corollis majoribus foliis longius petiolatis.* Ic. Ger. emac. 1005. Rivin. mon. irreg. t. 26. Tabern. ic. 577. Blackw. t. 273. Loes. pruss. t. 41. Svens. bot. t. 431. Fl. dan. t. 1103. Engl. bot. t. 1675. Alb. Dietr. fl. bor. t. 122. Caulis simpliciusculus usque quinquepedalis. Antherae fuscae. Herba foetida. Vulgaris apud nos etiam inter segetes locis depressis, ad fossas, in oryzetis passim.

cc. *Cor. sanguinea, fauce albo-striata.*

5. SYLVATICA. St. *Caule erecto simpliciusculo inferne radicante farcto foliisque cordato-ovatis dentatis crenatis petiolatis villoso-hirsutis verticillis subsexfloris imis depauperatis remotis subaphyllis calycibus pungentibus cor. extus pilosae galea integra obtusa.*

St. glaucescens. Mussin. apud Spreng. syst. 2. 736. certo var. est St. circinnata. Herit. St. velutina, et mollissima. W. hor. ber. 60 t. 60? St. decumbens. Dest. St. canariensis. Jacq. ic. rar. 1. 11. t. 108. utique var. Ic. Sab. hor. rom. 3. t. 38. Riv. l. c. t. 26. f. 2. Clus. hist. lib. 4. 36. Svens. bot. t. 578. Fl. dan. t. 1102. Engl. bot t. 416. Curt. lond. fas. 3. t. 34. ed. 2. 3. t. 87. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 18. t. 354. Alb. Dietr. fl. bor. t. 123. Blackw. t. 84. Caulis usque tripedalis. Antherae fuscae. Herba

foetida. Fl. aest. Vulgatissima in sylvis et sepibus.

bb. *Fibrosa. Cor. purpureae.*

d. *Verticillis subdecemfloris distinctis calycis laciniis pungentibus.*

6. HERACLEA. All. ped. 4. 31. t. 84. f. 1. St. *Caule ascendente simplici villosissimo sublanato foliis petiolatis subcordato-oblongis crenato-serratis rugosis utrinque villosis bracteis summis integerrimis verticillis subdecemfloris axillaribus distinctis calycibus villosissimis pungentibus corollae galea integra lanata.*

St. barbigera. Viv. app. 4. St. phlomoides. W. enum. sup. 41. St. salviaefolia. Tenor. neap. 2. 25. t. 54. non videtur differre nisi *foliis oblongis et cor. galea emarginata* ad quam refert Bertol. syn. Columm. ecphr. 1. 129. et ic. 135. et. quae est St. italica. Mill. dict. n. 3. Eriostomum salviaefolium. Presl. fl. sic. 37. omnino var. habeo cum etiam fide Benthamii (Cand. prodr. 12. 464.) folia aliquando subcordata sint. Huc itaque ducendae icc. Sab. hor. rom. 3. t. 40. Barrel. ic. 279. Caulis simplex raro superne parcissime ramosus humilis, in pinguibus tamen aliquando usque pedalis. Cor. parvae aliquando sanguineae, in italica roseae. Fl. aest. In aridis incultis agri *nic.* et circa *Sarzanam* (Cand.). In Hungaria flores ferre luteos Benth. l. c. 463. Ideoque huc trahit. St. obliquam. W. et Kitaib. pl. rar. hun. 2. 142. t. 134. St. creticam. Forst. fl. cons. 28. St. orientalem. Wahl. symb. 2. 64. Sibt. fl. gr. t. 560. Huc etiam ex eodem faciunt St. intermedia Tenor. neap. prodr. 36. St. barbata. Lapeyros. hist. arb. pl. pyr 336. Synonimia itaque plantae confusa evincit plantam esse valde ludibundam et in diversas species perperam distractam.

dd. *Verticillis multifloris foliatis calycis colorati laciniis subpungentibus: galea corollae horizontali.*

7. ALPINA. St. *Caule simplici erecto villoso foliis petiolatis subcordato-oblongis cartilagineo-dentatis hirsutis verticillis foliatis bracteis angustis calyci aequalibus calycibus coloratis subpungentibus galea corollae extus lanatae fauce albo-variegatae horizontali.*

Ic. Lapeyr. pyr. t. 8. Caulis usque bipedalis ad nodos lanatus pilis inequalibus longioribus articulatis brevioribus glanduliferis: folia viridia non rugosa. Cor. sanguineae. In hortis culta valde ludibunda fit et in St. germanicam videtur abire. Fl. aest. In alpinis et subalpinis locis irriguis.

ddd. *Verticillis multifloris nudis calycis laciniis ovatis mollibus galea cor. rotundata erecta.*

8. GERMANICA. St. *Caule simpliciusculo erecto lanato foliis cordato-oblongis crenatis lanato-villosis bracteis lanceolatis integerrimis patulis dentibus calycis ovatis galea cor. extus lanatae erecta rotundata lobo medio labii inferioris emarginato.*

St. biennis. Reic. ic. t. 327. f. 507. Var. *galea* biloba est St. polystachya. Tenor. neap. 2. t. 53. Synonimia hic adeo confusa ut extricari mea sententia non possit nisi quinque vel sex species conjungendo. Recte itaque Bentham (Cand. prodr. 12. 465) « Species quoad villositatem et magnitudinem florum valde variabiles nec limites certos inter illam et St. lanatam italicam et alpinam video. » Ic. Matt. com. 557. f. 2. Dalech. lugd. 963. f. 2. Barrel. ic. 280. 297. Fuchs. hist. 776. Riv. l. c. t. 27. f. 1. Engl. bot. t 829. Fl. dan. t. 684. Jacq. a. t. 319. Botan. regist. t. 1289. Alb. Dietr. fl. bor. t. 344. Caulis usque quadripedalis utplurimum pedalis superne parce ramosus. Calyces non raro pungentes. Cor. sanguineae fauce albo-variegatae. Aliquando roseae, etiam albidae. Fl. aest. Vulgatissima apud nos in oris sylvarum, sepibus locis saxosis et collinis arvis viis, etc.

bbb. *Lygnosa: cor. luteolis.*

d. *Calycibus muticis.*

9 MARITIMA. St. *Caule prostrato herbaceo inferne ramoso villoso-lanato foliis obovato-oblongis in petiolum attenuatis crenatis nudiusculis floralibus lanceolatis integerrimis verticillis subsexfloris spicatis imis remotis calycibus villosis muticis corollae extus glandulosae barbataeque galea crenata.*

St. pubescens. Tenor. neap. 4. t. 239. f. 1. mihi non videtur differre nisi characteribus laevissimis et inconstantibus ideoque Kochio adsentio qui cum maritima conjunxit. perperam cum St. annua junxit Sprengel. Ic. Boccon. mus. t. 127. Dill. hor. elth. t. 42. f. 50. Zannich. ist. t. 19. Reich. ic. t. 484. f. 677. Jacq. hor. vind. 70. Herba suaveolens. Caules caespitosi humiles aliquando tamen usque pedales. Corollae galea aliquando integra fauce sanguineo-punctata. In agro *nic.* et *Liguria*: in litore maris. Fl. vere exeunte.

dd. *Calycibus pungentibus.*

10. RECTA. St. *Caulibus caespitosis prostratis sublignosis a basi ramosis foliisque subsessilibus lanceolatis sudentatis hirsutis verticillis subdecemfloris imis remotis calycibus pungentibus cor. eglandulosae extus villosae galea integra labii inferioris lobo medio elongato lateralibus angustioribus deflexis.*

Var. *foliis superioribus linearibus subintegerrimis*, quae vulgaris est apud nos sulla *Bessa* apud *Mongrando*. Huc ic. Zannichel. ist. t. 200. St. procumbens. Lam. fr. 2. 385. St. decumbens Reich. excur. 318. St. annua. Smith. prodr. fl. gr. 1. 410. St. glutinosa ejusd. l. c. 409. St. sylvestris Forsk. fl. cons. 28. St. Sideritis. Vill. Delph. 2. 375. St. Betonica. Crantz. a. 264. St. bufonia Thuill. par. 1. 295. *Floribus totis rubris.* Betonica decumbens. Moen. meth. 396. B. hirta. Gouan hor. monsp. 276. Sideritis hirsuta. ejusd. fl. monsp. 85. Ic. Fuchs. hist. 769. Rivin. l. c. t. 76. Jacq. a. t. 359. Alb. Dietr. fl. bor. t. 782. Aliquando ascendens vel erecta, quandoque subglabra. Cor. fauce rubro punctata quandoque tota lutea est. Fl. aest. Vulgaris in *Ligur.* et agro *nic.* in valle *Augustae pretoriae* alibique in alveis torrentium: locis aridis, collinis, lapidosis. Suffruticosa est.

185. MENTHA.

Herbae odoratissimae odore grato acuto perennes radice repente gemmifera.

a. *Verticillis spicatis.*
b. *Foliis glabris.*

I. VIRIDIS. M. *Spicis basi interruptis bracteis calycibusque pilosiusculis glandulosis pedicellis glaberrimis staminibus exsertis foliis oblongo lanceolatis acuminatis serratis cauleque laevibus.*

M. laevigata. W. enum. bog M. Michelii. Reich. ic. t. 981. f. 1312. M. spicata. Crantz. a. 328. M. sylvestris glabra. Kock. Synonimia omnino intricata et confusa. Ic. Gerar. emac. 680. Fuchs. hist. 290. J. Bah. hist. 3. 220. Moris. s. 11. t. 6. f. 1. Camerar. epith. 477. Engl. bot. t. 2424. Fl. dan. t. 1876. Dietr. fl. bor. t. 309. M. piperita non videtur differre nisi *spicis obtusiusculis foliis subpetiolatis subtus villosis staminibus inclusis* quae speciem distinctam constituere non videntur. Var. habeo in horto meo *foliis rugosis subpetiolatis staminibus inclusis*. Unde pro certo habeo M. piperitam var. hujus esse. Caulis rubidus inferne ramosissimus prostratus. Cor. roseae. Herba fragrantissima ubique culta: etiam spontanea in collibus praesertim *Montisferrati*, agri *nic.* et *Liguriae.*

bb. *Foliis lanceolatis laevibus subtus lanatis.*

2. SYLVESTRIS. M. *Verticillis spicatis basi distinctis pedicellis calycibusque hirsutis staminibus corolla brevioribus foliis subcordato-oblongis subsessilibus serratis subtus villoso-lanatis bracteis lineari-setaceis.*

M. tomentosa. D. Urvill. apud Spreng. syst. 2. 723. quam Franciscus Re app. 3. 11. se invenisse ait in agro *taurin.* non differt nisi *staminibus exsertis caule ramosissimo foliis crispis.* Var. etiam *foliis minoribus et brevioribus* quae gratiorem odorem spirat. Huc itaque M. nemorosa. Balb. et Noc. tic. 1. 274. M. crispa. Ten. neap. 2. 29. M. serotina ejusd. 5. 8. t. 156. Hic confusio tanta synon. et icc. ut nihil certi proferre audeam. Cf. Bentham in Cand. prodr. 12. 166. 167. Quo vulgatiores species eo magis vexatae sunt et var. earum in species commutatae. Tanta nostris temporibus novandi libido ut posthabitis philosophiae botanicae praeceptis tantae confusioni ansam dent botanici ut novo Linnaeo indigeamus, qui species rite determinet atque ad typos suos genuinos referat. Ic. Matth. com. 485. f. 1. Dalech. lugd. 673. f. 2. Plenck ic. t. 466. Engl. bot. t. 686. Rivin. l. c. t. 51. Fl. aest. Vulgaris ubique in declivibus et montanis locis humidis prope fossas rivulos, amnes, flumina, etc.

bbb. *Foliis rugosis undique hirsutis.*

3. ROTUNDIFOLIA. M. *Verticillis spicatis inferne interruptis spica crassa brevi pedicellis calycibusque hirsutiusculis staminibus exsertis foliis sessilibus ovato-subrotundis rugosissimis hirsutis dentatis bracteis ovato-lanceolatis vel linearibus calycibus exiguis campanulatis fructiferis subglobosis.*

M. fragrans. Presl. del. prag. 76. M. sylvestris. Ber. am. it. 158. d. M. rugosa Lam. fr. 3. 420. M. macrostachya Ten. neap. 2. t. 56. M. neglecta ejusd. l. c. t. 157. f. 2. M. suaveolens Ehrh. beitr. 7. 149. Ic. Matt. com. 358. f. 1. Dalech. lugd. 677. f. 2. Fuchs hist. 289. Dodon. pempt. 95. J. Bah. hist. 3. 319. Huc etiam traho icc. Engl. bot. t. 446. Alb. Dietr. fl. bor. t. 311. Sole ment. brit. T. 4. Nam M. macrostachya Ten. non differt a rotundifolia nostra nisi brac-

teis linearibus, qui character infirmus est. Quos videre est apud ipsum Bertolonium qui var. 6. affert *bracteis inferioribus lanceolatis superioribus linearibus.* Caulis quadripedalis et ultra, superne ramosus. Cor. albidae vel carneae. Stamina aliquando inclusa. Forte cum. M. sylvestri conjungenda. Fl. aest. Vulgaris ubique locis humentibus apud fossas, etc. etiam in sepibus siccis montanis quibus eminet altitudine etiam orygali et ultra.

aa. *Verticillis capitatis.*

4. AQUATICA. M. *Verticillis capitatis globosis pedicellis deorsum calycibus sursum pilosis staminibus corollam aequantibus vel superantibus foliis ovatis serratis petiolatis utrinque cauleque villosis.*

M. hirsuta. L. mant. 1. 81. Engl. bot. t. 447. Hook. lond. 5. t. 42. Huc etiam duco M. citratam. Ehrh. *pedicellis calycibusque glaberrimis staminibus inclusis*, cum characteres valde inconstantes sint. Var. etiam *verticillis subspicatis.* Huc faciunt itaque M. crispa. All. ped. 1. 18. M. pyramidalis. Ten. 2. t. 55. M. urticaefolia ejusd. t. 157. f. 1. M. Rosani ejusd. l. c. t. 58. M. lancifolia ejusd. l. c. 5. 8. M. suavis Guss. pl. rar. t. 66. M. glomerulata. Jan. elen. 9. Var. etiam *bracteis dilatatis capitulis galliferis* quae est M. origanoides Ten. cat. etc. 1825. Varr. quam multas vide in Bent. Cand. prodr. 12. 170. 171. Ic. Matt. com. 358. f. 2. Dalech. lugd. 677. f. 1. Zannich. ist. t. 134. Fuchs hist. 722. Dodon. pempt. 97. Dill. in Raj. syn. ed. 3. t. 10. f. 1. Lam. ill. t. 503. f. 1. Riv. monop. t. 49. Sole menth. brit. t. 16. 11. Alb. Dietr. fl. bor. t. 313. Caulis ascendens inferne radicans pedalis et ultra. Cor. rubrae. Antherae roseae. Stamina raro inclusa. Fl. aest. Vulgaris in oryzetis et locis inundatis arenosis secus amnes et flumina.

aaa. *Verticillis axillaribus remotis.*
b. *Calycis fauce nuda.*

5. ARVENSIS. M. *Verticillis globosis pedicellis glabriusculis calycibus subcampanulatis hirsutis dentibus abbreviatis staminibus corolla brevioribus foliis petiolatis ovatis acutis serratis cauleque ascendente subvillosis.*

M. austriaca. Jacq. a. t. 430. All. ped. t. 75. f. 2. M. gentilis. Reich. ic. t. 794. f. 1302. M. agrestis Smith. br. 3. 87. Engl. bot. t. 2120. Var. subglabra quae est. M. gentilis L. sp. 805. Engl. bot. t. 2118. M. gracilis. Smith. br. 3. 84. Engl. bot. t. 449. M. diffusa. Reich. l. c. t. 927. f. 1303. Riv. mon. t. 48. Var. etiam *calycibus cylindricis laciniis lanceolatis pedicellisque hirsutis*, quae est M. sativa L. sp. 805. Engl. bot. t. 448. M. acutifolia. Engl. bot. t. 2415. Ic. Fuchs hist. 283. J. Bah. hist. 3. 216. Riv. mon. t. 48. Planta ut congeneres admodum ludibunda. Caulis bipedalis et ultra. Cor. violacea. Stamina corollam aliquando excedunt. Verticilli non raro pedunculati. Fl. aest. Vulgaris locis humidis et inundatis, secus fossas, lacus, aquaeductus, etc.

bb. *Calycis fauce villis clausa.*

6. PULEGIUM. M. *Pedicellis calycibusque bilabiatis tubulosis hispidiusculis staminibus exsertis foliis rotundo-subovalibus subdentatis obtusis in petiolum decurrentibus pilosiusculis verticillis numerosis globosis caule ramosissimo prostrato.*

M. simplex. Host. a. 2. 148. Var. *albopilosa.* M. tomentosa Smith. in Rees cycl. v. 23. n. 23. M. tomentella. Link. fl. port. 1. 73. M. gibraltarica. W. enum. 611. M. pulegioides. Reich. Pulegium tomentella. Presl. fl. sic. 36. M. exigua. L. sp 806. et All. Hujus loci est Pulegium vulgare. Mill. dict. n. 1. Alb. Dietr. fl. bor. t. 142. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 20. t. 384. P. erectum. ejusd. l. c. n. 2. Ic. Matt. com. 480: f. 1. Dalech. lugd. 891. Fuchs hist. 198. Rivin. mon. t. 23. Sab. hor. rom. 3. t. 49. Boccon. sic. t. 20. f. 11. A. bis. Plenck ic. t. 469. Engl. bot. t. 1026. Sole menth. brit. t. 23. Caulis ut plurimum humilis vix dodrantalis inferne radicans aliquando erectus, in humidis viridis in siccis rubens. Cor. extus puberula carnea. Fl. aest. Vulgatissima locis humentibus, sed etiam siccis, quibus gratius et fortius olet.

186. LAMIUM.

a. *Radice annua.*
b. *Tubo cor. intus pilis annulato.*

1. PURPUREUM. L. *Foliis parvis cordatis petiolatis obtusis inaequaliter obtuse dentatis rugosis inferioribus subrotundis minoribus superioribus ovatis cauleque hirsutis corollae exiguae tubo intus barbato fauce utrinque unidentata spica terminali verticillata foliata dense pyramidata galea extus pilosa obtusa integra antheris dorso barbatis.*

L. nudum. Moen. meth. 393. L. inci-

sum. W. sp. 3. 89. Non videtur differre nisi foliis *inciso-dentatis*. Tubus corollae intus neutiquam glaber ut scribit Spreng. Ad hanc var. trahendum videtur L. hybridum. Vill. delph. 1. 251. 2. 385. Lam. dissectum Wither. brit. 527. L. purpureum b. Lam. encicl. 3. 410. Ic. Pluk. t. 41. f. 3. Engl. bot. t. 1933. Reich. ic. t. 223. Individua legi heic Verroni *foliis profondius dentatis* quod probat ab uno in alterum transire, neque speciem distinctam constituere. Ic. Dodon. pempt. 153. Riv. mon t. 62. Fl. dan. t. 523. Engl. bot. t. 769. Curt. lond. ed. I. fas. 1. t. 42. ed. 2. 2. t. 79. Alb. Dietr. fl. bor. t. 103. Caulis basi decumbens radicans inferne subramosus et subnudus. (Folia enim interne valde distantia sunt). Glaberrimus nitidus apud nos in pinguibus usque pedalis. Cor. apud nos grandiusculae roseae utrinque unidentatae dente brevi. In planta. quae copiosissime apud nos vivit, cor. calyce duplo longior est, fauce valde inflata, tubo elongato, labii infer. lacinia media profunde bifida. Antherae fuscae. Pollen croceum. Var. inveni *floribus candidis* quae facie Galeopsidem simulat. Fl. martio, aprili. Vulgatissimum in hortis. Flores apibus gratissimi. Planta tamen foetet.

bb. *Tubo cor. intus nudo.*

2. AMPLEXICAULE. L. *Foliis inferioribus subrotundis petiolatis superioribus sessilibus amplexicaulibus semiorbiculatis omnibus inciso-crenatis rugosis cor. tubo intus nudo fauce utrinque unidentata antheris dorso barbatis verticillis distinctis superioribus approximatis.*

L. intermedium. Fries nov. 192. Reich. l. c. t. 224. f. 372. L. ampl. clandestinum, Reich. l. c. t. 708. f. 950. L. moluccaefolium. Fries. l. c. 72. Pollichia amplexicaulis W. fl. berol. 198. Galeobdolum amplexicaule. Moen. meth. 393. Ic. Lob. ic. 463. Riv. mon. t. 63. Fl. dan. t. 752. Engl. bot. t. 770. Curt. lond. fas. 2. t. 46. ed. 2. 2. 80. Alb. Dietr. fl. bor. t. 104. Reich. l. c. t. 224. f. 373. Caulis prostratus basi ramosus glaber angulis pilosis pilis retrorsis pedalis. Cor. coccinea plerumque inclusa raro exserta praesertim si superruderibus et maceriis vivit. Fl. vere. Vulgare in hortis, agris, arvis etiam sepibus.

aa. *Radice perenni.*

b. *Fibrosa.*

c. *Tubo cor. intus nudo.*

3. GARGANICUM. L. *Foliis rugosis petiolatis cordatis acutiusculis inaequaliter crenatis cauleque incano-pubescentibus cor. extus pilosae tubo intus nudo recto fauce inflata emarginata denticulata labii inferioris dente utrinque gemino filamentis antherisque barbatis.*

Ic. Till. cat. hor. pis. t. 34. f. 2. Smith exot. bot. t. 48. Caulis erectus usque pedalis subsimplex. Cor. magna rosea. Antherae fuscae. Fl. vere. Prope *Limone* et in prov. *Mauriene* in *Sabaudia* apud *Lanslebourg* loco dicto *Alprousse*

4. LONGIFLORUM. Ten. neap. 5. 10. t. 152. L. *Foliis petiolatis cordatis acuminatis inaequaliter dentatis rugosis cauleque erecto simpliciusculo pilosis calycibus aristatis labio cor. infer. utrinque 1-2dentato galea falcata emarginata extus pilosa filamentis antherisque barbatis.*

L. orvala. All. ped. 1. 27. L. garganicum. B. Ten. neap. 2. 17. L. pedemontanum. Reich. excurs. 322. L. laevigatum. Cand. fr. 3. 341. Huc forte L. rugosum. Ait. ker ed. 2. t. 3. 393. Tenor. neap. t. 153 f. 1. Reich. l. c. t. 217. f. 364. Caulis crassus fistulosus usque bipedalis plerumque tamen humilior inferne foliis distantibus nudiusculus. Cor. magna rosea, fauce variegata, vel albida fauce inflata. Fl. vere. In montibus umbrosis provinciae *Monregalensis* supra *Limone*: in montibus circa termas *Valderias* et *Vinadii*: a *S. Martino di Lantosca*, etc. Mea sententia non differt a L. garganico.

cc. *Tubo cor. intus pilis annulato.*

5. MACULATUM. L. *Foliis petiolatis cordato-ovatis acuminatis inaequaliter dentatis verticillis decemfloris calycibus aristatis cor. extus pilosae galea bicarinata serrulata. labio infer. utrinque 1-2dentato fauce inflata filamentis antherisque barbatis.*

Lam. flexuosum. Ten. neap. 2. 29. t. 52. Reich. l. c. t. 706. f. 948. mihi non videtur differre nisi *cor. alba galea integra antheris laevibus*. L. laevigatum. L. sp. 808 et All. ped. 1. 28. Reich. l. c. t. 28. f. 363. L. album. Seb. et Mauri rom. 193. L. hirsutum. Lam. enc. 3. 410. L. vulgatum. Benth. lab. 514. a. L. tomentosum. W. sp. 3. 90. L. Columnae. Ten. neap. 4. in syllab. 82. L. rubrum. Wallr. sched. 300. L. stoloniferum. Lapeyr. abr. pyr. 333. L. grandiflorum. Pour. acta tolos. 3. 322. L. Grenieri. Mut. fr. 3. 25. L. niveum. Schrad. in Lin. 15. Huc ducit Bentham L. rugosum. Ait. Ic. Sab. hor. rom. 3. t. 34. Till. pis. t. 35. f. 1. Column. ecphr. 192. Engl. bot. t. 2550. Sibt. fl. gr. t. 556.

Reich. l. c. t. 215 f. 362. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 18. t. 350. Alb. Dietr. fl. bor. t. 46. Herba foetida glabriuscula vel hirsuta foliis viridibus vel albo maculatis: ceterum polymorpha. Cor. raro albida, ut plurimum rosea fauce variegata. Caulis simpliciusculus usque pedalis. Vulgare in sepibus ubique primo vere, atque etiam postremis autumni diebus. Folia hyeme et vere maculata demum virentia. Cor. apud nos semper roseae majusculae speciosae.

bb. *repente.*

6. ALBUM. L. *Foliis petiolatis cordatis acuminatis inaequaliter serratis cauleque pilosiusculis verticillis 20floris cor. extus pilosae tubo intus pilis annulato galea subintegra labio infer. utrinque unidentato calycibus aristatis plumosis filamentis antherisque fuscis barbatis radice repente.*

L. foliosum. Crant. a. 258. L. capitatum. Smith. in Rees cyclop. v. 20. L. vulgatum b album. Benth. lab. 514. Ic. Lob. 526. fl. dan. t. 594. Svens. bot. t. 55. Plenck ic. t. 484. Alberti fl. med. t. 276. Engl. bot. t. 768. Curt. lond. fas. 2. t. 45. ed. 2. 2. t. 78. Alb. Dietr. fl. bor. t. 102. Mart. fl. rust. t. 26. Cor. albae ceterum simillimum L. maculato. Fl. vere. Vulgare in sepibus.

187. ORIGANUM.

VULGARE. O. *Herba fragrans perennis radice repente caulibus caespitosis altitudine subaequalibus usque bipedalibus erectis spicis paniculatis dense corymbosis globosis oblongisve aggregatis pedunculatis bracteis glabriusculis coloratis calyces glandulosos fauce dense barbatos aequantibus foliis petiolatis ovato-oblongis subintegerrimis villosis corollis elongatis extus fauceque pubescentibus roseis antheris rubris exsertis.*

V. *Caule foliisque asperis spicis fasciculatis subsessilibus prismaticis elongatis bracteis calyces superantibus* quae vivit in collibus di *Maggiora. Boca*, etc. in agro *nov.* est O. creticum. L. sp. 823. O. heracleoticum. Reich. exc. 313. O. megastachyum. Link. enum. 214. O. macrostachium. eiusd. hand. 486. O. latifolium. Mill. dict. n. 3. O. prismaticum Gand. fl. helv. sc. 78. Ic. Lam. ill. t. 511. f. 1. Var. *humilior virens* quae est O. virens. Link. por. 10. 119. t. 9. O smirneum Guss. cat. etc. 1821 45. O. humile Tenor. neap. 5. 19. O. glandulosum Ten. l. c. etc. Ic. Fuchs. hist. 552. Sab. hor. rom. 3. t. 75. Riv. mon. irreg. t. 60. Zannichel. ist. t. 149. Bull. her. t. 193. Plenck. ic. t. 495. Fl. dan. t. 1581. Svens. bot. t. 188. Engl. bot. t. 1143. Curtis lond. fas. 5. t. 39. ed. 2. 3. t. 88. Woodw. med. bot. t. 164. Camer. epist. 469. Alb. Dietrich. fl. bor. t. 86. Fl. aest. Vulgatissimum apud nos in sepibus praesertim declivibus et collinis, etc.

188. GALEOPSIS.

Herbae annuae pubescentes caule erecto inferne simplici.

a. *Internodiis caulinis subaequalibus.*

1. LADANUM. G. *Internodiis caulinis subaequalibus superne ramisque glanduloso-villosis calycibus pungentibus tubo corollae extus pilosae triplo brevioribus bracteis subulatis subreflexis foliis oblongis utrinque attenuatis remote serratis utrinque virentibus floralibus lanceolatis serrulatis verticillis remotis galea emarginata.*

Var. *galea bifida foliis villosis corollis maiusculis ochroleucis* est G. ochroleuca. Lam. enc. 2. 600. Reich, ic. 1. 40. t. 46. Alb. Dietrich. fl. bor. t. 153. G. villosa. Smith. brit. 2. 629. Engl. bot. t. 2353. G. grandiflora. Gmel. syst. 905. G. prostrata. Vill. delph. 2. 388. G. dubia. Leers. G. segetum Reich. ex. Steud. nom. 351. Tetrahit longiflorum. Moen. meth. 395. Huc etiam G. parviflora. Lam. enc. 2. 600. G. intermédia. Vill. delph. 2. 387. Reich. ic. 1. t. 47. f. 89. G. latifolia. Hoffm. fl. germ. 48. G. angustifolia ejus. l. c. *dentibus calycis elongatis spinosis.* Ic. Riv. mon. t. 24. Engl. bot. t. 884. Lam. ill. t. 506. f. 2. Dietr. fl. bor. t. 74. Caulis plerumque humilis vix pedalis in apricis rubidus. Cor. fauce inflata rosea vel rubida fauce flavo-maculata: aliquando ochroleuca magnitudinis diversae. Fl. aest. Vulgatissima apud nos inter segetes et stipulas.

aa. *Internodiis caulinis tumidis.*

2. TETRAHIT. G. *Internodiis caulinis superne incrassatis ramis subretrorsum hirtis foliis ovato-oblongis dentatis hirsutis verticillis summis subcontiguis calycibus pungentibus tubo cor. angustae extus pilosae brevioribus galea apice crenulata fauce influta.*

Var. *floribus parvis vix calycem excedentibus* quae est. G. Tetrahit. Hook

lond. 5. t. 191. Reich. ic. t. 877. Smith. Engl. bot. t. 207. Alb. Dietr. fl. bor. t. 154. G. acuminata. Reich. excurs. 323. altera var. *corollis majusculis versicoloribus*. est G. versicolor. Curt. lond. 2. t. 81. Engl. bot. t. 66. Reich. ic. t. 57. f, 117. Dietr. fl. bor. t. 75. G. cannabina. W. sp. 3. 93. Fl. dan. t. 929. Sv. bot. t. 446. Barrel. ic. 1158. Riv. mon. irreg. t. 32. G. speciosa. Mill. dict. n. 3. *Pubescens*. G. pubescens. Besser prim. fl. gal. 2. 27. Dietr. bor. t. 212. Reich. ic. t. 48. f. 100. t. 49. f. 101. Dodon. pempt. 153. Ic. Riv. mon. irreg. t. 31. Flor dan. t. 1274. Engl. bot. t. 207. Reich. ic. t. 877. f. 1174. 1175. Caulis procerior. Cor. rosea vel carnea vel albida fauce luteo-maculata. In sepibus et arvis et cum sup.

## 189. NEPETA.

Herbae perennes elatae erectae odoratæ floribus cymoso racemosis.

a. *Laeviuscula : folia sessilia : nuces tuberculato-scabrae apice pubescentes.*

1. NUDA. N. *Glabriuscula foliis utrinque viridibus cordato-oblongis sessilibus crenato-serratis imis subpetiolatis cymis racemosis verticillatis multifloris bracteis superioribus bracteolisque setaceis brevissimis calycis fructiferi ovati pubescentis ore subaequali dentibus linearibus acutiusculis muticis tubum corollae extus pilosae subaequantibus.*

N. pannonica. Jacq. a. 2. 18. t. 129. Luxurians etiam Lin. sp. 797. N. paniculata. Crant. a. 270. N. violacea. Vill. delph. 2. 367. etiam Lin. l. c. Cataria nuda. Moen. meth. 388. C. violacea ejusd. Var. *floribus minoribus albis foliis petiolatis* est procul dubio N. pannonica. N. ucranica. M. Bieb. taur. 2. 41. N. alba Desf. ex Stend. nom. 552. Cataria paniculata Moen. ex Stend. l. c. Ic. Barrel. ic. 601. Boc. mus. t. 36. ex eod. Clus. pannon. 586. Ejusd. hist. lib. 4. 33. Sibt. fl. gr. t. 547. Jacq. a. t. 24. Caules usque quadripedales angulis concavis ramosissimi. Folia subtus resinoso-punctata. Cor. pallide violaceae vel carneae vel albidae, labio infer. superne rubro-variegato. Calyx demum inflatus. Pedicelli plerumque triflori. Herba male olens. Fl. aest. In pascuis collium et montium aridis calidis: etiam locis lapidosis et arenosis secus torrentes, amnes, flumina, etc.

aa. *Folia petiolata supra laeviuscula subtus cano-tomentosa nuces laeves glabrae.*

2. CATARIA. N. *Foliis petiolatis ovatis acutis profunde crenato-serratis basi cordatis subtus cano-tomentosis supra viridibus cymis pedunculatis superne congestis spicatis secundis bracteis calycis ovati obliqui incani cuspidati tubum subaequantibus corolla abbreviata extus fauceque barbata.*

N. minor. Mill. dict. n. 2. N. vulgaris Lam fr. 2. 398. N. citriodora Beck. fl. fr. 218. var. *odore citri*. Cataria vulgaris Moen. meth. 387. Ic. Sab. hor. rom. 3. t. 80. Engl. bot. t. 137. Fl. dan. t. 580. Svens. bot. t. 410. Plenck ic. t. 485. Lam. ill. t. 502. f. 1. Bull. herb. t. 287. Spenn. in ic. fl. germ. t. 348. Alb. Dietr. fl. bor. t. 695. Fl. med. t. 105. Caulis ramosus usque tripedalis. Cymae verticillatae verticillis subglobosis. Fl. carnei, vel albidi labio infer. basi purpureo-variegato lacinia media magna concava subrotunda serrulata. Antherae sanguineae. Herba aliquando foetida felibus gratissima. Fl. aest. In sepibus, ruderatis, pascuis et arvis aridis et apricis.

aaa. *Folia petiolata utrinque cano-tomentosa: nuces tuberculato-scabrae apice glabrae.*

3. NEPETELLA. N. *Pubescens foliis omnibus brevi petiolatis cordato-lanceolatis crenatis utrinque cano-tomentosis cymis pedunculatis multifloris racemosis verticillatis racemo simplici calycis tubulosi incurvi ore obliquo dentibus lanceolato-subulatis superioribus longioribus corolla extus fauceque barbata.*

N. graveolens Vill. delph. N. lanceolata Lam. fr. 2. 399. Reich. ic. t. 586. f. 805. N. aragonensis Lam enc. 1. 703. N. angustifolia. Vahl. simb. 1. 41. N. austriaca Host. a. 2. 154. N. amethystea Desf. Poir. enc. sup. 2. 306. N. paniculata Mill. dict. n. 4. N. incana Ait. kew. 2. 285. Cataria Nepetella Moen. meth. 388. Ic. Barrel. ic. 738. Boccon. mus. t. 36. Ead. Bonan. pamph. t. 83. All. ped. t. 2. f. 1. Reich. ic. t 261. f. 423. Caulis ramosissimus usque tripedalis. Cor. pallide rosea lab. infer. superne rubro-punctato lacinia media majore subrotunda serrulata concava. Antherae violaceae seu roseae. Fl. aest. In subalpinis locis saxosis et alveis torrentium, etc.

## 190. LEONURUS.

Herbae erectae caule fistuloso floribus verticillatis bracteis brevioribus remotis.

a. *Radice annua, foliis indivisis.*

1. Marrubiastrum. L. *Foliis oblongis grosse dentatis utrinque attenuatis calycibus longe spinosis corollae tubum subsuperantibus lobo medio labii inferioris subrotundo.*

Cardiaca. Schreb. Chaeturus. Ehrh. Spenn. in ic. fl. germ. t. 353. Ch. leonuroides. W. fl. ber. 201. Ic. Boccon. mus. t. 98. Jacq. a. t. 405. Alb. Dietr. fl. bor. t. 354. Caulis pubescens a basi ramosus usque bipedalis. Folia petiolata supra viridia subtus tomentosa venosa, trinervia. Bracteae subulato-spinosae calycem subaequantes. Cor. extus puberula parva carnea vel albida. Nuculae glandulosae pubescentes. Fl. aest. In agro *alexandr.* Secus vias et fossas: ad muros *Vicinovi*: circa *Belgiratem* ad *Verbanum* lacum.

aa. *Radice perenni: foliis divisis.*

2. Cardiaca. L. *Foliis rugosis oblongis inferioribus palmato-trifidis integrisve laciniis acutis basi cuneatis glabriusculis corolla calycem pungentem superante lobo medio labii infer. oblongo.*

Cardiaca vulgaris. Moen. meth. 1101. C. trilobata. Lam. fr. 2. 383. Var. *foliis margine undulato-crispis lacero-dentatis* est L. crispus Murr. com. got. 8. t. 4. Cardiaca crispa Moen. l. c. Sab. hor. rom. 3. t. 43. L. villosus Desf. cat. hor. par. 73. L. condensatus Hornem. hor. hafn. L. lacerus Lind. hor. trans. 6. 296. L. canescens Dumort. fl. belg. 46. L. neglectus Schranck in syllog. plant. soc. rat. 21. 61. Ic. Brunsf. hist. 1. 158. Zannich. ist. t. 109. Fuchs. hist. 395. Rivin. mon. irreg. t. 20. Sab. hor. rom. 3. t. 42. Bull. herb. t. 273. Alber. fl. medica t. 130. Plenck ic. t. 463. Fl. dan. t. 727. Svens. bot. t. 195. Engl. bot. t. 286. Alb. Dietr. fl. bor. t. 201. Lam. ill. t. 509. Caulis rubidus angulis concavis, ramosus ramis brachiatis usque quadripedalis. Cor. rubra vel rosea fauce albo-variegata calycem valde superans extus barbata tubo intus annulato. Antherae sanguineae. Fl. aest. Vulgaris in sepibus, et secus fossas: in ruderatis apud nos ubique.

### 191. BETONICA.

Herbae perennes erectae elatae hirtae remote foliosae spicis terminalibus verticillatis cal. aristatis.

a. *Cor. flavescentes tubo incluso intus annulato: antherarum loculi paralleli: galea bifida.*

1. Alopecurus. B. *Villosa, spica densiflora crassa ovata basi foliata raro inferne interrupta calycibus superne reticulato-venosis laciniis pungentibus corollae margine villoso-barbatae galea bifida foliis petiolatis ovatis grosse dentatis subtus tomentosis inferioribus longe petiolatis cordatis basi dilatatis staminibus abbreviatis filamentis pilosis antheris luteis nuculis laevibus.*

B. lutea. Mill. dict. n. 7. B. divulsa Ten. neap. 4. in ap. 8. Stachyis Alopecurus Benth. lab. 531. Sideritis Scop. carn. 1. 413 t. 28. Mala Ic. Barrel. ic. 339. Boccon. mus. t. 72. Jacq. a. t. 78. Optima Reich. ic. t. 709. f. 951. Caules caespitosi usque pedales. Cor. parvae flavo-virentes, extus villosae apud nos (Kock glabras dicit): nuces ferrugineae, laeves. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae.*

aa. *Cor. purpurascentes tubo saepius exserto intus non annulato, piloso: antherarum loculi subparalleli, galea integra.*

b. *Calycis avenii laciniae triangulari-lanceolatae hirsutae: spica interrupta.*

2. officinalis. B. *Scabra caulibus ascendentibus laxis foliis cordato oblongis crenatis imis longe petiolatis floralibus lanceolatis acute dentatis subsessilibus spica inferne interrupta calycis laciniis pungentibus corollae extus villosae galea erecta obtusa integra lacinia media labii infer. emarginata filamentis pilosis antheris sanguineis nucibus apice glandulosis.*

B. stricta. Ait kew. 3. 396. Reich. ic. t. 712. f. 954. B. alpina Mill. dict. n. 3. B. serotina a. 2. 165. B. affinis Wender in fl. 1826. 1. 353. B. legitima Link. hand. 476. B. foliosa Presl. sic. 1. 37. B. hirta Reich. ic. t. 711. f. 953. Stachys Betonica Bent. lab. 532. Ic. Fuchs hist. 350. Sab. hor. rom. 3. t. 83. Riv. mon. irreg. t. 28. Zannichel. ist. t. 240. Bull. herb. t. 41. Svens. bot. t. 284. Fl. dan. t. 76. Engl. bot. t. 1142. Alb. Dietr. fl. bor. t. 783. Reich. ic. t. 710. f. 952. Schk. hand. t. 160. Blackw. t. 46. Ludw. ect. t. 2. Knor. del. hor. 2. t. 8. 4. Fl. med. t. 69. Lam. ill. t. 507. f. 1. Var. *floribus candidis* quae non rara apud nos in ericetis et pascuis siccis. Calyx apud nos minime glaber. Caulis usque bipedalis. Fl. aest. Vulgaris in pratis et pascuis aridis prae-

sertim declivibus et collinis, etc. ubique.

bb. *Calycis maioris superne reticulato-venosi profundius incisi laciniae lanceolatae ciliatae spica dense imbricata raro inferne interrupta.*

3. HIRSUTA. B. *Spica crassa abbreviata ovata continua dense imbricata basi foliosa bracteis lanceolatis calyces cuspidatos aequantibus corollae extus pilosae galea integra labii infer. lacinia media crenulata foliis cordato-oblongis obtusis crenatis imis longe petiolatis supremis subsessilibus filamentis pilosis antheris sanguineis nucibus laevibus apice glandulosis.*

B. incana, Ait. kew. 2. 293. Bot. mag. t. 2125. Reich. ic. t. 713. B. danica Mill. dict. n. 2. B. Monnieri Govan. ill. 36. B. pradica Zantedes. in com. aten. bresc. 1813-15. 88. f. 1. Stachys densiflora Benth. lab. 532. Ic. Barrel. ic. 340. Zanon. ed. Mont. t. 30. Murr. com. gott. 1779. 2. t. 3. Reich. ic. t. 714. f. 956. Varietatem legi in alpibus di *Graglia. Subacaulem spica crassissima ovata densa floribus majusculis purpureis.* Unde haec species mihi videtur characteribus certis et firmis non differre ab officinali. In hac enim calycis laciniae apud nos non raro ciliatae sunt. Rete venosum in B. hirsuta esse potest a proceritate ejus vitaque majore et certum est hanc nusquam inveniri in locis aridis macris sterilibus, sed in pratis frigidis, alpinis, pinguibus stercoratis, et frigora amare Betonicam. Ut res certior fiat ex alpibus deducenda in planitiem, ibique colenda locis macris calidis sterilibus est. Vulgaris in pratis alpinis et subalpinis, pinguibus in monte *Cenisio*: supra *Fenestrellas*: in alpibus *Valderiis*, etc., di *Viù*, di *Graglia*: in pratis *del Margozzo* in agro *nov.*

192. LAVANDULA.

Suffrutices odorati ramosi floribus verticillatis verticillis contiguis spicatis spicis terminalibus longe pedunculatis pedunculis nudis calycis lacinia suprema appendiculata appendicula dilatata.

a. *Bracteis linearibus, spica continua basi subinterrupta.*

1. LATIFOLIA. Vill.. delph. 2. 363. L. *Foliis lineari-lanceolatis subtus planiusculis verticillis spicatis approximatis bracteis linearibus tomentosis.*

L. Spica. b. L. sp. 800. L. Spica Cand. fr. 5. 397. L. vulgaris b. Lam. fr. 2. 403. Ic. Gingin. lavand. t. 2. f. H. et T. 7. Riv. mon. irreg. t. 44. f. intermedia. Hayne arz. gew. 8. t. 38. Caulis raro bipedalis. Antherae fuscae barbatae polline luteo. Cor. coerulescens. Fl. aest. Cum seg. cujus forte var. est.

aa. *Bracteis rhombaeo-ovatis.*

b. *Integris viridibus: spicis basi interruptis apice nudis. cor. coerulea.*

2. SPICA. W. enum. 604. L. *Caule caespitoso ramosissimo foliis linearibus subtus revolutis verticillis spicatis inferne remotiusculis bracteis ovatis acutis scariosis cuspidatis calycis lacinia suprema appendiculata corollis coerulescentibus.*

L. vera Cand. fr. 5. 398. L. Spica, a. L. sp. 800. L. vulgaris a. Lam. fr. 2. 403. L. officinalis Chaix in Vill. delph. 2. 355. L. angustifolia Moen. meth. 389. Ic. Ging. lav. t. 2. f. G. et t. 6. f. 2. Riv. mon. irreg. t. 54. Sab. hor. rom. 3. t. 72. Plenck ic. t. 471. Bull. herb. t. 337. Lam. ill. t. 504. f. 1. Hayne l. c. 8. t. 37. Fl. med. t. 216. Caulis caespitosus usque bipedalis cortice senio fusco rimoso. Calyces tomentosi coerulescentes. Cor. extus tomentosa coerulea. Antherae fuscae polline croceo. Fl. aest. Culta ubique in hortis. Spontanea in rupibus circa *Segusium*: in tota valle *Exillarum* et *Cesane*: in *Tarantasia* inter *Moutier* et *Besé*: in valle *Augustae praetoriae* inter *Nus* et *Villafranca*: et in montibus *Valdensium*, *Vinadii*. *Valderii*: in agro *nic.* et *Liguria.*

bb. *Tridentatis coloratis: spicis continuis densifloris imbricatis apice comosis: cor. purpurea.*

3. STOECHAS. L. *Caule erecto superne ramosissimo foliisque linearibus confertis margine revolutis albido-tomentosis spica imbricata oblonga comosa bracteis subreniformibus tridentatis coloratis calycibus 13nerviis lacinia suprema appendiculata appendicula obcordata corolla purpurea.*

Stoechas officinarum. Mill. dict. n. 1. Ic. Turnef. instit. t. 95. Rivin. mon. irreg. t. 55. Blackw. t. 241. Ging. lav. t. 1. f. A. Plenck ic. t. 472. Sibt. fl. gr. t. 549. Caulis 2-3pedalis. Bracteae comantes purpureo-coeruleae. Fl. aest. In agr. *nic.* locis apricis montosis saxosis: In *Liguria occidua* a *Pegli*, etc.

## 193. SIDERITIS.

a. *Ebracteatae annuae: calyces villis clausi.*

b. *Calycis subbilabiati dentibus omnibus aequalibus aristato-mucronatis pungentibus: cor. flava.*

1. MONTANA. S. *Foliis oblongis sessilibus obtusis dentatis verticillis axillaribus subsexfloris remotis, calycibus spinulosis corolla majoribus corollae extus fauceque barbatae labio inferiore trifido caule erecto hirsuto superne florifero.*

S. remota. D'Urville enum. pl. arcip. in mem. soc. lin. 322. Burgsdorfia montana Reich. excurs. 327. Hesiodia montana Dumor. fl. belg. 44. H. bicolor Moench. meth. Spen. in ic. fl. germ. t. 357. Ic. Columo. ecphr. I. 196. Jacq. aus. t. 434. Sibt. fl. gr. t. 551. Caulis usque pedalis. Cor. flava sanguineo-marginata. Fl. vere exeunte. In pascuis montanis super *Vogogna* et *Premosello* in agro *nov.* in agris circa *Dagonney.*

bb. *Calycis subcampanulati laciniis inaequalibus suprema maxima ovata, inferioribus lanceolatis subulatis pungentibus: cor. alba.*

2. ROMANA. S. *Foliis obovato-oblongis dentatis in petiolum decurrentibus verticillis axillaribus sexfloris plerumque approximatis cauleque prostrato toto florifero hirsutis calycibus rigidis spinosis dente supremo ovato corolla glabra breviore.*

S. spathulata. Lam. fr. 2. 377. Burgsdorfia rigida Moen. meth. 392. B. romana Link etc. port. Spen. in ic. fl. germ. t. 356. S. approximata Gasp. apud Guss. sup. 2. 191. Ic. Zannich. ist. t. 39. f. 2. Sab. hor. rom. 3. t. 58. Cavan. ic. et descr. t. 187. Sibt. fl. gr. t. 552. Caulis vix dodrantalis simpliciusculus aliquando a basi non florifer. Verticilli etiam remoti. Cor. alba. Fl. aest. In *Liguria* circa *Sarzanam*: circa *Niceam* in collibus aridis, *Uneliam*: in monte *Tendae* et circa *Sospello* et *Dego.*

aa. *Bracteatae, bracteis latissimis dentato-spinosis. Suffrutices: cor. lutea.*

b. *Foliis spathulato-linearibus tomentosis.*

3. INCANA. S. *Foliis spathulato-linearibus integerrimis albido-tomentosis verticillis sexfloris remotis bracteis latis dentatis laciniis labii inferioris corollae abbreviatis acutis.*

S. Tragoriganum. Lag. nov. gen. et sp. 18. ex Benth. in Cand. prodr. 12. 444. est var. *bracteis maioribus calycibus glabriusculis.* S. virgata Desfon. atl. 2. 15. t. 125. Ic. Cavan. ic. et descript. t. 186. Fl. aest. lecta fuit in agro *nic.* inter l'*Escarena* et *Rocca Talliada.*

bb. *Foliis ovatis vel oblongis hirsutis.*

4. HIRSUTA. S. *Foliis obovato-oblongis inciso-dentatis in petiolum attenuatis rugosis ramisque ascendentibus hirsutis verticillis globosis remotis paucifloris lanatis bracteis reflexis.*

S. scorpioides. Cav. ic. et descript. 4. 2. t. 303. S. Cavanillesii. Lag. nov. gen. et sp. 18. S. chamaedryfolia Cav. l. c. 4. 1. t. 301. S crispata W. enum. 606. S. hispanica Mill. dict. n. 7. S. tomentosa. Pourr. act. tolos. 3. 328. Ic. Clus. hist. lib. 4. 40. f. 2. Cav. l. c. t. 302. Caulis vix dodrantalis. Fl. vere exeunte. In collibus et rupestribus agri *nic.*

bbb. *Foliis lanceolatis glabris.*

5. SCORDIOIDES. S. *Foliis lanceolatis basi attenuatis subdentatis vel integerrimis acutis vel obtusis glabriusculis verticillis approximatis bracteis calycibusque longe spinulosis caule erecto hirsutiusculo.*

S. alpina. Vill. delph. 2. 373. S. pyrenaica L. sp. Poir. encicl. S. crenata Lapeyr. S. hyssopifolia. L. S. foetida Poir l. c. S. hirta Roth. cat. S. subspinosa Cav. l. c. 3. 5. t. 209. Ic. Spen. in ic. fl. germ. t. 373. Fl. vere et aest. In alpibus praesertim *Sabaudiae.*

## 194. HYSSOPUS.

OFFICINALIS. H. *Suffrutex tripedalis pubescens ramosus ramis erectis foliis lanceolatis integerrimis obtusis oppositis densis viridibus uninerviis glanduloso-punctatis fasciculis axillaribus multifloris secundis dentibus calycis suberectis subæqualibus corolla coerulea extus puberula duplo brevioribus lobo medio labii inferioris bilobo integerrimo.*

*Folia aliquando linearia.* Tunc est H. angustifolius M. Bieb. taur. 2. 38. 3. 389. H orientalis Adams. W. enum. 2. 600. Satureja montana Naccar. ven. 3. 121. Ic. Sab. hort. rom. 3. t. 79. Bull. herb. t. 322. Plenck ic. t. 465. Fl. med. t. 198. Jacq. a. t 254. Blackw. t. 296. Ludw. ect. t. 40. Dod. pempt.

287. Lam. ill. t. 502. f. 1. Cor. aliquando alba. Fl. aest. Vivit in locis calidis declivibus lapidosis: in agro *nic.* in valle *Augustae praetoriae* circa *Ciambava*: in valle *Ulciensi* inter *Garexio* et *Ormea*: in *Monteferrato* secus amnem *Orta*. in agro dertonensi secus *Scriviam*: in valle di *Bardoneche*: in valle *S. Joann. Maurian.*, atque inter *Moutiers* et *Bezè*.

Nulla fere labiatarum nostrarum iners est. Pleraequae odore pollent forti permeante ut plurimum fragrante et suavi, sapore amaro calefaciente. Paucae foetidae sunt ut Ballotta nigra, Leonurus Marrubiastrum, Lamium album, maculatum, purpureum, Stachys germanica, etc. Ballotta nigra probabili conjectura prodest in nervorum distensionibus hystericarum mulierum atque hominum hypochondriacorum: nam foetor ejus multas vires promittit. Medici homiopatici experiantur iisdem morbis quibus Lamium album et maculatum usurpantur, praesertim in leucorrhea. Qui morbus gravissimus et frequentissimus nostris praesertim temporibus est non solum in feminis urbanis et delicatis quae otio deditae et calidis potionibus et venere abutentes singulari ratione morbo ansam praebere videntur, verum etiam in feminis rusticis, et pauperibus ac labore adsiduo victum quaerentibus etiam innuptis et puellis. Veteres jam medici Dodonaeus, Geoffroyus, Chomelius Lamium album utile in leucorrhaea praedicaverunt. Cui addo Lamium maculatum et purpureum ex consilio Dioscoridis. Etiam in scrophulis profutura videntur. Ballotam lanatam (Leonurus lanatus Pers. Panzera multifida Moench. ) urinas magna copia prolicere et validissimum in hydrope praesidium sistere in Sibiria scripsit P. S. Pallas. Quod et de nigra forte verum est. Etiam in phtisi magnam opem promittit. Quod Tetznerus adducta morbi historia videtur probare ( Ferrus. bull. 5. 50 ). Prunella vulgaris neque fragrans neque aromatica est, verum aliquantulum amara et adstringens. Et quamquam habitus ejus et qualitates exiguas vires promittunt, id nihilo minus experientia didici plurimum valere in ulceribus chronicis consolidandis dummodo non sint specifica et inflammata. Quod si clandestino igne foventur post usum Prunellae rubida fiunt et turgida et vehementer dolent, quod signum indubium est ulcera esse inflammata atque ab omni usu Prunellae esse omnino abstinendum atque esse confugiendum ad remedia quae vires infirmant, venae-sectionem scilicet atque antiflogistica praesertim salia neutra quae alvum molliant, et subducant atque urinam augeant. In diarrhoea et dysenteria quae ab atonia est, optimum est Prunellam in decocto adhibere. Eandem opem praestat in chronicis sanguinis profluviis ab utero et leucorrhoea si a virium infirmitate pendent. In phtisi ulcerosa confirmata non sine fructu adhibui. In mucosa vero Glechomati hederaceo sociata omnem curationem utplurimum absolvit. Leonurus Cardiaca vi sua Ballottae accedit atque in iisdem morbis veteres adhibebant. Utilem dicit Matthiolus ( Com. in Diosc. 714. Valgris. 1573 ) in palpitatione cordis, in nervorum distensionibus et resolutionibus. Regium morbum purgare, menstrua reserare, atque urinam augere: contra vermes valere, et in catharris chronicis prodesse: item se vidisse scribit mirabilem ejus effectum: Partum nempe in feminis evidenter adjuvare herbam siccam pulveratam et in vino exhibitam. Scutellariam laterifloram herbam Americae septentrionalis incolam ferunt feliciter in teterrimo morbo curando hydrophobia esse usurpatam ab Aloysio Spaldingio ( Rust. mag. v. 9. fas. 1. 80. Huf. journ. 51. fas. 2. 74 ). Verum experimenta caute instituta nullam bonam opem praestare probaverunt ( Barth. fl. of. Nord. Amer. n. 7. 8. Huf. journ. 56. fas. 3. 131. ). Martius scribit in hydrophobia feliciter adhiberi Scutellariam galericulatam in Crimea ac Sibiria ( Feruss. bull. 1. 359. ) Haec multum valere in febribus intermittentibus sanandis videtur. Unde veteres botanici vocaverunt Tertianariam. Eiusdem generis species Indiae orientalis incola Sc. indica apud Sinenses et in insula Amboina vulgo ad febres intermittentes sanandas adhibetur. Sc. galericulata amara est atque Allium redolet et forte in nervorum distensionibus et formis morborum quae a sublata inter varias partes systematis nervosi harmonia sunt, optimos fructus potest parere. Nam Sc. laterifloræ valde similis est: quae si hydrophobiam a rabido cane non sustulit sanavit certe ut testati sunt medici americani quam multi, morbos nervosos gravissimos, qui hydrophobiae faciem induebant. Et cum de hydrophobia incidit oratio meminerint medici homiopathicos certis habitis experimentis sanationem absolutam promittere ope Atropae Belladonnae. Exemplum lectissimum atque omni fide dignum refert D. Fioretta in diario homiopathico (Annuario di omiopatia

l. 39. Torino 1847 ).Quód omninò tentandum in re tam gravi ne aegri leto certissimo tradantur. Lamium album et maculatum odorem gravem et foetidum habent et saporem amariusculum et subausterum. Specifico modo agere videntur in leucorrhoea, quod experimentis confirmarunt Geoffroyus, Dodonaeus, Chomelius. Res jam a Plinii senioris temporibus nota, qui non Melittim, ut quidam scripserunt (Fuchs. hist. 498 ). sed Lamium maculatum manifeste intelligit. ( Cf. Plin. hist. nat. 21. 55. et 22. 66 ). Experiunda videntur in haemorrhagiis praesertim uteri, in phtisi, et scrophulis modo praesertim homiopatico qui virtutem Lamii albi in leucorrhoea confirmavit. Dioscorides ( Mat. med. n. 93, vol. 1, 489, ed. Spr. ) cum de Galeopside sermonem habet caulem eius et fructus vim habere durities solvendi, sanandi carcinomata, et strumas, etc. scribit. Cataplasma cum aceto confici jubet. Utilissimum esse in ulceribus cangrenoideis et putridis et aesthiomenis. Quaeritur modo quae stirps ab eo sub nomine Galeopsidis intellecta sit. Sprengelius Lamium purpureum esse intelligendum putat. Quodquamquam multis de causis id verum esse videtur, obest tamen verbum *fruticulus* quod vel fruticulum vel herbam saltem perennem et duram indicare videtur. Ex adverso Lamium purpureum herba est annua tenera mollis glabriuscula neque valde foetida quaeque ob id vehementer adversatur verbis *folia valde graveolentia* : ceterum multa conveniunt. Quamobrem medicos hortor praesertim homiopathicos ut experimenta instituant. Dioscorides enim vir est magnae fidei et auctoritatis atque verba ejus tam clara et perspicua sunt ut neutiquam negligi debeant, sed caute in morbis de quibus loquitur experiri. Galeopsis grandiflora Gmel. vel Gal. ochroleuca Lam. sunt procul dubio varr. G. Ladani, que vulgatissima apud nos in stipulis et arvis est. Novissimis temporibus mirabilia prorsus scripserunt hanc stirpem praestitisse in chronico et rebelli catharro, in phtisi mucosa, ipsaque ulcerosa: praecipuam partem specierum pectoralium Lieberi videtur constituere quae paucis ab hinc annis ut arcanum verum dabantur et celeberrimae erant in Germania. Cf. prae cateris Hufelandium magnae auctoritatis virum ( Journ. v. 31. fas. 6. 89. vol. 57. fasc. 2. 54. vol. 58. fas. 5. 64. ib. fas. 4. 67. etc. etc. ) Medici nostri experiantur illam in teterrimo atque ineluctabili morbo. Neque puto G. Tetrahit ab illa valde recedere. Adeo enim similes sunt ut varr. unius speciei facile dixeris. Glechoma hederaceum herba amara est et austera atque odore resinoso pollet qui quodammodo ad Melissam accedit. Dioscorides vocat Chamaecissum: atque 40 vel 50 diebus decocto sumptam sanare scribit Ischiadem nervosam. Item *purgare regium morbum* quibus verbis ad herbam alvum subducentem respicere videtur. Quod nostrae nequaquam congruit. His adde quod de stolonibus longe lateque reptantibus, de odore resinoso et gravi mentio non iniicitur. Color etiam floris manifesto discrepat. Album enim dicit Dioscorides, dum in herba nostra roseus est. Forte sub nomine Chamaecissi intelligendum est Antirrhinum Asarina L. Galliae meridionalis et Graeciae incola. Verum mitto quaestionem difficilem atque ad Glechoma redeo. Quod herba est actuosa et optima in sanandis catarrhis rebellibus et antiquis et phtisi mucosa. In ulcerosa etiam magnum subsidium affert quamquam raro sanat illam. Vidi tamen Augustae Taurinorum virum phtisi ulcerosa certissime correptum, quem quum omnino insanabilem reliquissem S. Mauritium pagum prov. taur. et patriam suam contulit se, ut aer mutaret, reficeret animum et vires atque diaetae lacteae facilius daret operam. Quem quum post quatuor menses omnino sanatum revisissem Taurini petii ab illo quomodo morbum depulisset. Respondit sanatum fuisse decocto herbae in lacte quam vetula monstraverat. Siscitavi itaque ut herbam ad me mitteret, ut quae esset cognoscerem: et Glechoma erat, quod frequentissime in posterum adhibui. Anno subsequente morbus rediit, quem Glechoma superare non potuit, sed depulsus ab aegro est potu urinae simul cum diaeta lactea et Glechomate. Anno tertio mortuus est. In intervallis tamen omne morbi signum aberat praesertim tussis atque sputum. Phtisis pulmonalis morbus teterrimus est ac neutiquam probe cognitus. Multis ab hinc annis cum medicinam facere coepi nullomodo contagio propagari persuasum habui. Verum sensim sensimque sententiam abieci et in contrariam mutavi experientia duce ac magistra post meditationem 25 annorum ad aegrorum lectos factam. Omnia magna ulcera ex mea sententia contagiosa sunt. Multa exempla proferre possem quibus dictis meis auctoritatem struerem. Verum bre-

vitali studens illis enumerandis supersedeo. Modo in mense occidit, modo per viginti et ultra annos trahitur morbus: atque aliquoties certissime sanatur. In 25 annorum spatio decies omnino sanatam vidi. Semel ab esu adsiduo atque ingenti Alii porri L. Quod jam veteres norunt, et commendaverunt. Multoties dein Porrum exibui nullo omnino successu. Bis (in agricolis) sanatam ab extracto aquoso corticis peruviani cum diaeta lactea. Non raro sanatam vidi ab usu Glechomatis. Demum semel et novissime hominem vidi sanatum ab usu arsenici methodo homiopathica sumpti 1|500 grani partem singulo mane ingerendo, juncta tamen diaeta lactea et usu lactis caprini: vaccinum enim ferre nequiverat. Et si vomicae sanantur et expurgantur (et certissime sanantur) cur phtisis sanari non poterit cum vomica nihil sit nisi ulcus pulmonum? Quod tamen verum pus secernat ideoque magis normale, et magis ad consolidationem inclinet. Verum phtiseos pulmonalis multae et distinctae species sunt quae peculiari naturae ac substrato innixae in illarum curatione peculiaribus et omnino specificis remediis indigeant. Unum superest monendum, quod nempe in tam difficili exitiali et pertinaci morbo quum omnia artis subsidia frustra adhibueris ad methodum homiopathicam confugias. Venaesectiones in hoc morbo exitiosae sunt. Raro vidi parvas sanguinis missiones identidem factas aliquid levaminis attulisse. Denique ut orationem contraham phtisis ulcerosa morbus est gravissimus in natura sua cognitu difficillimus qui medici gravis docti et experti multam curam diligentiam et meditationem requirat. Atque ut ad Glechoma revertar saluberrimum inveni in sacculis vomicarum pulmonis consolidandis. Decies et ultra felici eventu adhibui. Et novissime vir erat qui vix superata peripneumonia pus tussiendo repente 24 duas circa libras vix in die rejecit. Quo facto omnis exscreatio et tussis evanuit. Nullus dolor, nulla anxietas, nulla febris superfuit. Ad labores suos rediit aeger. Verum vix tres menses elapsi sunt anxietas et dolor et tussis irrita redeunt atque horrenda praesertim noctu dispnoea, qua veluti strangulatur aeger, donec rejecta ut prius magna puris copia intra diem omnis morbus ultro abactus est. Post tres menses eadem iterum symptomata oriebantur quae simili prorsus ratione evanescebant. Decocto Glechomatis cum lacte omnino sanatus fuit. Atque hic animadvertat velim lector me nisi quae ipse vidi, et expertus sum scripsisse. Verum medicinae instauratores omnibus laudibus cumulaverunt Glechoma in morbis de quibus hactenus locutus sum. Summi in arte viri Villisius, Simon Pauli, Mortonus, Quercetanus, Riverius, Etmullerus, Lindanus, Scardona, Sauvagesius, etc. laudes maximas Glechomatis scripserunt. Qui et addiderunt in calculo renum subvenire ob virtutem ejus balsamicam et diureticam. Laeviores febres intermittentes praesertim vernales facile sustulisse testatur Lautter (Hist. bien. 2). In schrophulis etiam et herpetibus et catharrho vesicae, et leucorrhoea mulierum etiam recentiores medici commendaverunt. (Bender diss. de Glechomate hederaceo. Erlangae 1787. Delius adv. org. phys. med. fas. 6, n. 25). Novissime Suttcliffius (The lond. med, and phys. journ. 1819). Atque Hufelandius (Bibl. med. prat. t. 44. 354) in mania et melancholia utile praedicaverunt. Ulcera antiqua purgat et consolidat. In flatulentia optimum invenit Baglivius quod flatus momento citius discutiat. Etiam in scabie rebelli decoctum ejus utilissimum esse (Vogel, hist. mat. med. 64). In dolio cerevisiae inlatum illius fermentationem impedit immo limpidam facit. Cerevisiam sic paratam antiscorbuticam et diureticam esse discimus testimonio Milleri (Bot. off. 225): folia etiam bombicibus Mori placere, si folia Mori albae defuerint. Melittis Melissophyllum herba est quae odorem habet quodammodo similem, amara est ac subaustera. Vires ejus ad Glechoma accedunt sed infirmiores sunt. Ajugae aliae aromaticae sunt, aliae inodorae. Quae inodorae sunt (A. reptans. A. genevensis. A. alpina. A. pyramidalis) virtute sua quodammodo Prunellam referunt. Ideoque in ulceribus antiquis etiam viscerum in catharrhis antiquis et rebellibus et phtisi mucosa etiam ulcerosa et leucorrhoea et calculosis adfectibus, etc. utiles. Ajuga Chamaepytis herba utilissima est ad protrudenda cathamenia si ab atonia viscerum reproductioni ac sanguini parando dicatorum illorum suppressio est. Remedium est vulgare apud rusticos collium taurinensium. Optima etiam est in doloribus rheumaticis et podagricis. Usus ejus vulgaris est in africanis incolis montium et collium Atlantis ad septemtrionem versis, qui febres intermittentes in paludosa planitie contraxerunt. Icterus etiam inde sub-

ortus facili ratione discutitur. Eadem dicenda sunt de A. Iva. Clinopodium vulgare odorem habet laevem non ingratum. Utile est in morbis pectoris praesertim chronicis catharrho, tussi, phtisi mucosa, etiam ulcerosa, quam non sanat: levat tamen. Lavandula Spica et Stoechas herbae sunt gratissime aromaticae, quae vulgo in archis includuntur quibus servantur mastrucae et panni lanei, ut tineas avertant. Quod melius omnibus facit oleum Terebentinae limpidum chartae illitum. Ceterum eximie juvant omnibus morbis quibus utiles sunt aliae labiatae grate aromaticae. His quoque Mentae indigenae sunt adnumerandae, quae calidae pungentes permeantes incitantes et reficientes vires sunt. Unde in virium infirmitate et inaequali dispensatione, in paralysi et atonia, in menostasia et chlorosi et dispepsia vel apepsia utilissimae sunt si morbi a debilitate sunt praesertim viscerum reproductionis et sanguini parando dicatorum. In febribus intermittentibus nervosis, quibus vires repente concidunt praesertim si ruri medicinam facies locis ab omni auxilio remotis si vires quae protinus defuturae videntur inducias non ferunt, servabis aegrum si ad herbas aromaticas ubique obvias Mentas praesertim confugias. Quod feliciter contigisse etiam pecoribus praesertim bobus et equis vidi. Bellaria et tragemata atque alia huius generis conficiunt ex Menta dulciarii omnibus nota atque feminis hystericis, atque hominibus hypochondriacis utilissima. In Indiis orientalibus certius et praestantius aliis remedium contra teterrimam illam pestem quam Choleram indicam dicunt est oleum Mentae cum Opio. Et cum de terribili hoc morbo incidit oratio laetatur animus et nunciat medicis homiopathicos omnes pene aegros suos servavisse, cum cupro et veratro, quae morbum jam jam imminentem averruncabant. Ipecacuanha si vomitus mucosus luteus erat: acido phosphorico si facies livida cadaverosa erat, atque urinae fere suppressae et vomitus albus quasi ex decocto oryzae erat: cum veratro si frigus marmoreum addebatur: cum cupro si nervorum distensiones tonicae et musculorum crurum rigiditas supererant: cum camphora si morbus incedebat sine vomitu ac diarrhoea sed vultu hippocratico adductoque livido et cadaveroso, oculis subclausis depressis, frigore marmoreo, musculorum surae rigiditate tetanica et dolore atrocissimo atque ardore ventriculi: cum carbone vegetabili et acido hydrocyanico si vires horrendum in modum prostratae erant et frigus marmoreum et cutis livida et frigida erat atque aeger jamjam moriturus videbatur. Quae cum vera sint videant boni rerum aestimatores quam turpes medicorum clamores in medicinam homiopathicam. *Est illi medicinae fides adhibenda*, ut optime Celsus (2. 6.) *quae multo saepius perque multos plures aegros prodest.* Ferunt Mentas uberibus appositas lac siccare. Ad hoc vulgus prae caeteris adhibet Mentam rotundifoliam. Halleri dictum confirmo qui scribit Mentam Pulegium cum ferro in vino albo optime menses pellere. Dummodo saburrae gastricae et inflammatio viscerum praesertim abdominalium, etc. abfuerint omnium forte optimum remedium est M. Pulegii uncias duas in libris duabus vini albi cum uncia una limaturae ferri infundere cuius vini poculum dimidium singulo mane absumendum est. Experimentum cum Pulegio institui pro taenia abigenda. Juveni qui taenia laborabat dedi infusum ex aquae ferventis unciis decem cum herbae Pulegii probae lotae unciis quatuor: post tres horas alteram dosim exibui, atque usque ad vesperam cibo abstineret imperavi. Noctu glomum vermis 20 et quod excurrit ulnas projecit demum sanus. Eadem in vetula praescripsi, famem tamen usque in vesperam ferre nequivit, sed multas vermis ulnas dejecit. Verum cum feminam denuo non viderim nescio utrum omnino sanata sit. Quodsi in die vermis non egeritur, postridie quiescendum, denuo tertia die ad remedium confugiendum est. Origanum vulgare herba grate aromatica aromate tamen gratiore et non adeo vehementi ac in Mentis. O. majorana, Satureia hortensis, Thymus vulgaris magis ad condienda alimenta quam ad remedia adhibentur. Thymo Serpyllo, praesertim si Artemisia Dracunculus addatur acetum gratissime aromaticum fit, quod optimum in acetariis est. Teucrium Scordium et T. Chamaedrys herbae sunt in morbis ab infirmitate virium et atonia profectis, febribus nervosis, intermittentibus, diuturnis ac rebellibus, quibus si herbae Gentianae, Erythreae Centaurii ac pauxillum extracti Hellebori viridis addantur, sanantur etiam quartanae rebelles quae Cinchonae non parent. In helmintiasi, sive conditione illa morbosa qua vermes adsidue gignuntur cum Mentis sociatae optima remedia sunt, et sanant omnino utplurimum. In cathameniorum

suppressione, si ab atonia suppressio est, revocant menstrua. Quae de his speciebus dicta sunt et de ceteris labiatis aromaticis, praesertim Satureiis quae apud nos occurrunt, dicenda sunt. Sideritides etiam aromaticae sunt eademque virtute pollent. Sideritis romana a Fulvio Gherli medico mutinensi (Cent. di rare osservazioni) in rachitide sananda in balneo vinoso valdopere commendata fuit. Quod ego experimentis confirmare volui. Et cum Sideritidem prae manibus non haberem ad alias herbas aromaticas Mentas praesertim, Salviam, Rorem marinum, Lavandulas, Origanum vulgarem, Thymos, Teucria, Aiugas, etc. confugi prospero omnino eventu. Nam constitit morbus et pueri sanati sunt. Sufficit ter vel quater balneum vinoso-aromaticum calidum adhibere non nullis diebus interjectis. Quodsi aegri rem angustam domi habent quae tantam vini jacturam prohibeat, optimum etiam est fovere partes aegras linteis decocto aromatico-vinoso calido madefactis et simul ingerere pillulas ex hydrargiro sulphurato nigro cum Asafoetida. Interim puelli probe induantur vestibus laneis, omnibus inquinamentis sollicite purgentur, cibis optimis animalibus praesertim alantur et stragulis laneis noctu probe muniantur, et culcitra straminea condantur herbae aromaticae Mentae praesertim super qua cubent pueruli. Nec negligendae frictiones cum pannis laneis calidis quae saltem bis in die perficiendae sunt. Quibus omnibus morbus cito, tuto et jucunde sanatur. Betonica amara est et tonica salubris in catharrhis chronicis phtisi mucosa et incipiente ulcerosa praesertim si valetudinis substratum morbus haemorrhoidarius est vel podagra. Quae praesertim si asthenica est et vagans atque anomala magnum auxilium habet ab usu continuato Betonicae cum herba Ajugae Ivae et A. Chamaepytios et praesertim Marrubii. Quod omnibus palmam praefert in podagra praesertim atonica atque anomala. Marrubium optimum etiam auxilium suppeditat in jecinoris et lienis physconiis indeque manante aurigine. Saluberrimus usus ejus etiam in febribus intermittentibus quae obstructionibus viscerum abdominalium consociantur. — Stachys recta ad Marrubium accedit sed infirmior illo est. Stachys germanica, sylvatica et aquatica ubique vulgares odore pollent subfoetido, Lamii albi, maculati et purpurei aemulo ideoque virtute sua accedunt illis et Glechomati et Galeopsibus. Melissa officinalis herba fragrans atque odore suo ad citri florem accedit ideoque refocillat vires in nervorum distensionibus, morbis hystericis et hypochondriacis, in ipsa mania et melancholia. Est in pharmacopoea patria aqua Melissae composita cum aliis plantis aromaticis quae gratissima est atque usus ubique locorum vulgatissimi ad vires reficiendas in morbis nervosis. Hyssopus officinalis herba actuosa est Marrubio valde proxima atque optima in tussi, et catharrho chronico ac phtisi mucosa et ulcerosa, in febribus intermittentibus, ventriculi et intestinorum uterique imbecillitate. Succurrit itaque in dyspepsia, apepsia, hysterismo et hypochondriasi, menostasia, leucorrhoea, ipsaque helmintiasi. Atque ut hic finem faciam, labiatarum nostrarum quae inodorae sunt omnes virtute sua similes sunt. Quae vero odoratae et aromaticae sunt iisdem pene virtutibus pollent magis vel minus actuosis.

## 195. URTICA.

Herbae setosae setis rigidis pungentibus basi glandulosis apice pertusis acerrime venenatis floribus herbaceis parvis, foliis oppositis dentatis.

a. *Floribus dioicis; radice perenni repente lutea.*

1. DIOICA. U. *Foliis cordato-oblongis acuminatis profunde serratis cauleque setosis spicis paniculatis subgeminatis axillaribus sublinearibus pendulis ramosis multifloris folio longioribus, floribus glomeratis dioicis.*

U. hispida. Cand. fr. sup. 5. 355-6. est omnino var. magis setosa. Ic. Matth. com. 713 f. 2. ital. Valgr. 1573. Chabr. sciagr. 478. f. 4. Dalech. 1243. f. 2. Blackw. t. 12. Dod. pempt. 151. Petiv. h. br. t. 1. f. 9. Curt. lond. fas. 6. t. 69. Lam. ill. t. 761. f. 1 Flores. Flor. dan. t. 746. Herba pubescens usque quadripedalis. Caules caespitosi tetragoni ramosi erecti. Stipulae ovatae acutae membranaceae. Semina ovoidea fusca nitida. Flores non raro monoici sunt. Caules et folia primordialia parva rubentia. Perigon. fl. feminei 4phyllum foliolis 2oppositis minoribus.

aa. *Floribus monoicis: radice annua.*

b. *Caule tetragono amentis fasciculatis conformibus elongatis suberectis calycibus femin. 4phyllis foliolis alternis minoribus.*

2. URENS. U. *Foliis subrombeis inciso-serratis subquinquenerviis cauleque se-*

*rosis amentis fasciculatis androgynis axillaribus simplicibus brevibus erectis pedunculis petiolo brevioribus.*

Ic. Dod. pempt. 152. Matt. 713. f. 3. Lob. ic. 522. Chabr. sciagr. 478. f. 2. Mala. Dalech. lugd. 1244. f. I. Petiv. herb. br t. 1 f. 10. Curt. lond. fas. 6. t. 70. Flor. dan. t. 739. Herba minor vix pedalis pulchre virens. Stipulae parvae reflexae. Cal. fem. subcompressus ovatus. Antherae ochroleucae. Semina ovata straminea nitida. Setae acerrime venenatae. Herbae vulgares ubique in sepibus ruderatis, impluviis, etc.

bb. *Caule cylindrico, amentis erectis pedunculatis, femineis globosis, masculis paucifloris ramosis, calycibus fem. 2phyllis.*

3. PILULIFERA. U. *Foliis subcordato-ovatis inciso-serratis cauleque setosis amentis pedunculatis masculis paucifloris ramosis, femineis globosis.*

U. balearica. L. Blackw. t. 321. f. 1. est var. *foliis cordatis rugosis caule petiolisque rubidis* quae vivit in insulis balearibus, et India orientali. Sed etiam apud nos characteres intermedii observantur. Ic. Matth. 713. f. 1. Chabr. sciagr. 478. f 5. Dalech. lugd. 1243. f. 1. Petiv. her. br. t. 1. f. 11. Mill. illus. t. 79. Lob. ic. t. 522. Lam. ill. t. 761. f. 2. Engl. bot. t. 148. Herba usque tripedalis undique hispida setis acerrime venenatis. Caulis debilis ramosus coerulescens. Stigma pubescens. Semem fuscum nitidum compressum subrotundum maiusculum. Vulgaris in agro *nic.* rara in agro *novar.*

Urtica hodie perperam spreta, nam utilissima est atque impense laudata a Dioscoride. Galeno, Plinio, Matthiolo, etc.: quas laudes et recentiores medici confirmaverunt. Herbam cum radice decoctam primo vere febres intermittentes rebelles cito sustulisse ipse vidi. Uteri prolapsum et intestini recti introductis visceribus et fascia contentis cute circum urtica percussa indeque inflammata sanatos esse etiam observavi. Urtica ranas arcet et interficit. Optima pro operibus textilibus, funibus, retibus conficiendis est et vix cannabi cedit. Grata et salubris cocta primovere in jusculis et placentis quibus alvum subducit et urinam ciet. Cum farina secalis vel tritici, vel pane cocto et albumine ovi trita atque in cataplasma redacta atque abdomini impo sita obstructiones lienis et jecinoris discutit sicut Verbena, ut multiplici experimento edoctus sum. Lac vaccae urtica pastae haemorrhagias cohibet, pulmonis, uteri, ventriculi, etc. Herba sicca vel decoctum ejus bonum remedium in sanguinis fluxibus atonicis etiam leucorrhoea. Optima in catharris chronicis etiam phtisi quam aliquando omnino sanavit. Decoctum saturatum in arthritide vaga curanda saluberrimum esse scripsit Lange (ap. Murray ap. med. 4. 263) In paralysi torpentis membri summa cutis urticis caesa exasperanda est (Cels. de med. 3. 27). Quo factum est ut paralysis non raro superata sit. In letargicis artus urticis caedendos imperat Araeteus (morb. acut. cur. I. 11). Cocta juvat in calculosis adfectibus renum et vesicae, atque urinas pellit quasi cruentas etiam applicata. (Spies disserst. de herb. antinephr. et Chomel suppl.) Urticatio optima in febribus typhoidibus et revocandis exantematibus variolis, morbillis, scarlatina, miliaribus, etc. etiam herpetibus, et scabie, et podagra cum viscera obsederunt. Quidquam etiam valere in menostasia si coxae interna parte caedantur (Spiritus in Rust. mag. 15. 333. 17 150. 20 424 et in bull. de Ferussae 1826 9. 771). Urticationis si dolorem intolerabilem lenire velis oleo illinenda membra sunt. Semina venerem languentem suscitare, alvum solvere, atque urinam ciere, in vino infusa febres intermittentes discutere etiam medici recentiores experti sunt. Expressa oleum largiuntur. Salutaria in asthmate delincta cum melle: vomitum facile concitare si trita dentur in aqua mulsa aut jusculo scribit Fernelius. Ex passo pota uteri oram patefacere indeque conceptionem juvare Dioscorides. l. c. Etiam valere contra obesitatem. Breslau, 1718. M. febr. 701. ap. Vog. hist. mat. med. 166. Dioscorides (mat. med. 4. 92. tom. 1. 587. ed. Spreng.) abscessus, panos, tubercula, parotidas, ulcera sordida vergentia in carcinoma, maligna vel gangraenosa et canis morsus sanare herbam recentem tritam, vel sale admixtam scripsit. Etiam sanguinis fluxum e naribus compescere si recens trita in nares trudatur. Quod recentiorum testimonio confirmatur. Cf. Schrad. thes. pharmac. 714. Sartorius de admiranda narium haemorrhagia Althorf. 1683. 19. Trita cum mirrha et in vagina admota menstrua revocat: folia decocta cum myrrha eadem praestant; decoctum uvulam relaxatam reprimit ex Diosc. Urticatio in artubus juvat in erysipelatosa pectoris inflammatione, etiam in

atrocissimis faciei doloribus nervosis: flagellationem etiam in impotentia virili profuissse. Hartm. farmacol. dinam. 2. 181. Vaccae ea pastae uberiorem lactis copiam secernunt quod et magis butyro pulchre aureo abundet. Vaccae et boves ea etiam sicca optime citoque saginantur. Gallinae hieme multa ova pariunt si seminibus vel summitatibus urticae siccatis cum pabulo admixtis alantur. Ex illis quae hactenus scripta sunt judicent boni rerum aestimatores quanti facienda sint Culleni, Peyrilhii et Alibertii dicta qui urticae omnem adimunt virtutem.

## 196. ALNUS.

a. *Foliis glabris nitidis glutinosis.*

1. GLUTINOSA. W. sp. 334. A. *Foliis obovato-subrotundis basi cuneatis apice subretusis inaequaliter serratis glutinosis glabris nitidis axillis venarum subtus villosis.*

Var. *foliis inciso-serratis* est A. incisa. W. l. c. Var. *foliis oblongis pinnatifidis laciniis acutis* est A. laciniata W. arb. ulv. et l. c. 4. 335. Var. *foliis oblongis sinuatis laciniis obtusis* est A. quercifolia. W. arb. 44. et spec. ibid. A. cordifolia Tenor. neap. prodr. 54. fl. neap. 2. 340. t. 99. syllog. 467. est var. *foliis cordato-ovatis strobulis glutinosis grossis.* Betula Alnus. L. spec. 1394. B. emarginata Ehrh. arb. 9. Ic. Matth. ed. cit. 128. f. 1. Dalech. lugd. 97. f. 1. Chabr. sciagr. 60. f. 5. Loes. pruss. t. 1. Gaertn. de fruct. t. 90. f. 2. Duham. arb. t. 14. Arbor mediocris a basi ramosa ramis ramosis erecto-patulis fragilibus cortice cinereo, albopunctato demum fusco senio rimoso ligno extus rubido. Amenta mascula racemosa pedicellata cylindrica elongata rubro-violacea pendula: feminea erecta brevia ovato subglobosa: fructus persistentes: folia fusce virentia. Folia Alni adstringunt, et gallae quercus subponi possunt ad atramentum scriptorium parandum. Qui sine tibialibus iter suscipiunt pedibus in calceis nudis vehementer defatigantur, cui defatigationi succurrunt mirum in modum folia Alni recentia. Rusticus qui hydrope ascite et anasarca laborabat aestate a parentibus suis in folia recentia Alni involutus copiosis obortis sudoribus urinisque et febre valida sanatus est non sine ingenti vitae periculo. Quod mihi contigit videre. Fertur folia recentia rore matutino madefacta et copiose in cubiculis dispersa pulices interficere.—Alnus quia non nimis habet in corpore humoris in palustribus locis infra fundamenta aedificiorum palationibus crebre fixa recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris pertinet immortalis ad aeternitatem et sustinet immania pondera structurae.—Vitruvius. Re enim vera urbs Venetiarum immensa nititur omnis palis Alni in lacuna defixis. De qua optime Sannazarius:

Viderat adriacis Venetam Neptunus in undis )
Stare urbem et toto ponere jura mari.
Nunc mihi Tarpejas quantumvis Jupiter arces )
Obiice, et illa tui moenia Martis ait.
Si pelago Tibrim praefers urbem adspice utramque )
Illam homines dices, hanc posuisse Deos. )

Amenta prodeunt mense aprili cum foliis. Vulgaris ubique locis humidis praesertim arenosis.

aa. *Foliis exsuccis subtus cano-tomentosis.*

2. INCANA. W. l. c. A. *Foliis oblongis acutis duplicato dentatis subtus incano-pubescentibus axillis venarum subtus nudis.*

A. pubescens. Taus regens. bot. zeit. 1834. 520. est var. *foliis subrotundis vel obovatis* A. badensis. Lang: A. barbata C. A. Meyer apud Kock syn. 763. Varr. *foliis pinnatifido-incisis laciniis serratis obtusis vel acutis.* Whalemb. fl. sv. 622. quas non vidi apud nos. Var. *foliis glaucis petiolis rubris.* Ait. kew. 3 329. Var. *foliis subtus viridibus petiolis viridibus.* Ait. l. c. Var. *foliis pinnatis subtus ramulisque pilosis.* Lundemark act holm. 1790. 122. t. 5. quae occurrunt plagis septentrionalibus. Betula Alnus B. L. 1394. B. incana L. sup. 417. Ic. Boccon. mus. t. 96. Arbuscula minor ceterum similis Alno. Vulgaris in sepibus et dumetis humidis, tursofis, praesertim arenosis alpium et montium. Forte est var. Alni glutinosae.

Alnus viridis Cand. fr. 3. 304. differt ab Alno et Betula differentia insigni. Novum itaque genus mihi videtur esse instituendum, quod sic constituo.

## 196 *bis*. SEMIDOPSIS. Zum.

*σημηδα*. Theophr. hist. plant. 3 cap. 14. pag. 62. ed. Daniel Heinsius. Lugd. Batav. 1613. fol. est Betula. Genus itaque dixi quod Betulae faciem quidem habet re vero differt.

Masc. Amentum. Squamae pedicellatae triflorae lobulis quatuor ante apicem peltiformem. Perigonium triphyllum foliolis sejunctis. Stamina quatuor. Filamenta indivisa. Antherae biloculares. Fem. Amentum. Squamae persistentes ante apicem lobulis quatuor, in fructu auctae cuneato-obovatae biflorae supra squamulis quatuor. Stigmata duo filiformia. Nux compressa bilocularis ala lata membranacea cincta.

VIRIDIS. Zum. Sem. *fruticulus bipedalis vix usque orygalis glaberrimus ramosus ramis crassis flexilibus angulatis cortice fusco albo-punctato foliis ovato-subrotundis vel acutis argute duplicato-serratis glabris pedunculis femineis ramosis strobilis ovatis parvis squamis erectis cuneatis seminibus lanceolatis compressis lobis fructus aequalibus truncatis nervosis amentis masculis cylindricis elongatis pendulis pedunculatis.*

Betula. Vill. delph. 2. 789. B. ovata Schrank. bayer flor. 1. 419. B. Alno betula. Ehrh. beitr, 2. 72. Alnus viridis Cand. fr. 3. 304. Ic. Boc. mus. t. 96. 2. Stirps humilis faciem Betulae habet. Fl. vere. In monte *Cenisio*, aliisque montibus.

### 197. VISCUM.

ALBUM. V. *Frutex parasiticus glaberrimus sempervirens pedalis et ultra caule articulato ramosissimo ramis dichotomis teretibus foliis oppositis lanceolatis obtusis enerviis crassis duris coriaceis luteo virentibus integerrimis lingulatis floribus axillaribus sessilibus subquinis glomeratis luteo-virentibus baccis albis vel roseis nitidis pellucidis parvis succo viscosissimo subdulci repletis.*

Ic. Matt: com. ed. c. 542. Dalech. lugd. 17. ead. Blackw. t. 184. Duham arb. 2. t. 104 ed. 2. 1. t. 26. et ejusd. mem. de l'Ac. des scien. Paris 1740. t. 22. 23. 24. Mill. ill. t. 87 Woodv. sup. t. 270. Camer. epit. 555 Rich. in ann. du mus. t. 12. f. 27. Lam. ill. t. 807. Fl. med. t. 190. Fl. vere. Stirps parasitica super pyris, malis, quercubus, sorbis, crataegis, etiam juglandibus et ulmis, etc. Jam Hippocratici auctores Viscum commendaverunt in auferendis obstuctionibus splenis. Veteres medici in morbis externis praecipue adhibebant, maxime in ulceribus chronicis et mali moris. Recentiores utilissimum esse in nervorum distensionibus chronicis praesertim epilepsia certissime allatis morborum exemplis demonstraverunt. Quod summorum virorum Boylei, Bradley, Koldereri, Colbactii, Boheravii, Swietenii, Haenii, Tissoti, Sauvagesii, Hufelandii, Voigtelii, Starkii, Loesckii, Pfundelii, Fraseri, etc. testimonio confirmatur. Neque audiendi qui hisce contradixerunt, Cullenius praesertim, nimium scepticus scriptor. Epilepsia enim difficillime sanationem habet et si peculiare exemplum a Visco medelam non admisit non licet inde inferre numquam profuisse, aut profuturum esse. Lente et in umbra exsiccandum lignum et folia ejus sunt. Sedulo etiam cavendum ne corrumpatur mucore. Cortex forte pars actuosior est. Quibus positis elucet ad severiorem trutinam revocandum esse remedium quod in gravissimo atque ineluctabili ut plurimum morbo medelam promittit. Medicis homiopathicis prae primis commendo. Perperam nostra aetate praesertim obsolevit. Vidi epilepsiam rebellem a medico anglo sublatam remedio quod noluit patefacere quodque probabili conjectura Viscum erat cum pauca Valeriana. Duabus formis remedium dedit in pillulis et potionibus. Alvus paulo laxata est. Nulla tamen incitatio inde nata est. Unde ferre possunt paeruli et mulieres delicatae. Apud Britannos Viscum adhuc in usu est. Chomelius aliique utilem praedicaverunt in podagra, morbo haemorrhoidario, hypocondriasi, hysteria, chorea S. Viti, etc. Viscum rarissime in quercu vivit. Frequentissime contra Loranthus europeus stirps in Italia vulgaris illique simillima: unde planta de qua loquitur Plinius probabili conjectura est Loranthus europaeus: copiosissimum enim dicit in quercu. Loranthus facili negotio a Visco distinguitur, etiam absentibus floribus. Pusillus est, vix quatuor pollices superat: articuli valde inflati sunt, et transverse striati: folia decidua. Viscum procerius est, usque bipedale: articuli vix turgiduli et longitudinaliter striati sunt: folia perennantia. Forte Loranthus iisdem pollet viribus ac Viscum. Vix credibile est Viscum esse stirpem inertem: Druidibus enim vaferrimis Gallorum et Celtarum Sacerdotibus, legislatoribus et medicis planta sacra erat.

### 198. BROUSSONETTIA.

PAPYRIFERA. Vent. tab. 3. 547. Br. *Arbor mediocris a basi ramosa ramosissima ramis diffusis validis foliis junioribus 3-5lobis demum cordatis vel cordato-ovatis serratis subtus villosis*

*supra scabris amentis axillaribus numerosis pedunculatis masculis cylindricis pendulis, femineis globosis fructibus rubris acidis.*

Morus L. spec. 986. Papyrius japonica Lam. ill. Ic. Kaempb. amoen. t. 472. Lam. ill. t. 762. Fl. primovere. Patria ejus China, Japonia atque omnes pene insulae maris indici. Apud nos culta ubique in ambulacris et hortis. Raro tamen femina occurrit, quam Broussonetus primus e Scotia intulit Parisios. Unde characteribus generis rite constitutis l'Heritierus celebri viro dicavit, quo morte praerepto, pubblici juris fecit Ventenat l. c. In China et Japonia Papyrum pulcherrimum conficiunt. In insulis maris indici telam parant in usum domesticum multiplicem.

## 199. HIPPOPHAE.

RHAMNOIDES. H. *Arbuscula repens mediocris ramosissima ramis divaricatis tortuosis duris rigidis apice spinosis junioribus rubiginosis cortice cinereo-fusco foliis lanceolatis integerrimis brevi petiolatis sparsis supra intense virentibus glabris subtus albidolepidotis floribus herbaceis solitariis sessilibus in axilla foliorum infimorum antheris flavis subssessilibus baccis subrotundo-ellipticis mucronatis aureis squamis stellatis inspersis acidis seminibus oblongis nigris nitidis arillo duplici coriaceo fusco indutis.*

Ic. J. Bah. hist. 1. 33. Dodon pempt. 755. Dalech. lug. 140. f. 2. 3. Duham. arb. 2. t. 49. Gaertn. de fruct. t. 42. Pallas fl. ross. 1. t. 68. Flor. dan. t. 265. Engl. bot. t. 425. Schk. hand. t. 321. Lam. ill. t. 808. Achil. Ricar. Monogr. des Eleagn. t. 1. f. 2. Frutex humilis 3-6 cubitalis. Folia fasciculata subtus squamata squamis peltatis confertis ciliatis pallidis vel ferrugineis. Baccae edules sed ingrati saporis. In hortos translata fructus non perficit. Fl. vere Flores prodeunt ante folia. In sepibus et dumetis arenosis humidis: in litoribus maris; in alveis torrentium praesertim montanorum et secus ripas arenosas fluviorum et amnium. Etiam circa *Taurinum* secus ripas Duriae Ripariae inter il *Pallone* et il *Martinetto*: circa *Alpinianum*, etc.

## 200. PARIETARIA.

OFFICINALIS. P. *Herba perennis ut plurimum decumbens caulibus ramosis raro simplicibus succulentis rubidis teretibus striatis pilosis usque semipedalibus foliis integerrimis alternis ovalis vel ovato-lanceolatis petiolatis triplinerviis supra viridibus pellucido-punctatis subtus glaucis utrinque pubescentibus cymis geminis axillaribus multifloris bifidis involucris digitatis semptemfidis laciniis ovatis obtusis ciliatis floribus rubidis lateralibus hermafroditis castratis sterilibus uno alterove medio femineo fertili vel omnibus fertilibus, filamentis antice transverse annulatis irritabilibus sese elastice recurvantibus nucibus nigris ovatis compressis glabris nitidis.*

P. diffusa. Mert.et Koch deuts. fl. l. 827. Cups et van Hall. fl. batav. t. 380 est var. — etiam P. erecta l. c. 1. 825. Mea sententia est var. *caulibus erectis simpliciusculis perigoniis campanulatis staminiferis stamina aequantibus.* Quae tenuior est et vivit apnd nos super muris. P. judaica Bir. acon. 2. 142. P. cretica Re. tor. 2. 156. ad officinalem referri debent. P. judaica Hoffm. deuts. flor. 2. 276. Schk. hand. t. 346. Lam. ill. t. 853. f. 2. Ic. Boc. sicul. t. 24. f. A. a. Matt. 707. f. 1. Dalech. lug. 1241. Zannichel. ist. t. 272. Lam. ill. t. 853. f. 1. Bull. herb. t. 199. Curt. lond. fas. 4. t. 63. ed. 2. 3. t. 39. Engl. bot. t. 879. Fl. med. t. 263. Fl. vere. Si in terra pingui vivit herba procera est et folia magna sunt, si vero super muris malignius crescit folia exigua subrotunda etiam sunt et glauca. P. judaica L. non differt nisi foliis trinerviis nervi enim e basi folii prodeunt dum in P. officinali prodeunt longe supra basim e costa centrali. Vulgaris ubique super muris, in ruderatis, sepibus, etc. Kali muriatici et nitrici multum habet. Urinas auget, ideo renes et vesicam expurgat in sabulo nephritico. Utilis etiam est in hydrope praecipue si subacutus est. Optime sumitur decocta in jusculis cum Malva et Oryza. Perperam spernunt illam medici nostrae aetatis. Vitra purgat eximie, et sapor ejus salinus non exiguas vires promittit. Veteres adhibebant in febribus intermittentibus rebellibus praesertim vernalibus, in ulceribus chronicis et sinuosis, in erysipelate et herpete (Cels. de med. lib. 5. cap. 28. 18. contritam et herpeti etiam gravi appositam certissime illum sanare scribit) et tumoribus podagricis: utilem dixerunt in purgandis abdominis obstructionibus, ictero curando et morbo haemorrhoidario.

## 201. VALANTIA.

Herhae annuae pusillae caulibus articulatis tetragonis foliis verticillatis

quaternis pedunculis trifloris brevissimis floribus axillaribus verticillatis albo-virentibus lateralibus masculis trifidis tristaminiferis medio hermaphrodito quadrifido 4staminifero pedicellis tubaeformibus medio fructigero.

1. MURALIS. V. *Foliis obovatis acheniisque subcylindricis echinatis glabris tuba media erectiuscula lateralibus recurvatis caule tenui simpliciusculo prostrato.*

Ic. Morison s. 9. t. 21. f. 2. Columm. ecphr 297. Sab. hor. rom. 1. t. 83. Sibt. fl. gr. t. 137. Tuba media longior utplurimum monosperma. Fl. vere. In agro *nic.*

2. HISPIDA. V. *Foliis obovato-ellipticis ciliatis acheniisque subcylindricis echinatis scabris tuba media fertili turgida lateralibus attenuatis omnibus recurvatis caule stricto erecto ramoso villoso.*

V. aculeata. Ten. ap. 4. 33. est. var. V. muralis. Ic. Gaertn. de fruct. I. t. 24. f. a. A-F. Sibt. fl. gr. t. 138. Procerior praeced. Caulis etiam simplex tuba media ul plurimum dispermia. Fl. vere. In agr. *nic.*?

## 202. BUFFONIA.

TENUIFOLIA. B. *Herba annua caulibus caespitosis articulatis articulis incrassatis erectis strictis alterne ramosis teretibus raro pedalibus foliis op positis basi membranacea connatis filiformibus basi dilatatis trinerviis glabris appressis imis elongatis supremis brevissimis margine scariosis floribus albis paniculatis pedunculis unifloris apice incrassatis sepalis margine membranaceis trinerviis nervis apice conniventibus petalis calyce capsulaque obovata brevioribus seminibus compressis muricatis.*

B. annua. Cand. fr. 4. 768. Lam. ill. t. 87. f. I. B. perennis Pour. act. tolos. 3. 309. Lam. l. c. t. 8, f. 2. sunt varr. Ic. Magnol. monsp. 97. t. 15. Pluk phyt. t. 75. f. 3. Engl. bot. t. 1313. Gaertn. de fruct. t. 129. Fl. vere. In arvis agri *nic.*: in valle *Ouis* et *Queiras.*

## 203. HYPECOUM.

PROCUMBENS. H. *Herba annua glabra pusilla raro usque pedalis caule prostrato basi nudo striato tereti simpliciusculo foliis radicalibus pinnatis foliolis pinnatifidis laciniis lanceolato-linearibus superioribus alternis pinnatifidis pedunculis corymbosis aliis nudis aliis medio unifoliatis sepalis petalis minoribus petalis luteis trilobis externis majoribus dorso glabris interioribus minoribus trifidis lacinia media dentato-ciliata conduplicata siliquis compressis articulatis arcuatis.*

Ic. Clus. hist. l. 5. 93. Lob. ic. t. 744. Lam. ill. t. 88. Sibt. fl. gr. t. 155. Fl. primovere. In *Liguria* praesertim olivetis circa *Albengam*

## 204. MORUS.

a. *Floribus monoicis.*

1. ALBA. M. *Foliis basi inaequalibus cordatis lobatis serrato-crenatis glabriusculis amentis femineis pedunculum subaequantibus perigoniis margine stigmatibusque breviter papillosis glabris floribus monoicis.*

Ic. Gaertn. de fruct. t. 126. f. 6. Schk. hand. t. 290. Cortex albo-cinereus senio rimosus, rami rectiusculi. Fructus albi vel rubri, vel nigri, dulces insipidi nauseosi. Folia apud nos scabrida minus in plantis cultis. Arbor ramosa ramis patulis, ubique culta ad Bombicem Mori alendam. Etiam spontanea in dumetis et sylvis, et circa domos in pagis.

aa. *Floribus dioicis.*

2. NIGRA. M. *Foliis basi aequalibus cordatis vel cordato-ovatis raro subquinquelobis serratis vel raro inciso-dentatis supra asperis subtus hispidis amentis femineis subsessilibus pedunculum longe superantibus perigoniis margine stigmatibusque hirsutis floribus dioicis.*

Ic. Blackw. t. 126. Regnault bot. Ludwig. ect. t. 114. Duham. arb. 2. t. 8. et arb. fruit. 161. t. 1. Lam. ill. t. 762. ubi male perigonia et stigmata glabra sunt. Arbor facie omnino dissimilis a priore. Cortex fusco-cinereus laevis etiam senio, rami tortuosi implexi capitulum faciunt. Folia brevi petiolata crebra densa obscure virentia tactu aspera. Fructus crassi subsessiles erecti primum rubri acidi demum nigri grate aciduli, et salubres. Folia plerumque integra sunt. Gemmae breves crassae serratae. Flores raro monoici sunt. Fructus gratissimi et saluberrimi. Perperam apud nos neglecta est. Vidi cultam circa *Gignod* supra *Augustam praetoriam.* Fructus initio septembris rubri erant et acidissimi acido tamen grato. Fructus numerosissimi maturi alvum laxant: cortex radicis amarus purgat alvum et obstructiones viscerum sanat. — Morus multicaulis Perottet (in an. Soc. Lib. par. 1824 et in an· de Fromont janv. 1830.

cum ic. Hodie jure neglecta est, quamquam multis laudibus cumulata fuit. Talpae et mures radices absumunt et plantam interficiunt. Folia malum alimentum praebent Bombyci seriferae, et quamquam taleis facile multiplicatur non interest super illam Morum albam inserere. Lignum enim illius molle est, cito perit, et talpis muribusque vastatum. Audiendi itaque non sunt qui hanc speciem prae aliis impense laudaverunt. Ic. Matth. com. 217 et Dalech. lugd. 320. f. 1. M. nigram bene pingunt.

## 205. BUXUS.

SEMPERVIRENS. B. *Arbuscula sempervirens glabra a basi ramosa ramis ramosis ligno luteolo duro ponderoso cortice luteo-cinereo senio rimoso foliis oppositis ovatis oblongis integerrimis nitidis coriaceis subtus pallidioribus petiolis margine pilosiuscolis floribus axillaribus fasciculatis antheris ovatis luteis perigonio ocrholeuco longioribus capsulis subglobosis viridibus seminibus atris.*

B. arborescens. B. suffruticosa. B. myrtifolia Lam. encicl. 1. 511. sunt varr. Ic. Mattiol. com. 161. f. 1. Dalech. lugd. 164. Ludw. ect. t. 4. Lam. ill. t. 761. Schk. hand. t. 287. var. procerior graviorem spirat odorem. Folia hyeme rubida fiunt. Fructus autumno etiam rubentes sunt. Fl. primovere. Ubique cultus in sepibus et hortis. Sponte nascitur in montibus *Sabaudiae* praecipue circa *Aix:* secus vineas in agro *segusiano*: in montibus *Liguriae*. Sylvae etiam ex eo sunt inter *Garexium* et *Ormeam*, inter *Robilant* et *Roccavion*. Lignum ceteris nostris ponderosius. Solum enim ex europaeis aquae fundum petit. Decoctum sudores movet atque utilissimum in syphilide inveterata et rheumaticis doloribus diuturnis et rebellibus, ut Guajacum ( Amat. Lusit. cur. med. cent. 2. cur. 95. cent. 3. cur. 4. cent 6. cur. 80.) Primus Matthiolus (com. 161) Amatum Lusitanum refellit, qui idem cum Guajaco esse scripserat. Nostra aetate perperam obsolevit. Folia pulverata parva dosi purgant vehementer alvum, ut sanguis etiam demum profluat, et inflammatio intestinorum succedat. Jure itaque, cum meliora suppetant, in desuetudinem abierunt. Decocto eorum capillos, si deciderunt, reverti scripsit Lentil (jatrom. 198. et ephem. nat. cur. dec. 2. an. 2. 350) ab Halleri testimonio etiam suffultus (hist. stirp. helv. 2. 283). Quod verum est si pili ob morbum acutum praegressum defluxerunt: in vera calvitie tamen quae senectutis comes est, neutiquam. Vidi tamen, et experientia multiplici comprobavi capillorum defluxionem sistere. Vidi etiam alopecia sublata eorum regenerationem adjuvare. — Pecoribus nocet, camelis letum affert pabulum ceterum illis gratum. Delectatur umbra. Post imbrem gravius olet.

## 206. ILEX.

AQUIFOLIUM. I. *Arbuscula sempervirens glabra speciosa, longaeva ramosa ligno duro ponderoso albo cortice cinereo plumbeo, laevi foliis ovatis acutis undulatis nitidis lucidissimis integerrimis vel dentato-spinosis supra laevibus vel spinosis corymbis axillaribus floribus subsessilibus albo viridulis bacca subrotunda coccinea, raro crocea.*

Ic. Matth. com. 142. Dalech. lug. 147. Blackw. t. 305. Fl. dan. t. 508. Lam. ill. t. 89. Plenck ic. t. 72. Engl. bot. t. 496. Fl. med. t. 197. Folia alterna laurifolia in ramis antiquioribus integra. Flores primordiales saepe imperfecti sunt masculis mixti, posteriores hermaphroditi. Stamina corollam aequant. Filamenta alba. Antherae luteae subrotundae parvae. Stigmata rubida brevissima. Cortex ramorum viridis. Var. echinata foliis supra infraque spinosis ex America migravit in hortos nostros et perstat immutata. Forte species diversa est. Ex cortice ejus Viscum extrahunt et conficiunt ad aucupia. Fl. vere. In montibus circa *Eporediam* quibus fructus ad *Duriam Baltheam* allati plantam in planitiem depulerunt. Unde inveni circa *S. Agatham* (*Santià*) aliisque locis in agro *vercellensi*: in montibus *Valdensium*, *Sabaudiae*, agri *nic. albensis*, *segusiani*, etc.

## 207. SAGINA.

### a. *Radice perenni.*

1. PROCUMBENS. S. *Ramis prostratis radicantibus foliisque subulatis glabris pedunculis solitariis post anthesim reflexis foliolis calycinis ovatis margine scariosis corolla longioribus.*

Ic. Seg. veron. 1. t. 5. f. 3. Lam. ill. t. 90. Arduin. spec. alter t. 8. f. 2. Curt. londin. fas. 3. t. 12. ed. 2. 3. t. 40. Engl. bot. t. 880. Pluck. t. 74. Lind. hor. alsat. t. 8. Caules caespitosi no-

dosi teretes ramosi vix spithamei. Petala, si quae adsunt, alba, aliquando desunt. Capsula oblonga obtusa diaphana calycem superans. Semina parva margine diaphana ferruginea rugulosa. Fl. vere. Super muris et ruderibus, locis umbrosis et muscosis subhumidis passim. Candol. fr. 4. 769. et Koch syn. 118. annuam dicunt.

aa. *Radice annua.*

2. APETALA. S. *Caule suberecto ramis pubescentibus foliis subulatis basi ciliatis pedunculis post anthesim erectis calycibus obtusis petalis obsoletis.*

Ic. Bonan. panph. t. 91. Arduin. sp. alt. t. 8. f. 1. Curt. l. c. fas. 5. t. 14. ed. 2. I t. 18. Engl. bot. t. 881. Caules plurimi ramosi, ramis dichotomis. Petala aliquando adsunt brevia tamen et emarginata. Pedunculi elongati pilosi. Herba aliquando omnino glabra. Semina linea nigra cincta. parum differt a super. Fl. vere. Vulgaris super muris vetustis et maceriis atque in arvis et pascuis etiam humidiusculis arenosis.

### 208. MÖNCHIA.

QUATERNELLA. Ehrh. beitr. 2. 177. M. *Herba glauca annua palmaris glaberrima caule erecto stricto subsimplici uni-bifloro nodoso foliis connatis lineari-lanceolatis cuspidatis integerrimis uninerviis pedunculis nudis elongatis sepalis lanceolatis acutis concavis margine scariosis petalis oblongis venosis albis calyce brevioribus capsula subcylindrica seminibus reniformibus scabris.*

M. glauca. Pers. ench. 1. 153. Curt. lond. ed. 2. 1. t. 19. M. erecta Smith. brit. 1. 241. Cerastium tenue. Viv. fl. cors. diagn. 7. Sagina erecta. L. sp. 185. Curt. l. c. fas. 2. t. 12. Engl. bot. t. 609. Alsinella erecta Moench. meth. 222. M. octandra mihi videtur var. *floribus octandris caulibus majoribus multifloris.* Ic. Vaill. par. t. 3. f. 2. Barrel. ic. 1065. f. 2. Rajus. syn. t. 15 f. 4. Facies Cerastii. Fl vere. Vulgaris in pascuis et arvis arenosis praesertim collinis. In collibus *taurinensibus*, etiam circa urbem prope arcem. etc.

### 209. RADIOLA.

MILLEGRANA. Smith. br. 1. 202. *Herba annua vix palmaris glabra caule inferne nudo dichotomo ramosissimo ramis erecto-patulis subfastigiatis foliis oppositis parvis sessilibus ovato-subrotundis integerrimis floribus solilariis terminalibus axillaribusque imis longe pedunculatis supremis subsessilibus petalis obovatis albis sepala aequantibus capsula octo-sulcata seminibus ovatis, ellipticis compressis laevibus nitidis.*

R. linoides Gmel. syst. I. 289. Linum Radiola L. sp. 402. Fl. dan. t. 178. Ic. Vaill. paris. t. 4 f. 6. Rayus. syn. t. 15, f. 3. Michel. gen. t. 21. Engl. bot. t. 893. Fl. vere. Secus *Sturam*. locis declivibus et humidis in agro *taur.* in sylvis castanearum collium *albensium*, in oris lacus *Eporediae*. Ego legi in collibus arenosis *Pratolungi* in castanetis.

### 209 *bis*. BULLIARDA.

Cal. quadripartitus. Petala. 4. Squamae lineares ad basim petalorum. Folliculi 4. polyspermi intus dehiscentes.

VAILLANTII. Cand. bullet. phil. n. 49. B. *Herba annua subcarnosa palustris vix tripollicaris caule inferne radicante tereti ramoso ramis dichotomis foliis subcarnosis oblongis acutis brevibus sessilibus oppositis integerrimis floribus parvis solitariis axillaribus pedunculatis pedunculis nudis folio longioribus petalis roseis calycem excedentibus folliculis oblongis compresso-turgidis seminibus exiguis oblongis.*

Tillaea aquatica. Lam. ill. t. 90. T. Vaillantii W. sp. 1. 720. Ic. Vaill. par. t. 10. f. 2. Fl. vere. In *Liguria occidentali* a *Loano*, secus flumen. T. aquatica L. sp. 187. differt *floribus brevissime pedicellatis vel sessilibus.*

### 210. POTAMOGETON.

Herbae perennes aquaticae submersae vel fluitantes caulibus ramosis floribus parvis spicatis spicis pedunculatis in anthesi emersis

a. *Foliis superioribus natantibus difformibus.*
b. *Foliis omnibus petiolatis.*

1 NATANS. P. *Foliis submersis lineari-lanceolatis superioribus natantibus ovato-oblongis subcordatis nervosis subcoriaceis opacis spicis crasse pedunculatis pedunculis aequalibus nuculis dorso acute carinatis.*

Var. *foliis natantibus oblongis* quae est P. fluitans Roth. germ. 1. 72. Flor. dan. t. 1450. Hook. fl. lond. ed. Grav. vol. 5. t. 9. — P. petiolare Presl. del. prag. 151. Ic. Lam. ill. t. 89. Fl. dan.

t. 1025. Engl. bot. t. 1822. Mill. ill. t. 11. Herba glabra, radix longissima, caulis elongatus teres reptans in fundo aquarum, alterne ramosus. Folia submersa tenera cito marcescentia. Petioli infra stipulati stipula scariosa. Pedunculi supra folium stipulati subspica constricti solitarii axillares et terminales. Flores virentes. Nuculae ferrugineae stylo rostrato apiculatae. Fl. vere. Vulgaris in oryzetis et oris lacuum et fluviorum quorum aquae lente moventur.

bb. *Inferioribus longe petiolatis superioribus fasciculatis sessilibus.*

2. AUGUSTANUS. Balb. misc. bot. 14. t. 3. P. *Foliis inferioribus longissime petiolatis ovato-lanceolatis superioribus confertis sessilibus linearibus omnibus pellucidis nervosis venosis spica subsolitaria longissime pedunculata.*

P. distachyon. Bellard. stirp. nov. 3. Caulis filiformis teres superne ramosus. Stipula intrafoliacea lanceolato-linearis canaliculata amplexicaulis dorso viridula marginibus scariosis albis vel roseis. Fl. vere. Invenit Balbisius in stagno inter *Loyaz* et *Bronaz* in valle *Augustae praetoriae*. Probabili conjectura est var. P. graminei assentiente etiam cl. Kochio syn. 778.

bbb. *Foliis inferioribus sessilibus sup. petiolatis.*

c. *Pedunculis aequalibus.*

3. OBLONGUS. Viv. an. bot. 1. p. 2. 162. P. *Foliis immersis lineari-lanceolatis brevibus teneris, natantibus subcoriaceis oblongo-ellipticis petiolo multo brevioribus stipulis obtusis spicis longe pedunculatis pedunculo tenui nuculis dorso convexis ecarinatis.*

P. natans. Sturm. deuts. flor. 1. abth. 9. hest. P. natans e Rohl cum. Mert. etc. deuts. fl. 1. 839. Ic. Viv. fl. ital. fragm. 1. t. 2. Cham. et Schlech in Linnaea 2. 214. t. 6. f. 19. Herba repens pusilla: Fl. vere. In rivulo retro *Pegli* in alpibus *della Scaggia* in *Liguria occidua.*

4. RUFESCENS. Schrad. ap. Roem. et Schult. 3. 510. P. *Foliis obtusis inferioribus sessilibus lanceolatis trinerviis membranaceis pellucidis superioribus obovato-oblongis in petiolum folio breviorem attenuatis subopacis pedunculos subaequantibus spicis solitariis axillaribus caule tereti simpliciusculo superne rubro nuculis lenticularibus acutis margine attenuatis*

P. obtusus Gand. fl. helv. 1. 468. t. 4. P. obscurum. Cand. fr. 5. 311. P. annulatum Bellard. stirp. nov. 3 t. 1. f. 2. P. alpinum Balb. misc. bot. 13. P. fluitans Smith. Engl. bot. t. 1286. Ic. Reich. icon. t. 184 f 322. Sepala rubida. Stipula concolor, laxa, lanceolata, concava. Fl. vere. In alpibus vallis *Augustae praetoriae* praesertim in lacu *di Chamonet* et in lacusculo *di Brona.*

cc. *Pedunculis superne incrassatis.*

5. HETEROPHYLLUS. Schreb. spic. 21. P. *Foliis acutis inferioribus sessilibus lanceolatis recurvatis membranaceis superioribus oblongis petiolatis subcoriaceis pedunculis superne incrassatis fistulosis spicis axillaribus solitariis longe pedunculatis stipula abreviata scariosa caule tereti repente flexuoso ramosissimo ramis alternis nuculis carinatis.*

P. gramineus All. ped. n. 882. Re. fl. taur. 1. 409. Huc trahit Sprengel P. gramineum. Oed. fl. dan. t. 222. Roth. germ. 1. 74. P. hybridum. Petag. inst. 2. 289. et Thuill. par. 86. Ic. Engl. bot. t. 1285. Verum P. gramineus Oed. folia habet omnia lineari-lanceolata et sessilia. Sed folia difformia in herbis palustribus charactheres praebent minime firmos. Forte est var. P. natantis. Species hujus generis confusae et haud rite determinatae sunt. Plantae enim sunt valde ludibundae. Ideoque qui species exacte determinaverit et circumscripserit is erit mihi magnus Apollo. Vulgaris in ripis *Padi*: in rivulis circa *Taurinum*: prope *Villam Reginae*, *Caselle*, *Venaria*, etc. in oryzetis, etc. Fl. aest. Probabili conjectura est. var. P. graminei L.

aa. *Foliis submersis omnibus conformibus*

b. *Caule subcompresso.*

6. CRISPUS. P. *Caule compressiusculo ramoso foliis obtusis lanceolatis serratis undulatis sessilibus trinerviis pedunculis aequalibus nuculis longe rostratis stipula brevissima lacera.*

P. serratus Huds. angl. 75. Poir. enc. 5. 581. etiam Linnaei sp. 183? Ic. Lob. 286. Clus. pann. t. 714. 715. Fl. dan. t. 927. Engl. bot. t. 1012. Curt. lond. fas 5. t. 15. ed. 2. 2. t. 20. Folia aliquando integra sunt. Spiculae cylindricae longe pedunculatae pedunculis axillaribus emersae. Sepala virentia aliquando rubentia margine undulata Caulis superne rubidus dichotomus.

Fl. vere exeunte. Vulgatissimus locis palustribus, fossis oryzarum, oris lacuum, amnium, fluviorum, etc.

bb. *Caule tereti*
c. *Nuculis rostratis dorso carinatis.*

7. DENSUS. P. *Foliis tri-quinquenerviis confertis oppositis ovatis acuminatis amplexicaulibus integerrimis subundulatis distichis pedunculis abbreviatis paucifloris demum reflexis nuculis rostratis carinatis caule dichotomo basi repente stipulis brevissimis.*

P. setaceus Poir. encicl. 5. 580. Ic. Bahuin. his. 3. l. 38. 777. Bonan. pamph. t. 149. Fl. dan. t. 1261. Engl. bot. t. 397. Caules dense foliati foliis patentissimis. Sepala pallide viridula. Spica plerumque quadriflora etiam biflora. Vulgaris in oris et ripis fluviorum, amnium, etc. ubi aquae lente moventur. In Pado', Ticino, etc. Fl. vere exeunte. Huc P. oppositifolius Cand. fr. 3. 186. et P. serratus L. sp. 183 videntur pertinere.

cc. *Nuculis echinatis laevibus obtusis.*
d. *Pedunculis incrassatis.*
e. *Foliis membranaceis diaphanis.*

8. LUCENS. P. *Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis basi attenuatis margine scabris diaphanis brevi petiolatis multinerviis pedunculis elongatis superne incrassato-ventricosis spica multiflora coarctata stipulis longis laxis concoloribus basi amplexicaulibus lanceolatis canaliculatis nuculis semiovoideis turgidis dorso convexis ecarinatis obtusis caule tereti superne ramoso.*

P. serratum. Web. prim. fl. hols. 16. P. proteus. A. lucens Cham. et Schl. in Linnaea 2. 197. P. acuminatum Sch. saell. 1 49. est var. *apice acuto spinaeformi*, quam non vidi. Ic. Fl. dan. t. 195. et 1635. Engl. bot. t. 376. Dodon pempt. 582. Folia nitida aliquando pedalia aliquando angustissima superiora quandoque natantia. Sepala fusco-virentia. Fl. vere. In oris lacuum d'*Azeglio, di Avigliana* et *Verbani*, ecc.

ee. *Foliis densis coriaceis.*

9. SERRATUS. P. *Foliis elongatis oppositis oblongo-lanceolatis subundulatis coriaceis trinerviis pedunculis incrassatis elongatis fructibus obtusis ecarinatis caule teretisimpliciusculo basi repente stipulis brevissimis integris.*

Fl. vere. In lacubus agri *canap.* in lacu montis *Cenisii*: in fossis oryzarum. Videtur var. P. densi.

dd. *Pedunculis aequalibus.*

10. PERFOLIATUS. P. *Foliis cordato-ovatis amplexicaulibus obtusis margine crispis pedunculis crassis aequalibus foliis longioribus stipulis brevissimis scariosis amplexicaulibus obtusis caule tereti crassiusculo basi repente ramosissimo.*

P. Loeselii. R. et Schult. syst. 3. 508. Loesel. prus. t. 65. Ic. Svers. bot. t. 580. Fl. dan. t. 196. Engl. bot. t. 168. Nuculae subpyriformes virentes. Folia ima approximata dense bifariam imbricata omnia pellucida, fragilia, venosa glaberrima. Spicæ fuscæ, erectæ, breves. Sepala inflexo-conniventia, basi distantia. In fontibus et fossis: in oris lacuum e. g. di *Viverone* et oris ripisque fluviorum *Padi*, *Ticini*, etc.

aaa. *Foliis linearibus sessilibus conformibus.*
b. *Caule complanato.*
c. *Nucibus carinatis.*

11. COMPRESSUS. P. *Foliis linearibus nervosis mucronatis basi biglandulosis caule compressiusculo immerso fructibus carinatis.*

Ic. Engl. bot. t. 418 Fl. dan t. 203. Loes. prus. t. 66. Caulis flexuosus. Folia pallide læteque virentia alterna subpedunculis ut in aliis opposita angusta integerrima. Stipulæ foliis latiores complanatæ vel angulato-depressæ sæpius obtusæ et subindæ bifidæ. Pedunculi complanati emersi floribus 4-6 per paria distantibus. Smith. Fl. vere exeunte. Ad lacus canapicienses. ubi aquæ inundarunt, sed forte est Zosteræfolius ad quem refert Bertol. syn. Allionii.

cc. *Nucibus ecarinatis.*

12. ZOSTERAEFOLIUS. Schumacher. enum. 1. 50. P. *Caule ramoso fluitante complanato foliaceo foliis longissimis linearibus nervosis mucronatis basi eglandulosis stipula oblonga canaliculata libera scariosa apice lacera spicis cylindricis pedunculo brevioribus nuculis semi ovatis lateraliter compressis rostello brevi recurvo ecarinatis.*

P. cuspidatus. Smith. brit. 1. 234. P. complanatus. W berl. mag. 1809. 297. P. compressus All. ped. 1. 240? Ic. Reich. icon. t. 175. f. 308. Engl. bot. t. 2685. Cham. et Schl. in Linnaea 2. t. 4. f. 10. Fl. dan. t. 1864. Stipulae imae obsoletae supernae latiores foliis summae spathaceae spicas juniores involventes. Spicae multiflorae usque

pollicares axillares terminalesque pedunculatae pedunculis spica longioribus. Sepala virentia subrotunda. Fl. aest. Ego legi in fossis profundis et stagnis *Bennae* loco dicto il *Prà del Bosco*: et si ad P. compressum All. est referendus ad oras lacuum agri *canapiciensis*. Cl. Kochius syn. 780. P. compressi varietatem habet: forte non iniúria.

bb. *Caule compressiusculo, nucibus ecarinatis.*

13. PUSILLUS. P. *Foliis linearibus nervosis setaceis basi biglandulosis caule compressiusculo filiformi fluitante ramoso stipula scariosa canaliculato-convoluta foliis latiore inferne obsoleta nuculis ovoideis ecarinatis.*

P. gramineum. Savi pis. 1. 194. Ic. Vaill. paris. t. 32. f. 4. Loes. pruss. t. 67. Engl. bot. t. 215. Fl. dan. t. 1451. Herba spica excepta immersa. Pedunculi terminales elongati, spica parva densa pauciflora longiores. Flores parvi virentes. Fl. aest. In fossis ubi aquae fere immotae sunt, oryzarum, oris lacuum, fluviorum, amnium, etc.

aaaa. *Foliis linearibus vaginantibus conformibus.*

14. PECTINATUS. P. *Foliis lineari setaceis uninerviis venosis basi vaginantibus distichis spicis longe pedunculatis interruptis caule tereti fluitante ramosissimo dichotomo stipula scariosa vaginæ foliorum adnata oblongo-lanceolata nuculis obsolete carinatis majusculis semiovoideis.*

P. marinus L. sp. 184. All. ped. 1. 240 P. Vaillantii R. et Schult. syst. 3. 54. Ic. Vaill. paris. t. 32. f. 5. Engl. bot. t. 323. Flor. dan. t. 1476. Boccon. sic. t. 20. f. V. Si aqua constans est herba immersa et nisi aqua immota sit flores non profert. — Maxime variabilis: in lacubus profundis filiformis debilis foliis remotis pedunculis longissimis: in fluviis fluitans foliis distichis longioribus confertioribus: in stagnis salsis scopaeformis erectus dense foliosus vaginis foliorum magnis albidis scariosis. — Chamis. adnot. ad Kunth flor. berol. 8. Nuculae 1-2 in flore plerumque abortivae. Flores maiusculi virentes. Fl. aest. In oris lacuum montis Cenisii, in ripis et oris *Padi* et *Ticini* ubi aquae fere immotae sunt. Nel *Pò morto* prope *Moncalieri*: apud *Sarzanam* in paludibus di *Marinella* et in *canale di Casano*, etc.

## 211 RUPPIA.

MARITIMA. R. *Herba annua facie Potamogetonis pectinati caule usque bipedali immerso fluitante tereti filiformi flexuoso ramosissimo foliis lineari-setaceis vaginantibus serrulatis uninerviis summis binis oppositis spataceis (quorum vaginulae contiguae ut spathae spiculam sessilem florentem continent) spiculis subquadrifloris emersis solitariis terminalibus demum longe pedunculatis nuculis pedicellatis erectis oblique rostellatis.*

Ic. Michel. gen. t. 35. Rajus syn. t. 6. f. 1. Pluk. phyt. t. 248. f. 4. Lam. ill. t. 90. Gaertn. de fruct. 2. t. 84. Svens. bot. t. 650. Poir. pl. d'Eur. 2. t. 9. Fl. dan. t. 364. Lightf. scot. t. 8. f. 1. Curt. lond. ed. 2. 4. t. 20. Engl. bot. t. 136. Spiculae sessiles vaginis contiguis foliorum terminalium continentur. Nuptiis peractis spiculae subquadriflorae emersae pedunculo spirali elongato protruduntur, quo retrahuntur in aquam indeque in limum si aqua subsidet. Herba vere annua est verum multiplicatur tuberculis bulbiformibus in imo caule nascentibus qui demum radices proferunt et tunc deserunt matrem jamjam morituram. Quod et in Rhiucosphora bulbifera mea evenit. Flores polygami vel monoeci sunt. Stamina aliquando octo. Floret vere. Vulgaris in stagnis maritimis vel salsis et in litore maris *nicaensis*.

# CLASSIS QUINTA.

## PENTANDRIA

## 212 PLUMBAGO.

EUROPAEA. Pl. *Herba perennis glabra caule angulato striato usque tripedali ramosissimo, ramisque alternis patentibus foliis scabris subciliatis inferioribus obovatis petiolatis superioribus ovato-lanceolatis sessilibus basi sagittato-amplexicaulibus floribus spicatis violaceis spica brevi densa terminali bracteis ternis lanceolatis intermedia majore.*

Ic. Columm. ecph. 161. Clus. hist. I. 5. 124 Sab. hor. 2. t. 39. 40. Plenck ic. t. 95. Moris s. 15. t 1. f. 2. Schk. hand. t. 36. J. S. Hilair. fl. r. 2. L. t. 5. Lam. ill. t. 105. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 191. Fl. med. t. 149. Folia suprema linearia, omnia subundulata subtus pallidiora. Bracteae aliquando margine

glandulosae. Corollae quandoque rubidae. Fl. aest. et aut. *Genuae* sub muro oppidi prope *la foce*; in collibus *Liguriae occiduae* a *Laigueglia*, etc. Est *Tripolium* Dioscoridis ( mat: med. l. 615 ). Qui florem eius ter in die colorem mutare perhibet, cum sit mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus. Radicem in vino decoctam aquam hydropicorum per alvum, et urinam subducere scripsit. Radix quae acris est, et Pyretrum aemulatur dentibus contrita illorum dolores etiam a carie sedat ( J. Bah. his. pl. 2. 941 ). Stirps omnis acris est cum oleo olivarum decocta scabiem sanat si cum eo pustulae scabiosae illinantur. Etiam valere in ulceribus cancrosis sanandis si folia oleo olivarum infusa demum cancro imponantur, scriptum est. Quo fit ut ulcus purgetur et carnes mortuae a sanis separatae demum excidant, et bono pure suffecto ulcus sanetur. Cuti imposita illam cito exulcerat. Quae indicant in morbis cancrosis tincturam eius spirituosam, cuius gutta una singulo mane in poculo aquae sumatur, utilissimam forte fore. Quae probabili coniectura melius dicenda sunt de speciebus Indiae orientalis indigenis Pl. rosea. L. Pl. scandente L. et Pl. Zeylanica L. quae acerrimae sunt.

## 213. CERINTHE.

a. *Foliis denticulato-ciliatis scabris.*

1. ASPERA. Roth. cat. I. 33. Cer. *Foliis oblongis obtusis denticulato-ciliatis. calloso-punctatis corollae limbo campanulato-ventricoso dentibus brevissimis acutis reflexis, caule simpliciusculo glabro.*

C. major. All. ped. 1. 51. C. maior. b. L. sp. 196. procul dubio cum majore conjungenda. quamquam W. scribit cultura prestare. C. aspera ex Roth, et W. cor. habet cylindricas neutiquam apice ventricosas: nostra vero contra. Ceterum folia laevia esse possunt, et caulis valde ramosus et stamina fauce corollae paulo breviora quin alteram speciem constituat. Icc. itaque indiscriminatim adiuco. Ic. pro C. aspera juxta Bert. fl. ital 2. 319. Sab. hor. rom. l. t. 12 Clus. hist. l. 5. 167. Reich. icon. t. 740. f. 983. Sibt. flor. gr. t. 170. — C. majoris Moris s. 2. t. 29. f. 1. 2. Mill. ic. t. 91. Trattin. austr. t. 64. Caulis usque bipedalis aliquando hispidus. Folia ima spathulata in petiolum attenuata. Cor. sulphureae fauce aliquando rubro-maculatae. Etiam purpureae esse possunt. Fl. vere.

aa. *Foliis integerrimis glabris.*

2 MINOR. Cer. *Caule solitario ramoso, foliis cordato-ovatis integerrimis glabris corollis quinque fidis laciniis conniventibus.*

C. maculata. All. ped. 1. 51. var: *cor. fauce rubro-punctata* Reich. icon. t. 309. f. 482. — Ic. Clus. l. c. 148. Jacq. a. t. 124. Reich. l. c. t. 308. f. 481. Minor prioris. Caulis usque bipedalis ramosus glaber. Fl. aest. Circa *Novasi* in *Monteferrato*: etiam circa *Segusium* et *Taurinum*: in monte *Cenisio*: etiam circa *Cherium*: in alpibus siccis di *Rima, Rimella*. Prior vere nascitur in pascuis subalpinis alpium *Cottiarum*: in alpibus *Valdensium* circa *Roderet* et in valle *Formazza* prope *Salecchio*. Herbae biennes.

## 214. HELIOTROPIUM.

EUROPÆUM. H. *Herba annua villosiuscula caule erecto dichotome ramoso pedali et ultra foliis subovalibus integerrimis punctato-villosiusculis subtus venosis spicis ebracteatis novellis spiralibus lateralibus solitariis terminalibus conjugatis calycibus fructus patentibus corolla alba extus pilosa fauce luteo-virente.*

Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 33. Boccon. sic. t. 49. f. D. E. Lam. ill. t. 91. f. 1. Jacq. a. t. 207. Plenck ic. t. 74. Flores inodori. Fl. aest. et aut. Vulgare in arvis et aggeribus.

## 215. ONOSMA.

MONTANUM. Sib. fl. gr. prodr. 1. 121. O. *Herba perennis radice lignosa extus rubra intus alba caulibus aggregatis superne ramosis usque pedalibus foliis lanceolatis obtusiusculis lepidoto-stellulatis canescentibus hispidis pilis basi callosis stellatis floribus racemosis corollis sulphureis pendulis nucibus ovoideo-triquetris laevibus nitidis albidis fusco-punctatis lapideis.*

O. echioides. All. ped. 1. 51. O. stellulata. W. et Kit. hung. 2. 189. t. 173. O. canescens Presl. fl. sic. 1. 34. Ic. Zannichel. ist. t. 231. Sab. hor. rom. 2. t. 32. Column. ecphr. 183. Var. *foliis linearibus margine revolutis* est O. cinereum. Sieb. apud R. et Sch. syst. 4. 749. O. angustifolium Lehm. asper. 2. 361. Fl. aest. Sub hac specie junga var. a. et. b. Lin. sp. 196. quae postremo

est. O. echioides. Sibt. fl. gr. 2. 61. tab. 172. Quae ut mihi videtur non differt nisi *habitu grandiore foliis maioribus spathulato-oblongis*. Frequens in valle *Augustae Praetoriae*: in collibus agri *astensis* et *nicaens*. Circa *Segusium*, etc. etiam in rupibus collium di *Fara*, *Romagnano*, *Maggiora* in agro *novar*.

216. LITHOSPERMUM.

a. *Fruticosa.*

1. FRUTICOSUM. L. *Caule fruticoso erecto ramosissimo foliis linearibus obtusiusculis revolutis strigoso-hispidis subtus incanis corollæ tubo triplo calycem excedente nuculis ovoideis obtusis glaberrimis nitidis spadiceis lapideis.*

Var. habeo. L. rosmarinifolium. Tenor. neap. 3 178. t. 114. *Foliis lanceolato-linearibus corollis extus totis sericeis*. Huc itaque Sib. fl. gr. t. 161. Boccon. sic. t. 40. f. 4. et tab. 41. f. A. B. Lindl bot. reg. t. 1736. L. graminifolium b. R. et Sch. syst. 4. 47. L. fruticosum B. Lehm. asp. 2. 302. Ic. Garid. Aix. t. 15. Barrel. ic. t. 1168. Frutex usque bipedalis erectus caespitosus. Flores racemosi, racemis terminalibus solitariis brevibus bracteatis bracteis calycem superantibus. Cor. grandis infundibuliformis extus pubescens primum rubens demum violacea. Floret hyeme, et vere. Circa *Niceam*? Planta Birolii (acon. I. 57.) aliena videtur.

aa. *Herbacea.*
b. *Strigosa pilosa.*
c. *Floribus pallidis luteis flavis.*
d. *Nucibus lævibus: radice perenni.*

2. OFFICINALE. L. *Caule erecto ramosissimo foliisque lato-lanceolatis acutis trinerviis venosis scabris substrigosis corollæ tubo calycem aequante nuculis ovoideis lucidis glaberrimis.*

Ic. Matthiol. com. 600. t. 2. Dalech. lugd. 1176. t. 2. Zannichel. ist tab. 82. Gaertn. de fruct. I. t. 67. f. a. b. c. D. E. F. Blackw. t. 436. Lam. ill. t. 91. Svens. bot. t. 177. Schrad. in com. got. 4. f. 6. Flor. dan. t. 1084. Plenck. ic. t. 75. Engl. bot. t. 434. Radix extus rubens demum fusca. Caulis usque bipedalis. Flores secundi, racemosi, bracteati bracteis ovato lanceolatis flores superantibus. Corollae parvae ochroleucae tubo virente, limbo basi intus gibboso. Nuculae albae. Fl. vere exeunte. Vulgare in arvis.

dd. *Nucibus rugoso-tuberculatis: radice annua.*

3. ARVENSE. L. *Caule erecto ramoso foliis lanceolatis acutiusculis eveniis trinerviis strigosis calycibus corolla subbrevioribus in fructu patulis nuculis rugoso-tuberculatis.*

Rhytispermum. Link. hand. 2. 579. Dietr. fl. bor. t. 318. Spenn. in ic. fl. germ. fasc. 17. Aegonycon. Gray. Arrang. brit. 2. 354. Ic. Columna. ecphr. 185. Riv. mon. irreg. t. 9. Gaertn. de fruct. t. 67. Svens. bot. t. 386. Engl. bot. t. 123. Flor. dan. t. 456. Caulis usque bipedalis parce, et remote ramosus. Racemi pauciflori laxi bracteis lanceolatis longissimis. Corollae ochroleucae gibbere nullo. Nuculae maturae nitidae sordide albae. Flor. vere. In incultis et sterilibus, arvis, etc.

ddd. *Nucibus muricatis: radice annua.*

4. APULUM. Vahl. symb. 2. 32. L. *Caule erecto simpliciusculo foliis confertis lineari-lanceolatis acutis pilosis spicis terminalibus secundis subternis patentibus bracteis lanceolatis nuculis muricatis.*

Myosotis Apula L. sp. 189. M. lutea. Lam. fr. 2. 282. Anchusa lutea. Cav. ex spec. hor. Matr. Ic. Lob. ic. 578. f. 1. Columna. ecphr. 185. Moris. s. 11. t. 28. f. 8. Pluk. phyt. t. 6. f. 5. Sibt. fl. gr. t. 158. Caulis humilis vix dodrantalis scaber. Cor. parva infundibuliformis lutea extus fauceque pilosa. Nuculae roseae nitidae triquetrae lapideae. Fl. vere. In *Liguria occidua*, *al Ceriale*: in arvis et locis incultis et sterilibus agri *nic*. et *uneliensis*.

cc. *Floribus purpureis, coeruleis.*
d. *Herbae.*
e. *Radice extus nigra: nucibus laevibus.*

5. PURPUREO-COERULEUM. L. *Caule sterili repente florifero erecto foliis uninerviis lanceolatis utrinque attenuatis scabris corolla calycem duplo superante nuculis laevibus obtusis.*

L. violaceum. Lam. fr 2. 271. Aegonychon repens. Gray l. c. Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 28. Roem. fl. eur. fas. 8. t. 1. Engl. bot. t. 117. Jacq. a. t. 14. Hook. in flor. lond. ed. Grav. 4. t. 22. Trattin. fl. a. 2. t. 104. Pluk. phyt. t. 76 f. 2. Gmel. it. 2. t. 18. Lod. bot. cab. t. 1766. Lob. ic. t. 458. f. 4. Caules caespitosi usque pedales. Flores racemosi secundi racemis terminalibus

geminis vel ternis foliatis laxis rectis. Bracteae flore longiores. Corolla primum rubens demum coerulea extus fauceque pubescens. Nuces albae. Floret vere exeunte. In sylvis collium et montium, et arvis, et locis incultis, et sterilibus: in agro *nic.* et *aq.* et *taurin.* et *nov.*, etc.

ee. *Radice extus rubra: nucibus muricatis.*

6. TINCTORIUM. Cand. fr. 3. 624. L. *Caulibus caespitosis prostratis ramosis foliisque lineari-lanceolatis obtusiusculis imis petiolatis supremis bracteisque cordatis calloso-hirsutis viridibus, tubo corollae calycem subaequante nuculis incurvis muriculatis.*

Anchusa tinctoria. W. sp. I. 758. Sibt. fl. gr. t. 166. Plenk. ic. t. 80. Viv. pl. Ægypt. dec. 4. t. 18. f. 11. Forte est eadem stirps ac L. tinctorium L. sp. ed. 1. 132. et Anchusa tinctoria L. sp. ed. 2. 192. quae probabili conjectura non differt nisi habitu tomentoso. Et si alii, et majores characteres non subsunt nulla ratione stirpes sejungendae sunt. Huc itaque Anchusa Monspeliaca. J. Bah. hist. 3. 584. et Anch. minor Lobel. advers. 248. — Ic. Andr. bot. repos. t. 576. Caules humiles raro pedales. Cor. primum rubrae demum coeruleae. Fl. vere. In *Liguria occidua a Capo S. Spirito.*

dd. *Suffructex: radice extus rubida.*

7. GRAMINIFOLIUM. Viv. ann. 1. par. 2. 163. t. 14. L. *Caule erecto simplici foliis linearibus elongatis revolutis supra scabris subtus incano-tomentosis floribus corymbosis corymbis nutantibus antheris subexsertis nucibus laevibus acutis.*

Pulmonaria suffruticosa. L. sp. 166. Lith. fruticosum Vitm. sag. 45. et 47. L. graminifolium a. R. et Sch. syst. 4. 47. Ic. Pluk. phyt. t. 42. f. 7. Boccon. sic. t. 41. f. B. C. Viv. flor. italic. fragm. 1. t. 5. ead. Caules caespitosi prostrati breves apice foliosi frutescentes apice caules annotinos totos foliosos gerunt. Bracteae angustae lineares ciliatae flore breviores. Cor. coerulea grandis infundibuliformis. Faux pervia. Nuculae spadiceae glaberrimae lapideae. Fl. aest. In *Liguria orientali?* Certe nascitur in collibus calcareis *lunensibus.*

217. ECHIUM.

a. *Radice annua: genitalibus inclusis: corollis parvis: calyce demum foliaceo.*

1. PARVIFLORUM. Roth. cat. 2. 14. E. *Caule prostrato ramis adscendentibus ramosis foliisque oblongis obtusis strigoso-pilosis calycibus demum maximis foliaceis staminibus corolla parva tubulosa dimidio brevioribus.*

E. calycinum. Viv. fl ital. fragm. 1. 2. t. 4. E. prostratum Tenor. neap. 1. 50. t. 12. E. ovatum. Poir. encicl. 8. 666. Ic. Tilli cat hor. pis. t. 23. f. 3. Cup. panph. 2. t. 44. Cor. calycem ut plurimum vix superant. Caules humiles raro pedales et ultra. Cor. extus hirsuta alba, limbo quandoque coeruleo. Fl. vere. *Al Capo S. Spirito*, *a Finale*, etc., *in Liguria occidua.* Etiam in agro *nic.* arvis mari proximis.

aa. *Radice bienni: calyce immutato.*

b. *Genitalibus exsertis.*

c. *Corollis parvis albis vel pallide coeruleis extus parce villosis.*

2. ITALICUM. E. *Caule simpliciusculo hirsutissimo foliis oblongo-lanceolatis strigoso-hirtis racemo longissimo spiciformi spiculis bifidis abbreviatis densifloris staminibus corolla subaequali duplo longioribus.*

E. altissimum. Jacq. 5. 35. append. t. 16. E. asperrimum. M. Bieberst. cauc. 1. 135. E. pyrenaicum, et pyramidale. Tenor. syll. 87. E. linearifolium. Moench. meth. sup. 135. Ic. Camer. epit. 738. Tilli cat. t. 23 f. 3. Engl. bot. t. 20-81. Caulis usque bipedalis. Pili primum albi demum rigidi flavidi. Antherae virides. Cor. albidae raro roseae vel pallidissime coeruleae. Fl. vere, et aest. Vulgare in arvis, et viis locis calidis collinis, praesertim meridionalibus, in agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Corollis grandiusculis purpureo-coeruleis extus villosissimis.*

3. VULGARE. E *Tuberculato-hispidum caule simpliciusculo foliis lineari-lanceolatis integris racemo terminali spiciformi elongato spiculis simplicibus patentibus staminibus corolla irregulari longioribus.*

E. plantagineum. Bir. ac. 1. 62. E. violaceum. L. mantis. 1. 34. E. Wierzbichii Reich. excurs. 2. 336. — E. pustulatum. Sibt. flor. gr. t. 180. et E.

tuberculatum Ten. syll. 86. var. *Corollis majusculis*. — E. elegans. Moris. sard. fas. I. 32. E. pictum. Jan. elen. 3. var. *Corollis lineato-variegatis*. Ech. hispidum. Sibt. fl. gr. t. 181. E Sibhorpii. R. et Sch. syst. 4. 26. et 724. E. pumilum. Lehm. in act. nov. nat. cur. 14. p. 2. 806. Ic. Clus. hist. 2. 163. Matth. com. 643. Riv. mon. irreg. t. 7. Lam. ill. t. 94. f. 1. Engl. bot. t. 181. Svens. bot. t. 274. Fl. dan. t. 445. Spenn. in ic. fl. germ. fas. 17. Alb. Dietr. flor. bor. t. 141. Zann. t. 128. Blakw. t. 229. Knorr. del 2. t. E. Caulis usque bipedalis. Folia superiora aliquando subcordata sunt, et stamina corollam aequantia quae. E. violaceum. L. faciunt. Bracteae imae calycem excedentes cordatae foliiformes. Fl. vere et aest. Vulgare locis calidis, saxosis, collinis, arvis, viis, etc.

bb. *Genitalibus tubum corollae aequantibus.*

4. PLANTAGINEUM. E. *Hirsutum foliis subtus venosis supra lineatis radicalibus ovatis obtusis, petiolatis caulinis cordato-lanceolatis caulibus erectis paniculato ramosis racemis fructiferis elongatis staminibus corollam inaequalem subaequantibus.*

E. plantaginoides. R. et Sch. syst. 4. 19. Jacq. hor. vind. t. 45. E. lusitanicum. All. ped. 1. 52. Link et Hoffm. fl. port. I. 186. E. violaceum. Seb. et Maur. fl. rom. pr. 91. Ic. Barrel. ic. 1026. Sibt. fl. gr. t. 179. Caules aliquando prostrati usque bipedales. Bracteae cordatae imae elongatae. Corollae grandes extus pilosulae raro albae ut plurimum rubentes demum coeruleae aliquando lineato-variegatae. Fl. vere, et aest. Vulgare in agro *nic.* et *Liguria*. Forte est var. prioris *foliis latioribus*.

## 218. PULMONARIA.

Herbae hirsutae perennes radice repente caule erecto simplici usque pedali floribus corymbosis corollis grandiusculis fauce puberulis primum rubentibus postea violaceis demum coeruleis.

a. *Foliis latis imis albo-maculatis.*

1. OFFICINALIS. P. *Foliis scabris radicalibus cordato-ovatis petiolatis caulinis superioribus sessilibus ovato-lanceolatis.*

Huc certe facit P. saccarata Mill. dict. n. 3. Reich. ic. 6. f. 698. P. grandiflora. Cand. cat. h. mons. 135. P. mollis. Wolff ex Hell. fl. wirc. supll. 13. *Pilis caulis mollibus articulatis viscoso-glandulosis*. Reich. l. c. 6. f. 696. P. media. Host. aus. I 235. Quae forte ad angustifoliam pertinet. Folia enim immaculata sunt. — variet. foliis immaculatis vulgares sunt. Ic. Pluk. phyt. t. 227. f. 4. Moris. s. 11. t. 29. f. 9. Sab. hor. rom. 2. t. 26. Boccon. mus. t. 95. f. 3. Folia radicalia. Clus. hist. lib. 5. 169. Reich. ic. t. 606. f. 699. Plenck. ic. t. 73. Svens. bot. t. 135. Fl. dan. t. 482. Engl. bot. t. 118. Lam. ill. t. 93. Blackw. herb. t. 376. Schk. hand. t. 30. Spenn. in gen. fl. germ. fas. 17. Drev. et Hayn. choix. t. 14. Matthiol. com. 665. f. 3. Dalech. lugd. 1327. f. 2. Woodw. suppl. t. 212. Ludw. ect. t. 45. Folia ut plurimum albo-maculata ima praesertim. Fl. primo vere. In sepibus, et oris sylvarum, et nemorum, praesertim collium.

aa. *Foliis angustis ut plurimum immaculatis.*

2. ANGUSTIFOLIA. P. *Foliis hirsutis lanceolatis radicalibus petiolatis caulinis sessilibus semiamplexicaulibus.*

P. azurea. Bess. primit. fl. galic. I. 150. Reich. l. c. t. 501. f. 694. P. mollis. Ic. Chabr. sc. 618. f. 6. 619. f. 1. Dalech. lug. 1323. f. 1. Clus. hist. 169. f. 2. 170. f. 1. ejusd. pannon. 674. Reich. l. c. f. 695. Svens. bot. t. 544. Fl. dan. t. 483. Engl. bot. t. 1628. S. Hill. livr. 40. t. 7. Flores aliquando albi. Folia molliora angustiora, plerumque immaculata. Forte est var. prioris. Fl. vere. In sepibus collium, et montium. P. media Reich. excurs. 1. 338. P. oblongata Schrad. in R. et Sch. syst. 5. 744. P. montana Leijeun. rev. fl. sp. 43. sunt varr. quae ambas species videntur conjungere. Radix quandoque tuberosa est, quae facit P. tuberosam Schran. act. nat. cur. 9. 97.

## 219. LYCOPSIS.

Deleatur hoc genus. Lycopsis enim arvensis. L. sp. 199. et L. variegata L. sp. 198. Anchusae species sunt.

## 220. MYOSOTIS.

a. *Fructu laevi.*

b. *Radice perenni: racemis nudis*

c. *Brevi, repente, lignosa.*

1. ALPESTRIS. Schm. fl. boem. cent.

3. 26. M. *Caule simplici obtuse angulato hirsuto, foliis imis oblongo spathulatis longe petiolatis basi obsolete trinerviis pilosis racemis abbreviatis villoso-hirsutis calycibus fructus campanulato - hiantibus subinaequaliter quinquepartitis hirsutis limbo corollae plano tubum superante.*

M. sylvatica. Hoffm. deuts. fl. 1. 85. M. scorpioides sylvatica. Chr. dec. 31. M. arvensis. B. sylvatica. Pers. ench. I. 156. M. decumbens. Host. a. I. 128. M. montana. Bess. fl. gal. I. 142. Fl. dan. t. 683. M. perennis B. Cand. fr. 3. 629. M, lactea Bonn. prodr. fl. mon. 56. est. var. fl. albis. M. suaveolens. Kit. in W. enum. 176. M. odorata Poir. suppl. 4. 44 M. rupicola Smith. Engl bot. t. 2559. M. pyrenaica. Pourr. act. tolos. 3. 323. M. alpina. Lapeyr. M. lithospermifolia. Horn. hor. hafn. 173. Var. etiam exscapa. vix digitalis. M. caespitosa. Tenor. syllab. 80. Ic. Zanon. hist. t. 151. 152. Barrel. ic. 404. Hook. flor. lond. ed. Grav. 5. t. 10. Caulis spithameus, aliquando tamen usque pedalis. Corollae grandiusculae primum roseae demum pulchre coeruleae circa faucem albae squamis albis vel luteis, nuculis fuscis nitidis. Pili basi callosi. Flores suaveolentes. Fl. vere et aest. In montibus, et alpibus.

cc. *Radice longe repente herbacea.*

2. PALUSTRIS. With. arr. brit. 2. 225. M. *Caule basi radicante subramoso acute angulato foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis obsolete strigulosis imis brevi petiolatis racemis laxis nudiusculis calycibus obtusiusculis quinque dentatis appresse setosis in fructu campanulato-patulis pedunculo patente brevioribus limbi corollae plani lobis emarginatis.*

M. scorpioides B. palustris L. sp. 188. M. perennis. Moench. has. n. 154. M. repens. Reich. ap. St. h. 42. M. strigulosa l. c. M. laxiflora. Reich. ap. St. h. 42. Echioides palustris. Moench. meth. 416. Ic. Svens. bot. t. 72. Flor. dan. t. 4988. Curt. lond. 3. t. 13. ed. 2. 3. t. 41. Engl. bot. t. 1973. f. I. Ceterum similis superiori, cujus, dempta radicis differentia, quae forte loco humido, quo vivit, debetur, varietatem dicerem. Fl. vere, aest. aut. in fossis, et rivulis, praefertim subalpinis frequentissima est. et caespites elegantissimos efficit. Flores aliquando violacei, ut plurimum laete caerulei. Herba pulcherrima.

bb. *Radice annua.*
c. *Racemis nudis.*

3. ARVENSIS. Sibt. oxon. 68. M. *Caule ramoso stricto teretiusculo foliisque imis spathulatis subpetiolatis reliquis oblongis obtusiusculis apice callosis hirsutis pedunculis patenti-deflexis, calycibus campanulatis demum subclausis pilosis pilis patentibus inferioribus hamatis corollae limbo planiusculo.*

M. intermedia Link. enum. h. ber. 1. 164. M. stricta ejus. l. c. M. collina Ehrh. herb. 31. Engl. bot. t. 2629. M. arenaria Schrad. apud Schult. fl. starg. suppl. 12. Sturm. deut. fl. 42. Engl. bot. t. 2258. Echioides annua. Moench. meth. M. verna. Nutt. gen. am. addend. 112. M. hispida Schlet. mag. d. nat. z. berl. 8. 229. Ic. Bull. herb. t. 355. Trattin. a. 1. t. 91. Kerner t. 589. Engl. bot. t. 480. fig. sin. 2. Racemi non raro conjugati. Flores secundi. Cor. parvae raro albae ut plurimum sunt primum roseae demum coeruleae squamis luteis. Pili molles. Fl. vere. et aest. Vulgatissima in arvis, agris, etc.

4. VERSICOLOR. Reich. excurs. 1. 341. M. *Caule simpliciusculo angulato foliisque subspathulatis hirsutis racemis strictis subsimplicibus pedicellis calyce brevioribus demum deflexis calyce quinquepartito tandem connivente limbum corollae versicoloris erectum aequante.*

M. scorpioides. Engl. bot. t. 480. f. 1. — M. lutea. Pers. ench. 1. 156. M. scorpioides g. L. sp. 189. Anchusa lutea. Cav. ic. 1. 150. t. 69. f. 1. excl. syn. videtur var. *Floribus perpetuo flavis*. Caulis ut plurimum spithameus. Corrollae luteae vel pallide coeruleae etiam iisdem individuis squamis roseis vel croceis. Plerumque color florum primum luteus dein coeruleus. demum violaceus. Fl. vere exeunte, et aest. Vulgaris in arvis et agris etiam locis incultis praesertim collium: etiam in agro *bugel*.

cc. *Racemis bracteatis.*

5. SPARSIFLORA. Mikan. Pohl in Hopp. taschenb. 1807. 71. 123. M. *Caule ramoso diffuso angulato foliisque oblongo-lanceolatis acutiusculis hispidis racemis laxis foliosis pedicellis inferioribus remotissimis solitariis demum reflexis calyce patente acuto multo longioribus.*

M. sepium. Besser. cat. hor. cracov. 1806. Pili calycis hamati. Corollae par-

vae pallide coeruleae fauce squamisque albis. Caules vix spithamei filiformes. Fl. vere. Legi in sepibus pratorum et agrorum subalpinorum in agro *bugel.*

aa. *Fructu margine denticulato: radice suffruticosa.*

6. NANA. Vill. delph. 2. 459. t. 14, M. *Caulibus caespitosis simplicissimis brevissimis foliisque oblongo-lanceolatis villosissimis sublanatis racemis paucifloris inferne foliosis limbo corollae patente calycem multo superante fructibus triquetris angulis externis marginatis crenulatis.*

M. pauciflora et nana. Vitm. sum. 1. 381. M. terglovienis. Hacq. pl. alp. carn. 12. t. 2. f. 6. Eritrichium nanum Schrad. asper. E. terglovense. Cand. prodr. 10. 124. var. *Nuculis ad margines integerrimis.* Putterl. et Endl. in gen. plant. fl. germ. fas. 17. f. 27-32. Ic. Boccon. mus. t. 128. (Signata 107). Caules vix 4pollic. 3-4flori. Radix fusca. Cor. coeruleae grandiusculae fauce squamisque aureis. Fl. aest. In summis alpium graniticarum jugis. *Cenisii, Rosae, Sempronii,* etc.

221. BORAGO.

OFFICINALIS. B. *Herba annua caule ramoso usque bipedali fistuloso crasso foliisque inferioribus obovatis superioribus subcordato-oblongis hirsutis pilis basi tuberculatis floribus distiche secundis racemosis racemis bracteatis corollis pulchre coeruleis stellatis laciniis acutis fauce squamisque albis antheris fusco-coeruleis fructibus tuberculatis demum rubro-maculatis.*

Ic. Matthiol. com. 743. f. 1. Chabr. sciagr. 515. f. 1. Lam. ill. t. 94. f. I. Sab. h. rom. 2. t. 20. Plenck. ic. t. 77. Engl. bot. t. 36. Blackw. herb. t. 36. Hayne arzn. gew. 3. t. 38. Spen. in ic. Flor. germ. fas. 17. Cor. aliquando rubidae aliquando albidae. Fl. toto anno, hyeme excepta. Patria ejus Asia minor, praecipue circa Alepum. Nunc vulgatissima praesertim in hortis.

222. ANCHUSA.

a. *Calycibus in fructu erectis.*
b. *Radice annua: nucibus lateraliter umbilicatis.*
c. *Racemis simplicibus.*

1. VARIEGATA. Lehm. asper. 223. A. *Caule ascendente simplici foliis oblongis semiamplexicaulibus repando-dentatis verrucoso-strigosis calloso-ciliatis bullatis hispidis racemis solitariis inferne bracteatis tubo cor. inaequalis incurvo fornicibus pubescentibus.*

A. perlata. Lam. ill. n. 1820. A. Milleri. Bias. in bot. zeit. 1849. A. bullata. Cyril. plant. rar. 1. 34. t. 11. f. 3. A. verrucosa. Reich. excur. 2. 344. Lycopsis variegata. L. sp. 198. Sibt. fl. gr. t. 178. Ic. Barrel. ic. 403. Bocc. mus. t. 130. Zanon. hist. t. 37. Moris. s. 11. t. 26. f. 10. Riv. mon. irreg. t. 9. Caules caespitosi simpliciusculi usque pedales utplurimum rubidi. Cor. grandiusculae primum roseae demum coeruleae. Fl. vere. In agro *nic.*

cc. *Racemis conjugatis.*

2. ARVENSIS. M. Bieb. taur. 1. 123. A. *Caule erecto ramoso foliis lanceolato-lingulatis semiamplexicaulibus subrepando denticulatis strigoso-hispidissimis racemis foliosis calycibus tubum corollae incurvum aequantibus limbi inaequalis laciniis lanceolatis.*

Lycopsis. L. sp. 199. Flor. dan. t. 435. Lam. ill. t. 92. Curt. lond. s. t. 17. ed. 2. 3. t. 42. Engl. bot. t. 938. Schk. hand t. 31. Spenn. in ic. fl germ. fas. 17. Caules usque pedales plerumque humiliores aliquando caespitosi. Cor. parvae coeruleae fauce squamisque albis: aliquando albidae. pili basi callosi callo squamoso. Fl. aest. *Sarzanae* ad *Macram.*

bb. *Radice perenni.*
c. *Nucibus oblongis longitudinaliter reticulato rugosis.*

3. BARRELIERI. Cand. fr. 3. 632. A. *Caule erecto simplici foliis oblongo-lanceolatis denticulatis hispidis racemis conjugatis paniculatis pedunculatis bracteatis calycibus obtusis tubum corollae aequalis superantibus.*

Buglossum. All. ped. 1. 48. Myosotis obtusa. W. Kitaib. pl. hung. 1. 103. t. 100. Ic. Barrel. ic. 338. Curt. bot. mag. t. 2349. Caulis usque bipedalis. Cor. parvae coeruleae, fauce fornicibusque albis. Fl. vere et aest. In vallibus di *Vaudier, Limone,* et *Entrague*: in marginibus agrorum et aggeribus *Albae Pompejae*: in monte *Alfeo* appennini *bobiensis*: in valle *Sturae* prope *Demont* etc.

cc. *Nucibus oblongis rugosis basi annulatis.*

d. *Annulo rugoso: racemis paniculatis.*

4. PANICULATA. Ait. hor. kew. ed. 2. 1. 289. A. *Caule erecto ramoso foliis lanceolatis undulatis strigosis racemis paniculatis bracteatis, calycibus tubulosis subulatis tubo corollae subaequalis longioribus fornicibus penicilliformibus.*

A. italica. Retz-obs. 1. 12. Curt. bot. mag. t. 2197. Ker bot. regis. t 482. Lodd. bot. cab. t. 1383. Brot. phyt. 2. t. 156. Trew. dec. 2. t. 18. Trattin. arch. t. 120. Anch. lucida. Vitm. sum. 1. 387. A. officinalis. Desf. atl. 1. 157. Lam. ill. t. 92. Jaume S. Hilair. fas. 12. t. 5. Savi fl. pis. 1. 204. ejusd. mat. med. t. 2. A. azurea. Reich. icon. t. 968. f. 1229. A. angustifolia. ejusd. l. c. t. 725. f. 967. A. amoena. Gmel. syst. I. 319. Gaertn. fruct. t. 67. f. 2. Buglossum officinale Lam. fr. 2. 2. 278. B. elatum. Moench meth. 418. B. amœnum. Gaertn. fr. t. 67. B. vulgare Spenn. in. ic. fl. germ. fas. 17. B. angustifolium. B. paniculatum. B. vulgare. B. italicum. Tausc. in flor. 7. 227-230. Ic. Dodon. pempt. 629. Sibt. fl. gr. t. 163. Matthiol. 743. f. 2. Caulis humilis aliquando tamen in pinguibus usque bipedalis. Corolla grandis coerulea annulo faucis albo fornicibus coeruleis vel rubidis. Cor. raro rubida. Fl. vere exeunte. In pascuis herbidis et arvis praesertim collium: *Liguriae* etc. Colitur etiam in hortis.

dd. *Annulo membranaceo: racemis conjugatis.*

5. SEMPERVIRENS. A. *Caule erecto ramoso, foliisque ovatis obsolete denticulatis hispidis inferioribus longe petiolatis superioribus sessilibus pedunculis axillaribus diphyllis racemis conjugatis pedunculatis subcapitatis calycibus obtusiusculis corolla hypocrateriformi.*

Buglossum All. ped. 1. 48. Omphalodes. D. Don prodr. fl. nepal. 101 Caryolopha. Fischer. et. Trautv. ind. tertius semin. hort. petropl. 31. Ic. Lob. ic. 575. J. Bah. hist. 3. 577. Sabbat. hort. rom. 2. t. 23. Moris. s 11. t. 26. f. 2. Curt. fl. lond. ed. 2. 4. t. 21. Engl. bot. t. 45. Caulis humilis usque tamen cum luxuriat bipedalis et ultra: folia reticulato venosa aliquando albo-maculata. Cor. parvae coeruleae annulo faucis fornicibusque puberulis albidis. Fl. vere. In agro *nic.*

aa. *Calycibus fructiferis campanulatis subinflatis nutantibus.*

b. *Nuculis ovoideis acutis basi annulatis.*

6. OFFICINALIS. A. *Caule alterne ramoso foliisque oblongolanceolatis hispidis bracteis ovato-lanceolatis calyces quinquefidos acutiusculos aequantibus racemis conjugatis.*

A. angustifolia. L. sp. 191. Bot. mag. t. 1897. A: arvalis. Reich. pl. crit. 1-297. 3. f. 470. A. arvensis. Tausch. bot. zeit. 7. 233. A. undulata. R. excurs. 2. 344 A. incarnata. Schrad. apud R. et Sch. syst. 4. 767. A. lycopsoides. Besser. cat. krzeminiec. 1816. Ic. Zanon. hist. t. 39. Flor. dan. t. 572. Plenck ic. t. 79. Svens. bot. t. 280. Schrad. com. gott. 4. 193. f. 1. Reich. ic. t. 296. f. 469. Engl. bot. t. 669. Spenn. in. ic. fl. germ. fas. 17. Albert. Dietr. flor. borus. t. 199. Caulis usque bipedalis. Cor. purpurea vel rubens. vel coerulea annulo faucis fornicibusque hirtis albis demum rubidis: fructus ovoidei rugosi basi annulati. Fl. vere exeunte. In agro *taurin.* et *albens.* et in *Liguria.*

bb. *Nuculis oblongis obtusis basi aequalibus.*

7. UNDULATA A. *Caule superne ramoso foliisque lanceolatis dentatis undulatis strigoso-hispidis racemis longe pedunculatis conjugatis spiciformibus compactis bracteis lanceolatis calyces quinque partitos acutos superantibus fornicibus hirtis.*

A. angustifolia Balb. mis. alt. 9. A. nigricans. Brot. lus. 1. 298. phyt 2. t. 157. Buglossum angustifolium. All. ped. n. 183. 1. 47. A. hybrida. Tenor. neap. I. 45 fas. 1. t. 11. Ic. Barrel. ic. 578 et 1207. Boccon. mus. t. 77. Guss. pl. rar. t. 16. Sibt. fl. gr. t. 165. Link. et Hoffm. fl. lusit. t. 22. Hook. bot. mag. t. 2119. Caulis usque bipedalis plerumque tamen humilior. Cor. grandis subhypocrateriformis, coerulea, aliquando purpurea. Annulus faucis albus: fornices coerulei, aliquando rubidi vel albidi. Nuces oblongae obtusae rugosae. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria occidua.*

### 223. SYMPHYTUM.

Herbae hirsutae perennes radice carnosa caulibus erectis foliis ovato-oblongis reticulato-venosis racemis conjugatis primum recurvis floribus albidis vel rubidis, antheris filamento duplo longioribus.

a. *Radice ramosa, foliis decurrentibus.*

1. OFFICINALE. S. *Caule ramoso superne alato foliis ovato-lanceolatis basi attenuatis decurrentibus supra scaberrimis subtus hirsutis calycibus acutis radice ramosa.*

Var. *Cor. albidis.* S. bohemicum. Schm. boh. 4. 212. Fl. dan. t. 664. Curt. lond. 4. t. 18. ed. Grav. 2. t. 21. Engl. bot. t. 817. Schrad. in com. gott. 4. 195. f. 8. Matthiol. com. 625. f. 1. Sabb. hor. rom. 2. t. 30. Lam. ill. t. 93. Var. *Floribus rubidis.* S. patens. Sibt. oxon. 70. Plenck ic. t. 76. Svens. bot. t. 418. Sturm. deuts. fl. 1. abth. 17. hest. Radix fusiformis ramosa extus fusca intus alba. Caulis usque tripedalis. Folia ima in petiolum attenuata. Cor. utplurimum luteolae. Fl. vere. Vulgare in pratis pinguibus et sepibus.

aa. *Radice tuberosa repente: foliis subdecurrentibus.*

2. TUBEROSUM. S. *Caule simpliciusculo foliis ovato-oblongis basi attenuatis calloso-hispidis inferioribus petiolatis superioribus subdecurrentibus radice tuberosa repente.*

S. punctatum. Gaud. helv. 2. 41. S. macrolepis. Gay. in Reich. excurs. 2. 347. S. bulbosum. Schim, bot. zeit. 8. 1. 18. S. filipendulum. Bisch in flora 9. 561. S. Clusii Gmel. bad. 4. 144. S. Zeyheri. Schimp. Ferus. bul. 21. 443. est. var. *Appendicibus cor. exsertis.* Clus. hist. 166. Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 31. Zannichel. hist. t. 218. Jacq. fl. a. t. 225. ejusd. obs. fas. 3. t. 63. Reich. ic. t. 220. f. 367. Engl. bot. t. 1502. Alb. Dietr. fl. bor. t. 675. Appendices corollae luteolae utplurimum inclusae. Fl. vere. In sylvis et dumetis praesertim collium: in agro *albens* et *Liguria*, etc.

### 224. ASPERUGO.

PROCUMBENS. A. *Herba annua caulibus caespitosis prostratis angulatis dichotome ramosis humilibus usque tamen bipedalibus muricato-echinatis foliis oblongo-lanceolatis ciliatis scabris floribus parvis axillaribus fasciculatis brevissime pedicellatis corollis purpureo-coeruleis vel albidis annulo faucis squamisque roseis vel albidis.*

A. vulgaris. Dumont. Cours. bot. cult. 2. 167. Ic. Columa. ecphr. 181. Zannichel. ist. t. 230. Lam. ill. t. 94. Garid. Aix. t. 9. Flor. dan. t. 552. Schrad. com. got. 4. 196. f. 9. Roem. fl. eur. f. 6. Sibt. flor. gr. t. 177. Engl. bot. t. 661. Fl. vere. In monte *Cenisio.*

### 225. CYNOGLOSSUM.

a. *Nucibus dorso convexis echinatis caule erecto folioso racemis ebracteatis staminibus inclusis radice bienni.*

1. OFFICINALE. C. *Foliis canescentibus villosiusculis inferioribus oblongis utrinque attenuatis superioribus subovatis racemis subpaniculatis corollis concoloribus.*

Herba polymorpha et ab auctoribus valde vexata. Huc traho. C. sylvaticum. Haenke in Jacq. collect. 2. 77. Engl. bot. t. 1642. C. montanum. Lam. fr. 2. 277. C. germanicum. Jacq. obs. 2. 31. C. virens. Schreb. spicil. n. 162. C. Haenkei. Roem. et Schult. syst. 4. 74. C. appenninum. Roth. C. virginicum. W. spec. 1. 762. sunt. var. foliis superne praesertim virentibus. Huc etiam faciunt icc. Columa. ecphr. 175. Svens. bot. t. 302. — C. Dioscoridis. Vill. delph. 2. 457. C. remotum. Moench. meth. 419. C. elongatum. Hornem. h. hafn. 2. 956. C. Valentinum. Lag. nov. gen. 10. sunt varr. *Spicis laxioribus caule basi retrorsum superne adpresse piloso.* Huc facit ic. Lor. fl. Cot. d'Or. 2. t. 4. *Corollae sunt violaceae venis coeruleis.* Var. etiam. *Cor. albis fornicibus purpureis.* Quae est C. bicolor. W. enum. 1. 180. C. hybridum. Thuill. fl. par. 1. 94. Ic. Sab. hort. rom. 2. t. 38. Zannichel. ist. t. 219, Lam ill. t. 92. f. 1. Curt. lond. fas. 4. t. 16. ed. Grav. 1. t. 20. Engl. bot. t. 921. Flor. dan. t. 1147. Plenck ic. t. 78. Alber. fl. med. t. 166. Flor. med. t. 146. Spenn. in ic. flor. germ. fas. 17. Blackw. herb. t. 249. Schk. hand. t. 30. Alb. Dietr. fl. bor. t. 256. Caulis usque bipedalis. Cor. parvae cruentae vel purpureo-violaceae limbo venoso. Herba tomento molli obducta. Fl. aest. Locis arenosis calidis. Circa thermas *Valderias.* Ego legi inter *Vigelio*, et *Salussola* in agro *bugel.*

2. PICTUM. Ait. hor. kew. 1. 291. C. *Foliis subtomentosis inferioribus petiolatis oblongis utrinque attenuatis superioribus cordato-ovatis racemis terminalibus conjugatis pedicellis demum reflexis limbo corollae venoso-reticulato-discolore dilatato.*

C. creticum. Vill. delph. 2. 457. C. cheirifolium. Jacq. collect. 3. 30. C. amplexicaule. Lam. ill. n. 1794. Ic. Clus. hist. 172. f. 2. Link. et Hoffm. fl. portug. 1. t. 24. Hook. bot. magaz. t 2134. Brot. phyt. 2, t. 159. Caulis usque tripedalis plerumque humilior. Corollae vix calycem superant primum rubellae demum pallide coeruleae fornicibus cruentis vel purpureis pilosis. Calycis laciniae demum majores fiunt. Ambae species digitis contritae utplurimum foetent. Fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

aa. *Nucibus dorso concavis calathiformibus caule erecto folioso racemis bracteatis staminibus inclusis radice bienni.*

3. CHEIRIFOLIUM. C. *Foliis lanceolatis obtusis incano-argenteo-tomentosis imis longe petiolatis longissimis racemis simplicibus corollis calyce duplo longioribus.*

C. argenteum. Lam. fr. 2. 277. Anchusa lanata. L. sp. 192. non differt nisi *genitalibus exsertis.* Quod quam leve sit prasertim in siccis exemplaribus nemo non videt. Perperam itaque A. Candolle. A. lanatam. L. ad Solenanthum traxit. (Prodr. 10. 165.). Ic. Column. ecphr. 171. Reich. icon. t. 781. f. 1050-1051. Caulis vix spithameus. Cor. primum roseae demum rubro-violaceae. Nuces ferrugineae extus densius muricatae subulis brevibus crassis apice glochidatis. Fl. vere. In agro *nic.*

aaa. *Nucibus laevibus membrana urceolata instructis: radice repente caule basi stolonifero.*

4 OMPHALODES. C. *Foliis apice callosis glabriusculis petiolatis radicalibus cordato-ovatis caulinis oblongis racemis conjugatis paucifloris corollis rotatis*

Omphalodes verna. Moench. meth. 400. Picotia. R.Sch. syst. 4. 85. Omph. repens. Schrank akad. Munch. phil. 3. 220. Ic. Dodon. pempt. 627. Lob. ic. 577. Moris. s. 11. t. 26. f. 3. Scop. carn. 1. t. 3. Bull. herb. t. 309. Curt. bot. magaz. t. 7. f. St. Hil. liv. 25 t. 1 8. Knor. del. t. C. 9. Mordant De Launay 1. t. 4. Spenn. in ic. fl. german. fas. 17. Sturm. deutst. fl. h. 21. Caules caespitosi erecti vix spithamei, stolonibus prostratis foliosis: corolla coerulea fauce fornicibusque albis. Fl. vere. In agro *nic.* et *ligustico,* etiam circa *Genuam.*

## 226. ECHINOSPERMUM.

LAPPULA. Lehm. asper. 121. C. *Herba annua humilis usque tamen bipedalis caule erecto superne ramoso foliisque lanceolatis pilosis corolla parva coerulea annulo faucis squamisque ochroleucis tubo calycem aequante racemis foliosis fructibus erectis glochidibus nucularum marginalibus duplici serie dispositis.*

Myosotis. L. sp. 189. Lam. ill. t. 91. Flor. dan. t. 692. Rochelia. R. Schult. syst. 4. 109. Cynoglossum. Scop. carn. 1. 125. Echinospermum vulgare Swar. Schrad. in com. soc. gott. 4. 195. f. 7. Lappula Myosotis. Moench. meth. 417. — Myosotis squarrosa. Retz. obs. 2. 9. Echinospermum squarrosum Reich. excurs. 1. 345. Sturm. Deut. fl. 4. 43. est. var. *hirsutior tubo cor. abbreviato.* Ic. Column. ecphr. 179. Pili molles basi tuberculato-callosi, inde folia scabra sunt. Fl. vere exeunte. Vulgare in agris et arvis. Boragines pleraeque mucilaginem, et sales neutros kali nitricum praesertim continent. Borago officinalis, Anchusa officinalis, paniculata, etc. crepitant si siccae iniiciantur super ignem. Optimae tamen sunt et salubres, et gratissimae si cum foliis Phyteumatis praesertim ovati aliarumque specierum, Betae vulgaris, etc. in jusculis primovere comedantur. Cynoglossum officinale quidquam narcotici continere perhibuerunt. Unde parantur cum opio, etc., celebres pilulae de Cynoglosso, quae vim certe ab opio habent peculiarem tamen sedandi rationem, ut Theriaca, Mithridatium, Diascordium, etc. in peculiaribus morbis, praesertim in tussi phtisicorum, quibus mirum in modum opitulatur, tussim sedando, et somnum, et laetitiam animo conciliando prae aliis sedantibus. Radix Lithospermi tinctorii colorem pulchre purpureum largitur tinctoribus. Pulmonarias specifica virtute in morbis pectoris juvare jam veteres scripserunt. Quod repetitis experimentis captis verum esse comperi. Vidi enim, et pluries adhibui, in phtisi pulmonali, et haemophtisi multum opis attulisse. Decoctum adhibendum cum

radice Liquirithiae, et Altheae, cui pauxillum Glechomatis hederacei addi debet. Verum etiam solae Pulmonariae decoctum multum juvisse certe vidi. Praesertim si diaeta lactea accedat. Melius est lac Caprae, et Asellae. Omnium optimum lac mulieris exsuctum uberibus. Cetera de Boraginibus silentio praetereo: earum enim vires adeo laeves, ut merito exoléverint.

## 227. CORIS.

Monspeliensis. C. *Planta suffruticosa caulibus caespitosis spitameis raro usque pedalibus ramosis pubescentibus rubidis foliis linearibus subcarnosis sessilibus sparsis crebris patentibus vel deflexis nitidis glabris denticulato-ciliatis superne ut plurimum dentato-spinosis aliquando integerrimis floribus racemosis racemo denso brevi nudo pedicellis brevissimis calycibusque glanduloso-pilosis laciniis calycinis sanguineo-maculatis corollis purpureis.*

Ic. Clus. histor. 174. Camer. epith 699. f. 2-3. Botanic. magaz. t. 2131. Lam. ill. t. 102. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria occidua.*

## 228. ANDROSACE.

a. *Umbelliferae.*
b. *Radice annua.*

1. maxima. A. *Foliis oblongis superne dentatis involucris calycibusque fructiferis maximis dentatis villosiusculis corolla alba minima calyce breviore.*

Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 1. Camer. epith. 639. Lam. ill. t. 98. f. 1. Moris. s. 5. t. 24. f. 6. Jacq. a. t. 331. Amadea. Adams. apud Duby in Cand. pr. 8. 63. Scapi plures vix spithamei. Folia omnia rosulata glabriuscula. Involucrum quinquephyllum subcoriaceum. Corolla alba, aliquando carnea, fauce intus prominula tubo urceolato-globoso limbi lobis ovatis. Stamina fundo corollae inserta. Capsula globosa. Semina trigona dorso convexa nigra numerosa granulata. Fl. vere. In arvis agri *segus*; circa *Exilles*, et circa *Fenestrellas.*

bb. *Radice perenni.*
c. *Scapo basi stolonifero.*

2. villosa. A. *Foliis lanceolatis integerrimis villosis apice barbatis umbellis paucifloris involucro subaequalibus corolla calycem excedente scapo basi stolonifero.*

Ic. Jacq. collect. t. 12. f. 3. Reich. pl. crit. t. 580. f. 788. Bot. magaz. t. 743. Scapi plures vix pollicares. Folia uninervia viridia rosulata erecto-conniventia. Flos aliquando solitarius. Involucrum polyphyllum foliolis lanceolatis. Cor. albidae vel roseae fauce glandulosa rubente laciniis obovatis, tubo collo constricto. Stamina sub fauce posita. Capsula oblonga laevis utplurimum rubro-punctata. Semina 2-3 granulata fusca. Fl. aest. Circa *Segusium.*

cc. *Scapo basi nudo.*
d. *Umbella stricta: corollis carneis vel albis.*
e. *Foliis lanceolatis ciliatis.*

3. obtusifolia. All. ped. 1. 90. t. 46. f. 1. A. *Foliis elliptico-lanceolatis glabriusculis ciliatis subintegerrimis umbellis paucifloris involucro longioribus scapis radiisque puberulis corolla calycem turbinatum excedente involucri foliolis magnitudine inaequalibus radice repente.*

A. Chamaejasme. Wulf. in Jacq. coll. 1. 194. A. brevifolia. Vill. delph. 2. t. 15. *Foliis hispidis.* Quae etiam dicitur biennis. A. lactea. ejusd. l. c. 2. 476. Var. etiam *foliis superne serratis* quae est A. affinis. Bir. in giorn. di fis. di Brugnat. dec. 2. t. 3. 259. f. 6. Ic. All. spec. prim. t. 4. Dalech: lugd. 1204. Reich. ic. t. 579. f. 787. Scapi conferti 1-2. pollicares raro palmares. Involucrum polyphyllum. Corollae laciniae obovatae fauce glandulosa luteola tubo inflato, fauce constricto. Semina 5-8. trigona granulata ferruginea. Fl. aest. Vulgaris in summis alpium jugis. *Cenisio*, etc.

ee. *Foliis lineari-subulatis subciliatis.*

4. carnea. A *Foliis sparsis subcarnosis glabriusculis lineari-subulatis subciliatis umbella pauciflora stricta involucri polyphylli foliolis glabris magnitudine inaequalibus corolla calycem turbinatum glabrum superante.*

A. Lachenalii A. Halleri. Gmel. bad. 4. 150. t. 8. Aretia Halleri. L. sp. ed. 1. 142. Ic. Hall. helv. t. 17. ejusd. enum. t. 7. Pluk. phyt. t. 108. f. 5. Allion. ped. t. 5. f. 2. Reich. ic. t. 579. f. 786. Gaud. fl. helv. 2. t. 1. Scapi conferti brevissimi pollicares raro palmares. Folia rosulata scapum tamen

basi induentia. Flos aliquando solitarius. Radii involucrum excedentes. Corollae lobi obovati. Caps. ovata. Semina ferruginea 3-5. Pedicelli demum elongati. Fl. aest. In summis alpium cacuminibus Sabaudiae, Cenisii, alpibus Valderiis, etc.

dd. *Umbellae radiis elongatis: cor. candidis.*

5. LACTEA. A. *Foliis linearibus nitidis integerrimis apice ciliatis involucrisque lineari-angustissimis scapoque filiformi glabro umbellae pauciflorae radiis longissimis corolla calycem turbinatum superante radice repente.*

Primula. Lam. fr. 2. 250. A. pauciflora. Vill. delph. 2. 477. t. 15. Ic. J. Bah. hist. 3. 762 et 775. Jacq. a. t. 333. Columu. ecphr. 65. Botan. magaz. t. 981. Scapi conferti brevissimi aliquando nulli raro spithamei et ultra non raro uniflori. Folia aliquando sublanceolata. Aliquando scapus unus ananthos apice foliosus, foliis rosulatis. Involucri foliola radios aequant brevia linearia. Cor. laciniae obcordatae fauce glandulosa aurea. Capsula ovata nitida. Semina ferruginea 3-5. Herba tota glabra. Habitat in alpibus *di Briola tinta*, et *di Valdobbia:* et in *Sabaudia:* in monte *Venoesa*, etc.

aa. *Floribus solitariis. suffruticuli.*
b. *Capsulis dispermiis: corolla lutea.*

6. VITALIANA. Lapeyr. abr. pyr. 49. A. *Caulibus ramosis prostratis sublignosis basi nudis superne foliosis foliis imbricatis lanceolato-linearibus integerrimis supra glabris concavis subtus margineque stellato-pubescentibus rosulatis pedunculis brevissimis corollae laciniis ovato-lanceolatis obtusis conniventibus fauce inflata quinque-glandulosa glandulis subtus concavis seminibus hinc convexis inde concavis umbilicatis.*

Primula. L. sp. 206. Aretia. ejusd syst. veg. 162. Andr. lutea. Lam. 2. 253. Prim. lutea. Vill. cat. Strasb. 121. Pr. sedifolia. Sal. parad. 107. Gregoria Vitalania Duby bot. gall. 1. 583. Ic. Sesl. in Donat. stor. nat. mar. adr. 76. f. A-I. Columo. ecphr. 65. Pluk. phyt. t. 108. f. 6. Plantula vix tripollicaris. Pedunculi uniflori solitarii axillares folio breviores. Calycis laciniae lineares. Cor. tubus calyce longior. Capsula ovata. Fl. aest. In summis alpium jugis: *Cenisio*, etc.

bb. *Capsulis quinque spermiis.*
c. *corollis mollibus roseis.*

7. ALPINA. Lam. ill. t. 98. f. 1. A. *Caulibus ramosis prostratis foliis oblongis laxis obtusis glaucis pubescentibus pilis furcatis stellatisque pedunculis axillaribus corolla calyce duplo longiore.*

A. pennina. Gaud. fl. helv. 2. 108. A. helvetica All. ped. I. 91. A.!Aretia. Vill. delph. 2. 474. Aretia pennina. Murr. bot. val. 53. A. alpina. L. sp. 203. et Jacq. a. 5. 36. Appen. t. 18. A. glacialis. Reich. excurs. 2. 399. A. baldensis. Tur. fl. ital. prodr. 63. Andr. ciliata. Moret. in bibl. it. 28. 344. Ic. Hall. helv. t. 11. f. sup. Caules raro usque tripollicares. Flores folia etiam excedunt. Laciniae corollae obovatae fauce rubra. Caps. ovata. Semina nigra laevia. Fl. aest. In summis alpium jugis: *Cenisii*, *Rosae*, etc.

cc. *Corolla coriacea purpurea.*

8. TOMENTOSA. Gaud. fl. helv. 2. 109. A. *Caulibus caespitosis erectis ramosis ramis dichotomis foliis dense imbricatis oblongo-obovatis crassis tomentosis pilis stellatis pedunculis axillaribus solitariis demum deflexis corolla vix calycem superante.*

A. imbricata. Lam. ill. t. 98. f. 4. A. argentea. Gaertn. carp. sup. 3. t. 198. f. 4. Aretia tomentosa. Murr. bot. val. 53. A. helvetica. Bir. acon. I. 65. Caules humiles cruenti senio basi nudi. Flores folia utplurimum excedunt, aliquando sessiles. Cor. laciniae oblongae obtusae fauce glandulosa glandulis purpureis. Capsula ovata intra calycem pedicellata. Semina 4-5. ferruginea. Fl. aest. In summis jugis montis *Rosae pizzo Marona* et *Margozzolo* agri *nov*.

## 229. CORTUSA.

MATTHIOLI. C. *Herba perennis radice tuberoso-prolifera scapo pedali nudo foliis omnibus radicalibus cordatis incisis lobis dentatis longe petiolatis petiolis alatis reticulato-venosis venis puberulis floribus umbellatis umbella inaequali secunda floribus alterne florentibus pedicellis elongantibus foliolis involucri oblongis apice laciniatis basi cuneatis corollis roseis calycem multo superantibus.*

Ic. Lob. 699. Clus. hist. 307. Lam. ill. t. 99. f. 1. Curt. bot. mag. t. 987. Jacq. plant. rar. 1. t. 32. All. ped.

t. 5. f. 3. Andr. bot. repos. t. 1. Trattin. t. 743. Matth. com. 638. f. 1. Chabr. Sciagr. 490. f. 6. Dalech. lug. 1269. f. 2. Cor. aliquando albidae. Semina numerosa nigra angulata. Flor. aest. In summis alpibus: *Cenisio*, etc.

Flores suaveolentes, sicci inodori. Dolores si spastici et nervosi sunt, rheumatici, atque forte qui a podagra sunt herbam in olei rosarum, et amygdalarum dulcium diu infusam, atque soli expositam mitigare atque auferre scribit Matthiolus, qui primus stirpem descripsit. Vim illi etiam inesse adstringentem, et Arnicae aemulam quae in vulneribus aliisque morbis traumaticis plurimum valeat, ideoque et diarrheae et dysenteriae et albis mulierum fluoribus mederi, vires praeterea quassatas refocillare idem (Comment. 637-638).

## 230. RAMONDIA.

PYRENAICA. Ric. in Pers. ench. 1. 216. R. *Herba perennis foliis radicalibus ovatis crenatis in petiolum attenuatis rosulatis subtus margineque rufolanatis pilis superne albis scapo nudo paucifloro 2-4 pollicari floribus purpureis.*

Ram. scapigera. J. St. Hil. famil. natur. 1. 280. Verbascum Myconi. Lin. sp. 255. Bot. mag. t. 236 Myconia borraginea. Lapeyr. abr. 115. Chaixia Myconi. Lapeyr. suppl. 38. Ic. Dalech. lugd. 837. f. 3. Trew ehret. t. 57. Mill. ic. t. 277. Fl. vere et aest. Stirps rara. In sylva umbrosa quae imminet pago *Pralles*.

## 231. SOLDANELLA.

ALPINA. S. *Herba perennis digitalis foliis radicalibus reniformibus suborbiculatis repandis vel integerrimis caespitosis petiolatis crassiusculis subcoriaceis margine cartilagineo revoluto glabris punctatis supra pulchre virentibus subtus glaucis vel cruentis scapo 1-multifloro corollis coeruleis fimbriatis stylum vel aequantibus vel superantibus fauce sqamosa, vel nuda.*

S. montana. W. enum. 1. 192. S. minima. Hoppe ap. Sturm. deut. fl. hest. 20. var. *minor. filamentis antheras longitudine aequantibus* Sw. brit. fl. gard. 2. sect. t. 53. — S. Clusii. Gaud. helv. 2. 76. S. pusilla. Baugm. fl. trans. 1. 158. Sw. brit. fl. gard. t. 48. et Sims. in bot. mag. t. 2163. Ic. Clus. hist. 3. 308 et 309. Lam. ill. t. 99. Jacq. a. t. 13. Curt. bot. mag. t. 49. Moris. s. 3. t. 15. f. 8. Scapi vix palmares conferti glabri vel pilis apice glanduliferis obsiti. Umbellae involucri 2-3phylli foliolis linearibus obtusis margine glandulosis. Radii inaequales. Calyces glabri laciniis margine glandulosis. Corollae erectae vel pendulae raro albae. Caps. oblonga cylindrica sulcata sulcis rectis vel spiralibus laevis azurea calycem excedens. Semina parva. Fl. aest. In summis alpium cacuminibus locis humidis frigidis turfosis. Planta admodum ludibunda.

## 232. PRIMULA.

Herbae perennes foliis omnibus radicalibus rosulatis scapis umbelliferis vel unifloris radiis involucratis.

a. *Calycibus pentagonis*
b. *Foliis membranaceis rugosis.*
c. *Scapo radicali.*

1. ACAULIS. All. ped. 1. 91. Pr. *Foliis obovato-oblongis dentatis rugosis villosiusculis umbella radicali pauciflora folia subaequante corollae limbo plano.*

Pr. vulgaris. Huds. angl. 38. Engl. bot. t. 4. Pr. grandiflora. Lam. fr. 2. 248. P. brevistyla. Cand. fr. sup. 5. 383. Pr. sylvestris. Scop. carn. 1. 132. Pr. veris 8. acaulis L. sp. 205. Flor. dan. t. 194. — Var. *scapo umbellifero*. Pr. elatior. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 23. — Pr. hibrida. Schrank. fl. boic. 1. 449. Pr. uniflora. Gmel. bad. 1. 442. Pr. variabilis. Bast. sup. 26. Trattin. tab. 410. — Var. *floribus plenis carneis*. Curt. magaz. t. 229. Tratt. tab. 443. Pr. bicolor. Raffin carat. 78. t. 19. f. 3. Ic. Clus hist. 3. 301. Columm. phyt. 21. Curt. lond. fas. 6. t. 16. ed. 2. 1. t. 21. Sab. hort. rom. 2. t. 14. Non sunt scapi uniflori. Sed umbella radicalis. Bracteae sunt foliola involucri. Cor. sulphureae. Stylus inclusus. Caps. cylindrica apice dehiscens dentibus decem. Semina nigra. Mihi videtur var. Pr. elatioris quamquam habitus ejus constantissimus est. Apud nos vulgatissima est in pratis collinis et praesertim sepibus, et dumetis soli expositis quibus si hyems mitis est floret ipso januario. Ejus habitum numquam mutatum vidi. Culta in hortis fit elegans et speciosa colore suo. Nam carnea est, rosea, vel carneo-violacea vel roseo-purpurea: ibique semper vidi scapum radicalem et corollas grandiusculas. Agricolae primo vere et hyeme comedunt folia in placentis et jusculis.

cc. *Scapo elongato.*
d. *Corolla sulphurea.*
e. *Hypocrateriformi.*

2. ELATIOR. Jacq. misc. 1. 158. Pr. *Foliis oblongis medio contractis dentatis rugosis utrinque hirsutis umbella multiflora corollae limbo plano:*

Pr. officinalis. All. ped. 1. 91. Pr. veris elatior. L. sp. 204. Ic. Camer. epith. 884. Fuchs. hist. t. 851. Moris. s. 5. t. 24. f. 3. Fl. dan. t. 434. Engl. bot. t. 513. — Pr. Pallasii Lehm. mon. t. 3. Bunge in bot. cab. t. 1585. Pr. amoena. Bieb. Lehm. mon. t. 3. Hook. in bot. magaz. t. 3252. sunt varr. — Si phrases et descriptiones consuleris facile videbis lævissimis characteribus differre a praecedente. Apud nos folia non sunt medio contracta. Var. *floribus rubris variegatis*, *plenis*, etc. colitur in hortis, quae non differt ab acauli nisi corollis paulo minoribus et scapo umbellifero. Fl. vere. In monte *Boglelio*, in Apennino *bobiensi*: in agro *Taurin.* circa *Sturam*: frequens in pratis circa *Varallo.*

cc. *Infundibuliformi.*

3. OFFICINALIS. Jacq. miscel. 1. 159. Pr. *Foliis oblongis dentatis rugosis subtus hirsutis umbella multiflora floribus nutantibus corollae limbo concavo brevissimo.*

Pr. veris a. L. sp. 204. Engl. bot. t. 5. Curt. lond. fas. 6. t. 15. ed. 2. 2. t. 22. Pr. veris elatior Fl. dan. t. 433. Pr. variabilis et officinalis Trattin. tab. 416. Ic. Plenck ic. t. 86. Lam. ill. t. 98. f. 2. Bull. herb. t. 171 Columm. phyt. t. 21. Clus. hist. 301. Flores suaveolentes. Omnino Dubyo assentio (Cand. prodr. 8. 36) qui huc trahit Pr. suaveolentem Bertol. Journ. de bot. 4. 76. Fl. ital. 2. 375. Lehm. Prim. 25. t. 1. Pr. Columnae. Tenor. neap. 1. 54. t. 13. quae praeter flores suaveolentes ceterum non differunt a Pr. officinali. Fl. vere. In oris sylvarum locis declivibus et pratis subalpinis apricis. Var. *suaveolens*, in monte *Cenisio*, alpibus provinciae *monregalensis* et in *Liguria.* Culta in hortis, quibus corolla diversimode colorata est.

dd. *Carnea.*

4. FARINOSA. Pr. *Foliis spathulato-lanceolatis rugosis crenato-dentatis subtus farinosis margine revolutis umbella multiflora calycibus obtusiusculis limbo corollae tubum superante fauce glandulosa.*

Androsace Spr. pug. 2. 37. Pr. scotica Hook. lond. 1. t. 133. Bot. cab. t. 652. Ic. Lob. ic. 570, 571. Moris s. 5. t. 24. f. 5. et 9. Clus. hist. 300. J. Bah. hist. 498. Lam. ill. t. 98. f. 4. Flor. dan. t. 125. Svens bot. t. 442. Engl. bot. t. 6. Curt. lond. fas. 6. t. 14. ed. 2. 2. t. 23. Scapus aliquando spithamam excedit in pinguibus et hortis, brevior et pauciflorus in frigidis alpinis. In summis alpium jugis flos aliquando unicus. Corollae parvae radii inaequales involucri foliola lanceolato-linearia margine pilosa basi saccato-incrassata. Faux inflata lobi corollae obcordati retusi. Capsula cylindrica superne ferruginea, valvis 5-6 dehiscens Fl. aest. Vulgaris in summis cacuminibus alpium ad nives deliquescentes praesertim locis humentibus et ad scaturigines fontium.

ddd. *Purpurea.*

5. LONGIFLORA. All. ped. 1 92. t. 39. f. 3. Pr. *Foliis oblongis obtusis sessilibus obsolete serratis subtus farinosis umbella nutante calycibus quinquefidis obtusiusculis profunde incisis tubo corollae longissimo fauce glandulosa.*

Ic. Jacq. a. append. t. 26. Similis farinosae sed corolla major. Flos aliquando in summis jugis solitarius. Fl. aest. In alpibus *di Vraita*; in valle *Macrae.* prope *la Brusa* in montibus *Garexti le Carense.*

aa. *Calycibus teretibus*
b. *Foliis carnosis*
c. *Foliis lanceolato-ovatis*:
*corolla rosea.*

6. MARGINATA. Curtis bot. magaz. t. 191. Pr. *Foliis glabris obovato-oblongis profunde crenato-dentatis margine albo-pulverulentis umbella multiflora involucri foliolis subrotundis calycibus campanulato-patulis obtuse quinquefidis capsulis acutis corollis hypocrateriformibus.*

Pr. microcalyx Lehm. prim. 46. t. 4. est. var. *foliis non albo-marginatis.* Pr. crenata Lam. ill. t. 98. f. 3. Reich. ic. t. 637. f. 859, 860. Pr. auriculata. Vill. delph. 2. 469. All. ped. 1. 92. Folia rosulata rosulis pedicellatis pedicellis sublignosis basi nudis pluribus e radice squamata squamis ex petiolis aphyllis aridis. Folia subpectinata. Radii inaequales involucro valde longiores. Capsula vix calycem aequans. Semina au-

gulata minima. Fl. aest. In montibus maritimis *Liguriae* et agri *nic.* passim: in alpibus *Valderiis*: in monte *Rosa* et *Turlo*; supra *Vanzone* et *Macugnaga* alibique.

cc. *Foliis spathulatis.*
d. *Scapo multifloro elongato: cor. violacea.*

7. VILLOSA. Jacq. miscel. 1. 159. Pr. *Villoso-viscosa pilis glanduliferis foliis spathulatis superne subinaequaliter dentatis vel integerrimis involucri foliolis ovatis parvis inaequalibus umbella erecta corollaque infundibuliformi glutinoso-pubescentibus calycibus campanulatis brevissimis.*

Pr. pubescens Jacq. misc. I. t. 18. f. 2. Pr. viscosa. Vill. delph. 2. 467. All. ped. 1. 93. t. 5. f. 1. Pr. hirsuta Vill. delph. 2. 469. All. I. c. 1. 93. Reich. ic. t. 633. f. 854. Pr. latifolia Lapeyr. Reich. ic. t. 636. f. 858. Pr. Rhaetica Gaud. fl. helv. 2. 91. P. alpina Schl. ex Reich. ic. f. 830. Pr. decora Curt. bot. mag. t. 1922. In summis alpibus scapus subuniflorus. Fl. aest. Vulgaris in alpibus *Sabaudiae*: *Vesulo*: *Valderiis*: *Cenisio*: *Liguriae*, aliisque. Inferior tamen primulae Auriculae.

dd. *Scapo subunifloro brevissimo: corolla albida vel pallide coerulea.*

8. ALLIONII. Loisl. journ. de bot. 2. 262. t. 11. f. 2. Pr. *Foliis obovato-cuneiformibus obsolete crenatis incanis pubescenti-glutinosis scapo unifloro foliis breviore corolla hypocrateriformi maxima capsula globosa calycem brevissimum quinquedentatum campanulatum aequante.*

Pr. glutinosa All. auct. 6. Ic. Loisl. not. t. 3. f. 1. Herba humillima. Folia rosulata rosulis pedicellatis pedicellis basi nudis sublignosis. Fl. vere. Locis rupestribus umbrosis aridis. In alpibus circa *la Madonna delle finestre*: ad rupes *di Entraque*.

ccc. *Foliis ovato-spathulatis: cor. sulphurea.*

9. AURICULA. Pr. *Foliis farinosis obovatis integerrimis vel subcrenatis margine pulverulentis vel ciliolatis umbella erecta calycibus farinosis obtusissimis corolla infundibuliformi involucri foliolis ovatis obtusis brevissimis capsula globosa.*

Pr. lutea. Vill. delph. 2. 469. Pr. auricula. B. All. ped. 1. 92. Pr. ciliata Moret. I. 249. t. 1. Pr. Balbisii Tenor. Viag. in Abruz. 51. Reich. ic. t. 632. f. 853. Pr. venusta Hoppe in Reich. ic. t. 630. f. 851. Ic. Lob. ic. 569, 570. Moris s. 5. t. 24. f. 7. Jacq. a. t. 415. Scapus vix triuncialis, radii inaequales. Semina angulata minima. Pili apice glandulosi. Fl. aest. In summis alpibus ex rupium fissuris. Culta in hortis corollam diversimode coloratam fert.

bb. *Foliis membranaceis: cor. violacea.*

10. INTEGRIFOLIA. Pr. *Foliis oblongis obtusis membranaceis ciliato-glandulosis glabris, umbella pauciflora calycibus obtusissime dentatis scapoque humillimo glanduloso-pubescentibus involucri foliolis paucis oblongo-linearibus radiis longioribus, corolla hypocrateriformi fauce villosa capsula ovoidea.*

Pr. spectabilis. Tratt. Pr. Clusiana. Tausch. Pr. Candolleana Reich. ic. t. 584. f. 802, 803. Ic. Clus. hist. 304. Moris s. 5. t. 24. f. 8. Jacq. obs. 2. 26. t. 15. et fl. a. t. 327. Fl. aest. In alpibus *Vinadii* et *Tendae*. Pr. officinalis, elatior et acaulis, radicem habent suaveolentem, quae infusa cum aqua ferventi dolores hystericos sedat, maxime vertiginem quae a solo nervorum vitio est, aliasque nervorum turbas, quae catameniorum fluxum comitantur. Radix certe acris est, nam pulverata et naribus indita sternutationem movet ut Arnica, et Helleborus, et Tabacum. Herbas itaque homiopathicis medicis commendo ut in sanis corporibus experimenta suscipiant atque eruant morbos quibus utiles esse possunt. Haec praecipue dicta sunto de Pr. officinali, cuius radix odoratior anisum olet.

## 233. CYCLAMEN.

Herbae perennes radice tuberosa carnosa, scapis unifloris demum apice cirrhosis floribus roseis cernuis.

a. *Foliis hysteranthiis: corolla fauce 10dentata.*

1. HAEDERAEFOLIUM. Ait kew. 196. C. *Radice orbiculari depressa foliis hysteranthiis cordato-ovatis angulatis minute denticulatis corolla fauce 10dentata laciniis lanceolatis acutis tortis.*

C europaeum Savi pis I, 213. eiusd. mat. med. t. 41. Engl. bot. t. 548. C. neapoletanum Tenor. neap. 3. 197. A. B. tab. 2. t. 418. C. ficariifolium Reich. excurs 407. C. latifolium Sibt. fl. gr.

t. 185. C. graecum Link in Linnaea 1834 573. Ic. Lob. ic. 605. Dodon. pempt. 337. Clus. hist. 265. Dalech. lugd. 1606. Pass. hor. fl. aut. t. 14. Swert. flor. t. 59. Tilli hor. pis. t. 19. f. 4. Cor. pallida fauce maculis quinque sanguineis. Flos inodorus nudus erumpit ante folia mense septembri foliis supra albo maculatis subtus rubentibus, aliquando subtus concoloribus. In *Liguria orientali* locis umbrosis collium circa *Sarzanam*.

aa. *Foliis synanthiis: cor. fauce integra.*

2. EUROPAEUM. C. *Radice orbiculari foliis synanthiis cordato-orbiculatis obtusiusculis denticulatis subzonatis laciniis corollae lanceolatis corollae fauce integra.*

C. aestivum Reich. excurs. 407. C. litorale Sadler. C. officinale Wend. C. retroflexum. Moench. apud Duby (Can. prodrom. 8. 56.) Ic. Matth. com. 412. Camer. epith. 357. Clus. hist. 264. Dodon. pempt. 337. Lam. ill. t. 100. Bull. herb. t. 6. Plenck. ic. t. 85. Jacq. a. t. 401. Hayne term bot. t. 8. f. 2. Moris s. 13. t. 7. f. 1. Rocques. phyt. med. t. 31. Fl. med. t. 145. Flores suaveolentes. Folia supra albo-maculata, subtus rubentia. Fructibus perfectis pedunculi convolvuntur in spiram, et sub terra recondunt semina. Fl. aest. Vulgare in montibus et collibus submontanis agri *canapic. bugell. segus. novar.* in *Sabaudia*, etc.

Radix eius acris amara nauseosa est. Siccae vis multo minor. Veteres hanc stirpem multis in morbis adhibuerunt. Aretaeus succum eius in volvulo imperat ut motus intestinorum peristalticus restituatur (de curat. acut. lib. 2. cap. 5. p. 105. edit. Boher.); succum in naso injicit ut vertiginosis succurrat (de curat. diut. lib. 1. cap. 3. p. 113). Galenus in ictero et astmate utilem dicit (de simplic. facult. lib. 7. 822. ed. Ric.); impetigines sanare sive in decocto sumatur, sive cuti imponatur. Dioscorides scribit radicem eius alvum magna vi purgare et catamenia educere sive intus sumpta sive subdita sit (lib. 2. cap. 194. tom. 1. 304-6. ed. Spreng.). Probabili coniectura vim uteri contractilem suscitat ut Secale cornutum, et foetum et secundinas expellit. Revera Hallerus (mat. med. par Vicat. 1. 213.) affert testimonium chirurgi, qui ope huius radicis ad 1|2 dr. sumptae obortis vomendi conatibus placentam pellebat. Abdomini imposita atque illita alvum magna vi solvit, et abortum facit, et vermes necat, quamquam non sociata aliis drasticis remediis ut in unguento de Arthanita est. Dioscorides scribit inebriare si cum vino misceatur, in amblyopia succurrere succum melle mixtum (ore sumptum?) Rectum intestinum prolapsum retrahit si adhibeatur vinum, quo radix macerata sit. Obstructiones hepatis ac lienis eximie resolvit sive intus sumpta sit sive extus apponatur. Ephelides delet, et calvitiem emendat. Decocta juvat in doloribus podagrae, in ulceribus tibiarum et in pernionibus. Si cava radix oleo et cera repleatur et igni imponatur, unguentum conficitur in pernionibus curandis utilissimum. Ego radicem optimam vidi in discutiendis hepatis ac lienis obstructionibus. Tubera probe contusa, atque in pulpam mollem confecta herbaeque Verbenae officinalis addita cum aceto farina secalis et albumine ovi atque visceribus aegris imposita miram opem attulit. Nimia dosi intus sumpta veneni instar acris jugulat aegros. Diserte Matthiolus (com. 413. Venet. 1572. Valgrisi.) « Tiratone il succo su per il naso conferisce ai dolori antichi del capo, e alle frigide emicranie, ai paralitici, ed a tutte le infirmità frigide del cervello. L'acqua distillata dalle radici tirata su per il naso vi ristagna mirabilmente il flusso del sangue, bevuta la medesima al peso di sei oncie con una oncia di zucchero fino polverizzato ristagna il vomito del sangue che sia o dal petto o dallo stomaco o dal fegato o da qualsivoglia altro membro interiore, e conglutina e salda le rotture delle vene. Del che possiamo far noi sicuro testimonio. Il succhio delle radici preso per bocca con ossimele al peso di due dramme fa andare del corpo, ed apre le oppilazioni del fegato e della milza, e però giova magnificamente agli idropici ed al trabocco di fiele, ma non bisogna darlo se non accompagnato con mastice o con noce moscada o con uno scropolo di rabàrbaro: imperocchè queste cose sminuiscono la forza della sua malignità. Le radici fresche peste ed impiastrate conferiscono maravigliosamente alle posteme indurate et alle scrofole, e mettesi il succhio con non poco giovamento nelli unguenti che si preparano per i tumori e per le durezze della milza e posso molto bene affermare che molti che pativano questi difetti di milza sono stati guariti con questo rimedio, i quali avevano prima usato assai delli altri senza giovamento veruno. Mettesi il medesimo succhio con giovamento presentaneo nei cristeri

che si fanno pei dolori colici e delle budella. La radice fresca fregata intorno al sedere ovvero postovi sopra il succhio con lana provoca le hemorrhoide. Sanano le radici la sordità et i suffoli alle orecchie se si fanno bollire, tagliate minute, in olio rosado, di mandorle, e di camomilla con un poco di vino et si mette poi l'olio caldo nelle orecchie e le radici già cotte si impiastrano sopra ben calde la sera quando i patienti se ne vanno al letto: ma bisogna perseverare così qualche giorno levando via la mattina le radici e lavando il luogo con vino bianco caldo: fanno il medesimo se pestandosi con alcune mandorle amare, et altrettante animelle di noccioli di pesche et di poi macerandosi in acqua vite per tre giorni continui: imperocchè spremendosene di poi il succhio e mettendosi nelle orecchie, conferisce non poco giovamento; facendosi però ciò più volte nel medesimo tempo sudetto. Il succhio incorporato con altrettanto mele e tenuto in bocca sana i difetti della lingua, delle gengive et delle altre parti circostanti et mitiga i dolori dei denti. Gargarizzasi il succhio con acqua di piantaggine per tutti gli impedimenti delle fauci et del gorgozzule...... Et tanto è forte nelle facultà sue che ungendosi ovvero impiastrandosi in sul ventre solve il corpo, et ammazza le creature nella matrice.» Ex multis his Andreae Matthioli verbis manifesto elucet Cyclamen maximi momenti remedium esse et magnum artis adminiculum in gravissimis morbis curandis. Et quae Matthiolus scripsit vera sunt. Vir enim summus est magnae fidei et autoritatis praesertim si de rebus sermonem habet quae ipse fecit vel vidit. Perperam itaque nostrae aetatis medici tanti praetii remedium nihili faciunt. Quae et de aliis multis dicenda sunt. Ideoque multa haec verba ex Matthiolo transcripsi ut pateat quanti thesauri in libris veterum latitent, quorum placita si rite medicentur et repetitis experimentis comprobentur, ad medicinam specificam deducent medicos artem veram omni fuco et periculo exutam quippe non ideis praeconceptis sed rationi et experientiae magistrae rerum fulta sit. Ideoque Hanhemannus medicinae homiopathicae stator Cyclamen utile declaravit in ictero, tumore hepatis dolorifico: asthmate cum pectoris turgore et suffocationis metu, in visus hallucinationibus, disecoea, artuum infirmitate ac paralysi, melancholia, rheumatismo, dispepsia, et febribus intermittentibus illis praecipue quibus calor dumtaxat in facie molestus est. — Ruchertus in gravissimis surarum doloribus. — Mulieres in valle *Andurni* folia dempta epidermide paginae inferioris, mammis, quae post partum inflammatione intumuerunt, imponunt optimo, ut fertur, successu. Quae certis experimentis confirmanda sunt. Folia eadem ac radicem praestare apud nos in vulgus notum est.

## 234. VILLARSIA.

NYMPHOIDES. Vent. choix. 2. V. *Herba glaberrima perennis aquatica caule tereti ramoso natante nigro-maculato superne folioso, foliis repandis natantibus longissime petiolatis cordato-orbiculatis glanduloso-punctatis integerrimis floribus longe pedunculatis pedunculis axillaribus solitariis vel fasciculatis imis folia superantibus corollis magnis calycem longe excedentibus luteis post anthesim submersis seminibusque ciliatis.*

V. nympheoides Hook. br. ed. 2. 107. ejusd. lond. 5. t. 11. Menyanthes nymphoides. L. sp. 207. Fl. dan. t. 339. Lam. ill. t. 100 f. 2. Poir. fl. d'eur. 5. t. 75. Gaertn. de fruct. t. 114. M. nymphoides Smith. br. 1. 275. Engl. bot. t. 217. Walschmidia nymphoides Wigg. prim. 20. Limnanthemum peltatum. S. G. Gmel acta petrop. 1769. 527. L. nymphoides Link port. 344. Schweikherta nymphoides C. C. Gmel. bad. 1. 447. Ic. Sab. hor. rom. 2. t. 67. Fl. aest. In agri *canapic.* lacubus: *di Candia, Viverone et di S. Michele.*

## 235. ANAGALLIS.

Herbae annuae glabrae caulibus inferne ramosis pedunculis axillaribus glandulosis unifloris demum recurvis.

a. *Caule suberecto: corolla coerulea.*

1. COERULEA. Schreb. spic. 5. A. *Caule suberecto foliis sessilibus ovato-oblongis oppositis ternisque calycibus serrulatis corollam subeglandulosam æquantibus pedunculis folio subbrevioribus laciniis corollae apice argute inaequaliterque serrulatis.*

A. arvensis. a. Lin. sp. 211. Fl. dan. t. 1570. Plenck. ic. t. 82. f. inf. — Var. *foliis lanceolatis verticillatis* est A. Monelli. L. sp. 211. A. verticillata All. ped. 1. 87. t. 85. f. 4. Curt. bot. mag. t. 319. quam L. l. c. et Kock syn. 669. perennem dicunt. Ic. Matt. comm. 431 f. 1. Ic. Sab. h. rom. 2. t. 46. Bonan.

pamph. t. 130. Chabr. sciagr. 454. f. 2. Mala. Dal. lug. 1237. f. 1. Moris. s. 5. t. 26. fig. 3. Engl. bot. t. 1823 Hook fl. lond. ed. Grav. 5. t. 12. Cor. coerulea fauce rubro-marginata. Fl. aest. et aut. In agro *nic.* in valle *Occelli.* in agro *segus.* etc.

aa. *Caule prostrato radicante: cor. purpurea.*

b. *Corollis rotatis margine piloso-glandulosis vix calyce longioribus.*

2. PHOENICEA. Lam. fr. 2. 285. A. *Caule prostrato foliis sessilibus ovatis oppositis ternisve subtus ferrugineo-punctatis calycibus integerrimis corollae laciniis subintegris margine ciliato-glandulosis subbrevioribus.*

A. arvensis β. L. sp. 211. Svens. bot. t. 123. Fl. dan. t. 88. Plenck ic. t. 82. fig. sup. Curt. lond. 1, t. 25. Engl. bot. t. 529. Ic. Zannich. ist. t. 238. Sab. hor. rom. 2. t. 45. Matth. com. 430, Chabr. sciagr. 452. f. 2. Dalech. lugd. 1236. f. 2. Herba vulgatissima speciosa usque pedalis corollis coccineis. Fl. aest. Ubique in hortis, agris et arvis.

bb. *Corollis eglandulosis basi tubulosis calyce duplo longioribus.*

3. TENELLA. A. *Caule repente foliis petiolatis subrotundo ovatis acutiusculis reticulato-venosis subtus glandulosis pedunculis elongatis corollis maximis basi tubulosis stylo elongato stigmate obtuso calycis laciniis margine scariosis.*

Lysimachia L. sp. 211. Tirasekia Reic. excurs. 408. T. alpina Schmidt in Usteri an' st. 6. 124. Ic. Moris s. 5. t. 26. f. 2. Cavanil. ic. et descr. 2. t. 123. f. 2. Fl. dan. t. 1085. Curt. l. c. 3. t. 44. ed. 1. 3. t. 15. Engl. bot. t. 530. C. Bah. prodrom. 136. Chabr. sciagr. 453. f. 2. Herba speciosa humilis vix palmaris. Cor. rosea rubrove-striata. Fl. aest. In agri *nic.* locis aquosis secus *Varum* et ad oppidum *Lucerame*, ad fontium scaturigines et secus torrentes prope *Uneliam*: ex turfaceis prope *Irobaso* in valle *Intrasca* agri *nov.*: in *Liguria orientali* prope *Spetiam* et *Sarzanam alla Marinella.*

Anagallis coerulea et praecipue phoenicea (quae probabili conjectura sunt varr.) non sine virtute est quidquid clamitentnon pauci scriptores nostri aevi. Experimenta enim Orfilae, Grenierii, Angelotii, herbam amaram, acrem atque venenatam esse abunde probarunt. Pecora, ovibus exceptis respuunt illam. Passeres illius seminibus valde delectari scribit Sangiorgio (ist. 135). Sed forte fallitur et Anagallidem cum Stellaria media confundit. Nam subdit Fringillam canariam illam vehementer appetere, quod de Stellaria media intelligendum est. Veteres adhibebant in ulceribus curandis etiam internis et phtisi, diarrhoea et dysenteria, intestini recti et vaginae prolabentia, leucorrhoea et abdominis physconiis, ictero, et hydrope et diuturnis oculorum inflammationibus: in gravissimis morbis nervorum, epilepsia aliisque nervorum distensionibus, sed praecipue in melancholia et mania. Quarum sanationis etiam apud recentiores medicos praeclara monumenta supersunt. Primus Rufus Ephesius in hydrophobia laudavit. Quae laus a multis serioris et nostrae etiam aetatis medicis pluribus habitis experimentis confirmata fuit. Quamquam non defuerunt qui experimentis susceptis nullam illi vim esse scripserunt. Cf. Murrayum, Rictherum, Meratium. Atque etiam Phil. Carol. Harthmanni summi et praeclari viri testimonium afferre non recuso, qui tamen aliorum non sua placita adduxit. Magna eius vis experimenta certiora desiderat, maxime homiopaticorum.

## 236. LYSIMACHIA.

a. *Pedunculis multifloris, floribus racemosis; caule erecto radice perenni.*

1. VULGARIS. L. *Racemis terminalibus compositis foliis oppositis subverticillatis oblongo lanceolatis filamentis glandulosis basi coalitis, radice repente.*

L. thyrsiflora Tenor. neap. 1. 85. L. paludosa Baugrn. trans. 1. 141. L. westphalica Weyh. bot. zeit. 5. 2. 411. Dodon. pempt. 84. Sab. hor. rom. 2. t. 41. Zannich. ist. t. 157. Lam. ill. t. 101. f. 1. Engl. bot. t. 761. Svens. bot. t. 345. Plenck. ic. t. 83. Curt. lond. 3. t. 45. ed. 1. 5. t. 19. Fl. dan. t. 689. Matt. com. 619. f. 1. Dalech. lug. 1059 f. 1. Caulis usque 4pedalis superne ramosus foliaque subtus pubescentia. Calycis laciniae corolla flava valde breviores rubro vel fusco-marginatae ciliatae pilis apice glanduliferis. Stamina 2. longiora. Vulgatissima in humidis et fossis.

aa. *Pedunculis unifloris: caule prostrato.*

b. *Pedunculis verticillatis radice repente.*

2. PUNCTATA. L. *Pedunculis verticillatis laciniis calycinis corollaeque scutellato-patentis calycem excedentis ocu-*

*tis glanduloso-ciliatis, filamentis basi coalitis foliis subverticillatis ovato-lanceolatis petiolatis punctatis subtus cauleque villosis.*

Ic. Moris s. 5. t. 10. f. 15. Clus. hist. lib. 4. 52. f. 2. Jacq. a. t. 366. Caulis aliquando erectus usque bipedalis totus foliosus superne ramosus glanduloso-pilosus. Cor. flavae. Stam. aequalia. Fl. aest. In pascuis humentibus agri *aquens.*

bb. *Pedunculis axillaribus solitariis.*
c. *Cor. rotata albo-virente calyce breviore. radice annua.*

3. LINUM STELLATUM. L. *Caule ramosissimo glabro foliis lanceolatis sessilibus pedunculis axillaribus calycibus corolla majoribus filamentis basi liberis pedunculis folio valde brevioribus.*

Asterolinum stellatum Link. por. 1. 332. Ic. Magnol. bot. monsp. 162. Sibt. fl. gr. t. 109. Gaertn. de fruct. t. 50. Herba pusilla vix palmaris glabra. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et variis locis agri *segusiani.*

cc. *Cor. scutellato-patente flava: calyce longiore*
d. *Filamentis laevibus radice repente*

4. NEMORUM. L. *Caule basi radicante foliisque cordato-ovatis acutis petiolatis glabris pedunculis axillaribus flexuosis folia superantibus filamentis laevibus basi liberis corollæ laciniis glanduloso-ciliatis.*

Ephemerum nemorum. Reich. excurs. 2. 409. Lys. Azorica Hook bot. mag. t. 3273. Lerouxia nemorum Merat. fl. par. ed. 2. 149. Ic. Clus. hist. lib. 6. 182. Fl. dan. t. 174. Engl. bot. t. 527, Curt. lond. 1, t. 24. ed. 1. 5. t. 18. Caules ramosi purpurascentes tetragoni nitidi foliosi utplurimum prostrati usque semipedales. Folia margine scabra subtus pallentia: laciniae calycis subulatae subtrinerviae margine subscariosae. Cor. tenerrimae. Stam. magna nutantia. Fl. vere et aest. Vulgaris in oris sylvarum, sepibus et dumetis humentibus.

dd. *Filamentis glandulosis: radice perenni fibrosa.*

5. NUMMULARIA. L. *Caule prostrato repente foliis subrotundis obtusis undulatis brevi petiolatis pedunculis strictis folia subaequantibus filamentis glandulosis basi connatis corollis ferrugineo punctatis glanduloso-ciliatis.*

Ic. Dod. pempt 600. Matth. com. 599. Dal. lug. 1062. Sab. hor. rom. 2. t. 44. Zannich. hist. t. 297. Plenk ic. t. 84. Engl. bot. t. 528. Curt. lond. 2. t. 24. ed 1. 3. t. 14. Fl. dan. t. 493. Caulis usque bipedalis rubens apice radicans. Fl. aest. Vulgatissima ubique in sepibus, dumetis subhumidis, fossis, etc.

Lysimachiae nostrae subamarae, et adstringentes sunt. Veteres adhibebant in diarrhoea et dysenteria et in ulceribus diuturnis etiam phtisi. Et Bohaeravius in iisdem morbis laudavit. Hodie obsoletae.

## 237. HOTTONIA.

PALUSTRIS. H. *Herba perennis aquatica caule herbaceo scapigero foliisque pectinato-multifidis immersis glabris subsessilibus viridibus imis alternis supremis verticillatis rosulatis internodiis aequalibus scapis emersis striatis teretibus nudis glanduloso-pilosis racemo terminali floribus verticillatis pedunculatis corollis calyce majoribus roseis fauce lutea capsula acuta radice-repente.*

Ic. Matthiol. com. 733. f. 2. Dalech. lugd. 770. f. 3. Schk. hand. t. 35. Lam. ill. t. 100. Svens. bot. t. 603. Engl. bot. t. 364 Curt. lond. 1. t. 23. ed. 1. 1. t. 11. Fl. dan. t. 487 et t. 1867. Caules basi foliosi. Thyrsus longus: laciniae floris et stamina 5-8. Individui sunt stylo brevi staminibus exsertis, filamentis anthera quadruplo longioribus suprema fauce insertis, aliis vero staminibus medio tubo insertis non exsertis, filamentis antheras vix aequantibus, stylo elongato Fl. vere. In aquis lente fluentibus, limpidis tamen, et fossis et oris lacuum.

## 238. MENYANTES.

TRIFOLIATA. M. *Herba glabra palustris radice repente crassa articulata caulibus teretibus simplicibus foliis longe petiolatis erectis ternatis foliolis oblongis venosis subserratis floribus thyrsoideis thyrsis oppositifoliis longissime pedunculatis pedicellis basi bracteatis corollis albidis calyce valde longioribus capsula globosa seminibus luteis nitidis lenticularibus.*

Ic. Savi mat. med. t. 47. Fl. med. t. 234. Rocq. phyt. med. t. 54. Plenck ic. t. 87 Lam. ill. t. 100. f. 1. Bull. herb. t. 131. Fl. dan. t. 541. Svens. bot. t. 22. Curt. lond. 1. t. 22. ed. 1. 4. t. 17. Engl. bot. t. 495. Woodv. med. bot. t. 2. Hayn. arzn. 3. t. 14. Radix teres flagelliformis latissime repens nigra. Caules

aliquando ramosi, inflexi foliosi. Corollae intus dense harbatae setis carnosis obtusis apice incrassatis. Corolla aliquando laevis est tunc est M. paradoxa, Fries. nov. succ. 7. Fl. vere. Locis paludosis etiam alpinis: in oris lacuum vulgatissima et copiosissima in oris lacus *di Viverone*.

Herba amara et tonica est. Alvum etiam purgat non sine torminibus si ad dracmam ingeritur, febres intermittentes pellit et obstructiones et icterum et cachexiam et hydropem et ulcera antiqua inde nata. Etiam in podagra et calculo valde profuisse invenio, in scorbuto et cachexia scorbutica multiformi apud Anglos, Danos et Svecos optimum et fere princeps remedium est: in dyspepsia remedium est forte omnibus anteferendum. Etiam medici homiopathici iisdem morbis felici eventu adhibuerunt.

## 239. ERYTHRAEA.

Herbae annuae glaberrimae caule erecto tetragono foliis oppositis sessilibus simplicibus nervosis integerrimis.

a. *Floribus spicatis.*

1. SPICATA. Pers. ench. 1. 283. E. *Caule ramoso foliis ovalibus nervosis floribus alternis laxe spicatis subsecundis bracteis calycibusque tubum corollae æquantibus.*

Gentiana L. sp. 333. Chironia W. sp. I. 1069. a. 6. Ic. Sibt. fl. gr. t. 238. Link. fl. port. t. 68. Barrel. ic. 1242. Zannich. ist. t. 8. Caulis dichotomus pedalis et ultra. Cor. purpurea raro albida vel rosea. Fl. aest. In litoribus maris *ligustici* et *nic.* Locis herbidis et graminosis.

bb. *Floribus corymbosis.*
b. *Corolla purpurea.*

2. CENTAURIUM. Pers. ench. 1. 283. E. *Caule superne ramoso foliis oblongis acutis subtrinerviis, radicalibus rosulatis floribus fasciculato-corymbosis bracteatis tubo corollae calycis lacinias basi membrana connexas excedente.*

Gentiana a. Lin. sp. 332, Fl. dan. t. 617. Bull. Herb. t. 253, Sav. mat. med. 7. Chironia W. sp. 1. 1068. Curt. lond. 4. t. 22. ed. 2. 1. t. 33. Woodw. med. bot. t. 157. Engl. bot. t. 417. Svens. bot. t. 219 E. germanica Link. port. 1. 351. Hippocentaurea Centaurium. Schult. oestr. 1. 389. C. grandiflora Roem. et Schult. syst. 4. 167. E. maior. Link. port. 1. 349. t. 65. Reich. ic. t. 388. f. 572. E. ramosissima Pers. en. 1. 283. Svens. bot. t. 579. f. 3. Gentiana Centaurium b. L. sp. 333. Gent. ramosissima Will. delp. 2. 330. Gent. palustris Lam. ill. n. 2221. Chironia inaperta (Vail. t. 6. f. 2.) Will. sp. 1. 1069. Ch. ramosissima Crh. herb. 124. Ch. Vaillantii et Gerardi Schm. boeh. Ch. intermedia Mer. fl. par. 91. E. pulchella Hornem. fl. dan. t. 1637. E. inaperta Schlect. ber. 1. 131. E. Gerardi Baugm. trans. 1. 171. E, intermedia Poll. viagg. 16. E. capitata R. Sch. sys. 4. 163. Chironia pulchella Sw. act. hom. 1783. f. 8, 9. Engl. bot. t. 458. E. pyrenaica Pers. en. I. 283. E. emarginata Kit. hung. t. 275. E. nana Hegetsch. fl. helv. 202. E Meyerii Ledeb. Bung. fl. alt. 1. 220. Ic. Matthiol. com. 473. Dalech. lug. 1289. Chabr. sciag. 447. f. 3. Vaill. par. t. 6. f. 1. Lob. ic. 401. Schm. diss. de Heryt. 2. f. 1-5. Plenck ic. t. 157. Zannich. ist. t. 249. Sab. hor. rom. 1. t. 99. Fl. aest. Vulgatissima in arvis et aggeribus, ad vias locis sterilibus, quibus aliquando humillima et uniflora fit. Flores aliquando candidi, non raro carnei et maiusculi: in locis pinguibus et humidiusculis, ramosissima et elatior fit.

3. LINARIFOLIA. Pers. l. c. E. *Caule subramoso foliis linearibus oblusis uninerviis floribus sub-corymbosis stylo elongato simplici.*

Gentiana Lam. enc. 5. 641. E. compressa Hayne apud Kunth fl. ber. 65. E. angustifolia Wal. sched. 504. Chironia uliginosa W. et Kitaib. pl. hung. 2. 287. t. 259. Ic. Reich. ic. f. 185-189. E. humilis Griseb. gent. 443. E. conferta Pers. en. 1. 283. E. litoralis Sm. engl. fl. 1. 320. Engl. bot. t. 2305. E. caespitosa Link. portug. 1. 352. t. 66. Nullo modo differre ab E. Centaurio mihi videtur cum characteres a Spreng. scripti neutiquam constantes sint. Folia enim ex Koch syn. sunt *lineari-oblonga et stylus apice bifidus.* Unde transitus manifestus est. Cor. roseae. In lit. maris *nic.* Fl. vere et aest.

bb. *Corolla lutea.*

4. MARITIMA. Pers. l. c. E. *Caule superne ramoso foliis lanceolatis nervosis floribus laxe dichotome corymbosis tubo corollae calycem linearem superante limbi laciniis sublinearibus acutis stylo ad basim bipartito.*

Gentiana. L. mant. 1. 55. Chironia W. sp. 1. 1069. Sibt. fl. gr. t. 237. Ch. lutea Bert. am. 70. E. occidentalis R. et Sch. 4. 171. Cav. ic. 3. t. 296. f. 1. Ic. Barrel.

ic. 468. Fl. aest. In lit. maris *nic.* et *ligustici.* Circa *Niceam* et in pratis *Sarzanae alla Marinella.*

Quae de Menyanthe trifoliata scripta sunt omnino E. Centaurio conveniunt. Etiam veteribus valdopere commendata iisdem morbis. Ulcera atonica purgat et consolidat ex Dioscoride. Oculis debilibus succurrit etiam extus adhibita. Contusa et apposita genitalibus menses educit. Et intus sumpta cum catamenia propter febres intermittentes et viscerum valetudinem restiterunt. Dyspepsiae, ictero et obstructionibus hepatis et lienis maxime si cum Verbena officinali jungatur medetur laxando alvum et vires reficiendo. Chronica etiam exanthemata et hydropes si ab hac causa profluxerunt, dispellit. Decoctum eius pediculos enecat.

## 240. NERIUM.

Oleander. N. *Arbuscula elata superne ramosa ramis erectis, foliis ternis oppositisque lanceolatis coriaceis integerrimis subtus venosis calycibus subsquamosis corollae roseae coronae laciniis apice eroso-laceris caudis antherarum faucem aequantibus.*

Ic. Matt. com. 701. Dalech. lug. 246. Lam. ill. t. 174. Plenck ic. t. 128. Sibt. fl. gr. t. 248. Roq. phyt. med. t. 57. Lob. ic. 364. Blackw. t. 53. Duham. arb. nov. edit. 5. t. 23. ed. I. 2. t. 12. Targ. Toz. rap. t. 3. Spenn. in Nees. gen. pl. ger. fas. 21. Colitur var. *floribus plenis etiam albis.* Fl. aest. In agro *nic.* et *ligustico.* Stirps veteribus nota et succo scatens acri et amaro asinis, et mulis et equis et canibus et muribus, etc, venenata. Ex Orfilae experimentis pluribus animalibus lethalis; etiam homini et odore suo periculum infert. Veteres adhibebant cum morsu serpentum venenatorum homo laesus erat. Recentiores medici extractum eius cum adipe in rebellibus Impetiginibus commendarunt. Quae medici homiopathici experimentis suis confirmaverunt. Herpetes enim et tineam capitis humidam sanare perhibuerunt. Etiam in paralysi plurimum valere scripserunt. Ruoffius in mania, Rukertus in lyenteria utilissimam declaraverunt. Multum valere in mentis hallucinationibus pro certo habeo, cum pluries et in me ipso expertus sim memoriae vim atque aciem et judicandi facultatem vehementer intendere.

## 241. VINCA.

**Herbae perennes radice repente caulibus sterilibus prostratis radicantibus floriferis erectis pedunculis solitariis axillaribus erectis demum deflexis corollis maiusculis coeruleo-violaceis laciniis truncatis foliis coriaceis splendentibus sempervirentibus petiolis versus apicem biglandulosis.**

a. *Foliis margine glabris.*

1. minor. V. *Foliis oblongis laciniisque calycinis lanceolatis margine nudis.*

Pervinca. Scop. carn. 2. 170. V. acutiflora Bert. it. 2. 751. est var. *calycis laciniis linearibus corollae laciniis oblique ovato-acuminatis.* Ic. Matth. com. 622. Daleg. lugd. 832. Dodon. pempt. 405. Blackw. herb. t. 69. Ludw. ect. tab. 75. Sab. hor. rom. 1. t. 95. Lam. ill. t. 172. f. 2. Engl. bot. t. 917. Curt. lond. 3. t. 10 ed. 2. 3. t. 48. Plenck. ic. t. 113. Fl. med. t. 269. Schk. hand. t. 51. Spenn. l. c. fas. 21. Corolla non raro violacea: aliquando purpurea vel alba. Fl. primo vere, etiam februario. Vulgatissima in sepibus et dumetis et oris sylvarum.

aa. *Foliis margine ciliatis.*

2. major. V. *Foliis subcordato-ovatis laciniisque calycinis linearibus ciliatis.*

Pervinca. Scop. l. c. Ic. Dalech. lug. 833. opt. Dodon. pempt. 406. Sab. hor. rom. 1. t. 94. Garid. aix. t. 81. Engl. bot. t. 514. Plenck ic. t. 114. Lam. ill. t. 172. f. 1. Curt. lond. f. 4. t. 19. ed. 2. 3. t. 47. Corollae duplo maiores quam prior. Ambarum flores primum intense coerulei, dein violacei, demum albidi fiunt. Non differt a priori nisi *foliis corollisque maioribus.* V. acutiflora Bert. et media Link. et Hoffm. port. t. 70. transitum facientibus. Folia non raro margine laevia sunt. Fl. vere. Rarior praecedente. Amat colles calidiores. Ego legi in collibus amoenis *di Salussola,* in agro *bug.* Vis earum par quamquam V. minor magis in usu est, forte ob maiorem eius frequentiam. Amara est et adstringens: unde veteres medici laudarunt in haemorrhagiis cohibendis. Oportet tamen ut virium infirmitas subsit. In leucorrhoea, et phtisi pulmonali nonnulli commendarunt. In angina multiplici cum febris et inflammatio subsederunt decoctum eius in gargarismo remedium est vere incomparabile. Remedium specificum sistere in plica polonica Joseph Frank ( praxeos med. univ. praecepta et Mem. sur la plique

pol. Vilna 1814): atque in Polonia esse populare. Quod medici homiopathici amplissime confirmaverunt experimentis atque observationibus suisquique in tinea et crusta lactea utilissimam declaraverunt. Cf. Trip. lessico prat. omiop. 122. Torino 1850.

## 242. VERBASCUM.

Herbae plerumque biennes caule erecto foliis alternis radicalibus rosulatis floribus racemosis bracteatis facile deciduis.

a. *Foliis decurrentibus.*
b. *Barba filamentorum alba: staminibus 2 longioribus.*

1. THAPSUS. V. *Foliis oblongis tomentosis crenatis inferioribus obtusis in petiolum attenuatis superioribus acutis decurrentibus racemo spicato denso corolla subcampanulata laciniis oblongis.*

V. montanum Schrad. hor. gott. fas. 2. t. 2. est var. *tomento luteo.* V. crassifolium Cand. fr. 3. 601. V. densiflorum Poll. ver. 1. 243. 3. 779. t. 7. V. crassifolium Link et Hoffm. port. 1. 213. t. 26. V. Thapsoides Tenor. neap. 1. 89. V. Thapsiforme Schrad. mon. 1. 21. V. cuspidatum Schrad. l. c. I. 23. t. 4. f. 1. V. macrourum Ten. neap. 3. 216. V. ramigerum Schrad. l. c. 1. 37. t. 4. V. adulterinum, V. nothum, V. collinum Koch syn. 590, 591. V. plantagineum Moris stirp. sard. el I. 33. V. pallidum. Nees in flor. 2. 295. V. elongatum W. enum. 1. 223. V. seminigrum Fries nov. fl. svec. 68. V. Thapsoides L. sp. 165. Schrad. l. c. t. 5. f. 2. V. neglectum Guss. sup. 1. 59. V. alatum Lam fr. 2. 259. V. Schraderi Mey. chl. han. 326. et Koch. syn. 586, etc. Ic. Tabern. 563. Zannich. ist. t. 268. Svens. bot. t. 79. Engl. bot. t. 549. Fl. dan. t. 631. Fl. med. t. 74. Caulis usque orgyalis alatus superne ramosus; racemus compositus densus longissimus basi interruptus. Cor. exigua extus albo-pilosa subinfundibuliformis-rotata. Pollen coccineum. Capsula ovoidea obtusa tomentosa utrinque unisulcata. Fl. aest. In pascuis saxosis et montanis.

bb. *Barba filamentorum purpurea: staminibus aequalibus.*

2. SINUATUM. V. *Foliis floccoso-tomentosis radicalibus petiolatis pinnatifido-sinuatis repandis superioribus crenatis supra nudiusculis semidecurrentibus racemis paniculatis staminibus aequalibus.*

V. hybridum. Brott. lusit. 210. V. scabrum Presl. fl. sicul. 1. 35. Ic. Zannich. ist. t. 205. Sibt. fl. gr. t. 227. Tournef, it. t. 335? Camer. h. st. t. 403. Matt. com. 723. f. 2. Dalech. lug. 1303. f. 2. Chabr. sciagr. 494. f. 1. Caulis usque orgyalis ramosus ramis rigidis diductis. Pollen coccineum. Cor. lutea, raro albida, maiuscula. Caps. subrotunda. Fl. aest. In litore maris *nic.* et *ligust.* etiam circa *Taurinum* in ripa *Padi* fluminis prope *Valentinum.*

aa. *Foliis adnato-sessilibus et petiolatis.*
b. *Filamentis coccineis albo barbatis: staminibus binis longioribus.*
c. *Albo-tomentosum.*

3. FLOCCOSUM. Kitaib. pl. hung. I. 81. t. 79. V. *Foliis ovato oblongis subintegerrimis crenatisve floccoso-densissime lanatis tomento deciduo radicalibus in petiolum attenuatis superioribus sessilibus vel cordato-amplexicaulibus caule ramoso tereti fasciculis florum racemosis pyramidatis staminibus disparibus corollae laciniis oblongo-obovatis.*

V. pulverulentum Will. delph. 2. 490. Engl. bot. t. 487. V. laxiflorum Presl. del. prag. 76. V. heterophyllum Morett. pl. ital. dec. 3. 6. V. haemorrhoidale Ait. kew. ed. I. 236. V. pulvinatum Thuil. par. ed. 2. 109. Caulis etiam orgyalis plerumque tamen humilior. Cor. lutea extus stellato-pilosa. Caps. ovoidea parva obtusa tomentosa subbiloba. Fl. aest. Frequens in aggeribus, et marginibus agrorum. Etiam in agro *taur.* secus *Tanarum* in prov. *albensi:* etiam in arvis agri *bug.*

cc. *Luteo-tomentosum.*

4. PHLOMOIDES. V. *Foliis inferioribus ovato-oblongis petiolatis reliquis sessilibus cordatis auriculis rotundis breviter adnato-subdecurrentibus liberisve amplexicaulibus crenatis tomentosis racemi fasciculis remotiusculis staminibus disparibus corollis calycem valde superantibus laciniis subrotundis.*

V. australe Schrad. mon. 1. 28. f. 2. V. rugulosum W. en. 224. V. condensatum Schrad. l. c. 31. V. nemorosum Schrad. l. c. 32. V. Thapsoides Will. delph. 2. 490. V. Sanniticum Tenor. neap. 3. 219. V. macranthum Link et Hoff. port. 1. 215. t. 27. V. Thapsus All. ped. 1. 104. Plenck ic. t. 109. V. Thapsoides ejusd. l. c. 105. Ic. Sibt. fl. gr.

t. 224. *antheris omnibus conformibus.* Caulis usque orgyalis. Folia ima crenato-subincisa. Fl. aest. In arvis, ad vias locis aridis vulgaris, praesertim in agro *nic.*: etiam *taurin.*

bb. *Filamentis coccineis, purpureo-barbatis.*

5. BICOLOR. Badar. osserv. 3. V. *Caule nudo, foliisque radicalibus petiolatis elliptico-ovatis acutis simplicibus basive pinnato-auriculatis caulinis sessilibus inferioribus oblongis superioribus cordato-ovatis acuminatis albo-tomentosis staminibus purpureo-barbatis corollis calycem duplo superantibus extus albo-intus purpureo-pilosis laciniis inaequalibus rotundatis.*

V. phlomoides All. ped. 1. 105. V. majale Cand. fr. 5. 415. Caulis usque quadripedalis. Cor. fundo purpureo-maculato. Macula radiata. Caps. ovoidea obtusa tomentosa. Non videtur differre a V. phlomoide nisi *barba filamentorum purpurea.* Ceteri characteres neutiquam constantes sunt: ut elucet ex Benthamo (Cand. prodr. 10. 231). Forte huc etiam trahendum V. Boheravii L. mant. 45. Fl. aest. In *Liguria* et agro *nic.*

bbb. *Filamentis albis purpureo-barbatis.*
c. *Staminibus duobus longioribus.*
d. *Foliis glabris.*

6. BLATTARIA. V. *Caule nudo foliisque lanceolatis glabris glanduloso-pilosis radicalibus longe petiolatis subsinuatis inaequaliter crenatis caulinis sessilibus subcordato-ovatis acuminatis dentatis racemo simplici elongato laxifloro pedunculis solitariis capsula globosa obtusa glabra.*

Ic. Matth. com. 724. f. 3. Sab. hor. rom. 2. t. 56. Engl. bot. t. 393. Huc traho etiam V. virgatum Wither. arrang. 250. Engl. bot. t. 550. Mala. Quod est V. Blattarioides Lam. encicl. 4. 225. Link et Hoffm. t. 28. V. glabrum, V. repandum W. enum. 225. V. viscidulum Pers. ench. I. 215. et non differt nisi habitu proceriore pedunculis aliquando 2-3floris. Folia enim caulina apud nos sunt semidecurrentia: Caulis usque quadripedalis. Pedunculi demum horizontales. Cor. grandiuscula lutea fundo purpureo, raro alba vel ochroleuca. Fl. aest. Vulgatissimum in viis ruderatis, etc. et maceriis. Herba male olens.

dd. *Foliis subtus pubescentibus: radice perenni: corollis purpureis.*

7. PHAENICEUM. V. *Foliis nudiusculis subtus pubescentibus crenato-dentatis radicalibus subcordato-oblongis petiolatis superioribus oblongis acutis minimis caule simplici superne glanduloso-piloso racemo terminali simplici laxo elongato pedicellis solitariis elongatis capsulis ovoideis acutis glabris.*

V. cisalpinum Biroli in giorn. di fisica, etc. dec. 2. t. 4. 284. t. 4. V. puniceum Schrad. hor. got. 2. 20. t. 14. V. ferrugineum Andr. bot. repert. t. 162. V. triste Smith. fl. gr. prodr. 1. 151. Ic. Bot. mag. t. 885. Jacq. a. t. 125. Lodd. bot. cab. t. 637. Caulis usque bipedalis. Cor. aliquando alba. Pollens croceum. Fl. aest. Vulgare in collibu. calidis apricis *Montisferrati,* agri *astens. segus., canap., bugel., novar., taurin.*

cc. *Staminibus aequalibus: cor. lutea: radice perenni.*

8. NIGRUM. V. *Foliis rugosis petiolatis subcordato-ovatis duplicato-crenanatis subpubescentibus subtus tomentosis petiolis decurrentibus caule ramoso paniculato pedicellis fasciculatis staminibus aequalibus capsula ovoidea biloba utrinque unisulcata tomentosa.*

Var. *foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis* est V. Chaixii. Will. delph. 2. 491. t. 13. V. gallicum W. sp. 1. 1005. Huc V. thyrsoideum Host. a. 1. 289. V. lanatum Schrad. mon. t. 2 f. 1. V. alpinum Turr. fl. ital. prodr. 1 64. V. rubiginosum. Rè app. in mem. ac. taurin. an. 1827. 1. 189. V. alopecuros, V. parisiense Thuill. par. ed. 2. 210. V. orientale M. Bieb. taur. 1. 160. 3. 154. V. austriacum Schot. in Roem. et Schult. syst. 3. 341. V. urticaefolium Lam. dict. 4. 220. V. dentatum Lapeyr. abr. pyr. V. monspessulanum Pers. ench. 1. 215. Schrad. mon. 2. 20. t. 2. f. 2. V. ovatum Schrad. hor. gott. fas. 2. 21. t. 15. V. banaticum Schrad. mon. 2. 28. V. mixtum Badar. in giorn. di fis. dec. 2. t. 7. 367. Ic. Matth. com. 722. f. 2. et 3. Chabr. sciagr. 494. f. 4. Dalech. lugd. 1299. f. 1. 2. Durant. herb. 73. J. Bah. hist. 873. Bass. in com. bor. 4. t. 2. Till. cat. hor. pis. t. 17. f. 1. Sab. hor. rom. 2. t. 54. Svens. bot. t. 590. Engl. bot. t. 59. Hook lond. 4. t. 25. Plenck ic. t. 110. Fl. dan. t. 1088. Caulis usque quadripedalis. Folia supra atro-virentia, ima aliquando pedalia. Cor. parva calyce tamen triplo longior lutea, fundo aliquando rubro-maculata. Pollen coc-

cineum. Fl. aest. Passim locis apricis lapidosis, etc. ad radices montium

bbbb. *Filamentis albis albo-barbatis: staminibus binis longioribus: corollis albis vel luteis.*

9. Lychnitis. V. *Foliis rugosis oblongis obsolete crenatis supra nudiusculis subtus floccosis imis pedunculatis obtusiusculis basi cuneatis reliquis sessilibus supremis acuminatis basi rotundatis caule paniculato angulato fasciculis florum remotiusculis capsula ovoideo-oblonga obtusissima biloba bisulca calyce longiore.*

V. ramosissimum Poir. enc. sup. 3. 718. V. bracteatum Presl. del. prag. 2. 214. V. Weldenii Moretti fl. ital. dec. 2. 8. V. micranthum eiusd. l. c. V. pulverulentum Bieb. taur. l. 160. non Will. V. Biebersteinii Bess. enum. podol. 53. Ic. Engl. bot. t. 58. Fl. dan. t. 586. Bah. hist. 3. 873. Matth. com. 723. f. 1. Dalech. lugd. 1303. f. 1. Caulis usque quadripedalis folia conferta. pollen croceum. Fl. aest. Passim ad vias praesertim locis aridis lapidosis.

V. Thapsus, V. phlomoides, V. nigrum, V. Lychnitis et probabili conjectura omnes species nostrae remedia sistunt neutiquam spernenda. Semina inebriant pisces, unde stirpes magna virtute pollere recte concludo. Flores et radices pulveratae verrucas delere scribit Matthiolus. In diarrhoea et dysenteria quae a laxitate est et intestini recti et vaginae procidentia utilissima sunt. In diuturnis tussibus (Dioscorides 1. 596) in phtisi etiam et dolentibus haemorroidibus. Renes et vesicam a sabulo purgare, ulcera sanare, oculis tumidis atque inflammatis prodesse, et dentium dolores decoctum collutione mitigare, dolores podagrae in cataplasmate valde lenire optimi scriptores consentiunt. Decoctum V. Thapsi saluberrimum in bovum peripneumonia esse experimentis probarunt unde conjicio in peripneumonia optimum, et facile parabile remedium fore (Scop. an. 4. 141). Novissime didici a rustica muliere herbam eius remedium sistere in cogendis cathameniis cum paucis comparandum. Quod experimentis habitis comprobatum vidi. Radicem in decocto adhibent. Verum totam herbam tali virtute pollere comperi. Nullos neque veteres neque recentiores medicos hanc in Verbasco virtutem reperisse certum est. Ideo stirpem medicis etiam atque etiam commendo ut remedium in menstruis purgationibus evocandis omnibus fere anteferendum. Medici homiopatici V. Thapsus utile experti sunt in prosopalgia aliisque nervorum faciei doloribus, vertigine et doloribus hepatis, in catharro chronico ac tussi infantum vespertina.

## 243. HYOSCHYAMUS.

Herbae biennes villosae viscidae foetidae caulibus erectis ramosis foliis simplicibus floribus axillaribus subsessilibus.

a. *Calyce* 10 *striato: cor. unicolore.*

1. albus. H. *Foliis omnibus petiolatis subcordato-ovatis sinuato-dentatis villosis imis suborbiculatis floribus distantibus subpedunculatis calycibus multi-striatis.*

H. aureus All. pedem. 1. 104. H. varians Tenor. syll. in app. 3. 588. H. canariensis Reich. excurs. 388. Ic. Matt. com. 679. f. 2. Dalech. lugd. 1717. f. 1. Clus. hist. lib. 5. 84. Sab. hor. rom. 1. t. 91. Savi mat. med. t. 24. Sibt. fl. gr. t. 230. Plenck. ic. t. 98. Lam. illus. t. 117. f. 2. Bull. herb. t. 99. Albert. fl. med. t. 300. Lob. ic. 269. J. Bah. hist. 627. Rocq. phyt. med. t. 39. Chabr. sciagr. 525. f. 6. Blackw. t. 111. Caulis pedalis et ultra. Cor. ochroleuca fundo virente, vel ferrugineo, vel rubido. Antheræ albidæ. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria*, in agro *albensi* et *novar.* secus *Verbanum.*

aa. *Calyce non striato: cor. nigro-purpureo-reticulata.*

2. niger. H. *Foliis imis petiolatis ceteris sessilibus semi decurrentibus ovato-oblongis sinuato-dentatis pilosiusculis floribus sessilibus corollis violaceo-reticulatis capsulis secundis.*

Ic. Matth. comm. 679. f. 1. Dalech. 1716. Chabr. sciagr. 520. f. 1. Lob. ic. 268. f. 2. Zannichel. ist. t. 255. Riv. mon. t. 104. Blackw. t. 550. Ludw. ect. t. 85. Knor. del. 1. t. P. 3. Savi mat. med. t. 4. Svens. bot. t. 21. Bull. herb. t. 93. Plenck. ic. t. 97. Engl. bot. t. 591. Fl. dan. t. 1452. Albert. fl. med. t. 301. Fl. med. t. 211. Rocq. phyt. med. t. 38. Orfila med. leg. t. 4. Caulis pedalis et ultra. Cor. ochroleuca fundo ferrugineo. Antheræ violaceæ. Fl. æst. Vulgaris in locis pinguibus et ruderatis. H. agrestis et pallidus Kitaib. H. boemicus Schm. sunt varr. Herba glutinosa, pilis raris, albis, longis, mollibus barbata.

Hyosciamus albus et nigèr ab antiquissimis inde temporibus etiam barbaris noti erant, atque in usum medicum vocati. Mentem alienare, artus resolvere, hæmorrhagias ciere certum est. Dolores sedat, et nervorum distentiones etiamsi morbo acuto junctæ sint et febris non constiterit. Dolores quoscumque levat dummodo e ventriculo bile onusto per consensum non sint. Biliosa enim colluvies Hyoschyamo aliisque sedantibus abhorret. In spasmis ac doloribus hypochondriacorum et mulierum hystericarum præsertim si cum Chamomilla et Valeriana jungatur. Optimum subsidium in colicis doloribus nervosis etiam illis quibus systematis vasorum turbæ accedunt. In vera enteritide tamen omnino illo abstinendum est. In febribus nervosis cum acuta morbi indoles subsedit, ac nulla inflammatio subsistit et omnis gastrica colluvies abest cum æger nervorum distentionibus et miti delirio laborat præstat Hyoscyamo uti qui sensuum hallucinationes dispellit: aliasque nervorum turbas componit. Herba contusa etiam sicca cataplasmate cum pane triticeo imposita dolores rheumaticos diuturnos lenit glandulas etiam strumosas mollit et resolvit. Etiam in pernionibus et hydrocele utilis est. Optime tunc cum herba Conii maculati iungitur ut pluries expertus sum. Tali modo bubones etiam rebelles resolvit. In epilepsia et mania nunquam profuisse vidi. Quod fidelibus habitis experimentis probavit Gredingius (Ludw. advers. med. pr. 1. par. 1. 71. seg.). Etiam semina narcotica sunt. Fumus eorum super prunas candentes injectorum atque ope infundibuli ad dentes cariosos et dolentes deductus eximie solatur ægros. Unde Hyoshyamum vocant agricolæ nostri *Erba Carola*. Memorabile est usu ejus alvum non coerceri. Inde remedium præstantissimum in abdominis doloribus atque opio præferendum. — Medici homiopathici summum remedium in multis ac gravissimis morbis prædicaverunt: neque profecto injuria. Quod et ego multoties expertus sum et primum magnum subsidium in diuturnis sanguinis fluxibus est. In febribus nervosis versatilibus præsertim lentis quibus accedit delirium mite. Etiam in febribus a biliosa colluvie quibus non raro ventriculi atque intestinorum inflammationes accesserunt. In inflammationibus pene omnibus. In apoplexia, epilepsia, crampis, hypochondriacis atque hystericis affectibus præcipue si sensuum hallucinationes adjectæ sunt. In nynphomania, ecstasi, delirio et præsertim maniæ omnibus pene speciebus cujus tutissimum remedium est. In febribus quartanis quibus tussis nocturna inanis sociata est. In febribus perniciosis epilepticis. Magnum auxilium in epilepsia præsertim si a terrore nata est. Præcipuum remedium hominum teneritudine fibræ laborantium, facile irritabilium, hypochondriacorum et feminarum hystericarum, omnibus denique qui nervorum distentionibus obnoxii sunt. Demum specifice levat morbos qui hominibus nervosis incubuerunt atque ex animi ægritudinibus, zelotypia, invidia, metu, et mœrore profluxerunt. Qua virtute valde accedit ad Violam odoratam et Delphinium Staphysagriam: remedia in morbis animi levandis cum paucis comparanda.

### 244. CONVOLVULUS.

a. *Caule volubili.*
b. *Foliis palmatis.*

1. ALTHAEVOIDES. C. *Foliis hirsutis vel argenteo sericeis imis cordato-oblongis dentato-lobatis superioribus sinuatis palmatisque laciniis oblongo-linearibus obtusis pedunculis subbifloris elongatis calycibus acutis capsula globosa inferne biloculari.*

C. hirsutus Tenor. neap. 1. 60. tab. 15, C. italicus Gus. fl. sicul. prodr. 1. 237. C macrocarpos Ab Ucria hor. panorm. 90. C. bryoniæfolius W. Reich. excurs. 349. Bot. mag. 913. Huc etiam traho C. tenuissimum Smith. fl. gr. 2. 797. t. 195. C. argyreum Cand. fr. 5. 423. qui non differt nisi *pilo molliore et densiore statura minore.* Apud auctores enim Candol. Spreng Bertol. etc. nullus certus firmusque character species distinguit. Ic. Lob. ic. 623. Clus. hist. 2. 49. f. infer. J. Bah. hist. 2. 159. Chabr. sciagr. 122. f. 1. Dalech. lugd. 1426. f. I. Trattin. th. bot. t. 57. Sab. hor. rom. 4. t. 19. Sibt. fl. gr. t. 194. Bot. mag. t. 359. et de tenuissimo Smith. Barrel. ic. 312. Caulis usque quadripedalis et ultra hirsutus vel molliter sericeo argenteus pilis fulvis vel albis patentibus vel adpressis. Calycis laciniæ margine scariosæ. Cor. rosea extus pilosa. Bracteæ a flore. remotæ. Fl. æst. In agro *nic.* et *ligus.*

bb. *Foliis sagittato-hastatis, radice repente.*

c. *Calycibus basi bibracteatis, cor. majuscula alba.*

2. SEPIUM. C. *Foliis sagittatis hasta-*

*tisque acutissimis auriculis truncatis pedunculis axillaribus solitariis unifloris tetragonis petiolum superantibus bracteis cordato-ovatis parallelis calycem acutum tegentibus capsula subglobosa inferne biloculari.*

Calystegia R. Br. Ic. Chabr. sciagr 121. f. 4. Matth. com. 756. Dalech lug. 1423. Lam. ill. t. 104. f. 1. Flor. dan. t. 458. Mart. fl. rust. t. 88. Plenck ic. t. 91. Svens. bot. t. 514. Curt. lond. 1. t. 13. ed. Grav. 1. t. 26. Engl. bot. t. 313. Radix carnosa crassa alba. Caulis orgyalis et ultra. Flores magni candidi, aliquando carnei vel rubri (quod numquam vidi). Huc procul dubio spectat C. sylvaticus W. et Kit. pl. hung. t. 261. qui est. C. sylvestris W. enum. 1. 202, C. lucanus Ten. neap. 3. 210. Calystegia sylvestris R. et Sch. syst. 4. 183. qui non differt nisi *habitu majore bracteis grandioribus.* consentiente etiam Kock syn. 568. Fl. æst. Vulgaris in sepibus.

cc. *Bracteis a calyce remotis: cor. parvula rosea.*

3. ARVENSIS. C. *Foliis sagittato-hastatis auriculis acutis pedunculis solitariis subunifloris folia superantibus bracteis a calyce obtuso remotis capsula ovoideo-subpentagona biloculari.*

Ic. Boccon. mus. t. 33. Pluk. t. 24. f. 3. Mart. fl. rust. t. 89. Curt. lond. 2. t. 13. ed. 2. 2. t. 46. Fl. dan. t. 459. Matth. com. 651. Dalec. lugd. 1424. f. 1. Chabr. sciagr. 121 f. 5 Svens. bot. t. 341. Plenck ic. t. 104. Bull. herb. t. 259. Engl. bot. t. 312. Rocq. phyt. med. t. 50. Dr. et Hayne ch. pl. eur. 1. t. 24. Radix profunde et tortuose descendens in terram alba repens. Cor. rosea extus striis quinque rubris, raro alba vel non striata. Caulis ut plurimum prostratus. C. villosus Ley. fl. sp. 2. 298. est var. hirta quæ neutiquam rara apud nos. Variat etiam *foliis ovatis oblongis et linearibus, auriculis acutis et obtusis* quas varr. raro vidi. — Vulgatissimus in agris, arvis, hortis, areis, etc. quibus molestissimus est et difficillime abigitur. Fl. æst. Herba recens suibus gratissima est. Apud nos agricolæ vocant *Vrula.*

aa. *Caule non volubili.*
b. *Prostrato.*
c. *Radice repente.*
d. *Foliis reniformibus.*

4. SOLDANELLA. C. *Foliis crassis cordato subreniformibus acutis subangulatis glabris pedunculis unifloris elongatis alatis incrassatis laciniis calycinis latis oblongis capsula laevi maxima globosa inferne biloba.*

Calystegia R. et Schul. syst. 4. 184. C. maritimus Lam fr. 2. 265. C. pseudo soldanella Mer. app. Lois. ex bull. feruss. 1828 sept. 111. C. asarifolius Salisb. C. reniformis Spr. sys. 1. 609. Ic. Matth. com. 350. f. 2. Dalech. lugd. 526. Donat. de sempl. 82. Zannich. ist. t. 6. Sab. hor. rom. 1. t. 20. Engl. bot. t. 314. Plenck ic. t. 93. Caules breves usque tamen pedales. Corollæ majusculæ erectæ carneæ reticulato-venosæ plicis longitudinalibus flavidis soli patulæ ceterum clausæ et fugaces. Semina magna angulata. Vulgaris in litore maris. Fl. æst.

dd. *Foliis lanceolatis:*

5. LINEATUS. C. *Foliis lanceolatis sericeis lineatis petiolatis supremis sessilibus pedunculis bifloris folia superantibus calycibus foliaceis bracteatis capsula inferne bi-triloculari.*

C. spicæfolius Desr. enc. 3. 549. C. intermedius Lois. not. 40. C. humilis Salisb. prodr. 125. C. Besserii Spreng. syst. 1. 610. C. Gerardi R. et Sch. syst. 4. 294. Ic. Barrel. 311. 1132. Bonan. panph. t. 163. Triumf. obs. 91. Sibt. fl. gr. t. 199. Munt. 29. t. 110. Planta pusilla caulibus vix spithameis suffruticosis subnudis aliquando unifloris. Cor. carnea, grandiuscula in plicarum angulis sericea. Pedunculi etiam foliis breviores. Flor. vere. Circa *Niceam.*

cc. *Radice perenni fibrosa.*

6. SABATIUS. Vir. fl. lybicae spec. 67. C. *Foliis oblongo-spathulatis pubescentibus brevi petiolatis pedunculis solitariis axillaribus subbifloris folia superantibus laciniis calycinis ovatis acutis apice patulis capsula globosa biloculari.*

Caulis usque bipedalis ramosus. Cor. turbinata cœruleo-violacea. Fl. æst. *A Capo di Noli, ad Vada Sabatia in Liguria.*

ccc. *Radice annua.*

7. PENTAPETALOIDES. C. *Foliis mucronatis oblongis petiolatis superioribus lanceolatis sessilibus pedunculis solitariis axillaribus unifloris folio brevioribus fructiferis reflexis calycibus scariosis acutis limbo corollae quinque-*

*fido capsula globosa glabra inferne biloculari.*

Ic. Cavanil. ic. et descript. 2. t. 123. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 197. Herba pusllla caulibus spithameis. Cor. exigua cœrulea. Fl. vere. In *Liguria* occidua inter *Cervo* et *Diano.*

bb. *Erecto.*
c. *Herbaceo.*
d. *Radice annua.*

8. PSEUDO-TRICOLOR. Bert. fl. ital. 2. 450. C. *Foliis obtusis inferioribus obovatis superioribus oblongo-lanceolatis pedunculis solitariis axillaribus unifloris calycis laciniis subhirsutis apice rotundatis mucronatis.*

C. tricolor Viv. ann. bot. 1. 104. videtur var. procerior C. tricoloris *laciniis calicinis obtusis.* Cor. tricolor plicarum angulis villosa. Caulis vix pedalis. Fl. vere. Apud *Genuam* in collibus *di S. Bartolomeo.*

dd. *Radice perenni lignosa.*

9. CANTABRICA. C. *Caule ramoso herbaceo subdichotomo foliisque inferioribus oblongo-spathulatis obtusis superioribus lanceolatis acutis supra lineatis pilosis pilis patentibus pedunculis apice corymbosis axillaribus solitariis folia excedentibus calycibus hirsutis capsula subglobosa inferne biloculari apice pilosa.*

C. terrestris L. sp. 224. C. terminalis Salisb. prodr. 125. Ic. Clus. hist. 49. Morison sect. 1. t. 4. f. 3. Jacq. a. t. 296. Cor. rosea saturatius vittata vittis alternis villosis. Caulis etiam prostratus usque sesquipedalis. Fl. æst. In agro *nic* : apud *Genuam al Lagazzo*: circa *Sarzanam*: in collibus *Albae.*

cc. *Suffruticoso.*

10. CNEORUM. C. *Foliis confertis spathulatis sericeo tomentosis integerrimis floribus fasciculatis bracteatis terminalibus calycibus coriaceis villosis caule fruticoso ramosissimo superne folioso cor. majuscula extus sericea capsula ovoidea uniculari apice pilosa.*

C. argenteus Desr. enc. 3. 522. Ic. Moris. s. 1. t. 3. f. 1. Duham. arbr. ed. nov. 6. t. 18. Sibt. fl. gr. t. 200. Curt. bot. mag. t. 459. Fruticulus pedalis et ultra. Cor. alba. Circa *Uneliam.* Botanici post Allionium frustra quæsiverunt.

Convolvuli alvum sollicitant atque in hydropibus præsertim ascite veteres commendabant. Quod præsertim verum est de C. Soldanella, C. sepium, et C. arvensi. Etiam in calculo, podagra, morbis cutaneis et ulceribus mali moris multum valere non pauci scripserunt. Medici homiopathici laudaverunt in hydrope præsertim anasarca. Ego pluries adhibui decoctum herbæ C. arvensis et sepium in obstructionibus viscerum et febribus intermittentibus vernalibus præsertim cum Verbena officinali. Optimum connubium quod alvum eximie purgat, obstructiones resolvit et functiones ventriculi atque intestinorum restituit. Quapropter usum ejus commendo primo vere podagricis, hypochondriacis, hæmorrhoidariis atque illis qui exhanthematibus chronicis cutem fœdam habent quique obstructionibus viscerum et febribus diuturnis periodicis laborant.

## 245. DATURA.

STRAMONIUM. D. *Herba annua glabra lucida foetida usque orgyalis caule virente erecto superne ramoso ramis dichotomis foliis ovatis sinuato-dentatis capsulis ovatis erectis subsessilibus solitariis quadrisulcatis spinosis spinis subaequalibus divergentibus corollis magnis albis vel rubido-violaceis calycibus supra basim deciduis seminibus numerosis reniformibus nitidis nigris.*

Stramonium fœtidum Scop. carn. 1. 157. Var. *floribus violaceis* est D. Tatula. L. sp. 256. Weinman. phitant. t. 951. f. a. Ic. Zannic. hist. t. 84. Blackw. t. 313. Knor. del. 1. t. 8. 13. Sab. hor. rom. 1. t. 92. Garid. aix t. 86. Bull. herb. t. 13. Lam. ill. t. 113. Gaertn. fruct. t. 132. f. 4. Column. phyt. 47. Clus. ad Acost. in exot. 289. C. Bah. in Matth. ed. 1674. 228. Camer. epit. 176. Curt. lond. 6. t. 17. ed. Grav. 1. t 31. Fl. dan. t. 436. Svens. bot. t. 43. Engl. bot. t. 1288. Plenck ic. t. 96. Savi mat. med. t. 46. Rocq. phyt. med. t. 43. Fl. med. t. 332. Jacq. a. t. 43. Orfila med. leg. t. 8. Caulis ramosissimus. Folia magna longe petiolata angulata flaccida venosa. Fl. æst. Vulgare circa domos, atque ad vias, et in ruderatis, fimetis, etc. Indigena. Patria ejus neutiquam America ut Linnæus aliique scripserunt.

Herba venenata narcotica acris quæ valde ad Hyoschyamum et Belladonnam accedit. Unde delirio, maniæ, spasmis, epilepsiæ præsertim et choreæ atque astmati medetur. Optimum remedium in doloribus nervosis, cardial-

gia, prosopalgia et ischiade. Magnum etiam subsidium affert in doloribus rheumaticis diuturnis fugandis aut valdopere sedandis. Prodest in ophtalmia scrophulosa et nervosa, quibus lenit dolores et lucis aversationem aufert. In omnibus denique morbis nervosis etiam tetano ac tussi convulsiva dummodo absit febris et inflammatio neque ventriculus colluvie biliosa opprimatur. Folia recentia mammis lacte turgentibus imposita magnopere juvant. Ulcera diuturna et asthenica purgat et sanat, etiam cancrosa et valde dolorifica mundat atque acerbissimos dolores mitigat. Quamquam non est inficiandum remedium esse valde dubium et valde infidele. Quam remedii incertam vim pluries expertus est vir fide dignus Joann. Ernestus Greding (Ludw adv. med. præt. 259. sq.) Medici homiopathici adhibent in encephalitide, pneumonitide, aliisque inflammationibus nothis et nervosis: in delirio tremente, in temulentia et vertigine, in catharro epidemico, melancholia, mania, ipsaque hydrophobia, in febribus nervosis, in asthmate aliisque spasmis pectoris et gulæ, in dysphagia paralytica, stranguria atque ischuria, si a spasmo originem ducant in colicis doloribus præsertim flatulentis in hæmorrhagia uteri atque blenorrhagia. Denique in mentis hallucinationibus et nervorum distentionibus omnigenis epilepsia, chorea, catalepsi, hystericis convulsionibus et doloribus ipsoque tetano. Ego saluberrimum vidi in doloribus rheumaticis et arthriticis diuturnis cum Ledo palustri ac Delphinio Staphysagria.

### 246. AZALEA.

PROCUMBENS. A. *Fruticulus glaber vix spithameus prostratus caule ramosissimo ramis implexis rubris articulatis tetragonis radicantibus foliis coriaceis nitidis sempervirentibus ellipticis marginibus revolutis oppositis obtusis integerrimis supra nitidis medio sulcatis subtus puberulis pallidis pedunculis corymbosis terminalibus corollis roseis calycem duplo excedentibus.*

Loisleuria Desr. journ. de bot. 3. 35. Chamæledon Link enum. alt. 1. 210. Ic. Clus. hist. 1. 75. f. 3. Boccon. mus. 1. 53. Pallas fl. ross. t. 70. f. 2 Lin. fl. lap. t. 6. f. 2. Lam. ill. t. 110 f. 2. Fl. dan. t. 9. Engl. bot t. 856. Fl. æst. Vulgaris in rupibus summarum alpium: in monte *Cenisio*: in montibus di *Giaveno*: in pascuis di *Scopa* et *Rima* prov. *nov.* Ego legi *sul Mombarone* supra *Graglia* in prov. *bugell.*

### 247. MANDRAGORA.

VERNALIS. Bert. virid. 604. reg. 6. M. *Herba perennis radice crassa carnosa fusiformi foliis radicalibus amplis ovatis obtusis bullatis scapis radicalibus unifloris vernalibus foliis brevioribus corollis parvis campanulatis extus villosis albo virentibus calycis laciniis ovato-lanceolatis bacca globosa brevioribus.*

M. acaulis Gaertn. de fruct. 2. 236. t. 131. Atropa Mandragora a. W. sp. 1 1016. Ic. Bert. com. de Mandr. t. 1. Bull. herb. t. 145. Plenck t. 126. Bacca lutea. Fl. vere. In montibus vallis Augustæ Prætoriæ se reperisse ait Allionius. Verum nemo post illum hactenus invenit. Forte ibi culta erat.

Plures species subfuisse veteres persensisse visi sunt, quas Ant. Bertolonius peculiari libello (comment. de Mandrag.) felici ausu circumscripsit et determinavit. In Græcia abundare præsertim circa Athenas in vallibus umbrosis recentes peregrinatores memoriæ prodiderunt et veteres medici græci Hippocrates, Dioscorides, Galenus, Aretæus, Aetius, Celius, Celsus, etc. de illa scripserunt et in usum frequentem vocaverunt. Hippocratici auctores de *fistulis* (opp. t. 2. 364. D. sect. 3. ed. Hier. Mercurialis Venet. 1588) radicem præscribunt imponendam intestino recto extra suam sedem provoluto ut intus recipiat se. Liber *de locis in homine* cuius auctor valde dubius est, quamquam viri eruditissimi Dan. Clericus Albertus Haller, et Daniel Trillerus summo artis parenti tribuunt (clas. 2. 15. A. edit. Mercur.) docet curandos esse cum Mandragora dosi tamen minori quam quæ furorem inferat, tristes, anxios, ægrotos atque se strangulare volentes et paulo post addit Mandragoram mederi convulsionibus, majore tamen dosi furorem suscitare. Quæ probant hippocraticos scriptores probe novisse Mandragoram et vires ejus, quæ animi mœrorem expellat, et lætificet hominem mori cupientem. Unde si homiopathico more adhibeatur probabile est virtute sua accedere ad aurum et Violam odoratam quæ similes effectus proferunt: tumores strumosos et glandulas resolvere. somnum ciere, dolores articulorum diuturnos delinire multi etiam veteres scripserunt. Ex Dioscoride (mat. med. 1. 570. sq. ed.

Spreng.) elucet soporem blandum atque adeo gravem inferre ut uri secarive æger possit absque sensu doloris, quod chirurgi in magnis encheirisibus patrabant, ut nostris temporibus cum æthere sulphurico, vel chlorophormio, vel Lycoperdone Proteo, aliisque speciebus agunt chirurgi ne ægri dolore ledantur. Ex quibus conjicio Mandragoras magna vi pollere atque in gravissimis nervorum morbis epilepsia, mania, melancholia, tetano, delirio, chorea, catalepsi, hydrophobia et neuralgiis omnigenis magnum subsidium posse largiri et valde ad Belladonnam accedere. Itaque medicos homiopathicos hortor ut certis habitis experimentis in morbis quos recensui summa diligentia explorent Mandragora Theophrasti Atropam Belladonnam esse pro certo habeo.

### 248. LYCIUM.

EUROPAEUM. L. *Frutex glaber spinosus usque biorgyalis erectus superne ramosus ramis erecto-patulis spinescentibus foliis lanceolato-spathulatis oblusis oblique flexis integerrimis petiotatis pallide virentibus subcarnosis floribus crectis axillaribus pedunculatis pedunculis abbreviatis calycibus lateraliter fissis corolla violacea longe brevioribus bacca globosa rubra.*

Flores aliquando albi. Ic. Michel. gen. t. 105. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 236. Fl. vere, æst. et aut. In agro *nic.*

### 249. ATROPA.

BELLADONNA. A. *Herba lucida foetida usque orgyalis radice carnosa crassa, ramosa repente caulibus caespitosis erectis fistulosis pubescentibus viscidis superne trichotome ramosis ramis erecto-patulis foliis oblongis utrinque attenuatis integerrimis glabriusculis alternis solitariis vel geminis altero minore pedunculis unifloris nutantibus corollis ferrugineis baccis globosis nitidis glabris aterrimis.*

Ic. Matth. comm. 684. f. 4. Dalech. lug. 1721. Clus. hist. lib. 5. 86. Sab. hor. rom. I. t. 3. Savi mat. med. t. 46. Blackw. t. 364. Kniph. cent. 9. t. 16. Ludw. ect. t. 128. Mill. ic. 62. Jacq. a. t. 309. Albert. fl. med. t. 86. Fl. med. t. 61. Rocq. phyt. med. t. 46. Lam. ill. t. 114. f. 1. Plenck ic. t. 125. Bull. herb. t. 29. Fl. dan. t. 758. Engl. bot. t. 592. Curt. lond. 5. t. 16. ed. 2. 4. t. 32. Wood. med. bot. t. 1. Lob. ic. t. 263. f. 1. Orfila med. leg. t. 5. Caules herbacei annui. Folia lucide virentia. Corollæ fusco-reticulatæ. Antheræ albæ magnæ. Bacca umbilicata sulcata calyce persistente fulta subdulcis. Fl. vere exeunte. In umbrosis vallium et montium: in agro *nic.*, in umbrosis circa *Lucerame*: circa *S. Damian*: in valle *Macrae* et *Lot*: in valle *di Pesio* prope monasterium *Carthusianorum*: supra *Envie* in umbrosissima valle *delle ulive*: in sylvis umbrosis prov. *aquensis*, *genuensi* ditioni conterminis, etc.

Belladonnam contra multorum sententiam in Dioscoride non invenio Ideo præ aliis Meratio non assentio qui Stichnon manicon Dioscoridis Belladonnam esse statuit. Videtur Solanum sodomeum intelligendum esse. Folia enim similia Erucæ et Acanthi, fructus hirsutus, racemosus denis aut duodenis constans uvulis ut hedera aut uva vitis a Belladonna omnino aliena sunt. Optimum remedium est in morbis nervorum, epilepsia, chorea, catalepsi, hydrophobia, aliisque spasmis, tetano excepto, aliisque nervosis cruciatibus. In epilepsia non levem opem affert consentiente etiam Joan. Ernesto Greding (Ludwig. adv. med. pract. 1. 637. Sq.) atque Allamandio, Munchio, etc. Etiam in tussi convulsiva utilissima est Belladonna præsertim cum morbus acutam exuit indolem et nervosus factus est. Pupillæ dilatationem inferre omnes norunt. Ideo utuntur illa chirurgi antequam acu cataractam deprimant, vel confringant, vel cristallinum extrahant. Usu ejus scarlatinam epidemicam et contagiosam præcaveri certum esse videtur. Multum opis adferre in ulceribus cancrosis etiam constat. Ego in vetula 70 annorum et immani cancro mammarum laborante adhibui more homiopathico tincturæ guttulam unam singulo mane in poculo aquæ communis. Mammæ detumuerunt, ulcus pus bonum fudit et coarctatum est, dolores valdopere leniti sunt, sed quatuor mensibus elapsis, vires subito conciderunt, pus in saniem denuo mutatum est et febris hectica accessit, quæ vires consumpsit, atque ægram cito interemit. Dolores tamen multo mitiores fuerunt et vita procul dubio producta. In alia femina quæ utero cancrum ferebat, dolores primum sedavit, verum binis vix elapsis mensibus, quamvis dosis ingens esset recruduit dolor, neque constitit morbus atrocissimus sed cito ægram sustulit. In rabie canina Majernius. — Smithius et Münchius impense laudaverunt, adductis exemplis felicis sanationis. In paralysi et ego

vidi dolores vehementes excitare in artubus resolutis, indeque motus reditum non semper tamen felici eventu. Nuperrime observavi tincturam homiopathico more sumptam in artubus inferioribus apoplexia resolutis dolores immanes et contractionem adsiduam suscitasse quam nulla remedia lenire potuerunt. In hernia incarcerata usus saluberrimus fuit, atque non raro viscus dimotum in sedem suam recepit se. Quod animadversum fuit iis aegris, quibus inflammatio aberat, spasmusque solus suberat. In ambliopia et amaurosi incipiente raro fallit medici spem, præcipue si absit congestio activa ac inflammatio. In constrictione ac spasmo urethræ, vesicæ, ani atque uteri Belladonnam præsentaneum remedium est. Maximum etiam auxilium affert in prosopalgia et ischiade aliisque doloribus nervosis. In dysenteria et hæmatemesi atque in febribus intermittentibus perniciosis cum doloribus aliiisque gravissimis capitis adfectionibus, quas chininum sulphuricum non sustulerat. Tumores etiam strumosos, et glandulas lymphaticas tumentes et duras resolvere auctor est summus medicus Guglielmus Hufeland (Cf. præ aliis Richter tratt. di mat. med. vol. 2. 660-694). Medici homiopathici multis habitis experimentis Belladonnam inter remedia actuosiora posuerunt. Turbas enim sedat omnigenas encephali et nervorum ejus modo specifico, et vere stupendo. Ego sanavi puerum duodecim annorum chorea gravissima cum tinctura Belladonnæ cujus guttulam sumebat omni mane cum cyato aquæ puræ. Quem morbum medici frustra aggressi erant cum venæsectionibus atque hirudinibus, purgantibus ac nervinis omnigenis opio, Chamomilla, Valeriana, etc. Puellam etiam nuper sanavi ac simili morbo et modo. Hydrophobiam feliciter esse sublatam scripsit D. Fioretta (Granetti — La medicina specifica. 73. sq. Torino 1848). de cujus fide dubitari non potest cum innumeri testes suppetant. In mania vero morbum lenivisse non omnino sustulisse comperi. Quod vidi etiam plerumque in epilepsia. Duos tamen pueros epilepticos sanavi. Nescio vero si in posterum morbus reversus est. Quod in epilepsia solemne est. Scarlatinæ operose medetur, erysipelati anginæ, præsertim tonsillari et febri puerperarum. Magnum remedium est in morbis oculorum acutis, etiam amaurosi incipiente. In ophtalmia scrophulosa optimum remedium est si alterne adhibetur cum kali sulphurato. Summum auxilium suppeditat in ischiade nervosa et prosopalgia, risu sardonico aliisque neuralgiis, in extasi, melancholia, catalepsi, epilepsia, asthmate Millari, hydrope cerebri acuto cephalalgia et cephalea atroci, in inflammationibus uteri et cerebri, in congestionibus capitis, delirio, comate vigili ac somnolento, febribus nervosis, in leucomate et fungis medullaribus, in doloribus colicis ac lumborum. Ego nuperrime adhibui in mania in juvene robusto 18 annorum: febris omnino aberat, adsidue loquebatur, alvus adstricta, nullus somnus et requies erat, nulla cibi appetentia. Medici sexies sanguinem miserunt, vehementibus purgantibus alvum solvere sategerunt, remedia etiam anthelmintica adhibuerunt. Verum quo magis vires infractæ sunt, eo magis morbus ferocior exarsit; tandem cum pater ejus me advocasset, et medici de salute omnino desperarent, ego ad remedia homiopathica confugi et Belladonnam dedi. Quæ somnum per sex horas in nycthemero intulit, ac famem incitavit. Verum usu ejus ultra progressum non est. Unde cum alvum clausam et symptomata quædam helminthiasis atque intestina paulo incitata animadverterim nucis vomicæ quatuor globulos in nycthemero exhibui. Mirabile dictu! Vix xxx horæ elapsæ erant æger subito resipuit atque omnino sanatus est. Atque tres alios maniacos uno mense simili remedio restitui Nuper etiam puellam 30 annorum curavi, quæ ut fœtum abigeret magnam dosim tincturæ cantharidum sumpserat. Quo factum est ut ardor adsiduus ingens gravissimus que in ventriculo succenderetur, atque epileptica fieret. A quinto jam anno talis erat. Paroxismi ultra decem in die. Fatua inde erat. Venæsectionem medici repetito adhibuerunt inde morbus gravior factus est. Nucem vomicam dedi, quæ ignem internum sustulit quemque accensæ candelæ comparabat. Paucos post dies Belladonnam porrexi, quæ, obstupescente ægra ac parentibus suis omnes paroxismos diurnos abstulit unonocturno (in somno) levissimoque superstite.

### 250. LYCOPERSICUM.

ESCULENTUM. Dunal. sol. 113. t. 3. f. 3. L. *Herba annua caulibus usque tripedalibus prostratis et a basi ramosis foliisque interrupte pinnatis pilosis foliolis incisis subtus glaucescentibus pedunculis racemosis nudiusculis calycibus corollam luteam subaequantibus*

*fructibus subglobosis rubro-aurantiis tortuoso-sulcatis.*

Solanum lycopersicon L. sp. 265. Ic. Camer. epit. 821. Blackw. t. 133. Rumph. amb. 5. t. 154. f. 1. Dod. pempt. 458. Bah. hist. 3. 620. Moris. hist. s. 13. t. 1. f. 7. Fl. æst. Culta ubique et circa hortos spontanea. Patria eius America australis est. Fructus edulis optimum æstate obsonium suppeditat.

## 251. SOLANUM.

a. *Foliis pinnatis. Annuum.*

1. TUBEROSUM. S. *Foliis interrupte pinnatis pilosis foliolis basi innaequalibus caulibus angulatis prostratis ramosis racemis corymbosis corollis quinque angulatis radice tuberifera.*

Solan. Parmenterii Mol. chil. ed. 2. 108. Lycopersicum tuberosum Mill. dict. n 7. S. esculentum Nek. gallob. 119. Ic. C. Bah. prodr. 89. Knor. del. 2. t. 8. 9. 10. Blackw. t. 523. et 587. Fl. med. t. 280. Flores albi. Antheræ croceæ. Baccæ globosæ magnæ virentes. Fl. æst. Ubique culta. Patria ejus videtur esse *America australis* præsertim *Chili.*

aa. *Foliis sinuato-lobatis. Suffrutex.*

2. DULCAMARA. S. *Caule fruticoso scandente foliis cordatis glabris superioribus auriculato-hastatis racemis pedunculatis cymaeformibus suboppositifoliis baccis oblongis.*

S. litorale Raab. bot. zeit. an. 1819. 413. est. var. *caule folisque tomentosis.* S. scandens Lam. fr. 2. 257. Ic. Matth. com. 797. Dalech. lugd. 1413. Lob. ic. t. 266. f. 1. Knor. del. 1. t. T H. 3. Ludw. ect. t. 58. Duham. arb. 2. t. 72. Blackw. t. 34. Fl. dan. t. 607. Woodw. med. bot. t. 33. Bull. herb. t. 23. Curt. lond. 2. t. 25. ed. 1. 1. t. 14. Svens. bot. t. 20. Albert. fl. med. t. 210. Plenck. ic. t. 119. Engl. bot. t. 565. Savi mat. med. t. 14. Rocq. phyt. med. t. 49. Caules flexuosi aliquando biorgyales et ultra cortice albido ferrugineo punctato. Folia alterna petiolata integerrima. Flores nutantes. Cor. violaceæ laciniis reflexis basi bipunctato-virentes. Antheræ croceæ connatæ. Bacca elliptica rubra, amara, venenata. Var. etiam *floribus albis* qualem exprimit Hort. Eynst. æst. ord. 2. t. 16 f. 2. Fl. æst. Vulgare in sylvis umbrosis et sepibus, etc.

aaa. *Foliis angulato-dentatis Herbae annuae raro perennantes.*

3. NIGRUM. S. *Foliis ovatis basi attenuatis repando-undulatis subpubescentibus ramis angulatis pedunculis umbellatis baccis globosis.*

Var. in locis calidioribus perennans est S. moschatum. Presl. del. prag. 77. S. parviflorum. Moretti in Badar. oss. in giorn. di Brugnat. dec. t. 7. 364. Ic. Matth. com. 684. f. 1. Dalech. lugd. 597 f. 1. Sab. hor. rom. 2. t. 60. Blackw. t. 107. Knor. del. 2. t. S. 3. Ludw. ect. t. 172. Fl. dan. t. 460. Bull. herb. t. 67. Svens. bot. t. 61. Plenck. ic t. 120. Curt. lond. 2. t. 26. ed. 1. 2. t. 14. Engl. bot. t. 566. Reich. ic. t. 953. f. 1283. Fl. med. t. 239. Rocq. phyt. med. t. 48. — Var. *angulis ramorum tuberculatis floribus majoribus baccis croceis* est S. miniatum. Berrh. ap. W. enum. hor. ber. 1. 236. S. puniceum Gmel. bad. 4. 176. S. alatum Moench. meth. 474. S. villosum Mill. dict. n. 2. S. ochroleucum et incertum Dunal. fot. S. flavum W. et Kitaib. pl. hung. Ic. Sab. hor rom. 2. t. 61. Reich. ic. t. 996. f. 1327. — Var. altera *angulis ramorum subobsoletis tamen subtuberculatis corollis grandiusculis baccis croceo-rubris foliis villosis* est S. villosum Lam. enc. 4. 289. S. nigrum Lin. sp. 266. S. luteum Mill. dict. n. 3. Dill. ecth. t. 274. f. 253. Caules pedales et ultra erecti ramosi. Cor. albæ extus villosæ. Antheræ croceæ conniventes. Bacca nigra. Fl. æst. Vulgare in ruderatis fimetis, etc. Var. villosum et miniatum vivunt in collibus *Taurin.* In agro *nic. Liguria*, etc.

Solanum tuberosum largitur tubera multa fœcula atque amylo fœta, quæ in universo orbe terrarum homines atque animalia alunt. Solanum nigrum herba est lurida, fœtida et cruda procul dubio venenata. Cocta vero innocua esse videtur atque etiam edulis. Recte tamen apud nos negligitur cum meliora alimenta ubique presto sint. Baccæ præ aliis plantæ partibus venenatæ. Dolores videtur consopire etiamsi congestio atque inflammatio accedat. Crudam adhibui contusam cum pane triticeo cocto in cataplasmate in abdominis doloribus. Verum dolores leniti quidem sunt non sublati. Medici homiopathici antidotum secalis cornuti habent, atque urinam ciere in hydrope qui febrium intermittentium sequela sit. Etiam valere in raphania, et multis morbis nervorum, epilepsia præsertim ac surarum spasmis quos crampos

vocant. — Solani Dulcamaræ stipites majora præbent ægris auxilia. Et primum mirari subest Meratium doctum atque illustrem virum statuisse Dioscoridem (mat. med. 4. cap. 175) sub nomine *vitis sylvestris* intellexisse Dulcamaram (Dict. de mat. med. 4 235. Brux. 1838.) Manifeste enim Bryonia est. Medici adhibuerunt in rheumaticis et arthriticis doloribus etiam acutis. In ictero, scrophulis, præsertim tabe mesenterica atque ipso cancro (probabili conjectura strumoso). Oportet ut dosis ejus magna sit et decoctum virescat quo frigescendo viridis materia subsideat, quæ etiam vasculo agitato ingeri debet. Multum valere in scorbuto et præsertim sypyhlide. ut salsaparillæ virtute sua comparari possit multi scripserunt. Verum in morbis cutis diuturnis, lepra, herpete, crusta lactea, tinea, scabie, etc. vim magnam exserit Dulcamara et morbis qui ex retropulsis exanthematibus orti sunt. Quales sunt astma, præcordiorum constrictiones, ophtalmia, amaurosis ac lentæ viscerum abdominalium inflammationes. Ego cum multoties in usum vocavissem remedium dubium atque infideleesse comperi. Medici homiopathici magnum remedium in Dulcamara quæsiverunt et sibi compararunt. Specifica ratione agit in catharro acuto et chronico etiam epidemico citissime profligando dummodo præcedat dosis una vel altera Aconiti si morbus acutus est et febrem ingentem comitem habet. Quacumque de causa coryza orta fuerit certum ejus remedium Dulcamara est. Quodsi morbus ob certam diathesim levissimis de causis iterato ingruit, tunc calcarea carbonica, allumina, silicea, sulphur vel baryta carbonica reditum prohibebunt morbi. Experientia ceterum evictum est Dulcamaram optimum remedium suppeditare in miliari exanthemate, in morbillis, verrucis, urticaria, in dysentheria, diarrhœa, catharro vesicæ urinariæ, phtisi et febri pituitosa, cholera sporadico, blennorhœa, tumore glandularum inguinalium; in doloribus rheumaticis præsertim diuturnis, præcedente Aconito, doloribus colicis et hepaticis morbis exanthematicis acutis ac chronicis, hydrope ab exanthematibus retropulsis in cephalalgia, quæ a transpiratione frigore vel imbre retropulsa, in cataracta denique quæ oculorum scrophulosam inflammationem excipiat. Ego pluries adhibui in coryza multiplici, et sancte adfirmo, nullum unquam exhibuisse remedium, quod morbum citius, firmius et jucundius sustulerit.

## 252. PHYSALIS.

Alchekengi. Ph. *Herba perennis radice repente caule ramoso pedali et ultra foliis geminis ovatis acutis subintegerrimis petiolatis pubescentibus floribus pedunculatis pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus demum reflexis calyce demum colorato rubro corolla alba bacca globosa inclusa tandem rubro-crocea pendula.*

Ph. Halicacabum Scop. carn. I. 160. Ic. Matth. com. in edit. mea est fig. 2. 683. et *vesicaria* dicitur neutiquam f. I. Quæ dicitur *Solatro halicacabo*. Dalech. lugd. 597. fig. 2. et vocatur *Solanum halicacabum* Matthioli. — Durant. herb. nov. 472. Sab. hor. rom. 2. t. 63. Blackw. t. 161. Knor. del. 1. t. I. 4. Ludw. ect. t. 151. Savi mat. med. t. 59. Schk. hand. t. 45. Plenck. ic. t. 124. Albert. fl. med. t. 24. Sibt. fl. gr. t. 234. Lob. ic. t. 262. f. 2. Lam. ill. t. 116. f. 1. Tournef. inst. 2. t. 64. Gaertn. de fruct. t. 131. Fl. med. t. 16. Fl. vere et æst. Vulgaris ubique in sepibus, dumetis, ruderatis, etc. Baccæ acidulæ sunt neque comestæ nocent.

## 253. CAPSICUM.

annuum. C. *Herba annua caule erecto ramoso pedali et ultra angulato fructibus subsolitariis pendulis rubris splendentibus pedunculis glabris oppositi-foliis corollis albis antheris croceis foliis alternis geminatis longe petiolatis ovato-acuminatis integerrimis atrovirentibus glabris nitidis.*

C. tetragonum Mill. Ic. Blachw. t. 129. Tenor. del. 2. t. C. 6. Lam. ill. t. 146. f. I. Reed. hor. malab. 2. t. 35. Fl. æst. Patria eius *India orientalis et America australis* sed ubique culta in usum domesticum multiplicem. Medici homiopathici adhibent in aphtis, scorbuto, stomacace, tussi convulsiva, diarrhœa cum ardore ad podicem, blennorrhœa diuturna, hæmorrhagia nasali, tumoribus, ulceribus et rhagadibus labiorum, ophtalmia rheumatica et catharrali, cataracta, cophosi, asthmate, doloribus artuum febribus nervosis atque intermittentibus perniciosis.

## 254. SAMOLUS.

Valerandi. S. *Herba perennis aquatica caule usque pedali erecto tereti glabro ramoso, foliis omnibus obovato-*

*spathulatis obtusis radicalibus rosulatis caulinis alternis integerrimis glabris floribus racemoso-corymbosis pedicellis medio bracteatis calycibus ovatis corollis parvis albis.*

Ic. Zannich. ist. t. 56. f. 2. Sab. hor. rom. 2. t. 47. Fl. dan. t. 198. Curt. lond. 4. t. 20. ed.Grav. 3. t. 49. Engl. bot. t. 703. Sch. hand. t. 40. Lam. ill. t. 101. Gaertn. de fruct. t. 30. Turnef. ins. t. 60. Moris his. 2. s. 3. t. 24. f. 28. Walth. hor. tab. 23 Fl. æst. Vulgaris in fossis In agro *segus.*: in uliginosis non procul ab *Orbassano* et prope Sturam in agro *taur.* ad irrigua circa *Uneliam*: in agro *nic.* ad fontium scaturigines: circa fontes calidiores *Valderii*: in *Sabaudia* circa *Moutiers*: apud *Ciambavam* in valle *Aug. praet.*: ad ostia *Ticini* in agro *nov.*: in *Liguria* a *Sestri di ponente* et *Sarzanae al Fondamento*, etc.

## 255. PHYTEUMA.

Herbæ perennes caulibus striatis vel angulatis erectis forma valde ludibundis floribus capitatis vel spicatis.

a. *Floribus capitatis.*
b. *Foliis linearibus vel lineari-lanceolatis caulem pusillum subaequanti bus vel excedentibus.*
c. *Bracteis lanceolato-linearibus capitulum aequantibus vel longe excedentibus.*

1. HUMILE. Schleic. Ph. *Foliis linearibus superioribus involucrisque capitulum aequantibus longissimisque remote lacinulatis dentatisque margine ciliato-scabris pilis brevissimis subreflexis.*

Ph. Carestiæ Bir. in mem. acad. tor. 1818. 23. 315. t. 5. Ic. Reich. ic. t. 364 f. 546. Hegetschw. reisen. f. 16. Caulis vix spithameus. Folia aliquando semipedalia glabra. Cor. cœruleæ: Calyces aliquando colorati. Fl. æst. In alpibus editioribus prov. *novar.*

cc. *Bracteis ovatis ciliatis capitulo brevioribus*:

2. PAUCIFLORUM. Ph. *Capitulo paucifloro bracteato foliis radicalibus lineari-lanceolatis integerrimis caulinis paucis ciliatis caule folia superante bracteis late ovatis acutis integerrimis ciliatis.*

Ph. globulariæfolium Hop. et Stemb. denkschr. d. regensb. ges. 2. 40. Reich. ic. f. 545. 547. 548. 549. Rapunculus pauciflorus Scop. carn. 1. 152. Ic. Bah. hist. 2. 811. Folia inferiora aliquando obovata sunt. Caulis vix palmaris. Cor. cœruleæ raro albæ. Fl. æst. In summis alpibus: *Cenisio*: *Valasco* supra aquas *Valderias*: *Colle di Tenda*: novariensibus, bugellensibus, etc.

3 HAEMISPHAERIGUM. Ph. *Capitulo paucifloro bracteato foliis glabris filiformi-linearibus imis lineari-lanceolatis caulem aequantibus bracteis ovato-lanceolatis acutis glabriusculis vel ciliatis capitulo brevioribus.*

Var. *foliis omnibus linearibus* est Ph. graminifolium Sieb. Cor. cœruleæ raro albæ. Caulis vix palmaris. Non video characteres firmos quibus hæ tres species rite definiantur. Ideo varr. unius speciei dico, quam Ph. brevi-caule appello. Bracteæ enim valde mutabiles sunt, et multi characteres intermedii transitum probant. Ic. Barrel. ic. 523. f. 1. Columm. ecphr. 26. Lam. ill. t. 124. f. 2. Reich. ic. f. 544. Jacq. ic. rar. t. 333. Bah. hist. 2. 810. Fl. æst. In pascuis alpinis.

bb. *Foliis imis petiolatis cordato-ovatis oblongisve.*
c. *Bracteis linearibus patentissimis capitulo longioribus.*

4. SCHEUZERI All. ped. I. 116. Ph. *Capitulo multifloro bracteato foliis flaccidis imis oblongis vel lanceolatis petiolatis crenatis superioribus lanceolato-linearibus serratis involucro polyphyllo bracteis linearibus patentissimis inaequalibus majoribus capitulo longioribus.*

Ph. orbiculare Jacq. austr. 5. 18. t. 437, fig. sinis. Ph. carmelioides Bir. l. c. 1820. t. 24. 577. t. 10. — Var. *bracteis capitulo subbrevioribus* est Ph. Charmelii Vill. delph. 2. 516. t. 41. Ph. orbiculare Jacq. l. c. t. 437. fig. dextr. Caulis plerumque humilis aliquando tamen usque bipedalis simplex. Folia radicalia aliquando cordato-ovata, aliquando omnia integerrima. Capitulum quandoque ovoideum. Cor. cœruleæ fauce villosæ. Fl. æst. In pascuis et pratis alpinis.

cc. *Bracteis ovatis oblongisve capitulo subbrevioribus.*

5. ORBICULARE. Ph. *Capitulo multifloro bracteato foliis crenatis radicalibus cordato-ovatis vel oblongis petiolatis caulinis lineari-lanceolatis sessilibus bracteis ovatis oblongisve crenatis capitulo subbrevioribus.*

Ph. foliosum Coll. herb. p. 4. 33. Ph.

cordifolia, lanceolata, elliptica Vill. l. c. t. 11. 12. Ph. pauciflorum Com. fl. com. I. 280. Ph. Sieberi Spreng. pug. I. 15. Ph. Charmelii Sieb. non Vill. Reich. ic. t. 214. f. 360. 361. Ph. cordatum Reich. Ph fistulosum ejusd. excurs 297. Rapunculus orbicularis Scop. carn. 1. 150. Ic. Barrel. 525. 526. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 30. Engl. bot. t. 142. Caulis simplex glaber superne paucifolius aliquando usque bipedalis. Cor. cœruleæ. Fl. æst. Vulgare in pratis alpinis: in summis jugis vix bipollicaris est.

ccc. *Bracteis ovatis vel oblongis capitulo longioribus floribus in capitulo pedicellatis subumbellatis.*

6. COMOSUM. Ph. *Caule prostrato foliis imis cordato-ovatis longe petiolatis superioribus oblongis argute serratis involucris polyphyllis bracteis serratis umbella simplici longioribus floralibus subulatis.*

Rapunculus comosus Scop. carn. 1. 151. Ic. Barrel. 889. Bah. hist. 2. 81?. Jacq. aus. ap. t. 50. Caules cæspitosi simplices vix spithamei. Cor. inferne alba superne purpurea. Fl. æst. In alpibus *di Alagna verso S. Giuseppe* et ad alpes *di Rima.*

aa. *Floribus spicatis.*

7. SPICATUM. Ph. *Foliis imis cordato-ovatis acutis duplicato-serratis petiolatis superioribus lanceolatis summis lineari-lanceolatis sessilibus involucri foliolis lanceolatis linearibus spica brevioribus.*

Ic. Moris s. 5. t. 5. f. 46. Rivin. mon. t. 109. Gaertn. de fruct. 1. t. 30. Lam. ill. t. 124. f. 1. Fl. dan. t. 362. Schk. hand. t. 39. C. Bah. prodr. 32. J. Bah. hist 2. 809. fig. sup. Radix alba crassa fusiformis. Caulis simplex etiam tripedalis. Folia radicalia medio nigromaculata macula oblonga. Spica demum elongata etiam spithamea. Cor. ochroleuca apice virens. Apud nos pulchre cœrulea. Fl. æst. In pascuis et pratis alpinis et subalpinis. Legi in pratis *di Pollone* in agro *bugel.* Incolæ dicunt *erbette* et comedunt vere folia tenera in jusculis quæ optima et saluberrima sunt. Caules vero imperfecte evoluti et adhuc teneri sapidissimi sunt atque appellantur apud nos *asparagi di montagna.* Quod et de aliis speciebus procerioribus dicendum est. Aliis locis apud nos *Sparago di montagna, Sparago selvatico* dicitur Ornithogalum pyrenaicum L.

8. HALLERI. All. ped. 1. 116. Ph. *Foliis profunde duplicato-serratis glabris inferioribus cordato ovatis superioribus oblongis stylis elongatis hirsutis involucris diphyllis lanceolatis serratis corollas imas excedentibus inaequalibus patentibus spica obovata.*

Ph. ovata W. sp. 1. 923. Ph. urticifolium Clairv. man. 63. Ic. Barrel 892. Cor. ochroleuca vel violacea primum inflexa dein erecta. Herba glabra procerior priore. Fl. æst. In pascuis et pratis alpinis elatioribus.

9. MICHELII. All. ped. 1. 115. t. 7. f. 3. Ph. *Foliis imis cordatis ovatis lanceolatisve crenatis petiolatis caulinis superioribus lanceolato-linearibus linearibusque sessilibus subserratis spica ovata demum cylindrica involucris diphillis linearibus flore infimo longioribus.*

Ph. betonicæfolium Vill. delph. 2. 518. t. 12. Reich. ic. t. 250. f. 412. Ph. scorzoneræfolium ejusd. l. c. t. eadem. Reich. ic. t. 249. f. 411. Ph. cordata Balb. misc. alt. 10. Ph. Balbisii Alph. de Cand. mon. 200. Ph. spicata All. Balb. Re. Rapunculus spicatus Scop. carn. 1. 150. Ic. Reich. ic. t. 348. f. 529. Vulgatissimum apud nos in pratis et pascuis subalpinis. Radix semper tuberosa alba tuberibus aliquando binis oblongis altero minore. Folia radicalia longissime petiolata caulina cordato-oblonga sessilia, involucri foliola inæqualia, spica breviora, altero brevissimo. Flores pulchre cœrulei.

## 256. CAMPANULA.

a. VERA. *Calyx basi aequalis: receptaculum nectariferum: capsula poris lateralibus dehiscens:*

b. *Caule unifloro. Herbae glabrae.*

c. *Radice fibrosa perenni.*

1. EXCISA. Schleich. pl. exs. 33. 35. C. *Foliis imis lanceolato-cuneatis ceteris linearibus strictis calyce lineari-acuminato demum reflexo corollae cernuae campanulato-ventricosae sinubus excisis.*

Ic. Gaud. fl. helv. 2. t. 2. Lodd. bot. cab. t. 561. Reich. ic. t. 78. f. 160. Caulis vix palmaris raro ramosus 2-3florus. Folia utplurimum integerrima. Cor. pallide cœrulea. Fl. æst. In summis alpium jugis: in monte *Rosa*: *Sempronio* versus *Alagna*: in alpibus *monreg.* etc.

cc. *Radice repente.*

2. CENISIA. C. *Foliis obovato-spathulatis integerrimis subciliatis calycibus*

*hirsutis brevi pedunculatis corollis campanulatis erectis radice repente caps. ovoidea, valvis medio dehiscentibus.*

Ic. All. specim. prim. t. 5. f. 1. Fl. pedem. t. 6. f. 2. Reich. ic. t. 85. f. 179. Caules cæspitosi vix pollicares inferne nudiusculi apice foliis rosulatis. Cor. cœrulea. Fl. æst. In summis alpium cacuminibus: *Moro*: *Cenisio*: *Rosa* etc. locis frigidis atque ad septentrionem versis.

bb. *Caule paucifloro, ramis unifloris radice perenni repente.*

3. LINIFOLIA. Lam. enc. 1. 579. C. *Pubescens foliis imis ovato-oblongis subserratis ceteris laciniisque calycinis linearibus acutis integerrimis caule subsexfloro, floribus cernuis.*

C Scheuzeri Vill. delph. 2. 503. t. 10. glabra. C. valdensis All. ped. 1. 109. t. 6. f. 1. C. uniflora Vill. del. 2. 500. t. 10. Ic. Scheuz. it. alp. 2. 454. f. 14. Var. pubescens et glabra. Caulis vix dodrantalis. Ceterum similis C. rotundifoliæ cujus forte var est. Fl. æst. In pascuis et pratis alpinis et subalpinis passim, etiam apud nos.

bbb. *Caule multifloro floribus racemosis paniculatis vel spicatis.*

c. *Glabriusculae, radice fibrosa perenni.*

d. *Floribus solitariis cauli ramisque terminalibus.*

4. PATULA. C. *Caule angulato ramoso ramis divaricatis foliis crenatis radicalibus oblongis obtusis petiolatis superioribus lanceolato-linearibus sessilibus, floribus solitariis caule ramisque terminalibus laciniis calycinis lanceolatis denticulatis limboque corollae patulis radice bienni.*

Ic. Dill. elth. 1. t. 58. f. 68. Engl. bot. t. 42. Hook: lond. ed. nov. 4. t. 28. Flor. dan. t. 373. var. *ramis filiformibus corollis parvis*. Var. glabra vel hirsuta. Caulis aliquando humilis verum in planitie locis pinguibus usque bipedalis. Cor. mediocris pallide cœrulea. Caps. erecta subapice poris tribus dehiscens. Fl. æst. Variis locis in sepibus et dumetis agri *taur. canap. alb.* etc. Ego legi in sepibus et dumetis *di Mottalciata* in agro *bug.*

dd. *Racemo paucifloro, floribus sparsis.*

5. ROTUNDIFOLIA. C. *Foliis radicalibus subrotundis marcescentibus longe petiolatis serratis caulinis linearibus integerrimis floribus subpaniculatis laciniis calycinis subulatis, corollis turbinato-campanulatis caule stolonifero.*

C. linifolia Poll. ver. fl. 270. Scop. carn. 2. 158. C. macrorhiza Alph. de Cand, mon. 301. C. carnica Schiede apud Mert. et Koch deuts. fl. 2. 158. C. tenuifolia Hoffm. germ. 1. 100. C. Baulmarterii Beck. fl. v. frank. C. Hostii Baug. trans. 3. 342. C. pusilla Haenk in Jacq. collect. 2. 79. C. pubescens Schmidt. boh. n. 167. Ic. Reich. ic. t. 68. f. 161. 162. est. var. *Foliis sup. latioribus, ovatis, cordatis, reniformibus*, etc. quæ apud nos vulgatissima est. C. Bellardi All. ped. 1. 108. t. 85. f. 5. C. cæspitosa Scop. carn. 1. 143. C. pumila Sims. in bot. mag. t. 512. C. Lostritti Ten. syll. 96. Ic. Bocc. mus. t. 103. Clus. hist. lib. 5. 173. All. ped. t. 47. f. 2. Svens. bot. t. 297. Alph. de Cand. mon. t. 1. f. d. Engl. bot. t. 866. Curt. lond. 1. t. 27. ed. 1. 4. t. 21. Fl. dan. t. 189 et 855. Radix lignosa. Caules cæspitosi non raro basi stoloniferi dodrantales aliquando usque bipedales. Cor. cœrulea raro albida. Folia variant innumeris modis. Caps. sub apice poris tribus dehiscens. Fl. æst. Vulgatissima in alpinis et montanis.

ddd. *Racemis paucifloris laxis secundis.*

e. *Foliis imis sessilibus rhombeo-ovatis.*

6. RHOMBOIDEA. C. *Caule simplici angulato foliis sessilibus imis rhombeo-ovatis superioribus oblongis acutis serratis ciliatis panicula racemosa secunda pedicellis fructiferis reflexis laciniis calycinis lineari-setaceis elongatis.*

C. azurea Bol. mag. t. 554. C. rubra Journ. et Fl. des jard. 1832. p. et t. 120. Ic. Barrel. 567. Boccon. mus. t. 61. Caulis usque pedalis: plerumque tamen humilior. Cor. cœrulea, turbinato-campanulata. Fl. æst. In pratis alpinis editioribus passim. Herba glabriuscula, aliquando tamen tota albo-tomentosa.

ee. *Foliis imis petiolatis oblongis coriaceis nitidis.*

7. PERSICIFOLIA C. *Caule subsimplici teretiusculo foliis crenatis coriaceis inferioribus oblongis ceteris lineari-lanceolatis elongatis sessilibus cor. patula turbinato campanulata.*

C. vesula All. ped. 1. 108. t. 7. f. 1. Ic. Clus. hist. L. 5. 171. Column. ecph. 24. Bull. herb. t. 367. Sibt. fl. gr. t. 205. Fl. dan. t. 1087. Var. luxuriantem *calycibus foliaceis* pingit Reich. ic. t. 77. f. 157. Tabern. t. 411. 412. *Foliis linearibus.* Caulis humilis raro usque

2pedalis. Folia ima breviora. Cor. cœrulea raro albida. Herba glabra. Var. pulcherrima culta in hortis. *Caulibus caespitosis usque orgyal. ex axillis foliorum prolifera floribus plenis candidis pulcherrimis, foliis cartilagineo-crenatis.* In sylvis umbrosis collium et montium: in agro *nic.*, *taurin.*, *nov.* etc.

dddd. *Racemo elongato inferne composito floribus erectis.*

z. *Foliis imis cordato-ovatis petiolatis racemo longissimo stricto densifloro.*

8. PYRAMIDALIS. C. *Caule erecto tereti ramoso foliis petiolatis inferioribus subcordato-ovatis cartilagineo-serratis superioribus ovatō-lanceolatis racemi elongati ramis trifloris erectis abbreviatis laciniis calycinis lanceolato-linearibus integerrimis reflexis capsula costata.*

Ic. Dodon. pempt. 166. Clus. hist. lib. 5. 172. Lob. ic. t. 327. Swert. flor. t. 46. f. 2. Bessl. hor. eystet. æst. 4. t. 7. f. 1. Jaum. S. Hil. pl. de la Franc. t. 416. Caulis humilis in pinguibus tamen usque bicubitalis et tunc racemus pedalis et ultra. Cor. parvula cœruleo-violacea. Capsula poris inferne dehiscens. Fl. aut. In *Sabaudia*: in rupibus *di S. Germain* prope *Aix* sed. forte ex hortis migravit.

zz. *Foliis imis oblongis petiolatis racemo laxiusculo.*

9. RAPUNCULUS. C. *Caule teretiusculo subsimplici inferne hirsuto foliis crenatis undulatis scabris, inferioribus obovato-spathulatis petiolatis superioribus lanceolato-linearibus panicula patula racemosa laciniis calycinis subulatis subintegerrimis limbo corollae erecto.*

Ic. Tabern. ic. 409. Columnn. phyt. 102. Sab. hor. rom. 4. t. 74. Hook. lond. 4. t. 27. Plenck ic. t. 151. Svens. bot. t. 629. Engl. bot. t. 283. Fl. dan. t. 855. Schk. hand. t. 39. C. elatior Link et Hoffm. port. 2. 11. t. 80. C. fastigiata Gmel. reis. 4. 153. t. 33. C. verruculosa Link. etc. op. c. t. 81. Caulis usque quadripedalis. Cor. albido-cœrulea. Calycis laciniae aliquando basi unidentatæ. Capsula poris tribus sub apice dehiscens. Radix alba carnosa, dulcis esculenta: folia radicalia hyeme et vere glabra et tenera sunt. Fl. æst. Vulgaris in sepibus dumetis oris silvarum, marginibus agrorum atque aggeribus, etc. Radix cum foliis radicalibus vere comeditur in acetariis. Verum gravis ventriculo est, et si modum non servaveris tormina ciet, atque alvum subducit.

cc. *Pubescentes hirsutae.*

o. *Radice bienni: floribus spicatis, spica densissima thyrsoidea.*

10. THYRSOIDEA. C. *Caule crasso angulato fistuloso hirto foliis hirsutis ciliatis inferioribus lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis elongatis superioribus lanceolato-linearibus acutis spica terminali thyrsoidea densissima foliata elongata calyce glabro laciniis ovato-lanceolatis ciliatis.*

Ic. Jacq. a. t. 411. Ejusd. obs. 1. t. 21. Bot. mag. t. 1290. Radix carnosa fusiformis. Caulis sulcatus angulatus plerumque humilis usque tamen semipedalis. Cor. flavida intus extusque barbata. Capsula poris tribus inferne dehiscens. Fl. æst. In summis alpium jugis: *Cenisio* prope *la Ramassa*: in summo jugo *Bardoneche*: in alpibus *maurianensibus*: in pratis *Pralugnan* atque monte *Isero*: in edito monte prope *Annecy*, etc.

oo. *Radice perenni fibrosa.*

p. *Floribus solitariis axillaribus erectis.*

11. LATIFOLIA. C. *Caule simplicissimo erecto crasso fistuloso foliisque acuminatis duplicato-serratis inferioribus cordatis longe petiolatis superioribus ovato-oblongis pilosis floribus solitariis axillaribus erectis fructibus demum cernuis laciniis calycinis lanceolatis serratis corollis maximis ciliato-barbatis.*

C. urticifolia All. ped. 1.110. ex auct. 8. Ic. Svens. bot. t. 272. Engl. bot. t. 302. Flor. dan. t. 85. Bot. mag. t. 2553. et 3347. Caulis usque quadripedalis. Cor. cœruleo-violaceæ. Caps. poris tribus parvis inferne dehiscens. Fl. æst. Passim in pratis alpinis. *di Intra* et *Pallanza*: circa thermas *Vinadii*: circa *Exilles*: ad radices alpium dell'*Autaret*. Var. urticæfolia All. vivit in pratis circa sanctuarium *Oropae* aliisque alpinis circumstantibus.

pp. *Floribus racemosis nutantibus.*

12. BONONIENSIS. C. *Caule tereti villoso simplicissimo foliis inaequaliter crenatis subtus tomentosis inferioribus cordato-ovatis longe petiolatis superioribus oblongo-lanceolatis sessilibus racemo terminali paniculato pedicellis*

*sparsis patentibus floribus cernuis calycis laciniis lanceolato-linearibus subreflexis stylo exserto.*

C. Thaliana Walr. sched. crit. 86. Reich. ic. t. 112. f. 222. C. simplex Cand. fr. 3. 130. C. obliquifolia Ten. neap. I. 69. tab. 17. C. rutenica M. Bieb. Bot. mag. t. 2653 Ic. Reich. ic. t. 42. f. 221. Bah. hist. 804. fig. sup. Moris s. 5. t. 4. f. 38. Caulis usque quadripedalis. Cor. parvulæ violaceæ. Caps. nutans poris tribus inferne dehiscens. Habitus *Verbasci nigri*. Forma vulgaris folia habet subtus ferrugineo-tomentosa. Fl. aest. In agro et præsertim collibus *taurin.*: in sylvestribus editioribus *di Borgomasino*: in *Mont-Blanc*: in valle Staffora et supra *Bobbium*: in valle *Exillarum* in aridis locis dictis *Grapiol* supra *Garessio*: in agro *segusiano* alibique.

ppp. *Floribus racemosis erectis.*

13. TRACHELIUM. C. *Caule angulato ramoso deorsum foliis calycibusque hispidis foliis duplicato-serratis inferioribus subcordatis petiolatis superioribus oblongo-lanceolatis sessilibus pedunculis axillaribus trifidis laciniis calycinis lanceolatis rectis capsula angulata demum cernua.*

C. urticifolia Schid. bohem. n. 173. Var. *calyce hispido*. C. rapunculoides Savi pis. 1. 228. Var. *pedunculis unifloris*. Ic. Lob. ic. 326. Sab. hor. r. 1. t. 73. *ped. unifloris*. Garidel. Aix t. 19. Roem. fl. eur. fas. 5. Hook. fl. lond. 4. t. 26. Engl. bot. t. 12. Fl. dan. t. 1026. Caulis plerumque rubens angulis subalatis strictus foliosus. Cor. violaceæ vel albidæ magnitudine variæ plerumque majusculæ. Capsula poris tribus inferne dehiscens. Racemus ut plurimum simplex spiciformis interruptus. Folia urticæformia dura setis pungentibus aspera venosa. Calyces aliquando glabri. Fl. æst. Vulgaris in sepibus et dumetis oris sylvarum, montium et collium.

pppp. *Floribus paniculatis erectis.*

14. FLORIBUNDA. Viv. nov. spec. diagn. in fl. lyb. specim. 67. C. *Caulibus caespitosis ramosis prostratis flexuosis angulatis foliisque acutis argute et subinaequaliter serratis petiolatis pubescentibus imis reniformibus reliquis cordatis ovatisque panicula composita stylo exserto.*

C. isophylla Spr. syst. 4. p. 2. 77. Reich. ic. t. 202. f. 344. Caules vix spithamei. Cor. cœruleo-violaceæ. Caps. trilocularis erecta poris tribus inferne dehiscens. Fl. æst. In *Liguria occidua* ad promontorium *di Caprazoppa.*

ppppp. *Floribus sessilibus glomeratis.*
r. *Foliis imis cordatis.*

15. GLOMERATA. C. *Caule simplici angulato villosiusculo foliis crenato-serratis radicalibus cordatis petiolatis caulinis oblongis sessilibus subtus incano-villosiusculis floribus sessilibus glomerato-capitatis involucratis bracteis involucrantibus cordato-ovatis acutis propriis geminis calyce hirto laciniis lineari-lanceolatis.*

C. petraea. L. Pluk. phyt. t. 152. f. 1. et 3. All. ped. 1. 112. C. nicæensis R. et Sch. syst. 5. 126. All. ped. t. 39. f. 1. quæ icon plantam refert adeo alienam a forma vulgari ut fere adsentiar R. et Sch. qui speciem distinctam habent. — C. elliptica Kitaib. apud Schult. oest. fl. 1. 410. Reich. ic. t. 559. f. 763. 764. C. speciosa Horn. hor. hafn. 2. 957. Reich. l. c. f. 762. Sims. bot. mag. t. 2649. C. aggregata W. enum. sup. 10. Reich. l. c. f. 760. 761. C. farinosa Andrz. ap. Besser. enum pl. volh. 10, C. aggregata a. farinosa Reich. l. c. f. 757. 758. 759. C. betonicæfolia Gibb. C. cervicarioides R. et Sch. l. c. 128. C. foliosa Tenor. 1. 71. t. 18. nisi characteribus lævissimis videtur differre. Ic. Barrel. 523. f. 3. Boccon. mus. t. 58. Herm. par. bat. t. 235. Pluk. phyt t. 152. f. 5. Sab. hor. rom. 4. t. 76. Hook. lond. 5. t. 13. Engl. bot. t. 90. Fl. dan. t. 1328. Caulis utplurimum rubens pedalis et ultra. Cor. cœrulea, vel violacea, vel albida extus villosa. Caps. poris tribus inferne dehiscens. Semina marginata. Vulgatissima in sepibus et dumetis præsertim collinis montanis et subalpinis.

rr. *Foliis imis oblongo-lanceolatis.*

16. CERVICARIA. C. *Caule simplici erecto sulcato foliisque crenatis hispidis undulatis inferioribus oblongo-lanceolatis petiolatis superioribus linearibus floribus glomeratis axillaribus et capitatis bracteis involucrantibus late ovatis basi multinerviis laciniis calycinis oblongis obtusis corollis pilosis.*

C. tenuiflora Tenor. neap. 3. 207. C. multiflora Reich. excurs. 302. C. Cervicaria b. multiflora Reich. ic. t. 573. f. 779. W. et Kitaib. pl. hung. t. 263. Var. *caule ramoso*. C. ligulata ejusd. l. c. f. 780. 781. Ic. Fl. dan. t. 787. Gmel. sibir.

2. t. 31. Lodd. bot. cab. t. 452. Caulis utplurimum rubens pedalis et ultra. Cor. violacea. Fl. æst. Radix biennis. In agro *taur.* ad vias, in sylvis collium supra *S. Mauro*: in sylvis *della Mandria*: prope *Eremum*: in alpibus *di Crodo* et *Cravegna*: in agro *nov.* alibique.

ooo. *Radice perenni repente*

17. RAPUNCULOIDES. C. *Caule simplici deorsum hispido foliis obtuse inaequaliter serratis inferioribus petiolatis cordato ovatis superioribus oblongo-lanceolatis sessilibus scabris floribus racemosis secundis nutantibus laciniis calycinis lineari-lanceolatis subciliatis reflexis radice repente*

C. Trachelium Bull. herb. t. 319. C. trachelioides Reich. ic. t. 508. f. 701. et M. Bieb. C. crenata Link. enum. hor. ber. I. 214. Reich. ic. f. 702. C. ucranica Spr. nov. prov. 8. C. rhomboidalis Scop. carn. I. 146. excl.syn. C. rhomboidea Host. a. 1. 266. excl. syn. et descript. C. urticifolia. Turr. giorn. d'Ital. Venez. 1765. 1. 119. Ic. Reich. l. c. t. 507. f. 900. Svens. bot. t. 369: Plenk ic. t. 152. Engl. bot. t. 1369. Fl. dan. t. 1327. Caulis usque bipedalis aliquando ramosus. Cor. cœruleo-violacea. Caps. demum acuta poris tribus inferne dehiscens. Fl. æst. In oris sylvarum collium et montium.

aa. MEDIA. *Calycis sinus reflexi basi producti: receptaculum nectariferum: capsula poris lateralibus dehiscens.*

b. *Caule unifloro.*

18. ALLIONII. Vill. delph. 2. 512. t. 10. C. *Caule folioso simpliciusculo subunifloro foliisque lanceolatis hispidis flore cernuo radice repente.*

C. alpestris All. ped. 1. 113. t. 6. f. 3. C. nana Lam. enc. I. 585. Caulis vix spithameus aliquando bi-triflorus floribus ramis terminalibus nutantibus. Folia ima brevia obtusa. Cor. majuscula ventricoso-campanulata cœrulea raro albida. Caps. nutans poris tribus inferne dehiscens. Fl. æst. In summis alpium jugis locis rupestribus et scopulosis: in monte *Cenisio, Turlo et Moro.*

bb. *Floribus racemosis paniculatis.*

c. *Radice fibrosa perenni.*

19. BARBATA. C. *Foliis lanceolatis sessilibus subintegerrimis cauleque simplici hirsutis racemo simplici paucifloro floribus nutantibus barbatis subsecundis.*

Ic. Krok. sil. 1. t. 38. Jacq. observ. 2. t. 37. Pluk. phyt. t. 153. f. 1. Bot. mag. t. 1258. Lod. bot. cab. t. 788. Caulis raro pedalis. Folia ima subpetiolata radicalia cæspitosa. Cor. majusculæ pulchre cœruleæ vel albidæ. Caps. cernuæ tri-quinque loculares poris tribus inferne dehiscentes. Fl. æst. Vulgaris in herbidis, pascuis et sylvis alpinis et subalpinis.

cc. *Radice fibrosa bienni.*

d. *Floribus paucis maximis erectis pedunculis bracteatis.*

20. MEDIUM. C. *Foliis inaequaliter crenatis imis ovato-spatulatis petiolatis petiolo alato superioribus lanceolatis sessilibus cauleque simplici hispidis floribus subcymosis erectis barbatis majusculis calycis auriculis deflexis maximis stigmate quinquefido capsulis nutantibus quinque-locularibus poris quinque inferne dehiscentibus.*

Camp. grandiflora Lam. fr. ed. 1. 3. 334. Ic. Matth. com. 638. f. 2. Dalech. lugd. 825. Besl. hor. eyst. æst. 4. t. 3, f. 2. et 3. t. 4. f. 1. et t. 5. f. 1. Clus. hist. 1. 5. 172. Dodon. pempt. 163. Garid. aix. t. 20. Knor. del 1. t. 52. Fl. vere exeunte. In collibus *Albae, Montisferrati* et *Liguriae orient.* et *occiduae*: agri *nic.*: inter *Pombia* et *Varapombia* agri *nov.* etc.

dd. *Floribus paniculatis cernuis, pedunculis nudis.*

21. SIBIRICA. C. *Caule simplici erecto paniculato foliisque oblongis obtusis undulato-serratis, imis petiolatis superioribus lanceolatis sessilibus calyceque hispidis floribus nutantibus capsulis cernuis trilocularibus valvis tribus sursum recurvatis basi dehiscentibus.*

C. divergens W. enum. 1. 212. C. spathulata W. et Kitaib. pl. hung. 3. 286. t. 258. Ic. Jacq. a. t. 200. Gmel. fl. sibir. 3. t. 29. Bocc. sic. t. 45? Sims. bot. mag. t. 659. Caulis pedalis et ultra. Paniculæ rami subtriflori. Cor. violacea parva infundibuliformis intus villoso-barbata oblonga. Semina marginata compressa hinc convexa elliptica ferruginea. Fl. æst. Var. in agro *ripulensi foliis caulinis brevissimis* est C. Molinerii Coll. herb. ped. 4. 17. Fl. æst. In montibus *di Borgomasino*: in collibus *di S. Raffaele*: in agro *segusiano* inter *Bussolinum* et *Segusium*, etc. inter *Gassino* et *Castione* loco dicto *Rigoira*, etc.

bbb. *Floribus subsessilibus subspicatis.*

22. SPICATA. C. *Foliis lineari-lanceolatis subcrenatis crispo-undulatis cauleque stricto hispidis floribus spicatis bracteis cordatis corollis erectis barbatis calicibus hirsutissimis caps. sphaeroidea.*

Ic. All. ped. t. 46. f. 2. t. 47. f. 1. Caulis bipedalis et ultra. Spica foliata interrupta. Flores inferiores terni, sup. solitarii. Cor. cœruleæ. Fl. aest. Vulgaris in pascuis montanis apricis lapidosis. In agro *nic.*: in valle *Fenestrellarum*: inter *Pinerolium* et *la Perosa*: in monte *Cenisio*: circa *Segusium*: in agro *taur.* in sylvis *della Mandria*: in monte *Musinè*: in alpibus *Siccidis* et *Ossulae* in agro *nov.*

aaa. ERINUS. *Cor. inaequales.*
b. *Radice annua, floribus nutantibus axillaribus solitariis.*

23. ERINUS. C. *Caule dichotome ramoso foliisque remote serratis subrotundo-ovatis superioribus tridentatis hispidis floribus axillaribus solitariis corollis tubuloso campanulatis vix calycem aequantibus.*

Wahlembergia Erinus Link. hand. 1. 631. Roucela. Reich. excurs. 296. Ic. Bah. hist. 2. 799. 3. 367. Columm. phyt. in calce. 31. Sibt. fl. gr. t. 214. Moris s. 5. t. 3. f. 25. Caulis 4gonus humilis aliquando tamen usque pedalis ascendens flaccidus utplurimum ramosissimus ramis patulis. Serraturae foliorum magnae. Folia ima brevi petiolata. Flores subsessiles aliquando erecti. Cor. pallide coeruleae plerumque calyce breviores laciniis revolutis. Capsulae demum cernuae valvis tribus inferne dehiscentes. Semina oblonga, laevia, nitida. Fl. vere exeunte. Vivit super muris, maceriis, ruderibus et locis rupestribus in agro *nic.* et circa *Sarzanam.*

bb. *Radice fibrosa perenni floribus erectis racemosis racemis compositis.*

24. ELATINES. C. *Caule ascendente subramoso glabro vel pubescente foliis cordato-ovatis profunde serratis petiolatis racemo composito foliato laxo pedunculis axillaribus subtrifloris calyce brevissimo haemisphaerico laciniis lanceolatis inaequalibus corollis scutellatis stylo longe exserto capsulis poris tribus inferne dehiscentibus.*

Ic. All. ped. t. 7. f. 2. Herba lactescens molliter hirsuta. Caulis teres vix spithameus. Folia alterna subcinerea. Pedunculi filiformes nudi, laxi. Cor. rubro-violaceae parvae. Fl. aest. Ad radices montium locis saxosis et umbrosis: in *Cenisio*: in valle *Lancei* et *Viu*: in alpibus *Valdensium*: *di Giaveno*: in valle *di Vegezzo* agri *nov.* etc.

aaaa. PRISMATOCARPOS. *Capsula prismatica, cor. subrotata, radice annua.*
b. *Capsula subapice poris dehiscente.*

25. SPECULUM. C. *Caule angulato diffuso ramoso foliis subcrenatis imis subrotundo-spatulatis subpetiolatis superioribus oblongis sessilibus laciniis calycis linearibus corollam subaequantibus.*

Prismatocarpus. L'Herit. ap. Cand. fr. 3. 709. P. arvensis Ruch. venet. 59. Specularia Speculum Heist. syst. pl. 8. Alph. Cand. mon. 346. Campanula hirta R. Sch. 5. 53. est var. *pubescens.* Caulis pedalis. Cor. violacea raro alba. Rami divaricati inferiores elongati adscendentes. Caps. elongata trisulca trilocularis poris tribus superne dehiscens. Semina ovoidea. Fl. aest. Vulgatissima inter segetes.

bb. *Capsula subapice valvis dehiscente.*

26. FALCATA. R. Sch. 5. 154. C. *Caule erecto glabro simpliciusculo foliis subcrenatis imis spathulatis superioribus ovato-oblongis sessilibus, floribus longe spicatis solitariis axillaribus laciniis calycinis lineari-falcatis acuminatis corolla duplo longioribus.*

C. hybrida All. ped. I. 114. Prismatocarpus falcatus Tenor. neap. I. 77. tab. 20. Specularia falcata Alph. Decand. camp. 345. C. hybrida L. sp. 239. Engl. bot. t. 379. Moris s. 5. t. 2. f. 22. Prismatocarpus hybridus L'Herit. sert. angl. 2. Specularia hybrida Cand. prodr. 7. 490. Cam. spuria Pallas. Mea sententia est var. *laciniis calycinis paulo brevioribus rectis caule foliisque minoribus.* Varr. intermediis transitum probantibus ut var. 6. *Scabra* insulae Maderae incola, *Caule calycibus nervisque foliorum scaberrimis hirtellis lobis calycinis corolla vix duplo longioribus* quae est apud Candol. prodr. 7. 490. Ic. Buxbaum. cent. 4. t. 38. Cupani panph. t. 20. et t. 224. Caulis pedalis et ultra. Cor. parva rosea aliquando deficiens. Fl. aest. Inter segetes circa *Segusium*: prope *Sarzanam* et *Genuam.* C. lilifolia L. hor. ups. 45. quam Joan. Biroli scribit (acon. 1, 70.) inventam fuisse a *Carestia* amico suo in circumdariis *di Varallo*, forte alia species est:

nam post illum nemo hactenus reperit. Et ipse qui pluries circa *Varallo* stirpes legi, nusquam inveni.

## 257. LONICERA.

a. CAPRIFOLIUM. *Scandentes : floribus capitato-verticillatis.*

b. *Foliis summis connato-perfoliatis : floribus ringentibus.*

c. *Capitulis florum sessilibus.*

1. CAPRIFOLIUM. L. *Foliis deciduis oblongis acutiusculis supra nitidis subtus glabris floribus pubescentibus verticillatis sessilibus.*

L. pallida Host. a. 1. 298. Caprifolium hortense Lam. fr. 3. 365. C. rotundifolium Moench meth. 501. Periclimenum italicum Mill. dict. n. 5. Caprifolium italicum R. Sch. syst. 5. 260. Ic. Zannich. ist. t. 130. Dodon. pempt. 411. f. 2. Riv. mon. t. 123. Engl. bot. t. 799. Jacq. a. t. 357. Matth. com. 631. Dalech. lugd. 1427. Garid. aix. t. 21. Knor. del. 1. t. S. 4. Frutex glaber teres ramosus aliquando altissimus utplurimum 1-2orgyalis. Folia glauca superiora subrotunda. Flores albidi vel rosei vel ochroleuci intus pallide lutei tubo inferne rubente suaveolentes. Cor. lab. sup. 4fidum laciniis reflexis mediis brevioribus: verticilli sexflori. Baccae croceae calyce coronatae. Fl. vere. Vulgaris ubique in sepibus, dumetis, sylvis.

2. IMPLEXA. Ait. kew. ed. 2. 1. 378. L. *Caule ramosissimo ramis implexis foliis sempervirentibus subtus glaucis imis oblongis supremis suborbiculatis floribus glabriusculis verticillatis sessilibus.*

L. caprifolium Seb. et Mauri fl. rom. prodr. 102. L. adenocarpa Guss. sup. 1. 58. L. balearica Fior. in giorn. dei letterati di Pisa. 1828. 17. 115. Caprifolium Balearicum R. Sch. syst. 5 261, C. implexum eorund. l. c. Ic. Sims. in Curt. bot. mag. t. 640. Frutex minor priore glaber. Cor. extus carnea intus alba. Bacca miniata calyce coronata. Fl. aest. Prope *Genuam* in collibus *di Oreggina*. Var. esse L. Caprifolii pro certo habeo. Haec enim apud nos (et centies observavi) inferne valde ramosa est, ramos habet implexos, corollas extus carneas et folia hyeme persistentia ( non tamen omnia ) quae coriacea, atro viridia demum subrubentia praesertim marginibus fiunt et vere decidunt.

cc. *Capitulis florum pedunculatis subternis.*

3. ETRUSCA. Savi in Santi viagg. 1. 113. t. 1. L. *Foliis deciduis oblongis obtusis subtus pubescentibus floribus glabriusculis capitatis capitulis terminalibus pedunculatis globosis subternis*

Caprifolium etruscum R. Sch. syst. 5. 261. Frutex major super. Flores suaveolentes intus flavidi extus rubidi. Baccae miniatae calyce coronatae. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* ; circa *Genuam* et *Sarzanam* : in *Sabaudia* in nemoribus prope *Haut-combe*, etc.

bb. *Foliis omnibus distinctis.*

4. PERYCLIMENUM. L. *Foliis deciduis oblongis obtusiusculis utrinque glabris capitulis ovatis terminalibus pedunculatis corollis ringentibus.*

Periclymenum vulgare Mill. dict. n. 6. Caprif. sylvaticum Lam. fr. 3. 365. C. distinctum Moench. meth. 501. Ic. Dodon. pempt. 411. f. 1. Riv. mon. t. 122. Svens. bot. t. 140. Plenck. ic. t. 134. Engl. bot. t. 800. Curt. lond. 4. t. 34. ed. 1. 4. t. 15. Fl. dan. t. 908. Blackw. t. 25. Mill. ic. t. 75. Schk. hand. t. 40. Fl. med. t. 116. Variat *foliis sinuatis* Pluk. t. 213. f. 1. Folia aliquando pubescentia subtus coerulescentia. Cor. ochroleucae vel rubicundae vespere suaveolentes. Baccae rubrae calyce coronatae. Rami purpurei. Frutex orgyalis et ultra. Fl. aest. Copiosa in agro *segus* : in valle *Augustae Praetoriae:* in *Sabaudia.*

aa. XYLOSTEUM. *Erectae : pedunculis bifloris: apice bibracteatis: baccis calyce non coronatis.*

b. *Baccis coadunatis.*

c. *Rubris.*

5. ALPIGENA. L. *Foliis ovato-oblongis acuminatis subtus pubescentibus ciliatis pedunculis solitariis axillaribus bifloris bracteis geminis linearibus erectis ciliato-glandulosis ovario multo longioribus genitalibus hirsutis.*

Caprifolium alpinum Lam. fr. 3. 701. Isika alpigena Borck. I. lucida Moench. meth. 504. Chamaecerasus alpigena Delar. Ic. Duham. arb. ed. 2. t. 16. Riv. mon. t. 121 Jacq. a. t. 274. Lob. ic. 173. Clus. hist. 1. 59. Gesn. fas. 33. t. 14. f. 44. Frutex orgyalis et ultra ramosus, ramis diffusis. Cor. intus sanguineae extus pallidiores parvae basi gibbae extus pubescentes. Folia magna. Pedunculi glanduloso-pilosi. Cor. labium superius 4dentatum infer. indivisum. Bacca majuscula ovata apice didyma bipunctata punctis nigris. Antherae violaceae. Fl. aest. In alp. locis umbrosis.

cc. *Coeruleis.*

6. COERULEA. L. *Foliis oblongis obtusis integerrimis ciliatis pedunculis solitariis axillaribus brevissimis bifidis genitalibus glabris bracteis geminis pilosis lineari-setaceis ovario duplo longioribus baccis oblongis.*

Caprifolium coeruleum Lam. fr. 3. 366. Chamaecerasus coerulea Delarb. fl. am. Ic. Clus. hist. 1. 58. Pallas. fl. ross. 1. t. 37. Jacq. a. ap. t. 17. Curt. bot. mag. t. 1965. Frutex usque orgyalis superne rubens cortice inferne flavo, epidermide facile secedente. Cor. parvæ ochroleucae subregolares. Bacca elliptica coeruleo-pruinosa. Fl. aest. Vulgaris in alpibus.

bb. *Baccis distinctis.*
c. *Rubris.*
d. *Foliis pubescentibus.*

7. XYLOSTEUM. L. *Foliis ovatis acutiusculis venosis integerrimis utrinque petiolisque pubescentibus pedunculis bifloris abbreviatis bracteis linearibus ovarium subaequantibus baccis basi connatis.*

Caprifolium dumetorum Lam. fr. 3. 367. Xyl. dumetorum Moench. meth. 502. Ic. Duham. arbr. t. 54. ed. 1. 1. t. 59. Barrel. ic. 511. Rivin. mon. t. 120. Dodon. pempt. 412. Svens. bot. t. 319. Engl. bot. t. 916. Sibt. fl. gr. t. 223. Fl. dan. t. 808. Frutex orgyalis ramosus cortice cinereo ramorum rubido. Folia brevi petiolata. Bracteae villosae villis apice glanduliferis. Bracteae binae interiores brevissimae subrotundae. Cor. extus villosae inodorae parvae albae subregulares. Baccae rubrae subglobosae calyce coronatae aliquando albae vel luteae vel ferrugineae. Fl. vere. Vulgaris in sylvis alpinis et montanis.

dd. *Foliis glabris.*

8. PYRENAICA. L. *Foliis obovato-lanceolatis glabris subtus glaucis venosis baccis omnibus distinctis.*

Caprifolium pyrenaicum Lam. fr. 3. 366. Ic. Magnol. hor. mons. 209. Duham. arbr. I. t. 15. ed. I. 2. t. 110. Frutex bipedalis et ultra. Cor. parvae albidae subregulares. Baccae globosae rubro-ferrugineae. Fl. aest. In patria indigenam se invenisse, verum locum natalem sibi memoria excidisse scribit Allioni.

cc. *Nigris.*

9. NIGRA. L. *Foliis ovato-oblongis utrinque rotundatis glabris pedunculis bifloris longiusculis corollis abbreviatis baccis subglobosis basi connatis bracteis geminis lanceolato-linearibus ovario brevioribus.*

Caprifolium roseum Lam. fr. 3. 368. Chamaecerasus nigra Delarb. fl. am ed. 2. 130. Ic. Jacq. a. t. 314. Schmidt œstr. baumz. t. 110. Gesn. fasc. 37. t 8. f. 48. Frutex glaber usque orgyalis ramis flexilibus divaricatis villosis. Folia juniora hirsuta subplicata. Bracteolae binae interiores subrotundae ciliatae. Calyces latiusculi. Cor. parvae basi gibbae extus roseae intus albae et pubescentes labio superiore erecto lato obtuse quadridentato, infer. integerrimo oblongo reflexo. Baccae calyce coronatae altera nonnumquam abortiva lateraliter connatae. Semina 5-6ovata compressa. Fl. vere. In alpinis: *Cenisio*, *Musinè*: circa *Segusium* et *Lanslebourg*: in alpibus *di Scopa*, *Rima* in agro *nov.*: in sylvis ad *Thermas Valderias*: in monte *Gottro Liguriae orientalis*, etc.

Periclymenum Dioscoridis est procul dubio Lonicera Caprifolium, L. verum probabile est vi sua omnes species convenire. *Hujus* (Caprifolii) *fructus maturus collectus et in umbra siccatus si drachmae pondere e vino per* XL *dies bibatur tum lienem liquat, tum lassitudinem discutit, tum orthopneae ac singultui prodest. Urinas ciet a sexto die cruentas. Idem partum quoque accelerat. Sed et folia iisdem praedita sunt viribus dum per* XXXVII *dies bibantur, quae et impotentes reddere viros dicuntur. Eadem cum oleo peruncta horrores febrium circuitibus redeuntium mitigat.* Dioscor. mat. med. 4. 14. tom. 1. 516. ed. Spreng. Cui omnino consentiunt Galenus ( de simpl. facult. lib. 8. ) et Matthiolus (com. 631). Ceterum alii scriptores etiam novissimi adstringentes habent. A Joanne Vigo chirurgo olim celebri in ulceribus crurum fuisse usurpatam testes sunt Matthiolus et Vogelius. Quae omnia abbunde evincunt magnas illi inesse vires quae ut eruantur medici docti et diligentis industria atque experimentis indigeant. Medicis praesertim homiopathicis commendo qui forte in hydrope curando magnum ex illa haurient subsidium. Forte etiam venerem furentem coercet.

## 258. ZIZYPHUS.

VULGARIS. Lam. ill. t. 185. f. 1. L. *Arbuscula aliquando procera ramosissima cortice fusco foliis lutescentibus*

*alternis subrotundo-ovatis brevissime petiolatis serrulatis subretusis utrinque glabris trinerviis pedunculis subcorymbosis aculeis stipularibus geminis altero recurvo calycibus extus pilosis petalis albidis obovatis acutiusculis concavo-conduplicatis lacinias calycis subaequantibus drupis oblongis rubris putamine oblongo extus rugoso-scrobiculato.*

Rhamnus Zizyphus L. sp. 282. Plenck ic. t. 142. Fl. med. t. 210. Pall. fl. ross. 2. t. 59. Z. sativa Desf. atl. 1. 200. Duham. arbr. ed. 2. 3. t. 16. Z. Jujuba Mill. dict. n. 1. Ic. Matth. comm. 207. f. 2. Dalech. lugd. 357. Chabr. sciagr. 51. f. 5. Mala. Durant. herb. nuov. 210. Fl. aest. In agro *nic.* etiam culta. Ex Syria ad nos migrasse videtur. Sextus Papinius consul Augusti temporibus in Italiam intulit ut Plinius hist. nat. 15. 14.

Drupae edules sunt, ventriculo tamen graves. In morbis pectoris praesertim catharro epidemico medici ab antiquissimis inde temporibus adhibent forma conservarum, tabellarum, etc. additis Viola, Opio, Hyoschiamo, aliisque remediis sedantibus, quibus sedant dolores, somnum invitant, sputa adjuvant, tussimque leniunt: tamen cum meliora et tutiora imo certissima remedia homiopathica praesertim suppetant, stultum est ventriculum gravi ac pene inutili remedio onerare.

## 259. IMPATIENS.

NOLITANGERE. I. *Herba annua glabra radice subrepente caule erecto ramoso fistuloso tereti striato geniculato geniculis tumidis usque bipedali foliis flaccidis alternis inaequaliter dentatis ovato-oblongis imis longe petiolatis pedunculis solitariis axillaribus multifloris folio brevioribus corollis luteis fauce sanguineo-punctatis calcare ascendente recurvo floribus breviore capsulis nutantibus valvulis elastice dissilientibus spiraliter contortis.*

Balsamina Scop. carn. 2. 184. Ic. Columm. ecph. 150. Barrel. ic. 1197. Rivin. tetrap. t. 121. Svens. bot. t. 371. Engl. bot. t. 937. Fl. dan. t. 582. Lam. ill. t. 725. Herba pallide virens tenerrima foliis noctu flaccidis dependentibus. Capsulae oblongae angulatae gibbosae pendulae. Cor. nonnullae abortivae, quae tamen foecundae sunt. Fl. augusto. Vulgaris in sylvis, sepibus et dumetis praesertim humentibus umbrosis et montanis.

Herba acris venenata et quae intus sumpta etiam clysmate, Dodoneo teste vitam in periculum adduxit. Abdomini impositam urinam valdopere ciere scripsit Gesnerus (epist. p. 21. 109). Quod firmatur etiam testimonio Bulliardi (pl. ven. 369). Ad dolores nephriticos commendavit Crato (ep 1. 5. 233). Etiam in vulneribus praesertim nervorum atque haemorrhoidibus dolentibus imponi posse Bachwaldus apud Vogelium (hist. mat. med. 131). Forte in aquis hydropicorum pellendis optime succurrit sive herba contusa hypogastrio imponatur sive intus adhibeatur methodo homiopathica. Quod novis experimentis confirmari debet.

## 260. VIOLA.

Herbae perennes (unica tricolore excepta) foliis petiolatis simplicibus pedunculis unifloris angulatis medio bibracteatis in anthesi nutantibus demum erectis.

a. *Acaules.*
b. *Foliis divisis.*

1. PINNATA. V. *Foliis palmato-multifidis longe petiolatis crassiusculis glabris laciniis linearibus incisis obtusis ciliatis externis pinnatifidis petiolis pedunculos superantibus.*

Ic. All. miscel. taur. 3. 1. 181. t. 5. f. 2. Reich. ic. t. 41. f. 84. 85. Stipulae ovato-lanceolatae acutae remote serratae pallide virentes. Cor. nutans parva violacea aliquando deficiens. Caps. ovata trigona semina rubentia turbinata basi foveolata. Calcar petala aequat. Stigma triangulare barbatum marginatum. Fl. aest. in summis alpibus: *Cenisio*, etc.

bb. *Foliis indivisis.*
c. *Reniformibus.*
d. *Stolonibus reptantibus radicantibus rad. fibrosa.*

2. ODORATA. V. *Stolonibus reptantibus foliis reniformi-cordatis crenatis pubescentibus calycibus glabris obtusis petalorum laminis subaequalibus capsulis ovatis trigonis pubescentibus.*

Var. pulcherrima in hortis culta *floribus plenis albis, ochroleucis, pallidissime coeruleis vel rubido violaceis.* — V. suavis M. B. Reich. ic. t. 465. f. 657. Ic. Zannichel. ist. t. 270. Bull. herb. t. 169. Svens. bot. t. 8. Curt. lond. 1. t. 63. ed. 2. 1. t. 23. Engl. bot. t. 619. Fl. dan. t. 309. Matth. com. 739. f. 2. Dalech. lug 798. Chabr. sciagr. 509. f. 1. f. 2. pingit florem plenum. Durant.

herb. nuov. 475. Renealm. spec. 140. Dodon pempt. t. 1. 2. Knor. del. 1. t. V. Ludw. ect. t. 175. Blackw. t. 55. Fl. med. t. 348. Cor. violaceae odoratissimae praesertim si flores pleni sunt. Stolones radicantes. Capsulae demum albae. Radix sublignosa. Fl. febr., mart. sq. etiam autumno. Ubique in sepibus, dumetis, etc.

dd. *Stolonibus nullis, radice repente.*

3. PALUSTRIS. V. *Foliis obsolete crenatis reniformibus ovatisque utrinque glabris laciniis calycinis inaequalibus calcareque brevissimo obtusis capsulis oblongis trigonis glabris radice articulata repente.*

V. scaturiginosa Wallr. sched. crit. 97. V. nitens Host. a. 1. 281. V. uliginosa Schrad. n. journ. 4. 80. Reich. ic. t. 52. f. 107. V. epipsila Ledebour. app. Fries. nov. fl. sv. mant. alt. 51. Ic. Moris s. 5. t. 35. f. 5. Curt. lond. 3. t. 58. ed 2. 1. t. 29. Engl. bot. t. 444. Fl. dan. t. 83. Stipulae lato-lanceolatae serrulatae. Cor. violaceae vel pallidae inodorae minores quam in V. odorata. Stigma urceolatum supra gibbosum. Fl. vere. In montanis et frigidis aestate. In pratis et locis humidis turfosis muscosis.

cc. *Foliis cordato-oblongis: stolonibus non radicantibus.*

4. HIRTA. V. *Foliis profunde cordatis oblongis crenatis petiolisque pilosiusculis calycibus obtusis ciliatis petalis emarginatis capsula subglobosa hirta.*

V. collina Bess. enum. pl. volh. 40. Reich. ic. t. 44. f. 4293-95. V. umbrosa Hop. bot. zeit. 13. 2. 521. Reich. ic. f. 4497. et 4498. — V. sciaphila Koch syn. 90. var. *stolonibus nullis. Caps. ovali oblonga glabra.* — V. ambigua W. et Kitaib. pl. hung. 2. 208. t. 290. var. *stolonibus nullis. Caps. ovata puberula* quae intermedia est. V. campestris M. Bieb. cum hac quoque conjungenda est. Characteres quibus botanici germanici species hasce describunt nimis mutabiles sunt et species certis limitibus non definiunt. Vidi monstrum V. odoratae cuius flos florem aquilegiae perfecte aemulabatur et nos laevissimis hisce characteribus subsistemus? Cf. lusus multos intermedios in Cand. prodr. 1. 295. Ic. Moris s. 5. t. 35. f. 4. Svens. bot. t. 543. Curt. lond. 1. t. 64. ed. 2. 3. t. 52. Engl. bot t. 894. Fl. dan. t. 618. Stolones breves aliquando nulli. Radix sublignosa. Folia erecta. Fl. primovere. In sepibus et dumetis praesertim collium.

aa. *Caulescentes.*

b. *Stipulis indivisis subserratis.*

c. *Calcar obtusum.*

d. *Radice repente.*

e. *Corolla lutea stipulis integris parvis caulibus bifloris.*

5. BIFLORA. V. *Caule erecto debili bifloro foliis reniformibus serratis ciliatis stipulis subintegerrimis calycibus acutis calcare brevissimo stigmate explanato bilobo glabro capsula oblonga acuta trigona glabra seminibus rotundo-ovoideis fuscis obscure punctatis*

V. uniflora Krok. sil. 2. 516. t. 43. Ic. Clus. hist. lib. 3. 309. Pluk. phyt. t. 233. f. 7. 234. f. 1. Riv. pentap. irr. t. 121 Bot. mag. t. 2089. Fl. dan. t. 46. Bah. hist. 1. 544. Cauliculus vix spithameus utplurimum prostratus vix triphyllus. Folia ima longe petiolata. Cor. lutea glabra parva. Fl. vere et aest. Vulgaris in alpinis et montanis ad rivulos.

ee. *Cor. pallide coerulea: stipulis serratis grandibus: caulibus multifloris.*

6. MONTANA. V. *Caule erecto simpliciusculo flexuoso, triquetro foliis oblongo-lanceolatis stipulisque grandibus foliaceis serratis calycibus acuminatis calcare obtusissimo capsula obtusa oblonga trigona.*

V. persicifolia Schk. hand. t. 269. Reich. ic. t. 100. f. 209. 210. V. lactea Reich. l. c. f. 208. V. elatior Fries. nov. fl. svec. ed. 2. 277. V. nemoralis Kutz. in Linnaea 7. 46. t. 4. V. stagnina ejusd. l. c. V. stricta Fl. dan. t. 1812. Ic. Lob. ic. 610. Riv. pent. t. 120. 121. Moris s. 5. t. 7. f. 7. Sims. in bot. mag. t. 1595. Caulis usque pedalis firmus. Folia aliquando ima praesertim subcordato-ovata. Pedunculi nutantes folium superantes. Calcar brevissimum. Cor. majusculae inodorae pallide coeruleae raro albidae. Stigma rostellatum aviculae capiti quodammodo simile. Semina ferruginea pyriformia apice umbilicata. Fl. vere. In collibus *taur.* et prope *Albam.* Ego legi etiam in collibus et montibus nostris et diligenter comparavi cum V. canina cum qua mihi videtur esse confundenda. Nam si radicem repentem et semina pyriformia demeris nullo alio firmo et certo charactere differt. Et vidi hos non raro deficere et mutari. Botanici nostrae aeta-

tis praesertim germanici tot et tam varias species descripserunt ex infinitis lusibus et varietatibus earum specierum indeque tantam confusionem intulerunt ut difficillime res extricari queat. Cf. inter alios Bertol. fl. it. 2. 701-708. Koch. syn. 91-93. Cand. prodr. 298. 299. etc.

dd. *Radice fibrosa.*

e. *Caule erecto foliis cordato-ovatis.*

7. MIRABILIS. V. *Caule erecto trigono foliis cordato-ovatis cucullatis crenatis glabriusculis stipulis lanceolatis subintegerrimis floribus radicalibus longe pedunculatis corollatis sterilibus caulinis brevissime pedunculatis apetalis fertilibus capsulis oblongis acutis glabris.*

Ic. Dill. elth. 2. t. 303. f. 390. Monti in Zanon. t. 176 Jacq. a. t. 19. Fl. dan. t. 1045. Caulis demum usque spithameus. Folia magna ima longe petiolata. Cor. inodorae violaceae. Semina pyriformia apice umbilicata. Flores superiores aliquando corollati sunt aliquando inferiores fertiles. Fl. vere. In collibus *taur.*: in sylvis prope *Albam.*

8. CANINA. V. *Caule erecto ramoso teretiusculo foliis cordato-oblongis crenatis subtus glabris stipulis lineari-lanceolatis ciliato-laciniatis calycibus acutis basi truncatis capsulis oblongis acute carinatis.*

V. Riviniana Reich. ic. t. 95. f. 202 203. et t. 601. f. 821. V. flavicornis Smith engl. fl. 1. 304. Engl. bot. t. 2736. — V. Ruppii All. ped. 2. 99. t. 26. f. 6 Reich. l. c. t. 97. f. 206. est var. *foliis superioribus oblongo-lanceolatis.* V. lactea Smith fl. br. I. 247. Engl. bot. t. 445 quam Cand. prodr. 1. 299. ad V. montanam refert. V. ferrariensis Camp cat. hor. ferrar. 1812. V. lancifolia Bess. Reich. l. c. t. 96. f. 204. V. pumila Vill. cat. de Strasb 288. t. 5. est var. *fol. infer. ovatis sup. oblongo-lanceolatis.* — V. sylvestris Kitaib. Reich. l. c. t. 94. f. 200: 201 et t. 601. f. 822. V. flexuosa Moret. ap. Roem et Schult. V. stagnina b. R. et Sch. syst 5. 370. quae est V. stagnina. Kitaib. in Schul. oestr. fl. 1. 426. et quae seq. in Koch est var. *floribus superioribus apetalis.* quo charactere ad V. mirabilem accedit. etc. Ic. Rivin. pentap. t. 120. quae probat transitum in V. montanam. Savi mat. med. t. 42. Curt. lond. 2. t. 61. ed. 2. 3. t. 51. Engl. bot. t. 620. Fl. dan. t. 1453. Radix sublignosa. Caules primum nulli demum prodeunt. Cor. pallide violaceae aliquando omnino albae sunt inodorae. Semina pyriformia apice umbilicata ferruginea omnino similia illis V. montanae, neutiquam ovata ut scribit Cand. prodr. 1. 299. Fl. vere. Vulgatissima ubique in sepibus et dumetis.

ee. *Caule prostrato, foliis subrotundis.*

9. NUMMULARIAEFOLIA. All. ped. 2. 98. t. 94. V. *Caulibus filiformibus prostratis foliisque subrotundis integerrimis petiolo brevioribus glaberrimis stipulis lanceolatis remote serratis pedunculis solitariis axillaribus folio longioribus foliolis calycinis oblongo-lanceolatis acutis calcare brevissimo obtuso capsula glabra oblonga acuta trigona stigmate cucullatò papilloso.*

Ic. Boccon. mus. t. 127. All. spec. prim. t. 2. f. 2. Reich. ic. t. 71. f. 140. Caules spithamei etiam ramosi et radicantes. Cor. violaceae inodorae. Semina pyriformia apice umbilicata ferruginea. Fl. aest. In alpibus maritimis *al Col delle finestre*; in alpibus *Valderiis*: *d'Entraive, Lantosca, Tenda* alibique; etiam in alpib. prov. *nov. della Balma* et *al Campello.*

10. ARENARIA. Cand. fr. 4. 801 V. *Caulibus filiformibus brevissimis prostratis foliisque cordato-subrotundis crenatis subtus discoloribus hirsutis stipulis remote glanduloso serratis foliolis calycinis lanceolatis acutis capsulis ellipsoideis obtusissime carinatis hirtis calcare saccato.*

V. Allionii Pio de violis t. 1. f. 2. Reich. ic. t. 72. f. 142-146. t. 73. fig. 147-149. V. Balbisii Re fl. segus 73. V. aprica Spr. nov. prov 43. V. livida Kitaib. V. glauca M. Bieb. taur. cauc. 3. 165. V sarmentosa ejusd. 1. 172. V. rupestris Sch. boh. cent. 3. t. 1. p. 50. t. 312. Reich. ic. f. 141. V. Krokeri Gmel. syst. 412. Herba pruinoso-pubescens. Caules filiformes vix pollicares. Pedunculi axillares solitarii folio longiores. Cor. parva violacea. Stigma papillosum subreflexum. Semina ovalia ferruginea. Fl. aest. In summis montibus *Cenisio*, etc.

cc. *Calcare acuto.*

11. CENISIA. V. *Caulibus filiformibus prostratis radicantibus foliisque integerrimis inferioribus subrotundis superioribus oblongis confertis hirsutis stipulis subintegris calcare subulato petala ampla subaequante capsula ovata trigona glabra trunco radicis subfusiformi lignoso.*

V. alpina All. ped. 2. 98. — Var. *stipulis palmatifidis laciniis calycinis hispidulo-ciliatis* est V. Valderia. All. ped. 2. 98. t. 24. f. 3. Ic. All. ped. t. 22. f. 6. Ejusd. spec. prim. t. 3. f. 4. Cauliculi plures ex eadem radice vix spithamei. Pedunculi solitarii axillares breves. Cor. majusculae violaceo-coeruleae. Semina obovato-oblonga apice umbilicata. Fl. aest. In alpib. *Cenisio: ad thermas Valderias: al Col delle finestre*, etc.

bb. *Stipulis pinnatifidis: stigmate urceolato.*

c. *Radice annua.*

12. TRICOLOR. V. *Caule angulato diffuso foliis ovato-oblongis crenatis glabriusculis stipulis lyrato-pinnatifidis.*

V. arvensis Murr. engl. bot. t. 2712. cor. *ochroleuca abbreviata*. V. saxatilis Schm. 604. 257. V. Kitaibeliana R. et Sch. 5. 383. V. rothomagensis Desf. cat. 153. var. *hirsuta*. V. tenella Poir. encicl. 8. 644. V. Curtisii Engl. bot. t. 2693. Ic. Matth comm. 741. Dalech. lugd. 800. f. 2. Chabr. sciagr. 510. f. 2. Renealm. sp. t. 140. Riv. pentap. irr. t. 122. Camer. epit. 912. Fuchs. hist. 803. Barrel. ic. 696. et 757. f. 1. 2. 3. Knor. del. 1. t. D. Blackw. t. 44. Savi mat. med. t. 28. Curt. lond. 1. t. 65. ed. 2. 1. t. 30. Engl. bot. t. 1287. Svens. bot. t. 44. Fl. dan. t. 623. Varr. multas conf. ap. Cand. prodr. 1. 303. Species notissima pulcherrima ubique culta. Flores in culta aliquando maximi speciosissimi. Pedunculi longissimi striati nudi. Capsula obtusa trigona. Semina ferruginea pyriformia apice umbilicata. Floret toto anno. Sponte nascitur in arvis et pratis alpinis et montanis etiam planitiei. Tunc est herba ramosissima pilosa indecora petalis brevissimis luteolis.

cc. *Radice perenni.*

13. LUTEA. Huds. angl. ed. 1. 331. V. *Caule simplici triquetro pubescente foliis ovato-oblongis ciliatis crenatis stipulis palmato-incisis calcare attenuato petalis breviore.*

V. grandiflora Huds. angl. ed. 2 388. Vill. cat. stras. t. 5. Reich. ic. t. 171. t. 302. V. sudetica W. enum. sup. 12. Ic. Petiv. h. br. t. 37. f. 10. Engl. bot. t. 721. Caules caespitosi prostrati apicibus surrectis superne ramosi etiam radicantes vix palmares. Cor. lutea maxima basi nigro-radiata aliquando coerulea. Fl. aest. In summis montibus. *Cenisio*, etc. Probabili conjectura est var. seq.

14. CALCARATA. V. *Caule angulato simpliciusculo foliisque subrotundo-ovatis crenatis glabris stipulis oblongis inciso-dentatis ciliatis calycibus glanduloso-denticulatis calcare ascendente subulato florem longe superante.*

V. Zoysii Vulfen. in Jacq. coll. 4. 297. t. 11. f. 1. V. grandiflora Savi due cent. 190. V. nebrodensis Presl. fl. sic. 1. 133. — Var. *calcare abbreviato* est V. alpina Ten. syll. 119. V. grandiflora Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 140. Ic. Barrel ic. 691. 692. Bonan. panph. t. 99. Mont. in Zann. hist. t. 177. Hall. helv. t. 17. f. 1. Vill. cat. de Strasb. t. 5. Reich. ic. t. 279. f. 432. — Huc traho V. heterophyllam (V. *Caule ramoso angulato glabro foliis inf. parvis oblongis crenatis longe petiolatis superioribus lineari-lanceolatis integerrimis stipulis tripartitis linearibus lacinia terminali longissima calcare subulato elongato*) Bertol. am. 87. V. Bertolonii Pio de viol. 34. t. 3. f. 2. V. gracilis Biv. bem. man. 4. 25. Smith fl. gr. t. 222. Bonan. panph. t. 132. V. declinata W. et Kitaib. pl. hung. 3. 248. t. 223. Caules utplurimum vix palmares. Modo nulli modo caespitosi modo brevissimi modo usque pedales prostrati repentes. Pedunculi solitarii modo plures, axillares, longi medio bracteati. Flores utplurimum maximi. Cor. lutea basi rubro-radiata aliquando coerulea, odoratissima aliquando inodora. Caps. glabra trigona. Fl. aest. In alpibus: *Cenisio*: in montibus *Valderiis*: *al Col delle finestre:* in montibus *Liguriae*: in alpibus *di Vedro* agri *nov.* alibique.

Prae aliis speciebus medici utuntur V. tricolore et V. odorata. V. tricolor post Carolum Strackium (De crusta lactea infantum ejusd. specif. remed. Maguntiae 1779) notissima atque utilis est in crusta lactea infantum aliisque crustis et herpetibus praesertim puerorum et quae in facie nascuntur. V. odorata radicem habet emeticam atque Ipecacuanhae aemulam. Flores vero dolores sedant et nervorum distentiones praesertim feminarum et puerorum. Jamdiu Baglivius scripsit specificum remedium in esse distensionibus nervorum etiam epilepsia praesertim puerorum. Specifico modo agere videtur in lenienda inflammatione et doloribus in catharro, ac tussi praecipue epidemicis. Semina urinam potenter cient et lapillos expellunt. Quod confirmatur historia Maximiliani imperatoris, qui ab usu

eorum multos calculos excrevit (Scholtzius ep. 192. p. 310). Herba emolliens atque anodyna est et dum sedat intestinorum dolores solvit alvum. Quae utilissima praesertim est in colica haemorrhoidali si cum alvo adstricta jungatur. Medici homiopathici accuratissimis institutis experimentis statuerunt valdopere prodesse in hysteria et hypocondriasi, in vertigine ac leni astmate nervoso et doloribus aurium. Ceterum in animi curis levandis auro suppar est ac fere superat. Ego in me ipso expertus sum Violam animum moerore confectum mirum in modum laetificare. Inde dedi viro multis aerumnis, et domesticis calamitatibus oppresso, et mori cupienti, qui postridie hilaris et laetissimus factus est. Femina etiam quae ob zelotypiam moestissima erat et mori cupiebat, subito, sumpta Viola, moerorem discussit et sanata est. Viola tricolor homiopathico modo adhibit acrustam lacteam infantum eximie sanat praesertim si cum vesicae doloribus et stranguria sociata sit.

### 261. EVONYMUS.

Frutices erecti ramosi ramis tetragonis oppositis laevibus foliis oblongis serratis oppositis deciduis pedunculis axillaribus subcymosis seminibus arillo croceo obvolutis.

a. *Petalis albo-virentibus, capsulis violaceis.*

1. EUROPAEUS. E. *Foliis oblongo-lanceolatis crenulato-serratis pedunculis compressis multifloris floribus plerisque quadrifidis petalis oblongis acutis capsulis depressis obtusilobis.*

E. vulgaris Scop. carn. 1. 166. Ic. Matth. comm. 161. f. 2. Dalech. lugd. 271. Bull. herb. t. 135. Lam. ill. t. 131. Svens. bot. t. 247. Engl. bot. t. 312. Fl. dan. t. 1089. Rocq. phyt. med. t. 131 Frutex usque decempedalis. Fl. vere. Vulgaris in sylvis, sepibus et dumetis.

aa. *Petalis purpureis, capsulis croceis.*

2. LATIFOLIUS. Scop. carn. 1. 165. E. *Foliis lateovato-oblongis serrulatis pedunculis multifloris floribus plerisque quinquefidis subcymosis fructiferis pendulis petalis obovatis acutis capsulae lobis alatis.*

Ic. Clus. hist. L. 1. 56. f. 2. Duham. ed. 2. 3. t. 7. Jacq. a. t. 289. Forte est var. E. europaei *capsulis carinatis croceis floribus purpureis.* Fl. vere. Vulgaris apud nos.

E. verrucosus W. sp. 1. 1131. Jacq. a. t. 49. 400. Duham. 3. t. 8. Clus. hist. 1. 57. Bah. hist. 203 est vulgaris heic *Verroni* et *Bennae* in sepibus et mihi non videtur differre ab Europaeo nisi *antheris subsessilibus caulibus ramisque inferne praesertim verrucoso-leprosis lepra ochroleuca.* Forte hybrida est.

Evonimus planta acris et venenata. Pecora non comedunt folia ejus. Gallinae liberantur pediculis si in stabulis earum cantheriis ex ligno Evonymi confectis instant. Quodsi decocto fructuum ejus lavantur capita puerorum pediculi subito enecantur. Fructus intus sumpti supra infraque purgant immanibus obortis intestinorum doloribus. Quae probant ventriculum atque intestina inde inflammari. Medici homiopathici utuntur Evonymo in doloribus lancinantibus sive caput, sive pectus, sive abdomen, sive artus excrucient, quique post captum cibum majores fiunt: in doloribus qui paralysim inferunt genubus: in dispnoea quae forte a doloribus intercostalibus est, atque in exanthematibus quae crusta obducuntur.

### 262. VITIS.

VINIFERA. V. *Frutex altissimus scandens capreolatus cirrhis oppositifoliis foliis palmato-lobatis sinuatis subtus tomentosis lobis inciso-serratis racemis pendulis.*

V. Labrusca Scop. carn. 1. 169. Fl. med. t. 347. Ic. Jacq. ic. var. 4. t. 50. Sibt. fl. gr. t. 242 Blackw. t. 154. Ludw. ect. t. 125. Frutex notissimus indigenus cultus et sylvestris ex quo varr. innumerae cultura ortae sunt. Fl. raro dioici suaveolentes odore Resedae odoratae et Violae. Fl. vere. Vulgatissimus in sylvis, sepibus et dumetis. Tunc dicitur *Labrusca.* Stirpibus homini utilioribus accensendus est.

### 263. RIBES.

a. *Inermia.*
b. *Racemis pendulis.*
c. *Fructibus rubris vel albidis.*

1. RUBRUM. R. *Racemis glabris bracteis abbreviatis floribus planiusculis foliis cordatis quinque-lobis dentatis subtus pubescentibus.*

Grossularia rubra Scop. carn. I. 167. Ic. Duham. arbr. ed. 2. 3. t. 57. Schk.

hand. t. 48. Plenck ic. t. 148. Svens. bot. t. 199. Engl. bot. t. 1289. Fl. dan. t. 967. Blackw. t. 283. Ludw. ect. t. 92. Knor. del. 1. t. I. 5. Matth. comm. 146. Dalech. lugd. 132. Fl. med. t. 189. Frutex orgyalis et ultra. Petala bifida luteo-viridia. Baccae aliquando roseae aliquando albae vel luteolae diaphanae acidulae gratissimae et salubres. Fl. maio. In sylvis alpinis et ubique culta.

cc. *Baccis nigris foliis aureo-glanduloso-punctatis.*

2. NIGRUM. R. *Racemis glandulosis floribusque campanulatis pubescentibus bracteis abbreviatis pedunculo basilari unifloro foliis cordatis rugosis tri-quinquelobis serratis foetidis subtus aureo-glanduloso-punctatis.*

Ic. Lob. advers. 202. Bah. hist. 2. 99. Tabern. krt. 6. 1492. f. 2. Blackw. t. 285. Knor. del. 1. t. I. 6. Ludw. ect. t. 91. Svens. bot. t. 169. Plenck. ic. t 147. Engl. bot. t. 1291. Fl. dan. t. 556. Frutex humilior praeced. aliquando tamen usque 10pedalis. Petala ex albo rubentia. Baccae nigrae majusculae ingrati saporis. Tota planta odorem contrita spirat urinae felinae aemulum. Ob odorem singularem commendo medicis homiopathicis ut experimentis explorent illum. Fl. majo. In alpibus: *Cenisio*, etc.

bb. *Racemis erectis: fructibus rubris.*
c. *Petalis roseis, calycibus rubris, laciniis rotundatis roseis.*

3. PETRAEUM. R. *Racemis longe pedunculatis florentibus erectis fructiferis pendulis bracteis brevissimis truncatis foliis cordatis angulatis serratis utrinque villosis.*

R. spicatum Robs. in trans. lin. 3. 240. t. 21. Engl. bot. t. 1290. R. vitifolium Tenor. syll. 116. est var. *racemis densis spicaeformibus.* Ic. Jacq. ic. rar. 1. t. 49. Engl. bot. t. 705. Fl. vere exeunte. In summis montibus: *Cenisio*, etc. etc.

cc. *Petalis calycibusque albo-virentibus laciniis ovato lanceolatis acutis concoloribus.*

4. ALPINUM. R. *Foliis trifidis incisis supra pilosis subtus glabris nitidis bracteis flores subsuperantibus.*

Ic. Bah. hist. 98. Svens. bot. t. 223. Engl. bot. t. 704. Jacq. a. t. 47. Fl. dan. t. 968. Fl. maio. In alpibus.

aa. *Aculeata.*

5. GROSSULARIA. R. *Pedunculis 1-3floris bracteatis pendulis foliis obtuse trilobis utrinque pubescentibus aculeis ramorum trifidis rectis ramis patulis reclinatisque calyce campanulato laciniis oblongis fructibus striato-venosis.*

R. Uva crispa L. sp. 292. Engl. bot. t. 2057. Plenck ic. t. 149. Duham. l. c. 3. t. 58. Fl. dan. t. 546. R. reclinatum L. sp. 291. Grossularia Uva Scop. carn. I. 168. Ic. Svens. bot. t. 133. Plenck ic. t. 148. Engl. bot. t. 1292. Frutex orgyalis et ultra. Fructus glabri vel pubescentes globosi vel oblongi subdiaphani albidi vel luteoli vel ferrugineo-violacei. Fl. vere. In montanis.

## 264. HEDERA.

HELIX. H. *Frutex procerrimus summa altissimarum quercum, juglandum etc. cacumina pertingens ramosissimus radicans foliis sempervirentibus coriaceis lucidis inferioribus palmato subquinque-lobis superioribus rhombaeo-ovatis integerrimis floralibus ovatis acuminatis venosis floribus umbellatis umbellis ramoso-paniculatis terminalibus pedunculatis erectis petalis superne carinatis subtus concavis laevibus reflexis luteolis facile deciduis bacca turbinata obsolete trigona demum nigerrima farinosa laevi.*

H. chrysocarpa Wals. trans. of the hort. soc. 6. 42 H. poetarum Bert. fl. ital. 2. 68. est var. *baccis aureis* quae Italiae calidioris indigena est. Ic. Matt. com. 432. Dalech. lugd. 1418. Blackw. t. 188. Bull. herb. t. 133. Svens. bot. t. 397. Engl. bot. t. 1267. Curt. lond. 1. t. 16. ed. 2. 3. t. 53. Flor. med. t. 218. Plenck ic. t. 150. Fl. dan. t. 1027. Caulis subcompressus porosus adhaerens muris saxis arboribus; super terram serpit et radicat. Rami superne liberi, et virentes. Fl. autumno. Vere fructus perficit. Ubique in sepibus, dumetis, sylvis, muris, saxis, arboribus, etc. Pulverem foliorum validissimum in morbo scrophuloso remedium esse multi, et magnae auctoritatis viri memoriae prodiderunt. Quod novis experimentis confirmandum est. Folia cutem exulcerant, ano imposita haemorrhoides tumentes et fluentes faciunt. Contusa atque admota uberibus lacte turgentibus dispellunt illud.

## 265. JASIONE.

MONTANA J. *Herba perennis aliquando annua scabra, erecta inferne ra-*

*mosa caule angulato foliis radicalibus rosulatis spathulatis caulinis lato-linearibus sparsis crispo-undulatis margine subincrassatis crenatis floribus coeruleis raro albidis pedunculatis capitatis capitulis ovatis longe pedunculatis involucro polyphillo capsula pentagona apice poro rotundo dehiscente.*

J. undulata Savi fl. pis. 2. 294. Ic. Bonan. pamph. t. 41. Lam. ill. t. 274. Gaertn. de fruct. t. 39. Columm. ecphr. 227. Svens. bot. t. 404. Engl. bot. t. 882. Fl. dan. t. 319. Fl. aest. Vulgaris apud nos alibique in aridis et collinis, etc. Caulis usque bipedalis.

### 266. ILLECEBRUM.

VERTICILLATUM. I. *Herba annua facie Herniariae radice subrepente caulibus filiformibus palmaribus prostratis nodosis radicantibus glabris ramosis foliis obovatis subsessilibus oppositis subcarnosis integerrimis floribus glomeratis glomerulis axillaribus sessilibus multifloris subverticillatis totum caulem occupantibus stipula scariosa ovata interfoliacea fultis perigoniis fungosis niveis glabris pentagonis laciniis apice cucullatis intus virentibus aristatis.*

Paronychia verticillata Lam. ill. t. 180. Ic. Lob. ic. 416. Vaill. paris t. 15. f. 7. Engl. bot. t. 895. Gaertn. fil. sup. carp. t. 184. Fl. dan. t. 335. Folia serpylli. Fl. vere exeunte. In pascuis humentibus. Forte etiam perennis est si radix subrepens quod scribit Smith. brit. 1. 268.

### 267. PARONYCHIA.

Plantae parvae prostratae caulibus nodosis teretibus foliis oppositis stipulis scariosis floribus glomeratis cymosis vel capitatis terminalibus vel lateralibus.

a. *Radice annua: caule prostrato calycibus acuminato-aristatis.*

1. ECHINATA. Lam. fr. 3. 232. excl. syn. Lin. P. *Caulibus prostratis pubescentibus ramosis foliis oblongo-lanceolatis oppositis floribus capitatis capitulis axillaribus solitariis subsessilibus verticillatis bracteis pilosis perigonii segmentis marginatis extus inferne hirsutis apice cucullato-conicis longe aristatis stylo unico fructu laevi.*

Illecebrum echinatum Desf. att. 1. 204. Ic. Boccon. mus. t. 20. f. 3. Moris s. [5. t. 29. f. 5. Sibt. fl. gr. t. 245. Villar. in Schrad. journ 1801. t. 4. Caules nodosi crassiusculi usque dodrantales. Perigonium coriaceum. Stigma bilobum. Fl. vere. In agr. *nic.* secus *Var.*

aa. *Radice perenni.*
b. *Fibrosa.*
c. *Stylo unico.*

2. NIVEA. Cand. fr. 3. 371. P. *Caulibus caespitosis prostratis superne puberulis foliis oblongo-lanceolatis ciliatis hirsutiusculis reflexis bracteis late ovatis acutis conduplicato-flexuosis apice obliquo scariosis maximis flores occultantibus perigonii segmentis coriaceis rectis lanceolato-linearibus obtusis muticis canaliculatis inaequalibus dorso hirsutis floribus capitatis capitulis globosis lateralibus terminalibusque.*

Illecebrum niveum Pers. ench. 1. 261. Ic. Barrel. 687. Caules vix spithamei. Fl. vere. In *Liguria occidua al Ceriale.*

cc. *Stylis duobus.*
d. *Seta extra apicem laciniarum perigonii abreviata.*

3. POLYGONIFOLIA. Juss. dict. des sc. nat. 38. 6. P. *Caulibus caespitosis prostratis ramosis foliisque oblongis obtusiusculis ciliolatis glabris glomerulis 1-3floris axillaribus totum caulem occupantibus bracteis anguste lanceolatis acuminatis flore longioribus perigonii laciniis ovatis fornicultatis extus infra fornicem brevissime mucronulatis fructibus laevibus.*

Illecebrum polygonifolium Vill. delph 2. 517. t. 15. et in Schrad. journ. cit. t. 4. I. Paronychia All. ped. 2 210. Ic. Barrel. 726. Caules palmares. Stipula intrafoliacea bifida folio aequalis. Laciniae perigonii parce virentes albomarginatae. Fl. vere exeunte. In montanis: *Cenisio*, etc.

dd. *Seta extra apicem laciniarum perigonii longissima.*

4. LONGISETA. Zum. P. *Caulibus prostratis filiformibus dichotome ramosis foliis lanceolato-linearibus ciliatis mucronato-aristatis floribus capitatis capitulis parvis terminalibus lateralibusque bracteis ovato-lanceolatis acuminatis flores excedentibus perigonii laciniis oblongis uninerviis lato-marginatis fornicatis extus infra fornicem seta laciniam aequante terminatis fructibus scabris.*

P. arabica Cand. cat. monsp. 130. Illecebrum longisetum Bertolon. fl. ital. 2. 733. — Ill. arabicum. L. mant. ♃. fl. Dellil aeg. 19. 198. t. 18. f. 1. est var. *asperior setis crassioribus brevioribusque*. Fl. vere. In agro *nic.*

bb. *Suffrutices.*
c. *Stylo unico.*

5. HISPANICA. Lam. enc. 5. 24. P. *Caulibus caespitosis in orbem prostratis ramosis superne pilosis foliis lanceolatis acutis glabris ciliato-scabris floribus capitatis capitulis globosis majusculis subsessilibus terminalibus lateralibusque bracteis ovatis acutis scariosis flores superantibus perigonii laciniis albo-marginatis ovatis concavis dorso viridibus trinerviis fornicatis dorso infra fornicem brevi aristatis stipulis intrafoliaceis scariosis bifidis stigmate bilobo fructibus laevibus.*

P. argentea Lam. fr. 3. 230. P. glomerata Moench. meth. 315. P. vulgaris. P. polygonifolia Ten. syll. P. capitata Coll. herb. 2. 471. Iliecebrnm Paronychia L. sp. 299. Sibt. fl. gr. t. 246. Villars. in Schrad. journ. cit. t. 4. I. italicum Tenor. prodr. 1. 17. Ic. Barrel 725. Caules vix dodrantales. Fl. vere. In *Liguria occidua a Zoagli*: in agro *nic.* etc.

cc. *Stylis duobus.*

6. SERPILLIFOLIA. Lam. enc. 5. 24. P. *Caulibus caespitosis prostratis repentibus ramosissimis creberrime nodosis foliis suborbiculatis subcarnosis confertis ciliatis glabris floribus capitatis capitulis globosis terminalibus bracteis scariosis suborbiculatis flores superantibus et occultantibus perigonii laciniis oblongis obtusis concavis muticis extus hirsutis stipula intrafoliacea bipartita.*

Caules spithamei et ultra. — Var. *foliis ovato-oblongis.* Illecebrum Kapela Hacq. pl. carn. 8. t. 2. f. 1. Par. capitata Tenor. syllab. 119. P. imbricata Reich. excurs. 564. Illecebrum serpylli folium Vill. delph. 2. 558. et in Schrad. l. c. t. 4. A. I. capitatum. All. ped. 2. 210. Ic. Barrel. 688. Boccon. mus. t. 7. Ead. a. Barrel. Fl. aest. In alpibus: etiam *Liguriae*: di *Vieussena*, etc.

## 268. THESIUM.

Herbae perennes caulibus caespitosis ramosis foliis lineari-lanceolatis floribus racemosis virentibus pedunculis bracteatis.

a. *Perigonii quadrifidi tubo longissimo.*

1. ALPINUM. Th. *Caule ascendente glabro simplici foliis linearibus uninerviis floribus spicato-racemosis subsecundis racemo simpliciusculo pedicellis apice tribracteatis bractea media longissima perigonio infundibuliformi laciniis subcrenatis tubo limbum quadrifidum subaequante drupis obconicis nervoso-reticulatis.*

Th. humifusum Cand. fr. 5. 366. Ic. Ger. flor. gallo provinc. t. 17. f. 1. Svens. bot. t. 611. Jacq. a. t. 416. Caules caespitosi filiformes angulati sulcati glabri, raro usque pedales superne ramosissimi. Drupa elliptica. Fl. vere. In montanis.

aa. *Perigonii quinquefidi tubo brevissimo.*

b. *Bractea media pedunculorum inferiorum longissima, perigonio duplo longiore.*

2. LINOPHYLLUM. Th. *Foliis lanceolato-linearibus trinerviis racemis paniculatis foliosis paucifloris pedunculis bracteatis bracteis subternis intermedia floribus inferioribus valde longiore perigonio campanulato quinquefido drupa ovata primum globosa demum ovata nervoso-reticulata.*

Th. intermedium Schrad. spic. 27. Gusson. pl. rar. t. 19. f. 1. — Th. montanum Ehrh. herb. exs. c. 2. Reich. ic. t. 452. f. 644 est var. *foliis multinerviis.* — Th. pratense Ehrh. l. c. et Reich. l. c. t. 455. f. 647. var. *drupis globosis perigonii laciniis integris bracteis flore brevioribus* quae probat transitum in Th. divaricatum. Jan quod est var. *racemo multifloro divaricato bracteis abreviatis.* — Ic. Reich. l. c. t. 453. f. 645. Dalech. lugd. 1150. Clus. hist. lib. 3. 324. Engl bot. t. 247. Caules raro pedales. Fl. aest. Vulgare in sylvis. dumetis, sepibus, montanis et collinis.

bb. *Bracteis subulatis media pedunculorum inferiorum abreviata perigonium non aequante.*

3. DIVARICATUM. Jan. cat. pl. phan. 65. Th. *Foliis linearibus obsolete trinerviis racemo ramosissimo multifloro foliato bracteis subternis subulatis mucronatis carinato-canaliculatis om-*

*nibus flore brevioribus drupis globosis demum oblongis leviter nervatis.*

Bertol. fl. ital. 2. 742. Ic. Reich. l. c. t. 456. f. 648. Fl. vere exeunte. Apud *Genuam* et *Sarzanam*. Ut supra scripsi mihi videtur var. Thesii linophylli.

## 269. CYNARA.

CARDUNCULUS. C. *Herba perennis usque orgyalis caule ramoso foliis decurrentibus bipinnatifidis spinosis subtus albo-tomentosis squamis anthodii ovato-oblongis floribus purpureo violaceo-coeruleis.*

C. Scolymus. L. var. cultu orta vulgo *Articioch.* Ic. Lob. ic. 2. 3. f. 1. Bah. hist. 3. 118. f. 1. 2. Dalech. lugd. 1439. f. 1. — 3 — pro carduncula Dodon. pempt. 724. Clus. 2. 154. f. 3. Bot. magaz. t. 3241. Var. *inermis* Bot. mag. t. 2862. Var. culta edulis vulgo *Cardo* Matth. com. 496. f. 1. Dalech. lugd. 1438. f. 2. et 1440. Patria eius Graecia, Africa borealis, Sardinia, etc. sed ubique culta in hortis. Comeduntur folia tenerrima et chlorotica et Scolymi receptaculum et folia anthodii incrassata et tenerrima.

## 270. ACARNA.

CANCELLATA. All. ped. n. 561. A. *Herba annua caule vix semipedali ramoso caespitoso foliis lineari-lanceolatis ciliato-spinulosis pubescentibus floribus terminalibus solitariis coeruleis involucri exterioris squamis setaceo-pinnatifidis spinosis conniventibus capitulum superantibus fructibus obovatis sericeo-villosissimis villis rufis.*

Atractilis L. sp. 1162. Cirsellium cancellatum Gaertn. de fruct. 2. 454. t. 163. f. 2. Lam. ill. t. 662. f. 1. Cartamus cancellatus Lam. encicl. 1. 639. Ic. Bah. his. 3. 93. f. 2. Sibt. flor. gr. t. 839. Fl. vere et aest. In aridis et calidis agri *nic.* praesertim ad rupes di *Montalbano.*

## 271. CIRSIUM.

a. *Foliis decurrentibus: floribus rubris.*
b. *Floribus subsolitariis.*
c. *Radice perenni, foliis indivisis.*

1. CANUM. All. ped. 1. 152. C. *Foliis semidecurrentibus lanceolatis indivisis subtus arachnoideo-villosis canescentibus eroso-dentatis ciliato-spinosis pedunculis nudis lanatis squamis anthodii oblongi albo-lineatis ovato-lanceolatis appressis mucronatis.*

Carduus canus. L. mant. 105. Jacq. austr. t. 42. 43. C. tuberosus Jacq. vind. 280. Cnicus canus. W. sp. 3. 1664. Ic. Moris s. 7. t. 29. f. 23. Radix fasciculato-tuberosa. Caulis viridis arachnoideus usque orgyalis sulcato-angulatus superne ramosus vel simplex 1cephalus. Squamae anthodii demum patulae. Folia ima maxima aliquando sinuato-pinnatifida, pinnis triangulari-lanceolatis subbilobis. Staminum filamenta subpilosa. Differt a C. pratensi Cand. *foliis indivisis et ramis subunifloris.* Fl. aest. In montibus *Tendae.*

cc. *Radice bienni: foliis pinnatifidis.*

2. LANCEOLATUM. Scop. carn. 2. 130. C. *Foliis amplexicaulibus lanceolatis strigoso-hispidissimis subtus arachnoideo-sublanatis rigidiusculis pinnatifidis laciniis bifidis divaricatis spinosis squamis antodii pubescentis lanceolatis patentibus spinoso-mucronatis caule ramoso pilosiusculo capitulis magnis solitariis ovatis arachnoideo lanatis.*

C. nemorale Reich. exc. 286. C. lanigerum Naeg. Cirs. d. Schw. 113. Carduus L. sp. 1149. Fl. dan t. 1173. Engl. bot. t. 107. Mart. fl. rust. t. 131. Cnicus Hoffm. germ. 4. 127. Lophiolepis dubia Cassin. dict. 27. 183. Eriolepis lanceolata eiusd. l. c. 41. 331. Car. Rosani Tenor. syll. 414. Var. etiam *flore albo.* ex Vill. delph. 3. 4. Ic. Moris s. 7. t. 31. f. 7. Caulis bipedalis et ultra alatus alis foliaceis spinosis striatus sulcatus. Folia supra virentia. Semina obovata nitida. Lacinia foliorum altera sursum, altera deorsum tendit. Fl. æst. Vulgare in sepibus, dumetis, ruderatis.

bb. *Floribus aggregatis.*
c. *Foliis glabris: radice perenni.*
d. *Foliis ciliatis.*

3. MONSPESSULANUM. All. ped. 2. 152. C. *Foliis decurrentibus lanceolatis indivisis subrepandis inaequaliter ciliatis glabris vel subtus canescentibus supremis sessilibus pedunculis tomentosis elongatis squamis anthodii lanceolatis appressis mucronatis caule elato ramoso capitulis parvis ovato-globosis.*

Carduus L. sp. 1152. C. pyrenaicus Gouan. ill. 63. Cirsium pyrenaicum Cand. fr. 4. 112. C. compactum Lam. fr. 2. 24. Ic. Lob. ic. t. 581, f. 2. Huc procul dubio C. pratense Cand. 4. 113. Carduus glomeratus Lam. fr. 2. 20. Moris s. 7. t. 2. f. 28. Var. quae non differt nisi *foliis magis incisis capitulis*

*corymbosis*. Herba usque quadripedalis. Squamae anthodii demum patulae nec pungentes. Fl. æst. Amat loca humentia et oras fossarum. In agro *nic.*: in valle *di Bardoneche*: in valle *Exillarum*: etiam in agro *taurin.*: circa *la Venaria* secus *la Bealera del follone*.

dd. *Dentato-spinosis.*

4. PALUSTRE. Scop. carn. 1. 128. C. *Foliis lanceolatis in alam lobatam decurrentibus pinnatifidis lobis lanceolatis subincisis dentato-spinosis nudiusculis floribus glomerato-racemosis squamis anthodii ovato-globosi parvi ovato lanceolatis mucronatis appressis subinermibus caule stricto elato simpliciusculo spinoso.*

C. Chailleti Gaud. fl. helv. 5. 182. Carduus L. sp. 1151. Engl. bot. t. 974. Curt. lond. 6. t. 56. Cnicus W. sp. 3. 1662. Cirs. polyanthemum Spr. syst. 3. 271. Card. polyantemus L. mant. 109. mihi videtur var. *foliis subtus pubescentibus squamis antodii apice spinosis intimis apice scariosis*. Folia enim aliquando subtus glabra sunt et squamae apice mucronato-pungentes: character ideo nimis laevis. Etenim forma quae occurrit apud nos in fossis oryzarum C. palustris squamas habet plerumque apice spinulosas. Cn. pungens Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 281. t. 7. non differt a nostro nisi *alis caulis grandioribus et capitulis magis ovatis*. Ic. Petiv. fl. br. t. 21. f. 4. Caulis humanae usque altitudinis sulcatus. Capitula viscosa Fl. aest. Fl. aliquando albi. Semina laevia. Vulgare in fossis praesertin oryzarum. Etiam apud nos.

cc. *Foliis incanis· radice annua.*

6. ACARNA. Moench. sup. 226. C. *Foliis decurrentibus lanceolatis incanis rigidis spinosis floribus aggregatis involucratis squamis anthodii inferioribus composito-spinosis caule erecto ramoso.*

Cnicus L. sp. 1158. Cav. ic, 1. t. 53. Carduus L. sp. ed. 1. 820. Carthamus canescens Lam. enc. 1. 639. Carlina Acarna M. Bieb. taur. cauc. 2. 282. Picnomon Acarna Cassin. dict. 40. 188. Ic. Dalech. lugd. 1456. f. 1. 2. et 1484. f. 3. Lob. ic. 2 t. 14. f. 2. Caulis pedalis et ultra. Facies Carthami. Fl. æst. Secus vias et locis lapidosis et incultis. In agro *nic.*

aa. *Foliis sessilibus.*

b. *Floribus rubris: radice perenni.*

c. *Floribus subsolitariis.*

d. *Radice tuberosa.*

6. TUBEROSUM. All. ped. 2. 151. C. *Caule subunifloro simplici superne aphyllo lanato foliis lanceolatis pinnatifidis hirsutis laciniis dentatis ciliato-spinulosis squamis anthodii arachnoidei lanceolatis mucronatis patulis radice fasciculata carnosa napulis oblongis.*

C. bulbosum Cand. fr. 5. 465. Carduus bulbosus Lam. enc. 1. 705. C. tuberosus Vill. delph. 3. 16. Cnicus tuberosus W. sp. 3. 1680. Cirsium medium. All. ped. t. 49. excl. syn. Gouan. Cnicus pedemontanus W. sp. 3. 1675. Carduus pedemontanus. Pers. ench. 2. 389. Ic. Lob. t. 10. f. 2. Caulis usque bipedalis strictus striatus. Folia supra virentia, ima petiolata. Fl. æst. Vulgare in agro *nic.* et valle *Augustae Praetoriae.*

dd. *Radice fibrosa.*

e. *Foliis superioribus indivisis.*

f. *Radice annua.*

7. STELLATUM. All. ped. 2. 153. C. *Foliis sessilibus lanceolatis integerrimis inermibus subtus canis spinis axillaribus basi subramosis floribus axillaribus sessilibus squamis anthodii basi appendiculato-spinosis appendiculis tuberculiferis spinis patentibus caule erecto ramoso stricto incano tomentoso.*

Cnicus W. sp. 3. 1682. Carduus L. sp. 1153. Lamyra stipulacea Cassin. dict. 25. 222. Chamaepeuce stellata Cand. prodr. 6. 658. Ic. Barrel. 418. Trium. obs. 96. Facies Centaureae calcitrapae. Caulis vix pedalis ramosissimus. Fl. aest. In arvis et incultis agri *nic.*

ff. *Radice perenni.*

g. *Foliis amplexicaulibus cordatis: squamis anthodii appressis.*

8. HETEROPHYLLUM. All. ped. 2. 152. C. *Foliis amplexicaulibus cordatis lanceolatis serratis inaequaliter spinuloso ciliatis subtus niveo-tomentosis inferioribus inciso pinnatifidis squamis anthodii glabri lanceolatis appressis mucronatis capitulis maiusculis caule erecto simpliciusculo uni-tricephalo striato superne incano-pubescente radice repente.*

Carduus L. sp. 1154. Fl. dan. t. 109. Engl. bot. t. 675. Carduus helenoides

Lam. enc. 1. 705. C. polymorphus Lapeyr. act. tolos. 1. 217. t. 19. 20. All. l. c. t. 34. — Var. *foliis omnibus indivisis* est C. helenoides L. sp. 115. Engl. bot. t. 675. Cnicus W. sp. 3. 1674. Cirsium. All. l. c. t. 13. Ic. Hall. helv. t. 7. Mill. ic. t. 94. Petiv. h. br. t 22. f. 2. Fl. aest. Amat pascua lapidosa alpina: circa lacum montis *Cenisii*: in valle *di Vegezzo* agr. *nov.*: in jugo *Col dele Madlene*: circa *Tendam*: circa thermas *Vinadii*: in montibns *di Grassoney*: ad radices montium *di Alagna* etc. Caulis usque orgialis purpureus araneosus ramosus. Flores carnei vel purpurei. Squamae anthodii utplurimum fuscae subito in spinulam brevem acuminatae.

gg. *Foliis amplexicaulibus lanceolatis: squamis anthodii recurvatis.*

9. SERRATULOIDES. Scop. carn. 2. 127. C. *Foliis subamplexicaulibus lanceolatis indivisis utrinque virentibus glabriusculis vel sparsim pilosis et subtus saepe arachnoideo-lanatis inaequaliter spinuloso-ciliatis spinis mollibus radicalibus sinuatis squamis anthodii lanceolatis viscosis mucronatis recurvatis margine araneoso-subciliatis coloratis caule a medio nudo superne bracteis raris obsito uni-tricephalo capitulis solitariis pedunculatis pedunculis elongatis rhizomate obliquo foliis filiformibus.*

C. pannonicum Gaud. helv. 6. 363. Carduus pannonicus L. fil. sup. 348. C. serralutoides Jacq. a. t. 127. Gmel. sib. 2. t. 22. 23. f. 1. Ic. Clus. hist. 2. 148. f. 1. Flores rosei. Squamae anthodii medio linea alba signatae. Herba bitripedalis inermis. Fl. aest. Indigena quidem est. Locus vero incertus.

ee. *Foliis superioribus pinnati-sectis.*
f. *Caule brevissimo unifloro.*

10. ACAULE. All. ped. 2. 153. C. *Foliis radicalibus petiolatis oblongis glabriusculis utrinque viridibus sinuato-pinnatifidis laciniis divaricatis ovatis angulato-subtrifidis lobis brevibus spinoso-ciliatis spinaque validiore terminatis scapo brevissimo subunifloro anthodii glabri squamis lanceolatis appressis subinermibus subcarinatis.*

Carduus L. sp. 1156. Engl. bot. t. 161. Jacq. ic. rar. t. 579. Cnicus Hoffm. germ. 4. 130. Cirsium acaulos Lam. fr. 2. 26. Ic. Lob. 2. t. 5. f. 1. Clus. hist. 156. Bah. hist. 3. 62. Tragus. 852. Barrel. ic. 493. Fl. dan. t. 1114. Petiv. h. br. t. 21. f. 6. Var. *caule palmari multifloro* (1-3*floro*) *et floribus albis.* Cnicus dubius W. prodr. fl. ber. n. 801. t. 6. f. 11. Carduus Roseni Vill. delph. 3. 14. t. 21. Cirsium Gmelini Spreng. hist. rei herb. est. var. *foliis vix ad medium pinnatifidis* Gmel. sibir. 2. t. 25. *Sibiriae* etc. incola. Radix lignosa nigricans. Caulis ut plurimum nullus: tunc capitulum magnum obovatum solitarium aliquando 2-3lateralibus minoribus, aliquando caulescit caule tamen brevi 1-3cephalo capitulis minoribus. Cor. purpureae raro albae. Fl. aest. In collibus et pascuis subalpinis passim: frequens in montibus nostris.

ff. *Caule elato multifloro.*
g. *Squamis anthodii appressis.*

11. ARVENSE. Scop. carn. 2. 126. C. *Caule erecto superne ramoso foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis pinnis angulosis spinuloso-ciliatis undulatis glabriusculis subdecurrentibus apice lobisque spina validiore terminatis capitulis paniculato-corymbosis ovatis squamis anthodii subcylindrici glabriusculi appressis mucronatis extimis paucis spinosis.*

Serratula arvensis L. sp. 1149. Fl. dan. t. 644. Engl. bot. t. 975. Mart. fl. rust. t. 132. Cnicus Hoffm. germ. 4. 180. Carduus serratuloides Nek. gallobelg. 338. Cirs. horridum Wimm. et Grab. fl. sil. 3. 82. C. setosum M. Bieb. taur. 3. 561. Cn. setosus Bess. cat. h. cremenec. 1816. Serratula setosa W. sp. 3. 1645. S. complicata Schweig. in Hag. chl. bor. 303. Cirs. argenteum Vest. ap. Koch. syn. 457. Carduus arvensis Curt. lond. 6. t. 57. Ic. Column. ecphr. 1. t. 45. Petiv. h. br. t. 21. f. 5. Bah. hist. 3. 59. Tabern. 700. Caulis tri-quadripedalis demum ruber foliosus teres laevis. Flores rubri raro albi. Caules et folia cum primum e terra prodeunt sunt tenera albo-tomentosa. Folia integra nec spinosa: cum vero caulis adolevit glabrescit et folia pungentia fiunt. Mirum est auctores pene omnes scribere radicem biennem esse. Melius quidem Smithius fl. br: 851. *Radix repens, flagelliformis, ramosa, profunde descendens vivacissima et difficillime extirpanda.* Verum neutiquam repens vel flagelliformis est. Sed sursum ramosa ramis cauliferis, vitae tenacissima, quamquam tenerrima est, profunde descendens. Si frustulum terram etiam aridam tangit cito radices agit subnato in extremo eius tuberculo quod radices trudit: unde ex hortis et

agris difficillime abigi potest. Fl. aest. Vulgare ubique in agris et arvis. Dioica est.

gg. *Squamis anthodii reflexis.*

12. ERIOPHORUM. Scop. carn. 2. 130. C. *Caule elato firmo foliis sessilibus amplis profunde pinnatifidis supra spinuloso-hispidis subtus tomentosis laciniis geminatis lanceolato-linearibus divaricatis spinosis squamis anthodii grandis globosi arachnoideo-villosi linearibus elongatis ciliato-spinosis reflexis vel apice appendiculatis foliaceis capitulis magnis inter folia suprema sessilibus.*

Carduus L. sp. 1153. Jacq. a. t. 171. Engl. bot. t. 386. Cnicus Roth. tent. 2. 286. Eriolepis lanigera Cass. dict. 41. 331. Cirs. spathulatum Gaud. helv. 5. 202. est var. *squamis spathulato-dilatatis foliaceis·* Card. ciliatus Vill. voy. 45. Ic. Dodon pempt. 732 f. 1. Clus. hist. 2. 153. Mill. ic. t. 293. Petiv. h. br. t. 21. f. 8. Caulis usque 6pedalis crassus teres sulcatus ramosus, ramis patentibus undique arachnoideo-tomentosus. Folia pedalia et ultra pulposa intense viridia nitida venis albis anostomosantibus pulcherrime picta, subtus cana. Anthodium tomentosum. Cor. rubrae vel albae. Semina fusca nitida. Fl. aest. In montanis et apricis, etiam in vallibus secus torrentes, et in alveis fluminum.

cc. *Floribus aggregatis.*
d. *Squamis anthodii appressis.*

13. RIVULARE. All. auct. 10. C. *Foliis amplexicaulibus oblongis indivisis pinnatifidisque utrinque hispidulis viridibus laciniis dentatis inaequaliter ciliato-spinulosis pedunculis subtrifloris squamis anthodii lanceolatis appressis mucronatis inermibus.*

C. tricephalodes. Cand. fr. 4. 116. Carduus Lam. enc. 1. 704. C. rivularis Jacq. a. t. 91. Cnicus W. sp. 3. 1676. — Cn. salisburgensis Ejusd. l. c. est. var. *foliis radicalibus indivisis subovatis.* Card. Erisithales Vill. delph. 3. 20. Cn. Pontederae Poll. stirp. min. cogn. p. 21. Cirs. carniolicum All. ped. 1. 149. excl. syn. C. purpureum. All. l. c. t. 36. Ic. All. ped. t. 35. Pluk. phyt. t. 154. f. 2. Hall. helv. t. 4. f. 1. Caulis usque tripedalis subsimplex superne nudiusculus. Vulgare circa thermas *Vinadii*: in pratis oppidorum *S. Remy*, *Bonneval*, *Barge*: secus rivulos et torrentes: in valle *Ulciensi*: et supra *Garexium*, etc.

dd. *Squamis anthodi patulis.*

14. MONTANUM. Spreng. syst. 3. 376. C. *Caule elato ramoso foliis amplexicaulibus pinnatifidis scabris ciliato-spinosis laciniis alternis oblongo-lanceolatis trinerviis floribus glomeratis squamis anthodii ovatis mucronatis patulis apice recurvis.*

Cnicus W. et Kitaib. ap. W. sp. 3. 1676. Carduus Pers. ench. 2. 388. Cn. alsophilus Poll. ver. 2. 620. t. 5. f. 9. Serratula montana Poir. enc. 6. 564. Fl. aest. Hab. valles alpium maritimarum secus torrentes: in montibus *di Tenda*: in valle *di Blin*: in valle *Queiras*, etc.

ddd. *Squamis anthodii reflexis.*

15. AMBIGUUM. All. auct. 10. C. *Foliis spinuloso-ciliatis supra glabris subtus tomentosis imis pedunculatis oblongis indivisis vel sinuatis superioribus pinnatifidis basi auriculatis amplexicaulibus floribus subaggregatis sessilibus squamis anthodii glabri mucronatis inermibus reflexis*

Var. *Cap. aggregatis foliorum lobis incurvis et floribus albis.* Carduus antarcticus Vill. delph. 3. 12. t. 19. Forte est sp. hybrida C. heterophylli et rivularis. Fl. æst. In monte *Cenisio*.

bb. *Floribus flavis seu albis.*
c. *Foliis indivisis.*

16. TATARICUM. All. ped. 2. 151. C. *Foliis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis dentatis ciliato-spinosis glabris pedunculis unifloris anthodio bracteato bracteis oblongis ciliatis squamis lanceolatis spinosis.*

C. angustifolium Cand. prodr. 648. Carduus tataricus L. sp. 1155. C. angustifolius Lam. enc. 1. 703 — Cirs. rigens. Wallr. sched. 446. mea sententia est var *foliis pinnatifidis.* Huc itaque ducendi Cnicus W. sp. 3. 1675. Carduus Lachen. act. helv. 4. 294. t. 16. Cirsium Lachenalii Gmel. bad. 3. 330. Jacq. a. t. 90. Card. tataricus Lam. enc. 1. 703. Lamarkius enim 1. c. de suo C. tatarico qui est Cirs. rigens Wallr. neutiquam folia illi esse pinnatifida scribit. Caulis pedalis et ultra simplex raro ramis 1-2 unifloris. Bracteae 3-6. Fl. æst. In vallibus locisque humidis alpium habitare scribit Cand. fl. fr. 4. 114 et prodr. 6. 648.

cc. *Foliis pinnatifidis.*
d. *Floribus subracemosis.*

17. OLERACEUM. All. ped. 2. 159. Scop. carn. 2. 124. C. *Foliis amplexicaulibus pinnatifidis glabriusculis spinuloso-ciliato-serratis pinnis lanceolatis acuminatis dentatis summis indivisis ovatis acutis dentatis floribus subracemosis involucratis, involucris coloratis squamis anthodii lanceolatis spinosis.*

Cnicus L. sp. 1156. Fl. dan. t. 860 Cn. pratensis et acanthifolius Lam. enc. I. 703. Car. oleraceus Vill. delph. 3. 21. Serratula oleracea Poir. enc. 6. 562. Ic. Lob. ic. 2. 11. f. 1. Bah. hist. 3. 43. f. 1. Caulis aliquando usque orgyalis utplurimum tamen humilior strictus sulcatus. Folia distantia aliquando omnia indivisa. Flores ochroleuci. Fl. aest. In locis humentibus alpium *di Viù, Grassoney* et *Fauchygny* secus rivos: in umbrosis agri *nic.* Multam adfinitatem habet cum Cirsio tartarico.

dd. *Floribus corymbosis.*

18. FEROX. Cand. fr. 4. 120. C. *Caule elato ramoso foliis amplexicaulibus pinnatifidis supra hispido-aculeatis subtus lanatis laciniis divaricatis spinosis pedunculis corymbosis anthodio arachnoideo-piloso involucrato involucris rigidis spinosis anthodium superantibus squamis longe spinosis erecto-patulis.*

Cnicus L. man. 109. All. ped. t. 50. Carduus Lam. enc. I. 703. C. Bonjarti Savi fl. pis. 2. 243. Eriolepis ferox Cass. dict. 90 470. Ic. Matthiol. 496. f. 1. Huc quoque trahendum C. Lobelii Ten. syll. 414. Lob. ic. 2. 15. f. 2. Dodon. pempt. 788. f. 2. Dalech. lugd. 1489. f. 1. Bah. hist. 3. 92. f. 1. Herba biennis. Caulis usque quadripedalis crassus sulcatus ramosus. Capituli majusculi. Flores albi raro carnei. Fl. aest. Vulgare ad vias in collibus et in umbrosis agri *taur.*: in montibus circa *Tendam*: et in collibus *di Brauss.*

ddd. *Floribus glomeratis.*

19. SPINOSISSIMUM. Scop. carn. 2. 129. C. *Caule simplici toto dense-folioso apice villoso fistuloso foliis amplexicaulibus pubescentibus oblongis sinuato-pinnatifidis pinnis ovatis trifidis laciniis dentatis ciliato-spinosis floribus glomeratis involucratis bracteis foliaceis laciniato-pinnatifidis spinosissimis anthodia oblonga sessilia excedentibus squamis anthodii lanceolatis longe spinosis.*

Cnicus L. sp. 1157. Carduus Vill. delph. 3. 11. Carthamus involucratus Lam. fr. 2. 12. Carduus comosus ejusd. enc. 1. 703. Ic. Hall. helv. t. 5. Dalech. lugd. 1472. f. 1. Huc trahenda videtur icon. Gmel. sibir. 2. t. 25. *squamis anthodii inermibus.* Caulis pedalis et ultra sulcatus. Folia basi approximata. Bracteae multae capitula obvallant. Flores ochroleuci. Anthodia parva aliquando subglobosa usque 20. Fl. aest. Ubique in alpibus.

cc. *Foliis decursive pinnatis.*

20. OCHROLEUCUM. All. ped. 2. 150. C. *Caule superne nudiusculo foliis sessilibus amplexicaulibus decursive pinnatis utrinque hispidiusculis foliolis parallelis approximatis oblongis ciliato-spinulosis trinerviis pedunculis elongatis subtrifloris cernuis squamis anthodii glutinosi lanceolatis patulis spinuloso-mucronatis.*

Cnicus W. sp. 3. 1680. Carduus Erisithales Jacq. a. t. 310. Dalech. lugd. 1094. Cnic. paludosus Lois. fl. gall. 542. Cirs. glutinosum. Lam. fr. 2. 27. Cnic. Erisithales L. sp. 1157. Lam. enc. 1. 704. Jacq. observ. t. 17. Huc forte etiam Cirsium erucagineum, quod non differt nisi *foliis pinnatixdis.* Carduus erucagineus Lam. enc. 1. 704. Caulis usque bipedalis simpliciusculus. Pedunculi aliquando erecti. Anthodium raro glutinosum. Folia etiam pinnatifida. Flores ochroleuci. Fl. aest. In sepibus et dumetis alpium. Ad oras sylvarum locis montanis et subalpinis: etiam in planitie: secus vias oryzarum.

272. SAUSSUREA.

ALPINA. Cand. ann. du mus. 16. 199. S. *Herba perennis humilis raro pedalis foliis supra glabris subtus tomentosis inferioribus petiolatis cordatis oblongisve dentatis superioribus subsessilibus oblongo-lanceolatis integerrimis capitulis corymbosis anthodii villosi subcylindrici squamis appressis floribus purpureis pappi setis longissimis.*

S. discolor Cand. omnino var. Serratula discolor W. sp. 3. 1641. S. alpina 9. L. sp. 1145. Hall. helv. t. 6. Clus. hist. lib. 5. 151. Pan. 164. — Serrat. alpina L. l. c. Ic. Dill. elth. t. 70. f. 81. Lightf. scot. 448. t. 19. Engl. bot. t. 599. Pluk. phyt. t. 154. f. 3. Fl. dan. t. 37. Aliquando subacaulis est. Caulis simplex erectus teres totus foliosus. Anthe-

rae violaceo-coeruleae. Anthodii squamae obtusae fusco-rubrae pilis albis sericeae. Radix lignosa extus nigra. Fl. aest. Habitat summa alpium cacumina.

## 273. CARLINA.

a. *Involucrum duplex, nempe squamae anthodii inferiores foliaceae et superiores quae radium faciunt. Biennes.*
b. *Radius albus. Acaulis.*

1. ACAULIS. C. *Caule brevissimo vel nullo anthodio unico maximo foliis oblongis sinuato-pinnatifidis undulatis nudiusculis vel utrinque tomentosis laciniis inciso vel angulato-dentatis spinosis anthodii squamis exterioribus pectinato-spinosis, spinis ramosis interioribus radiantibus albis.*

C. acanthifolia All. ped. t. 51. C. acaulis Lam. enc. 1. 623. C. Utkea Hacq. carn. 7. t. 1. Dalech. lugd. 1453. Omnino var. Apud nos vulgaris in montibus, verum nullus individuus qui characteres non ferat transitum probantes. Var. b. Cand. fr. 4. 125. transitum et ipsa probat. C. subacaulis Cand. l. c. 124. C. chamelaeon Vill. delph. 3. 2. C. chardousse Ejusd. l. c. 30. C. caulescens Lam. en. 1. 623. Lob. ic. 2. t. 4. f. 2. Fuchs. ic. 881. Dodon. pempt. 727. f. 1. Clus. his. 2. 155. f. 3. C. alpina Jacq. vind. 274. C. aggregata W. sp. 3. 1694. Var. *anthodiis pluribus* forma quae et apud nos occurrit Ic. Lob. ic. 2. t. 4. f. 1. Matthiol. com. 454. f. 1. Camer. epith. 430. Dodon. pempt. 727. f. 2. Matth. comm. 454. f. 2. Hayn. arz. 10. 45. Fl. æst. Vulgatissima in alpibus et montibus locis lapidosis declivibus calidis.

bb. *Radius ochroleucus. Caulescens.*

2. VULGARIS. C. *Caule simplici superne diviso foliis oblongis sinuato-dentatis subtus sublanatis dentibus spinosis floribus subcorymbosis involucratis involucro foliaceo squamis anthodii fusco-spinulosis.*

Caulis pedalis et ultra strictus erectus rigidus, foliosus sulcatus lanatus. Ic. Dalech. lugd. 1439. f. 2. 1484. f. 1 excl. syn. Clusii. Camer epith. 439. Dodon. pempt. 728. f. 1. 739. f. 2. Petiv. h. br. t. 15. f. 10. Engl. bot. t. 1144. Fl. aest. Ubique in sylvis et incultis collium et montium.

aa. *Involucrum fere triplum, nempe squamae imbricatae appressae mediae inter exteriores foliaceas et intimas radiantes. Annuae.*
b. *Radius flavus.*

3 CORYMBOSA. C. *Caule simplici superne diviso foliis lanceolatis pinnatifidis subtus lanatis laciniis dentato-spinosis floribus corymbosis involucratis involucro basi incrassato squamis anthodii pallide subspinosis.*

C. hispanica Lam. enc. 1. 624. Barrel. ic. 694. C. longifolia Viv. addit. ad fl. ital. 68. C. racemosa Gouan. ill. 64. Caulis usque pedalis. Fl. æst. In sterilibus et incultis circa *Borgomasino*: et agri *nic.* et *unel.*

bb. *Radius roseus.*

4. LANATA. C. *Caule simplicissimo paucifloro foliisque sessilibus oblongis dentato-spinosis lanatis floribus solitariis involucratis.*

Var. singularis est ramis floridis ex bractearum axillis ortis quae pingitur in Barrel. ic. 483. Mitina lanata Cass. dict. 47. 507. Ic. Garid. aix. 86. t. 21. Column. ecph. 1. 29. t. 27. f. 2. Caulis vix dodrantalis. Anthodium terminale majusculum lateralibus multo minoribus. Fl. aest. Locis siccis in litore maris.

Radix Carlinae acaulis amara acris atque odorata est et vires non exiguas promittit. Alvum solvere Prevotius (med. paup. 500.) Venerem languentem suscitare Donzellus auctor est apud Hallerum (hist. n. 831). Discus carnosus cibus non ingratus ut Cynarae scolymi. Veteres scriptores (longe tamen post. Dioscoridem) magnum remedium in morbis pestilentialibus habebant. Neque confundenda est cum Chamaeleone albo Dioscoridis ut fecit Matthiolus: icon enim eius Chamaeleonis albi Carlinae acaulis est. Nam illa stirps est Carlina gummifera Less. syn. 12. Atractylis gummifera L. sp. 1161. Cavan. ic. t. 228. Acarna gummifera W. sp. 3. 1699. Sibt. fl. gr. t. 838. Chamaeleon gummifer Cassini dict. 47. 509. Carthamus gummifer Lam. enc. 1. 639. Colum. ecphr. 1. t. 12. Pr. Alpini exot. t. 124. 125. planta in Graeciae litoribus et insulis ejus praesertim Creta, Nasso, Zacyntho, etiam Sicilia, Sardinia, Hispania, etc. spontanea. Cum qua vereor multos de materia medica scriptores Carlinam acaulem confudisse commotos exemplo Matthioli. Carlina itaque acaulis denuo exploranda est, praesertim medicis homiopaticis. Atque hic obiter animadvertendum puto Cirsia

omnia et Carduos plantas amaras esse atque utilissimas in tussibus ac catharris chronicis, ipsaque phtisi pulmonali, in qua non exiguam opem afferunt, praesertim si cum diaeta lactea jungatur usus earum, et si decocto adhibeatur quibusque addantur herbae Glechomatis hederacei, Galeopsidis Tetrahit vel Ladani, aliarumque labiatarum de quibus supra disserui.

## 274. LEUZEA.

CONIFERA. Cand. fr. 4. 109. L. *Herba perennis vix dodrantalis caule simplici erecto tomentoso submonocephalo anthodio magno foliis lanceolatis subtus lanato-tomentosis integerrimis pinnatifidisque squamis anthodii laceris scariosis nitidis summis linearibus elongatis rubidis floribus rubris.*

Centaurea L. sp. 1294. Serratula Brot. lus. Ic. Miller. ic. t. 153. Barrel. ic. t 438. Bona. Lob. ic. 2. t. 7. f. 1. Mala Moris s. 7. t. 26. f. 19. Gilibert. bot. prat. t. 20. Cand. mem. comp. t. 10. Folia radicalia ovato-lanceolata subintegra petiolata superiora utplurimum pinnatifida. Cand. prodr. 6. 665. biennem dicit. Fl. aest. Vulgaris in incultis aridis agri *nic.*: in agro *segusiano* circa *Fossimagna*: et supra *Foresto*: in valle *Maurianensi* circa *S. Martin*.

## 275. CARDUUS.

Herbae erectae foliis decurrentibus sinuato-pinnatifidis spinosis floribus purpureis.

a. *Floribus subsolitariis.*
b. *Radice annua.*
c. *Foliis albo maculatis: squamis anthodii erectis.*

1. LEUCOGRAPHUS. C. *Foliis decurrentibus sinuatis albo-maculatis glabris spinoso-dentatis pedunculis elongatis subtomentosis squamis anthodii subulatis erectis.*

Cirsium maculatum Lam. fr. 2. 22. Tyrimnus leucographus Cass. dict. 41. 335. Caulis usque bipedalis aliquando in pinguibus usque orgyalis, angulatus parce superne ramosus, ramis arachnoideo-pilosis, apteris, nudis. Anthodium parvum nutans. Flores aliquando albidi vel apice rubri. Radix etiam biennis est praesertim si planta demorsa vel secta fuit et usque in serum autumnum non floruerit. Filamenta monadelfa sunt apice glabra, inferne pilosula. Folia sinuato-plicata molia rugosa supra nitida subtus glauca pilosa. Ic. All. ped. t. 73. Gaertn. de fruct. t. 162. f. 1. Jacq. hort. vindob. 3. t. 23. Fl. aest. In olivetis et ruderatis agri *nic.* Folia aliquando immaculata sunt.

cc. *Foliis concoloribus squamis anthodii reflexis.*

2. ACANTHOIDES. C. *Foliis lanceolatis sinuato-pinnatifidis ciliato-spinosis ramis pedunculisque subunifloris alato-crispis hirsutis spinosis squamis anthodii ovati linearibus patentibus.*

Car. crispus Huds. angl. 520. etiam Lin. sp. 1150. Fl. dan. t. 621. Loes prus. t. 5. C. multiflorus Gaud. helv. 5. 166. C. nigrescens Vill. delph. 3. 5. t. 20. var. etiam *caule alato-crispo alis spinosis*. C. polyanthemus Curt. lond. 6. t. 54. C. axillaris Gaud. helv. 5. 169. et probabili conjectura etiam C. tenuiflorus Curt. lond. 6. t. 55. et Smith engl. bot. 412. var. *squamis anthodii oblongi inferioribus subulato-spinosis* Engl. bot. t. 412. Moris s. 7. t. 31. f. 13. et C. pnicocephalus Cand. fr. 4. 79. Forte etiam L. sp. 1151. Moris l. c. t. 30. f. 17. Jacq. vind. t. 44. var. *pedunculis apteris*. Huc forte C. litigiosus Noc. et Balb. tic. 2. 200 t. 12. C. de Candollei Moret. dec. 2. 20. Ic. Lob. ic. 2. t. 21. f. 1. Dalech. 1473. Tabern. 1080. Engl. bot. t. 973. Jacq. a. t. 249. Fl. dan. t. 134. Schk. hand. t. 228. Caulis bipedalis utplurimum alato-crispus simpliciusculus. Herba obscure virens. Radix etiam biennis. Flores aliquando albidi. Fl. aest. In lapidosis et incultis agri *nic.*: *dertonensis*, circa *Garexium*: in oryzetis, etc.

bb. *Radice bienni.*

3. NUTANS. C. *Foliis sinuato-pinnatifidis spinosis utrinque hirsutis pedunculis tomentosis unifloris nutantibus squamis anthodii subglobosi basi villosi spinis coloratis patentibus.*

C. montosus Poll. ver. 2. 675. C. carlinaefolius Lam. enc. 1. 700. Ic. Moris s. 7. t. 31. f. 6. Engl. bot. t. 1112. Flor. dan. t. 653. Petiv. h. br. t. 21. f. 1. Barrel. ic. 1116. Boccon. mus. t. 105. Bah. hist. 3. 56. Zannichel. ist. t. 162. Caulis pedalis ramosus crassiusculus sulcatus alato-spinosus. Anthodii majusculi aliquando non nutantes. Flores raro albi. Fl. aest. In locis lapidosis incultis subalpinis, etc. Ad vias.

bbb. *Radice perenni.*

4. DEFLORATUS. C. *Foliis semidecurrentibus pinnatifido-serratis subspino-*

*so-ciliatis glabriusculis subtus glaucis radicalibus indivisis pedunculis longissimis aphyllis unifloris lanatis squamis anthodii haemisphaerici demum subnutantis lanceolato-subulatis patulis.*

Stirps valde ludibunda. Unde huc trahendae consentiente Candol prodr. 6. 628. C. glaucus Ledeb. C. glaucophyllus Desfon. cat. C. leptophyllus Gaud. helv. 5. 171. C. alpestris W. et Kitaib. hung. t. 267. C. cirsoides Vill. delph. 3. 12. C. spinulosus Bert. am. 41. C transalpinus Sut helv. 2. 164. Jacq. a. t. 89. C. summanus Poll. ver. t. 10. C. crassifolius W. enum. 838. Bocc. mus. t. 105. — Cirsium leucostylum Moench. meth. 555. Cirs. defloratum Scop. carn. 2. 127. Ic. Hall. helv. t. 4. f. 2. Caulis pedalis et ultra superne nudiusculus utplurimum simplex. Anthodium parvum. Var. etiam floribus albis. Fl. aest. In locis lapidosis alpium, montium, collium, etc. C. subdecurrens Bertol. fl. ital. 8. 623. non videtur differre nisi *foliis caulinis basi cordatis auriculis cauli breviter adnatis profunde duplicato-dentatis anthodiis erectis* (?)

aa. *Floribus aggregatis.*

b. *Radice annua.*

c. *Pedunculis superne spinosissimis: squamis anthodii spinulosis erectis.*

5. Personata. Jacq. a. t. 348. C. *Foliis radicalibus petiolatis lyrato-decursive pinnatis caulinis semi-decurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis subtus lanatis pedunculis superne spinosissimis subquadricephalis squamis anthodii sessilis bracteati laxis subulatis spinulosis erectis vel patentibus.*

Arctium L. sp. 1144. Car. arctioides Vill. delph. 3. 22. C. Personatus Gaertn. de fruct. 2. 378. t. 160. f. 1. Cirsium lappaceum Lam. fr. 2. 24. Lappa Personata ejusd. enc. 1. 378. Ic. Hall. helv. t. 3. Gmel. sibir. 2. t. 24 Caulis crassus ramosus usque bipedalis. Folia superne obscure virentia. Squamae anthodii carinatae aliquando reflexae. Flores Arctii Lappae faciem habent. Fl. æst. Amat pascua herbida montana: in *Sabaudia* inter *Trilieu* et *Chamouny:* inter *Fenestrelle* et *Albergian*: in valle *Augustae Praetoriae* prope *S. Oyer*: in agro *segusiano* regione dicta *Fossimagna*: in montibus agri *nov.*

cc. *Pedunculis nudis: squamis anthodii subulatis patulis.*

6. pnicocephalus. C. *Foliis pinnatifido-sinuatis spinosis pubescentibus subtus lanatis pedunculis tomentosis nudis calycibus cylindrico-oblongis numerosissime glomeratis demum deciduis squamis subulatis patulis.*

Caulis usque tripedalis. Non videtur differre a C. acanthoide ut supra scripsi assentientibus etiam Lamarkio et Candolleo. Ic. Jacq. a. t. 44. Barrel. ic. 417. Mala Moris s. 7. t. 30. f. 17. Fl. aest. Vulgaris ad vias et fossas: etiam in *Liguria.*

bb. *Radice perenni.*

7. crispus. C. *Foliis oblongis eroso-sinuatis margine spinosis subtus albido-lanatis floribus pedunculatis aggregatis terminalibus squamis anthodii ovoidei subulatis rugulosis squarrosis.*

Vulgaris in sepibus et dumetis. Jam supra monui probabili conjectura esse var. C. acanthoidis.

bbb. *Radice perenni.*

8. carlinoides. Gouan. ill. 62. t. 63. C. *Foliis lanceolatis utrinque tomentosis sinuato-dentatis spinulosis floribus aggregato corymbosis squamis anthodii ovato-oblongi exterioribus foliaceis tomentosis interioribus scariosis coloratis subspinulosis.*

Carlina pyrenaica L. sp. 1161. Cirsium paniculatum Lam. fr. 2. 25. var. *fl. albis.* Caulis usque bipedalis superne ramosus. Folia decursive pinnata vel subruncinata pinnis 4-5fidis. Spinae validae. Squamae anthodii supremae utplurimum inermes. Fl. aest. In montibus circa *Garexium* et *Tendam.*

## 276. SERRATULA.

Herbae perennes, floribus rubris.

a. *Caule unifloro.*

b. *Squamis anthodii rotundatis scariosis laceris.*

1. Rhaponticum. Cand. fr. 3. 87. S. *Caule folioso foliis ovato-oblongis denticulatis indivisis subpinnatifidisque supra glabris subtus cano-tomentosis inferioribus petiolatis ovatis cordatisque summis sessilibus squamis anthodii majusculi subglobosi apice dilatatis rotundatis scariosis laceris.*

Var. *foliis radicalibus lyratis caulinis subpinnatifidis* est C. lyrata Bellard. app. 40. Rhapontium scariosum Lam. fr. 2. 38. Centaurea Rhapontica L. sp. 1294. Ic. Lob. t. 288. f. 2. Dalech. lugd. 1701. f. 1. Dodon. pempt. 389. Cord.

hist. 4. t. 59. Caulis pedalis et ultra superne nudiusculus. Folia radicalia multa longe petiolata. Radix crassa aromatica. Fl. aest. In alpibus *Sabaudiae* supra *S. Ugo*: in alpibus *Safan* et *la Marciosa*: supra *Tendam*: in alpibus *Pralugnan* et in valle *Lancei* supra ferrifodinas: supra thermas *Vinadii*: in alpibus vallis *Sessitis*: in valle *Anzasca* versus *Vauzone*, etc.

bb. *Squamis anthedii glabris lanceolatis mucronato-spinulosis:*

2. NUDICAULIS. Cand. fr. 3. 86. S. *Caule stricto inferne foliato simplici foliis radicalibus petiolati obovatis subintegerrimis glabris glaucescentibus superioribus lineari-lanceolatis inciso-serratis ciliatis squamis anthedii ovati glabris lanceolatis appressis mucronato-spinulosis supremis elongatis apice dilatatis scariosis acutis.*

S. cirsoides Tenor. viag. abr. 85. et fl. t. 181. f. 2. S. Bocconi ejusd. relaz. viag. abr. 84. Centaurea nudicaulis L. sp. 1300. Ger. gallopr. 187. t. 5. Calcitrapa Lam. fr. 2. 30. Carduus cerinthaefolius Vill. delph. 3. 24. C. cerinthoides W. sp. 3. 1660. C. glaucus Cav. ic. et descript. 3. t. 226. Ic. Boccon mus. t. 48 et 55. f. 1. Barrel. 1218. Bona. Caulis usque pedalis subnudus foliis 1-2 distantibus parvis. Anthodium mediocre. Fl. aest. In montibus vallis *Pisii* supra *Carthusiam.*

aa. *Caule multifloro: floribus corymbosis.*

b. *Flosculis omnibus aequalibus.*

3. TINCTORIA. S. *Foliis glabris oblongis integris laciniatis pinnatifidisque argute serratis corimbo fastigiato squamis anthodii ovati lanceolatis acutis appresso-erectis floribus abortu dioicis.*

Carduus tinctorius Scop. carn. 2. 132. S. arguta Fisch in Hornem. ad. 156.. Ic. Zannich. ist. t. 94. Boccon. mus. t. 32. 37. Zannich. ist. t. 24. Durant. herb. 430. Matth. com. 616 Dalech. lugd. 1357. f. 1. Svens. bot. t. 170. Reich. ic. t. 812. Sab. hor. rom. 7. t. 79. Engl. bot. t. 38. Fl. dan. t. 281. Schk. hand. t. 234. Caulis usque bipedalis strictus superne ramosus ramis erectis fastigiatis. Anthodia parva ovato-subcylindrica. Folia mirum in modum ludunt. rigida sunt et glabra. Squamae apud nos arachnoideo-villosae. Flores utplurimum rosei aliquando albidi, in apricis rubri. Et ego observavi dioicam esse quamquam flores antheras et pistilla gerunt. Characteres intermedios haec stirps fert apud nos inter S. *coronatam*. Squamae enim arachnoideo-tomentosae: supremae sunt lineares elongatae luteae scariosae. Vulgatissima apud nos in sylvis et pascuis praesertim collinis. Colorem luteum largitur.

bb. *Flosculis radii majoribus femineis.*

4. CORONATA. S. *Foliis glabris imparipinnatis sub 5 jugis foliolis serratis basi confluentibus caule sulcato elato floribus corymbosis squamis anthodii pubescentis lanceolatis acutis summis scariosis coloratis elongatis linearibus subpungentibus flosculis radii femineis majoribus.*

Mastrucium pinnatifidum. Cass. dict. 41. 323. Carduus tinctorius B. All. ped. 1. 148. excl. syn. Ic. Gmel. sibir. 2. t. 20. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae*: in elatioribus *di Borgomasino*: in *Liguria*: in montibus di *Piossasco*: in incultis secus *Ticinum* amnem, etc.

## 277. ARCTIUM.

LAPPA. A. *Herba perennis caule a basi ramoso ramis patulis pyramidatis foliis petiolatis cordato-ovatis denticulatis subtus albo villosis lanatis capitulis pedunculatis rubris anthodio glabro vel arachnoideo squamis margine tenuissime aculeolatis.*

A. tomentosum Schk. hand. t. 227. Mill. ic. t. 159. Hayn. arz. t. 36. A. Bardana W. sp. 3. 1632. A. majus Schk. l. c. A. minus Schk. l. c. Engl. bot. t. 1228. Lappa tomentosa Lam. enc. 4. 377. Reich. ic. t. 811. f. 2. Fl. dan. t. 642. Lappa major Gaertn. de fruct. 2. 379. t. 162. f. 3. Lam. ill. t. 665. Dodon. pempt. 58. f. 1. Hayn. arz. t. 35. Reich. ic. t. 811. f. 1. L. minor Cand. fr. 4. 77. Camer. epit. 887. Ludw. ect. t. 106. Blackw. t. 117. Matth. comm. 736. f. 1. Dalech. lugd. 1055. f. 1. Zannichel. ist. t. 257. Sab. hor. rom. 7. t. 83. Fuchs. hist. 72. Durant. herb. 63. Bah. hist. 3. 570. 571. Svens. bot. t. 63. Herba vulgatissima praesertim in ruderatis et circa domos. Flores aliquando rosei vel albi. Apud nos semper perennem vidi et molestam in hortis et impluviis. Radix crassa.

Herba amara. Decocta sudorem atque urinam ciet. Unde utilis in podagra anomala, in-farctibus abdominalibus, herpetibus, syphilide, in catharro chronico et lenta viscerum respirationi dicatorum inflammatione. Scrophulosis etiam prodesse videtur. In

morbis pectoris peculiarem laudem meretur. In syphylide inveterata praesertim si cutis laborat, atque hydrargiro invicta vel si eo aegri abusi sunt. Magnum remedium est quod immerito despicimus. Semen amarissimun est, alvum ducit, et urinam. Unde in nephralgia a calculo adhibebant veteres. Decocto ejus cum herba et radice Rumicis obtusifolii sanavi scabiem rebellem quae a duodecim annis omni vere saeviebat in digitis manuum juvenis sutoris 20 annorum. Digiti rigidi, crassi dolentes, inflammati erant pustulis crassis ulceratis inflammatis dolorificis undique superfusis, quibus fiebat ut manus per tres et quod excurrit menses in anno omni opificio ineptae essent.

## 278. ONOPORDUM.

a. *Caulescens: floribus rubris.*

1. Acanthium. O. *Caule ramoso foliis decurrentibus incano-tomentosis sinuato-dentatis spinosis squamis anthodii incani patentissimis.*

Acanos spina. Scop. carn. 2. 132. Var. *floribus albis* et *floribus subvirentibus* Ic. Tabern. ic. 685. Fuchs. hist. 75. Lob. ic. 1. t: 1. f. 1. 2. Dodon. pempt. 721. f. 1. Matth. com. 462. f. 1. Dal. lugd. 1441. f. I. Petiv. h. br. t. 21. f. 10. Curt. lond. 5. t. 57. Edit. Grav. 2. t. 112. Svens. bot. t. 227. Barrel. ic. 502. Zann. ist. t. 161. Engl. bot. t. 977. Flor. dan. t. 909. Schk. hand. t. 230. Loes pr. t. 82. Herba biennis magna crassa in pinguibus usque orgyalis canescenti-virens. Caulis exquisite alatus. Anthodium globosum demum depressum squamis subulatis apice spinosis. Semina nitida obovata. Pappus rubidus inaequalis. Fl. aest. Vulgare in ruderatis, ad vias praesertim circa domos, et locis calidis apricis lapidosis.

aa. *Acaule: floribus ochroleucis.*

2. rotundifolium. All. ped. 1. 141. t. 38. f. I. O. *Foliis petiolatis ellipticis subcordatis crenato-dentatis lanato-tomentosis squamis anthodii crassi solitarii sessilis lanceolatis tomentosis inermibus.*

Berardia subacaulis Vill. delph. 3. 27. t. 22. Reich. cent. 15. (24), t. 807. Villaria Guett. mem. min. Dauph. I. 170. t. 19. Arctium lanuginosum. Lam. fr. 2. 170. ill. t. 664. Arctio lanuginosa ejusd. enc. 1. 235. Ic. Dalech. lugd. 1307. f. 1. Gesn. op. ed. Schmid. t. 7. f. 57. Reich. ic. t. 807. Herba perennis foliis magnis radicalibus rosulatis petiolatis petiolis subalatis. Squamae anthodii reflexae vel patulae. Flores albidi. Achenium stramineum: pappus rubidus fructum superans. Fl. aest. Amat loca arida et lapidosa alpina. In monte *Genevre* et valle *Bardoneche*: in montibus *di Cesana* in agro *segus.*: in editioribus alpibus agri *monregalensis*: ad rupes vallis *di Vedro* versus Varzo in agro *novar.* etc.

Onopordum Acanthium anthodium habet tenerum et gratum ut Cynara Scolymus. Herba amara est. Radices et folia ejus pota tetanicis opitulari scribit Dioscorides ( mat. med. 3. 16. t. 1. 359.). Sed vereor celebrem virum sub hoc nomine Onopordum illyricum L. intellexisse. Ceterum medici recentiores Borellus, Sthalius, Timermannus, Ellerus, Goelikius, Vaterus, etc., utilem in cancro faciei esse scripserunt, quem penitus sanaverit, irrito tamen experimento in cancro mammarum. Quibus elucet herbam esse minime spernendam. Novis itaque experimentis exploranda in cancro faciei methodo praesertim homiopathica.

## 279. ONOBROMA.

monspeliense. Spr. syst. 3. 392. O. *Herba perennis vix pedalis aliquando subacaulis glabriuscula caulibus caespitosis strictis simplicibus unifloris foliis rigidis omnibus pinnatifidis glaucis elongatis laciniis lineari-lanceolatis dentato-spinosis anthodio elongato cylindrico solitario crasso bracteato bracteis trinerviis margine apiceque spinosis squamis apice scariosis laceris floribus coeruleis.*

Carthamus Carduncellus L. sp. 1164. Cnicus longifolius Lam. fr. 2. 13. Carduncellus Monspeliensium All. ped. 1. 154. Ic. Lob. ic. 2. 20. f. 1. Advers. 374. Bah. hist. 3. 93. f. I. Moris s. 7. t. 33. t. 13. Folia caulina lineari-lanceolata fere longitudine plantae: radicalia obovata utplurimum integra. Semina obverse ovoidea subtetragona angulis nerviformibus. Fl. aest. In montibus inter *Lucerame* et *Lantosca.*

## 280. SILYBUM.

marianum. Gaertn. de fruct. 2. 378. t. 162. f. 2. S. *Herba annua usque tripedalis ramosa crassa foliis amplexicaulibus hastatis pinnatifidis albo-maculatis spinosis squamis anthodii crassi erecti duplicato-spinosis floribus rubris.*

Carduus L. sp. 1153. Cart. Lam. enc.

l. 638. Syl. maculatum Moench. meth. 555, Cirsium Scop. carn. 2. 130. Ic. Matth. comm. 464. Lob. ic. 2. f. 2. Dalech. lugd. 1464. f. 1. Fuchs. hist. 56. Tabern. krb. 1075. f 4. Camer. epit. 445. Paul. dan. t. 189. Petiv. h. br. t. 21. f. 9. Trag. 850. Blackw. t. 79. Dodon. pempt. 722. Knor. del. 1. t· M. Ludw. ect. t. 5. Engl. bot. t. 976. Curt. lond. 3. t. 54. ed. Grav. 3. t. 120. Fl. med. t. 111. Caulis usque orgyalis glaber teres sulcatus foliosus. Folia nitida obscure virentia venis albis picta. Squamae anthodii ovati basi orbiculatae. Semina nigra nitida. Herba glabriuscula amara Centaureae benedictae aemula, cuius vires fere aequat.. Capituli crassi solitarii longe pedunculati pedunculis nudis. Folia aliquando immaculata sunt. Decoctum ex herba eius febribus intermittentibus atque obstructionibus hepatis et lienis medetur, alvum subducendo et ciendo urinam: etiam auriginem abigit. Renes et vesicam purgat sabulo. Urinam facile auget: unde hydropicis valdopere opitulatur. Cathamenia etiam reserare affert Matthiolus. In pleuritide cum maxima vis morbi inclinat se, decoctum Silybi mariani sputa optime promovet ac tussibus, et catharris chronicis eximie succurrit. Fl. aest. et autumno. In arvis et incultis passim: in aggeribus agrorum et fossarum, ac ruderatis.

### 281. ECHINOPS.

a. *Floribus coeruleis.*

1. Ritro. E. *Simpliciusculus humilis foliis bipinnatifidis utrinque lanato-tomentosis laciniis linearibus dentato-spinosis capitulis solitariis pedunculatis subinermibus calycibus basi nudis.*

E. pauciflorus Lam. fr. 2. 2. Ic. Lob. ic. 2. t. 8. f. 1. Gmel. sibir. 2. t. 26. Mill. ic. t. 130. Moris. s. 7. t. 39. f. 3. Dalech. lugd. 1476. f. 2. Traent. W. diss. f. 9. Lam. ill. t. 719. f. 2. Barrel. ic. 411. 412. 413. Caulis vix palmaris albo-tomentosus simplex monocephalus raro pedalis ramosus. Folia utplurimum supra virentia, et glabra sunt. Cor. inferne albida. Capitulum magnum, globosum setae involucro subtriplo breviores. Foliola involucri dorso glabra. Radix aliquando annua est. Fl. aest. Circa *Segusium*: in agro *nic.*: in montanis: in alpibus *Valdensium*, etc.

aa. *Floribus albis.*

2. sphaerocephalus. E. *Ramosus foliis pinnatifidis supra viscoso-pubescentibus subtus lanatis laciniis lanceolatis spinosis capitulis pedunculatis calycibus longe ciliatis:*

E. multiflorus Lam. fr. 2. 2. Ic. Lob. ic. 2. t. 8. f. 2. Lam. ill. t. 719. f. 1. Camer. epit. 435. Moris s. 7. t. 35, f. 1. Dodon. pempt. 722. Hor. eyst. 1. t. 7. f. 1. Gaertn. de fruct. t. 16 f. 6. Fuchs. hist. 883. Dalech. hist. 1480 f. 1. E. paniculatus Bot. reg. t. 356. est var. culta *foliis latioribus supra glabris.* — E. paniculatus Jacq. fil. ecl. 1. t. 9. var. *foliis subpinnatifidis.* Perennis. Caulis usque quadripedalis crassus sulcatus. Capitula magna globosa. Setae dimidium involucri superantes. Involucri foliola exteriora glanduloso-pilosa, radii pappi basi tantum connati. Antherae plumbeae. Pedunculi tomentosi et glanduloso-setosi. Fl. aest. In agro *nic.*: prope *Segusium* secus *Duriam* amnem: in collibus *Liguriae* et *Montisferrati*: circa *Viverone*: in agro *derthonensi*, etc.

### 282. CARTHAMUS.

tinctorius. C. *Herba annua glaberrima caule erecto rigido usque tripedali superne ramoso lanato foliis sessilibus alternis trinerviis ovatis dentato-spinosis floribus croceis anthodiis pedunculatis solitariis.*

Ic. Rumph. amb. 5. t. 79. Ludw. ect. t. 129. Lam. ill. t. 661. f. 3. Gaertn. de fruct. t. 161. f. 2. Fl. med. t. 401. Patria ejus *India orientalis* ex qua in *Ægyptum, Mauritaniam, Hispaniam, Italiam*, etc. migravit. Flores colorem croceum largiuntur. Semina oleum. Semina gratissima et salubria psittacis aliisque avibus domesticis, homini alvum subducunt et drastica sunt. Ideo planta culta est.

### 283. CENTAUREA.

a. *Anthodiis inermibus.*
b. *Squamis integerrimis.*
c. *Radice annua.*

1. Crupina. *Caule erecto parce ramoso glabro, ramis virgatis foliis pinnatifidis hirsutiusculis laciniis lineari-lanceolatis dentatis squamis anthodii subcylindrici pauciflori lanceolatis acutis glabris erecto-patentibus.*

C. acuta Lam. fr. 2. 49. Crupina vulgaris Pers. en. 2. 488. Reich. fil. ic. fl. germ. et helv. t. 749. f. 1. Cass. dict. 44. 39. 50. 239. C. Crupinastrum Moris sard. 2. 443. C. Morisii Gren. et Godr. fl. de fr. 2. 267. Crupina Crupinastrum

Vis. fl. dalm. 2. 42. t. 51. f. 3. Reich. fil. l. c. t. 749. f 2. — Flosculi marginales neutri. Fructus crassus ovato-teres pube brevissima sericeus, areola basilari nec laterali. Pappus radii nullus, disci nigricans fere triplex: ext. paleae breves imbricatae, medii setae longae rigidae setiformes, intimi paleae decem breves ovales subtridentatae. Umbo fructus elevatus concavus crassus basi corollae persistente cinctus. Cor. purpureae fertiles ad apicem tubi barbatae Cand. Ic. Cand. diss. comp. 1. 23. t. 1. f. 1. Barrel. ic. t. 1136. Lob. ic. t. 231. f. 1. Columm. ecphr. I. 34. Garid. aix. t. 51. Moris s. 7. t. 25. f. 3. Caulis striatus usque bipedalis, superne subnudus. Folia radicalia simplicia ovata subintegra omnia virentia, dentes rigidi subspinosi. Anthodii solitarii. Fl. aest. Copiosa in agro *nic.* et *segus.* aliisque locis sterilibus collium calid.: etiam in collibus *taurin.*

cc. *Radice perenni,*
d. *Floribus luteis.*

2. ALPINA. C. *Caule erecto ramoso foliis decursive pinnatis subglaucis glabris foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis subintegerrimis bipartitis squamis anthodii ovato-subglobosi glaberrimi oblongis obtusis fusco-striatis summis apice scariosis.*

Ic. Cornut. canad. t. 70. Barrel. ic. 514. ex Cornuto. Moris. s. 7. t. 25. f. 6. Reich. fil. l. c. t. 751. Caulis teres bipedalis et ultra. Folia ima foliola habent serrata praesertim extrema. Anthodia crassiuscula. Fl. aest. In *Sabaudia* non procul a *Bourg-S.-Maurice* et circa *Domum Ossulae* in agro *nov.*

dd. *Floribus atro-rubro-coeruleis.*

3. CENTAURIUM. C. *Caule erecto ramoso foliis decursive pinnatis glabris foliolis lanceolatis elongatis subbipartitis inaequaliter mucronulato-serratis terminali tripartito squamis anthodii subglobosi glaberrimi oblongis obtusis.*

Ic. Blackw. t. 93. Clus. hist. 2. 10. f. 2. Gmel. sibir. t. 2. t. 41. Fl. med. t. 106. Matthiol. com. 451. Dalech. lugd. 1287. f. 1. Dodon. pempt. 334. f. 2. Camer. epit. 425. Lob. ic. 712. f. 1. et obs. 409. f. 2. Tabern. ic. 779. f. 2. Bah. hist. 3. 39. f. 1-2. Moris s. 7. t. 25. f. 1. Blackw. t. 93. Radix crassa longa intus rubra. Caulis teres 4 5pedalis ramosus ramis superne nudiusculis corymbum sistentibus magnum irregulare. Folia ampla nervosa virentia. Squamae anthodii crassi dorso convexae albidae viridistriatae. Fl. aest. In montibus *di Fenestrelle*: in agro *segus.* inter *Bussolino* et *Segusium*, et copiosa in montibus supra *Foresto:* ad rupes in magna valle *Ossulae.* Ego legi in valle *Augustae Pretoriae*. Bertolonius dubitat veram C. Centaurium in patria nasci. Quae a me lecta fuit in valle *Augustae Praetoriae* vera C. Centaurium est. Radix amara sub-adstringens vires ventriculi et viscerum abdominalium erigit et refocillat. Prodest in helmintiasi et cum mucus redundat etiam in pulmonibus si inflammatio abest. Tunc ut Cent. benedicta sputa quae aegrum suffocare minantur cito minuit morbumque averruncat.

bb. *Squamis scariosis sublaceris.*
c. *Radice bienni: fructibus pappiferis.*

4. SPLENDENS. C. *Ramis angulatis foliisque inferioribus bipinnatifidis glabris laciniis linearibus elongatis subintegerrimis superioribus pinnatifidis basi dentatis squamis anthodii ovati scariosis apice appendiculatis integris ovatis inflato-concavis.*

Ic. Clus. hist. 2. 10. f. 1. Dodon. pempt. 125. Tabern. ic. 152. Caulis bipedalis et ultra angulatus erectus. Folia radicalia lyrata suprema linearia subintegerrima, omnia plerumque hirsutiuscula. Appendicula subrotunda. Squamae aliquando appendicula carent aliquando cuspis spinulosus fit. Flores purpurei. Squamae anthodii argenteae. Appendices medio fuscae. C. alba Cand. prodr. b. 583. Reich. fil. l. c. t. 752. f. 1. 2. 3. C. deusta Tenor. neap. t. 84. Reich. fil. l. c. t. 752. f. 4. est var. Fl. aest. Inter *Tronzano* et *Cavaglià* ad viam: in agro *derthonensi*: circa lacum *Eporediae* ad vineas et scopulos.

cc. *Radice perenni; fructibus pappo destitutis apice ciliatis.*
d. *Foliis radicalibus integris; squamis anthodii subciliatis.*

5. JACEA. C. *Caule erecto ramis angulatis unifloris foliis subpubescentibus radicalibus oblongis dentatis caulinis lanceolatis integerrimis squamis anthodii ovato-subglobosi subbracteati exterioribus appendice ciliato-lacera intimis appendice scariosa subrotunda corollis radii sterilibus discum superantibus.*

*Folia ima aliquando sunt sinuato-pinnatifida anthodii squamis appendice auctis elongatis*: C. pratensis Thuill. par.

ed. 2. 444. Reich. ic. t. 963. f. 1294. C. nigra Lam. enc. 1. 666. est var. *anthodiis majusculis squamis ciliatis caule foliisque glabriusculis*. C. decumbens Dub. fl. orl. Pers. ench. est var. *humilior foliis lineari-lanceolatis*. Ic. Bah. hist. 3. 27. f. 2. Moris s. 7 t. 28. f. 1. Fl. dan, t. 519. Tabern. ic. 152. f. 2. Engl. bot. t. 1678. Sturm. deut. fl. heft. 4. Reich. fil. l. c. t. 754. f. 1. 2. Caulis pedalis et ultra aliquando prostratus et humilis. Fl. purpurei. Appendices squamarum totum anthodium utplurimum tegunt: appendiculae squamarum aliquando integrae sunt aliquando supremae integrae inferioribus fimbriatis capitulis radio destitutis quae est C. decipiens: Thuill. l. c. 445. Reich. ic. fig. 1316. capituli radiati sunt. Squamae et append. anth. utplurimum fuscae sunt. Folia aliquando fusco-virescentia sunt, aliquando albo tomento obteguntur. Stirps maxime ludibunda faciem omnino habet C. nigrescentis W. ex qua aegerrime distinxeris. Fl. aest. In *Sabaudia* et pratis subalpinis. Ic. Fl. dan. 519. St. Deust. fl. h. 4.

dd. *Foliis radicalibus pinnatifidis squamis anthodii non ciliatis.*

6. AMARA. C. *Ramis angulatis unifloris foliis sublanatis radicalibus pinnatifido incisis caulinis lineari-lanceolatis integerrimis squamis anthodii ovati scariosis laceris corollis radii sterilibus disco minoribus vel illum aequantibus.*

Ic. Lob. ic. 548. f. 2. Boccon. mus, t. 17. Bah. hist. 3. 24. Reich. fil. l. c, t. 753. f. dext. — C. bracteata Scop. del. 2. 17. t. 9. C. Weldeniana Reich. fil. l. c. t. 752. f. sin. Appendices squamarum var. multimode. Ceterum valde affinis C. Jaceae cuius var. facile dixeris. Caulis plerumque prostratus aliquando semipedalis, aliquando humillimus est et capitulum fert unicum, magnum. Flores purpurei rarius albi. Apud nos sunt carnei et folia ima pinnatifida. Vulgatissima in ericetis pascuis aridis et incultis.

bbb. *Squamis anthodii fimbriatis ciliatis.*

c. *Floribus rubris.*

d. *Radice bienni; foliis inferioribus bipinnatifidis.*

7. PANICULATA. C. *Caule erecto stricto ramoso, ramis angulatis foliis canescentibus inferioribus bipinnatifidis superioribus pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis supremis linearibus ramis paniculatis squamis anthodii ovato oblongi ovatis appressis fusco-marginatis ciliatis pappo brevi.*

C. *abrotanifolia* Lam. enc. 1. 670. Jacea paniculata Lam. fr. 2. 50. Ic. Moris s. 7. t. 29. f. 15. C. Reuteri. Reich. fil. l. c. t. 780. f. 1. — Bah. hist. 3. 31 Zannichel. ist. t. 8. Jacq. a. t. 320. Reich. fil. l. c. t. 780. f. 2. Donat. sempl. 86. — Huc traho etiam C. maculosam Lam. quae non differt nisi characteribus laevibus et infirmis. Caulis pedalis et ultra. Anthodii parvi oblongi. Squamae quinquenerviae appendicibus rufis apice pungentibus fimbriis cartilagineis flexuosis, aliquando fuscis. Flores odorati rubri pistilli albi. C. aplolepis Moret. bot. ital. n. 2. 21. t. 3. quae lecta fuit in collibus maritimis *Liguriae* non videtur differre nisi *squamis anthodii glaberrimis*. Fl. aest. In pascuis et arvis siccis apricis collinis, etc.

dd. *Radice perenni.*

e. *Foliis inferioribus inciso-serratis.*

8. NIGRESCENS. W. sp. 3. 2288. C. *Foliis oblongis pubescentibus scabris inferioribus incisis superioribus subdentatis ramis angulatis paucifloris squamis anthodii subglobosi pubescentis angustis fusco-ciliatis summis scariosis corollis radii sterilibus coronantibus pappo subnullo.*

Huc certe faciunt C transalpina Schl. ex Cand. prodr. 6 571. et C. salicifolia Bieb. taur. cau. n. 1799. C. Vochynensis Bern. ap. Cand. l. c. Reich. fil. l. c. t. 757 f. 1. 2. 3. C. spathulata Tenor. neap. 4. 127. var. *corollulis aequalibus flosculosis* est C. nigra Smith engl. fl. 3. 465. Engl. bot. t. 278. C. flosculosa Reich. cent. 4. 42. t. 362. f. 543. Caulis pedalis et ultra. Non video characteres firmos quibus certe distinguatur a C. nigra, nam corollae radii aliquando non sunt coronantes neque radium faciunt; et in ipsa C. nigra corollae radii abortu neutrae et steriles esse possunt. Forma squamarum et appendicum etiam valde mutabiles. Fl. aest. In agro *taurin.* secus *Sturam*, etiam in pratis nostris subalpinis occurrit cum C. nigra qua aegerrime distinxeris.

ee. *Foliis inferioribus pinnatifidis squamis margine coloratis plerisque disco viridibus.*

9. SCABIOSA. C. *Caule erecto ramoso foliis pinnatifidis scabris membranaceis laciniis lanceolatis inciso-dentatis squamis anthodii ovato-subglobosi pubescen-*

*tibus appressis lanceolatis margine coloratis fructibùs papposis.*

Var. *foliis aliis integerrimis* quae est C. variifolia Lois. not. 130. C. italica Lam. enc. 1. 671. forte hybrida est *flore luteo-purpurescente*. Huc etiam ducenda est C. coriacea W. et Kitaib. hung. t. 195. *foliis duris subcoriaceis*. C. sylvatica Pourr. tolos. 3. 308. C. spinulosa Roch. ban. t. 36. f. 76. est var. *squamis extrema fimbria spinuloso pungentibus.* – Jacea scabiosa Lam. fr. 2. 51. Ic. Matth. comm. 629. f. 1. Dalech. lugd. 1066. f. 1. Mont. in Zanon. ist. t. 35. Petiv. h. br. t. 22. f. 7. Engl. bot. t. 56. Fl. dan. t. 1231. Camer. epit. 710. Ger. em. 727. Svens. bot. t. 327. Reich. fil. l. c. t. 774. f. 1. Caulis bipedalis et ultra brachiatus sulcatus. Folia venosa. Corollae radii longe fimbriatae roseae vel rubrae raro albae vel ochroleucae. Cilia squamarum nigra. Fructus ovatus compressus. Pappus sordide albus. Fl. aest. In arvis et pascuis et locis incultis, vineis, praesertim locis montanis et collibus passim.

10. CINEREA. Lam. enc. 1. 669. C. *Foliis subbipinnatifidis incanis laciniis lanceolato-linearibus caule ramoso subtomentoso squamis anthodii ovati appressis lanceolatis fusco-marginatis ciliatis.*

C. cineraria b. L. sp. 1290. C. cineraria Jacq. h. vind. t. 92. Ic. Reich. ic. f. 965. et Reich. fil. l. c. t. 773. f. 1. Huc forte C. Triumfetti All. et Barrel. ic. 347. quamquam habitu omnino dissimiles. Verum herbae sunt quoad foliorum incisuras valde ludibundae. Fl. aest. In montibus circa *Lucerame.*

cc. *Floribus plerumque coeruleis*

d. *Radice annua; foliis linearibus sessilibus.*

11. CYANUS. C. *Foliis linearibus sessilibus integerrimis subtus sublanatis enerviis infimis basi pinnatifidis ramis unifloris squamis anthodii lanceolatis ciliatis.*

Jacea segetum Lam. fr. 2. 54. Cyanus arvensis Moench. meth. 561. C. segetum Des. dict. sc. nat. 4 482. Cyanus vulgaris Cass. dict. 50. 241. Ic. Matth. comm. 368. f. 2. Dalech. lugd. 437. f. 1. Lob. ic. 546. Blackw. t. 270. Knor. del. 1. t. K. 4. 5. Ludw. ect. t. 55. Bull. herb. t. 221. Cam. epit 29. Curt. lond. 6. t. 62. Mart. fl. rust. t. 111. Bah. hist. 3. 21. Columm. phyt. p. 92. Engl. bot. t. 277. Fl. dan. t. 993. St. h. 4. Svens. bot t. 52. Sab. hor. rom. 7. t. 81. Zannichel ist. t. 289. Fuchs. hist. 428. Trag. hist. 566. Lob. obs. 296. f. 1. Dodon. pempt. 251. f. 1. Tabern. ic. 146. f. 1. Moris s, 7. t. 25. f. 4. Caulis usque tripedalis. Flores pulchre coerulei raro carnei vel albi. Aliquando etiam inter segetes rosea vel violacea est. Pappi duo ext. fuscus vel ferrugineus, int. albidus. Fl. junio. Vulgatissima ubique inter segetes. Veteres commendabant aquam ex floribus stillatam in morbis oculorum. Forte auxilium afferunt si nervi astenia laborant et amaurosis videtur ingruere. Sunt qui laudant infusum florum in surditate si ea a debilitate est: quod experientia confirmatum audivi. Ego numquam expertus sum. Etiam in ictero flores pulveratos utilissimos esse nonnulli scripserunt. Semina alvum ducere. Quae omnia experimentis confirmari debent. Flores colorem pulchre coeruleum largiuntur

dd. *Radice perenni; foliis decurrentibus squamis anthodii nigro-vel argenteo-fimbriatis foliis glabriusculis vel incanis, caule simpliciusculo vel ramoso.*

12. MONTANA. C. *Foliis lineari-lanceolatis integerrimis decurrentibus glabriusculis margine sublanatis caule simplici squamis anthodii nigro-marginatis fimbriatis.*

Flores aliquando albidi vel purpurei: folia non raro lata integerrima vel dentata, vel incisa. anthodia grandia. C stricta et mollis W. et Kitaib. pl. hung. t. 178 et 219. Huc C. Triumfetti All.? Ic. Lob. ic. 548. f. 1. Barrel. ic. 389. Matth. comm. 368. f. 1. Duran. herb. 124. Barrel. 1323. Triumf. obs. 26. Mont. l. c. t. 61. Sab. hor. rom. 7. t. 82. Reich. fil. l. c. t. 771. Camer. epit. 288. Lob. obs. 296. f. 2. Dodon. pempt. 251. f. 2. Tabern. ic. 155. f. 1. Bah. hist. 3. 23. f. 1. Moris s. 7. t. 25. f. 1. Dalech. lugd. 437. f. 2. Boccon. 2. t. 2. Monti in Zanon. ist. t. 60. Blackw. t. 66. Jacq. a. t. 371. Curt. bot. magaz. t. 77. Fl. aest. In pratis alpinis irriguis vulgaris. In C. Triumfetti: cilia squamarum alba. Huc etiam probabili conjectura trahendae sunt C. axillaris. W. sp. 3. 2290. C. sensana Vill. delph. 3. 52. C. variegata Lam. enc. 1. 668. etc. Cf. Cand. prodr. 6. 573. 579. etc.

bbbb. *Squamis pectinato-ciliatis plumosis; radice perenni.*

c. *Caule unifloro; floribus rubris.*

13. UNIFLORA. C. *Foliis sessilibus*

*lanceolatis subintegerrimis tomentosis caule unifloro squamis anthodii subglobosi inter folia suprema sessilis recurvato-plumosis elongatis radio longissimo.*

C. nervosa. W; enum. 2. 925. mihi videtur var C. uniflorae quae et ipsa videtur var. C. phrygiae. Ic. Boccon. mus. 2. 20. t. 2. Reich. ic. t. 375. fig. 554. Reich. fil. l. c. t. 765. fig. 2. et C. nervosae id. ib. t. 763. f. 1. 2. Fl. aest. aut. In pratis alpinis praesertim *Cenisio.*

cc. *Caule multifloro.*
d. *Foliis indivisis.*
e. *Floribus flavis.*

14. CAPILLATA. C. *Herbacea foliis lineari-lanceolatis integerrimis scabris infimis indivisis vel pinnatifidis squamis anthodii terminalis sessilis recurvato-plumosis fuscis corollis radii abbreviatis bi-trifidis.*

C. Bellardi Coll. herb. ped. 3. 273. est var. *foliis imis indivisis squamis erecto-patulis corollis radii bi-trifidis.* Huc forte ducendae ic. Barrellieri 177. 478. Fl. aest. In agro *nic.*

ee. *Floribus rubris.*

15. PHRYGIA. C. *Herbacea caule simplici foliis oblongis hirsutis mucronato-serratis imis petiolatis superioribus sessilibus subauriculatis squamis anthodii subglobosi inter folia suprema sessilis recurvato-plumosis fuscis.*

Jacea plumosa. Lam. fr. 2. 51. Lepteranthus hygrometricus Cass. dict. 26. 65. C. austriaca W. sp. 3. 2283. Reich. cent. 4. t. 376. fig. 555 et Reich. fil. l c. t. 761. f. 1. et. 762. f. 1. Ic. Clus. hist. 2. 7. et Pannon. 544. Gmel. it. 1. t. 23. f. 2. Fl. dan. t. 520. Reich. ic. t. 375. Var. etiam *foliis incisis.* Caulis pedalis et ultra non raro ramosus. Capitulum magnum. Cor. raro albae. Pappus achenio brevior. Var. *corollis radii illis disci similibus* est spec. seg. *flosculosa* Balb. — Quae apud nos vivit characteres habet omnes: verum caulem semper uniflorum folia pubescentia ima petiolata superiora neutiquam subauriculata, omnia remote grosse serrata exquisite trinervia: squamas anthodii aureo-plumosas flores primum roseos postea purpureos demum violaceos. Anthodium magnum. Omnino unica species mihi videtur cum C. *uniflora.* Fl. aest. In pratis montanis.

16. FLOSCULOSA. Balb. in W. Sp. 3. 2285. C. *Foliis lanceolatis hirsutis obsolete dentatis inferioribus petiolatis summis subtus nervosis capitulo proximis, squamis anthodii recurvato-plumosis fuscis elongatis radio nullo caule erecto scabriusculo simplici aut parce ramoso.*

Lepteranthus incoronatus Cass. 26. 66. Ic. Reich. ic. t. 362. et Reich. fil. l. c. t. 764. f. 1. Mihi videtur ut supra scripsi. omnino var. C. *uniflorae* e *Phrygiae. corollis radii minoribus.* Habitat prata alpina.

dd. *Foliis inferioribus divisis.*
e. *Sinuato-pinnatifidis.*

17. PECTINATA. C. *Caule erecto ramoso foliisque inferioribus sinuato-pinnatifidis superioribus amplexicaulibus oblongis hastato-auriculatis mucronato-dentatis pubescentibus squamis anthodii sessilis recurvato-plumosis fuscis elongatis.*

Ic. Reich. ic t. 642. Caulis vix pedalis. In pratis alpinis. Fl. aest.

ee. *Lyratis.*
f. *Superioribus cordatis; caule prostrato.*

18. PROCUMBENS. Balb. misc. alt. 81. t. 1. C. *Tomentosa foliis albo-lanatis inferioribus lyratis superioribus cordatis amplexicaulibus grosse dentatis caule decumbente ramoso squamis anthodii sessilis patulo plumosis.*

Squamae appressae glaberrimae a medio fusco-plumosae. Forte est var. sequentis. Fl. aest. In locis lapidosis apricis secus viam quae ab oppido *Utelle* ducit ad *Tourettes* et in agro *nic.*

ff. *Superioribus oblongis caule ereto.*

19. NIGRA. C. *Folis scabris radicalibus lyratis caulinis oblongis serratis squamis anthodii pectinato-fimbriatis patulis flosculis omnibus hermafroditis aequalibus.*

Jacea Cass. dict. 24 90. Rhaponticum ciliatum Lam. fr. 2. 39. Cyanus niger Gaertn. de fruct. 2. 382. t. 161. f. 4 Ic. Jacq. a. 6. Clus. hist. 2. 7. Ejusd. pannon. 544. Petiv. h. br. t. 22. f. 8. 9. Mart. fl. rust. t. 130. Bah. hist. 3. 28. Engl. bot. t. 278. Fl. dan. t. 496. Lob. ic. 541. f. 1. et obs. 292. f. 3. Dodon. pempt. 124. f. 2. Moris s. 7. t. 28. f. 1. Reich. in fl. moen-franc. Caulis bipedalis et ultra ramosus erectus strictus rigidus ramosus augulatus: radix subrepens nigra lignosa. Anthodia sessilia globosa. Squamae nigrae ovatae: appendices exteriores erectae lanceolatae

interiores subrotundae lacero-dentatae. Flosculi radii raro radiantes steriles. Achenia pilosa pappo multi-squamato longiora. Flores raro albi. Fl. aest. In pratis. Est var. C. nigrescentis.

aa. *Anthodiis armatis.*

b. *Squamis ciliatis mucrone aut spina terminatis.*

c. *Caule fructicoso, floribus rubris.*

20. HORRIDA. Badar. in giorn. di fis. 1824. 367. C. *Caule fructicoso ramosissimo foliis ramisque tomentosis foliis pinnatifidis lobis subulatis spinescentibus anthodii ovati tomentosi squamis ciliatis apice brevi spinescentibus.*

Affinis C. spinosae L. sp. 1290. *Graeciae. Troadis, Asiae minoris*, etc. incolae sed differt *foliis* (non ramis) *spinescentibus capitulo ovato tomentoso non oblongo glaberrimo.* Quae probabili conjectura perpetuo non constant. Ideo pro var. ejus habeo. Flosculi carnei. Radii steriles coronantes. Caulis vix dodrantalis. Capitula minima: fructus ovatus compressus pappo duplici brevissimo. Ic. Reich. fil. l. c. t. 788. f. 3. In rupibus maritimis Liguriae. Fl. aest.

cc. *Radice annua, floribus rubris vel albidis.*

21. SALMANTICA. C. *Caule erecto ramoso foliis imis sinuato-pinnatifidis dentatis superioribus linearibus capitulis pedunculatis anthodii squamis ovatis spina brevissima subrecurva apiculatis.*

Mantiscala elegans Cass. dict. 29. 31. Microlonchus salmanticus. Cand. prodr. 5. 563. Reich. fil. l. c. t. 750. f. I. 2. Ic. Clus. hist. 2. 9. Lob. ic. 2. 543. Dodon. pempt. 125. Bah. hist. 3. 36. Chabr. sciagr. 344. f. 3. Jacq. hor. vindob. 1. t. 64. Caulis etiam tripedalis inferne hirsutus. Achenium sonervium glabrum virens. Pappus brevior achenio scabridus. Intra pappum circellus brevis ferens in ambitu paleam linearem mucronatam subaequantem setas longiores pappi. Paleae receptaculi setaceae densissimae molles niveae. Fl. aest. In herbidis circa *Genuam.*

cc. *Caule herbaceo; floribus flavis.*

d. *Foliis sup. indivisis.*

22. NICAEENSIS All. ped. 1. 162. t. 74. f. 1. C. *Foliis radicalibus ovatis dentatis petiolatis vel lyrato-pinnatifidis caulinis amplexicaulibus oblongis integerrimis semi decurrentibus vel inciso-dentatis squamis anthodii ovatis coriaceis apice dilatatis breviter ciliato-spinosis capitulis ovato-globosis 1-2 supersummis foliis sessilibus caule erecto ramoso.*

C. melitensis L. sp. 1297 est var. *squamis anthodii tomentosis.* Boccon. sic. t. 35. C. apula Lam. enci. I. 674 Column. ecph. 1. t. 31. C. lyrata Pers. en. 2. 486. Calcitrapa conferta Moench. meth. 564. Triplocentron apulum Cass. dict. 55. 369. Radix annua vel biennis. Caulis aliquando humilis simpliciusculus plerumque tamen pedalis et ultra ramosus. Capitula parva. Cor. disci breviores. Pap. duplex exterior rigidus multiserialis inter. brevis regularis connivens. Achenium compressum areola laterali. — Cum nomina indita plantis ex loco natali, si hic multiplex sit inconcinna et absurda omnino sint aptius suppono et dico *Centauream controversam*, quae et C. *melitensem* L. comprehendat. — In agro nic. Fl. aest.

23. HYBRIDA. All. ped. I. 161. C. *Foliis cauleque ramoso lanatis inferioribus pinnatifidis superioribus lineari-lanceolatis mucronatis squamis anthodii ovatis striatis rigide fimbriatis spina patula terminalis radio discolore.*

Caulis subpedalis paniculato-ramosus. Radix biennis dura. Anthodii parvi solitarii. Discus ochroleucus, radius pallide violaceus. Semina perficere Allion: contra Candolleus semper abortiva se vidisse scribit. Hybrida ex C. solstitiali et C. paniculata. Fl. aest. Vulgaris quondam erat circa *Taurinum* extra moenia versus *Valentinum.* Verum hodie moenia eversa sunt et colliculi qui erant evanuerunt ibique multae domus exstructae. Unde stirps non amplius invenitur.

dd. *Foliis omnibus decursive pinnatis.*

24. COLLINA. C. *Caule erecto ramoso foliis inferioribus petiolatis bipinnatifidis lobis lanceolatis superioribus pinnatifidis lobis linearibus terminali oblongo summis subindivisis scabris foliolis obtusis mucronatis integerrimis spinis squamarum anthodii subrotundi solitarii acutarum rigide fimbriatarum subobsoletis.*

C. cicutaefolia Horn. h. hafn. 2. 849. Calcitrapa collina Lam. fr. 2. 33. Ic. Clus. hist. 2. 8. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 914. Reich. fil. l. c. t. 790. f. 2. Caulis usque tripedalis angulatus ramosus. Folia virentia. Anthodii grandiusculi. Fructus glaberrimi non raro tamen puberuli

pappo breviores. Fl. aest. In valle *Augustae Praetoriae*: in agro *nic.* inter *Villafranca* et *la Turbia*: inter *Eza* et *Finale* ecc. Radix perennis.

bb. *Squamis palmato-spinosis.*
c. *Floribus rubris.*
d. *Radice annua; foliis omnibus indivisis.*

25. SONCHIFOLIA. C. *Caule erecto ramoso foliis oblongis pubescentibus amplexicaulibus repando dentatis dentibus mucronato-spinosis subauriculatis decurrentibus spinis squamarum anthodii subrotundi glabrarum aequalibus reflexis.*

Calcitrapa Lam. fr. 2. 32. Seridia Cass. dict. 48. 498. Ic. Zan. ist. t. 41. 42. ed. Mont. t. 42. 43. Reich. fil. l. c. t. 799. f. 1. Pluk. t. 39. f. 1. et t. 94. f. 4. Herm. lugd. bat. t. 675. Caulis superne parce ramosus pedalis et ultra. Squamae virides. Spinae 5-7 luteae. Discus albidus, radius rubidus. Pappus brevissimus. Fl. aest. In col-libus aridis agri *nic.* Radicem perennem esse scribunt alii.

dd. *Radice perenni.*
e. *Foliis radicalibus lyratis superioribus oblongis.*

26. SERIDIS. C. *Caule erecto ramoso foliis incano-tomentosis radicalibus lyratis caulinis semidecurrentibus oblongis spinuloso-dentatis spinis squamarum anthodii subglobosi subaequalibus reflexis, pappo fl. exter. nullo.*

Calcitrapa cichoracea Lam. fr. 2. 32. Seridia megacephala. Cass. dict. 48. 498. Ic. Pluk. almag. t. 38. f. 1. Bah his. 3. 33 Caulis declinatus usque bipedalis, superne ramosus. Pedunculi axillares, solitarii breves diphylli uniflori. Capitula pauciflora discus albidus, radius ruber. Folia crassa subcarnosa ima usque pedalia sinuato-dentata. Fl. aest. in agro *nic.*

ee. *Foliis omnibus pinnatifido-dentatis.*

27. ASPERA. C. *Caule erecto ramoso ramis divaricatis foliis lineari-lanceolatis asperis pinnatifido-dentatis vel integris imis petiolatis caulinis amplexicaulibus basi subauriculatis spinis squamarum anthodii sessilis ovato-subcylindrici quinato-palmatis aequalibus abbreviatis patulis acheniis omnibus papposis.*

C. Isnardi. L. sp. 1295. Isnard. act. Paris. 1719. t. 9. C. parviflora Lam. fr. 2. 32. Calcitrapa aspera Cass. dict. 8. 252. Seridia microcephala Eiusd. l. c. 48. 499. Ic Boccon. mus. 2. t. 26. Barrel. t. 308. Engl. bot. t. 243. Reich. fil. l. c. t. 799. f. 2. Caulis pedalis et ultra primum prostratus sulcatus angulatus rubidus glabriusculus. Folia lyrato-pinnatifida lobis spinulosis superioribus utplurimum integris subdentatis 4-6 in orbem positis. Capitula terminalia solitaria sessilia. Flores carnei radii coronantes. Achenia albida nigro-striata. Pappus brevissimus pilis rubidis inaequalibus. Fl. aest. in agris et arvis et vinetis agri *nic. ligustici* et *derthonensis.*

cc. *Floribus flavis.*

28. SOLSTITIALIS. C. *Caule erecto ramoso foliisque lineari-lanceolatis integerrimis decurrentibus radicalibus lyratis petiolatis incano-tomentosis spina squamarum anthodii media valida longissima patula lateralibus brevissimis corol. radialibus abbreviatis pappo duplici exter. rigido multi seriali inter brevi regulari connivente.*

Calcitrapa Lam. fr. 2. 34. Ic. Column. ecphr. 1 t. 31? Moris s. 7. t. 34, f. 29. Petiv. h. br. t. 21. f. 12. Engl. bot. t. 243. Bah. hist. 3. 91. Dodon. pempt. 734. fig. sinis. Lob. ic. 2. 12. Reich. fil. l. c. t. 745. f. 1. Caulis pedalis et ultra alatus. Anthodii globulosi, solitarii terminalis squamae imae spinosae spinis brevibus aequalibus mediae spina media longissima supremae inermes scariosae. Receptaculum valde pilosum. Achenia ovata fusco-maculata, radiales nullo pappo coronata. Fl. aest. Vulgaris ad vias et arva arida lapidosa inculta. Herba subviscida amara.

bbb. *Spinis squamarum compositis.*
c. *Floribus rubris.*

29. CALCITRAPA. C. *Caule erecto ramosissimo diffuso foliisque inferioribus pinnatifidis superioribus lanceolatis denticulatis sessilibus scabris ramis divaricatis glabris capitalis sessilibus spinis squamarum validis patentibus basi compositis squamis supremis inermibus acheniis nudis.*

Calcitrapa stellata Lam. fr. 2. 34. C. Hypophaestum Gaertn. de fruct. 2. t. 163. f. 2. C. Pouzini Cand. hor. monsp. 91. est. var. *minor acheniis disci brevi papposis* quae vivit circa Genuam. Ic. Clus. hist. 2. 7. f. 3. Bah. hist. 3. 89. Col. phyt. t. 24. Petiv. h. br. t. 21. f. 4. Engl. bot. t. 125. Dodon. pempt. 733.

f. I. Cord. hist. 21. Zannichel ist. t. 152. Reich. fil. l. c. t. 798. f. 1. Dalech. lugd. 1474. f, 2. Lob. ic. 2. t. 11. f. 2. obs. 482. f. 2. Tabernamont. ic. 702. f. 1. Moris s. 7. t. 32. f. 21. Annua. Caulis sulcatus pedalis. Folia mollia, dentibus spinulosis, subfloribus aggregata. Flores solitarii aliquando albidi. Anthodium ovatum. Spinae albae vel luteae anthodio triplo longiores. Achenia obovata variegata nitida. Capitula lateralia sessilia. Flosculi radiales vix longiores disco Fl. aest. et aut. Vulgaris in ruderatis, incultis, lapidosis, etc. — C. adulterina Moret. apud Cand. prodr. 6. 596. videtur var. vel hybrida ex C. Calcitrapa et C. paniculata. Phrasim heic affero C. *Caule erecto divaricato--ramoso subaspero, foliis lineari-oblongis acutis superioribus sessilibus integris subasperis sub capitulo approximatis involucri ovalis squamis margine scarioso-ciliatis laceris subspinulosis in spinam rectam productis*. Circa *Vercellas*.

cc. *Floribus luteis.*

30. BENEDICTA. C. *Floccoso-lanata. Caule ramoso erecto foliis oblongis sinuatis dentato-spinosis inferioribus sinuato-pinnatifidis superioribus oblongo lanceolatis subdecurrentibus omnibus dentato-spinulosis involucro foliaceo capitulum superante floribus viscosis arachnoideis pappo akenio subaequali flavo, duplici setis albo ciliolatis subplumosis rigidis interiore breviore.*

Cnicus benedictus L. sp. ed. 1. 826. Reich. fil. l. c. t. 748. Calcitrapa lanuginosa Lam. fr. 2. 35. Ic. Matth. com. 546. f. 2. Durant. herb. 93. fig. Mala Dalech. lugd. 1450. f. 2. Dodon. pempt. 737. f. I. Camer. epit. 562. Fuchs. hist. 122. Trag. hist. 862. Lob. ic. 2. t. 13. f. 2. observat. 484. f. 1. Tabern. ic. 689. f. 2. Bah. hist. 2. 75 bis. f. 2. Moris. s. 7. t. 34. f. 1. Blackw. t. 476. Gaertn. de fruct. t. 162. Sibt. fl. gr. t. 956. Caulis rubidus superne ramosus totus foliosus usque sesquipedalis folia cartilagineo membranacea reticulato-venosa arachnoideo-pilosa. Capitula maiuscula. Cor. flavae vix exsertae. Achenium apice marginatum margine crenato corneo. Pappus deciduus duplici serie singula setis 10 inter. breviore; setis inter se alternantibus. Herba biennis amara. Quae de Centaurea Centaurio in Dioscoride (L. 3. cap. 6. tom. 1. 347) leguntur ad C. benedictam applicanda omnino sunt. nam et virtus C. Centaurii omnino a tot tantisque laudibus aliena et locis quibus dicitur nasci, omnino deficit et eius loco Cent. benedicta copiosa invenitur. Unde conjicio aliquam translationem, vel gravem verborum perturbationem in textu magni viri subesse. Roborat viscera sanguini conficiendo dicata, flatus pellit et vermes, revocat cathamenia, urinas ciet et sudorem pro varia ratione virium inaequaliter dispensatarum, sanat febres intermittentes et obstructiones et auriginem, et quae inde pendent exanthemata et ulcera. Optime jungitur cum guaiaco et salsaparilla pro decoctis in siphylide maxime a multo mercurio non subacto, optima in febribus malignis ipsaque peste. Magnum remedium in pleuritide et peripneumonia, praesertim si vis morbi deferbuit, et exscreatio ob infirmitatem virium difficilis est. (Lange. misc. ver. 76). Urinae difficultati medetur et calculos comminuit. ulcera maligna et mali moris etiam cancriformia implet et conglutinat. Quæ omnino conveniunt C. benedictae neutiquam C. Centaurio. Haec virtute sua Cent. amaram et Jaceam aemulatur quae sine omni virtute non sunt. Ad C. benedictam accedunt C. solstitialis et Calcitrapa. Vulgaris in vineis circa *Albam Pompejam.*

aaa. *Involucris spinosis anthodio inermi.*

31. LANATA. Cand. fr. 4. 102. C. *Caule erecto simpliciusculo basi piloso apice arachnoideo-lanuginoso foliis amplexicaulibus lanceolatis pinnatifido-dentatis rigidis glabriusculis involucris pinnatifido-dentatis rigidis glabriusculis involucris pinnatifiidis spinosis.*

Carthamus lanatus L. sp. 1163. Blackw. t. 468. Bot. mag. t. 2142. Kentrophyllum lanatum Cand. et Duby bot. gall. 1. 293. K. luteum. Cass. dict. 24. 381. Atractylis lanata Scop. carn. 4. 1016. A. pilosa Moench. A. fuscagrestis Gaertn. de fruct. 2. 381. t. 161. Heracantha lanata Link port. 2. 205. Hohenwarta gymnogyna West in flora 1821. Ic. Matth. 946. f. 1. Dalech. lugd. 1468. Dodon. pempt. 738. Camer. epit. 561. Lob. ic. 2. t. 13. f. 1. Columm. ecphr. 1. t. 23. Annua. Caulis usque bipedalis rigidus. Involucra anthodio longiora. Flores lutei, flosculi radii steriles. Achenia tetragona. Pili pappi inaequales rigidi. Fl. aest. et aut. In alveis sabulosis fluminum et locis incultis sterilibus aridis, arvis, ad vias,

etc. Herba amara vires C. benedictae aemulare videtur.

## 284 GALACTITES.

TOMENTOSA. Moench. meth. 558. G. *Herba annua pedalis et ultra ramosa ramis sericeis foliis runcinato-pinnatifidis spinosis decurrentibus supra glabris viridibus vel albo-maculatis subtus lanatis floribus pedunculatis purpureis vel albis anthodiis ovatis squamis imbricatis setaceo-spinosis acheniis glabris.*

Centaurea galactites L. sp. 1300. Sibt. fl. gr. t. 919. Calcitrapa Lam fr. 2. 30 Cent. elegans All. ped. 1. 163. t. 49. f. 1. est var. *foliis subintegris oppositis.* Cnicus galactites Loisl. fl. fr. ed. 1. 588. Ic. Bah. hist. 2. 54. Pluk. en. phyt. t. 374. f. 1. Cavanil. ic. et descr. t. 231. Cand. disser. cyn. 2. 39. t. 5. Reich. fil. l. c. t. 819. f. 1. et 2. Matth. com. 1428. f. 1. Herba facie Cirsii. Pappi setae plumosae in annulum a fructu separabilem concretae. Cap. parva. Fl. aest. In agro *nic.* et *unel.*

## 285. EUPATORIUM.

CANNABINUM. C. *Herba perennis caulibus caespitosis orgyalibus erectis ramosis foliosis sulcatis scabris foliis petiolatis 3-5 partitis scabris subtus pallidioribus laciniis lanceolatis serratis panicula corymbosa multiflora pubescente anthodiis pauci-seriatis 5-6 floris floribus carneis acheniis angulatis.*

Ic. Matth. 653. f. 2. Dalech. lugd. 1063. Fuchs hist. 265. Lob. ic. t. 528. f. 2. Blachkw t. 110. Savi mat. med. t. 37. Engl. bot. t. 428. Fl. dan t. 745. Fl. medic. t. 157. Albert. fl. med. t. 241. Dur. herb. 177. Zannich. ist. t. 7. et 173. Dodon. pempt. 28. Sab, h. r. 7. t. 86. Caules rubidi. Fl. aest. Vulgare in fossis et sepibus humentibus praesertim oryzarum. Herba amara optima in febribus intermittentibus curandis et obstructionibus viscerum et hydrope. Vomitum atque alvum movet. Cataplasma ex foliis decoctis anasarcam atque hydrocelem sustulit. Belgae ex testimonio Boherhavii adhibent in scorbuto, crurum tumore hydropico, atque ulceribus mali moris. Apud nos decoctum ex foliis ejus vulgare remedium in febribus intermittentibus est.

## 286. CACALIA.

DECIPIENS. Zum. C. *Herba perennis pedalis et ultra caule tereti simpliciusculo foliis glabris vel tomentosis membranaceis inferioribus petiolatis cordatis dentato-angulatis petiolis basi nudis vel auriculatis caulinis remotis oblongo-lanceolatis sessilibus amplexicaulibus floribus corymbosis rubris corymbis nudis fastigiatis vel subrotundis anthodiis coloratis paucisquamatis squamis dorso nudis vel tomentosis 5-15 floris.*

C. alpina b. L. sp. 1170. C. glabra Vill. delph 3. 170. C. alliariaefolia Lam. enc. 1. 532. C. alpina Jacq. a. t. 234. Tussilago Cacalia Scop. carn. 2. 156. Senecio glaber Clairv. man. val. 240. Adenostyles viridis Cass. dict. 1. sup. 59. A. alpina Bluff. et Sing. comp. fl. germ. 2. 329. A. glabra Cand. prodr. 5. 203. Haec var. habet *corymbos fastigiatos anthodia 3-6 flora, folia utrinque glabra, petiolos basi nudos.* — Cacalia alpina a. L. sp. 1170. C. albifrons L. fil. supl. 353. C. petassites Lam. enc. 1. 531. C. hirsuta Vill. delph. 3. 152. C. tomentosa Jacq. a. t. 235. Adenostyles albida Cass. l. c. A. albifrons Reich. excurs. 2. 278. A. petassites Blum etc. l. c. 2. 329. Senecio hirsutus. Clairv. l. c. 241. Ic. Clus. hist. 115. f. 1. Haec var. habet *folia subtus incana corymbos fastigiatos petiolos nudos vel auriculatos squamas anthodii laeves.* — C. leucophylla W. sp. 3. 1736. C. tomentosa Vill. l. c. Adenostyles candidissima Cass. l. c. A. leucophylla Reich. l. c. Senecio tomentosus Clairv. l. c. Haec var. habet *folia utrinque incano-tomentosa corymbos rotundos coarctatos, anthodia 15-20 flora, squamas dorso lanatas petiolos basi nudos vel subauricutatos.* — Fl. aest. Habitat loca saxosa, scopulosa, montium et summarum alpium ad nives deliquescentes, et quo magis ascendit eo hirsutior est.

## 287. STHAELINA.

DUBIA. St. *Suffrutex ramosissimus erectus pedalis et ultra ramis erectis foliis linearibus obsolete denticulatis supra glabris obscure viridibus subtus cano-tomentosis capitulis subsolitariis squamis anthodii nudi subcylindrici rubro-marginatis superioribus elongatis acuminatis pappi setis laevibus achenis glabris tetragonis flosculis omnibus fertilibus rubris.*

Serratula Brot. lus. 1. 350. S. conica Lam. ill. t. 666. f. 4. S. rosmarinifolia Cass. dict. 50. 439. Ic. Lob. ic. 486. f. 1. 2. Advers. 203. 204. f. 1. Barrel. ic. 406. Gerard. prov. t. 6. Fl. aest. In agr. *nic.* et *ligust.* et *derthonensi:* supra *Piossasco,* etc.

## 288. CHRYSOCOMA.

Linosyris. Chr. *Herba perennis pedalis et ultra caule erecto simpliciusculo superne ramoso scabro foliis sparsis linearibus elongatis acutis subintegerrimis glabris rigidis duris nitidis anthodio multifloro laxiusculo squamis appendiculatis apice patulis squarrosis floribus corymbosis luteis hirsutis pappo biseriali luteo setis scabris.*

Erigeron Clairv. man. herb. val. 243. Crinitaria Less. syn. 195. Aster Bernh. apud Steud. nom. 198. Linosyris vulgaris Cass. L. foliosa ejusd. Ic. Lob. ic. 409. f. 1. All. ped. t. 11. f. 2. Schk. hand. t. 238. Clus. hist. 1. 325. ejusd. pan. 311. Column ecphr. 1 t. 82. Hil. III. t. 94. Lam. ill. t. 698. f. 1. Zannich. ist. t. 71. Trag. hist. 358. Engl. bot. t. 2505. Sibt. fl. gr. t. 849. Planta si digitis fricetur aromatica. Fl. aest. In montibus agri *segus.*: in montibus *di Cesana*: in monte *di Caselette*: supra coenobium *della Novalesa*: in *Sabaudia* prope *S. Jean*. Ego legi in summis alpibus *di Graglia* retro *il Mombarone*.

## 289. BIDENS.

Herbae annuae.

a. *Foliis indivisis: radio flavo.*

1. cernua. B. *Foliis lanceolatis subconnatis remote serratis glabris floribus subradiatis cernuis involucro anthodium superante acheniis obovatis compressis 4 aristatis margine retrorsum ciliatis.*

Var. *Capitulis radiatis* est Coreopsis Bidens L. sp. 1281. St. h. 1. Barrel. 1209. Schk. hand. t. 284. aliquando in iisdem individuis flores dioscoidei mixti sunt. Fl. dan. t. 841. — Var. *dioscoidea* Engl. bot. t. 1114. var. *capitulis dioscoideis erectis caule humillimo* est B. minima L. sp. 1165. Fl. dan. t. 312. Caulis pedalis et ultra. Ic. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 414. Barrel. ic. 1209. Tabern. ic. 117. Lob. ic. 529. adv. 227. Loes. prus. t. 11. Dill. in Raj. syn. t. 7. f. 2. Fl. aest. Locis inundatis.

aa. *Foliis omnibus tripartitis: radio flavo.*

2. tripartita. B. *Foliis tripartitis lanceolatis dentatis floribus discoideis involucro anthodium superante acheniis obovato-oblongis planis 2aristatis margine retrorsum ciliatis.*

Var. *foliis vix partitis vel quinque partitis et capitulis subradiantibus* ut plerumqne apud nos. Ic. Blackw. t. 519. Knor. del. 2. t. B. 1. f. 2. Hill. III. t. 89. Blankenhorn. act. palat. f. 1. sub Nebelia. Engl. bot. t. 1113. Petiv. h. br. t. 20. f. 7. Curt. lond. 4. t. 57. ed. Grav. 1. t. 113. Loes. pr. t. 10. Dodon. pempt.. 595. Caulis cubitalis et ultra. Fl. aest. Ubique ad fossas, etc. Glabra.

aaa. *Foliis indivisis superioribus ternatis: radio flavo.*

3. bullata. B *Foliis petiolatis ovatis bullatis hirsutiusculis angulato-dentatis inferioribus simplicibus superioribus ternatis caule hirto floribus discoideis involucro foliaceo elongato acheniis ovatis compressis biaristatis basi sursum apice retrorsum ciliatis:*

Folia aliquando (raro) omnia indivisa Ic. Arduin spec. 2. 37. f. 18. Fl. aest. Locis paludosis, secus *Padum* in agro *taur.*: in agro *canapic.* et *vercell.*: secus *Stafora* in agro *derthonensi*: in agro *nic.*

aaaa. *Foliis inferioribus pinnatis superioribus ternatis: radio albo.*

4. leucantha. W. sp. 3. 1282. B. *Caule glabro subtetragono erecto foliis ovatis serratis glabriusculis inferioribus pinnatis superioribus ternatis floribus radiatis involucro anthodium aequante acheniis lineari-subtetragonis 2-4 aristatis.*

Coreopsis L. sp. 1282. Huc etiam C. coronata L. sp. 1281. Ic. Plum. ic. 53. f. 2. Fl. aest. In fossis oryzarum: circa *Fontanetto* et *Carpenetto.*

## 290. BALSAMITA.

Herbae floribus discoideis luteis.

a. *Radice annua.*

b. *Glabra: foliis indivisis ramis unifloris.*

1. virgata. Desfont. act. soc. hist. nat. par. 1. 2. B. *Caule basi ramoso ramis apice subaphyllis foliis lanceolatis serratis summis linearibus glabris ramis unifloris.*

Chrysanthemum discoideum All. ped. 1. 190. t. 11. f. 1. Chr. flosculosum b. Reich. syst. veg. 3. 832. Chr. leucanthemum z. Cand. fr. 4. 178. Matricaria virgata Desf. in Lam. enc 3. 737. Chrysocoma denticulata Jacq. hor. Sch. 3. t. 363. Cotula grandis Jacq. obser. 4. 4. t. 81. Plagius Allionii L'Herit. ap. Cand.

pr. 6. 135. Pl. virgatus Cand. l. c. Caulis pedalis et ultra. Capitula magna. Faciem habet Chr. Leucanthemi radio abortivo. Fl. aest. Locis aridis et incultis agri *nic.*

bb. *Pubescens: foliis pinnatifidis: corymbis compositis.*

2. ANNUA. Cand. syn. fl. gall. 288. B. *Caule erecto foliis villoso-pubescentibus radicalibus bi-caulinis pinnatifidis laciniis linearibus acutis corymbis fastigiatis compositis ramo centrali lateralibus multo breviore acheniis compressis subangulatis.*

Tanacetum annuum L. sp. 1183. excl. syn. Mill. t. 227. f. 1. Ic. Pluk. almag. t. 160. f. 1. Clus. hist. 1. 326. f. 1. Anthodia obovata. Caulis pedalis et ultra. Fl. aest. In arvis agri *nic.* secus flumen *Varum*. Odor aromaticus.

aa. *Radice perenni: caulibus basi suffruticosis.*

3. VULGARIS. W. sp. 3. 1802. B. *Caulibus caespitosis erectis virgatis superne ramosis basi suffructicosis foliis elliptico-oblongis incanis serratis inferioribus petiolatis superioribus sessilibus basi auriculatis floribus corymbosis corymbis longe pedicellatis fastigiatis.*

B. suaveolens Pers. ench. 2. 408. B. major Desf. act. par. cit. 1. 3. Tanacetum Balsamita L. sp. 1184. Plenck. ic. t. 612. Alber. fl. med. t. 77. Pyretrum Tanacetum Cand. prodr. 6. 63. Schk. hand. t. 240. Ic. Blackw. t. 98. Dodon. 299. Dalech. lugd. 678. Matth. com. 484. f. 2. Durant. herb. 286. Fl. æst. Culta ubique in hortis ad usum culinarium. Herba suaveolens digitis praesertim contrita odore gratissimo fragrante.

## 291. SANTOLINA.

CHAMAECYPARYSSUS. f. *Frutex cubitalis et ultra ramosus ramis floridis apice aphyllis monocephalis foliisque quadrifarium dentatis dentibus obtusis incanis anthodiis pubescentibus nudis magnis floribus flavis.*

Huc. S. incana Lam. fr. 2. 43. Ill. t. 671. f. 3. Blackw. t. 346. Moris s. 6. t. 3. f. 12. S. tomentosa Pers. ench. 2. 406. S. squamosa W. sp. 3. 1798. Moris s. 6. t. 3. f. 17. Ic. Ludw. ect. t. 198. Clus. hist. 1. 342. Matth. com. 473. f. 2. Dalech. lugd. 937. f. 1. Savi mat. med. t. 51. Paleae receptaculi apice lanatae. Fl. æst. In valle *Macrae*: et prope *Derthonam*: in agro *segus.* ad rupes circa *la Brunetta* etc. Planta amara, aromatica fragrans. Sudores ciet et refocillat vires. Sistit fluorem album, flatus pellit, vermes interficit. Feminas hystericas et viros hypochondriacos solatur.

## 292. OTANTHUS.

MARITIMUS. Link. port. 2. 365. O. *Herba perennis niveo-tomentosa caulibus caespitosis pedalibus teretibus fragilibus ramosis ramis erectis monocephalis foliis numerosis alternis patentibus oblongis obtusis planis crenulatis enerviis floribus terminalibus corymbosis flosculosis aureis.*

Filago maritima L. sp. ed. 1. 927. Athanasia ejusd. sp. ed. 2. 1182. Santolina Smith. brit. 2. 860. Engl. bot. t. 141. Sibt. fl. gr. t. 850. S. tomentosa Lam. fr. 2. 41. Gnaphalium legitimum Gaertn. de fruct. 2. 31. t. 165. Clus. hist. 3. 329. Diotis candidissima Desf. atl. 2. 261. D. maritima. Hook in Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 87. Ic. Camer. epit. 605. Lob. ic. 480. Bah. hist. 3. 1. 157. Ger. em. 640. Mill. ic. t. 135. Moris s. 6. t. 4. f. 47. Alp. exot. 146. Matth. comm. 572. f. 2. Capitula parva subglobosa. Anthodii squamæ pluriseriales oblongæ flosculi tubo compresso utrinque alato alis descendentibus super latera achenii, limbo quinquefido. Styli recurvi. Achenia 4-5gona basi angustiora, lateribus inter nervos glandulosis. Receptaculum convexum. Paleæ oblongæ obtusæ dorso carinatæ concavæ apice barbatæ deciduæ. Herba candidissima. Folia semiamplexicaulia. Fl. æst. In litore maris prope *Loano*: in *Ligur. occidua* prope *Albingannum*, a *Taggia* etc.

## 293. TUSSILAGO.

Herbæ perennes.

a. *Scapo unifloro*

b. *Floribus subdiscoideis purpureis: femineis radialibus filiformibus.*

1. ALPINA. T. *Scapo sublanato tribracteato foliis reniformibus dentatis utrinque glabris nervis subtus pilosis anthodio biseriali, squamis extern. brevioribus linearibus.*

Petassites alpinus Scop. carn. ed. 1. 396. n. 1. Homogyne Cass. dict. 21. 412. Ic. Lam. ill. t. 674. f. 7. Schk. hand. t. 242. Jacq. a. t. 246. Dalech. lugd. 1052. f. 2. et 3. Chabr. sciagr. 513. f. 2. Curt. bot. mag. t. 84. Clus.

hist. 1. 113. 112. et Pan. 498. Radix repens nigricans. Scapus semipedalis. Fl. æst. Locis umbrosis et scopulosis humentibus summarum alpium.

bb. *Floribus radiantibus flavis: femineis radialibus linearibus.*

2. FARFARA. T. *Scapo bracteoso flore radiato foliis hysteranthiis cordatis angulatis dentatis subtus pubescentibus.*

T. vulgaris Lam. fr. 2. 71. Ic: Engl. bot. t. 429. Fl. dan. t. 595. Svens. bot. t. 2. Plenck. ic. offic. t. 620. Albert. fl med. t. 245. Fuchs. hist. 140. Trag. 418. Dodon. pempt. 796. f. 1. 2. Lob. ic. 589. f. 1. 2. Observ. 320. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 563. f. 3. Moris. s. 7. t. 12. f. 1. Gaertn. de fruct. t. 170 Zann. hist. t. 266. Brunsf. herb. 1. 41. Valer. Cord. de pl. 93. Sab. hor. rom. 8. t. 22. Curt. lond. 2. t. 60. ed. Grav. 3. t. 122. Drev. bild. t. 49. Woodv. med. bot. t. 13. Fl. med. t. 342. Savi mat. med. t. 19. Blackw. t. 304. Sturm. deut. fl. h. 2. Hill. 2. t. 19. Bull. herb. t. 329. Zorn. pl. med. t. 62. Knor. del. t. 10. Ludw. ect. t. 50. Camer. epit. 590. 591. Matth. comm. 564. f. 1. Dalech. lugd. 1051. Chabr. sciagr. 513. f. 1. Scapi tomentosi usque pedales. Radix late repens. Folia supra pallida. Aliquando sinanthia sunt. Anth. uniseriale squamis æqualibus oblongo-linearibus obtusis. Flores radii feminei fertiles stigmate bifido pluriseriales elongati. Fl. disci tubulosi quinquefidi hermaphroditi steriles. Antheræ ecaudatæ. Achenia teretia glabra striata. Pappus demum elongatus sessilis simplex multisetus, candidus, mollis. Fl. febr. mart. Vulgaris locis humidis præsertim submontanis arenosis soli expositis.

aa. *Scapo thyrsifero: floribus subdioicis.*
b. *Thyrsi ramis fastigiatis.*
c. *Floribus roseis fragrantibus.*

3. FRAGRANS. Vill. act. soc. his. nat. 1. 72. t. 12. T. *Thyrsi ramis fastigiatis floribus subradiatis foliis coaetanis subrotundo cordatis aequaliter cartilagineo-denticulatis subtus petiolis scapoque hirsutis.*

Petassites fragrans. Presl. sic. 1. 28. T. suaveolens Desf. cat. Cacalia allariæfolia Poir. it. num. 2. 236. Nardosmia denticulata Cass. dict. 34. 187. N. fragrans Reich. excurs 2. 289. Radix longe repens. Scapus usque pedalis. Flores radiales feminei fertiles stigmatibus duobus fuscis, disci hermaphr. steriles tubulosi 5-fidi. Achenia subangulata glabra. Pappus sessilis, candidus, multisetus. Planta tamen quæ ubique apud nos colitur flores radii steriles habet, nam semina numquam perficere vidi. Fl. ipsa hyeme, qua scapi nudi prodeunt, vere folia. Unde hæc hysteranthia sunt. Ubique culta ob odoris suavitatem qui Vanillam et Heliotropium peruvianum æmulatur. Planta subfeminea ignota est. Ideo semina numquam perfecisse vidi. Herba jam Dalechampio nota erat, qui in his. lugd. 1054. descripsit et pinxit.

cc. *Floribus albis.*

4. ALBA. T. *Thyrsi ramis fastigiatis floribus discoideis foliis hysteranthiis cordato-orbiculatis sinuatis argute dentatis subtus albido-tomentosis nervis venisque discoloribus; thirso abbreviato flosculis femineis filiformibus hermaphrod. stigmate bipartito elongato.*

Petassites albus Gaertn. fruct. 2. 406. t. 166. Tuss. ramosa. Sturm. deut. fl. heft. 21. fœm. Ic. Fl. dan. t. 524. Camer. epit. 593. Cap. hermaphr. Sturm. deut. fl. heft. 21. hermaphrod. Fl. martio. Vulgaris ubique in montanis et submontanis declivibus arenosis humentibus umbrosis. Scapus pedalis et ultra post nuptias valde elongatus. Radix repens. Capitula maximam partem flores femineos habent paucis hermaphroditis admixtis: altera flores omnes hermaphroditos steriles.

bb. *Thyrso oblongo.*
c. *Foliis profunde cordatis suborbiculatis.*

5. PETASSITES. T. *Thyrso oblongo floribus discoideis foliis hysteranthiis cordato oblongis inaequaliter denticulatis subtus cinereo-tomentosis lobis baseos approximatis.*

Submasculus habet *pedicellos simplices et capitula maiora.* Ic. Matthiol. comm. 564. f. 2. Dalech. lugd. 1053. Chabr. sciagr. 513. f. 3 Lam. ill. t. 674. f. 1. 2. Bull. herb. t. 391. Fl. dan. t. 842. Dodon. pempt. 597. Knor. del. 2. t. S. Cam. ep. 592. Blackw. t. 222. Engl. bot. t. 431. pl. hermaphr. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 123. hermaphr. idem. ed. Grav. 4. t. 92 pl. femina. Svens. bot. t. 224. Plenk. ic. off. t. 630. Savi mat. med. t. 17. Fuchs. hist. 545. Trag. hist. 415. Clus. hist. 2. 116. f. 1. 2. Lob. ic. 591. f. 1. 2. observ. 321. f. 2. 3. Bah. hist. 3. 566. f. 2. Moris s. 7. t. 12. f. 1. -- Subfemineus habet *pedicellos plerosque ramosos accapitula.*

*parva* et est. T. hybrida. L. sp. 1214. Engl. bot. t. 430. Schk. hand. t. 242. Dill. elth. t. 230. f. 297. Petassites officinalis Moench. P. vulgaris Desf. atl. 2. 270. Tuss. sebetia Ten. neap. 5. 231. fem. Scapus defloratus usque bipedalis. Folia magna. Radix repens. Fl. aliquando purpurescentes. Fl. martio. Ubique in umbrosis montanis humidis arenosis. Et ego experientia cognovi utilissimam esse in morbo schrophuloso. Sed longo usu opus est. — Vermibus esse inimicam, asthmaticis succurrere, podagræ dolorem in cataplasmate lenire, sudorem ciere, bubones solvere, vel maturare, ulcera sordida purgare, etiam in epilepsia profuisse multi et summi viri observatores memoriæ prodiderunt. — T. Farfara simili poene virtute pollet. Recentiores medici repetitis experimentis in morbis scrophulosis praesertim pectoris post longum præsertim usum probarunt. In catharro chronico, et phtisi præcipue tuberculosa.

cc. *Foliis late cordatis subtriangularibus.*

6. NIVEA. Vill. act. soc. hist. nat. par. 1. 73. T. *Thyrso oblongo floribus discoideis, foliis hysteranthiis hastato-cordatis oblongis inaequaliter dentatis subtus niveo-tomentosis.*

T. frigida Vill. deph. 3. 175. femina. — T. paradoxa Retz. obs. 2. 24. t. 3. Sturm. deut. fl. hef. 21. Ic. Moris s. 7. t. 10. f. 4. Fl. vere et æst. In summis alpium jugis, locis humentibus: in valle *Augustae Praetoriae*: in alpibus *Comballes*: in monte *Cenisio* etc. Petassites niveus Baugm. fl. trans. 3. 94. Folia etiam synanthia sunt. Lobi baseos foliorum divergentes integri vel subbilobi. Flores feminei filiformes. Stigmata florum hermaphroditorum elongata lineari-lanceolata acuminata.

## 294. GNAPHALIUM.

a. *Fruticosa. Floribus flavis: receptaculo nudo: pappo scabro:* HELICHRYSUM.

1. STOECHAS. Gn. *Foliis sparsis linearibus revolutis utrinque lanato-tomentosis corymbo composito squamis anthodii subglobosi ovatique ovatis laxiusculis.*

Var. *procevior anthodiis subcylindricis squamis appressis corymbi ramis elongatis* est G. angustifolium Lam. enc. 2. 746. Gn. italicum Roth. cat. 115. Ic. Barrel. t. 1125. Bah. hist. 3. 155. Helichrysum Cand. fr. sup. 467. Gn. citrinum Lam. fr. 2. 62. Helichrysum Stoechas Cand. fr. 4. 132. Ic. Barrel. t. 278. 409. 410. Moris s. 7. t. 11. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 857. Zannichel. ist. t. 279. Matth. comm. 669. f. I. Caules caespitosi diffusi plerumque humiles raro pedales. Flores aurei vel citrini. Fl. æst. In arvis et collibus apricis aridis agri *nic.* et *ligust. montisfer. derthonensis*, etc. Bertol. fl. it. 9. 133. sq. Gn. angustifolium Lam. pro specie peculiari habet et describit sub nomine Gn. litorei (Helychrysum Guss. syn. 2. 468.) — Gn. citrinum Lam. etiam pro specie peculiari habet et trahit ad illud. Barrel. ic. 410.

aa. *Herbacea.*

b. *Floribus radii femineis pluriserialibus tenuissimis: receptaculo nudo: pappo uniseriali: setis disci et radii filiformibus vix scabridis: acheniis teretiusculis subpappillosis.* GNAPHALIUM.

c. *Capitulis corymboso-congestis: floribus flavis: radice annua.*

d. *Foliis infimis obovatis spathulatisque.*

2. LUTEO-ALBUM. Gn. *Foliis semiamplexicaulibus lanatis inferioribus spathulatis obtusis subrepandis superioribus lanceolatis floribus terminalibus glomerato-cymosis ramis inferioribus ascendentibus.*

Gn. pompeianum. Tenor. neap. 5. 221. t. 194. f. 1. Gn. sordidum ab Ucr. hor. panor. 253. Hel. luteo-album. Reich. excurs. 224. Ic. Pluk. phyt. t. 31. f. 16. Petiv. h. br. t 18. f. 5. Engl. bot. t. 1002. Clus. hist. 1. 329. Moris s. 7. t. 11. f. 20. Bah. hist. 3. 160. Sturm. h. 38. Barrel. ic. 267. Caulis apud nos aliquando usque bipedalis inferne ramosissimus ramis adscendentibus. Flores basi dense lanati. Squamae anthodii scariosæ albæ non citrinæ. Folia omnia repanda. Flores hermaphroditi pauci centrales infundibuliformes quinquefidi flavescentes, feminei numerosissimi gracillimi subulati stigmate exserto bifidó sanguineo. Receptaculum papilloso-tuberculatum glabrum. Semina omnia fertilia parva. Pappi radii elongato-tenuissimi vix sub forti vitro scabridi. Fl. æst. Vulgatissimum apud nos etiam locis aridis neutiquam inundatis, terris rubricosis, quibus stupendam altitudinem aquirit.

dd. *Foliis omnibus lineari-lanceolatis.*

3. ULIGINOSUM. Gn. *Foliis lineari-*

*lanceolatis obtusiusculis sessilibus utrinque cauleque diffuso lanatis floribus axillaribus terminalibusque glomeratis squamis anthodii acutiusculis achenus laevissimis.*

Ic. Petiv. h. br. t. 18. f. 7. Engl. bot. t. 1194. Fl. dan. t. 859. Lob. ic. 481. Dodon. pempt. 66. Moris s. 7. t. 11. f. 14. Ger. em. 639. Caules aliquando simpliciusculi sunt usque dodrantales etiam pedales. Corymbi densi. Squamæ calycinæ lanceolatæ acutæ fuscæ apice argenteæ. Flosculi hermaphroditi pauci: feminei plurimi filiformes omnes fertiles aurei. Pappus scaber. Receptaculum scrobiculatum. Anthodium subglobosum. - Var. aliquando *acheniis muriculatis* quæ var. est Gn. pilulare Wahlemb. fl. lap. 205 t. 13. Fl. æst. Vulgare secus fossas etiam locis aridis.

cc. *Capitulis in spicam racemosam dispositis: radice perenni, floribus citrinis.*

4. SYLVATICUM. Gn. *Foliis sublanatis inferioribus lanceolatis superioribus linearibus caule simplicissimo folioso erecto floribus sessilibus axillaribus subspicatis squamis anthodii conici dorso viridibus margine apiceque alboscariosis vel fuscis.*

Huc procul dubio Gn. rectum Smith brit. 2. 870. Scop. carn. t. 56. Fl. dan. t. 1229. — *Squamis fuscis* Gn. fuscatum Pers. ench. 2. 421. Gn. fuscum Lam. enc. 2. 257. Fl. dan. t. 254. Gn. norvegicum Gunn. norv. 405. Jacq. coll. 2. 21. Gn. Hoppeanum Koch. syn. 399. Gn. medium. Vill. pros. 31. Gn. strictum Moench. meth. 576. Ic. Petiv. h. br. t. 18. f. 6. Engl. bot. t. 124. Lob. ic. 482. Schk. hand. t. 243. Engl. bot. t. 913. Bab. hist. 3. 460. Matth. comm. 747. f. 1. Dalech. lugd. 1344. f. 1. Ger. em. 639. Radix fibris nigris. Caulis usque bipedalis. Folia superne glabriuscula virentia inferiora utrinque glabra longissima lanceolato-spathulata. Anthodii 3-4glomerati axillares. Fl. æst. In sylvis caeduis, etc ubique.

bb. *Floribus femineis radialibus uniseriatis, acheniis obovatis compressis.* OMALOTHECA.

5. SUPINUM. L. syst. nat. 3, 284. Gn. *Foliis linearibus acutis lanatis caulibus dense caespitosis simplicissimis subfiliformibus paucifloris floribus terminalibus lateralibusque aggregatis oblongis squamis anthodii margine fuscis oblongis acuminatis acheniis puberulis radice repente.*

Omalotheca supina Cass. dict. 50. 218. Gn. alpinum Lightf. scot. 470. t. 20. f. 2. Fl. dan. t. 332. Gn. fuscum Scop. carn. 2. 152. t. 57. Gn. rectum Mejer. enum pl. cauc. n. 641. Gn. filiforme Lilieb. svec. ex Wahlemb. lap. n. 381. Ic. Engl. bot. t. 1193. Ic. Barrel. 128 n. 7. hujus. loci non est. — Var. *subacaulis* Wahlemb. lap. 402 est. Gn. pusillum Haenk. sud 93. Gn. acaule Sieb. ex Fisch. et Mejer. Filago acaulis Kroch. sil. 2. 498. t. 41. Boccon. sicul. t. 20. f. 1. Herba vix digitalis foliis radicalibus aggregatis caulinis paucis lineari-lanceolatis In var. subacauli caulis brevior foliis est. Pappi pili capillares denticulati. Fl. æst. Peren. In pascuis humidis summarum alpium septentrioni præsertim expositis. In monte *Cenisio* etc. aliisque locis.

bbb. *Capitulis corymbosis dioicis: receptaculo convexo alveolato: anthodii squamis imbricatis apice coloratis aut subscariosis: corollis tubulosis femineis filiformibus quinquedentatis, antheris semiexsertis basi bisetis: acheniis teretiusculis pappo uniseriali: florum femineorum setis filiformibus, masculorum clavatis.* ANTENNARIA.

c. *Involucri squamis coloratis: sarmentis prostratis.*

6. DIOICUM. Gn. *Stolonibus reptantibus foliis radicalibus spathulatis uninerviis lanatis caulinis lineari-lanceolatis caule simplicissimo corymbo coarctato squamis anthodii obtusis floribus dioicis.*

Antennaria dioica Gaertn. de fruct. 2. 410. t. 167. f. 3. Ic. Fuchs. hist. 606. Trag. hist. 332. Dalech. lugd. 1098. Clus. hist. 1. 330. f. 1. Dodon. pempt. 68. fig. inter. Lob. ic. t. 483. f. 2. Garid. aix. t. 31. Petiv. h. br. t. 18. f. 4. Heyn. term. bot. t. 62. Ludw. ect. t. 163. Lightf. scot. t. 20. Bull. herb. t. 325. Fl. dan. t. 1228. Engl. bot. t. 267. Sturm. h. 38. Svens. bot. t. 448. Herba usque dodrantalis plerumque tamen humilior. Femina squamas anthodii habet roseas, mas. albas scariosas. Stolones radiciferi. Stirps speciosa. Fl. æst. In pascuis aridis graminosis alpinis montanis et collinis.

cc. *Involucri squamis fusco-reticulatis sarmentis nullis aut paucis erectis.*

7. ALPINUM. Gn. *Foliis radicalibus*

*spathulatis enerviis caulinis lineari-lanceolatis mucronatis caule simplicissimo cyma coarctata dioica 3-5fida squamis anthodii acuminatis erosis planis.*

Antennaria alpina Gaertn. de fruct. A. carpathica Bluff. et Fing. comp. fl. germ. ed. 2. 3. 351. Gn. carpathicum Wahlemb. fl. carp. 285. f. 3. Ic. Fl. dan. t. 332. Reich. ic. t. 750. Sturm. deut. fl. heft. 38. Herba humilior præced. ceterum facies ejus præter charactheres in phrasi adductos. Fl. æst. In pascuis graminosis humidiusculis summarum alpium.

bbbb. *Floribus femineis inter squamas anthodii: radice annua*: Filago.

c. *Capitulis involucratis: caule simplicissimo.*

8. Leontopodium. Gn. *Foliis alternis subspathulato-lanceolatis lanatis caule simplicissimo floribus sessilibus terminalibus aggregatis foliolis involucri patentibus obtusis densissime candido-lanatis squamis anthodii villosi margine fuscis.*

Gn. nivale Tenor. prodr. neap. 48. est. var. *humilior*. Antennaria Gaertn. fruct. 2. 410 t. 167. f. D. Filago L. sp. 1312. Leontopodium alpinum Cass. dict. 25. 474. L. umbellatum Bluff. et Fing. comp. fl. germ. 2. 346. Ic. Moris s. 7. t. 13. f. 4. Dodon. pempt. 68. f. 3. Sturm. h. 38. Jacq. a. t. 86. Matth. comm. 746. f. 2. Durant. herb. 254. Barrel. ic. 127. f. 8. 128. f. 8. Clus. hist. 1. 328. Herba speciosa vix spithamea. Folia uninervia radicalia elongata. Capituli 9-12 umbellatim positi. Involucra lateralia exigua medium magnum. Flores feminei 3-4seriati, masculi centrales. Achenii subcylindrici corollulæ radiales apice tridentatæ. Forte etiam perenne est. Flores virentes. Pappus sessilis brevis subplumosus. Flores simul sumpti faciem stellæ habent. Fl. æst. In summis alpium jugis, pascuis graminosis, umbrosis, humidiusculis.

cc. *Capitulis non involucratis: caule ramoso.*

d. *Capitulis globosis densis sessilibus magnis axillaribus et terminalibus floribus flavis stellato-patentibus.*

9. germanicum. Smith. brit. 2. 874. Gn. *Foliis lanceolatis undulatis obtusiusculis patentibus subtomentosis floribus globoso-capitatis axillaribus terminalibusque caule erecto subramoso.*

Gn. pyramidatum W. sp. 3. 1895. var. *caulibus basi ramosis decumbentibus aut ascendentibus* quæ in Sicilia lecta est. Filago spathulata Presl. del. prag. 99. F. pyramidata. Lin. Guss. F. Candolleana. Parlat. F. prostrata. Parlat. F. Jussuaei. Coss et Germ. in an. de sc. nat. sec. ser 284. t. 13. f. C. — F. germanica L. sp. 1311. Fl. dan. t. 997. F. rotundata Moench. meth. 577. F. pyramidata L. l. c. F. lanuginosa Requien. app. Cand. prodr. 6. 247. F. eriocephala Guss. pl. rar. 344. t. 69, F. vulgaris Lam. fr. 2. 61. F. cæspitosa Req. app. Cand. l. c. Gifola vulgaris Cass. 18. 531. Impia germanica Bluff. et Fing. l. c. I. pyramidata eor. l. c. Ic. Lob. ic. t. 480. f. 2. Fuchs. his. 222. Bah. hist. 3. 158. Matth. com. 573. f. 1. Petiv. h. br. t. 18. f. 9. 10. Engl. bot. t. 946. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 88. Durant. herb. 214. Zannichel ist. t. 114. f. 1. Dodon. pempt. 66. — Var. *foliis subvirentibus* Stur. h. 12. Herba speciosa. Caulis pedalis et ultra inferne in anthesi denudatus simplicissimus superne ramosus erectus, ramis dichotomis. Folia alterna sessilia lanceolata undulata marginibus revolutis. Flores subpentagoni apud nos tereti-conici in capitula dense congesti subulati aurei demum fusci. Squamæ anthodii subulatæ primum coccineæ dein aureæ demum fuscæ. Capitula globosa axillaria in dichotomia ramorum et terminalia. Achenium teretiusculum olivaceum sub forti vitro punctato-scabrum. Pappus nisi sub vitro forti scaber apparet. Achenia exteriora nuda sunt. Receptaculum parvum tuberculatum. Flores feminei pluriseriales inter squamas quintuplici ordine sitas dispositi. Pappus florum centralium et femineorum et hermaphroditorum uniserialis. Fl. æst. Ubique in arvis, pascuis, agris et aggeribus.

dd. *Capitulis subulatis axillaribus.*

10. gallicum. Smith. l. c. Gn. *Foliis sparsis linearibus margine revolutis acutis erectis subelongatis cauleque superne ramoso argenteo-tomentosis capitulis 2-5aggregatis conicis lateralibus terminalibusque.*

Filago L. sp. 1312. F. tenuifolia. Presl. del. prag. 101, F. filiformis Lam. Logfia subulata Cass. dict. 27. 116 L. gallica Cass. et Germ. l. c. t. 13, f. A. Xerotium gallicum Bluff. et Fig. l. c. Ic. Bah. hist. 3. 159, Petiv. h. br. t. 18. f. 12. Pluk. phyt. t. 298. f. 2. Mala Krok. siles. 2. t. 42, Moris. s. 7. t. 11. f. 14. Engl. bot. t. 2369. Sturm. h.

38. Bonan. panph. t. 41. Caulis foliosus inferne lanatus filiformis superne ramosus ramis capillaribus eretiusculis. Capituli basi gibbi. Squamæ anthodii subulatæ dorso virentes margine apiceque scariosæ. Receptaculum convexum tuberculatum parvum. Pappus subvitro scabridus. Flores feminei ext. 1-2seriales inter squamas. Pappus florum extimorum uniserialis caducissimus centralium et fem. et hermaphr. pluriserialis. Flores hermaphr. 3-4tubulosi apice fusci feminei plures subulati tenuissimi omnes fertiles. Fl. æst. In pascuis et arvis arenosis steril. collium *canapic.* et *Montisferrati:* in collibus *taurin.* circa *Supergam:* in collibus circa lacum *Verbani*: etiam apud nos in collibus di *Cossato* et *Lessona*.

ddd. *Capitulis conicis lateralibus.*

11. ARVENSE. Lam. enc. 2. 759. Sturm. h. 38. Gn. *Foliis lineari-lanceolatis cauleque ramoso paniculato erecto lanatis capitulis 3-6 aggregato-subspicatis tomentosis involucri squamis dense lanuginosis apice summo mucronatis.*

Filago L. sp. 1312. F. paniculata Moench. meth. 577. Oglifa Cass. dict. 35. 448. Achariterium Bluff. et Fig. l. c. — Var. *caulibus subsimplicibus capitulis subsolitariis* est Fil. Lagopus Step in W. sp. 3. 1897. F. alpestris Presl. del. prag. 10. Gnaph. pedunculare Tenor. ind. sem. h. neap. 1830. 14. Gn. cupanianum. Guss. ap. Cand prodr. 6. 249. Cupani ed. Boccon. t. 125. Ic. Hill. 111. t. 107. Fl. dan. t. 1275. Herba spithamea In reliquis ut prior. Fl. æst. in agris et pascuis sabulosis.

dddd. *Capitulis conicis axillaribus terminalibusque.*

12. MONTANUM. W. l. c. Gn. *Foliis abbreviatis lineari lanceolatis appressis cauleque erecto superne subdichotomo dense lanatis floribus confertis axillaribus terminalibusque anthodii squamis basi tomentosis superne subscariosis glabratis subacutis.*

Filago L. sp. 1311. Xerotium Bluff. et Fig. l. c. Logfia lanceolata Cass. dict. 27. 118. — Var. *Caule basi ramoso ascendente vel erecto pusillo* est Gn. minimum Smith. br. 2. 373. Engl. bot. t. 1157. Filago minima Pers. ench 2. 422. Logfia brevifolia. Cass. dict. 27. 117. Filago arvensis Svens. bot. t. 660. Ic. Lob. ic. 481. f. 2. Hill. 3. t. 107. Petiv. h. br. t. 18. f. 11. Moris. s. 7. t. 11. f. 8. Caulis vix spithameus ramique tenuissimi. Squamæ carinatæ intus fuscæ capituli in macro solo aliquanda solitarii. Ceterum ut superior. Fl. æst. In pascuis arenosis et sterilibus: in agro *taur.*: in *Sabaudia* etc.

295. XERANTHEMUM.

ANNUUM. X. *Herba annua lanata caulibus caespitosis erectis foliosis duris usque pedalibus ramosis capitulis solitariis terminalibus longe pedunculatis squamis anthodii acutiusculis glaberrimis patulis erectis dorso purpureis paleas pappi superantibus foliis lanceolatis integerrimis tomentosis floribus rubris.*

X. inapertum. W. sp. 3. 1902. Moris s. 6. t. 12. f. 1. est var. *squamis interioribus conniventibus.* X. ornatum Cass. dict. 59. 114. X. inodorum Moench. method. 582. Centaurea dubia Gmel. ex Steud. Xer. erectum Presl. del. prag. 106. Gay. mem. de la soc. d'hist. nat. par. 3. 358. t. 7. f. 2. Reich. ic. cent. 7. t. 640. X. incomptum Cass. l. c. 115. Ic. Moris s. 6. t. 21. f. 2. Clus. hist. 11. f. 2. Ejusd. pan. 548. Gmel. it. 1. t. 20. Spreng. ant. 2. t. 4. Jacq. a. t. 388. Lob. ic. t. 545. f. 2. Lam. ill. t. 692. f. 1. Gay. l. c. t. 7. f. 1. Reich. l. c. t. 646. Hall. helv. t. 23. Anthodium hæmisphæricum. Squamæ interiores longiores. Flor. fem. 4-8 reliqui hermaphroditi. Horum pappi squamulæ 5 receptaculi paleis valde breviores. Fl. æst. In arvis et pascuis aridis collium agri *montisf.*, *monreg.* et *segus.*: ad muros *Novariae*: secus *Tanarum* apud *Albam* etc.

296. TANACETUM.

VULGARE. T. *Herba perennis caulibus caespitosis usque orgyalibus superne ramosis striatis glabriusculis foliis bipinnatifidis glabris laciniis lanceolatis inciso-serratis floribus luteis corymbis terminalibus compositis anthodii squamis intimis apice scariosis obtusis pappo brevi aequali quinquelobo floribus radii tubulosis femineis uniserialibus tridentatis disci hermaphroditis quinquedentatis acheniis sessilibus angulatis glabris.*

Var. *foliis crispis* Dodon. pempt. 37. t. 2. Lob. ic. 749. f. 2. Observ. 432. f. 3. Dalech. lugd. 956. f. 4. Bah. hist. 3. 1132. f. 1. Ic. Fuchs. hist. 46. Bah. hist. 3. 131. f. 2. Lob. ic. 749. f. 1. Observ. 432. f. 1. Dalech. lugd. 955, f. 2. Knor. thes. 11. t. 7. Ludw. ect. t. 22. Wood. med. bot. t. 115, Knor. del. 2. t. 2.

Gmel. sibir. 2. t. 65. f. 1. Blackw. herb. t. 464. Fl. dan. t. 871. Lam. ill. t. 696, f. 1. Fl. med. t. 338. Matthiol. com. 596. f. 1. 1. Sturm. deut. fl. hef. 10. Engl. bot. t. 1229. Bull. herb. t. 187. Plenck ic. off. t. 614. Svens. bot. t. 81. Albert. fl. med. t. 72. Durant. herb. 450. Zannich. ist. t. 283. Brunf. herb. 1. 250. Trag. hist. 158. Camer. epit. 650. Dodon. pempt. 36. f. I. Moris s. 6. t. 1. Gaertn. de fruct. t. 165. Petioli basi auriculati amplexicaules. Herba amara aromatica odore gravi non ingrato. Optimum remedium perperam parvi factum. Mulieri hystericæ opem præstat, febribus intermittentibus medetur. Vermibus intestinalibus inimica illos fugat, et interficit minus tamen quam Artemisia Santonica. Etiam in lævi epilepsia præcipue si a vermibus est solatium affert. In convulsionibus infantum optimum Tanacetum est. Debilitati viscerum abdominalium non exiguam medelam suppeditat. Medici homiopathici adhibent in nervorum distensionibus artuum inferiorum præsertim si omni dolore carent. Fl. æst. Vulgatissima in agrorum marginibus, aggeribus, pascuis et oris fossarum, atque valde infesta cum ex seminibus decidentibus facillime germinet.

## 297. CARPESIUM.

CERNUUM. C. *Herba perennis villoso-pubescens villo rudi caule erecto superne ramoso usque bipedali foliis ellipticis utrinque acuminatis dentatis capitulis terminalibus cernuis anthodii haemispherici squamis interioribus membranaceis obtusissimis conniventibus exterioribus oblongis foliaceis patulo-reflexis floribus luteolis corollis tubo brevi fauce ventricosa.*

Ic. Moris s. 6. t. 5. f. 27. Columna. ecphr. 1. t. 252. Lam. ill. t. 696. f. 1 Jacq. a. t. 204. Barrel. ic. 1142. Schk. hand. t. 244. Fl. æst. Herba vulgaris circa domos et ad oras fossarum locis humentibus, etc.

## 298. ARTEMISIA.

a. *Foliis indivisis.*

1. COERULESCENS. A. *Fruticosa caudice brevi foliis incano-villosis radicalibus incisis cautinis lineari-lanceolatis integerrimis capitulis racemoso-spicatis oblongis erectis trifloris floribus omnibus hermaphroditis anthodii incani squamis subcarinatis receptaculo nudo.*

Folia aliquando omnia indivisa latiuscula lanceolata aliquando pleraque pinnatisecta angustiora. Plerumque caulium fertilium indivisa sunt, sterilium incisa pinnatifidaque. Quandoque flos femineus in capitulo immixtus est. A. palmata. A. Santonica. Lam. enc. 1. 268. Ic. Lob. t. 765. f. 2. et 766. f. 1. Dodon. pempt. 26. f. 2. 3. Duham. arb. 1. t. 24. f. 5. Moris s. 6. t. 1. f. 5. Columna. ecphr. 2. 76. Gmel. sibir. 2. t. 61. f. I Matth. comm. 471. f. 1. Engl. bot. t. 2426. Savi mat med. t. 38. Zannich. ist. t. 139. et t. 156. Duham. arbr. ed. 1. I. t. 7. Caulis inferne lignosus. sesquipedalis et ultra. Flores luteoli nutantes. Fl. æst In maris *nic.* et *ligus.* litoribus locis palustribus.

aa. *Foliis plerisque palmatis.*

b. *Receptaculo nudo.*

2. SPICATA. Murr. syst. ed. 14. 744. A. *Caulibus caespitosis simplicibus foliis incano-sericeis radicalibus palmato-multifidis superioribus serrato-incisis summis linearibus obtusis integerrimis vel apice tridentatis racemo spicato terminali foliato capitulis globosis anthodii squamis dorso sublanatis margine fusco-scariosis corollis fructibusque pilosis floribus radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus.*

A. rupestris Vill. delph. 3. 246. A. Bocconi All. ped. t. 8. f. 2. et t. 9. f. 1. A. Genipi Stechm art. 17. Ic. Barrel. ic. t. 462. Jacq. a. app. t. 34. All. spec. t. 2. f. 1. Bocc. mus. t. 71. — Var. aliquando *foliis cautinis summisque indivisis lineari-sublanceolatis* quæ var. est A. eriantha Tenor. neap. t. 195. f. 2. A. spicata. A. Mutellina Ejusd. A. Baugmarteni Bess. Absinthium petrosum Baugmart. trans. 3. 90. excl. syn. A. spicata Roch. pl. bann. 74. t. 34. f. 73. — Mihi videtur huc facere A. nana Gaud. helv. 5. 231. Herba vix spithamea. Flores lutei. Stirps amara aromatica tonica. Alpicolæ dicunt *Genipi noir.* Adhibent infusum calidum in catharro, pneumonia, pleuritide, rheumatismo et febribus intermittentibus felici utplurimum eventu. Fl. æst. In scopulis editissimarum alpium; supra *Fenestrelle* et *Taillon* et *Courmajeur*: in montibus *Turlo* et *Cistella* etc.

bb. *Receptaculo villoso.*

c. *Floribus terminalibus glomeratis sessilibus.*

3. GLACIALIS. A. *Caulibus caespitosis*

*subnudis foliis palmato-multifidis candido-sericeis laciniis linearibus obtusis superioribus floralibusque subdigitato-pinnatifidis ad basim petioli saepe auriculatis capitulis terminalibus glomeratis globosis sessilibus magnis anthodii squamis tomentosis margine scariosis exterioribus ovatis corollis glabris floribus radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus.*

Absinthium congestum Lam. fr. 2. 46. Abs. glaciale ejusd. ill. t. 695. f. 2. Ic. All. ped. t. 8. f. 3 Spec. t. 1. f. 3. Jacq. a. ap. t. 35. Herba vix spithamea. Folia ima longe petiolata tripartito-multifida. Flores lutei. Fl. æst. In summis alpium jugis ad nives æternas locis præruptis et scopulosis: in monte *Cenisio:* in alpibus *Valdensium*, agri *nov.*, *august.* præsertim supra *Grassoney* etc.

cc. *Floribus axillaribus imis pedunculatis, corollulis apice pilosis.*

4. Mutellina. Vill. delph. 3. 244 t. 35. et prosp. t. 19. f. 2. A. *Caulibus caespitosis foliis palmato-multifidis albo sericeis laciniis linearibus acutiusculis superioribus floralibusque subdigitato-pinnatifidis capitulis axillaribus inferioribus pedunculatis summis sessilibus corollulis apice pilosis anthodii squamis exterioribus linearibus interioribus ovato lanceolatis floribus radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus receptaculo villoso.*

A. rupestris. a. L. sp. 1186. A. rupestris All. ped. A. umbelliformis Lam. enc. 1. 262. A. glacialis Jacq. coll. 2. t. 7. f. 1-3. et a. app. t. 35. A. delphinensis Bess. A. Wulfeni Schl. ap. Cand. Absinthium laxum Lam. fr. 2. 46. — Huc traho A. pedemontanam Balb. fasc. 1. 19. cumic. ic. et descript. t. 2. quæ non differt nisi *corollulis totis pilosis* quamquam Cand. scribit. — *Corollis apice dense lanatis.* Ic. Barrel. 462. quam huc facere scribit Cand. pr. 6. 123. omnino aliena est et neutiquam plantam nostram refert. Herba spithamea caule crassiusculo ascendente subramoso. Anthodium hæmisphæricum. Flores luteoli. Fl. æst. In summis alpium jugis: in valle *Vinadii* et *Valderii*: in monte *Cenisio*: in cacuminibus vallium di *Grassoney* etc. Hanc et præced. speciem vocant rustici *Genipi blanc Genipi rouge* vocant Achillæam moschatam. Cf. quæ dicta sunt de A. spicata cum qua magnam habent affinitatem.

aaa. *Foliis pinnatifidis glabriusculis receptaculo nudo*

5. vulgaris. A. *Caulibus caespitosis ramosis foliis subtus tomentosis radicalibus bi-caulinis pinnatifidis laciniis lanceolatis subdentatis acutis floralibus indivisis lineari-lanceolatis integerrimis panicula diffusa foliosa capitulis demum erectis oblongis tomentosis anthodii squamis exterioribus incano-tomentosis interioribus scariosis floribus radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus.*

Multas varr. enumerat Bess. Ic. Fuchs. hist. 1. Tabern. ic. f. 1. 2. Brunsf. 3. 142. Sim. Paul. dan. t. 152. Matth. com. 508. Camer. epit. 452. Ger. hist. 1096. Dodon. pempt. 23. Petiv. h. br. t. 20. f. 8. Voodw. med. bot. t. 121. Moris s. 6. t. 1. f. 1. Regn. bot. f. 2. Pluk. alm. 50. t. 15. f. 1. Park. th. 98. Bah. hist. 3. 184. f. 3. Ludw. ect. t. 163. Blackw. t. 431. Rumph. amb. 5. t. 91. Gaertn. de fruct. t. 164. f. 7. Engl. bot. t. 978. Lam. ill. t. 695. f. 1, Fl. dan. t. 1176. Svens. bot. t. 417. Zannich. t. 237. Trag. hist. 344. Lob. ic. 764. f. 2. observ. 441. Dalech. lugd. 950. f. 1. Herba usque orgyalis. Caulis sulcatus rubidus. Flores albidi vel rubidi in capitulis 12-16. Fl. æst. Vulgatissima in ruderatis, arvis, aggeribus etc. Locis pinguibus maxima fit. Herba contrita fragrans. Optima in hysteria, epilepsia (quam utplurimum valde lenit et aliquando sanat) et febribus intermittentibus. In cataplasmate medetur ambustis. Infusum calidum valde prodest in lochiis restituendis et cathameniis si repente substiterunt. Cubet tunc mulier in lecto calido et fumo Chamomillæ probe imbuto et bibat copiose infusum Artemisiæ quod saluberrimum est. Etiam magnam opem pollicetur post partum quum vires mulieris lassatæ sunt: tunc somnum et solatium quassatis viribus affert. Adeo nervis amica est. Stirps hodie a medicis perperam neglecta. Medici homiopathici adhibent in epilepsia, leucorrhoea metrorrhagia, in contractione uteri atque in sudore profuso præsertim male olente.

aaaa. *Foliis pinnatis*

b. *Suffruticosa receptaculo nudo.*

6. campestris. A. *Caulibus caespitosis ascendentibus ramosis foliis membranaceis junioribus subsericeis adultis glabratis circumscriptione subrotundo-ovatis radicalibus bi-tripinnatis*

*caulinis pinnatis setaceis lobo medio pinnatifido supremis indivisis racemis paniculatis capitulis ovatis nutantibus floribus radii femineis uniserialibus disci bisexualibus abortu ovarii sterilibus anthodii squamis ovatis interiorum longiorum marginibus scariosis.*

Varr. multiplices enumerant Bess. et Wallroth. Ic. Cam. 597. Matth. com. 568. f. 2. Dalech. lugd. 939. f. 2. ambæ malæ. Petiv. herb. br. t. 20. f. 4. Schk. hand. t. 240. Engl. bot. t. 338. Fl. dan. t. 1175. Bah. hist. 3. 194. Durant. herb. 23. Herba inodora. Caules virgati foliosi angulati rubidi usque tripedales. Flores fusco-virentes. Flosculi disci 12-15 flavi apice rubidi quinquefidi radii 2-3 tenuissimi subulati clausi integerrimi. Fl. æst. Vulgaris in ruderatis et ad vias locis calidis apricis lapidosis.

bb. *Suffruticosa: receptaculo piloso.*
c. *Foliis glabriusculis.*

7. CAMPHORATA. Vill. delph. 3. 242. A. *Suffruticosa caespitosa foliis inferioribus bipinnatis caulinis pinnatis glabriusculis junioribus canescentibus foliolis lineari-filiformibus subtrifidis summis linearibus panicula virgata capitulis subglobosis nutantibus pedicellatis anthodiis incano-tomentosis receptaculo arachnoideo-lanato floribus disci hermaphroditis radii femineis.*

A. Abrotanum Savi mat. med. t. 38. All. ped. 1. 165. A subcanescens W. enum. 861. A. corymbosa Lam. enc. 1. 265. A. saxatilis W. sp. 3. 1830. A. campestris Scop. carn. 2. 146. A. humilis Wulf. in Jacq. coll. 4. 295. A. Columnæ Tenor. neap. 5. 217. t. 190. f. 1. et t. 192. f. 2. A. achilæefolia Ten. l. c. t. 190. f. 2. A. rupestris Scop. carn. 2 146. Ic. Lob. t. 869. f. 1. Matth. com. 473. f. 1. Durant. herb. 2. Colum. ecphr. 1. 54. Bonan. pamph. t. 174. Facies Abrotani. Caules pedales et ultra rubidi glabriusculi. Paniculæ foliosæ. Flores luteoli. Fl. æst. In rupibus agri *nic.* et *Liguriae*: etiam in agro *albensi* secus *Tanarum* alibique.

cc. *Sericeo-tomentosis.*

8. MARITIMA. A. *Herbacea caespitosa ramosa incano seu albido-tomentosa foliis circumscriptione ovatis imis bipinnatis caulinis pinnatis lacinulis linearibus obtusis inferioribus ad petiolum auriculatis paniculae foliosae ramis erectiusculis capitulis oblongis brevissime pedicellatis cernuis 3-5floris receptaculo nudo floribus omnibus hermaphroditis anthodii squamis oblongo linearibus exterioribus tomentosis interioribus scariosis.*

A. gallica W. sp. 3. 1834. Flores neutiquam constanter erecti ut scribit W. A. valesiaca All. ped. 2. 169. var. humilior, quæ vivit inter *Ciambava* et *Nux.* in valle *Augustae Praetoriae* eadem ac A. vallesiana Lam. enc. 1. 269. A. palmata Lapeyr. abr. n. 504. Engl. bot. t. 1001. var. Ic. Camer. epit. 455. Woodw. med. bot. t. 122. Engl. bot. t. 1. 706. Fl. dan. t. 1655. Spreng. hal. t. 12. Savi mat. med. t. 38. Lob. ic. 765. Ger. em. 1099. Herba amara aromatica fragrans radice sublignosa. Caules usque bipedales angulati rubidi foliosi. Folia summa indivisa. Racemi nutantes. Fl. æst. In litoribus maris *nic.* et *ligustici.*

aaaaa. *Foliis bipinnatifidis bipinnatisque.*
b. *Glabriusculis,*
c. *Caule simplici*

9. ABROTANUM. A. *Suffruticosa caespitosa foliis bipinnatifidis glabris laciniis filiformi-setaceis capitulis cernuis haemisphaericis axillaribus subsessilibus anthodio albido-tomentoso receptaculo nudo flosculis radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus glabris anthodii squamis albidis ovato-lanceolatis.*

Ic. Dodon. pempt. 21. Moris s. 6. t. 2. f. 2. Blackw t. 555. Hayne. arz. gevv. 11. t. 22. Caules usque tripedales crassiusculi (usque pollicem). Flores lutei 8 10. Herba fragrans aromatica amara. Viscera roborat indeque inflationes discutit præsertim in hypocondriasi et hysteria. Nervorum distensionibus succurrit, vermes interficit, menses et urinam ciet. Cangrænam sistere chirurgi experti sunt. Decoctum sanat achores, favum, tineam et alopeciam, ideoque capillos roborat et decidentes sistit. Fl. æst. In agro *nic.* et *ligustico*, *derthonensi* et *Monteferrato* sponte nasci scribit Allion. sed forte cum A. camphorata commutavit. Abrotanum ubique cultum in hortis ob ornamentum atque usum domesticum.

cc. *Caule ramoso.*

10. CHAMAEMELIFOLIA. Vill. delph. 3. 250. t. 35. A. *Caulibus suffruticosis caespitosis erectis foliis subtripinnatifidis rigidiusculis laciniis linearibus acutis patentibus panicula virgata foliosa capitulis globosis pedicellatis nu-*

*tantibus corollis radii femineis disci hermaphroditis omnibus fertilibus glabris involucri glaberrimi squamis subaequalibus apice hyalinis receptaculo nudo*

A. Lobelii All. excl. syn. quæ ad A. camphoratam spectant. Caules usque bipedales rubentes laæviusculi. Receptaculum conicum. Flores usque 30. Anthodii squamæ virentes diductæ. Fl. æst. In agro *nic.* et *ligustico* in vallibus: secus viam inter *Tendam* et *Nicaeam*: circa *Fenestrellas* alibique.

bb. *Foliis pubescentibus.*
c. *Caule simplici.*

12. TANACETIFOLIA. All. ped. t. 10. f. 3. et t. 70. f. 2. etiam Lin. A. *Herbacea caespitosa caulibus simplicissimis foliis pubescentibus inferioribus subtripinnatifidis longe petiolatis superioribus bipinnatifidis laciniis linearibus acuminatis integerrimis racemo nudo terminali capitulis spicatis subrotundis nutantibus anthodii squamis margine sphacelato-scariosis fuscis receptaculo nudo.*

A. atrata Lam. enc. 1. 253. Absinthium tanacetifolium Gaertn. de fruct. 2. 393. Ic. Lam. ill. t. 695. f. 3. non bona. All. spec. t. 10. f. 2. Folia faciem habent foliorum Tanaceti vulgaris optime picta ab Allionio. Caules spithamei et ultra. Capituli globosi. Flores 30-40. Receptaculum convexum Radix rufa. Petioli imi longi supra plani basi amplexicaules. Foliorum ambitus ovatus, pinnulæ 5-8. Folia summa elliptico-lanceolata integerrima. Capituli magni unilaterales. Flores sulphurei. Achenium nudum. Folia pallide virentia. Fl. æst. In supercilio altissimi jugi *la Croix* supra *Mirabouc.* In monte dicto *le Grand Pavè* prope *Sestrieres.*

cc. *Caule ramoso.*
d. *fruticosa: receptaculum villosum.*

12. ARBORESCENS. A. *Fruticosa caespitosa foliis bi-tripinnatifidis cinereo sericeis laciniis linearibus obtusiusculis ramulis floriferis simplicibus capitulis globosis magnis cernuis demum erectis anthodii squamis basi pubescentibus apice scariosis nitidis corollis omnibus glabris radii femineis, disci hermaphoditis achenis obpyramidatis.*

Absinthium Bess. Ic. Lob. t. 753. f. 1. Chabr. sciagr. 379. f. 3. Sibt. fl. gr. t. 856. Bonan. pamph. t. 175. Caule usque orgyales inferne nudi simplicesque superne ramosi ramis erecto-patulis subverticillatis. Flores lutei. Anthodii squamæ diductæ. Fl. æst. Forte in agro *nic.* Locum Allionius exacte non indicat. In *Lig. occid. al Capo di Nola.*

dd. *Herbacea.*
e. *Capitulis globosis heterogamis, floribus radii femineis disci hermaphroditis.*
f. *Receptaculo villoso.*

13. ABSINTHIUM. A. *Herbacea caespitosa dura foliis incano-sericeis decomposito-bipinnatifidis summis pinnatifidis indivisisque laciniis oblongo-lanceolatis subdenticulatis obtusis racemis axillaribus capitulis globosis parvis nutantibus anthodii squamis exterioribus subsericeis linearibus laxis interioribus rotundatis scariosis subnudis:*

Absinthium vulgare Lam. fr. 2. 45. Ic. Dal. lugd. 943. Camer. epit. 452. Matth. com. 471. f. 1. Chabr. sciagr. 373. f. 1. 2. Dodon. pempt. 23. Clus. pan. 552. f. 5. Brunsf. herb. 3. 142. Sim. Paul. dan. t. 152. Ger. hist. 1096. Woodw. med. bot. t. 12. Petiv. h. br. t. 20. f. 1. Fuchs. hist. 1. Bah. hist. 3. 168. Tabern. ic. 1. Knor. del. 2. t. A. 17. Ludw. ect. t. 76. Gmel. sibir. 2. t. 63. Parkins. theat. 98. Moris s. 6. t. 1. f. 1. Gaertn. de fruct. 2. t. 164. f. 7. Engl. bot. t. 1230. Fl. med. t. 1. Rocq. phyt med. t. 67. Blackw. t. 17. Radix lignosa. Caules duri suffruticosi neutiquam herbacei usque tripedales erecti superne ramosi angulati sulcati. Flores flavi. Fl. feminei pauci. Fl. hermaphroditi numerosi. Receptaculum pilosissimum. Fl. æst. Culta ubique in hortis. Spontanea vulgaris locis subalpinis siccis apricis lapidosis ad vias etc.: in agro *taurin.*: circa *Fenestrellas* et *la Brunetta* etc. Vulgatissima in valle *Augustae Praetoriae.* Herba aromatica, amara, fragrans, tonica. Vires refocillat et erigit præsertim viscerum abdominalium. Virtus ejus probata ad calculum præcavendum et forte solvendum quod et Aetio notum fuit. Valet ad febres intermittentes indeque icterum, et hydropem: optimum remedium in scorbuto et vermibus necandis et expellendis. Longo tamen usu imbecillis et debilibus et mulierculis teneris oculis nocere certum est: quod Boherhaavius jamdiu expertus est. Ulcera torpida et putrida in homine cachectico purgat et vivificat: etiam cangrænam sistit Asæfœtidæ fere par.

ff. *Receptaculo nudo.*

14. PONTICA. A. *Herbacea caespitosa ramosa dura foliis supra incanis subtus albido-tomentosis decomposito-bipinnatifidis laciniis linearibus, caulinis inferioribus ad petiolum auriculatis racemis foliosis erectis capitulis globosis nutantibus anthodii incani squamis exterioribus linearibus foliaceis corollis glabris radice repente.*
A. Balsamita. W. enum. sup. 57. Ic. Lob. ic. t. 755. f. 2. Jacq. a. t. 99. Dodon. pempt. 24. Clus. hist. 339. Chabr. sciagr. 374. f. 3. 4. Ludw. ect. t. 26. Blackw. t. 527. Caules cubitales et ultra ramosi. Flores lutei. Herba fragrans amara aromatica eadem virtute ac Absinthium pollet. F. æst. Culta in hortis, spontanea in montibus di *Sospello* et supra *Garexium* loco dicto *il Garbo della Luna.*

ee. *Capitulis oblongis homogamis omnibus hermaphroditis fertilibus.*

15. VALLESIACA. All. ped. 1. 169. A. *Herbacea caespitosa gracilis subramosa foliis niveo-tomentosis bipinnatis foliolis lineari-filiformibus imis petiolatis summis indivisis panicula simplici capitulis sessilibus oblongis erectis 3-5floris anthodii squamis obtusiusculis subtomentosis margine scariosis.*
A. vallesiana Lam. enc. 1. 269. Ic. Bah. hist. 3. 179. f. 1. Chabr. sciagr. 374. f. 2. Ambæ malæ et imperfectæ. Caules vix dodrantales. Herba tota tomentosa fragrans amara. Fl. æst. In valle *Augustae Praetoriae* præcipue inter *Ciambava.* et *Nux.* Ut supra scripsi probabili conjectura est var. A. maritimæ.

16. FRAGRANS. W. sp. 3. 1835. A. *Herbacea ramosa dura caespitosa caulibus inferne nudis superne ramosis foliis albido-tomentosis radicalibus bipinnatis foliolis confertis linearibus obtusis erectiusculis abbreviatis summis simplicibus capitulo brevioribus racemis erectis capitulis oblongis erectis sessilibus nudiusculis 6-8floris anthodii squamis obtusis scariosis uninerviis nervo virente.*
Forte est var. prioris. In arenosis maritimis di *Loano.*

## 299. ANACYLUS.

Herbæ annuæ.

a. *Radio flavo.*

1. VALENTINUS. A. *Herba villosa annua vix pedalis superne parce ramosa ramis unifloris foliis ambitu spathulatis alternis bipinnatifidis villosis basi auriculatis amplexicaulibus laciniis multifidis lineari teretiusculis mucronatis ligulis minimis vel magnis capitulis majusculis subglobosis flavis vel rubidis anthodii squamis supremis appendice lata scarioso-lacera terminatis.*
A. hirsutus Lam. enc. — Var. *ligulis magnis* est Anacylus radiatus. Cand. prodr. 6. 16. ex Loisl. gal. 583. A. purpurescens Cand. sup. 481. Anthemis valentina Lin. sp. 1262. Chamæmelum valentinum All. ped. 1. 187. Ic. Lob. ic. t. 733. f. 1. Clus. hist. 1. 332. Bah. hist. 3. 125. Dalech. lugd. 863. Breyn. cent. 1. t. 75. Barrel. ic. t. 419. Lam. ill. t. 700. f. 1. Fl. æst. In agro *nic.*

aa. *Radio albo.*

2. TOMENTOSUS. Cand. fr. sup. 481. A. *Herba tomentosa caule erecto vel diffuso foliis bipinnato-partitis lobis lineari-subulatis anthodio haemispherico squamis conformibus lanceolatis acutis superne anguste scariosis.*
Anthemis tomentosa Gouan. ill. 70. Anth. pubescens Wild. sp. 3. 2177. Anacylus pubescens Reich. exc. 225. Chamæmelum tomentosum All. ped. 1. 184. Ch. inodorum Cupan. hor. cath. 47. — Var. *capitulis subdiscoideis radio brevi* est A. clavatus Pers. ench. 2. 465. Fl. æst. Circa *Genuam.*

## 300. MICROPUS.

Herbæ annuæ pusillæ.

a. *Subacaulis, floribus masculis 4 crenatis, foliis alternis circa capitulorum glomerulum rosulatis capitulis plurimis confertis medio maiore.* EVAX. Gaertn.

1. PYGMAEUS. Desf. atl. 2. 307. M. *Subacaulis pusillus foliis dense lanatis spathulato-lanceolatis infimis rosaceo-congestis superioribus oppositis floralibus maioribus circa umbellam radiantibus floribus congestis sessilibus anthodii squamis et receptaculi paleis scariosis abrupte aristato-acuminatis.*
Filago pygmaea L. sp. 1311. Sibt. flor. gr. t. 921. Cav. ic. et descript. 1. t. 3. f. B. b. d. F. acaulis All. ped. 1. 171. Gnaphalium pygmæum Lam. enc. 2. 761. Evax umbellata Gaertn. fruct.

2. 393. t. 165. Evax pygmaea Pers. ench. 2. 422. Reich. fil. l. c. t. 944. f. 1-2. Ic. Barrel. ic. t. 127. n. 4. Lam. ill. t. 694. f. 1. Bah. prodr. 122. 1. 2. Raro caulescit. Flores plures in orbe foliaceo. Fl. æst. In agri *nic.* stagnis exsiccatis.

aa. *Caulescentes, floribus masculis quinque dentatis. Herbae pusillae facie Filaginis.* MICROPUS.

b. *Anthodii squamis dorso aculeis rigidis echinatis.*

2. SUPINUS. M. *Caule procumbente foliisque oppositis spathulatis obtusis sericeo-lanatis floribus subaxillaribus subaggregatis anthodio muricato.*

Filago Lam. fr. 2. 60. Gnaphalodes dentata. Moench. method. 568. Ic. Pluk. alm. t. 187. f. 6. Lam. ill. t. 694. f. 1. Cavanill. ic. et descr. t. 35. Reich. fil. l. c. t. 943. f. 3. Herba vix spithamea ramosa. Folia remotiuscula. Flores sessiles subsolitarii. Receptaculum planum. Achenia glabra subovata compressa. Fl. aest. In litoribus maris *nic.*

bb. *Anthodii squamis dorso inermibus lanatis.*

3. ERECTUS. M. *Caule erecto superne ramoso foliisque alternis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis obtusiusculis lanatis floribus glomeratis axillaribus terminalibusque involucratis.*

M. discolor. Tenor. neap. 5. 224. M. bombycinus de Notar. repert. 215. Filago multicaulis. Lam. fr. 2. 59. Ic. Clus. hist. 2. 29. f. 3. Moris. s. 7. t. 11. f. 11. Ger. hist. 643. Barrel. ic. 296. Bah. hist. 3. 164. Lam. ill. t. 694. f. 2. Loes. hist. 225. t. 1. f. 5. Loefl. it. 166. t. 1. f. 3. Reich. fil. l. c. 943. f. 1. Caules aliquando caespitosi vix spithamei. Anthodii squamae 7-9 inaequales. Achenia ovata compressa hinc convexa inde sub apice tuberculo mammilloso. Fl. aest. In collibus taurin.: supra *Foresto* apud *Segusium*: in sterilibus vallis di *Stafora* in agro *derthon*: inter *Eporediam* et *Settimo Vittone*: prope *Montaldo et Pavarolo*: circa *Oulx* alibique.

305. INULA.

a. *Suffruticosa: fructibus villosis: squamis exappendiculatis.*

1. CRITMOIDES. I. *Glaberrima foliis confertis linearibus obtusiusculis carnosis tridentatis integrisque pedunculis unifloris squamosis superne incrassatis radice repente.*

I. critmifolia W. sp. 3. 2101. Limbaria tricuspis. Cass. dict. 26. 438. Senecio succulentus. Fors. aeg. 149. S. critmifolius Scop. carn. 2. 163. Ic. Lob. ic. t. 395 f. 2. Dodon. pempt. 706. Matth. comm. 361. Dalech. lugd. 1379. f. 1. Petiv. h. br. t. 17. f. 19. Engl. bot. t. 68. Sab. hor. rom. 8. t. 17. Zannich. ist. t. 23. Donat. sempl. 57. Caulis pedalis et ultra erectus vel decumbens simplex vel superne ramosus. Folia superiora utplurimum integerrima: flores lutei: pedunculi corymbosi. Anthodii squamae exteriores laxae. Pappus scaber rubicundus. Receptaculum scrobiculatum. Hab. loca palustria in littoribus maris *nic.* Fl. aest.

aa. *Herbaceae.*

b. *Foliis latioribus.*

c. *Caule subunifloro: squamis lineari lanceolatis apice appendiculatis.*

d. *Acheniis glabris.*

2. HIRTA. I. *Foliis sessilibus lanceolatis obsolete serratis rigidis hirtis caule subunifloro squamis anthodii lanceolatis hirtis ciliatis exterioribus longioribus.*

Aster hirtus Scop. l. c. t. 58. In. montana Poll. palat. Ic. Zannich. ist. t. 52. Clus. hist. 2. 14. f. 2. Ejus. pan. 530. Bah. hist. 2. 1047. Moris. s. 7. t. 21. f. 2. Pluken. alm. 57. t. 78. f. 4. Jacq. a. t. 358. Radix repens. Caulis usque pedalis superne non raro ramosus ramis paucis unifloris. Flores lutei, facies In. salicinae. Fl. aest. Perennis. In sylvis et pascuis collium, montium, alpium, etc.

dd. *Acheniis hirtis.*

3. MONTANA. I. *Foliis sessilibus lanceolatis obtusiusculis subintegerrimis nervoso-venosis lanato-hirsutis radicalibus petiolatis caule unifloro erecto villoso squamis anthodii abbreviatis interioribus linearibus pappo uniseriali.*

I. inodora. D'Urvill. enum n. 812. excl. syn. I. calycina Presl. sic. 1. 29. I. verbascifolia. Vill. delph. 3. 220. Aster montanus. All. ped. 1. 195. Garid. aix. t. 10. Lob ic. t. 350. f. 2. Pulicaria calycina. Presl. del. prag. 96. Ic. Moris. s. 7. t. 21. f. 12. Bah. hist. 2. 1046. Caules caespitosi angulati superne nudiusculi pedales et ultra. Flos aureus speciosus. Fl. aest. In agro taur. locis arenosis secus amnem *Duriam*. Vulga-

tissima circa *Segusium*, *Foresto*, *Monpantero et Fossimagna*: in agro *Monregalensi*: in valle *Stafora* in agro *derthonensi*: in alpibus di *Vinadio et Garessio*, etc. Peren.

cc. *Caule submultifloro, ramis pedunculisque unifloris.*

d. *Squamis linearibus exappendiculatis.*

e. *Ligulis radii disco duplo longioribus, foliis petiolatis.*

4. ODORA I. *Caule villoso-lanato subtrifloro foliis radicalibus oblongis in petiolum attenuatis denticulatis caulinis amplexicaulibus cordato-lanceolatis acutis subintegerrimis squamis anthodii lineari-subulatis elongatis pappo biseriali exterior. decemdentato interiore decemseto pedunculis subternis axillaribus terminalibusque acheniis puberulis teretiusculis.*

Pulicaria. Reich. excurs. n. 1532. Aster odorus. Allion. pedem. 1. 196. Ic. Column. ecphr. 1. 253. Moris. s. 7. t. 21. f. 6. Barrel. Ic. t. 1145. Herba perennis speciosa capitulis aureis. Caulis pedalis et ultra teres erectus caespitosus. Radix odorata praemorsa. Fl. aest. et aut Apud thermas *Vinadii, et S. Michele Monregal.*

ee. *Ligulis radii brevissimis: foliis amplexicaulibus.*

5. PULICARIA I. *Caule ramoso sublanato foliis amplexicaulibus oblongis undulato crispis villosis pedunculis unifloris oppositifoliis radio abbreviato pappo biseriato exter. dentato inter. 12-15 seto capitulis haemisphaericis.*

I. cylindrica. Wither. 721. I. uliginosa. Sibt. oxon. 256. Aster. Scopol. l. c. Pulicaria vulgaris. Gaertn. fruct. 2. 461. t. 173 f. 7. Diplo pappus pulicaris. Bl. et Finger. comp. fl. germ. 2. 369. Ic. Dodon. pempt. 52. f. 3. Trag. hist. 466. Ger em. 480. Petiv. h. br. t. 16. f. 3. Cam. epit. 613. Matthiol. comm. 417. f. 2. Dalech. lugd. 144. f. 2. Blackw. t. 103. Barrel. ic. t. 369. Hill. 41, t. 42. Pluk. mant. 56. t. 384. f. 2. Curt. lond. 3. t. 57. ed Grav. 1. t. 147. Engl. bot. t. 1196. Fl. dan. t. 613. Svens. bot. t. 738. Valerian. Cord. hist. 154. Tabern. ic. 860. f. 2. Lob. ic. 345 f. 1. observ. 187. f. 2. Bah. hist. 2. 1050. f. 2. *mala*. Moris. s. 7. t. 20. f. 30. Herba annua pubescens. Caules usque cubitales angulati ramosissimi ramis flexuosis diffusis. Folia sordide virentia fœtida recurva: flores sordide luteoli. Achenia hispida. Receptaculum papillosum. Fl. aest. Vulgaris secus fossas vias plateas et locis hyeme inundatis.

dd. *Squamis lineari-lanceolatis apice appendiculatis.*

e. *Foliis ciliato-scabris.*

6. SALICINA. I. *Caule erecto glabro paucifloro apice corymboso-ramoso foliis venosis amplexicaulibus lanceolatis rigidiusculis margine serrulato-scabris subreflexis superioribus elongatis anthodiis campanulatis acheniis laevibus.*

Aster salicinus. Scop. carn. 2. 172 All. ped. I. 196. In. aspera. Poir. enc. suppl. 3. 154. est. var. *foliis latioribus* Ic. Clus. hist. 2. 15. f. 1. Eiusd. pan. 528. Moris. s. 7. t. 21. f. 10. Flor. dan. t. 786. Gmel. sibir. 2. t. 77. Pluken. 57. t. 10. f. 1. Philib. exerc. 170. Tabern. hist. 716. Gerar. em. 488. Moris. s. 7. t. 21 f. 10. Radix perennis fibrosa. Caules caespitosi usque pedales striati. Anthodii squamae reflexae interiores rubidae exteriores latiores virentes. Fl. aest. In sylvis, et pratis praesertim exsuccis.

ee. *Foliis medio denticulatis.*

7. VAILLANTII. Vill. delph. 3. 216. I. *Caule villoso erecto superne corymboso foliis subsessilibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis medio serratis subtus villoso-subtomentosis pedunculis fastigiatis unifloris incano-villosis acheniis glabris.*

I. cinerea. Lam. enc. 3 259. I ramosissima. Clairv. man. herb. 244. Aster Vaillantii. All. ped. 1. 196. Ic. Hall. helv. t. 2. Caulis vix pedalis. Radix perennis. Folia aliquando integerrima. Fl. aest. In *Sabaudia* circa *Gye* et secus *Druentiam* amnem: in agro *cuneensi* secus amnem *Sturam* et *Gesso*.

ccc. *Floribus corymbosis.*

d. *Acheniis glaberrimis tetragonis, squamis exterioribus foliaceis ovatis interioribus obovato-spathulatis foliis latissimis.*

8. HELENIUM. I. *Caule elato erecto villoso foliis amplexicaulibus ovato-oblongis rugosis subtus tomentosis inaequaliter dentato-serratis radicalibus petiolatis caulinis cordato-ovatis squamis anthodii ovatis foliaceis pedunculis paucis monocephalis ad apicem corymbosis.*

Aster. Scop. carn. 2. 171. A. officinalis. All. ped. 1. 195. Corvisarta Helenium. Merat Fl. par. ed. 2. 2. 261. Cassin. dict. 10. 572. Ic. Fuchs hist. 242. Camer. epith. 35. Gaertn. fruct. 2. t. 176. Fl. dan. t. 728. Ludw. ect. t. 59. Blackw. t. 473. Petiv. h. br. t. 16. f. 1. Woodw. med. bot. t. 108. Matth. com. 67. Dalech. lugd. 867. f. 1. Chabr. sciagr. 360. f. 6. mala. Bah. hist. 1. 108. f. 1. Fl. med. t. 48. Savi mat. med. t. 6. Plenck offic. t. 624. Alber. fl. med. t. 222. Sibt. fl. gr. t. 873. Engl. bot. t. 1546. Svens. bot. t. 57. Durant. herb. 221. Trag. hist. 170. Lob. ic. 574. f. 2. Observ. 309. f. 1. Dodon. pempt. 344. f. 1. Tabern. ic. 562. f. 1. Moris s. 7. t. 24. f. ult.

Radix perennis ramosa crassa extus fusca intus alba, amara acris aromatica. Caulis erectus usque orgyalis superne ramosus sulcatus et pilosus. Folia venosa. Capituli magni. Flores aurei. Pappus scabridus. Receptaculum reticulatum papillosum. Ligulae florum radii angustae elongatae tridentatae. Fl. æst. Vulgaris in marginibus agrorum et aggeribus. Radix viscera firmat et roborat. Alvum solvit et ciet urinam. Flatus et menses pellit etiam leucorrheae et chlorosi succurrit. In morbis pectoris tussi præsertim diuturna quæ catharrum excepit et ab infirmitate virium est præcipue si mucus exundat et suffocationem minatur. Etiam in asthmate ab inæquali virium dispensatione si abest febris et gastrica colluvies optime adhibetur Inula. Vermes interficit. Artus firmat multo absumpto mercurio contremiscentes. In unguento scabiem facile sanat. Præsertim si membra fœda decocto ejus simul repetito abluantur. Digna stirps est quæ metodo homiopatica diligentius exploretur.

dd. *Acheniis puberulis teretiusculis.*
e. *Squamis anthodii linearibus exappendiculatis.*
f. *Caule diffuso.*

9. DYSENTERICA. I. *Caule paniculato erecto vel diffuso, foliis pilosis amplexicaulibus cordato-oblongis undulatis dentatis subtus lanatis squamis anthodii linearibus radio subelongato pappo duplici exteriore coroniformi crenulato, interiore sub 20-seto radice repente.*

Pulicaria. Gaertn. fruct. 2. 462. Aster dysentericus. Scop. carn. 2. 172. Ast. undulus. Mœnch. I. Pulicaria D'Urvil. enum. n. 816. excl. syn. I. Conyzea. Lam. fr. 2. 149. Diplopappus dysentericus. Bl. et Fing. comp. fl. germ. 2. 369. Ic. Fuchs. hist. 436. Fl. dan. 410. Engl. bot. t. 1115. Hayne. arz. 6. t. 46. Schk. hand. t. 247. Tabern hist. 1243. Matth. comm. 577. f. 2. Dalech. lugd. 1045. f. 1. Petiv. h. br. t. 16. f. 2. Camer. epith. 614. Curt. lond. 3. t. 56. ed Grav. 1. t. 116. Hor. eyst. æst. or. 5. t. 12. f. 1. Bull. Herb. t. 299. Plenck. ic. offic. t. 625. Alber. fl. med. t. 182. Clus. hist. 2. 21. f. 1. Lob. ic. 345. f. 2. Obs. 187. f. 1. Dodon. pempt. 52. f. 1. Tabern. Ic. 360. f. 1. Bah. hist. 2. 1050. f. 1. Moris. s. 7. t. 19. f. 7.

Herba viscida acidulo-aromatica odorem fructus Amygdali persicæ quodammodo spargens. Caulis erectus cubitalis et ultra totus foliosus angulatus sulcatus. Flores sulphurei terminales. Ligulaè radii elongatae lineares tridentatæ. Pappus scaber. Receptaculum subfavosum. Herba acris Arnicæ montanæ vim æmulare imo superare videtur. In dysenteria subvenire notum est. Ego adhibui methodo homiopathica atque actuosissimam inveni in omnibus morbis quibus adhibentur Arnica montana atque Heliantus annuus. Specifico modo agere mihi visa est in doloribus rheumaticis diuturnis debellandis.

ff. *Caule virgato piloso-viscoso.*

10. VISCOSA. Ait. Kew. ed. 1. 3. 223. I. *Caule virgato piloso-viscoso foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis auriculatis auriculis reflexis serratis asperis floribus racemoso-paniculatis racemo pyramidato basi subcomposito pappo exter. coroniformi crenulato.*

Erigeron viscosum. L. sp. 1209. Jacq. h. vind. t. 165. Solidaga viscosa Lam. fr. 2. 144. Pulicaria. Cass. Ic. Clus. hist. 2. 20. f. 1. Dodon. pempt. 51. Radix perennis. Caules usque bipedales toti foliosi. Folia crassa. Pili apice glandulosi. Flores sulphurei. Cor. radii angustissimae lineares apice 2-3dentatae raro integræ. Odor ejus gravis non exiguas vires promittit. Fl. æst. Circa *Genuam*: in agro *nic.* et *derthon.* secus amnes *Stafora* et *Scrivia.*

ee. *Squamis lanceolato-linearibus apice appendiculatis.*
f. *Ligulis brevissimis.*
g. *Radice bienni.*

11. BIFRONS. I. *Caule dichotomo superne viscoso foliis glabris ovato-oblongis decurrentibus dentatis apice integerrimis mucronatis aliis cordato-am-*

*plexicaulibus floribus conferte cymosis sessilibus.*

Aster. All. ped. 1. 197. Conyza alata. Baugm. ex Reich. C. bifrons. Gouan. hor. 436. I. glomeriflora. Lam. fr. 2. 150. Ic. Garid. Aix. t. 23. Boccon. mus. 1. t. 21. Reich. ic. t. 346. f. 527. Herm. parad. bat. t. 127. Caulis rigidus pedalis et ultra rubidus laevis. Folia subcrispa capituli parvi bracteali. Flores lutei ;radio abbreviato subnullo. Odor eius gravis ut Tanaceti. Fl. æst. In agro *nic.*, *Monteferrato*, *Liguria*, etc.

gg. *Radice perenni.*

12. SQUARROSA. I. *Caule glabriusculo simplici foliis amplexicaulibus oblongis ovatisque rigidis glabris venoso-reticulatis glanduloso-serrulatis margine scabris corymbo subsessili terminali capitulis ad apices ramulorum solitariis squamis anthodii campanulati ovatis reflexis ciliatis exterioribus brevioribus acheniis glabris.*

I. spiraeefolia. L. sp. 1238. Var. *corymbo terminali denso.* Aster corymbosus. Mœnch. A. Bubonium. Scop. carn. 2. 173. t. 58. I. Bubonium. Jacq. a. ap. t. 19. Var. cap. *involucratis ramis subbifloris.* Ast. squamosus. All. ped. 1. 196. Ic. Gmel. sibir. 2. t. 78. f. 1. Pluk. alm. t. 8. f. 1. Bah. hist. 2. 1049. Sibt. fl. gr. t. 875. Caulis usque bipedalis rubens striatus. Folia dura pedunculi foliosi apice incrassati 1-2flori. Capitula majuscula. Squamæ anthodii exter. majores. Cor. sulphureæ. Fl. æst. In collibus circa *Genuam* etiam *Taurin.* Sed rara. Copiosa in sylvis circa *Segusium*: ad rupes in agro *acquens.*: circa *Ciambava* in valle *Augustae praetoriae*, etc.

ff. *Ligulis elongatis.*

13. BRITANNICA. I. *Caule erecto villoso apice corymboso paucifloro foliisque amplexicaulibus cordato-longe lanceolatis acutis planis glanduloso-denticulatis subtus sublanatis squamis anthodii lanceolatis villosis radio elongato acheniis hirsutis.*

I. hirta. Poll. pal. 2. 467. I. Oetteliana. Reich. excurs. 237. *discoidea* var. *radio nullo.* Tausch. pl. select. apud Koch syn. 394. Aster. britannicus. All. ped. 1. 197. I. comosa Lam. fr. 2. 147. est var. *squamis anthodii disco longioribus.* I. dichotoma Zuccagni observat. bot. n. 88. Var. *pedunculis bifidis dichotomisque capitulis minoribus anthodii squamis apice reflexis.* Ic. Dalech. lugd. 1082. f. 1. Moris. s. 3. t. 19. f. 8. Schk.. hand. t. 247. Flor. dan. t. 413. Lob ic. 394. f. 1. ejusd. advers. 121. f. 1. Zannich. ist. t. 155. f. 2. Caulis pedalis et ultra geniculatus. Flores subumbellati aurei. Radix subrepens. Fl. æst. Secus fossas et rivulos amnes fluvios etc. *Padum* in agro *taur. albens. derthon. astensi*, *Monteferrato*, etc.

bb. *Foliis angustioribus: anthodii squamis lineari-lanceolatis apice appendiculatis.*

14. ENSIFOLIA. I. *Foliis sessilibus linearibus acuminatis nervosis integerrimis glabris margine scabris sublanatisque caule simplici subunifloro capitulis involucratis acheniis glabris.*

Aster ensifolius. Scop. carn. 2. 174. Ic. Jacq. a. t. 162. Sturm. h. 34. Radix perennis horizontalis. Caulis pedalis et ultra rubidus striatus lævis lanuginosus erectus. Folia nitida longa aliquando denticulata. Flores odorati sulphurei. Capitula majuscula. Fl. æst. In montibus di *Piossasco.*

302. SOLIDAGO.

a. *Caule humili simplici, capitulis majusculis.*

1. MINUTA. S. *Caule humili simplici piloso foliis lanceolatis utrinque attenuatis serratis glabris, pedunculis inferioribus axillaribus unifloris supremis racemosis floribus maximis.*

Ic. Lod. bot. cab. t. 189. Barrel. ic. 783. Boccon. mus. t. 118. Herm. par. bat. t. 245. Pluk. almag. t. 235. f. 7. 8. est omnino var. pumila sequentis, assentientibus etiam Vittman, Candol. cet. In collibus, montibus, alpibus, etc.

aa. *Caule elato superne ramoso capitulis parvulis.*

2. VIRGAAUREA. S. *Caule tereti erecto superne pubescente ramoso, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis serratis inferioribus pilosiusculis racemo erecto paniculato radio elongato.*

Folia sup. quandoque integra. Varr. plurimæ ab auctoribus enumerantur quae nullis firmis characteribus ;innituntur. Ic. Bab. hist. 2. 162. Matth. comm. 649. f. 1. Dalech. lugd. 1272. f. 1. Blackw. t. 169. Ludw. ect. t. 450. Knor. del. 4. t. VV. 11. Flor. dan. t. 663. Camer. epith. 748. Lam. ill. t. 680. Gaertn. fruct. t. 176. f. 6. Zorn.

ic. 384. Sturm. h. 9. Engl. bot. t. 301. Petiv. h. br. t. 16. f. 10. Ect. pl. ratisb. t. 97. Dod. pempt. 142. f. I. 2. Herba perennis usque orgyalis. Caules rubidi. Folia ima ovata petiolata. Racemi elongati. Capitula parva. Flores sulphurei, radiales 5-10. ligulis trinervis. Achenia puberula: pappus scaber, Folia sordide virentia. Fl. æst. vulgaris in sylvis et nemoribus præsertim collinis et montanis. Stirps amara adstringens et vix aromatica. Specifica virtute gaudet et vere heroica ad calculos renum et vesicæ comminuendos atque expellendos. Quod jam veteres scriptores Arnoldus de Villanova, Barclayus, Piso, Solenander prædicaverunt et novissimi auctores Mahrbeckius (apud Richterum (mat. med. 1. 599.) et Hejmius). Hufel. giorn. 59. fas. 4. 134.) certis habitis experimentis confirmaverunt. Quæ Fulvii Gherli (cent. di rare osservaz.) optimi et experti viri testimonio comprobata sunt. Ego quoque hominem juvenem calculis renum vexatum decocto Solidaginis Virgæ aureæ diutius adhibito urinis sedimentum copiosum subpultaceum ponentibus omnino liberavi: etiam in ulceribus vesicæ et renum valde succurrere constat auctoritate optimorum scriptorum. Herba digna est quæ methodo homiopathica exploretur.

## 303. CINERARIA.

a. *Fruticosa: foliis pinnatifidis.*

1. MARITIMA. C. *Foliis petiolatis pinnatifidis supra lanatis subtus cauleque erecto niveo-tomentosis laciniis obtusis subtrilobis corymbo composito anthodio haemisphaerico dense tomentoso acheniis striatis puberulis.*

Senecio Cineraria. Cand. prodr. 6. 355, S. maritimus. Reich. excurs. 2. 244. Jacobaea tomentosa. Moench. maritima Cupan. hor. cath. 102. Cin. ceratophylla. Tenor. neap. 5. 227. Ic. Lob. ic. t. 227. f. 2. Prosp. alpin. ægypt. t. 28. Dodon. pempt. 642. Moris. s. 7. t. 18. f. 7. Bah. hist. 1058. Caules cæspitosi pedales et ultra ramosi. Folia conferta: pedunculi uniflori. Flores parvi sulphurei. Fl. æst. In littoribus maris *nic.* et *ligustici*: ad rupes supra l'*Escarena*.

aa. *Herbacea, perennis, foliis indivisis.*

2. LONGIFOLIA. Jacq. a. 2. 49. t. 181. C. *Caule araneoso-villoso simplici erecto striato foliisque scabriusculis sublanatis radicalibus oblongis denticulatis in petiolum attenuatis vel ovatis cordatisque caulinis lanceolato-linearibus elongatis corymbo multifloro acheniis puberulis pappo abbreviato radice tuberosa.*

C. spathulæfolia quorundam etiam Gmel. bad. 3. 454. Reich. ic. 240. et 239. Var. *foliis oblongo subspathulatis subintegris.* Senecio brachychætus. Cand. prodr. 6. 362. S. aurantiacus ejusd. l. c. 360. Cin. aurantiaca. Hop. cent. pl. 4. C. alpina. All. ped. 1. 203. t. 58. f. 2. et Reich. ic. f. 241. 242. 243. 244. Botan. magaz. t. 2262. Cin. capitata. Wahlemb. Fl. carp. 271. C. fulva. Stev. mem. soc. Mosc. 4. 64. est var. *foliis paulo brevioribus floribus croceis.* Var. etiam *radio nullo.* Var. *radice neutiquam tuberosa, caule fistuloso acheniis glabris* est. Cin. Balbisiana. Bertol. fl. ital. 9. 290. C. longifolia All. I. 203. Senecio Balbisianus. Candol. prodr. 6. 360. — C. campestris Tenor. neap. 5. 227. C. tenuifolia. Gaud. helv. s. 307. C. integrifolia alpina Jacq. a. t. 179. — Ic. Barrel. ic. 266, 801. Boccon. mus. t. 49 — C. alpestris Hopp. in Reich. ic. t. 110. f. 220. Fl. æst. In pratis alpinis et montanis siccis alpium maritimarum, etc. monte *Cenisio:* in valle *Macrae*: *La Chianale*: *Tenda*: *Briga*: *Limone*: Bellino di *Giaveno*: in montosis *di Intragna* supra *Premosello* et *Pallanzeno*, *etc.*

## 304. SENECIO.

a. *Genuini, radiati.*
b. *Radio patente.*
c. *Foliis indivisis.*
d. *Floribus corymbosis.*
e. *Foliis latioribus ovatis, oblongis, lanceolatis.*
f. *Acheniis glabris.*
g. *Caule tereti, serraturis foliorum rectis, radice fibrosa perenni.*

1. NEMORENSIS. S. *Foliis sessilibus oblongis utrinque attenuatis crebre duplicato vel simpliciter serratis ciliatis membranaceis subtus tenuissime pubescentibus margine inaequalibus corymbis paniculatis anthodiis squamis filiformibus longis involucratis radice repente.*

Ligulæ radii 3-9 tridentatæ. Calyculus 3 5phyllus pappus aliquando rubidus. Folia aliquando angusta. Caules cæspitosi in pinguibus atque umbrosis usque orgyales. Var. multæ enumeratæ a Kochio quæ perperam a Candol-

leo (prodr. 6. 352. 354) pro distinctis speciebus habentur: Tales sunt. S. octoglossus. S. Jacquinianus. Reich. ic. 3. 80. S. Fuchsii Gmel. bad. 3. 444. et quæ subsunt varr. plurimæ ab auctoribus adductæ. — Huc etiam S. ovatus Tenor. neap. 2. 222. S. alpestris. Gaud. helv. s. 296. Ic. Bah. hist. 2. 1005. Pluk. phyt. t. 235. Jacquin. observ. p. 3. t. 65. 66. ejusd. a. t. 184. Reich. ic. f. 466. (S. Fuchsii) et 467. (S. octoglossus.) Fl. æst. vulgaris in nemoribus et sepibus umbrosis montanis. Apud nos ligulæ sæpius tres, caules præalti. Quoad flores faciem Solidaginis habet.

gg. *Caule alato, serraturis foliorum antrorsum curvatis, radice repente.*

2. SARACENICUS. S. *Foliis subsessilibus lanceolatis elongatis utrinque attenuatis glabris serrulatis serraturis antrorsum flexis imis in petiolum attenuatis latioribus summis anguste lanceolatis corymbis paniculatis pedicellis anthodiisque pubescentibus caule alato.*

Var. *radio nullo.* Ic. Fuchs. hist. 728. Tabern. ic. 556. Hill. 41. t. 86. Bah. hist. 1063. Jacqu. a. t. 186. Reich. ic. f. 468. Lob. ic. 299. Engl. bot. t. 2211. S. fluviatilis Wallr. in Lin. 14. 646. Jacobæa saracenica. Fl. Wett. 2. 213. Solidago angustifolia. Mill. Caulis usque orgyalis superne sulcatus apice corymbosus. Pedunculi squamosi. Pappus scabridus. Discus luteus. Ligulæ radii flavæ. Fl. æst. Vulgaris secus aquas locis umbrosis præsertim montanis. Est omnino var. S. nemorensis.

ff. *Acheniis puberulis.*
g. *Foliis ovàto-oblongis coriaceis.*

3. DORIA. S. *Foliis coriaceis oblongolanceolatis serratis subdecurrentibus imis in petiolum attenuatis summis ovatis laevibus glaucescentibus corymbo terminali longe pedunculato bracteato involucro anthodii patulo radice perenni caule erecto striato fistuloso.*

S. carnosus. Lam. fr. 2. 131. S. altissimus Mill. Ic. Jacq. a. t. 185. Bah. hist. 2. 1064. f. 1. Lob. ic. 297. f. 1. 2. Observ. 158. f. 2. Dalech. lugd. 1273. f. 1. 2. Tabern. ic. 871. f. 2. Moris. s. 7. t. 23. f. 2. Caulis usque orgyalis apice corymbosus. Folia alterna, crassa, pinguia undulata. Bracteæ ex basi ovata subcordatæ lineari-subulatæ. Calyculus brevissimus. Radius 5-6florus flavus. Discus luteus. Achenia aliquando glabriuscula. Anthodii squamæ crassæ flavo-virentes apice nigræ. Fl. æst. Secus *Druentiam* amnem in valle *Queiras*: in valle *Siccida* et *Ossulana* secus rivulos et amnes.

gg. *Foliis elongato-lanceolatis membranaceis.*

4. PALUDOSUS. S. *Foliis erectis semiamplexicaulibus lanceolatis acuminatis argute serratis subtus cauleque elato fistuloso lanato-floccosis corymbo terminali composito anthodio glabriusculo radice perenni.*

S. Sadleri. Laug. ex Reich. excurs. 245. Sadl. flor. pest. 403. S. bohemicus. Tausch. pl. sel. var. *foliis utrinque glabris.* S. riparius. Wallr. sched. crit. 482. Ic. Thal. hercin. ic. 21. 3. Tabern. ic. 555. Dalech. lugd. 1037. f. 2. Moris. s. 7. t. 19. f. 22. Fl. dan. t. 385. Engl. bot. 650. Zannichel. ist. t. 131. Petiv. h. br. t. 16. f. 8. Bah hist. 2. 1063. Ram. bul. philom. n. 43. p. 146. t. 11. Caulis usque orgyalis utplurimum tamen humilior. Folia pallida subviscida densa. Ligulæ radii 13-15 apice incisæ vel 5dentatæ flavæ. Flores magni lutei. Calyculi laciniæ apice sphacelatæ. Radix subrepens. Flores inferiores pedunculis axillaribus solitariis insidentes. Pappus scabridus. Receptaculum pilosiusculum. Fl. æst. et aut. In paludosis et oris amnium et lacuum.

ee. *Foliis angustis.*

5. LINIFOLIUS. S. *Foliis linearibus integerrimis glabris corymbis terminalibus pedunculis squamosis caule suffruticoso ramoso erecto anthodii squamis apice acutis acheniis puberulis.*

Ic. Barrel. ic. 802. Boccon. mus. t. 49. Caulis tripedalis et ultra. Anthodii squamæ non sphacelatæ. Ligulæ radii 8. aureæ. Fl. æst. Habitat... locus memoria excidit.

dd. *Caule 1-paucifloro.*
e. *Foliis oblongis.*

6. DORONICUM. S. *Caule simplici subunifloro foliis coriaceis oblongis obtusis dentatis in petiolum decurrentibus glabriusculis vel sublanatis caulinis sessilibus anthodio ample calyculato, squamis acuminatis ligulis radii* 11-15 *acheniis glabris striatis pappo candidissimo radice perenni.*

Var. *Caule multifloro.* S. Barrelieri Gouan. ill. 68. S. apenninus. Taus. in flora 1827. S. orientalis Tenor. neap. 2,

224. S. montanus Lam. Boccon. mus. t. 29. — Var. foliis radicalibus subrotundis est S. rotundifolius Lapeyr. abr. pyr. 517. — Lepicaune tomentosa ejusd. l. c. 481. est var. albo-tomentosa Solidago Doronicum. L. sp. ed. 1. 880. Doronicum helveticum. Mill. — S. lanatus Scop. carn. 2. 165. Barrel. ic. 361. S. arachnoideus. Cand. prodr. 6. 357. S. Scopolii Host. aus. 2. 478. Arnica lanigera. Tenor. neap. t. 193. f. 1. A. floccosa. Tenor. l. c. Cineraria arachnoidea. Reich. excurs. 242. videtur consocianda. Ic. Jacq. a. ap. t. 45. Clus. hist. 2. 17. f. 1. Bah. hist. 3. 21. f. 1. Gerar. prov. t. 7. Caulis usque bipedalis pauciflorus. Folia crassiuscula supra glauca subtus villosa. Caulina parva sessilia lanceolata et fere subulata. Flos grandis. Ligulæ radii croceæ. Fl. æst. Vulgaris in pratis spongiosis, et locis paludosis alpium.

ee. *Foliis spathulatis.*

7. UNIFLORUS. All. ped. 1. 200. t. 17. f. 3. S. *Caule simplici humili subunifloro foliis spathulatis subintegerrimis utrinque tomentosis vel inciso-crenatis superioribus linearibus integerrimis acheniis puberulis radice perenni.*

S. uniflora. All. miss. taur. 5. 70. Pluk. phyt. t. 39. f. 7. Est procul dubio var. S. incani *foliis integrioribus acheniis puberulis.* Inula provincialis. Gouan. ill. 68. Vulgaris in summis alpium jugis: vallis *Augustae praetoriae: Soanae. Re. Grassoney, Bonaval, Monte Galeae* et *Col di Cogne:* inter *Giaveno* et *Cumiana*, in montibus editissimis inter *parvum S. Bernardum* et *Cenisium.* Etiam in provincia *nov.* in montibus di *Alagna* versus montem *Rosa*: in summis rupibus alpium di *Formazza*, montis *Moro*, et supra *Varzo*: in montibus *Campello* et *Cistella*, etc.

cc. *Foliis divisis.*

h. *Radicalibus indivisis.*

o. *Caulinis lyratis omnibus glabris.*

8. AQUATICUS. Huds. angl. 366. S. *Foliis glabris radicalibus obovato-oblongis integris in petiolum decurrentibus caulinis lyratis corymbi ramis strictis radio amplo, acheniis laevibus radice bienni.*

Var. *Acheniis puberulis et foliis radicalibus lyratis.* Unde conjicio esse var. S. Jacobeae consentientibus Spennero et Gaudinio. Caulis plerumque humilis non raro tamen usque pedalis strictus superne ramoso-corymbosus. Folia ima petiolata ceteris auricula partita semi-amplexicaulibus basi incisis et lyratis pinnis lateralibus oblongis vel linearibus oblique e costa media egredientibus terminali ovato-oblonga dentata vel sublobata foliis superioribus pinnatifidis integrisque dentatis squamis sub anthodio binis. Achenii disci subpuberuli, marginis glabri: pappus marginalium paucipilosus, caducus. Ic. Engl. bot. t. 1131. Fl. dan. t. 784. Schk. hand. t. 267. S. barbareæfolius. Reich. excurs. 244. var. Fl. æst. Vulgaris in palustribus, fossis, atque oris aquarum.

oo. *Caulinis pinnatifidis.*

9. RUPESTRIS. Kitaib. hung. 2. 136. t. 128. S. *Foliis subtus pilosiusculis radicalibus obovatis duplicato-dentatis lyratisve caulinis pinnatifidis aurito-amplexicaulibus laciniis lanceolatis rachique angulato-dentatis anterioribus confluentibus terminali laxo acheniis cano-pubescentibus pappo caduco calyculo 6 12 phyllo anthodio quadruplo breviore squamis apice longe nigro-acutatis sphacelatis.*

S. nebrodensis L. sp. 1217. ?. Cand. prodr. 6. 350. a. 6. S. rupestris. S. montanus. W. sp. 3. 1989. S. paradoxus. Hoppe ap. W. l. c. S. laciniatus. Bertol. am. ital. 102. Balb. et Noc. tic. 2 t. 13. S. vernalis Hop. etiam Kitaib. hung. 23. t. 24. est var. *pappo non deciduo.* — Jacobæa lanuginosa Presl. del. prag. 91. Ic. Barrel. 401. 402. Reich. ic. fig. 514. Fl. æst. Hab. in apricis montanis.

hh. *Foliis omnibus inaequaliter dentatis incisis vel sublyratis subtus incanis.*

10. ALPINUS. Scop. 2. 164. S. *Foliis petiolatis cordato-ovatis inaequaliter dentatis incisis seu sublyratis petiolo nudo vel appendiculato lobo extremo majusculo cordato ovato grossedentato vel inciso supremis lanceolatis omnibus subtus canescentibus caule angulato sulcato corymbo-composito achensis glabris pedunculis squamulosis anthodio polyphyllo bracteolis nullis aut paucis calyculato radice perenni.*

Cineraria alpina L. sp. 1243. C. cordifolia. L. fil. supl. 365. Ic. Bah. hist. 2. 1056. f. 1. et 1057. f. 4. Jacq. a. t. 167. et. t. 176. et t. 177. Reich. ic. f. 256. 257. Barrel. ic. 45. Boccon. mus. t. 49. Clus. hist. 1. 33. Bah. prodr. 69. f. 2. Caulis pedalis et ultra simplex

erectus læviusculus. Corymbus irregularis. Flores usque 10. aurei. Ligulæ radii 12-15. Fl. æst. In pratis pinguibus alpium præsertim circa casas et stabula. In montibus *Garexii* dictis *Villar-Sovran.*

hhh. *Radicalibus lyratis caulinis pinnatifidis omnibus glabris.*

11. ERRATICUS. Bert. am. ital. 92. S. *Foliis glabris radicalibus lyratis obtusissimis lobo terminali maximo subcordato repando-crenato caulinis basi auriculatis pinnatifidis laciniis cuneatis dentatis corymbi ramis patentibus acheniis glabris radialium pappo paucipiloso caduco radice bienni.*

S. barbareæfolius Krok. 2. 421. Reich. ic. t. 357. S. aquaticus Loisl. fl. gal. 2. 566. Cineraria bicolor. Viv. fl. cors. 15. Ic. Bonan. pamph. t. 55. et t. 159. Mea sententia conjungendus cum. S. aquatico Huds. qui non videtur differre nisi foliis radicalibus indivisis, quique S. Jacobeæ var. est. In fossis præsertim pratorum vulgaris etiam apud nos.

hhhh. *Foliis omnibus lyrato-pinnatifidis.*

m. *Incanis.*

12. LEUCOPHILLUS. Cand. cat. hor. monsp. 1813. 144. S. *Niveo-lanato-tomentosus foliis lyrato-pinnatifidis in petiolum latiusculum decurrentibus lobis obtusis subdentatis corymbo coarctato terminali acheniis puberulis caule suffruticoso.*

Est omnino var. S. incani *acheniis pubescentibus pappo paulo longiore.*

mm. *Glabris.*

13. JACOBAEA. S. *Caule foliisque lyrato-pinnatifidis glabriusculis laciniis lanceolatis divaricatis inciso-dentatis caulinis superioribus auricula multipartita amplexicaulibus calyculo subdyphyllo brevissimo adpresso corymbo terminali acheniis radii glabris disci piloso-scabris illis pappo paucipiloso caduco radice perenni.*

Var. *radio nullo.* Ic. Matth. comm. 17. f. 2. Dalech. lugd. 576. f. 1. Bah. hist. 2. 1057. Moris. s. 7. t. 8. f. 8. Gærtn. t. 176. f. 1. Knor. del. 1. t. I. Mart. fl. rust. t. 85. Engl. bot. t. 1135. Fl. dan. t. 944. Fuchs hist. 742. Schk. hand. t. 267. Brunsf. herb. 2. 56. Trag. 287. Clus. hist. 2. 22. f. 1. Camerar. epit. 870. Park. theat. 668. f. 1. Lob. ic. 227. f. 1. obs. 113. f. 2. Dodon. pempt. 642. f. 1. Tabern. ic. 169. f. 2. Caulis usque tripedalis. Folia utplurimum glabra fusco-virentia. Laciniæ non raro pinnatifidæ divaricatæ. Ligulæ radii 10-12. aureæ apice tridentatæ. Anthodii subcampanulati squamæ margine membranaceae sub apice maculatae. Fl. aut. Vulgaris in pratis, sepibus, dumetis, aggeribus, etc. locis praesertim humentibus.

hhhhh. *Foliis omnibus pinnatifidis incanis.*

r. *Radice perenni.*

14. INCANUS. S. *Humilis niveo-tomentosus foliis omnibus pinnatifidis in petiolum latum decurrentibus inferioribus basi auriculatis laciniis acutiusculis subdentatis superioribus exauriculatis pinnis linearibus acutis corymbo coarctato terminali acheniis glabris.*

S. carniolicus W. sp. 3. 1993. est var. foliis supra glabris. Clus. pan. 565. Bah. hist. 2. 1058. — S. parviflorus. All. ped. 1. 200. t. 38. f. 3. omnino var. — S. Persoonii Bertol. de Not. reper. fl. lig. 229. est var. *foliorum laciniis oblongo-spathulatis obtusis acheniis pubescentibus.* Ic. Clus. hist. 1. 333. Barrel. ic. 262. Pluk. phyt. t. 39. f. 6. Caules digitales. Anthodii squamae fusco marginatae. Ligulae radii paucae aureae. Discus subfuscus. In alpibus vocant *Genipi jaune.* Fl. aest. et aut. In rupestribus apricis aridis summarum alpium.

rr. *Radice annua.*

15. SQUALIDUS. S. *Caule ramoso sparse piloso foliis subcarnosis imis petiolatis ceteris subamplexicaulibus pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis rachideque subdentatis apice sphacelatis acheniis cano-pubescentibus.*

S. gallicus. Vill. delp. 3. 230. S. exsquameus. Brot. lus. 1. 368. S. difficilis. Dufour. an. sc. nat. 5. 429. t. 11. S. dentatus Jacq. collec. 5. 150. t. 6. f. 2. S. chrysanthemifolius Poir. enc. 7. 96. Boccon. sic. t. 36. f. A. B. C. D. Engl. bot. t. 600. Bonan. panph. t. 158. t. 162. Barrel. ic. 262. f. 2. Sab. hor. rom. 8. t. 21. — S. laxiflorus. Viv. fl. lib. spec. 55. t. 11. f. 3. Boccon. sic. t. 41. f. 1. Barrel. ic. 262. f. 2. — Var. etiam *anthodiis omnino ecaliculatis* quae est S. desquamatus Link. hor. ber. — Caulis pedalis et ultra. Ligulae radii 10-12. demum deflexæ aureæ, ellipticæ apice

integræ. Folia subtus sæpe violacea. Corymbus pauciflorus, laxus. In collibus et olivetis agri *nic.* praesertim di *Saorgio*. Fl. æst.

hhhhhh. *Foliis bipinnatifidis.*

16. ABROTANIFOLIUS. S. *Caule foliisque bipinnatifidis rigidiusculis glaberrimis nitidis laciniis linearibus mucronatis imis bipinnatis pinnis angustis integerrimis rarius unidentatis baseos minoribus petiolo exauriculato pinnatifido-dentato dentibus lineari-subulatis rachide integerrima corymbo terminali paucifloro radio amplo calyculo dimidium anthodium aequante 3-6phyllo acheniis glabris.*

Ic. Clus. hist 1. 334. f. 1. pan. 565. Jacq. a. t. 79. Lob. ic. 740. Bah. hist. 3. 153. Munting. ic. 87. Sturm. deut. fl. heft 21. Caules cæspitosi basi suffruticosi subpedales basi prostrati. Folia subtus rugosa ima petiolata caulina orta e vagina ciliata. Pedunculi pubescentes. Flores crocei ligulis 10-14. sæpe apice tridentatis. Fl. æst. In summis alpium jugis: monte *Rosa*: in alpibus vallis *di Vogna.*

bb. *Radio revoluto*: *herbacei*: *foliis divisis.*

n. *Caule subsimplici: foliis pilosiusculis acheniis cano-pubescentibus.*

g. *Radice annua.*

17. SYLVATICUS. S. *Caule simpliciusculo foliisque profunde pinnatifidis arachnoideo-pilosiusculis laciniis lineari-lanceolatis denticulatis subpinnatifidisque interjectis minoribus floribus subcorymbosis corymbo amplo fastigiato involucro anthodii abbreviato.*

S. lividus Smith. engl. fl. 3. 428. Engl. bot. t. 2515. Obejaca sylvatica. Cass. dict. 35. 271. Ic. Rup. jen. ed. Hal. t. 3. Dill. hor. elth. f. 337. Engl. bot. t. 748. Flor. dan. t. 869. Schk. hand. t. 267. Barrel. ic. 421. Boccon. sicul. t. 41. f. 1. Caulis tripedalis et ultra erectus foliosus sulcatus. Folia numerosa sparsa male olentia, viscidula: flores parvi. Ligulæ minimæ brevissimæ flavae. Vulgaris in collibus *Liguriae*, agri *nic. astens.*: etiam collibus *taurin.*: ad rupes in *Sabaudia*, etc.

gg. *Radice perenni repente.*

18. ERUCAEFOLIUS. S. *Caule erecto sulcato superne ramoso, foliis pinnatifidis inferioribus petiolatis caulinis sessilibus pinnis linearibus dentatis pinnatifidisque baseos minoribus integerrimis auriculaeformibus rachide integra corymbo multifloro conferto calyculo polyphyllo dimidium anthodium aequante radice repente.*

S. tenuifolius. Jacq. a. t. 278. Engl. bot. t. 584. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 121. Reich. ic. f. 516. — Var. etiam *radio nullo*. S. lycopifolius. Guss. syn. 2. 478. — Ic. Svens. bot. t. 607. Caulis bipedalis et ultra. Flores sulphurei. Squamæ anth. dilatatæ puberulæ margine membranaceae. Ligulae lineari-oblongae obtusae tridentatae primum patulae demum revolutae. Barrel. ic. 153. mihi videtur huc esse trahenda. Fl. æst. et. aut. In collibus, et oris sylvarum aggeribus, etc. etiam apud nos frequens.

nn. *Caule ramosissimo foliis viscoso-pubescentibus acheniis glabris.*

19. VISCOSUS. S. *Caule ramosissimo foliisque profunde pinnatifidis glanduloso-pubescentibus, viscosis semiamplexicaulibus laciniis lanceolatis sinuato-dentatis floribus subcorymbosis calyculo laxo anthodium dimidium subaequante ligulis minimis acheniis glaberrimis striatis radice annua.*

Obaejaca viscosa. Cass. dict. 35. 270. Ic. Dodon. pempt. 641. Lob. ic. 226. Bah. hist. 2. 1042. Dill. hor. elth. f. 336. Flor. dan. t. 1230. Schk. hand t. 267. Engl. bot. t. 32. Var. etiam *capitulis discoideis*. Habitus et facies S. vulgaris. Caulis usque bipedalis foliosus. Pinnae foliorum versus basim angustiores, alternae minores. Ligulae flavae apicetridentatae. Fl. aest. In alveis torrentium, convallium alpinarum, etc.

aa. *Radio nullo: foliis divisis: radice annuá.*

20. VULGARIS. S. *Foliis superioribus amplexicaulibus pinnatifidis glabris laciniis obtusis dentatis rachide auriculisque acute inaequaliter dentatis corymbo terminali coarctato cernuo calyculi squamis subdenis appressis abbreviatis longe nigro acutatis radio nullo acheniis puberulis teretiusculis striatis caule erecto ramoso.*

Aliquando *radius adest.* Tunc est S. denticulatus Muller. fl. dan. t. 791. quem tamen Wahlemb. var. pusillam S. sylvatici dicit. Ic. Fuchs. hist. 286. Brunsf. herb. 1. t. 120. Trag. 285. Matth. comm. 716. f. 1. Camer. epit. 869. Da-

lech. lugd. 575. f. 1. Lob. ic. 225. f. 2. Observ. 112. f. 2. Dodon. pempt. 641. f. 2. Lonic. 96. f. 1. Tabern. ic. 168. f. 2. Moris. s. 7. t. 17. f. 1. Flor. dan. t. 513. Blackw. t. 132. Fl. med. t. 324. Knor. del. 2. t. s. 5. Durant. herb. 429. Drev. bilderb. t. 26. Curt. lond. 1. t. 61. ed. Graves 2. t. 116. Hill. 7. 11. t. 25. Kern. œkon. pflan. t. 69. Bull. herb. t. 197. Sabb. hor. rom. 7. t. 88. Engl. bot. t. 747. Albert. fl. med. t. 134. Svens. bot. t. 353. Caulis usque pedalis plerumque tamen humilior. Folia ima petiolata omnia aliquando arachnoideo-lanata. Flores omnes hermaphroditi ac fertiles. Floret toto anno etiam hyeme. Vere flores in pappos mutati candidos comam senis imitantes capita demum nuda ac calva relinquunt, unde veteres Erigeron vocaverunt quasi dicerent senem veris. Herba certe non iners videtur sed experimenta certa desiderantur. Herba vel succus ejus vel decoctum ingestum vermes interficere, intus atque extus in cataplasmate inflammationes ani, et vulvae testium et mammarum sanare dicitur. Herbam acrem esse atque ingestam vomitum atque alvum ciere scriptum est. Novissime Finazzi (*Descrizione di un vegetabile anticonvulsivo.* Milano, 1824), in nervorum distensionibus hystericis commendavit. Verum usus ejus rursum exolevit. Forte more homiopathico adhibita utilis est in convulsionibus hystericis et viscerum abdominalium lentis inflammationibus: quae institutis probe experimentis exploranda sunt. Infusum florum Senec. Doronici alpicolae adhibent in asthmate S. Jacobaea herba acris est et nauseosa atque urinas valdopere auget. Quæ novis experimentis indigent.

## 305. CONYZA.

a. *Fruticuli: capituli floribus marginalibus femineis saepe abortientibus tenuissimis filiformibus multiserialibus, centralibus quinque dentatis hermaphroditis fertilibus: acheniis teretiusculis.* PHAGNALON. Cass.

b. *Foliis omnibus linearibus, pedunculis nudis trifloris.*

1. SORDIDA. C. *Foliis linearibus revolutis integerrimis ramisque albo-tomentosis pedunculis axillaribus elongatis trifloris anthodii ovato-cylindrici squamis ovatis scariosis obtusiusculis.*

Gn. sordidum. L. sp. 1193. Gn. conyzoideum Lam. fr. 2. 63. Phagnalon tricephalum. Cass. dict. 39. 401. Ph. sordidum. Cand. prodr. 5. 396. Ic. Da lech. lugd. 778. f. 2 Bah. hist. 3. 156. Barrel. ic. 277. et 368. Quae postrema speciem omnino alienam mihi videtur sistere *pedunculis ramosis foliis elongatis apice subulatis.* Caulis vix palmaris ramosus albus. Folia longa semiamplexicaulia. Capituli 1-3. Anthodii squamæ margine fuscæ. Flores sordide flavi. Achenia puberula. Fl. æst. In muris, et rupibus agri *nic. unel.* et *Ligur.*

bb. *Foliis imis oblongo-lanceolatis pedunculis nudis unifloris.*

2. SAXATILIS. C. *Foliis imis oblongo-lanceolatis superioribus linearibus subdentatis supra araneosis subtus tomentosis pedunculis axillaribus elongatis unifloris anthodii campanulati glabri squamis sublinearibus acuminatis apice scariosis.*

Phagnalon subdentatum Cass. dict. 39. 400. Ph. Lagascae id. l. c. Ph. saxatile Cand. prodr. 3. 596. fruticulus vix spithameus Folia aliquando integerrima sunt. Flores sulphurei. Anthodii squamae citrinae. Valde distincta a superiore etiam facie. Ic. Barrel. 426. Bah. prodr. t. 123. Boccon. mus. t. 104. et 109. Moris. s. 7. t. 10. f. 10. f. 16. ic. (Bahuini melius pingit folia ima lanceolata. Ad muros in agro *nic.* Ad rupes *Ossulae* praesertim supra *Varzo.*

aa. *Herbae.*

b. *Capitula discoidea, floribus radii multiserialibus femineis. corolla tenuissima filiformi truncata aut brevi 2-3dentata disci paucis masculis tubulosis 5dentatis acheniis teretiusculis glabris.* CONYZA.

3. AMBIGUA. Cand. fr. 5. 468. C. *Incana sericeo-villosa foliis infimis lanceolatis medio dentatis superioribus linearibus integerrimis floribus racemoso-corymbosis radice annua caule herbaceo erecto ramoso paniculato tereti capitulis pedicellatis anthodii squamis subuniserialibus linearibus acuminatis.*

Erigeron linifolium W. sp. 3. 1955. E. crispum. Pour. chl. narb. n. 470. E. contortum Desf. ex Pers. ench. 2. 40. E. canadense. Tenor. prodr. ex syll. 428. E. drebachense. Sav. bot. etr. 4. 81. E. angulosus. Gaud. helv. 5. 265. E. laciniatum Mart. reis nach vened. 2. 615. Dimorphantes ambigua. Presl. sic. 1. 28. Escenbachia ambigua Moris. sard. 2. 372. Habitus E. canadensis. a

quo differt. 1. colore pallide cinereo. 2. foliis neutiquam ciliatis 3. capitulis neutiquam radiatis. 4. crassioribus, paucioribus. 5. brevius et crassius pedicellatis Receptac. planum nudum. Flores masculi 5-6. fœminei plurimi. In agro *nic.* ?

bb. *Capitula subligulata floribus radii uniserialibus femineis abortu interdum substerilibus disci hermaphroditis tubulosis* 5*dentatis antheris basi bisetis acheniis tereliusculis.* INULODES. Zum..

4. SQUARROSA. C. *Foliis alternis villosiusculis inferioribus ovato-oblongis serratis petiolatis superioribus oblongo-lanceolatis integerrimis corymbis compositis terminalibus anthodii squarrosi ovato-subcylindrici squamis linearibus exterioribus rectis ciliatis caule erecto angulato folioso superne paniculato-ramoso floribus radii trifidis vix ligulatis acheniis angulatis sulcatis radice bienni.*

Inula Conyza Cand. prodr. 5. 464. Conyza vulgaris Lam. fr. 2. 73. Bull. herb. t. 342. Inula squarrosa Bernh. non Lin. Erig. squarrosum. Clairv. herb. val. 243. Ic. Matthiol. comm. 576. f. 2. Dalech. lugd. 1044. f. 1. Zannich. ist. t. 245. Camer. epit. 612. Clus. hist. 2. t. 21. f. 2. Dodon. pempt. 51. f. 2. Bah. hist. 2. 1051. f. 2. Moris. s. 7. t. 19. f. 28. Blackw. t. 402. Flor. dan. t. 622. Engl. bot. t. 1195. Lam. ill. t. 697. f. 1. Lob. ic. 574. f. 1. observ. 308. f. 3. Herba mollis amara contrita fœtida. Caulis usque tripedalis, rubidus. Flores flavidi. Receptaculum. tuberculatum Fl. æst. et aut. In collibus, et montibus locis apricis lapidosis etc. passim.

## 306. ERIGERON.

a. *Antheris basi bisetis.* INULODES.

1. GRAVEOLENS. E. *Viscido-pubescens foliis lineari-lanceolatis integerrimis subdecurrentibus imis subdentatis floribus paniculatis squamis anthodii patulis, caule a basi ramosissimo ramis virgatis racemosis erecto-patulis rigidis ligulis minimis erectis vix anthodium aequantibus, radice annua.*

Cupularia Gren. et Gorr. fl. de franc. 2. 180. Solidago Lam. fr. 2. 145. Inula Desf. cat. ed. 2. 121. Ic. Barrel. t. 370. Lob. ic. 346. Sibt. fl. gr. t. 866. Durant. herb. 144. Caulis semipedalis, siccus, sublignosus purpureus. Folia scabrida. Pili apice glanduliferi. Flores sulphurei. Squamæ anthodii squarrosæ ante anthesim apice rubidæ. Herba odore gravi non tamen ingrato multas vires medicis præsertim homiopathicis promittit. Ego experimenta pauca instituі et dedi in nervorum distensionibus hystericarum, optimo eventu. Fl. æst. et aut. In agro *nic. unel. derth.* et *aquens.*, etc. Locis aridis et apricis. Ego copiosum inveni *Verroni* in agro *bugel.* in arvis dictis *della Risera.*

aa. *Antheris laevibus.* ERIGERON.

b. *Caule multifloro, floribus corymbosis paniculatis.*

c. *Foliis latioribus oblongis lanceolatis.*

d. *Imis petiolatis inciso-serratis, radice annua, floribus albis.*

2. HETEROPHYLLUS. W. sp. 3. 1956. E. *Foliis pilosiusculis radicalibus petiolatis ovato-oblongis inciso-serratis caulinis lanceolatis sessilibus medio dentatis corymbo fastigiato, anthodio haemisphaerico, piloso acheniis compressis pappo piloso radii simplici esetulis brevibus numerosis interiore e pilis elongatis paucioribus.*

Aster. annuus L. sp. 1229. Erigeron annuum. Pers. en. 2. 43 E. bellidioides Spen. frib. 536. Stenactis dubia Cass. dict. 37. 485. St. annua. Nees. ast. 273. Diplo pappus annuus Bluf. et Fing. com. ed. 1. 2. 368. St. bellidiflora. Al. Braun. apud. Koch syn. 387. Pulicaria bellidiflora. Wallr. sched. 483. P. annua. Gaertn. fr. 2. 462. Cineraria corymbosa. Moench. meth. Phalacroloma acutifolium. Cass. dict. 39. 405. Ic. Cornut. canad. t. 104. Fl. dan. t. 486. Caulis bipedalis et ultra ramosus. Folia pinguia. Flores multi parvi disci luteo-virentes. Radii ligulæ albæ. Facies Bellidis. Fl. aut. In agro *taur.* secus *Duriam* amnem: ad margines agrorum *nelle rive di Druent,* alibique.

dd. *Foliis amplexicaulibus dentatis: radice perenni: radiis purpureis elongatis.*

3. PURPUREUS. Ait. Kew. ed. 1. 3. 186. E. *Pubescens caule erecto foliis amplexicaulibus oblongis dentatis superioribus integerrimis pedunculis corymbi incrassatis inferioribus elongatis squamis anthodii carina margineque membranaceis pilosis flosculis radii ligulis plurimis tenuissimis elongatis.*

Americæ borealis incola. Nescio quo-

modo Fr. Re invenerit in lapidosis ad semitas ad *Valderium*, et prope *Chalbertrand*. Forte cum Erig. alpino commutavit.

ddd. *Foliis sessilibus integerrimis; radice perenni, radio colorato discum aequante.*

4. ACRIS. E. *Villosus foliis lanceolatis integerrimis superioribus sessilibus corymbo terminali simplici radio discum aequante caule erecto folioso superne racemoso pedunculis 1-3floris pappo achenio duplo longiore floribus femineis interioribus filiformibus numerosis.*

E. corymbosus Wallr. in Linnæa 14. 642. Erig. serotinus Weihe. E. podolicus. Reich. excurs. 239. -- Var. *foliis glabris ciliatis* est. E. Droebachensis Mull. t. 874. Trimorphea vulgaris. Cass. dict. 55. 324. Caulis ruber pedalis et ultra primum racemosus dein corymbosus folia aliquando undulata reflexa. Radicalia petiolata obovata serrata. Ligulæ cœruleæ raro discum superant, aliquando albæ. Squamæ anthodii hirsutæ, achenia pilosa fusca. Receptaculum scrobiculatum et subfavosum. Pappus ruber. Ic. Columm. ecphr. 2. t. 26. f. 2. Zannichel. ist. t. 10. Schk. hand. t. 241. Engl. bot. t. 1158. Gaertn. fruct. t. 170. f. 3. Lam. ill. t. 682. f. 1. Dodon. pempt. 641. f. 4. Hoffm. germ. t. 11. Petiv. h. br. t. 16. f. 4. Drew. abbild. t. 27. Hill. veg. t. 2. t. 75. Curt. lond. 1. t. 60. ed. Grav. 2. t. 115. Plenck. ic. t. 626. Dalech. lugd. 1045. f. 2. Tabern. ic. 860. f. 1. Parck. theatr. 120. f. 6. Bah. hist. 2. 1043. f. 2. E. murale Lapeyr. supl. 133. procul. dubio huc trahendus est. Fl. æst. et aut. Vulgatissimus ad muros et satorum margines locis collinis calidis apricis et præcipue lapidosis. Quandoque annuus est.

dddd. *Foliis ciliatis radio albo ligulis angustissimis discum non excedentibus: radice annua.*

5. CANADENSIS. E. *Pilosus foliis lanceolatis subintegerrimis ciliatis imis remote serratis, floribus paniculatis.*

E. paniculatum. Lam. fr.

Caulis usque tripedalis et ultra superne ramosus ramis erectis panicula ramosissima. Flores parvi albo-virentes. Anthodii cylindrici. Achenia albida subsericea angulata obovata. Herba pallide virens subfœtida setoso-hirta rigida scabra. Ic. Fl. dan. t. 292. Boccon. sic. t. 46. Moris. s. 7. t. 20. f. 29. Zanon. hist. 1. t. 78. ed. Monti t. 23. f. 1. Zannichel ist. t. 23. f. 1. Petiv. herb. br. t. 16. f. 12. Hoffm. germ. t. 12. Dill. cat. app. 142. t. 8. Patria ejus America borealis: nunc vulgatissima in àgris et arvis per totam Europam. Forte etiam indigena est, nam si ex *Canada* in Europam migrasset explicari non potest quare in Anglia vix nota sit. Fl. aut.

bb. *Caule submultifloro ramis unifloris: foliis triplinerviis, ligulis albis disco duplo longioribus, radice perenni.*

6. VILLARSII. Bellard. app. 38. t. 9. E. *Glanduloso-pubescens foliis sessilibus oblongis triplinerviis scabris corymbi ramis elongatis foliatis unifloris caule 1-3cephalo raro subpaniculato ligulis patentibus floribus femineis interioribus tubuloso-filiformibus numerosis pappo achenium vix superante.*

Erig. atticum. Vill. delph. 3. 237. Herba rigida vix pedalis utplurimum polycephala. Ligulæ albæ. Fl. æst. et aut. Inter montes *Rosa*, et *Turlo*: in montibus *Carthusiae* vallis *Pisii*. Huc trahit Bertoloni E. purpureum Re. Forte immerito quum ligulæ in hac specie albæ sint.

bbb. *Caule 1-paucifloro, radice perenni, ligulis radii disco duplo longioribus rubellis floribus rubris.*

7. ALPINUS. E. *Hirsutus foliis integerrimis ciliatis radicalibus spathulatis caulinis lineari-lanceolatis radio discum superante anthodii squamis apice subulatis hirsutis floribus femineis interioribus tubuloso-filiformibus numerosis pappo achenio duplo longiore:*

Aliquando glabriusculus floribus femineis omnibus ligulatis. E. glabratum. E. rupestre. Hoppe. — *Caule 1-cehpalo anthodio hirsutissimo floribus femineis omnibus ligulatis.* E. uniflorus. L. fl. lappon. t. 9. f. 3. Sturm. deut. fl. h. 38. — *Capitulis majusculis* E. hirsutum E. grandiflorum Hoppe — Stenactis alpina. Cass. dict. 50. 485. Valde affine E. acri quo differt capitulis majoribus pappo breviore. Ic. Bah. hist. 2. 1047. f. 3. Fl. dan. t. 292. Lam. ill. t. 681. f. 2. Engl. bot. t. 464. Caules cæspitosi usque pedales, plerumque tamen humiliores erecti angulati foliosi. Folia caulina semiamplexicaulia, radicalia majora, Pappus ruber. Achenia

setosa. Flores aliquando albi. Setæ articulatae. Fl. aest et aut. In pratis alpinis. Ego legi in pratis et dumetis montium *Oropae* in agro *bugel.*

### 307. ASTER.

Herbae radio discolore spectabiles.

a. *Caule unifloro, radio coeruleo, radice perenni.*

1. ALPINUS. A. *Caule foliato unifloro foliis trinerviis integerrimis pubescentibus radicalibus spathulato-lanceolatis caulinis lanceolato-linearibus squamis anthodii lanceolatis ciliatis obtusiusculis subaequalibus dorso glabriusculis acheniis hirsutis.*

Aster hirsutus. Host. a. 2. 485. Var. *pilosior.* Ic. Jacq. a. t. 88. Sturm. deut. fl. heft. 37. Gmel. sibir. 2. t. 73. f. 2. Curt. bot. magaz. t. 33. Clus. hist. 2. 15. f. 2. ejusd. pann. 533. Camer. epit. 905. Bah. hist. 2. 1046. f. 1. Moris. s. 7. t. 22. f. 22. Dalech. lugd. 861. f. 1. Caulis basi suffruticosus vix spithamam excedit. Folia ciliata. Caulina pauca. Capitulum folio fultum. Discus luteus. Fl. æst. Vulgaris in pascuis lapidosis summarum alpium.

aa. *Caule multifloro.*

b. *Foliis membranaceis scabris oblongis: radice perenni.*

2. AMELLUS. A. *Caule superne ramoso foliis oblongis obtusiusculis imis petiolatis superioribus sessilibus subtrinerviis integerrimis subserratisque scabris ramis corimbiferis squamis anthodii rotundato-oblusis subsquarrosis patulis apice membranaceis.*

A. pseudo-Amellus. Cand. fr. 5. 469. A. amelloides. Reich. exurs. 246. A. tinctorius. Wallr. lin. 14. 641. Ic. Jacq. a. t. 435. Matth. comm. 737. f. 1. Dalech. lugd. 860. f. 1. Clus. hist. 2. 16. f. 1. Dodon pempt. 266. f. 1. Blackw. t. 109. All. ped. t. 69. f. 2. Botan. regist. t. 340. Durant. herb. 53. Fuchs hist. 134. Bah. hist. 2. 1044. f. 1. Camer. epit. 904. Lob. ic. 349. f. 1. observ. 198. f. 2. Moris s. 7. t. 22. f. 17. Chabr. sciagr. 325. f. 5. et 6. Caules cæspitosi scabri villis uncinatis. Folia ciliata. Radius violaceo-cœruleus. Discus luteus. In collibus agri *taur. Montisfer.* agri *albens. segus.*, etc. Fl. æst. et aut.

bb. *Foliis carnosis lineari-lanceolatis.*

c. *Foliis punctatis subscabris, radice perenni, caule humili.*

3. ACRIS. A. *Foliis sessilibus lineari-lanceolatis integerrimis strictis scabris trinerviis corymbi ramis rigidis nudiusculis fastigiatis squamis anthodii obconici appressis margine membranaceis coloratis ligulis lineari-lanceolatis disco duplo longioribus.*

A. hyssopifolius. Cavan. ic. et descript. 3. 17. t. 232. exclus. syn. A. sedifolius. L. sp. ed. 1. 874. Galatella punctata. G. insculpta. Nees. ast. 161. 162. Gal. intermedia. Cass. dict. 18. 58. A. punctatus Wald. et Kitaib. hung. t. 109. A. dracunculoides. Bess. enum. 32. Ic. Lob. ic. 349. f. 2. Barrel. ic. t. 606. Pluk. almag. t. 271. f. 3. Garid. aix. t. 11. Caulis usque pedalis teres inferne crassus ramis divaricatis incurvis. Folia densa, ramulorum multo minora. Radius cœruleus. Ligulæ paucæ. Discus croceus. Flores parvi numerosi. In rupestribus et sepibus et collibus agri *nic. unel.* et circa *Genuam sotto il Diamante*, etc. Fl. æst. et aut.

cc. *Foliis impunctatis glabris margine scabris, radice bienni. Caule elato.*

4. TRIPOLIUM. A. *Caule glabro subramoso ascendente vel diffuso, foliis lineari-lanceolatis subcarnosis triplinerviis apice dentatis scabris basi ciliatis radicalibus latioribus in petiolum attenuatis obtusis floribus corymbosis squamis anthodii obtusis erecto-appressis interioribus longioribus maximis obtusis.*

Tripolium vulgare. Nees ast. 153. A. palustris. Lam. fr. 2. 143. A. pannonicus. Jacq. hor. vind. 1. 3. t. 8. A. salinus. Schrad. hor. got. 1. t. 3. Ic. Bah. hist. 2. 1064. f. 2. et 1065. f. 1. Petiv. h. brit. t. 17. f. 10. 11. Gmel. Sibir. 2. t. 80. f. 2. Dodon. pempt. 379. f. 1. Fl. dan. t. 615. Engl. bot. t. 87. Donat. simpl. 97. Lob. ic. 296. f. 1. 2. obs. 157. f. 4. et 158. f. 1. Zannich. ist. t. 2. Svens. bot. t. 470. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 55. Moris. s. 7. t. 22. f. 36. Ger. hist. t. 338. Park. 674. Dalech. lugd. 1390. f. 1. Caulis bicubitalis et ultra sulcatus subrufus fistulosus panicula amplissima. Flores maiusculi disco croceo radio cœruleo, raro albido. Squamæ anthodii subciliatae. Ligulæ multae lineari-lanceolatae apice dentatae. Pappus rubidus.

Achenia compressa margine setis erectis ciliata. Fl. aest. In palust. salsis lit. maris *nic.*, etc.

### 308. ARNICA.

a. *Scapigera, radio discolore.* BELLIDIASTRUM.

1. BELLIDIASTRUM. Vill. delph. 3. 212. A. *Scapo unifloro villosiusculo ebracteato foliis radicalibus petiolatis obovato-oblongis repando dentatis pubescentibus anthodii subcampanulati squamis aequalibus biserialibus receptaculo conico.*

Bellidiastrum Michelii. Cass. 4. sup. 7. et. 37. 494. Bel. montanum. B. et Fingg. comp. Fl. germ. ed. I. 2. 358. Doronicum Bellidiastrum. L. sp. 1247. Jacq. a. t. 400. Aster Scop. carn. 2. 168. Margarita. Gaud. helv. 5. 336. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 38. Mentz. pugil. t. 8. Clus. hist. 2 44. Cam. epit. 624. Michel. gener. t. 29. Scapus vix semipedalis. Petioli longi canaliculati rubidi. Ligulae albae vel subtus rubidae apice 2-3dentatae rotundae. Discus luteus. Facies Bellidis perennis. Fl. aest. In subalpinis ad rupes humidas locis ad septemtrionem positis.

aa. *Caulescentes: radio concolore.*
b. *Foliis caulinis oppositis.* ARNICA.

2. MONTANA. A. *Foliis oblongis obtusis nervosis cauleque paucifloro pubescentibus caulinis oppositis anthodio glanduloso-scabro pappo plumoso.*

Doronicum montanum. Lam. enc. 2. 312. D. Arnica. Desf. cat. hor. paris. ed. 1. 101. Ic. Clus: hist. 2. 13, f. 1. Ejusd. pannon. 520 et 522. Blackw. t. 595. Knor. del. 2. t. A. 16. Matthiol. comm. 609. Dalech. lugd. 1057. f. 2. Fl. dan. t. 63. Schk. hand. t. 248. Rocque phyt. med. t. 68. Fl. med. t. 38. Durant. herb. 15. Camer. epit. 674. Lob. ic. 313. f. 2. Bah. hist. 319. f. 2. Moris. s. 7. t. 24. f. 6. Dodon. pempt. 263. f. 2. Svens. bot. t. 285. Plenck. ic. t. 623. Albert. fl. med. t. 59. Sturm. deut. fl. heft. 34. Var. *Floribus cernuis.* Tabern. ic 331. f. 4. quae vix var. dici meretur. Vulgaris enim est locis pinguibus et anthesi producta cum capitula turgidiora et graviora sunt. Radix nodosa extus nigra aromatica odore gravi. Caulis cubitalis et ultra 1-3florus. Folia radicalia prostrata 4-5 supra pallidiora. Caulinorum paria utplurimum duo. Anthodium cylindricum. Flores crocei. Capitula majuscula. Ligulae 12-16. lineari-lanceolatae apice tridentatae demum reflexae. Fl. aest. Vulgaris in pratis et pascuis collinis montanis alpinis, et subalpinis.

Arnica Dioscoridi ignota. Alisma enim ejus (Lib. 3. cap. 249) est Alisma Plantago. Perperam Matthiolus pro Arnica habuit. Primus Tabernamontanus plantam exquisite determinavit et primus omnium Joannes Michael Fehrius (ephem. natur. cur. dec. 1. an. 9. et 10. obs. 2. 27. 29.) in laesionibus traumaticis praedicavit nomenque indidit *panaceae lapsorum.* Herba acris aromatica odore forti ingrato nauseoso. In amaurosi praesertim incipiente et torpida quaeque non est ab inflammatione et congestione activa indeque ab oppressione virium remedium est cum paucis comparandum. Quod et de omnis generis paralysi dicendum est. Allionius, et Bellardi utilissimam esse Arnicam in paralysi allatis exemplis (flor. ped. 1. 204.) amplissime probaverunt. Quod et ego expertus sum; vidi enim Arnicam Rhoen toxicodendron aemulare dolores in artubus solutis et motus inordinatos prius suscitando. Optimum est Ammonium liquidum addere. In summa virium jactura et cum pulmo praesertim sanguine impletur in febribus putridis, mucosis et nervosis, omnino vires erigit congestiones passivas discutit, ac vitae corruenti succurrit. In diarrhoea et dysenteria nervosa magnum remedium est adsentientibus post Stollium magni nominis medicis, quod et ego non semel expertus sum. Verum maxima Arnicae vis est in laesionibus traumaticis sive quid contusum, vel sectum, vel fractum, vel commotum, vel laceratum est. Congestio etiam cerebralis, quae supervenit lapsis curatur Arnica. Quae omnia medici homiopathici experimentis suis omnino confirmaverunt. Singulare est jam a longo tempore medicos animadvertisse symptomata protinus ingravescere post Arnicae usum, quae tutius dein morbum abigat. (Cf. Schulze in De la Marche dissert. de Arnicae verae usu Halae 1744. 15.) Medici homiopathici adhibent in rheumaticis doloribus diuturnis, in congestionibus et sanguinis fluxibus asthenicis ipsaque apoplexia: in tenesmo: in pleuritide rheumatica et febribus intermittentibus quae longum Cinchonae usum exceperunt. Remedium incomparabile in morbis traumaticis sive partes sint punctae, vel sectae, vel fractae, vel distortæ, vel contusæ, vel commotæ, vel laceratæ. Quæ omnia verissima esse multiplex esperientia

etiam in animalibus capta satis superque extra omnem dubilationis aleam posuerunt· Instituta experimenta super milites et equos in bello annorum 1848, 1849. contra austriacos suscepto proponente viro eximio et de medicina homiopathica optime merito doctore Laurentio Granetti, Arnicam in vulneribus gravissimis remedium incomparabile sistere evictum est. Etiam in magnis chirurgiæ encheirisibus optimum esse usum Arnicae internum atque externum pro comperto habeo. In pernionibus si nondum in ulcus abierunt optimum est illos aqua eluere qua paucæ guttulæ tincturæ Arnicæ infusæ sint. Si vero cutis rupta ulceribus est nihil æque juvat, quam pice sutoria ulcus implere. Quod in multis aliis ulceribus utilissimum est. Quod perniones attinet animadvertendum est facili negotio præcaveri si cum frigus urget et perniones inflammari incipiunt illi crebro aqua eluantur qua alumen solutum est. In ulceribus mammarum quæ nimio lacte intumuerunt certissimum promptum, et jucundum remedium Arnica est. Alpicolae utuntur illa ut *tabaco*. Quod neutiquam innoxium esse dubitari non potest.

bb. *Foliis caulinis alternis.* ARONICUM.
e. *Radicalibus oblongis; caule geniculis remotis: Ligulis noctu sursum conniventibus.*

3. DORONICUM. Jacq. a. t. 92. A. *Caule subunifloro, foliisque hirsutiusculis radicalibus oblongis obtusis integerrimis nervoso-venosis in petiolum decurrentibus caulinis amplexicaulibus acutis remote dentatis pilis pedunculorum omnibus acutis articulatis anthodii squamis multiserialibus interioribus minoribus linearibus.*

Arnica Clusii. All. ped. 1. 205. t. 17. f. 1. 2. A. syriaca Vill. delph. 3. 219. Grammarthron biligulatum Cass. dict. 49. 313. Aronicum Clusii Koch deut. fl. in syn. 421. Doronicum hirsutum Lam. enc. 2. 313. Aronicum Doronicum Reich. excurs. 2. 233. Doron. Clusii Tauch. regensb. bot. zeit. 11. 1. 178. Dor. longifolium Reich. l. c. 234. Dor. Bahuini. Saut. ap. eund. l. c. Aronicum longifolium. Reich. l. c. Ic. Clus. his. 2. 17. f. 1. Ejusd. pannon. 518. facies Senecionis Doronici. Caulis vix dodrantalis. Folia utplurimum subserrata, rugosa. Flores lutei ut sequentis. Ligulæ (aliquando duplices) oblongo lineares quinque dentatæ. Radix nodosa nodis gemmiferis aromatica. Fl. æst. In summis alpium jugis: di *Giaveno*: in monte *Vesulo*: inter *Tenda* et *Limone*: in monte *Turlo* et summis cacuminibus di *Formazza* et *Vanzone* in valle *Anzasca*, etc.

cc. *Radicalibus subcordato-ovatis: caulis geniculis valde approximatis: ligulis noctu patulis.*

4. SCORPIOIDES. A. *Caule unifloro foliisque dentatis pubescentibus radicalibus petiolatis subcordato-ovalibus caulinis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis eroso-dentatis pilis pedunculorum obtusis articulatis anthodii squamis ciliatis biserialibus.*

Aronicum. Cand. prodr. 6. 319. Doronicum grandiflorum Lam. enc. 2. 313. Grammarthron scorpioides. Cass. dict. 19. 295. — Var. minor *glabra foliis rigidis crassiusculis radicalibus ellipticis subrepandis est* Arnica glacialis Wulf. ap. Jacq. coll. 1. 232. Jacq. ic. rar. 3. t. 586. Sturm. deut. fl. heft. 38. — Aronicum latifolium Reich. excurs. 2. 234. var. *Foliis caulinis imis auriculatis* . Jacq. a. t. 349. Ic. Lob. ic. 649. f. 1· Blackw. t. 503. Dalech. lugd. 1203. Radix alba nodosa transversa. Caulis usque pedalis. Flos magnus. Ligulæ oblongæ apice tridentatæ. Fl. æst. Vulgaris in alpibus secus torrentes et rivulos.

## 309. DORONICUM.

a. *Foliis radicalibus profunde cordatis radice collo ebarbato stolonibus subterraneis.*

1. PARDALIANCHES. D. *Caule multifloro ramoso superne viscido foliisque denticulatis membranaceis villosis radicalibus petiolatis profunde cordatis caulinis mediis auriculato-petiolatis subovatis superioribus spathulato cordatis supremis sessilibus cordato-amplexicaulibus ovatis acutis receptaculo villoso radice late repente tuberosa stolonibus apice incrassatis foliiferis iterumque stoloniferis capitulis pedunculatis.*

Doronicum cordatum. Lam. fr. 2. 128. Dor. Matthioli Jacq. bot. zeitung. 11. 1. 182. Ic. Clus. hist. 2. 19, f. 1. ejusd. pannon. 524. Moris s. 7. t. 24. f. 4. Gaertn. fruct. t. 173. f. 5. Paul. dan. t. 14. Lob. ic. 649. f. 2. observat. 370. f. 2. Dodon. pempt. 347. f. 2. Dalech. lugd. 1737. f. 2. Tabern. ic. 336. f. 2. Bah. hist. 3. 18. f. 2. Camer. epit. 823. Ludw. ect. t. 57· Blakw. t. 239. Mill. ill. t. 128. Jacq. a. t. 350. Hayn. arz.

b t. 2. Sturm. deut. fl. heft. 21. et 80. Engl. bot. t. 2654. Schk. hand. t. 249. Matth. com. 690. t. 2. Dalech. lugd. 1203. f. 1. Caulis usque tripedalis paucifolius. Folia mollia pallide virentia radicalia magna. Flores magni aurei. Ligulae lineares apice 5dentatæ. Achænia sulcata. Receptaculum scrobiculatum. Fl. æst. Vulgare in sylvis collium et montium.

aa. *Foliis radicalibus longe petiolatis basi truncata subcordato-ovatis: radice collo barbigero obliqua carnosa geniculata.*

2. Columnae. Tenore neap. 2. 229. t. 79. D. *Radice glabriuscula obliqua carnosa geniculata caule paucifloro foliis denticulatis villosis inferioribus parvis petiolatis subcordatis basi rotundatis vel truncatis mediis auriculato-petiolatis supremis sessilibus amplexicaulibus oblongis imis caulinis minoribus panduratis latere alato petiolatis achaeniis radii pilosis.*

Ic. Columu. ecphr. 2. 36. Dalech. lugd. 1737. f. 2. Matth. com. 691. f. 2. — Var. *Achæniis radii glabris* est. D. cordifolium. Sternb. ap. Koch. syn. 2. 420. D. caucasicum Mar. Bieb. taur. cauc. 2. 321. Sturm. deut. fl. heft. 80. Dor. orientale Adams. in W. enum. 2. 898. Arnica cordata. Wulf. in Roem. arch. 3. 408. Fl. æst. In collibus agri *albens.* et *monregal.* et *Liguriae*, etc.

3. austriacum. Jacq. a. 2. 18. t. 130. D. *Pilosum caule elato erecto ramoso foliis basi late auriculato-amplexicaulibus inferioribus cordato-ovatis acute dentatis superioribus ovato-oblongis acuminatis panduratis petiolatis supremis sessilibus lanceolatis imis caulinis minoribus successivis grandibus anthodii squamis lineari-filiformibus acheniis radii subpilosis epapposis.*

Arnica austriaca Sturm. deut. flor. heft. 38. Ic. Sturm. l. c. h. 80. Clus. hist. 2. 19. Fl æst. In alpibus: etiam *Ligur.* orientalis.

aaa. *Foliis ovato-oblongis radice collo villis sericeis lanato, tuberosa subrotunda vel oblique subrepente.*

4. plantagineum. D. *Caule subunifloro glabro, foliis ovato-oblongis subdentatis infimis petiolatis superioribus semiamplexicaulibus.*

Ic. Lob. ic. t. 648. f. 2. Dalech. lugd. 1202. f. 2. bona, sed caulis ramosus polycephalus. Petioli foliorum inferiorum elongati. Folia Plantaginis lanceolatæ. Achenia radii glabra. Fl æst. et aut. In monte *Cenisio.*

## 310. ANTHEMIS.

a. *Radio basi luteo apice albo: radice annua.*

1. mixta. A. *Caule erecto ramoso foliisque subamplexicaulibus lanceolatis pinnatifidis sublanato-canescentibus laciniis parallelis linearibus subdentatis ramis unifloris flosculis radii femineis sterilibus styligeris, disci hermaphroditis tubulosis 5dentatis receptaculo cylindrico-conico paleis carinatis acutis achenia glabra teretiuscula a tergo involventibus.*

A. coronopifolia. W. sp. 2118. A. hispanica. Zucc. obs. 1. n. 90. Ormenis bicolor. Cass. dict. 36. 355. O. mixta. Cand. prodr. 6. 18. Chamæmelum mixtum. All. pedem. 1. 185. Chamomilla mixta. Gren. et Godr. Fl. de fr. 2. 151. Maruta mixta. Moris sard. 2. 416. 'c. Breyn. cent. t. 74. Pluk. alm. t. 17. f. 4. Michel. gen. t. 30. f. 1. Moris s. 6. t. 12. f. 15. Caulis usque cubitatis superne canescens aliquando diffusus. Folia subcarnosa aliquando glabriuscula acria. Rami superne nudi. Squamæ anthodii hirsutæ. Fl æst. In collibus mari proximis agri *nic.* et *Liguriae.*

aa. *Radio albo.*

b. *Foliis pinnatifidis pinnatisque.*

c. *Foliis glabris: radice perenni.*

d. *Foliis membranaceis, disco radioque albo.*

2. alpina. A. *Caule herbaceo superne villoso subunifloro foliis amplexicaulibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis glabris laciniis linearibus integerrimis squamis anthodii campanulati nigromarginatis receptaculo haemisphaerico paleis lineari-oblongis obtusis apice lacero dentatis sphacelatisque.*

Ptarmica oxiloba. Cand. prodr. 6 20. Ic. Till. pis. t. 19. f. 1. Jacq. a. 5. t. 30. Sturm. deut. fl. heft. 19. Herba inodora. Caules erecti vix dodrantales, rubro-virentes. Folia raro villosula radicalia numerosa ima breviora saepe dentiformia. Laciniae raro bi-trifidæ. Flos magnus. Ligulæ longæ rotundatæ integræ. Paleæ apice fuscæ. Radix lignosa extus nigra tortuosa. Caulis raro triflorus. Fl. æst. In monte *Vesulo*: in herbidis alpium di *Grassoney* et *Autaret.*

dd. *Foliis carnosis punctato excavatis: disco aureo, radio albo.*

3. maritima. A. *Caule suffruticoso*

*procumbente purpurascente foliisque pinnatifidis carnosis excavato-punctatis glabris laciniis dilatatis inciso-dentatis obtusiusculis anthodio piloso paleis lanceolatis cuspidatis flosculos aequantibus acheniis teretibus striatis membranula coronatis.*

A. micheliana. Bert. cat. sem. hor. bon. 1838. Bah. hist. 3. 122. Chamæmelum maritimum. All. ped. 1. 184. Ic. Till. pis. t. 19. f. 3. Caules caespitosi ramosi, pedunculi apice incrassati. Flores majusculi. Ligulæ tridentatae. Receptaculum convexum. Flosculi disci tubulosi quinquedentati hermaphroditi fertiles. Flores Matricariam Parthenium olent. Fl aest. et aut. In litore maris *nic.* etc.

cc. *Foliis pubescentibus.*

d. *Pedunculis apice aequalibus: radice perenni.*

4. MONTANA. A. *Caule subunifloro raro ramoso foliisque sessilibus pinnatifidis sublanato pubescentibus vel glabriusculis laciniis linearibus obtusis distantibus divaricatis subtrifidis ramis unifloris receptaculo haemisphaerico paleis lineari-oblongis apice sphacelatis et lacero-dentatis denteque majore saepe mucronatis.*

Chamaemelum montanum et alpinum. All. ped. 1. 186. Ant. saxatilis Cand. syn. 291. Ant. suffruticosa Horn sup. 101. Ant. Kitaibelii Spreng. syst. 3. 592. Var. *glabra*. Ant. syriaca Vest. sillog. soc. bot. ratis. 1. 72. A. carpatica. W. sp. 3. 2178. A. grandiflora. Host. a. 2. 506. A. mucronulata. Reich. excurs. 227. Ic. Columm. phyt. 1. t. 33. Boccon mus. 2. t. 98. Ger. galloprov. t. 8. Bah. hist. 1. 184. Reich. ic. f. 230. Caules caespitosi basi suffruticulosi usque semipedales utplurimum tamen humiliores raro ramosi et multiflori superne longe nudi. Folia subcarnosa raro glabriuscula tantum a medio ad apicem pinnata. Ad basim petiolorum pinnulae stipulares. Capitulum majusculum Chrysanthemum Leucanthemum imitatur. Discus luteus Ligulae oblongae apice tridentatae. Fl. aest. et aut. Inter diffractos lapides alpium *Vinadii* et *Valderii*: supra il *Col de Lantosca* et *alla Madonna delle Finestre*, etc.

dd. *Pedunculis apice demum inflatis: radice annua.*

5. INCRASSATA. Lois. not. 129. A. *Caule basi ramoso foliisque pinnatifidis pubescentibus laciniis inferioribus abbreviatis acutis superioribus longioribus inciso-pinnatifidis pedunculis demum apice inflatis paleis receptaculi cuspidatis receptaculo conico acheniis obtuse tetragonis sulcatis apice umbilicatis margine callosis.*

Anth. nicænsis. W. sp. 3. 2182 Circa *Nicaeam*. Cand. fr. sup. 482. Ego neque vivam neque siccam vidi. Forte est var. Anth. arvensis.

bb. *Foliis bipinnatifidis bipinnatisque.*

c. *Foliis bipinnatifidis.*

d. *Squamis anthodii fusco-marginatis: radice annua.*

6. FUSCATA. Brot. phyt. lus. 15. Ant. *Caule ramoso foliisque bipinnatifidis glabris laciniis lineari-filiformibus squamis anthodii paleisque obtusis fusco-marginatis receptaculo convexo toto paleaceo floribus radii neutris disci hermaphroditis 5dentatis acheniis tetraquetris costatis glabris.*

Anth. præcox. Link. ex. W. Anth. fallax. W. enum. sup. 60. Maruta fuscata. Cand. prodr. 6. 14. Chamomilla fuscata Gren. et Godr. fl. de France 2. 151. Peridera fuscata Webb. it. hisp. 38. Chamæmelum nobile. All. ped. 1. 185. Ic. Cupan. panph. t. 58. Ed. Bon. t. 173. Bivon. cent. 2. t. 1. Fl. æst. in arvis agri *nic.* Odor. ejus suavis Anth. nobilem æmulatur.

dd. *Squamis anthodii concoloribus: acheniis membranula coronatis.*

e. *Acheniis decemstriatis: glabra: annua.*

7. ALTISSIMA Lam. fr. 2. 162. Anth. *Caule herbaceo erecto ramosissimo foliisque bipinnatifidis sparse pilosis laciniis lanceolato-linearibus subulatis dentatis dentibus inferioribus reflexis paleis obovatis subito in mucronem rigidum paleam ipsam aequantem floresque superantem terminatam acheniis membranula coronatis tetragono-compressis anguste alatis receptaculo haemisphaerico.*

Anth. Cota. Lin. sp. 1259. Schk. hand. t. 254. Chamæmelum Cota. All. ped. 1. 184. Cota altissima. Gay in Guss. syn. 2. 867. — Anth. altissima Bertol. var. *Caule orgyali acheniis apteris paleis receptaculi lanceolatis brevi rigideque mucronulatis brevioribus flosculis.* — Ic. Bah. hist. 3. 120. f. Till. cat. hor. pis. t. 21. f. 2. Moris. s. 6. t. 8. f. 11. Caulis tripedalis et ultra pedunculi sub anthodio incrassati. Flores

majusculi. Fl. æst. Inter segetes collium calidiorum agri *albens. astens segus Monteferrato*, etc.

ee. *Acheniis tri-striatis: villoso-canescens: perennis.*

8. AUSTRIACA. Jacq. a. 5. 22 t. 444. Anth. *Caule erecto, ramoso foliis bipinnatifidis incanis laciniis lanceolatis serratis mucronatis pectinatim positis pedunculis elongatis pubescentibus flosculis paleas oblongas subulatas subsuperantibus receptaculo subhaemisphaerico acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque tristriatis squamis anthodii dorso villosis margine hyalinis.*

Anth. Triumfetti. All. misc. taur. Chamæmelum. Triumfetti. ejusd. ped. 1. 187. A. rigescens W. ic. hor. berol. t. 62. Trium. obs. t. 80. Pluk. alm. t. 17. f. 6. Boccon. mus. 2. t. 25. Reich. ic. f. 509. Barrel. ic. 466. Caulis pedalis et ultra. Folia brevia. Ligulae tridentatae noctu reflexae. Odor gravis non sine aliqua suavitate. In apricis, collinis, etc.: in agro *taurin., segus.*

cc. *Foliis bipinnatis pubescentibus: radice annua.*
dd. *Corollarum fertilium dentibus duobus elongatis erectis, paleis cuneatis.*

9. PUBESCENS. W. sp. 3. 2177. Anth. *Caule erecto ramoso foliisque bipinnatis incano-villosis laciniis lineari-teretiusculis integris trifidisque squamis anthodii subcampanulati apice nigris paleis cuneatis sursum pilosis dentibus flosculorum disci elongatis prominulis corollis tubo obcompresso bialato acheniis plano-obcompressis alis latis integris marginatis pappo brevi irregulari denticulato cum alis subcontinuo ad latus internum coronatis.*

Anth. tomentosa Gouan. ill. 70. A. biaristata Cand. fr. 4. 214. Anacyclus pubescens Reich. excurs. 2. 225. A. tomentosus Cand. fr. 5. 481. A. clavatus Pers. ench. 2. 465. Chamaemelum tomentosum All. ped. 1. 184. Anthemis clavata Desfon. atl. 2. 287. Caules cæspitosi usque semipedales. In litoribus maris *nic.* et circa *Genuam.* Fl. aest. et aut. Est eadem species ac Anacylus tomentosus Cand. supra descriptus.

dd. *Corollarum fertilium dentibus aequalibus paleis lineari-setaceis.*
e. *Acheniis apice nudis.*

10. COTULA. Anth. *Caule ramoso foliisque bipinnatis subvillosis laciniis subulatis tripartitis ramis floriferis paniculatis flosculis paleas setaceas superantibus acheniis teretiusculis tuberculato-striatis margine crenulato discum subconvexum cingente terminatis receptaculo elongato conico apice tantum paleifero.*

Chamaemelum All. ped. 1. 186. Maruta Cand. prodr. 6. 18. M. fœtida Cass. dict. 29. 174. M. vulgaris Bluff. et Fing. germ. 2. 392. Anth. ramosa Link. Anth. psorosperma Tenor. abr. 128. Ic. Bah. hist. 3. 121. f. 1. Blackw. t. 67. Hill. 11. t. 29. Drew. abbild. t. 25. Petiv. h. br. t. 19 f. 4. Fl. dan t. 1179. Schk. hand. t. 254. Curt. lond. 5. t. 61. ed. Grav. I. t. 121. Hayne arz. I. 6. Svens. bot. t. 419. Michel. gen. t. 30. f. 4. Brunsf. herb. 1. 255. Durant. herb. 152. Fuchs. hist. 583. Lob. ic. t. 773. f. 2. observ. 447. f. 1. Dodon. pempt. 258. f. 1. Dalech. lugd. 1344. f. 2. Moris. s. 6. t. 12. f. 10. Engl. bot. t. 1772. Radix tortuosa. Caulis pedalis et ultra ramosissimus. Ligulae oblongae apice tridentatae noctu deflexae. Anthodii squamae margine scarioso-argenteae. Flores aliquando pleni sunt. Herba foetida. Fl. aest. et praesert. aut. In agris et arvis collium calidiorum agri *astens. segus. taur. Monteferrato*, etc. etiam in collib. *bugel.*

ee. *Acheniis membranula coronatis.*

11. ARVENSIS. Anth. *Caule ramoso foliisque bipinnatis incano-pubescentibus laciniis lineari-lanceolatis pedunculis unifloris paleis lanceolatis rigidis in mucronem rigidum acuminatis acheniis obtuse tetragonis sulcatis exterioribus annulo tumido plicato-rugoso interioribus margine acuto terminatis receptaculo elongato-conico.*

Chamaemelum arvense All. ped. 1. 186. Anth. agrestis Wallr. schedula critica 484. Ic. Bah. hist. 3. 120. Drew. abbild. t. 24. Petiv. h. br. t. 19. f. 8. Heyne bot. bild. p. 5. t. 24. Sturm. deut. fl. heft 27. Engl. bot. t. 602. Flor. dan. t. 1179. Michel. gen. t. 30. f. 2. 3. Caulis rubidus pedalis et ultra. Pedunculi apice longe nudi. Squamae anthodii apice scariosae nitidae fuscae. Ligulae oblongae apice tridentatae noctu deflexae. Flores odorati. Herba inodora. Fl. aest. et aut. In arvis et agris collinis passim.

aaa. *Radio flavo: radice annua.*
b. *Dentibus ligularum elongatis acutis erectis foliis triplicato-pinnatis.*

12. VALENTINA. Anth. *Caule erecto*

*ramoso piloso ramis elongatis foliis triplicato-pinnatis foliolis lineari-subulatis pubescentibus pedunculis incrassatis demum cavis squamis anthodii pauciseriati subcampanulati superioribus fimbriatis radio paucifloro paleis oblongis laceris corollis tubo obcompresso bialato calloso-quinquedentatis dentibus binis longioribus acheniis plano-obcompressis alis latis integris marginatis pappo brevi irregulari denticulato cum alis subcontinuo ad latus internum coronatis.*

Var. *ligulis sublus purpureis*. Probabili conjectura est var. *Ligulata*. Anacyli valentini quam supra descripsi. Quod jamdiu senserunt Murrayus et Persoon. Ic. Dalech. lugd. 863. f. 3. Breyn. cent. t. 75. Camer. epit 652. Clus. hist. 2. 332. Bah. hist. 3 121. Caulis cubitalis et ultra purpureus. Fl. aest. et aut. In agro *nic.* in oris sabulosis amnis *Paillon.*

bb. *Dentibus ligularum abbreviatis obtusis patulis: foliis bipinnatifidis.*

13. TINCTORIA. Anth. *Caule erecto stricto ramoso foliisque bipinnatifidis incanis pubescentibus rachide dentata ramis superne nudis unifloris acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque quinque striatis membranula coronatis receptaculo subhaemispherico paleis lanceolatis in mucronem rigidum acuminatis.*

Var. *capitulo discoideo acheniis coronula membranacea dimidiata denticulata terminatis*. Chamaemelum discoideum All. ped. 1. 187. Anth discoidea W. sp. 3. 2188. Santolina flava Forsk. const. 31. Var. etiam *capitulo unico*. Anth. monantha W. sp. 2187. A. coarctata Sibt. fl. gr. t. 889. Matth. comm. 596. fig. 2. Dalech. lugd. 862. ead. — Var. *radio albido*. Chamaemelum tinctorium All. ped. I. 187. — Ic. Blackw. t. 439. Petiv. h. br. t. 19. f. 7. Barrel. ic. 465. Loes. prus. t. 9. Triumfetti obs. 8. Pluken. alm. t. 17. f. 6. Fl. dan. t. 741. Engl. bot. t. 1472 Svens. bot. t. 62. Trag. hist. 1. 152. Fuchs hist. 26. Bah. hist. 3. 122. Caulis cubitalis et ultra ramoso-corymbosus, rubidus aliquando caespitosi monocephali. Folia subtus tomentosa laciniis mucronatis pectinatim dispositis. Ligulae aliquando integrae. Paleae flavidae. Capitula magna. Ligulae breves aliquando basi luteae apice albae ut in Anth. mixta. Fl. aest. et aut. Smith (Br. 3. 907.) radicem perennem dicit. Ad vias et in agris et arvis collium calidiorum in agro *taur.*, *segus.*, *nov.*: *derthon.*, *cuneensi*, *Monteferrato*, etc. Flores colorem luteum spectabilem largiuntur.

## 311. ACHILLÆA.

Herbae perennes.

a. *Foliis indivisis.*
b. *Radio albo: anthodio campanulato.*
c. *Foliis cuneiformibus apice dentatis.*

1. CUNEIFOLIA. Lam. enc. I. 28. A. *Caule simplici ascendente foliisque apice inciso-serratis glabris radicalibus spathulatis caulinis obovato-lanceolatis cuneiformibus corymbo laxo paucifloro anthodii late ovati glabri squamis ovalibus margine fuscis ligulis 6-7 ovalibus obtusis subintegris paleis membranaceis glabris apice fuscis.*

Ptarmica Herbarota Cand. prodr. 6. 22. Achill. nana Lam. fr. 2. 154. 3. 541. A. Herbarota All. ped. I. t. 9. f. 3. Ejusd. spec. alt. t. 2. f. 4. Ic. Bah. hist. 3. 144. Ambros. phyt. 1. 278. Caulis vix pedalis. Tota herba amara aromatica odore grato multas vires promittit, sed certis et repetitis experimentis indiget. Chamomillae, Matricariae, Parthenii et Tanaceti vires videtur conjungere. Ideo alpicolae pro panacea habent. Forte cum Arnica montana multa communia habet. Fl. aest. et aut. In summis scopulis alpium: in valle *Sessitis*: in monte *Vesulo*: *Iseran.*: *Gallese*: *di S. Bernardo*: *Col di Cogne*: inter *Giaveno* et *Fenestrelle* loco dicto *Malanotte*: supra *Tendam*: in alpibus *Vinadii*, *Valderii* et *Lancei.*

cc. *Foliis lineari-lanceolatis serratis.*

2. PTARMICA. Ach. *Caule erecto superne ramoso foliisque lineari-lanceolatis aequaliter argute serrulatis glabriusculis corymbo terminali simplici vel composito paleis integris oblongis apice villosis acheniis nudis anthodii subhaemisphaerici squamis ovatis villosis margine ferrugineis ligulis 8-12 subrotundis tridentatis.*

Ptarmica vulgaris Cand. prodr. 6. 23. — Var. *floribus omnibus ligulatis*. Clus. hist. 2. 12. f. 2. Culta in hortis sub nomine *Bouton d'argent*. — Etiam *tota pubescens*. Ic. Blackw. t. 276. Ludw. ect. t. 128. Flor. dan. t. 643, Sturm. heft. 10. Engl. bot. t. 757. Petiv. h. br. t. 19. f. 3. Matth. com. 410. Dalech. lugd. 1168. f. 2. Svens. bot. t. 207. Camer. epit. 354. Boccon. mus. t. 85.

Trag. hist. 159. Fuchs. hist. 639. Bah. hist. 3. 147. f. 1. Curt. lond. 5. t. 60. ed. Grav. 1. t. 122. Clus. hist 2. 12. f. 1-2. Lob. ic. 455. f. 2. obs. 243. f. 3. Dodon. pempt. 710, f. 1. Moris. s. 6. t. 12. f. 1. Park. th. 859. f. 1. Caules caespitosi fistulosi usque bipedales. Corymbus raro simplex utplurimum paniculatus. Folia intense virentia serraturae mucronatae. Radix longe lateque repens. Fl. aest. aut. In pratis humidiusculis passim.

bb. *Radio flavo: anthodio ovato-oblongo.*

3. AGERATUM. Ach. *Caule superne ramoso foliisque fasciculatis spathulato-lanceolatis obtusis serratis glabris corymbo composito coarctato anthodii squamis mucronatis ligulis* 3-5 *subdifformibus acheniis ellipticis subcompressis substriatis nervo utrinque marginatis.*

A. viscosa Lam fr. 2. 156. Ic. Lob. ic. t. 489. f. 2. Blackw. t. 300. Mill. illus. t. 10. Ludw. ect. t. 27. Dodon. pempt. 295. f. 2. Matth. com. 690. Dalech. lugd. 777. f. 2. et 778. f. 1. Moris s. 6. t. 1. f. 2. Trag. hist. 515. Valer. Cord. hist. 142. f. 1. Lob. observ. 259. f. 1. 2. Camer. epit. 795. Tabern. ic. 117. f. 2. Bah. hist. 3. 142. f. 2 Mala. Caulis cubitalis et ultra totus foliosus. Folia ima aliquando pinnatifida. Flores aurei densi. Ligulae modo indivisae: modo bipartitae: modo multilobatae exterioribus majoribus. Fl. aest, et aut. In aridis agri *nic.* Ego legi in collibus lapidosis circa *Eporediam.* Herba suaveolens vires forte Ach Millefolii aequat.

aa. *Foliis pinnatifidis foliolis linearibus*

4. ALPINA. Ach. *Caule subramoso foliisque linearibus profunde serratis subpinnatifidis glabris serraturis subserrulatis corymbo composito laxo anthodii obovato-subcampanulati squamis pubescentibus margine rufis ligulis* 7-9 *obovatis subtridentatis receptaculi paleis apice rufis dentatis.*

Caulis usque bicubitalis. Folia elongata pectinato-pinnatifida. Ceterum valde accedit ad Ptarmicam. Ic. Boccon. mus 2. t. 101. Fl. aest. et aut. Herba rara. In montibus *Sabaudiae*: in alpibus vallis *Antrona* agri *novar.*

aaa. *Foliis pinnatis: squamis anthodii companulati fusco-marginatis.*

b. *Caule simplicissimo.*

a. *Foliis glabris.*

d. *Foliolis integerrimis punctatis.*

5. MOSCHATA. Wulf. in Jacq. a. a. app. 45. Ach. *Caule simplicissimo foliisque pectinato-pinnatis glabris foliolis linearibus obtusiusculis integerrimis vel unidentatis subtus punctatis corymbo simplici squamis anthodii ferrugineo-marginatis ligulis* 5-6 *obtusis tridentatis paleis glabriusculis hyalinis.*

A. Livia Scop. del. insubr. t. 3. A. Genipi. Mur. ap. 1. 168. Ptarmica moschata Cand. prodr. 6. 20. — Var. etiam *foliis impunctatis.* — Ic. Jacq. a. ap. t. 33. Sturm. deut. fl. heft. 59. Pona monte Bald. 230. Caules caespitosi vix spithamei incurvi glabri vel tomentosi. Folia subpulposa summa pinnatifida Pinnae foliorum radicalium 2-3fidae. Ligulae striatae. Fl. aest. et aut. In summis alpium jugis: *MonteJovis*: *Grassoney*: *Rosa*: *Turlo*: *Moro*: *Tagliaferro*, etc Ego legi in summis alpium Grajarum cacuminibus, quae *Bugellae* adstant, praesertim montis qui est inter vallem *Oropae* et *Andurni.*

dd. *Foliolis subtripartitis impunctatis.*

6. ATRATA. Ach. *Caule simplicissimo piloso foliis pectinato-pinnatis glabris foliolis linearibus acuminatis subtripartitis radicalibus petiolatis corymbi simplici pedunculis pubescentibus squamis anthodii subcampanulati nigromarginatis ligulis* 8-10 *subrotundis tridentatis paleis lanceolatis apice nigris.*

Ptarmica Cand. prodr. 6, 20. Ach. clusiana Taus. bot. zeit. 4. 2. 551. est var. *foliis imis bipinnatis* Jacq. a. t. 77. Reich. ic. t. 368. Ach. Clusii Sant. in flora 1824. Clus. hist. 1. 336. Moris s. 6. t. 10. f. 9. Ach. corymbosa Haenck. in Jacq. coll. 2. 73. est. var. *foliorum lobis plerisque trifidis paucis pinnatipartitis.* Ic. Sturm. deut fl. heft. 19. Till. pis. t. 19. Bah. hist. 2 139. f. 1. Caulis semipedalis. Folia quandoque subpilosa et bipinnata praesertim ima. Pinnulae imae simplices summae trifidae. Fl. aest. Ad montes humiliores etiam descendit. Ego legi in valle *Andurni* supra Piedicavallo: in rupium diffractarum fissuris non procul a lacu dicto *della Vecchia* quo exit amnis *Cervo.*

cc. *Foliis villosissimis*

7. NANA. Ach. *Caule simplicissimo humili foliisque circumscriptione anguste lanceolati pinnatis villosissimis foliolis linearibus dentatis radicalibus bipinnatis corymbo coarctato subglo-*

*boso squamis anthodii obovato-campanulati fusco-marginatis ligulis* 5-8 *obovato-subrotundis tridentatis paleis lanceolatis apice fuscis.*

Ptarmica Cand. prodr. 6. 21. A. lanata Lam. fr. 2. 340. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 59. Bah. hist. 1. 138. f. 1. Boccon. mus. t. 120. All. spec. t. 2. f. 3. Ejusd. ped. t. 9. f. 2. Moris. s. 6. t 11. f. 11. Herba palmaris, discus luteus. Fl. aest. In summis alpium jugis ad nives aeternas.

bb. *Caule ramoso.*

8. MACROPHYLLA. Ach. *Caule elato ramoso foliis pinnatis glabris foliolis lanceolatis inciso-serratis extimis confluentibus corymbo composito squamis anthodii ovato-campanulati nigro-marginatis ligulis* 5-6 *subrotundis obscure tridentatis paleis ovatis apice fusco-virentibus.*

Ptarmica Cand. prodr. 6. 21. Ic. Barrel. ic. t. 991. Boccon. mus. 2. t. 110. Moris. s. 6. t. 11. f. 3. Reich. ic f. 484. Pill. it. t. 11. Triumfet. obs. t. 23 Monti in Zannoni hist. t. 142. Caules non raro simplices inferne rubidi usque tricubitales. Folia ima prostrata longe petiolata magnitudine fol. Tanaceti. Radius et discus albi. Flores odorati illos A. Ptarmicae aemulantur. Fl. aest. et aut. Ubique in pascuis alpinis.

aaaa. *Foliis bipinnatifidis, seu bipinnatis; anthodio ovato-oblongo.*

b. *Foliis bipinnatifidis.*

c. *Radio discoque albo.*

9. TANACETIFOLIA. All. ped. 1. 183 Ach. *Caule villosissimo foliis bipinnatifidis pubescentibus laciniis lanceolatis duplicato-serratis rachide alata dentata corymbis compositis anthodii ovato-oblongi squamis acutis margine scariosis rubidis ligulis* 5 *obovato-subrotundis tridentatis paleis angustis acutis.*

Ach. distans Kitaib. ap W. sp. 3. 2207. Ach. magna All. l. c. t. 53. f. 1. Roch. ban. t. 38. f. 70. 71. Ach. dentifera Cand. fr. sup. 485. Ach. Hanckeana Taus. in flora 1831. 567. est var. *rachide magna dentata.* Ach. magna Lin. sp. 1267. Videtur var. *foliis basi auriculatis* quod forte debetur solo pinguiori. Moris. s. 6. t. 11. f. 4. — Ach. sylvatica Tenor. neap. 5. 236. t. 195. f. — Forte sunt varr. Ach. Millefolii luxuriantes, quod sedulo inquirendum. Ligulae vel purpureae, vel albae, vel roseae. Caulis usque bipedalis sulcatus. Fl. aest. et aut. In pratis alpinis et convallibus.

cc. *Radio discoque flavo.*

10. TOMENTOSA. Ach. *Foliis bipinnatifidis villoso-tomentosis foliolis confertis tripartitis subtransversis lacinulis linearibus integerrimis corymbo composito anthodii squamis ovatis margine scariosis ligulis* 4-6 *parvis obovatis paleis membranaceis subacutis apice subciliatis.*

Ic. Clus. hist. 1. 330. f. 2. Durant. herb. 222. Bah. hist. 3. 138. Monti in Zan. hist. t. 118. f. 1. Gmel. it. 1. t. 25. f. 2. Sturm. deut. fl. heft. 59. Curt. bot. magaz. t. 498. Engl. bot. t. 2532. Caulis usque pedalis non raro humilior, etiam spithameus. Folia circumscriptione lineari-lanceolata. Fl. aest. In pascuis aridis et oris sabulosis amnium et torrentium.

bb *Foliis bipinnatis.*

11. MILLEFOLIUM. Ach. *Caule subramoso foliisque bipinnatis glabriusculis seu pubescentibus laciniis linearibus serratis corymbo composito fastigiato anthodio obovato-oblongo ligulis* 4-5 *obovatis paleis oblongis acutis hyalinis.*

Var. villosissima est Ach. lanata. Spreng. ceterum ligulae albae non raro etiam roseae et purpureae. — Var. *foliorum laciniis angustis* est Ach. setacea. W. et Kitaib. hung. t. 80. — Ach. odorata Wulf. in Jacq. collect. 1. 259. t. 21. Ach. Seidlii Reich. exc. 230. Ach. ochroleuca W. sp. 3. 2210. Ach. pubescens Sibt. fl. gr. t. 895. — Ic. Barrel. ic. 992. Brunsf. herb. 1. 171. Clus. hist. 1. 331. f. 1. Valerian. Cord. 139. Camer. epit. 876. Lob. ic. 747. f. 1. 2. observ. 331. f 1. 430. f. 2. Dodon. pempt. 100. f. 1. 2. Sturm. deut. fl. heft. 40. Blackw. t. 18. Bull. herb. t. 103. Fl. dan. t. 737. Engl. bot. t. 758 Tabern. ic. 130. Matth. comm. 728. f. 2. Dalech. lugd. 705. f. 1. 2. Ludw. ecf. t. 67. Lam. ill. t. 683. f. 1. Hill. 4. t. 65. Woodw. med. bot. t. 64. Petiv. herb. br. t. 19. f. 4. Mart. fl. rust. t. 123. Curt. lond. 6. t. 63. ed. Grav. 1. t. 123. Svens. bot. t. 74. Zannichel. ist. t. 143. Fuchs. hist. 727. Fl. med. t. 231. Radix repens. Caulis pedalis et ultra. Squamae anthodii apice pilosae. Ligulae tridentatae. Fl. aest. et aut. Passim in herbidis: ad vias et aggeres in pratis et arvis, etc.

bbb. *Foliis radicalibus decompositis caulinis bipinnatifidis, radio discoque albis.*

c. *Rachide dentata.*

12. NOBILIS. Ach. *Caule superne ramoso foliisque pubescentibus radicalibus decompositis caulinis bipinnatifidis laciniis linearibus distantibus rachide alata dentata corymbo composito fastigiato anthodiis globosis ligulis 5 obovato-subrotundis tridentatis paleis acutis hyalinis.*

Ach. odorata Lam. enc. 1. 28. Ach. Schkurii Spreng. catal. sem. hor. hal. Ach. ochroleuca Reich. excurs. 220. Ic. Gmel. ic. it t. 25. f. 1. Moris. s. 6. t. 11. f. 4. Hill. 11 t. 65. Schk hand. t. 255. Boccon. mus. t. 25. Bah. hist. 3. 140. f. 1. Trag. hist. 476. Caulis cubitalis et ultra. Folia brevia lata pinnis paucis remotis. Herba odore suavi camphorato. Fl. aest. et aut. In collibus apricis regionum calidiorum agri *albens., novar., taur., segus.*: in valle *Fenestrellarum*: circa *Segusium* frequens: aliisque locis in agro *segus.* et *taurin.*

cc. *Rachide integra.*

13. LIGUSTICA. All. misc. taur. V. 69. et pedem. t. 53. f. 2. Ach. *Caule ramoso foliisque glabriusculis radicalibus decompositis caulinis bipinnatifidis laciniis linearibus argute serratis rachide alata integerrima corymbo composito fastigiato anthodiis oblongis ligulis 5. obovato subrotundis obtuse tridentatis paleis acutis hyalinis.*

Caules cubitales et ultra sublignosi. Folia crassiuscula, folia ramorum pinnato dentata. Pinnulae distantes ovato-lanceolatae decurrentes. Fl. aest. et aut. In collibus supra oppidum *il Cairo*, a *Voltri* secus Leivam, in collibus di *Maggiora* loco dicto *alle Fornaci*. Odor plantae aromaticus suavis æmulus Ach. Agerati.

Ach. Ptarmica radicem habet acrem ut Pyretrum. In Sibiria adhibent contra hæmorrhoides atque uteri hæmorrhagiam. Ach. nobilis. Ach. Ageratum eadem virtute pollent ac Ach. Millefolium. Quæ oleo æthereo cœruleo fragrantissimo forte viscera infirma roborat et extollit compressis etiam nervorum turbis quæ virium infirmitati sociantur. Ideo in hysterismo, et hypochondriasi, ipsaque podagra si viscera labefactat valdopere prodest. In hæmorrhoidibus dolentibus, vel cœcis, vel nimium fluentibus, etiam in hæmoptisi si a viribus exhaustis non oppressis pendet et morbi hæmorrhoidarii socia. Calculosos præsertim si calculi in renibus sint sanat diuturnus Millefolii usus ( Hoffm. med. syst. 4. par. 2. 373. ). In traumaticis læsionibus omnino Arnicæ montanæ æmula est. In morbis diuturnis ab infirmitate viscerum sanguinem parantium sive qui febres intermittentes exceperunt sive qui incitationes secuti sunt, optimum est vires Millefolio refocillare præsertim si Verbena et Gentiana et Centaurium minus addantur. Tunc hydrops præcavetur et icterus discutitur ac vires vegetativæ eriguntur; quæ præsertim solemnia sunt in morbo hæmorrhoidario si ob nimias sanguinis profusiones morbus in cachexiam vergit. Quas ob causas si mucus exundat sive in intestino recto sive in pudendis sive in fistula spiritali id accidit optimum et præsentaneum remedium sistit Millefolium.

Medici homiopatici adhibent in ardore ventriculi, febribus intermittentibus atque omnis generis sanguinis fluxibus qui a virium infirmitate fiunt præmisso Aconito si vires concitatæ atque auctæ sunt.

Ach. moschata, Ach. nana amaræ ac suaviter aromaticæ vires quassatas reficiunt, sudores cient, atque in doloribus præsertim rheumaticis, sive acuti sint, sive diuturni, copiosis obortis sudoribus multam ac salutarem opem afferunt. Alpicolæ in morbis plerisque adhibent et *Genipi vero* appellant.

## 312. BUPHTALMUM.

a. *Radius biserialis. Ligulae angustae apice tridentatae tubo crasso utrinque alato. Achenium obcompressum orbiculatum alatum disci subtriquetrum villosiusculum. Pappus denticulato-ciliaris, radii dimidiatus externus disci coroniformis. Anthodii squamae exteriores foliaceae patentes apice spinosae. Herba perennis hirsuta.* PALLENIS. Cass. dict. 37. 275.

1. SPINOSUM. B. *Caule simplici foliisque hirsutis infimis spathulatis denticulatis caulinis lanceolatis integerrimis amplexicaulibus anthodii squamis foliaceis elongatis spinosis.*

B. asteroideum Viv. fl. libic. spec. 57. t. 25. f. 2. Pallenis spinosa Cass. l. c. Asteriscus spinosus Gren. et Godrf. fl. de Fr. 2. 152. Ic. Clus. hist. 2. 13. f. 1. Blackw. herb. t. 272. Barrel. ic. t. 551. Schk. hand t. 258. Tabern. ic. 861. f. 2. Matth. com. 737. f. 2. Dalech.

lugd. 860. f. 2. Sab. hor. rom. 8. t. 41. Camer. epit. 906. Lob. ic. 348. f. 1. observ. 188. f. I. Gaertn. de fruct. t. 169. Lam. ill. t. 681. f. 2. Caulis rigidus pedalis et ultra. Ligulæ tenuissimæ. Flores aurei. Anthodii squamæ supremæ radium superant. Cor. disci hermaphroditæ limbo subdentibus tenui basi subgloboso-inflato. Pappus paleaceus brevisssimus. Fl. æst. Passim ad sepes et vias in agro *nic.* etiam in *Liguria*: in *Monteferrato* ad oppidum *le Mollare*. Herba aliquando annua. Non raro caulis subuniflorus. Folia quandoque integerrima. Cum flores coymbosi sunt centrales sessiles sunt exteriores longe pedunculati.

aa. *Radius uniserialis, ligulis cuneiformibus apice tridentatis tubo brevi biauriculato. Cor. disci exalatæ tubo inferne incrassato. Antheræ basi longe caudatæ. Achenium triquetro-obcompressum, apterum conforme. Pappus conformis coroniformis irregulariter dentatus. Herbæ basi suffruticosæ hirsutæ. Anthodii squamæ exteriores foliaceæ inermes obtusæ disco valde longiores.* ASTERISCUS. Moench.

b. *Caule subunifloro, vel ramis apice unifloris.*

2. MARITIMUM. B. *Caule simplici sub-unifloro vel parce irregulariter ramoso superne piloso foliis alternis spathulatis in petiolum aecurrentibus floribus pedunculatis squamis anthodii foliaceis subelongatis obtusis spathulæformibus.*

Asteriscus maritimus Moench. meth. 592. Nauplius maritimus Cass. dict. 34. 274. Bupht. crassifolium Rafin. spech. 1. 191. Ic. Clus. 2. 13. f. 2. Boccon. mus. 2. t. 129. Barrel. ic. fig. 1151. Lob. ic. 351. f. 1. observ. 188. f. 4. Dalech. lugd. 861. f. 2. Dodon. pempt. 266. f. 2. Bah. hist. 2. 1045. f. 2. Moris. s. 6. t. 5. f. 28. Lam. ill. t. 682. f. 5. Caules cæspitosi humiles aliquando basi suffrutescentes prostrati vel erecti Flores aurei. Stigmata florum hermaphrodit. 2fida. Fl. æst. In litoribus maris: agri *nic.* etc.

bb. *Caule dichotomo.*

3. AQUATICUM. B. *Caule dichotomo foliis squamisque anthodii conformibus oblongis obtusis integerrimis pubescentibus floribus axillaribus sessilibus anthodii squamis radium longe excedentibus acheniis sericeis.*

Asteriscus aquaticus Moench. meth. 592. Nauplius Cass. dict. 34. 273. Ic. Breyn. cent. t. 77. Monti in Zanon. hist. t. 24. Seba thes. 1. t. 29. f. 7. Gaertn. fruct. t. 169. Schk. hand. t. 257. Barrel. t. 552. Zanon. hist. bot. t. 47. Sabb. thes. t. 29. f. 7. Sibt. fl. gr. t. 899. Caulis usque cubitalis. Folia utplurimum glabriuscula. Cor. hermaphr. quadridentatæ. Capitula majora sunt quam in B. maritimo. Herba aromatica. Fl. æst. In agro *nic.*: ad scaturigines fontium etiam ad fossas oryzarum in agro *nov.* ex gr. *di Robbio* et *Confienza.*

aaa. *Radius uniserialis: ligulis latiusculis: corollarum omnium tubus teres inferne angustatus. Antheræ obsoletissime caudatæ. Achenium radii triquetrum anguste trialatum, disci plano-compressum margine interiore unialatum. Pappus scariosus coroniformis piloso-dentatus conformis. Herba perennis glabriuscula.* BUPHTALMUM.

3. SALICIFOLIUM. B. *Caule ramoso foliisque denticulatis subvillosis radicalibus oblongis in petiolos attenuatis caulinis sessilibus lanceolatis acutis ramis unifloris anthodio ebracteato squamis lanceolatis cuspidatis discum æquantibus acheniis glabris.*

B. grandiflorum Lin. sp. 1275. Var. *foliis angustioribus.* Ic. Thal. hercyn. 21. t. 2. Michel. cat. t. 3 Clus. hist. 2. 13. Ejusd. pan. 530. Jacq. a. t. 370. Zannich. ist. t. 29. f. 1. Mich. fl. 12. t. 3. 4 Moris. s. 6. t. 7. f. 52. Caulis cubitalis et ultra rigidus. Folia rigida. Ligulæ trinerviæ tridentatæ multæ aureæ, discus ferrugineus. Achenia alba glabra radii triquetra angulis alatis apice coronata membrana lacinulata, utplurimum mutica non raro producta in unam alteramve aristam. Achenia disci angustiora subtetragona coronata membrana lacinulata producta utplurimum in aristam longiorem illa acheniorum radii. B. flexile Bertol. fl. ital. 9. 414. videtur var. *foliis angustioribus acheniis disci lacinula paulo longiore.* Fl. æst. Frequens in collibus agri *taur. segus.* alibique.

## 313. BELLIS.

a: *Radio albo-purpureo: scapo nudo, radice perenni, foliis spathulatis.*

1. PERENNIS. B. *Scapo unifloro foliis radicalibus spathulatis crenato-dentatis hirsutiusculis.*

B. sylvestris Cyril. pl. neap. fas. 2. 12. t. 4. Matth. com. 597. f. 2. Dodon. pempt. 265. f. 1. est var. *habitu majore quæque etiam autumno floret*. Ic. Durant. herb. 67. Zannich. ist. t. 197. f. 2. et t. 206. f. 1. Brunsf. herb. 2. 25. Fuchs. hist. 147. Trag. hist. 161. Camer. epit. 656. f. 1. 2. Lob. ic. 476. f. 2. observ. 253. f. 1. Tabern. ic. 327. f. 1. 2. et 328. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 113. f. 2. 3. Moris. s. 6. t. 8. f. 26, 27, 28, 29. Svens. bot. t. 233. Bull. herb. t. 173. Ludw. ect. t. 184. Dodon. pempt. 265. f. 2. Matth. com. 597. fig. 3, 4, 5. Dalech. lugd. 854. f. 3, 4, 5. Blackw. herb. t. 200. Knor. del. 1. t. M. Flor. dan. t. 503. Curt. lond. 4. t. 62. ed. Grav. 1. t. 118. Lam. ill. t. 677. f. 1. 2. Engl.bot. t. 424. Schk. hand. t. 251. — Var. etiam *flor. multiplici fistuloso* Blackw. herb. t. 350. Flor. toto anno. Ubique in sepibus, pratis, dumetis etc. Var. pulcherrima *floribus albis et rubris omnibus fistulosis vel ligulatis* colitur passim in hortis.

aa. *Radio coeruleo: caule subfolioso: radice annua: foliis radicalibus obovatis.*

2. ANNUA. B. *Caule ramoso multifloro foliato pubescente foliis obovato-spathulatis crenato-dentatis pedunculis longissimis unifloris acheniis compressis apice nudis.*

B. ramosa. B. repens. Lam. fr. 2. 122. B. hybrida Tenor. neap. 5. 233. t. 194. f. 2. est var. *humilior* quæ pingitur etiam in Fuchs. hist. 146. Camer. epit. 655. Brunf. herb. 2. 29. — Ic. Boccon. mus. 2. t. 35. et t. 107. Triumf. obs. 80. Bonan. panph. t. 5. Sibt. fl. gr. t. 879. — Bell. dentata Cand. pr. 5. 304. Bellium dentatum Vi... fl. ital. fragm. 1. 8. t. 10 huc etiam trahenda est. Caulis vix palmaris a basi utplurimum ramosus ramis unifloris. Folia parva non raro ciliata caulina cuneiformia petiolis dilatatis. Fl. æst. In collibus graminosis agri *nic.* etc. Stirps rara.

Bellis perennis herba subacris est et vim habet testibus gravissimis scriptoribus Arnicæ montanæ æmulam. Unde summi viri Matthiolus, Fabbricius, Simon Pauli, Baglivius, etc. in læsionibus omnis generis traumaticis vulneribus, contusionibus, echimomatibus, etc. impense laudaverunt.

## 314. MATRICARIA.

CHAMOMILLA. M. *Herba annua glabra caule erecto ramoso usque bipedali foliis pallentibus bipinnatis laciniis lineari-filiformibus ramis monocephalis capitulis majusculis anthodio subhæmisphærico squamis obtusis margine scariosis receptaculis conicis intus cavis conico cylindricis ligulis albis oblongo-linearibus 3-5dentatis retusis patentibus noctu reflexis disco conico flavo acheniis parvis linearibus subflexis 5-angulatis apice truncatis membranula coronatis.*

Ic. Matth. comm. 594. f. 1. Dalech. lugd. 968. Lob. ic. 770. f. 1. observ. 445. f. 1. Durant. herb. 85. Bonan. panph. t. 172. Dodon. pempt. 257. f. 2. Tabern. 18. f. 2. Trag. hist. 148. Bah. hist. 3. 116. f. 1. Moris s. 6. t. 12. f. 7. Fuchs. hist. 25. Zannich. ist. t. 50. Hill. 11. t. 64. Zorn. ic. 39. Ludw. ect. t. 131. Blackw herb. t. 298. Petiv. h. br. t. 19. f. 9. Drew. abbild. t. 22. Mart. fl. rust. t. 74. Schk. hand. t. 253. Curt. lond. 5. t. 63. ed. Grav. 1. t. 120. Engl. bot. t. 1232: Plenck. ic. t. 617. Flor. dan. t. 1764. Svens. bot. t. 50. Folia lyrato-bipinnata laciniis linearibus obtusis mucronatis. Fl. æst. Ubique in arvis, hortis, areis, fiumetis, ad semitas, etc. Homini familiaris et comes. Herba aromatica odore grato reficiente vires nervis amico. Quæ heic de Matricaria Chamomilla dicta sunt de Anthemide nobili etiam scripta intelligito: viribus enim omnino consentiunt. Dolores omnes et distensiones nervorum lenit et sedat præprimis illos, qui ab inæquali vis sensiferæ dispensatione sunt, ischiade et prosopalgia exceptis quibus si vim obtundit, illos tamen omnino non aufert. In doloribus mulierum præsertim hystericarum valdopere juvat ut jure meritoque panacea feminarum præsertim gravidarum atque hystericarum dicta sit. In colicis doloribus, et gastralgia, et càrdialgia præsentaneum sistit remedium. Utilissima est in morbis abdominis præsertim uteri si febris atque inflammatio abfuerint. In doloribus renum et vesicæ quibus sublatis lapillos etiam educit. In doloribus rheumaticis externis mire prodest partes illinire oleo fervente quo flores Chamomillæ incocti sint. Post partum si dolores in abdomine sæviant ac lochia intercipiant præstat Chamomilla uti sive interne sive externe in suffitu vel fomentationibus cum aqua calida qua Chamomilla infusa sit. In febribus intermittentibus specificum remedium est, et Cortici peruviano fere æquiparandum! Atque hæc Chamomillæ vis a Galen.

temporibus jam nota erat (De simpl. med. facul. L. 3. cap. 10). Optima formula est pulvis Mortoni quo frequenter usus sum ad febres intermittentes rebelles profligandas optimo successu. Utilissima ad discutiendos tumores frigidos et reumaticos atque ad ulcera antiqua sananda etiam in usu externo. In morbis putridis febribus præsertim mali moris cum vires collapsæ sunt, secretiones putridum spargunt odorem atque hæmorrhagiæ passivæ superveniunt optime tunc Chamomillæ infuso et decocto cum acido sulphurico succurritur virium ruinæ. Flores in tenuissimum pulverem redacti dysenteriam epidemicam omnino sustulerunt. Medici homiopathici pauca subsidia habent cum Chamomilla comparanda. Et primum princeps forte remedium est in morbis abdominis, qui a sympatici magni vi atque actione turbata sunt. Specificum pæne remedium est in morbis infantum, torminibus diarrhoeis mucosis, ac dysenteriis, lienteriis, helmintiasi, distensionibus nervorum quæ a dentitione fiunt, in herniis, catharris, fletu adsiduo, atque alimentorum recusatione. — Optimum remedium in colicis doloribus, diarrhoeis, dysenteriis, lienteria, febribus gastricis, biliosis, atque etiam intermittentibus, cholera, vomitu ac cardialgia, inflammationibus chronicis atque acutis viscerum abdominis, ideoque gastritide, enteritide, hepatitide, ac metritide, metrorrhagia, peritonitide, etiam puerperali, ictero atque abortu et doloribus qui post partum fiunt ac lochia intercipiunt In febribus nervosis, aliisque morbis nervorum, astmate, catalepsi, epilepsia, chorea, spasmis faciei et palpebrarum. In erysipelate atque ulceribus oris et linguæ. In colica flatulenta et tympanitide. In inflammationibus oculorum et aurium quæ a catharro sunt. Denique in doloribus, spasmisque hystericarum atque hypochondriacorum magnum sistit remedium ac cum paucis compa randum. In hujus generis morbis optimum est tincturam olfacere. Ego pluries expertus sum vim ejus modo homiopathico in multis supra enumeratis morbis felicissimo eventu. Novissime adhibui in diarrhoea feminæ gravidæ, quam medici homiopatici multis ac variis remediis profligare nequiverant et paucis horis omnino felicissime sublata est. In chronica etiam inflammatione intestinorum et uteri in femina 28 annorum quam medici allopathici 6 annorum spatio frustra multis ac variis remediis aggressi erant diuturnam uteri atque intestinorum inflammationem tuto, cito, jucunde profligavi paucis globulis Chamomillæ, qui omnem absolverunt paginam. Denique ut rem paucis concludam verbis sancte adfirmo vere miranda esse quæ a Chamomilla perfecisse vidi in multis ac gravissimis morbis methodo homiopatica adhibita.

## 315. TRALLESIA.

MATRICARIOIDES. Zum. Tr. *Herba annua inodora facie Matricariæ Chamomillæ glabra caule pedali et ultra ramoso erecto vel diffuso angulato foliis sessilibus lyrato-bipinnatis foliolis lineari-filiformibus subrevolutis bi-tripartitis laciniis mucronatis ramis monocephalis apice nudis anthodii squamis oblongis margine scariosis albis disco convexo luteo ligulis lanceolato-linearibus obtusis apice tridentatis albis.*

Matricaria inodora L. fl. sv. 2. 765. M. perforata Merat. par. ed. 1. 332. Anthemis vulgaris L. lap. ex Steud. Chrysanthemum inodorum L. sp. 1253. Fl. dan. t. 696. Schk. hand. t. 253. Hayn. arz. gew. 1. t. 4. Pyretrum inodorum Smith. br. 900. Engl. bot. t. 676. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 90. Tripleurispermum inodorum. Schult. reb. die Tanac. 32. a. Ic. Fuchs. hist. 114. Moris s. 6. t. 72, f. 8. Drew. abbild. t. 23. Petiv. h. br. t. 19. f. 12. Fl. aest., aut. etiam initio hyemis. Passim in arvis et agris et aggeribus, etc. Dicavi viro illustri Balthassari Ludovico Tralles medico wratislaviensi (+ 7 febbr. 1797) celebri scriptori de Opio (Usus Opii salubris et noxius in morborum medela. Wratislav 1772-74, 4 vol. in 4.°).

## 316. CHRYSANTHEMUM.

Herbæ annuæ vel perennes caule simplici, vel ramoso ramis monocephalis superne nudis capitulis majusculis disco flavo, ligulis concoloribus aut albis.

a. *Radio albo. Perennes.*
b. *Acheniis omnibus apice nudis.*

1. LEUCANTHEMUM. Chr. *Caule subramoso foliis crenatis serratisve inferioribus obovato-spathulatis superioribus lanceolatis ramis unifloris acheniis omnibus coronula destitutis.*

Var. *vix palmaris foliis imis subcuneatis anthodii squamis margine atris*

*caule subunifloro.* Vulgaris in pascuis alpinis est Chr. atratum. Gaud. helv. 5. 344. non Lin. — Var. etiam *capitulis discoideis* quam legi in pascuis alpinis sul *Mombarone* supra *Bagneri*. in agro *bug.* — Leucanthemum vulgare Lam. fr. 2. 137. Matricaria Leucanthemum. Desr. in encicl. meth. 3. 731. Ic. Barrel ic. 458. f. 2. Bull. herb. t. 211. Mart. fl. rust. t. 109. Blackw. t. 42. Ludw. ect. t. 183. Sturm. deut. fl. heft. 2. Fl. dan. t. 994. Engl. bot. t. 601. Camer. epit. 645. Matth. comm. 597. f. 1. Dalech. lugd. 854. f. 1. Brunf. herb. 1. 258. Fuchs. hist. 148. Trag. hist, 144. Lob. ic. 478. f. 1. obs. 253. f. 2. Dodon. pempt. 265. f. 3. Tabern. ic. 331. f. 1. Bah. hist. 3. 114. f. 2. Moris s. 6. t. 8. f. 1. Caulis in pinguibus bicubitalis et ultra superne parce ramosus ramis alternis. Folia alterna. Achenia fusca, albo-striata. Fl. toto anno hyeme excepta. Autummo tota planta fuscescit. Vulgare in pratis, in herbidis, ad vias et aggeres.

bb. *Acheniis radii membranula dimidiata dentata coronatis.*

2. MONTANUM. Chr. *Caule erecto parce ramoso foliis inferioribus oblongis obovatisque crenato-serratis superioribus lanceolatis acheniis radii coronula membranacea dimidiata dentata tubo dimidio breviore, disci coronula destitutis.*

Chr. heterophyllum W. sp. 3. 2142. Chr. lanceolatum Pers. ench. 2. 460. Leucanthemum heterophyllum Cand. prodr. 6. 378. Phalaerodiscus lanceolatus Less. syn. 253. Leuc. montanum Cand. l. c. Forte huc etiam trahendum Chr. graminifolium L. sp. 1252. quod videtur var. *Caule subunifloro foliis superioribus linearibus subintegris.* Fl. æst. et aut. In pratis et pascuis alpinis.

aa. *Radio flavo.*
b. *Foliis indivisis; radice annua.*

3. SEGETUM. Chr. *Caule erecto ramoso foliisque amplexicaulibus oblongo-lanceolatis apice latioribus inciso-dentatis glaucescentibus glabris anthodii squamis obtusis late scariosis acheniis teretiusculis striatis calvis radii utrinque anguste alatis.*

Pyrethrum Moench. meth. 597. Ic. Clus. hist. 1. 334. fig. 2. Lob. ic. 552. f. 1. obs. 298. f. 2. Dodon. pempt. 263. f. 1. Bah. hist. 3. 105, f. 1. Camer. epit. 793. Moris s. 6. t. 4. f. 1. Curt. lond. 6. t. 60. ed. Grav. 2. t. 117. Engl. bot. t. 540. Fl. dan. t. 995. Svens. bot. t. 496. Bull. herb. t. 339. Xantophtalmum segetum Schutz. veber die tanac. 17. Fl. æst. et aut. In agro *nic.* ad litus maris et in oris sabulosis *Vari* fluminis: etiam in Liguria orientali, *Sarzanae* in collibus di *Triboli*, etc.

bb. *Foliis bipinnatifidis.*
c. *Laciniis lanceolatis apice dilatatis inciso-serratis: radice annua.*

4. CORONARIUM. Chr. *Caule ramoso foliisque auriculato-semiamplexicaulibus bipinnatifidis glabris laciniis lanceolatis apice dilatatis inciso-serratis pedunculis subunifloris acheniis glandulosis radii trialatis disci unialatis ala interiore majore omnibus apice in spinam productis squamis omnibus anthodii campanulati apice scariosis.*

Matricaria coronaria Desr. enc. meth. 3. 737. Pinardia Less. syn. 255. Ic. Matth. com. 670. Clus. hist. 1. 335. f. 1. Dalech. lugd. 873. f. 1. Tabern. ic. 125. f. 2. Bah. hist. 3. 104. f. 1. 2. Moris s. 6. t. 4. f. 2. 3. Lam. ill. t. 678. f. 6. Gaertn. de fruct. t. 168. Kniph. cent. I. t. 14. Mon. in Zan. hist. t. 52. Schk. hand. t. 253. Caulis usque quadripedalis sulcatus. Folia mollia. Flores sulphurei. Ligulae dentatae breves obtusae. Fl. aest et aut. In agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Laciniis linearibus serratis: radice perenni.*

5. ITALICUM. Chr. *Caule ramoso diffuso multifloro foliis bipinnatifidis glabriusculis laciniis linearibus serratis pedunculis elongatis subcorymbosis anthodio haemispherico pubescente radio abbreviato.*

Ic. Michel. gen. t. 29. In alpibus pedemontanis et circa *Melun* in *Sabaudia* ex All. Stirps ipsi Linnaeo dubia, et quae probabili conjectura confundenda est cum *Pyretro Achilleae.*

Chrysanthemum Leucanthemum veteres medici magni faciebant in ulceribus internis phtisi praesertim pulmonali, atque ulceribus oris. Urinas valdopere ciere Geoffroy (mat. med.), Rayus (hist. plant. 1. 351), Herman. (cynos. 2. 518). Flores contra strumas et fracturas calvariae consolidare. Unde conjicio virtute sua Arnicam montanam forte aemulare. Medicis homiopathicis commendo.

## 317. PYRETHRUM

a. *Radio albo: radice perenni.*
b. *Caule simplici, foliis indivisis.*

1. HALLERI. W. sp. 3. 2152. P. *Caule stricto unifloro foliisque glabris radicalibus longe petiolatis obovatis lobatis, vel 5-7 inciso dentatis, caulinis sessilibus lineari-lanceolatis profunde dentatis dentibus lanceolato-subulatis acheniis omnibus membrana coronatis corona marginalium oblique truncata dentata tubum corollae subaequante anthodii squamis oblongis margine fuscis.*

Chr. coronopifolium Vill. delph. 3. 201. excl. syn. All. Chr. atratum Lin. sp. 1252. Chr. Halleri Sut. helv. 2. 193. Matricaria Halleri Poir. sup. 3. 603. Ic. Pluk. alm. t. 17. f. 3. Barrel. ic. 458. f. 2. et 3. Caules caespitosi humiles vix dodrantem superant, basi nudiusculi superne sub apice dense foliosi. Discus flavus. Ligulae oblongae tridentatae. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae.*

bb. *Caule basi stolonifero.*
c. *Foliis cuneiformibus pinnatifidis.*

2. ALPINUM. W. sp. 3. 2153. P. *Caule unifloro basi stolonifero foliis alternis cuneiformibus pectinato pinnatifidis in petiolum decurrentibus glabriusculis laciniis lineari-lanceolatis mucronatis summis linearibus integerrimis squamis anthodii oblongo-ovatis obtusis nigro-marginatis acheniis omnibus coronatis corona marginalium aequaliter campanulata crenata.*

Var. *minor hirsuta laciniis foliorum subellipticis* est Chr. minimum. Vill. delph. 3. 202. Chr. tomentosum Clairv. man. 247. Barrel. ic. 457. — Matricaria Barrelieri Link (Barrel. 458. f. 3) videtur var. Pyr. Halleri. — Leucanthemum alpinum Lam. fr. Matricaria alpina Desr. in Lam. enc. 3. 730. Pyretrum saxatile Lodd. bot. cab. t. 26. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 19. sub nomine Chr. atrati. Moris s. 6. t. 12. f. 5. Clus. hist. 1. 335. Barrel. ic. 421. Caules caespitosi humillimi digitales. Aliquando tamen usque pedales. Folia brevia crassa. Discus flavus. Ligulae oblongae tridentatae. Fl. aest. In pascuis alpinis.

cc. *Foliis lineari-lanceolatis pinnatifido dentatis.*

3. CERATOPHYLLOIDES. W. sp. 3. 2144. P. *Caule erecto foliisque sessilibus lineari-lanceolatis pinnatifido-dentatis glabris laciniis linearibus acutis subrecurvis integris bifidisque remotis rachide lineari, vel cuneato-dilatata squamis anthodii nigro-marginatis dentato-erosis acheniis omnibus membrana coronatis corona marginalium oblique truncata crenata tubum corollae subaequante radice repente.*

Chrysanthemum All. ped. 1. 190. t. 37. f. 1. Probabili conjectura est var. P. Halleri. Caules caespitosi usque pedales superne nudi, utplurimum uniflori. Ligulae lineatae inciso-tridentatæ. Fl. aest. In monte *Vesulo* supra *Chrysol:* in montibus *Tendae* et *Brigae.*

ccc. *Foliis pinnatis glabris caule ramoso erecto.*

4. CORYMBOSUM. W. sp. 3. 2155. P. *Caule erecto angulato superne ramoso foliis pinnatis glabriusculis foliolis lanceolatis pinnatifidis argute serratis serraturis mucronatis summis confluentibus floribus corymbosis ligulis lineari-oblongis acheniis angulatis omnibus membrana coronatis corona marginalium tubum subaequante anthodii squamis ovato-lanceolatis margine fusco-scariosis laceris receptaculo convexo alveolato nudo.*

Pyr. Clusii Fisch. ap. Koch syn. 418. Chrysanthemum corymbosum L. syst. nat. Jacq. a. t. 379. Chr. corymbiferum L. sp. 1251. Leucanthemum corymbosum Gren. et Godr. fr. de Fran. 2. 145. Tanacetum Schultz. veb. die Tanac. 57. Matr. corymbosa Desr. in Lam. enc. meth. 3. 754. Matr. inodora Lam. fr. 2. 136. — Pyr. tenuifolium W. enum. 906. Tenor. neap. t. 80. Pyr. Achilleae Cand. 6. 57. Chrys. Achilleae syst. veget. ed. 12. 2. 562. Chr. italicum All. ped. 1. 191. 2. Michel. gen. t. 29. Barrel. ic. 785. est var. *minor subvillosa.* — Ic. Barrel. ic. 786. Pluck. almag. t. 82. f. 1. Clus. hist. 1. 338. f. 1. Ejusd. pannon. 550. Tabern. hist. 379. Hill. 11. t. 44. f. 2. Caulis usque bipedalis brachiatus. Folia subdecemjuga magna petiolo lato. Ligulae tridentatae albae raro ochroleucae. Fl. aest. et aut. In sylvis caeduis collium et montium. Facies sequentis. Herba inodora.

cccc. *Foliis subpinnatifidis: caule erecto ramoso.*

5. PARTHENIUM. Smith. brit. 2. 900. P. *Caule erecto ramoso striato foliis petiolatis subpinnatifidis glabriusculis laciniis oblongis obtusiusculis dentatis*

*brevissime apiculatis pedunculis corymbosis rigidis radio discum aequante acheniis sulcatis membrana brevi dentata coronalis anthodii squamis oblongis margine albido-membranaceis apice eroso-ciliatis obtusis.*

Matricaria Lin. sp. 1250. Bull. herb. t. 203. Fl. dan. t. 674. Plenck ic. t. 618. Matr. odorata Lam. fr. 2. 135. Chrysanthemum Parthenium En. 2. 462. Tanacetum Schultz. veb. die Tanac. 55. Ic. Dodon. pempt. 35. f. 2. Matth. comm. 595. Dalech. lugd. 954. f. 1. Ludw. ect. t. 192. Blackw. t. 192. Camer. epit. 649. Petiv. h. br. t. 19. f. 5. Woodw. sup. t. 249. Engl. bot. t. 1231. Sab hor. rom. 8. t. 33. Brunsf. herb. 1. 245. Durant. herb. 336. Fuchs. hist. 45. Lob. ic. 751. t. I. 2. observ. 433. f. 1. Tabern. ic. 8. f. 2. et 9. f. 2. Bah. hist. 3. 129. f. 1. Moris. s. 6. t. 10. f. 1. Fl. med. t. 227. Svens. bot. t. 285. Caules caespitosi ramosi usque tripedales. Folia pallentia vel flavo-virentia. Ligulae breves tridentatae. Var. etiam *floribus omnibus ligulatis, vel capitulis discoideis, et foliis crispis.* Fl aest et aut. Vulgare in ruderatis, fimetis, vinetis et locis lapidosis, circa domos et supra muros vetustos. Herba amara, aromatica odore gravi ingrato ad Tanacetum quodammodo accedente. Hodie perperam neglecta. Optima in morbis qui sunt a vermibus intestinalibus, quos pellit et interficit. Dolores podagrae lenit, et aufert in cataplasmate. Magnum remedium in morbo proteo feminarum hysteria. Menses reserat atque urinas auget et educit. Albis mulierum fluoribus medetur si intus sumatur, et partes decocto ejus abluantur. Etiam contra febres intermittentes multum valere populare est in Britannia et Germania. Digna omnino est quae ab homiopathicis exploretur.

aa *Radio flavo: radice annua.*

6. Myconi, Moench. meth. suppl. 287. Spreng. syst. 3. 587. P. *Caule ramoso foliis serratis imis obovatis in petiolum attenuatis caulinis semiamplexicaulibus lingulatis acutiusculis squamis anthodii simpliciusculi aequalibus acheniis teretiusculis striato-costatis pappo coroniformi amplo apice dentato corollae basim vaginante radii longiore.*

Chr. Myconis. L. sp. 1254. Jacq. obs. t. 94. Coleostephus Myconis Cass. dict. 41. 43. Matricaria Savi fl. pis. 2. 271. Ic. Dalech. lugd. 873. f. 2. Bah. hist. 3. 105. Barrel. ic. 1244. Herba glabra. Caulis bipedalis et ultra parce ramosus ramis patulis alternis monocephalis teres rubidus. Ligulae breves tridentatae aliquando ochroleucae basi flavidae, plerumque sunt totae sulphureae. Fl. aest. et aut. In agro *n c.*

### 318. CALENDULA.

arvensis. C. *Herba annua glabra vel pubescens viscosa caule ramoso diffuso usque pedali foliis anguste lanceolatis subintegerrimis disco radioque sulphureis acheniis margine integris dorso muricatis extimis* 3-5 *lineatis rostratis rostro erecto paucis ovatis cymbaeformibus, interioribus linearibus in annulum curvatis.*

Caltha officinalis Moench. meth. 585. Parum distat a C. officinali. Ic. Bah. hist. 3. 103. f. 1. Moris. s. 6. t. 4. f. 6. Ger. hist. 603. Tabern. ic. 335. f. 2. Gaertn. fruct. t. 168. Bull. herb. t. 239. Schk. hand. t. 265. Sibt. fl. gr. t. 920. Reich. fil. ic. plant. fl. germ. et helv. t. 792. f. 4. Fl. aest. et aut. In agro *nic.* Officinalis ubique culta in hortis ob pulchritudinem florum.

Herba odorata odore gravi aromatico ingrato. Multas vires promittit. Sucus denti carioso immissus dolorem sedat. Flores et herba menses movent echimomatibus ac sugillationibus medentur. Vermes necant, et expellunt. Sudorem cient. Etiam scrophulis consulere, verrucas delere ac callos pedum mollire et sanare scriptum est. Flores medici veteres magnifaciebant in morbis nervosis malignis ipsaque peste bubonica folia videntur magis actuosa esse. Odor siccando perit. Multum etiam valere in ictero atque obstructionibus viscerum quae febres intermittentes exceperunt. Medici homiopatici certis susceptis experimentis Arnicae montanaae succedaneam esse Calendulam experti sunt. Unde quae de illa etiam de hac dicta sunto.

### 319. CREPIS.

a. *Foliis indivisis: radice annua.*
b. *Foliis omnibus indivisis: squamis anthodii exterioribus patulis, pappo plumoso.*

1. Sprengeriana. All. ped. 1. 221. Cr. *Hispidula pilis plerisque glochidatis foliis amplexicaulibus oblongis remote dentatis inferioribus in petiolum attenuatis superioribus aurito-sagittatis ramis divaricatis involucro anthodii patulo inaequali persistente*

*squamis lineari setaceis caule erecto parce ramoso.*

Var. *Caule* praesertim *inferne ramosissimo* est Pr. Sprengeriana Lam. enc. 4. 310. — Hieracium Sprengerianum Lin. sp. 1130. Medicusia Sprengeriana Reich. exc. 1. 254. M. aspera Moench. Crepis rhagadioloides L. mant. Crep. Rhagadiolus Jacq. hor. schoenbr. t. 144. Picris Pers. ench. 2. 370. P. Chaixii Poir. enc. sup. 4. 410. Crepis lappacea W. sp. 3. 1599. Medicusia Reich. l. c. Ic. Cand. ic. plant. gal. rar. 1. t. 20. Caulis simpliciusculus vel valde ramosus, ramis monocephalis. Capitula parva. Anthodium subventricosum. Achenia difformia, externa incurva interna erecta omnia transverse rugosa brevi rostrata striata striis carinalibus aculeatis. Fl. aest. In agro *nic.* locis incultis, aggeribus et marginibus agrorum, alibique: circa *Utelle* et *Ciletta*, etc.

bb. *Foliis radicalibus subruncinatis: squamis antodii exterioribus appressis: pappo piloso.*

2. PULCHRA. Cr. *Caule erecto fistuloso sulcato ramosissimo glabro foliis radicalibus spathulatis dentatis integris vel subruncinatis sinuatis vel incisis pubescentibus caulinis sagittatis amplexicaulibus capitulis parvis capitulato-corymbosis anthodio cylindrico glaberrimo subviscido, squamis imis brevissimis ovatis.*

Pr. hieraciifolia W. sp. 3. 1541. Pr. pulchra Cand. prodr. 7. 4. Pr. viscosa Baugm. trans. 3. 44. Chondrilla pulchra Lam. enc. 2. 77. Lampsana Vill. delph. 3. 163. Phaecosium lampsanoides Cass. dict. 39. 387. Intybelia pulchra Monc. ess. 79. Sclerophillum pulchrum Gaud. helv. 5. 48. Ic. Column. ecph. t. 249. Bah. hist. 2, 1025. Engl. bot. t. 2325. Moris s. 7. t. 5. f. 13. et 37. Caulis aliquando pube brevi hispidulus aliquando inferne scaber superne glaber. Folia non raro omnia indivisa. Panicula majuscula. Capitula parva pauciflora. Anthodium cylindricum. Flosculi radii aurei apice denticulati anthodio longiores. Squamae anthodii superiores lineares longae dorso virentes margine albo-scariosae demum amplectentes achenia radii. Achenia rostria scabra teretia. Setae pappi subitro scabridae. Receptaculum nudum glabrum planum alveolatum. Fl. aest. In agro *nic.* et *unel.* et. *Liguria*: in vinetis et ulivetis, etiam in agro *taurin.* et *novar.* atque *albensi* in pascuis et arvis collium.

aa. *Foliis lyratis vel runcinatis.*

b. *Radice annua, pappo sessili.*

c. *Glabra: receptaculo favoso areolato subfimbrillifero: acheniis radii laevibus incurvatis suberostribus intus unialatis disci transverse striatis brevi rostratis intus apteris, pappo piliformi tenuissimo:* Endoptera Cand. pr. 7. 128.

3. DIOSCORIDIS. Cr. *Caule laevi ramis divaricatis foliis radicalibus runcinatis caulinis hastatis lineari-lanceolatis profonde dentatis pedunculis elongatis unifloris anthodio incano subtomentoso squamis calyculantibus lineari-subulatis parvis superioribus convolutis torulosis post anthesim connniventibus achenia radialia demum amplectentibus.*

Endoptera Cand. prodr. 7, 178. Gatyona globulifera Cass. dict. 48. 184. Crepis Hall. fil. in nat. anz. 1818. 91. Cr. tomentosa Moench. Cr. patula Desf. Cr. croatica Horn. hor. hafn. suppl. 90. Cr. heterosperma Schrad: Cr. pterosperma Hortul. ap. Cand. l. c. Ic. Cand. ic. plant gall. rar. t. 18. Schk. hand. t. 222. Caulis pedalis et ultra ramosus ramis elongatis teretiusculis. Folia radicalia majuscula: Caulinorum auriculae diductae valde dentatae apice subintegrae. Fl. aest. In agro *canapic.* ad vias, etiam in agro *bugell.*

cc. *Receptaculo laevi nudo: acheniis teretiusculis apteris sensim in rostrum breve attenuatis conformibus: pappo piloso multiseriali.*

d. *Glabriuscula: acheniis linearibus secus costas muricato-scabris.*

4. TECTORUM. Cr. *Caule foliato subramoso angulato glabriusculo canescente corymboso foliis inferioribus lanceolatis inaequaliter sinuato-dentatis runcinatis indivisisque superioribus sagittato-linearibus margine revolutis inferne dentatis superne elongato-acuminatis anthodio incano-pubescente squamis calyculantibus linearibus angustissimis brevibus patulis, interioribus lineari-lanceolatis margine albo-membranaceis, in superficie interiore appresse pilosis acheniis 10-striatis costis muricato-scabris apice attenuato contractis subrostratis rostro scabro.*

Cr. Dioscoridis Poll. palat. 2. 399. Crep. stricta Schul. Starg. suppl. 1. est var. *foliis radicalibus integris sub-*

*dentatis caule simplicissimo*. Cr. segetalis Roth. germ. 2. 254. Leontodon autumnale Fl. dan. t. 501. Cr. Lachenalii Croc. diss. cich. 19. t. 3. Ic. Moris s. 7. t. 7. f. 29. Tabernam. ic. 181. Lob. ic. 239. Engl. bot. t. 1111. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 109. Caulis usque bicubitalis sulcatus fistulosus rubidus crassus ramosus, non raro caespitosus. Folia pallide imo cinereo-virentia radicalia terrae appressa. Pedicelli pilis apice glanduliferis obsiti aliquando bracteati bractea parva subulata. Capitula parva. Anthodium campaniforme setulosum setulis raris apice glandulosis. Flosculi radii aliquando dorso rubidi anthodio paulo longiores. Stigmata fusca. Achenia ferruginea. Receptaculum areolatum convexum laeve vel aliquando fibrillosum. — Cr. virens Vill. 3. 142. Cr. agrestis Wald. et Kitaib. hung. t. 220. Cr. diffusa Cand. fr. 5. 448. Cr. polymorpha Wallr. Cr pinnatifida W. videntur procul dubio varr. *foliis margine neutiquam revolutis squamis anthodii superioribus interne glabris acheniis apice non attenuatis striis laevibus receptaculo glabro foliis pulchre virentibus stigmatibus flavis*. Nam hi characteres ludibundi atque infideles sunt. Vulgaris etiam apud nos in aggeribus et marginibus agrorum et viarum etc.

dd. *Hispida*: *acheniis oblongis striato-sulcatis glabris.*

5. NEGLECTA. Cr. *Caule erecto a basi ramoso folioso foliis radicalibus sub lyratis dentatis pubescentibus caulinis sagittatis basi pectinato-pinnatifidis floribus paniculatis innuptis nutantibus anthodio glabro albo-farinoso.*

Cr. corymbosa Tenor. neap. t. 184. f. 2. Cr. cernua. Ejusd. l. c. t. 183. f. 1. Reich. ic. t 3 6. f. 479. Cr. virens Sant. viag. t. 2. Cr. stricta Scop. carn. 2. 99. t. 47. Cr. polymorpha Cand. var. a. stricta Barckausia cernua Reich. exc. 255. Ic. Sibt. fl. gr. t. 805. Caules caespitosi vix pedales. Capitula parva Anthodium campaniforme, aliquando setulosum setulis apice glanduliferis. Achenium aliquando elongatum scabridum nervosum et brevirostratum. In valle *Queiras* prope castrum legit Allioni. Prope *Sestieres* legit Balbis. Apud nos vulgaris in pratis et arvis et aggeribus: ad vias herbidas locis apricis, aridis quae tamen videtur differre ab heic descripta. Folia ima runcinato-pinnatifida numerosa radicalia humi strata, caulina sagittata basi pectinato-pinnatifida superiora tantum basi laciniata, suprema lineari-lanceolata elongata integerrima. Talia sunt omnia usque ad basim pedicellorum qua bracteam videntur aemulare. Caules usque tripedales utplurimum tamen humiliores caespitosi divaricati parce et a basi, at divaricato-ramosi, fistulosi teretes laevissime striati superne paniculato-corymbosi, panicula subfastigiata. Rami dichotomi, pedunculi glabri. Anthodia parva subcylindrica ante nuptias nutantia post nuptias conica atque erecta. Squamae calyculantes parvae filiformes obtusae appressae laeves, ceterae lanceolato-lineares margine albidae prima fronte glabrae sed sub vitro ut pedicelli pilis inaequalibus brevibus, sparsis, raris, albis obsidentur ut albo-farinosae videantur. Pili neutiquam apice glandulosi. Achenia viridula neutiquam rostrata basi apiceque paulo attenuata 10-striata striis asperis. Pappus omnino sessilis niveus setis rigidulis subvitro scabridis. Ic. Scopolii perperam refert plantam meam. Alia species passim occurrit cum ista paulo grandior caule simili sed manifeste angulato intus spongioso neutiquam fistuloso. Folia eadem. Planta inferne glabra. Anthodia ante anthesim erecta atque omnino globosa squamis calyculantibus linearibus angustis obtusis longis curvatis laxissimis ceteris lineari-lanceolatis margine albis concavis intus laevibus carina setosis setis longissimis albis mollibus hyalinis aequalibus apice neutiquam glandulosis. Pedunculi setis similibus obsiti sunt. Achenia flavida ceterum similia. Pappus idem. Species etiam prima fronte omnino distincta a priore mea. Folia subtus costa praesertim media marginibusque aeque setosa sunt Anthodii squamae carina tantum setosae. Stigmata prioris aurea. Prior videtur intermedia inter Crepidem tectorum et Cr. neglectam sed utraque differre videtur ut species. Postremā est probabili conjectura var. Cr. tectorum, vel species ei valde affinis. *Foliis caulinis basi sagittatis pectinato-pinnatifidis capitulis majusculis ante nuptias erectis globosis squamis carina longe setoso-ciliatis ciliis raris neutiquam apice glandulosis stigmatibus aureis* Prior est Cr. neglecta cum differentiis quae scriptae sunt. Hujus varietatem pusillam legi inter stipulas Verroni *inferne hispidam superne glaberrimam foliis parvis laete virentibus supremis integris anthodiis ante nu-*

*ptias globosis minimis semen cannabis non aequantibus, stigmatibus aureis.*

bb. *Radice perenni: pappo stipitato: anthodio imbricato sive squamis exterioribus sensim in interiores transeuntibus: acheniis teretibus conformibus longe rostratis.*

6. ALBIDA. Vill. delph. 3. 139. t. 33. Cr. *Caule erecto sulcato scabro simpliciusculo subnudo foliis lanceolatis dentatis pinnatifidisque capitulis majusculis longe pedunculatis squamis anthodii ovato-lanceolatis obtusis margine lanuginosis acheniis longissime rostratis receptaculo plano alveolato ora alveolorum squamuloso-pilifera.*

Picridium albidum Cand. fr. 4. 16. Borkausia albida Cass. dict. 26. 62. Paleya Ejusd. ibid. 39. 393. Lepicaune Lapeyr. Ic. All. ped. t. 32, f. 3, Radix fusiformis crassa carnosa extus nigra. Folia omnia prope radicalia. Caulis simplex vel bifidus dichotomus pauci ramosus capitulis paucis majusculis albidis. Folium vix unum. Bractea linearis prope apicem pedicellorum. Squamae anthodii haemisphaer.ci superiores oblongo lanceolatae margine albo--membranaceae. Facies omnino Hieracii cum quo melius conjungenda stirps est. Fl. vere exeunte et æstate. In montibus apricis et rupibus aridis *Liguriae occid.* et agri *nic.*: etiam in agro *segus.* supra *Foresto*: in valle *Bardoneche* et *Maurianensi*: alibique.

## 320. HIERACIUM.

Herbæ perennes polymorphæ radice fibrosa vel repente, vel stoloniferæ scapis unifloris vel multifloris, vel caulescentes capitulis aureis vel sulphureis aurantiacis vel croceis pilis dentatis glandulosis.

a. *Scapigera,*

b. *Radice simplici, stolonibus nullis.*

c. *Scapo unifloro.*

d. *Scapo bracteis linearibus: foliis glabriusculis runcinato-dentatis: floribus croceis, acheniis fulvis: anthodio calyculato.*

1. AUREUM. Scop. carn. 2. 104. H. *Foliis radicalibus spathulato-lanceolatis runcinato-dentatis glabriusculis anthodio ovato calyculato cauleque subaphyllo superne nigro hirsuto acheniis striatis pappum subaequantibus.*

Leontodon Lin. sp. 1122. Jacq. a. t. 297. Geracium Reich. excurs 1. 259. Crepis aurea Cass. dict. 48. 428. — Var. *Scapo bifido* Hall. ind. stirp. helv. t. 1. — Var. *tota glabra etiam anthodio* est H. pumilum Tenor. prodr. ap. 5. 25. H. parvulum. H. Columnæ Ejusd. neap. syll 114. Crepis Columnæ Cand. prodr. 7. 167 ex Frœlich. Column. ecphr. 2. 31. Ic. Villar. delph. 3. t. 33. Sturm. heft. 37. — Scapus vix spithameus. bracteis paucis linearibus. Folia pauca super terram expansa rosulata raro pinnatifida, rarius vix denticulata. Receptaculum nudum. Ligulæ radiales subtus ut plurimum flammeæ. Fl. æst. Vulgare in pratis spongiosis summarum alpium.

dd. *Scapo 1-3phyllo: foliis virentibus radicalibus hirsutis integerrimis: acheniis angulatis atro-rubentibus.*

2. ALPINUM. H. *Pilosissimum pube stellata pilis brevibus apice glanduliferis intermixtis foliis radicalibus lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis vel repando-dentatis acheniis angulatis pappo brevioribus.*

Var *foliis utrinque glabris* H. glabratum Hop. ap. W. sp. 4. 1562. — *Caule aliquando folioso.* H. sudeticum Wim. et Greb. fl. sil. 3. 185. — *Foliis elliptico- oblongis. Radicalibus ovatis petiolatis dentatis pilis anthodii atris glanduliferis* H. nigrescens W. enum. 2. 283. t. 10. — Huc itaque H. glanduliferum Hop. apud Sturm. deut fl. hef. 39. H. pumilum Hop. apud W. sp. 3. 1562. Sturm. l. c. hef. 37. H. Halleri Vill. delph. 3. 104. Sturm. l. c. hef. 39. H. atricapillum Hop. bot. zeit. 14. 1. 184. H. hybridum Vill. delp. 3. t. 26. Scapus crassiusculus vix spithameus utplurimum humilior raro foliosus plerumque 1-2phyllus, simplex raro pauciramosus et pedalis et tunc rami angulo acuto erecti sunt. Herba hirsutissima pilis anthodii multis longioribus cinereis basi atris. Ligulae radiales pilosae etiam in tubo. Receptaculum nudum. Fl. æst. In summis alpium jugis. H. alpestre Jacq. a. t. 191. mihi videtur var. *foliis latioribus glabriusculis.*

dd. *Scapo 1-4phyllo, foliis glaucis hirsutis acheniis angulatis atro rubentibus.*

3. RUPESTRE. All. auct. 12. t. 1. f. 2. H. *Hirsutum foliis lanceolatis elongatis sursum argute laciniatis dentatisque caule stricto sub-bifido.*

Non differt a super. nisi *scapo stricto*

*sub-bifido.* Huc traho H. saxatile Vill. delph. 3. 118. t. 29. Var. *foliis minoribus subintegris.* Pili apice glanduliferi admixti sunt. Stationem indicat All. in montibus *d'Entraive* locis saxosis, et calidis dictis *la Lanza.*

cc. *Scapo multifloro. Anthodio calyculato.*

4. SABINUM. Seb. et Maur. fl. rom. 270. t. 6. f. 2. H. *Scapo elato pubescente inferne folioso corymbifero corymbo umbelliformi foliis radicalibus obovato-oblongis integerrimis villosiusculis.*

H. præmorsum All. ped. 1. 213. H. cymosum Vill. delph. 3. 101. et voy. 63. t. 4. f. 2. Ic. Columo. ecphr. I 249. Scapus usque bipedalis hirsutus setis patentibus basi nigris bulbosis pube stellata admixta Folia caulina 2-3 in imo caule lanceolata integra. Umbella multiflora usque 30 capitula fert. Pedunculi ramosi basi bracteati. Ligulæ luteæ raro roseæ. Fl. æst. In pratis et pascuis lapidosis alpium maritimarum: *Cenisii*: circa *Fenestrellas*: circa *Segusium*, etc.

bb. *Stolonifera.*
c. *Scapo unifloro.*

5. PILOSELLA. H. *Stolonibus repentibus florigeris apice surrectis foliisque oblongis obtusis integerrimis subtus incano-tomentosis hirtis scapo piloso unifloro flosculis subtus discoloribus.*

Squamæ anthodii aliquando sunt glanduloso pilosæ. Capitulum aliquando hirsutissimum. H. Peleterianum Merat. fl. paris. 305. Capitula parva aliquando majuscula anthodio cylindrico brevi. Squamæ imæ anthodii aliquando *ovatae* sunt: quæ var. est H. Hoppeanum Schult. oestr. fl. 2. 428. H. pilosellæforme Hoppe in Sturm. deut. fl. heft. 37. Ic. Matth. com. 628. f. 2. Fuchs hist. 605. Trag. hist. 278. Camer. epit. 708. et 709. Lob. ic. 479. f. 1. et observ. 254. f. 1. Dalech. lugd. 1098. f. 1. Tabern. ic. 196. f. 1. Blackw. t. 365. Bah. hist. 2. 1039. f. 1. Moris s. 7. t. 8. f. 1. Bull. herb. t. 279. Durant. herb. 339. Drew. bilderb. t. 17. Curt. lond. 4. t. 54. ed. Grav. 2. t. 108. Fl. dan t. 1110. Engl. bot. t. 1093. Sturm. deut. fl. heft. 27. Knor. thes. II. 7. Folia rosulata. Scapus primarius semper uniflorus. Stolones floriferi bifurci. Receptaculum nudum. Achenia striata atro-rubentia pappo breviora. Fl. æst. et aut. Ubique in pratis et collibus apricis, macilentis et siccis.

cc. *Scapo* I-4*floro.*
d. *Stolonibus brevibus foliis lanceolatis setosis utrinque virentibus.*

6. AURICULA. H. *Stolonibus brevibus foliis radicalibus lanceolatis integerrimis acutis scapoque paucifloro fulvo-hirto anthodio nigricante hispidulo.*

H. angustifolium Hop. taschen. 1799. 129. 130. Vill. voy. t. 3. H. breviscapum Cand. fr. 5. 439. H. glaciale Lachen. act. helv. 9. 305. H. dubium Wild. sp. 3. 1563. Fl dan. t. 1044. Smith brit. 828. H. lactucella Wallr. sched. crit. 408. H. pumilum. Lap. abr. 469. H. Candolli Mon. ess. 28. Probabili conjectura huc ducendum etiam H. repens W. sp. 3. 1564. Scapus vel nudus est vel folium unicum gerit, humilis vix spithameus. Flores umbellati. Pedunculi basi bracteati setis nigris apice glanduliferis adspersi. Anthodium pilosum pilis albis neutiquam glanduliferis, pili aliquando stellati inspersi sunt. Ligulæ concolores. Stolones aliquando producuntur et quamquam rarissime apice surgunt, et flores gerunt. In pratis et pascuis et arvis aridis et macris vulgare.

dd. *Stolonibus elongatis foliis spathulatis glabris subtus glaucis.*

7. DUBIUM. H. *Stolonibus repentibus pilosis elongatis foliis subspathulatis obtusis integerrimis glabriusculis inferne ciliatis glaucescentibus scapo glabro subquadrifloro pedicellis anthodiisque hirto-nigricantibus pilis glandulosis.*

Varr. *Stolonibus abbreviatis. — Anthodiis ovato-conicis, vel globoso-ventricosis. — Foliis subtus pube stellata hispidis: stolonibus non raro apice assurgentibus florigerisque: scapis bifidis* etc. Unde mihi videntur huc trahenda esse H. brachiatum Bertol. ap. Cand. fr. 5. 442. H. stoloniflorum W et Kitaib. hung. t. 273. H. flagellare W. enum. sup. 54. H bifurcum M. Bieb. taur. cauc. 2. 251. 3. 532. H. collinum Bess. prim. fl. gal. 2. 148. H. auriculæfolium Tausc. H. furcatum Hopp. bot. zeit. 14. 1. 481. H. sphærocephalum Froel. ap. Cand. prodr. 7. 201. H. uniflorum. H. pusillum Hopp. l. c. H. angustifolium Ejusd. ap. Sturm. deut. fl. heft. 37. H. alpicola Schleic. cat. 1821. est var. *caule hirsutissimo anthodiis nigro villosissimis.* H. hy-

bridum Chaix. ap. Vill. del. 3. 100. var. *stolonibus nullis*. H. auricula Fl. dan. t. 1111. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 37. Engl. bot t. 2332. Scapus humilis 1-3 folius raro cum luxuriat usque pedalis. Corymbus parvus, rami breves, pedicelli basi bracteati. Receptaculum alveolatum, oris alveolorum squamulosis. Fl. vere et æst. et aut. In pratis et pascuis aridis.

aa. *Caulescentia*.
b. *Caule paucifloro*.
d. *Foliis glabris*.
e. *Indivisis, radice repente*.

8. STATICIFOLIUM. Vill. delph. 3. 116. t. 27. All. ped. I. 214. t. 81. f. 2. H. *Foliis lineari-lanceolatis subdenticulatis glabris obtusis caule stricto paucifolio subtrifloro pedunculis elongatis squamosis anthodio simpliciusculo farinoso*.

Var. *Caule subunifloro*. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 28. Lam. ill. t. 652. f. 4. Herba glauca. Radix profunde repit sub terra. Caulis vix dodrantem superat. Folia cæspitosa omnia radicalia, caulina pauca, vix unum sub bifurcatione caulis. Flores sulphurei. Achenia ferruginea pappo albo multo breviora. Fl. vere exeunte. Vulgare in collibus aridis et montibus et rupestribus alpium apricis præsertim in arenosis secus rivulos et torrentes.

ee. *Lyratis, runcinatis, pinnatifidisque radice praemorsa*.
f. *Radicalibus primordialibus indivisis: acheniis linearibus compressis*.

9. CHONDRILLOIDES. H. *Foliis glabris radicalibus lanceolatis indivisis, caulinis linearibus runcinatis pinnatifidisque supremis integerrimis floribus paucis grandibus anthodio pubescente caule erecto foliato, acheniis sub-12-striatis*.

Geracium Reich. excurs. 260. Crepis Froelich. ap. Cand. prodr. 7. 171. Cr. Jacquini Taus. bot. zeit. 11. I. 79. Ic. Jacq. enum. t. 7. Ejusd. a. t. 429. Sturm. deut. fl. 39. Radix extus nigra. Caulis vix spithameus, aliquando uniflorus. Setæ anthodii et pedunculorum non raro nigræ sunt. Folia aliquando pubescunt. Achenia ferruginea pappo breviora. Receptaculum nudum. Fl. æst. In pratis alpinis summæ vallis *Augustae Praetoriae* prope *S. Remy*. — Var. *Foliis caulinis longissimis pinnatifido-runcinatis laciniis lineari-subulatis*. — Var. etiam *foliis omnibus linearibus integris* — *Caule humillimo foliis illum subaequantibus* etc.

ff. *Radicalibus primordialibus lyratis: acheniis teretibus*.

10. PRUNELLAEFOLIUM. Gouan. ill. 57. t. 22. f. 3. H. *Foliis omnibus petiolatis ovatis denticulatis lyratisve glabris petiolis dentatis caule procumbente basi ramoso pedunculis unifloris axillaribus acheniis 20striatis pappo multo brevioribus*.

H. pumilum Lin. mant. alt. 279. H. brunellæfolium Cand. fr. 4. 34. Crepis pigmaea L. sp. 1131. Leontodon dentatum Lin. man. 1. 107. Omalocline pigmæa Cass. Moun ess. 76. H. pigmæum Lam. Lepicaune prunellæfolia Lapeyr. — Var. *foliis omnibus indivisis ovato-lanceolatis dentatis longe petiolatis*. Boccon. mus. 2. 33. t. 24. — Var. *tota albo-tomentosa*. — Var. *petiolis anthodiisque glanduloso-hirsutis, et venis foliorum rufis*. Froelich. ap. Cand. prodr. 7. 169. Ic. All. ped. t. 15. f. 2. Radix fusca. Caulis vix spithameus. Folia lobo terminali maximo subcordato. Capitula majuscula. Flores nudi. Receptaculum nudum. Achenia atropurpurea apice attenuata. Pappus pluriserialis. Fl. æst. In lapidosis apricis rupium fissuris, etc. Alpium variis locis: *al col d'Ivoir* in valle *Queiras*: *al Molinet* in valle *Etroite*: supra *Cesana*, etc.

dd. *Supra glabris subtus margineque sparse pilosis radice praemorsa*.

11. PALLESCENS. W. et Kitaib. hung. 245. t. 217. H. *Foliis oblongis glaucis sinuato mucronato dentatis supra glabris subtus margineque sparse pilosis radicalibus longe petiolatis caule stricto subtrifloro, pedunculis anthodioque tomentosis*.

H. incisum Hopp. ap. Sturm. deut. fl. hef. 39. H. Schmidtii Taus. bot. zeit. 11. I. 6. Paucis et infirmis characteribus videntur differre. Omnes vero mihi videntur esse varr. H. murorum cujus forma valdopere ludibunda est. Pili basi atri nonnulli glanduliferi. Caulis usque pedalis. In valle *Macrae*, etc. Fl. æst.

ddd. *Foliis subplumoso-pilosis: radice praemorsa*.

12. HYBRIDUM. Chaix. in Vill. delph. 3. 100. *Stolonibus repentibus vel nullis caule paucifolio furcato-ramoso sub polycephalo pedunculis elongatis sub-*

*tricephalis foliis subplumoso-pilosis radicalibus oblongis utrinque attenuatis dentatis caulinis linearibus anthodio hirto-nigrescente pilis glandulosis.*

H. spurium Chaix. ap. Vill l. c. 102. Ic. Vill. voy. t. 2. f. 2. Forte est var. H. pilosellæ vel auriculæ. Huc probabili conjectura ducendæ sunt species H. brachiatum Bertol. fl. ital. 8. 468. H. dubium Smit. br. 906. H. flagellare W. enum sup. 54. H stoloniflorum W. et Kitaib. hung. 303. t. 273. H. bifurcum M. Bieb. taur. cauc. 2. 251. 3. 532. etc. jam enumeratæ sub H. dubio. Et qui innumeros lusus H. auriculæ vel dubii in vivis exemplaribus, et locis diversis sedulo inquirat hanc sententiam a vero non aberrare forte comperiet.

dddd. *Hirsutis: radice praemorsa.*

13. MURORUM. H. *Foliis ovato oblongis mucronato dentatis hirsutis seu glabriusculis dentibus baseos profundioribus radicalibus petiolatis floribus subcorymbosis anthodio imbricato hirsuto setis nigris*

H. humile Host syn. 402. est var *foliis basi dentato-pinnatifidis* etiam apud nos obvia. H. Jacquini Vill. del. 3. 123. t. 28. *Foliis runcinato-pinnatifidis.* H. sylvaticum est omnino var. *caule multifloro folioso foliis radicalibus in petiolum obsolete alatum attenuatis* apud nos vulgatissimum exemplaribus intermediis transitum probantibus ut multiplici experientia edoctus sum. Engl. bot. t. 2031. Tabern. ic. 194. 195. Bonan. pamph. t. 144. Lob. ic. 586. Bah. hist. 2. 1034. — H. vulgatum Fries. nov. fl. svec. ed. 2. 258. H. maculatum Smith. engl. fl. 3. 360: et engl. bot. t. 2121. H. Lachenalii. H. angustifolium Gmel. bad. 3. 322-3. H. Mertini Ejusd. l. c. 4. 591. H. atrovirens Guss. syn. 2. 403. H. pallidum Biv. fil. nuov. piant. ined. 11. H. incisum Hopp. ap. Sturm deut. fl. heft. 39. H. laxophyllum Koch. syn. 522. Ic. Barrel. ic. 342. Engl. bot. t. 2082. Trag. hist. 276. Lob. ic. 587. f. 1. obs. 317. f. 2. Dalech. lugd. 565. f. 1. Bah. hist. 2. 1033. f. 3. Gars. t. 476. Caulis usque pedalis ut plurimum minor. pauci vel multifolius. Folia utplurimum subtus livida non raro supra livido-maculata. Flores sulhpurei. Anthodii squamæ carina setosæ setis nigris apice glanduliferis glandulis nigris. Forma apud nos vulgatissima caulem habet fere pedalem uni bifolium, foliis petiolatis ovato-oblongis basi cordata ibique acuminato-dentatis radicalibus longe petiolatis basi late cordata dentibus profundioribus fere rosulatis. Fl. aest. et aut. Vulgare in sylvis, atque oris sylvarum, sepibus dumetis præsertim montanis et collinis, ad muros, et ruderata etc., locis umbrosis.

cc. *Multifloro.*

d. *Radice repente.*

e. *Glabrum: floribus sulphureis.*

14. PRAEALTUM. H. *Foliis lanceolatis integerrimis glaucis glabris basi costaque media ciliatis caule elato paucifolio superne pubescente panicula corymbosa contracta subcymosa anthodiis nigricantibus pubescentibus stolonibus longissimis vel nullis.*

H. Bauhini Bess. prim. fl. gall. 2. 150. H. fallax Cand. fr. 5. 442. H. cymosum Poll. pal. 2. 389. H. Auricula W. sp. 3. 1564. H. viscidulum. H. piliferum. H. collinum. H. vulgare. H. calodon H. stellatum Tausch. ap Koch. syn. 513. — H. florentinum var. *stolonibus nullis vel ascendentibus floriygeris.* H. piloselloides Fl. fr. 4. 25. et 5. 541. etiam Vill. delph. 3. 100. t. 27. Sturm. deut. fl. heft. 39 Reich. ic. t. 38. f. 80. 81. H. Michelii Tausch. l. c. H. obscurum Reich. ic. f. 115. Huc forte etiam H. sabinum Seb. rom. pl. fas. 1. 8. t. 1. et Seb. et Maur. fl. rom. prodr. t. 6. f. 2. H. præmorsum All. ped. 1. 203. ut supra scripsi. H. cymosum L. et Vill. voy. t. 4. Reich. ic. f. 34. et 116. H. multiflorum Gaud. helv. 5. 87. H. Nestleri Vill. voy. 62. t. 4. f. 1. Huc mihi quoque videtur pertinere H. pratense Tausch. H. ambiguum Eth. H. collinum Goehr. etc. Forma herbæ valde ludibunda. Caulis usque tripedalis foliosus vel subaphyllus floribus corymboso-umbellato-cymosis. Stolones aliquando longissimi, non raro desunt omnino. Folia modo viridia modo glauca. Flores sulphurei vel lutei. Oræ alveolorum receptaculi squamulosæ. Pubes simplex vel stellata etc. Fl. æst. Passim in sylvaticis et dumetis collinis.

ee. *Hirtum: floribus aurantiacis, pilis nigris.*

15 AURANTIACUM. H. *Stolonibus repantibus foliis oblongo-lanceolatis denticulatis hirsutis pilis plerisque apice glanduliferis caule corymbifero superne anthodiisque atro hirtis.*

Var. *floribus luteis.* — Var. *ligulis radialibus aurantiacis disci citrinis.*

— *Caule subaphyllo.* H. fuscum Vill. voy. 19. t. 1. f. 2. — *Stolonibus nullis.* — *Stolonibus surrectis ibique florigeris.* — Ic. Jacq. a. t. 410. Sturm. deut. fl. heft. 39. All. ped. t. 14. f. 1. Columm. ecphr. 2. 30. Engl. bot. t. 1469. Quibus varr. patet ut mibi videtur cum superiore forte esse conjungendum, cujus var. probabili conjectura est, quo (Sabino) Kochio ipso assentiente non differt nisi *capitulis majoribus* et *corymbo laxo.* Fl. æst. In pratis et pascuis alpinis.

dd. *Radice praemorsa.*

e. *Foliis glabris.*

f. *Viridibus, radicalibus oblongis petiolatis scabris pedunculis laevibus, vel piloso-glandulosis.*

16. SUCCISAEFOLIUM. All. ped. 1. 215. H. *Radice praemorsa foliis glabris, vel pube brevi molli tomentosis radicalibus petiolatis oblongis obtusis denticulatis vel integris scabris caulinis lanceolatis integerrimis ramis subcorymbosis unifloris anthodio pedunculisque pubescentibus pilis glanduliferis.*

Crepis hieracioides W. sp. 3. 1601. Walds. et Kitaib. hung. t. 70. Cr. succisæfolia Tausch. bot. zeit. 11. I. 79. Gren. et God.fl. de fr. 2. 340. Omaloclina succisæfolia Monn. ess. 78, Wibelia hieracioides. H. Wetter. H. molle. Jacq. est var. *pilis brevibus densis mollibus obsita.* Geracium succisæfolium Reich. G. croaticum Reich. exc. 260. H. Sternbergii Horn h. hafn. suppl. 763. H. croaticum Waldst. et Kitaib. hung. 3. 267. t. 218. H. integrifolium Hopp. ap. Sturm. deut. fl. heft. 39. Characteres, quibus Bertol (fl. ital. 8. 503.) H. molle Jacq. ut species distincta differre a succisæfolio scribit. — *Caulis fistulosus folia latiora, capitula minora, pappus sordide albus, rigidulus, brevior,* sunt infirmi et inconstantes atque impotes ad speciem rite constituendam. Caulis usque bipedalis sub angulatus erectus. Folia caulina sub amplexicaulia utrinque linea elevata in caulem decurrentia supra viridia subtus glauca. Anthodii squamæ atrovirentes lineares. Capitula majuscula aurea. Achenia ferruginea striata striis 20. Receptaculum nudum. Herba utplurimum glaberrima. Fl. æst. Circa *Bessan.*

ff. *Glaucis omnibus lanceolatis: pedunculis squamatis.*

17. GLAUCUM. All. ped. I. 214. t. 28. f. 3. et. t. 81. f. 1. H. *Caule erecto ramoso superne nudo foliisque coriaceis lineari-lanceolatis dentatis superioribus integerrimis linearibus glaucis glabris pedunculis elongatis unifloris squamatis.*

H. saxatile Jacq. ic. rar. 1. t. 63. Sturm. deut. fl. heft. 39. H. scorzoneræfolium Vill. delph. 3. 111. H. Allionii Mon. es. 15. H. Willdenovvii id. 14. Caulis usque bipedalis. Folia radicalia basi barbato-ciliata. Capitula majuscula. Achenia striata demum fusco-rubentia. Pedunculi et anthodia pube stellata cano-tomentosa pilis paucis interspersis apice glanduliferis. Mihi videtur var. H. porrifolii, quo non differt, Kochio assentiente, nisi *capitulis majoribus anthodio deflorato magis ventricoso.* Fl. æst. in alveis arenosis fluminum et torrentium præcipue alpinorum.

bb. *Caule folioso.*

c. *Uni-paucifloro.*

d. *Radice repente: capitulis involucratis.*

18. INTYBACEUM. Wulf. in Jacq. a. 52. ap. t. 43. H. *Humile caule erecto viscido glanduloso-piloso paucifloro foliis sessilibus lanceolatis elongatis sinuato-dentatis involucro anthodii laxo elongato capitulis grandibus pedunculis apice incrassatis.*

H. albidum Vill. delph. 3. 133. t. 31. H. tubulosum Lam. enc. 2. 367. Lepicaune intybacea Lapeyr. abr. 479. Leontodon hispidum Vand. sag. stor. nat. com. 1763. t. 22. Ic. All. ped. t. 29. f. 3. Caulis vix spithamam superat raro ramosus. Anthodii squamæ imæ foliaceæ bracteæformes capitulum subæquantes atque obvallantes. Odor herbæ etiam in sicco balsamicus. Pili anthodii nigri. Fl. æst. In summis alpium jugis: in *Sabaudia*: in summo jugo *Col de la Rose* versus *Modane*: supra thermas *Valderii*: supra *la Madonna delle finestre*, etc.

dd. *Radice praemorsa, capitulis nudis.*

e. *Pilis simplicibus.*

f. *Caule unifloro superne incrassato fistuloso acheniis oblongis anthodio hirsuto, pilis flexuosis neutiquam glanduliferis, foliis radicalibus longissimis.*

19. MONTANUM. Jacq. a. 2. 54. t. 290. H. *Caule basi folioso unifloro erecto fistuloso superne pubescente foliis oblongis sursum dentatis ciliatis radica-*

*libus elongatis petiolatis caulinis sessilibus amplexicaulibus capituli majusculi anthodio hirsutissimo.*

Crepis montana Reich. et Moesl. fl. n. 4578. Hypochæris Pontana L. sp. 1140. Andryala Pontana Vill. delph. 3. 67. t. 23. Soyeria montana Monn. ess. 75. H. Pontanum Re fl. segus. 65. Ic. Boccon. mus. t. 113. Caulis utplurimum humilis aliquando tamen usque bipedalis. Folia radicalia in petiolum decurrentia, usque pedalia. Flores sulphurei. Achenia crassa oblonga striata pappo rigido rubro breviora. Receptaculum alveolatum ora alveolorum pilosula. Fl. æst. Vulgare in pratis alpinis.

ii. *Caule 2-4floro superne aequali farcto acheniis teretibus angulatis anthodio villosissimo pilis nonnullis apice glanduliferis foliis glaucis radicalibus abbreviatis.*

20. VILLOSUM. H. *Glaucescens caule folioso paucifloro foliisque subintegerrimis villosissimis radicalibus late ovatis vel oblongis cordato-amplexicaulibus anthodio imbricato villosissimo capitulis grandibus receptaculo nudo.*

H. siculum Guss. syn. 2. 404. H. valde-pilosum Vill. delph. 3. 106. H. Schraderi. H. eriophyllum. H. canescens. H. longifolium Schleic cent plant. exsic n. 82. H. alpinum W. sp. 3. 1561. Hopp. ap. Sturm. deut. fl. heft. 37. H. flexuosum Wald. et Kitaib. hung. 231. tab. 209. H. pilocephalum Link. enum. 2. 286. Ic. Jacq. a. t. 87. Engl. bot. t. 2379. Clus. hist. 1. 141. Caulis erectus flexuosus humilis usque tamen pedalis. Villi basi fusci plumulosi. Flores aurei fauce atque extus villosi. Achenia demum atro-rubentia. Fl. æst. Vulgare in lapidosis et rupestribus alpium.

ee. *Pilis plumosis.*

12. ANDRYALOIDES. Vill. delph. 3. 121. t. 29. H. *Caule folioso paucifloro superne nudiusculo foliisque plumoso-pilosis inferioribus petiolatis ovatis acutis sinuato dentatis superioribus angustis integerrimis receptaculo scabro.*

H. undulatum Ait. kew. 3. 134. est var. *foliis obovato-oblongis undulato-dentatis.* H. Liottardi Vill. delph. ibid. est var. *tomento densiore obducta a basi ramosa, foliis radicalibus pinnatifido-dentatis.* Herba humilis paucifolia, et pauciflora. Fl. æst. In montibus *Sabaudiae.*

cc *Caule multifloro: radice fibrosa praemorsa.*

d. *Foliis integerrimis.*

22. POIRRFOLIUM. H. *Foliis anguste linearibus integerrimis anthodiisque glaucis glabris vel basi ciliatis pedunculis pube stellata subcanescentibus glabrisque floribus corymbosis caule remote folioso capitulis longe pedunculatis bracteis setaceis anthodii squamis obtusis appressis inferioribus subsquarrosis.*

Folia aliquando basi præsertim denticulata non raro latiora lanceolata quandoque subtus pube stellata pilosa. Quorsum pertinet H. saxatile Jacq. obs. 2. 30. t. 50. H. graminifolium Gaud. helv. 5. 94. Huc etiam mihi videtur esse ducendum H. glaucum. All. ped. Ic. Boccon. mus. t. 106. Jacq. a. t. 286. Ejusd. enum. t. 6. Sturm. deut. flor. heft. 39. Caulis usque pedalis et ultra superne nudiusculus. Aliquando tota planta glabra et glauca est. Fl. lutei. Receptaculum nudum. Achenia nervosa glabra flavida. Fl. æst. In rupibus alpinis apricis. Circa *Segusium*: in valle *Exillarum*: circa *Dernis* in agro *derton.*

dd. *Foliis dentatis.*

e. *glabris.*

f. *Floribus corymbosis.*

23. PALUDOSUM. H. *Caule simplici erecto folioso foliisque glabris inferioribus obovato oblongis retrorsum dentatis runcinatisque superioribus hastato amplexicaulibus deorsum dentatis longe acuminatis floribus subcorymbosis bracteis ciliatis anthodioque nigricante glanduloso-hispidis squamis lanceolatis longe acutissimis multo brevioribus acheniis teretibus nervosis 10striatis laevibus.*

Crepis paludosa Moench. meth. 535. Borkausia Baugm. Aracium paludosum Monn. ess. 73 Geracium Reich. excurs. 260. Ic. Boccon. mus. t. 54. All. ped. t. 28. f. 2. et t. 31. f. 2. Lam. ill. t. 652. f. 2. Fl. dan. t. 928. Schk. hand. t. 221. Engl. bot. t. 1094. Bah. hist. 2. 1033. Ger. em. 300. Moris. s. 7. t. 5. f. 47. Caulis striatus fistulosus usque tripedalis. Folia ima in petiolum decurrentia. Capitula parva. pappus multiseriatus. Achenia teretia sub pappo attenuata flavida. Fl. æst. In pratis et sepibus et dumetis montanis et alpinis: in oris sylvarum locis spongiosis et humentibus secus rivulos etc. In monte *Cenisio*, alibique.

ff *Floribus umbellatis.*

24. UMBELLATUM. H. *Caule erecto simplici foliisque longis densis lineari-lanceolatis subdentatis glabris margine scabris floribus corymboso-umbellatis umbella terminali ramulis lateralibus racemosis squamis anthodii squarrosis.*

H. Lactaris Bertol. est var. *foliis latioribus ovato-lanceolatis.* H. Coronopifolium Bern. est var. *foliis anguste linearibus pinnatifido-dentatis.* Ic. Clus. hist. 2. 140. f. 1. Lob. ic. 240. f. 1. observ. 120. f. 3. Dodon. pempt. 638. f. 2. Dalech. lugd. 570 f. 2. Tabern. ic. 187. f. 1. Bah. hist. 2. 1030. f. 1. Ger. em. 298. Curt. lond. 6. t. 58. ed. Grav. I. t. 111. Petiv. h. br. t. 13. f. 8. 11. 12. Engl. bot. t. 1771. Fl. dan. t. 680. Caulis usque tripedalis basi nudiusculus. Folia aliquando elongata sunt. Herba aliquando hispida pilis basi tuberculatis. Capitula non raro pauca 1-3. Anthodium atro-virens. Fl. æst. In collibus et montibus, in sylvis et dumetis et oris sylvarum, etc.

25. INTERMEDIUM. Zum. H. *Scabriusculum radice perenni fibrosa neque praemorsa fibris albis longis crassiusculis teretibus caule solitario basi sublignoso tereti erecto simplici vel infra medium ramoso ramis paucis basi nudiusculo foliis inferioribus parvis cito marcescentibus et siccis medio caule dense folioso foliis sparsis latis majusculis ovato-subrotundis ovatis vel ovato-lanceolatis basi in petiolum attenuatis acutis remotissime dentato mucronatis supra medium caulem abrupte parvis cito marcescentibus et siccis remotissimis floribus corymboso-umbellatis pedunculis lateralibus racemosis pedunculis omnibus elongatis bracteatis bracteis remotis 4-8 foliiformibus minimis obtusis apice latioribus sub anthodio magis approximatis anthodiis majusculis cylindricis squamis omnibus rectis obtusis neutiquam squarrosis medio scabris pilis brevibus sursum versis superficie stigmatode laevi acheniis teretibus glabris sulcatis maturis atris nitidis pappo vix brevioribus basi attenuatis pappis sordide albis scabris receptaculo alveolato ora alveolorum squamulosa squamulis nonnullis elongatis in pilos basi planos latiores tortuosos pappum aequantes.*

Unde receptaculum subpilosum est, pilis raris. Pili petiolorum et pedicellorum albi, longi, inaequales, prostrati, simplices sunt. foliorum et anthodii breves basi latiores planiusculi basi callosi, apice uncinati non raro rubidi vel lividi. Stigmata lutea non liventia. Nulla icon neque H. Lactaris Bertol. neque H. umbellati L. neque H. sylvatici L neque H sabaudi refert plantam meam, quae et prima fronte ab his omnibus facile distinguitur foliis subrotundis in solo medio caule magnis, etc. Nascitur in sepibus et sylvis et dumetis locis lapidosis et apricis collinis et montanis circa *Bugellam*, in vineis *di Chiavazza*, etc. Sero autumno floret etiam novembri et decembri.

ee. *Foliis hirsutis.*
f *Glanduloso dentatis*

26. SABAUDUM. H. *Caule rigido simplici inferne nudo foliisque densis semi-amplexicaulibus ovato-oblongis glanduloso-dentatis argute serratis firmis hirsutis margine scabris floribus corymbosis corymbo terminali ramis lateralibus racemosis anthodii fructiferi late ovati truncati obtusissimi nigricantis squamis linearibus imbricatis imis valde brevioribus stigmatibus lividis pedunculis tomentosis squamosisque.*

H. sylvestre Taus. bem. 70. H. boreale Fries. nov. fl. svec. ed. 2. 261. Ic. Bah. hist. 2. 1030. f. 3. Moris. s. 7. t. 5. f. 59. Gmel. sibir. 2. t. 14. Flor. dan. t. 872. Engl. bot. t. 349. All. ped. t. 27. f. 2. Caulis basi squamosus farctus striatus usque tripedalis. Folia undulata aliquando omnino ovata basi subcordata. Corymbus aliquando umbellam simulat. Flores aurei. Achenia pappo valde breviora nervosa sulcata scabrida angusta demum sanguinea. Receptaculum nudum. Fl. æst. In pascuis et sylvis et dumetis montanis locis lapidosis et apricis.

ff. *Glanduloso-piloso-oleosum.*

27. AMPLEXICAULE. H. *Glanduloso-piloso oleosum caule stricto paniculato-ramoso foliis amplexicaulibus cordato-ovatis basi dentatis auriculis rotundatis obvallantibus radicalibus oblongo-lanceolatis petiolatis pedunculis corymbosis anthodiisque hirsutis receptaculis hirtis.*

H. pumilum Lapeyr. abr. 471. excl. syn. H. balsameum Asso arr. Lepicaune balsamea Lapeyr. abr. 478. est var. subuniflora. H. pulmonarioides Vill. 3. 133. t. 34. H. cerinthoides Vill. ibid. t. 32. Sut. helv. 2. 147. — H. intybaceum Sturm. deut. fl. heft. 39. — Var. *foliis latissimis denticulatis margine glanduloso-ciliatis glauce-*

*scentibus caule divaricato ramoso*, memorat Froelich apud Cand. prodr. 7. 231. Ic. All. fl. ped. t. 15. f. 1. et t. 30. f. 2. Var. *foliis nigro-maculatis*. Engl. bot. t. 2690. Caulis utplurimum humilis vix dodrantem æquat. Folia flavo viridia. Capitula majuscula. Pedunculi bracteati bracteis foliaceis Anthodia atro-virentia. Squamæ laxæ interiores acutissimæ. Ligulæ aureae extus pilosæ. Achenia nervosa scabrida pappo breviora demum sanguinea. Odor herbæ gravis balsameus. Fl. æst. In rupibus alpinis et montanis locis apricis.

fff. *Foliis simpliciter hirsutis.*
g. *Omnibus sessilibus.*
h. *Lanceolatis.*

28. LANCEOLATUM. Vill. delph. 3. 126 t. 30. H. *Caule simplici stricto superne ramoso folioso piloso foliis sessilibus ovato-lanceolatis dentatis subtus glaucis hirsutis floribus corymbosis pedunculis squamosis squamis anthodii glanduloso-hirtis.*

Herba humilis vix dodrantem superat. Folia caulina subamplexicaulia, firma aliquando ciliata. Fl. æst. In valle *Augustae Praetoriae*. Mihi videtur var. H. prenanthoidis.

29. AFFINE. Zum. H. *Pilosum pilis rigidis, albis, longis, raris patulis radice fibrosa perenni caule usque bipedali simplici unifolio superne longe nudo tereti farcto foliis radicalibus lineari-lanceolatis elongatis costa media subtus alba elevata integerrimis floribus corymboso-umbellatis usque* 30 *anthodiis conicis squamis linearibus nigro-hirtis.*

Flores sulphurei parvi. Caulis superne nigro-hirtus. Videtur affine H auriculae, H sabino, H. umbellato praesertim H aurantiaco quo differt *foliis lineari-lanceolatis integerrimis pilis neutiquam glanduliferis caule elato unifolio*, etc. Stolones nullos habet flores neutiquam spirant odorem violae odoratae, ut scribit Jacq. Legi in rupestribus circa *Bugellam*.

hh. *Radicalibus obovatis caulinis cordato-oblongis amplexicaulibus.*

30. CERINTHOIDES. H. *Caule erecto villoso stricto subramoso foliis subintegerrimis pilosis radicalibus obovatis petiolis plumoso-pilosis caulinis cordato-oblongis amplexicaulibus ciliatis anthodiisque hirsutis glanduloso-pilosis receptaculis hirtellis floribus corymbosis.*

H. alatum. H. scopulorum Lapeyr. abr. sup. 124. H. rhomboidale Ejusd. act. tolos. 1. 215. f. 18. Ic. Gouan. ill. t. 22. f. 4. Caulis aliquando elatus. Flores majusculi. Fl. æst. In monte *Cenisio*: in umbrosis supra *Groscavat*.

hhh. *Radicalibus ovato-oblongis caulinis amplexicaulibus sagittato-oblongis.*

l. *Floribus corymbosis, foliis obsolete sursum dentatis.*

31. PYRENAICUM. H. *Scabrum caule simplici erecto fistuloso superne sulcato pilosiusculo paucifloro foliis amplexicaulibus sagittato-oblongis acutis denticulatis densis radicalibus ovato-oblongis lanceolatisve longe petiolatis ramis corymbosis subunifloris anthodii squamis imis obvallantibus laxis hirsutis receptaculis nudis.*

H. Blattarioides L. sp. 1129. Crepis. Vill. 3. 136. Cr. sibirica Gouan ill. 60. Cr. austriaca Jacq. a. t. 441. All. ped. t. 30. f. 1. Lepicaune turbinata Lapeyr. 480-81. H. turbinatum Spreng. syst. 3. 647. Soyeria blattarioides Monn. ess. 76. — Var. *foliis imis runcinato dentatis*. — *Capitulis umbellatis*. — *Foliis hirsutis imis subincanis*. — *Caule glabro paucifloro*. — *Foliis glabriusculis venis sanguineis*. Cand. prodr. 7. 167. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 39. Caulis usque pedalis. Capitula majuscula. Squamæ anthodii ciliatæ. Achenia virentia pappo longiora, linearia, nervosa, 20-sulcata. Fl. æst. Vulgare in sylvis et umbrosis locis montanis et alpinis.

ll. *Floribus subcorimbosis foliis retrorsum dentatis capitulis grandibus.*

32. GRANDIFLORUM. All. ped. 1. 217. t. 29. f. 2. H. *Caule simplici piloso-viscoso erecto sulcato paucifloro foliis inferioribus spathulato-lanceolatis elongatis retrorsum dentatis caulinis sagittatis amplexicaulibus floribus subcorymbosis pedunculis apice incrassatis anthodio nigro-hispidulo squamis laxis imis obvallantibus.*

Crepis grandiflora W. enum. suppl. 56. H. pappoleucum Vill. delph. 2. 134. t. 31. H. conyzæfolium Gouan. ill. 59. H. conyzoideum Lam. fr. 2. 197. Lepicaune grandiflora. L. intybacea Lapeyr. abr. 479. — Var. *glabra caule paucifloro* ad nives deliquescentes. Ic. Waldst. et Kitaib. hung. t. 31. Crepis viscidula Froelich. ap. Cand. prodr. 7 166. vix videtur var. — Caulis humilis, vix cum luxuriat, pedalis. Capitula grandia, ceterum ut in super. Fl. æst. In pratis et pascuis alpinis: in valle *Sessitis*: in monte *Cenisio* etc.

III. *Floribus racemoso-spicatis.*

33. PRENANTHOIDES. Vill. delph. 3. 108. H. *Caule simplici foliisque glaucis remote denticulatis hirsutiusculis margine scabris ciliatisque subtus albo vel rubro-reticulatis radicalibus oblongo-lanceolatis petiolatis caulinis cordato-oblongis amplexicaulibus floribus racemoso-corymbosis pilis imis simplicibus, superioribus glanduliferis anthodiis oblongis hirto-glanduloso-glutinosis.*

H. spicatum All. ped. 2. 218. t. 27. f. 3. est var. *foliis glaucis floribus racemoso spicatis*. H. denticulatum Smith. engl. fl. 3. 368. est var. *foliis glaucis vix amplexicaulibus*. — H. elongatum Lapeyr. abr. 476. var. *pallide virens foliis inferioribus panduraeformibus*. — H. perfoliatum. H. strictissimum. H. cotoneifolium Froelich. ap. Cand. prodr. 7. 211-12. sunt varr. Ic. Vill. prec. d'un voy. t. 3. Engl. bot. 2235. Cum herba floret folia radicalia deficiunt. Caulis farctus striatus. Anthodii squamæ imæ valde breviores laxæ. Achenia demum sanguinea pappo vix breviora, nervosa, striata. Fl æst. In pratis alpinis.

Crepides, Barkausiæ et Hieracia herbæ sunt lactescentes succoque turgent amaro, acri, quique omni profecto virtute non caret. Exemplo sit Crepis lacera Italiæ meridionalis incola quæ veneno suo hominem interficit. H. pilosella majores nostri utebantur in sanguinis fluxibus, in vulneribus, et echimomatibus sanandis, in phtisi pulmonali, et catharro diuturno etiam ad hernias puerorum. Forte Arnicam montanam æmulatur. Quæ neutiquam damnanda antequam certis habitis experimentis eluceat vera sint quæ scripserunt nec ne.

## 321. SONCHUS.

a. *Foliis indivisis: radice perenni.*

I. MARITIMUS. S. *Glaucus glaber caule simplici apice 1-paucifloro foliis amplexicaulibus cordato-sagittatis lanceolatis retrorsum argute dentatis integerrimisque pedunculis terminalibus nudis subsolitariis anthodiis pedunculisque glaberrimis squamis extimis lato-ovatis acheniis striatis striis transversim rugulosis radice repente.*

S. litoralis Reich. excurs. 274. S. crispus Poir. encicl. sup. 3. 289. S. aquatilis Pourr. act. tolos. 3. 330. sunt varr. *foliis subsinuatis* S. nitidus Vill. delph. 3. 160. S. angustifolius Nek. gall. prov. 326. Ic. Bonan. panph. t. 89. f. A. B. Zannich. ist. t. 98. f. 1. All. ped. t. 16. f. 2. Cavanil. ic. et descr. I. t. 51. Caulis usque tripedalis fistulosus. Folia ima petiolata petiolis alatis. Capitula majuscula. Flores lutei. Striiae achenii aliquando laeves Squamae anthodii albo-marginatae imae laxae. Fl. aest. Secus aquas et locis humidis, in pratis spongiosis in agro *nic.* et *Liguria.*

aa. *Foliis runcinatis seu lyratis*

b. *Radice annua.*

c. *Acheniis compressis apice truncatis utrinque in disco tristriatis.*

d. *Acheniis transverse rugulosis.*

2. OLERACEUS. S. *Foliis amplexicaulibus lyrato runcinatis indivisisque argute dentatis glabris peaunculis squamatis junioribus tomentosis acheniis lanceolatis caule ramoso fistuloso floribus corymbosis corymbo simplici vel composito subumbellato.*

S. laevis. Vill. delph. 3. 158. S. ciliatus Lam. fr. 2. 87. — Var. *foliis indivisis* est S. integrifolius Wallr. sched. 432. S. lacerus W. sp. 3. 1513. est var. *foliis pinnatifidis*. H. oleraceum Scop. carn. 2. 110. Ic. Tabern. ic. 190. f. 1. Fuchs hist. 575. Matth. com. 363. f. 2. Lob. ic. 235. f. 2. observ. 119. f. 1. Dodon. pempt. 643. f. 1. Dalech. lugd. 591. f. 1. Clus. hist. 2. 146. f. 1. Cam. epit. 279. 280. Blackw. t. 130. Bah. hist. 2. 1016. f. 1. Moris. s. 7. t. 3. f. 1. 2. Flor. dan. t 682. Chabr. sciagr. 316. f. 3. Gaertn. fruct. t. 158. Hayne. arzng. t. 48. Curt. lond. 2. t. 58. ed. Grav. 1. t. 109. Engl. bot. t. 843. Petiv. h. br. t. 14. f. 8. 9. 10. Caulis usque bipedalis in pinguibus usque orgyalis glaber raro superne pilosus glandulosus, non raro pruinoso-violaceus. Folia aliquando indivisa obverse- lanceolata undulata non raro inferiora runcinata. Superiora indivisa costa nervisque purpureis. Squamae anthodii imae laxae Fl. vere et aest. Vulgaris in hortis et ruderatis, pinguibus, aggeribus, etc.

dd. *Acheniis laevibus marginatis.*

3. ASPER. Vill. delph. 3. 158. S. *Foliis amplexicaulibus runcinatis indivisisque undulatis argute mucronato-vel spinoso-dentatis pedunculis nudis acheniis laevibus marginatis corymbo subumbellato anthodiis laevibus.*

S. fallax Wallr. sched. 432. S. spinosus Lam. fr. 2. 81. Ic. Matth. com. 363. f. 1. Fuchs. hist. 674. Lob. ic.

234. f. 2. observ. 418. f. 2. 3. Dodon. pempt. 643. f. 2. 3. Dalech. lugd. 563. f. 1. 2. 571. f. 2. Tabern. ic. 189. f. 1. Cam. epit. 278. Bah. hist. 2. 1014. f. 2. 1016. f. 2. Blackw. t. 30. Moris. s. 7. t. 2. f. 5-8. Bonan. panph. t. 85. Boccon. mus. t. 31. Zannichel ist. t. 196. Durant. herb. 440. Ger. em. 291. Petiv. h. br. t. 14. f. 1. 2. 3. 4. 5. Pluk. phyt. t. 61. f. 5. Sab. hor. rom. 8. t. 5. Engl. bot. t. 2765. 2766. Fl. dan. t. 893. Schk. hand. t. 256. Ceterum similis oleraceo. Fl. vere et aest. In hortis, aggeribus, agris pinguibus et ruderatis.

cc. *Acheniis prismaticis tetragonis quadrisulcatis angulis profunde crenatis.* PICRIDIUM Desf. atl. 2. 221.

4. PICROIDES. Lam. enc. 3. 398. S. *Caule subramoso glabro apice nudo foliis inferioribus lyrato-runcinatis denticulatis superioribus amplexicaulibus oblongis subintegerrimis pedunculis elongatis unifloris superne incrassatis squamosis squamis anthodii ovatis appressis.*

Scorzonera. L. sp. 1114. Sonchus chondrilloides Sibt. fl. gr. 8. 67. t. 791. S. squamosus Lam. fr. 2. 87. Reichardia picroides Roth. abh. 3. R. integrifolia Moench. meth. 546. Ic. Lob. ic. t. 236. f. 2. All. ped. t. 16. f. 1. Gaertn. fruct. t. 158. Dalech. lugd. 562. Bonann. panph. t. 96. 97. Sibt. fl. gr. t. 793. Herba glabra, glauca. Caulis semipedalis et ultra striatus. Squamae pedunculorum cordiformes margine albo-scariosae. Folia ima aliquando pinnatifida, aliquando indivisa. Ligulae radiales extus rubidae. Achenia exteriora incurvata. Pappi setae basi connexae. Fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria.* Folia tenerrima comeduntur in acetariis et jusculis.

bb. *Radice perenni.*

c. *Floribus coeruleis: pappo fragili basi coronula ex setis brevibus confecta.* MULGEDIUM. Cass. dict. 33. 296.

d. *Anthodiis pedunculisque glanduloso-pilosis: floribus racemosis: foliis lyratis.*

5. ALPINUS. S. *Caule simplici inferne glabro foliis lyratis basi sagittatis glabris lacinia terminali delthoideo-hastata large acuminata caulinis petiolo alato basi cordato-amplexicaulibus racemi terminalis bracteati pedicellis glanduloso-hispidis acheniis compressis oblongo-linearibus multistriatis nervosis apice attenuatis.*

S. montanus Lam. enc. 3. 401. S. coeruleus Smith. br. 815. Engl. bot. t. 2425. S. canadensis Wither. br. 674. Hieracium coeruleum Scop. carn. 2. 111. Cicerbita alpina Wallr. sched. crit. 434. Aracium alpinum Monn. ess. 73. Mulgedium alpinum Less. syn. 142. Ic. Clus. hist. 1. 147. f. 2. Ejusd. pannon. 651. Camer. epit. 281. Bah. hist. 2. 1066. f. 1. Fl. dan. t. 182. Svens. bot. t. 657. Tabern. ic. 191. f. 2. Moris s. 7. t. 6. f. 15. Radix carnosa. Caulis erectus usque tripedalis. Folia subtus glauca suprema linearia ciliata. Pedunculi viscidi pilis rubidis. Bracteae lineares. Anthodium hispidum rubrum. Antherae rubrae. Ligulae violaceo-coeruleae. Fl. aest. In alpinis locis lapidosis et umbrosis.

dd. *Anthodiis pedunculisque glaberrimis: floribus corymbosis: foliis runcinato pinnatifidis.*

6. PLUMERII. S. *Foliis amplis lyrato-runcinatis subdenticulatis glabris subtus glaucis caulinis basi profunde cordata amplexicaulibus superioribus lanceolatis acuminatis integris floribus paniculato-corimbosis pedunculis bifidis bracteatis bracteis basi rotunde auriculatis anthodiisque laevibus, acheniis ellipticis a medio ad apicem attenuatis utrinque quinque striatis pappo stipitato.*

Mulgedium Cand. prodr. 7. 248. S. acanthifolius Clairv. man. val. 231. S. cichoraceus Moench. Caulis usque orgyalis. Folia usque bipedalia in venis subtus scabra. Capitula pauciflora floribus duplo tamen majoribus quam in alpino. Floret aest. Supra *Carthusiam S. Hugonis in Sabaudia.*

cc. *Floribus luteis: pappo basi flexili, coronula destituto.*

d. *Radice repente.*

7. ARVENSIS. S. *Caule tereti superne glanduloso-piloso foliis amplexicaulibus cordatis spinuloso-denticulatis inferioribus sinuato-runcinatis superioribus lanceolatis pedunculis corymbosis anthodiisque glanduloso-hispidis capitulis majusculis acheniis angulatis glabris striatis striis transverse rugulosis.*

H. arvense Scop. carn. 2. 110. Lepicaune spinulosa Lapeyr. abr. 480. Hier. spinulosum Spreng. syst. 3. 645. — Var. *pedunculis anthodiisque glabris* est S. intermedius. Brukn. trev. in rep. soc. sc. nat. cur. ber. 1813. 153. S. mari-

timus L. am. ac. 8. 102. 103. Ic. Matth. comm. 315. f. 1. Camer. epit. 324. Lob. ic. 237. f. 1. observ. 119. f. 3. Dodon. pempt. 639. f. 1. Dalech. lugd. 569. f. 2. Bah. hist. 2. 1018. f. 1. Moris hist. s. 7. t. 6. f. 12. Petiv. herb. br. t. 14. f. 6. Fl. dan. t. 606. Durant. herb. 200. Engl. bot. t. 674. Curt. lond. 4. t. 53. ed. Grav. 2. t. 507. Ger. em. 294. Radix carnosa. Caulis usque quadripedalis simpliciusculus fistulosus. Capitula magna. Pappus niveus, setis laevibus. Receptac. alveolatum. Fl. aest. Ad fossas in agris et arvis argillosis.

dd. *Radice fibrosa.*

8. PALUSTRIS. S. *Caule tereti altissimo foliis amplexicaulibus auriculato sagittatis runcinatis mucronato-denticulatis vel spinuloso-ciliatis superioribus indivisis pedunculis corymbosis anthodiisque glanduloso-hispidis acheniis angulatis striatis striis transverse rugulosis radice fibrosa subtuberosa.*

Ic. Clus. hist. 2. 147. f. 3. ejusd. pan 653. Tabern. ic. 192. Petiv. h. br. t. 14. f. 7. Loes. prus. t. 79. Curt. lond. 5. t. 59. ed. Grav. 3. t. 115. Engl. bot. t. 935. Fl. dan. t. 1109 Caulis orgyalis et ultra angulatus fistulosus. Herba superne viscida pilis fuscis vel flavidis. Corymbus subumbellatus. Capitula parva. Fl. aest. Ad fossas in agro *vercell. novar. canapic.*

aaa. *Foliis pinnatifidis: radice annua vel bienni.*

9. TENERRIMUS. S. *Caule ramoso corymboso corymbis subumbellatis foliisque petiolatis bipinnatifidis glabris laciniis angulatis irregularibus obtusis petiolisque basi dilatatis auriculatis spathulato-lanceolatis anthodiis tomentosis niveo-floccosis demum turgidis acheniis striatis striis transverse rugulosis muricatis.*

S. italus Spreng. syst. 3. 651. S. pectinatus Cand. fr. 5. 434. Ic. Pluk. phyt. t. 93. f. 3. Bonan. panph. t. 86. 87. 88. Sibt. fl. gr. t. 790. Caulis humilis angulatus, fistulosus. Capitula mediocria ligulae flavae. Fl. toto fere anno. In agro *nic.* et *Liguria.*

Sonchus oleraceus, et asper primo vere in jusculis et acetariis, ut Taraxacum, Cichorium, Lapsana comeduntur: virtute sua ad Taraxacum, et Lactucam accedunt. Nostra tamen aetate, cum meliora ubique suppetant, obsoleverunt.

## 322. CHONDRILLA.

JUNCEA. Ch. *Herba biennis lactescens glauco-pruinosa caule basi strigoso hispido superne glabro usque quadripedali a basi alterne ramoso viridi ramis patulis medullosis flexilibus virgatis foliis radicalibus rosulatis runcinatis hispidiusculis superioribus lineari lanceolatis integerrimis, vel denticulatis aliquando margine carinaque spinuloso-hispidis capitulis parvis 1-5fasciculatis sessilibus lateralibus axillaribus remote racematis anthodii albo-tomentosi squamis superioribus linearibus imis calyculantibus parvis ovatis acutis ligulis croceo-aureis subtus albo-tristriatis acheniis teretibus nervosis inferne laevibus dentibus quinque lanceolatis terminatis.*

Ch. virgata. Presl. del. prag. 2. 116. Ch. rigens. Reich. excurs. 271. Ch. acantophylla Bork. ap. Bech. fl. v. franc. 311. Ch. latifolia M. Bieb. taur. cauc. 2. 244. Ic. Matth. comm. 369. f. 1. Dalech. lugd. 568. f. 2. ambae malae. Clus. hist. 2. 144. f. 2. Lob. ic. 233. f. 1. Tabern. ic. 178. f. 1. Bah. hist. 2. 1021. f. 1. Moris. s. 7. t. 6. f. 21. Gaertn. fruct. t. 158. f. 6. Columm. phyt. 20. Lam. ill. t. 650. f. 4. Schk. hand. t. 218. Cum herba floret folia radicalia evanuerunt. Floret mane. Post meridiem flores clausi sunt ligulis erectis. Fl. aest. Vulgaris locis apricis lapidosis. Etiam in agris rubricosis heic *Verroni.*

## 323. LACTUCA.

a. *Achenia striis elatis utrinque plurimis.* LACTUCA.

b. *Foliis omnibus indivisis, radice bienni: floribus flavis.*

1. VIROSA. L. *Foliis horizontalibus sagittato-lanceolatis mucronato vel spinuloso-denticulatis costa media subtus spinulosis inferioribus sinuatis floribus paniculatis bracteatis acheniis striatis rostro albo subbrevioribus atris scabris superne laevibus caule erecto virgato superne nudiusculo.*

L. maculata Hornem hor. hafn. 2. 755. Ic. Dalech. lugd. 564. Lob. ic. 241. f. 1. et advers. 89. Fuchs. hist. 300? Bah. hist. 2. t. 1002 f. 1. Valerian. Cord. hist. 157. Moris s. 7. t. 2. f. 16. Petiv. h. br. t. 15. f. 1. Trag. hist. 268. Engl. bot. t. 1957. Woodw. sup. t. 250. Caulis etiam orgyalis. Folia superiora amplexicaulia costa inferne pectinato-spinosa. Ligulae sulphureae. squamis an-

thodii vix longiores. Fl. aest. In valle *Augustae Praetoriae* prope *Lemmie*: in valle *di Viù:* in locis incultis vallis *Segusianae*: *Cigliano* loco dicto *la Boscarina*, etc.

bb. *Foliis infimis runcinatis superioribus linearibus, floribus flavis, radice bienni.*

2. SALIGNA. L. *Caule erecto foliis carina aculeatis radicalibus lanceolatis paucidentatis vel pinnatifido-runcinatis caulinis sagittatis lineari-lanceolatis cuspidatis integerrimis subverticalibus floribus lateralibus brevi pedunculatis subspicatis acheniis ferrugineis rostro albo brevioribus.*

Ic. Rup. jen. ed. Hall. t. 4. Bah. prodr. 68. f. 1. Barrel. ic. 136. Jacq. a. t. 250. Engl. bot. t. 707 Petiv. hor. br t. 15. f. 4. Moris s. 7. t. 6. f. 18, Herba glauca. Caulis aliquando humilis, aliquando tamen usque orgyalis. Folia aliquando omnia integra. Ligulæ flavae anthodio longiores extus purpureae. Flores panduntur mane, ante meridiem clausi sunt. Fl. aest. In agro *nic.*: *Monteferrato*, etc. ad vias locis calidis, collinis, arenosis, apricis.

bbb. *Foliis imis lyratis: radice bienni.*

3. QUERCINA. L. *Caule stricto elato apice foliisque subtus laevibus infimis lyratis basi attenuatis sagittatis caulinis runcinato-pinnatifidis basi auriculato-dentatis summis lineari-lanceolatis panicula corymbosa rostro atro achenio fusco sanguineo dimidio breviore.*

L. Vialea|Bellard. stirp. nov. 6. t. 4, L. stricta W. et Kit. hung. 1. 47. t. 48. L. Chaixii. Vill. delph. 3. 154. L. sagittata Walds. et Kitaib. l. c. t. 1. Cicerbita corymbosa Wallr. sched. crit. 434. Herba glabra. Radix subnapiformis. Caulis usque orgyalis. Flores flavi anthodio longiores. Squamae anthodii demum recurvae. Fl. aest. In vallibus supra *Limone*.

bbbb. *Foliis imis runcinato-lyratis, radice annua, floribus flavis.*

4. SATIVA. L. *Foliis inferioribus runcinato-lyratis carina aculeatis laevibusque summis cordatis amplexicaulibus integerrimis floribus paniculatis bracteatis panicula dilatata fastigiata corymbosa rostro albo achenium subsuperante.*

Var. *foliis radicalibus ante anthesim subrotundis concavis bullatis* est L. capitata Cand. prodr. 7. 138. apud nos *salada gabusa*, *manigot*. Ic. Lob. ic. 242. f. 2. obs. 121. f. 2. Dodon. pempt. 645. f. 1. Camer. epit. 398. Dalech. lugd. 546. f. 2. Tabern. ic. 422. f. 1. Bah. hist. 2. 997. f. 1. Moris s. 7. t. 2. f. 2. — Var. *foliis sinuato-crenatis dentatis undulatis crispis* est L. crispa Cand. l. c. Ic. Fuchs. hist. 299 Trag. 258. Lob. ic. 242. f. 1. Dodon pempt. 644. f. 2. Dalech. lugd. 546. f. 3. Tabern. ic. 422. f. 2. Bah. hist. 2 999. f. 2. — Var. *foliis inferioribus pinnatifidis sublaciniatis superioribus runcinatis* est L. laciniata Roth. cat. 1. 90. L. palmata W. sp. 3. 1523. Ic. Bah. hist. 2. 998. f. 2. — Var. *foliis elongatis indivisis basi attenuatis longe acutatis tenerrimis* est L. romana apud nos *lingua di bue*. Ic. Bah. hist. 2. 998. f. 1. Tabern. ic. 423. f. 2. Moris s. 7. t. 2. f. 9. — Ic. Bah. hist. 2. 997. f. 2. Blackw. t. 88. Tabern. ic. 421. f. 2. Camer. epit. 298. Dodon. pempt. 644. f. 1. Blakw. t. 88. Moris s. 7. t. 2. f. 1. Gars. ic. 315. Herba notissima ubique culta et quae mihi videtur var. luxurians cultu orta L. scariolae Kochio etiam summo viro assentiente. Syn. 495. Herba cruda comesta in acetariis saluberrima est, urinam ciet atque alvum solvit nervorumque turbas blande compescit et lenit, etiamsi systema vasorum nimia incitatione laboret. Ejus vis minor est, quam L. virosæ, quae media videtur inter Opium et Hyosciamum. Lactucarium est succus ejus aere densatus. L. virosa et Saligna virtute congruunt, minore tamen in Saligna. Agunt ut Lact. sativa sed majore vi. Optima in tussi convulsiva cum ad finem inclinat, et spasmodica est, atque in hoc morbo usus ejus quam Belladonnae potior est. Optima in asthmate nervoso, et incubo. Magnam vim exserit in palpitatione cordis nervosa ipsaque angina pectoris, et hydrope universali praesertim thoracis. In aurigine atque obstructionibus hepathis et splenis, si a spasmis ortum ducant, optimum remedium sistit lactuca virosa. Medici homiopathici experimentis suis virtutem Lactucae virosae confirmaverunt in hydrope, asthmate, et tussi: in febribus et doloribus rheumaticis praecipue si cum pressione stomachi juncti incedant: in febribus nervosis atque intermittentibus quae cum frigoribus articulorum junctae sunt.

bbbbb. *Foliis runcinato-dentalis: radice perenni, floribus rubris.*

5. TENERRIMA. Pour. act. tolos. 3. 321. L. *Caule superne ramoso foliisque glaberrimis inferioribus runcinato-dentatis pinnatifidisque superioribus lineari-lanceolatis integerrimis sagittatis pedunculis bracteatis solitariis elongatis acheniis obovatis compressis crasse marginatis obsolete striatis brevissime rostellatis sanguineis.*

L. segusiana Balb. misc. tab. 8. Caulis usque pedalis. Herba aliquando hispidula. In agro *segus.* locis collinis apricis, et calidis, vineis prope urbem.

bbbbbb. *Foliis runcinato-sinuatis: radice bienni, floribus flavis.*

6. SCARIOLA. L. *Foliis amplexicaulibus subverticalibus sagittato-cordatis runcinato-sinuatis spinuloso denticulatis subtus costa media spinulosis summis lanceolatis subtus laevibus floribus paniculatis acheniis striatis lanceolato-spathulatis anguste apice latiuscule marginatis et setoso-puberulis rostro albo achenium ferrugineum aequante.*

L. augustana. All. ped. 1. 224. t. 52. f. 1. est var. *foliis indivisis.* — L. sylvestris Lam. fr. 2. 84. L. verticalis Gater. fl. montb. 138. Lact. plicata Balb. cat. hor. bot. taur. 1813. 45. var. *foliis sanguineo-muculatis.* Ic. Herm. paradis. batav. t. 191. Brunsf. herb. 3. 38. Fuchs. hist. 301. Matth. comm. 377. Trag. hist. 259. Dodon. pempt. 646. f. 1. Dalech. lugd. 547. f. 1. Bah. hist. 2. 1003. f. 1. Moris s. 7. t. 2. f. 17. Barrel ic. 135. Petiv. h. br. t. 15. f. 3. Lob. ic. 234. f. 1. observ. 118. f. 1. Durant. herb. 244. Camer. epit. 300. Zannichel. ist. t. 294. Hayn. arz. gew. 1. t. 47. Fl. dan t. 1227. Svens. bot. t. 715. Engl. bot. t. 268. Caulis usque orgyalis saepe inferne spinuloso setosus. Fl. æst. In lapidosis, ruderatis, frequens in agro *taur. segus. nic.* In valle *Augustae praetoriae* var. *foliis indivisis.*

aa. *Achenia utrinque in medio disci linea elata unica margine tumidulo: flores coerulei: folia pinnatifida. Radix perennis.* CIANOSERIS. Kock. syn. 496.

7. PERENNIS. L. *Glabra foliis omnibus pinnatifidis runcinatisque glaucescentibus laciniis linearibus sursum dentatis integrisve floribus corymboso-paniculatis pedunculis squamatis acheniis oblongo-linearibus scabris sanguineis rostrum album subaequantibus.*

L. coerulea Sant. ap. Kock. syn. 497. Ic. Matth. com. 369. f. 2. Dalech. lugd. 561. f. 2. et 566. f. 2. Chabr. sciagr. 317. f. 4. Dodon. pempt. 637. f. 2. Tabern. ic. 576. f. 1. 177. f. 1. Mill. ill. t. 137. Bot. magaz. t. 2130. Bah. hist. 2. 1019. f. 1. Durant. herb. 144. Caulis utplurimum humilis aliquando tamen usque bipedalis. Fl. aest. In rupibus diffractis subalpinis locis calidis, et apricis.

## 314. BARKHAUSIA.

a. *Achenia conformia longe rostrata: Squamae anthodii calyculantes amplae ovatae vel lanceolatae margine scariosae. Herbae annuae.*

b. *Foliis indivisis.*

1. ALPINA. Cand. fr. 4. 41. B. *Caule erecto striato dichotomo aspero foliis inferioribus obovato-oblongis basi attenuatis superioribus amplexicaulibus cordato-sagittatis oblongis dentatis pedunculis elongatis unifloris, anthodii squamis superioribus linearibus hispido-glandulosis.*

Crepis Lin. sp. 1134. Gaertn. fruct. t. 158. f. 8. Cr. vesicaria Lam. enc. 178. 179. Barch. scariosa. Moen. meth. 537. Ic. Gmel. sibir. 2. t. 5. Caulis pedalis et ultra ramosus ramis strictis. Pedunculi bractea una vel altera lineari. Capitula magna. Ligulae apice denticulatae extus rubidae. Akenia hirta, nervosa. Fl. aest. In pratis et pascuis alpinis, rara.

bb. *Foliis radicalibus runcinato-lyratis.*

2. TARAXACIFOLIA. Cand. fr. 4. 43. B. *Caule ascendente foliato multifloro foliis acute dentatis radicalibus petiolatis obovato-oblongis runcinatisve caulinis plerisque runcinatis hispidulis laciniis obtusiusculis angulatis vel lanceolatis sessilibus basi dilatato-sagittatis involucro glabro anthodio hispidiusculo.*

Cr. praecox Balb. mis. t. 9. Barchausia Duby bot. gal. 1. 299. Cr. intybacea Brot. lus. 1. 321. phyt. t. 26. Barch. Cand. fr. 5. 449. Barch. hyemalis Biv. bern. man. 1. 11. t. 2. Reich. ic. t. 40. f. 83. Cr. taraxacifolia Thuill. par. ed. 1. 1. 409. Cr. tectorum Vill. delph. 3. 144. Cr. taurinensis W. sp. 3. 1595. Cr. rubricaulis Pers. ench. 2. 375 Cr. Lachenalii Gmel. bad. 3. 435. Cr. scabra W. sp. 3. 1603. Wibellia taraxacifolia.

Rohl. deut. fl. 2. 581 Crepis ruderalis Bouch. fl. abbev. 59. Cr. cinerea Desf. cat. hor. par. ed. 1. 89. Cr. biennis Lapeyr. abr. 84. Cr. rubealis Tus. Cr. polymorpha Poir. Cr. vesicaria Balb. taur. 93. Cr. scariosa W. sp. 3. 1595. quae est. Cr. vesicaria L. sp. 1132. Barkausia Tenor. neap. syll. 403. est var. *bracteis grandibus ovato-lanceolatis acuminatis concavis navicularibus marginibus late scariosis dorso viridibus.* Ic. Bonan. panph. t. 106. 125. 135. Radix praesertim si herba adulta praecisa fuerit etiam biennis crassa extus fusca fusiformis. Caules caespitosi demum fistulosi usquebipedales rubidi. Folia caulina basi subpinnatifida apice subintegra. Pedunculi elongati uniflori pube brevi alba et setis nigris raris inspersis longioribus apice glanduliferis. Capitula parva. Squamae anthodii omnes margine scariosae carina atro-virentes setosae setis nigris. Ligulae radiales subtus rubidae Achenia teretiuscula nervosa scabrida demum luteo-viridula. Pili glandulosi aliquando nulli. Folia ima aliquando integra sunt retrorsum dentata vel profunde pinnatifida laciniis sinuato-dentatis vel laciniatis. Fl. aest. Frequens in sepibus marginibus pratorum et aggeribus, agris, atque ad vias praesertim collibus apricis et pinguibus.

aa. *Achenia conformia rostrata: squamae anthodii calyculantes lineari-lanceolatae parvae margine neutiquam scariosae.*

b. *Radice perenni: herba glabra.*

3. BURSIFOLIA. Spreng. syst. 3. 658. B. *Caule erecto subaphyllo apice sub corymboso, foliis radicalibus lyrato-decursive pinnatis lobo terminali maximo glabriusculis foliolis lanceolatis denticulatis pedunculis bifidis anthodio hispidulo cylindrico squamis calyculantibus lineari subulatis.*

Crepis Lin. sp 1131. Bar. balbisiana Spreng. l. c. Leontodon glabrum ab Ucria pl. ad. Lin. op. add. in opusc. di aut. sicil. 6. 254. Leontod. Gussoni Spr. l. c. 658. Car. canescens Ejusd. Lagoseris bursifolia Link. enum. alt. 2. 289. Reich. ic. t. 30. f. 64. Ic. Boccon. mus. t. 106. et 112. Bonan. panph. t. 139. Herba aliquando pilosula. Radix crassa fusiformis. Caules caespitosi vix dodrantales simpliciusculi. Folia radicalia caespitosa obverse lanceolata dentata vel sinuato-dentata vel lyrato pinnatifida. Quae sunt sub divisione ramorum linearia, et integerrima sunt Pedunculi bracteati bracteis superne brevioribus. Flosculi radii subtus lividi. Achenia flavida nervosa scabrida. Fl. vere exeunte et aest. In collibus agri *nic.*

bb. *Radice annua.*

c. *Herba glabra.*

4. LEONTODOIDES. Spreng. syst. 3. 652. B. *Caule erecto subaphyllo foliisque radicalibus runcinatis glabris laciniis acuminatis angulato-dentatis lobo terminali majore delthoideo caulinis paucissimis linearibus integris pedunculis bifidis elongatis anthodio glabriusculo squamis calyculantibus ovato-lanceolatis acheniis brevi stipitatis.*

Crepis All. ped. auct. 13. Lagoseris Link. en. hor. ber. 2. 289. Reich. ic. t. 29. f. 63. L. taraxacoides Reich. ic. t. 48. f. 35. Bark. Leontodon Cand. fr. 4. 43. B. nuda Presl. del. prag. 112. B. tenerrima Tenor. cat. hor. neap. 1830. 14. Ic. Bonan. panph. t. 134. Radix superne crassa carnosa. Caules caespitosi pedales et ultra simplices vel superne parce ramosi. Folia rosulata caulina pauca, inferiora laciniata super. linearia apice integra. Pedunculi elongati uniflori nudi. Anthodium campaniforme squamis lineari-lanceolatis margine scariosis calyculantibus lanceolatis laxiusculis. Achenia ferruginea scabrida nervosa. Fl. aest. In *Liguria occid.* et *orient.* etc. circa *Genuam*, *Sarzanam*, etc. etiam aliis locis calidis apricis in agro *pedem.*

cc. *Hirta.*

5. SETOSA. Cand. fr. 4. 44. B. *Caule erecto ramoso sulcato hispido foliis inferioribus petiolatis grosse dentatis runcinatisve caulinis amplexicaulibus sagittatis basi pinnatifidis floribus laxe corymbosis anthodio hirto squamis calyculantiqus linearibus patulis.*

B. hispida. B. setosa Reich. excur. 135. excl. syn. Cr. hispida. Waldst et Kitaib. 1, t. 43. Cr. hispida. Cr. setosa Pers. ench. 2. 375. Hall. fil. in Roem. arth. 1. par. 2. 1. Cr. bannatica W. enum. sup. 55. Vitelia setosa Rohl. deut. fl. 2. 582. Ic. Cand. ic. plant. gall. rar. t. 19. Caulis in apricis inferne ruber aliquando laevis. Folia aliquando indivisa oblonga. Corymbus ante nuptias erectus. Capitula parva. Anthodium campaniforme. Flores aurei, conniventmeridie. Squamae anthodii dorso pedunculique, et squamae calyculan-

tes margine spinuloso-hispidae. Setae undique neutiquam glandulosae. Achenia crassa nervosa brevi rostrata basi apiceque hirta pallide luteola. Fl æst. Vulgaris in sepibus, viis, agris in planitie ac collibus praesertim apricis.

aaa. *Achenia difformia radii erostrata vel brevi rostrata: disci longe rostrata: squamae anthodii calyculantes lineari-subulatae parvae. Herbae annuae saepe foetidae.*

b. *Floribus rubris.*

6. RUBRA. Moench. meth. 437. B. *Caule erecto basi folioso et ramoso glabro superne nudiusculo foliis radicalibus petiolatis runcinato-lyratis caulinis lanceolatis basi subpinnatifidis sessilibus pedunculis unifloris ante nuptias nutantibus elongatis anthodio hispido involucro scarioso squamis calyculantibus lanceolatis acuminatis glabris.*

Crepis Lin. sp. 1132. Herb. de l'amat. t. 14. Picris Lam. fr. 2. 109. Crepis incarnata Vis. dalm. spec. 17. t. 6. f 2. Ic. Bah. prodr. 68. Column ecphr. 242. Caulis aliquando simplex superne nudiusculus ut plurimum humilis non raro tamen usque pedalis. Capitula majuscula. Anthodium hæmisphæricum. Squamæ superiores dorso hispidæ, setis apice glandulosis margine scariosæ ciliolatæ apice laceræ. Flosculi radiales longi rosei apice denticulati. Achenia nervosa scabrida demum ferruginea. Flos Hieracium refert. Fl. vere exeunte et æst. In agro *nic.*: in arvis inter *Sospello* et *l'Escarena*. Herba foetida amygdalas amaras olet.

bb. *Floribus sulphureis.*

7. FOETIDA. Cand. prodr. 7. 158. B. *Caule erecto foliato superne ramoso foliisque runcinato-pinnatifidis canescentibus hispidiusculis pedunculis innuptis nutantibus corymbosis anthodiisque glanduloso-pilosis squamis calyculantibus lanceolatis acutis pappis coadunato-penicillatis longe exsertis.*

Crepis L. sp. 1143 Engl. bot t. 406. et 837. B. glandulosa Presl. sic. 1. 31. Crepis glandulosa Gusson. pl. rar. 329. t. 56. Cupan. panph. t. 119. Picris foetida Lam. fr. 2. 108. Wibelia graveolens Fl. wetter. 3. 144. Hostia foetida Moench. Crepis barbata Mill. Ic. Lob. ic. t. 22. f. 1. Moris s. 7; t. 4. f. 4. Magnol. bot. monsp. t. 128. Dodon. pempt. 641. f. 3. Caulis pedalis et ultra striatus paniculato-corymbosus ramis divaricatis. Pedunculi uniflori. Anthodium subcylindricum demum campaniforme. Achenia nervosa scabra. Pappi disci coadunati in penicillum, et longe exserti. Odor herbae gravis amygdalarum amararum quodammodo æmulus. Fl junio etc. Locis apricis. lapidosis, calidis, ad vias, etc. Vulgaris.

aaaa. *Achenia conformia apice quidquam angustiora. Squamae calyculantes caducae lineari subulatae. Herba annua.*

8. NICEAENSIS. Link. ap. Spreng. syst. 3. 653. B. *Caule erecto ramoso scabro foliato superne paniculato-corymboso foliis plerisque runcinatis hispidiusculis caulinis sagittatis basi incisis anthodii glandulosi torulosi squamis calyculantibus caducis lineari-subulatis superioribus dorso hispidis interne glabris acheniis teretiusculis apice attenuatis decemstriatis capitulis parvis pedunculis unifloris innuptis erectis.*

Crepis Balb. misc. bot alt. 28. Cr. scabra Cand. cat hor. monsp. 99. Caulis usque bipedalis sulcatus inferne hispidus superne glaber. Capitula aurea. Squamae anthodii campaniformis sub lanceolatae margine albo-scariosae cano-pubescentes. Achenia lutea, nervosa, scabrida. Radix biennis Fl. vere exeunte et aest. In agro *nic.* Neutiquam ad Barkausiam pertinet. Pappus enim sessilis est. Mea sententia est var. Crep. tectorum.

## 325. PRENANTHES.

a. *Pappo sessili, radice perenni.*

b. *Acheniis compressis subtetragonis striatis erostratis truncatis laevibus foliis indivisis, pedunculis squamatis floribus purpureis. Herbae perennes glabrae.* PRENANTHES.

c. *Foliis linearibus subintegerrimis.*

1. TENUIFOLIA. Pr. *Foliis amplexicaulibus lanceolato-linearibus longissimis integerrimis pedunculis paucifloris nutantibus caule simplici radice repente.*

Chondrilla Lam. enc. 2. 78. Ic. All. ped. t. 33. f. 2. Caulis usque quadripedalis. Folia basi cordato-auriculata subtus albida. Fl. aest. Hab. rupes montium, et alpium.

cc. *Foliis oblongis dentatis.*

2. PURPUREA. Pr. *Caule simplici foliis amplexicaulibus subtus glaucis in*

*ferioribus oblongo-lanceolatis sinuato-angulatis superioribus lanceolatis integerrimis racemis axillaribus pauci floris nutantibus radice tuberculosa non repente.*

Chondrilla Lam. l. c. Pr. amplexicaulis Mill. Ic. Clus. hist. 2. 147. Columm. ecphr. 246. Schk. hand. t. 218. Gaertn. de fruct. t. 158. f. 1. Jacq. a. t. 317. Ceterum similis priori cujus forte var. est. Hujus radix etiam quidquam serpit. Fl. aest. In alpinis et subalpinis. etiam collibus.

bb. *Acheniis teretibus nervosis scabris longe rostratis floribus luteis, foliis divisis.* PHAENOPUS. Cand. prodr. 7. 176.

c. *Foliis pinnatifidis longe decurrentibus, capitulis longe racematis.*

3. VIMINEA Pr. *Caule erecto ramoso ramis elongatis subviscoso foliis inferioribus runcinato-pinnatifidis laciniis divaricatis acuminatis dentatis summis brevissimis linearibus decurrentibus floribus lateralibus subsessilibus longe racematis.*

Phænopus vimineus Cand. l. c. Phænixopus Reich. excurs. 272. Ph. decurrens Cass. dict. 39. 391. Chondrilla viminea Lam. enc. 2. 27 Ch. sessili flora Ejusd. fr. 2. 164. Lactuca decorticata Forsb. ægypt. 218. L. viminea Gren. et Godr. fl. de fr. 2. 318. Pr. criminalis Host. a. 2. 398. Ic. Columm. ecph. 1. 240. All. ped. t. 52. f. 2. Jacq. a. t. 49: Caulis albus striatus alterne ramosus, ramis erecto-patulis usque quadripedalis. Flores glomerati 1-2-3 subsessiles pedunculis squamatis. Ligulæ latæ. Achenia sanguinea. Fl. æst. In rupibus et collibus calidioribus: agri *segus.*: valle *Augustae Praetoriae*: in agro *nic.* apud *Sospello*, *Tenda*, *l'Escarena*, etc. Secus amnem *Bormida* in agro *aquensi*. Perenn.

cc. *Foliis runcinato-pinnatifidis brevi decurrentibus capitulis solitariis terminalibus pedunculis squamatis.*

4. RAMOSISSIMA. All. ped. 1. 226. t. 33. f. 1. Pr. *Caule ramosissimo foliisque glaberrimis inferioribus pinnatifido-runcinatis laciniis superioribusque foliis linearibus integerrimis ramis unifloris squamosis subspinescentibus.*

Lactuca Gren. et Godr. fl. de fr. 2. 318. Phænixopus ramosissimus Reich. excurs. 272. Phænopus De Notaris repert. fl. ligust. Valde accedit ad vimineam, sed differre videtur caule humiliore, ramosiore ramis patulis apice spinescentibus floribus solitariis terminalibus, foliis brevi decurrentibus. An hi characteres perpetuo constant? Radix videtur biennis.

aa. *Pappo stipitato: radice perenni: foliis runcinatis angustis lobo impari maximo.* LACTUCASTRUM.

5. MURALIS. Pr. *Caule superne ramoso foliis runcinato-lyratis in petiolum alatum basi amplexicaulem attenuatis glabris glaucescentibus laciniis remotiusculis terminali maxima hastato-deltoidea acuta angulato-dentata capitulis paniculatis subquinquefloris.*

Lactuca Frefenius. Taschemb. 424. 1832. Chondrilla Lam. enc. 2 78. Gaertn. fruct. 2. t. 158. Mycelis angulosa Cass. dict. 33. 484. M. muralis Reich. l. c. 212. Cicerbita Wallr. sched. 436. Phænixopus Guss. syn. 2. 305. Ic. Bah. hist. 2. 1004. f. 1. Moris. s. 7. t. 3. f. 14. Clus. hist. 2. 146. f. 2. Lob. ic 236. f. 1. observ. 119. f. 2. Tabern. ic. 194. f. 7. Schk. hand. t. 218. Engl. bot. t. 457. Fl. dan. t. 509. Curt. lond. 5. t. 58. ed. Grav. 3. t. 113. Caulis usque tripedalis fistulosus inferne foliaque ima non raro subrubentia. Achenia rubida nervosa nervis scabris compressa obverse lanceolata. Herba glabra. Fl. æst. In lapidosis, collinis, apricis, muris, ruderatis, etc. vulgaris.

### 326. LEONTODON.

Herbæ perennes scapigeræ scapis fistulosis capitulis grandibus floribus luteis extus aliquando rubidis.

a. *Involucri squamis reflexis radice fibrosa acheniis compressiusculis oblongis striatis apice muricatis abrupte in rostrum filiforme contractis.* TARAXACUM. Hall.

1. TARAXACUM. L. *Squamis involucri lanceolatis acuminatis anthodii subapice gibbis foliis runcinatis dentatis indivisisque pilosiusculis laciniis triangularibus acheniis lineari-obovatis striatis, striis exteriorum a basi tuberculato rugosis interiorum laevibus.*

Taraxacum vulgare Schrank. bayer flora 2. 314. T. dens leonis Desf. atl. 2. 228. Leontodon officinalis Wither. ar. 679. Hedypnois Taraxacum Scop. carn. 2. 99. Taraxacum officinale Bab. man. 179. — Var. *glauca squamis subapice corniculatis* est Leont. glaucescens M. Bieb. taur. cauc. 3 530. Leon.

corniculatus Kitaib. ap. Schult. oestr. fl. 2. 406. — Var. *foliolis exterioribus involucri ovatis patentibus subapice non corniculatis* est Leont. alpinus Hoppe apud Sturm. dent. fl. heft. 41. Leont caucasicus Ster. in mem. mosq. 4. 160. L. nigricans Kitaib. ap. Schult. l. c. — Var. *involucri foliolis exterioribus ovatis acuminatis appressis interioribus apice corniculatis* est Leont. taraxacoides Hoppe ap. Sturm. l. c. L. lævigatus W. sp. 3. 1546. — Var. *involucri foliolis exterioribus ovatis acuminatis appressis apice non corniculatis* est Leon. palustre Smith. engl. flora 3. 350. L. lividus Waldst. et Kitaib. 2. 120. t. 115. Engl. bot. t. 553. L. livens All. ped. t. 32. f. 2. L. erectum Schr. bay. fl. 2. 314. L. salinus Poll. palat. 2. 381. Hedypnois paludosa Scop. carn. 2. 100. t. 48. Apargia salina Fl. wett. 3. 146. *Foliis lanceolatis sinuato-runcinatis vel dentatis vel denticulatis.* — Var. *involucri foliolis lanceolatis apice villoso-barbatis* est Leon. leptocephalus Reich. excurs 270. — Huc etiam ducenda Scorzonera acaulis Roth. cat. 1. 95. — Taraxacum tenuifolium Hoppe ap. Kock. syn. 403. var. *foliis lineari-lanceolatis integerrimis vel vix denticulatis.* — T. serotinum Poir. enc suppl. *foliis oblongis vernalibus integris, serioribus dentatis vel runcinatis saepe hirtis et caule albo-lanato.* T. erythrospermum Andr. in Bess. fl. pod. cont. 2. n. 1586. Leont. obovatum W. sp. 3. 1546. Hor. ber. t. 47. Bah. hist. 2. 1037. f. 2. L. apenninum Tenor. neap. t. 182. f. 1. var. *glabra tenerior.* Ic. Matth. com. 367. f. 2. Brunsf. herb. 3. 70. Fuchs. hist. 680. Trag. hist. 262. Ruel. in Dioscorid. 232. f. 2. Camer. epit. 286. Lob. ic. 232. f. 2. observ. 117. f. 2. Dodon. pempt. 636. f. 1. Dalech. lugd. 564 f. 1 Tabern. ic. 175. f. 1. Parck. theatr. 780. Ger. em. 290. Bah. hist. 2. 1035. Moris s. 7. t. 8. f. 1. Zannichel. ist. t. 288. Simon Pauli dan. t. 203. Fl dan. t. 574. Bull. herb. t. 217. Lam. ill. t. 653. Engl. bot. t. 510. Svens. bot. t. 4. Curt. lond. 1. t. 58. ed. Grav. 1. t. 10. Mill. ill. t. 66. Drew. bilderb. 1. 4. Woodw. med. bot. t. 3. Petiv. h. br. t. 11. f. 7 8 Blackw. t. 1. et 51. Knor. del. 1. t. K. 3. Herba notissima Fl. ipsa hyeme. Ubique. Herba lactescens amara acris, sicca iners. Diuturnas inflammationes abdominales infringit, et sanat, secretiones auget bilis, muci, urinæ atque alvum mollit, ac solvit. Sed vires non intendit et auget viscerum sanguini parando dicatorum. Unde usus ejus optimus in stasibus abdominalibus indeque diuturnis ac rebellibus morbis, qui illarum effectus sunt. Itaque valdopere prodest Taraxacum in obstructionibus hepatis, et lienis, cachexia, hydrope, aurigine, menostasia, quæ febres intermittentes exceperunt. Solamen est hypochondriacorum, atque hystericarum mulierum maxime si cum remediis tonicis et nervinis jungatur. Rheo præsertim et Chamomilla, vel Valeriana. Usus diuturnus obstructiones reserat, intestina, renes, et vesicam a muco exundante, et vermibus purgat, sabulum expellit scabiem, et herpetes sanat, hydropi medetur si ab hepate indurato est; tussis etiam et phtisis incipiens quæ ab hepate obstructo sunt magnum solamen a Taraxaco habent. In morbo scrophuloso prodest etiam valdopere si cum natro vel Kali sulphurico vel acetico et Rheo jungatur. Melius si Petassites additur. In quartana, et quæ inde pendet, aurigine optimum est Taraxacum cum Helleboro foetido et Scilla conjungere ut frequenter vidi experientia multiplici edoctus. Dolores rheumatici diuturni, et qui a podagra anomala fiunt magnum lenimen a Taraxaco habent. Albugines oculorum delet lac e rupto scapo promanans. Si febres intermittentes cum obstructionibus hepatis et lienis junctæ incedunt, vel foventur ejs Cortex Peruvianus non nisi brevem sanationem affert. Oportet tunc Corticem Peruvianum cum Rheo extracto Taraxaci, Verbenæ et Kali acetico jungere. Medici homiopathici adhibent in diabete, febribus intermittentibus in pectoris ac capitis doloribus præsertim si valdopere in somnum diurnum inclinet æger, in morbo hæmorrhoidario febribus biliosis, vomitu ac diarrhoea a bile exundante ortis, in omnibus denique morbis, præsertim diuturnis inflammationibus viscerum, quæ sanguinem in venam portarum mittunt.

aa. *Involucri squamis patulis; radice repente, fibris tuberiferis; acheniis obtuse tetragonis in rostrum breve sensim attenuatis.* ÆHTEORHIZA. Cass. dict. 48. 425.

2. BULBOSUS. L. *Squamis involucri lineari-lanceolatis foliis petiolatis oblongo-lanceolatis subdentatis glabris scapo superne glanduloso-piloso radice repente tuberifera tuberibus fibripendulis stolonibus prostratis.*

Taraxacum bulbosum Reich. excurs. 270. Pren. bulbosa Cand. fr. 4. 7. Hie-

rac. stoloniferum Viv. fasc. 1. 17. t. 20. H. bulbosum W. sp. 3. 1562. Sibt. fl. gr. t. 798. Crepis bulbosa Cass. ann. scien. nat. 29. 4. Ætheorhiza Cass. dict. 48. 425. Hierac. tuberosum. Balbis miscel. altera 27. Ic. Clus. hist. 2. 145. Lob. ic. 230. f. 2. Column. phyt. 14. Scapus humilis raro in pinguibus usque pedalis. Achenia nigra. Pappus simplex niveus mollissimus. Fl. vere. In agro *nic.*

### 327. ANDRYALA.

LANATA. A. *Herba perennis dense lanata radice fibrosa caule simpliciusculo vix dodrantali 2-3floro farcto capitulis majusculis longe pedunculatis anthodio haemisphaerico squamis appressis linearibus acuminatis foliis magnis crassis pannosis ovato-oblongis integris vel angulato-dentatis pilis longis candidis inferne plumosis apice scabris receptaculo pubescente.*

Hier. tomentosum All. ped. 1. 216. H. lanatum Vill. delph. 3. 120. Ic. Dill. hor. elth. tab. 150. f. 180. Mill. ill. t. 146. f. 1. Vill. prosp. t. 11. f. 3. Flores aurei. Pedunculi subapice bracteati bractea lineari. Achenia demum fusco-rubida angulata nervosa. Fl. vere et æst. In montibus et alpibus, rupibus apricis aridis: in agro *nic.*: in *Sabaudia*: parvo *Cenisio*: *Liguria occidua*: in montibus *di Giaveno*: agro *segus.* etc.

### 328. LAGOSERIS.

NEMAUSENSIS. M. Bieb. taur. cauc. sup: 538. L *Herba annua acaulis scapis usque pedalibus caespitosis utplurimum multifloris foliis radicalibus rosulatis caespitosis numerosis petiolatis spathulato-lyratis anthodii pilosi squamis margine membranaceis acheniis radii erostratis nudis intus tri-quinque costatis costis alatis disci cylindricis tenuiter rostratis papposis anthodio campanulato squamis subbiserialibus squamulis parvis basi calyculato flosculis aureis.*

Andryala Vill. delph. 3. 66. t. 26. A. nudicaulis Lam. enc. 1 154. Hieracium sanctum Lin. sp. 1127, Crepis nuda Lam. fr. 2. 110. Trichocrepis bifida Visian. stirp. dalmat. 19. t. 7. Lagoseris bifida Koch. syn. ed. 1. 435. Pterotheca bifida Bert. (ital. 8 567) est var. *alis acheniorum radii obsoletis et tunc iisdem acheniis brevi papposis*. Crepis bursifolia Pallas ex Steud. nomencl. Pterotheca nemausensis Cass dict. 44. 56. Vis. fl. dalm. 2. t. 50. Raro folium est in divisione scapi. Alæ costarum acheniorum radii albæ repando crispulae. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria.*

### 329. ROTHIA.

RUNCINATA. Roth. cat. bot. 1. 107 Rot. *Herba annua caule usque bicubitali superne ramoso foliis molliter tomentosis sessilibus subcordato-amplexicaulibus inferioribus oblongis dentatis vel runcinatis superioribus lanceolatis sub dentatis pedunculis glanduloso-villosis capitulis parvis corymbosis corymbo terminali abbreviato.*

Andryala integrifolia Lin. sp. 1136. A. lanata Vill. delph. 3. 65. Dalech. lugd. 1116. f. 2. Bah. hist. 2. 126. A. undulata Presl. del. prag. 113. Cupan. panph. t. 126. A. parviflora a. Lam. fr. 2. 117. A. corimbosa Savi due cent. 163. A. dentata Guss. syn. 2. 407. Roth. cheirantifolia Roth. cat. bot. 1. 105. quæ est. A. sinuata Lin. sp. 1137. et All. ped. 1. 231. et A. parviflora b. Lam. fr. 2 117. Clus. hist. 2. 143. quæque vivit secus flumen *Varum* in agro *nic.* est var. *foliis inferioribus sinuato-pinnatifidis*. Herba lactescens. Flores aurei. Folia velut corrosa sunt nervo medio excurrente. Caulis etiam aliquando a basi ramosus. Receptaculum margine paleacum pilosum. Achenium parvum apice denticulatum nervosum nervis albis. Fl. æst. In sterilibus agri *nic.*

### 330. TRAGOPOGON.

Herbæ glabræ biennes caulibus erectis simplicibus vel ramosis æqualiter foliatis foliis alternis lineari-semilanceolatis integerrimis semi amplexicaulibus capitulis terminalibus solitariis majusculis.

a. *Flosculis flavis anthodium aequantibus.*

1. PRATENSIS. Tr. *Flosculis anthodium 8-phyllum subaequantibus, squamis supra basim transverse impressis foliis e basi dilatata lanceolato-linearibus subulato-attenuatis vel apice reflexis contortisque strictis glabris carinatis subundulatis pedunculis aequalibus acheniis marginalibus rostrum filiforme aequantibus tuberculato-scabris.*

Ic. Fuchs. hist. 821. Trag hist. 280. Matth. com. 385. f. 1. Dodon. pempt. 256. f. 2. Coron. 223. Dalech. lugd. 1078. f. 1. Taberna. mont. ic. 598. f. 1. Bah. hist. 2. 1059. f. 1-2. Lob. ic. 550.

f. 2. observ. 297. f. 2, Moris. s. 7. t. 9. f. 1. Bull. herb. t. 209. Lam. ill. t. 646. f. 1-2. Engl. bot. t. 434. Flor. dan. t. 906. Durant. herb. 62. Gaertn. fr. t. 159. Schk. hand. t. 214. Ludw. ect. t. 49. Knor. del. 2. t. T. 3. Idem. thes. II. 1. t. 9. Svens. bot. t. 146. Caulis usque tripedalis fistulosus simpliciusculus. Ligulae extus rubidae. Antheræ fuscæ. Nervus et basis foliorum non raro lanuginosus. Fl. vere. Vulgaris in pratis. Herba gratissima et saluberrima primo vere comeditur in placentis et embammatibus, etc. Capitula innupta cum oleo et sale etiam gratissima sunt. Flores panduntur summo mane si coelum neutiquam nebulosum, clauduntur meridie.

aa. *Flosculis anthodio minoribus.*
b. *Floribus flavis.*

2. MAJOR. Jacq. a. t. 29. Tr. *Glabrum anthodio 5-12phyllo flosculos superante pedunculis superne incrassatis clavatis rectis foliis lineari-lanceolatis strictis acheniis marginalibus squamoso-muricatis acutangulis rostrum filiforme subaequantibus capitulo supra concavo caule ramoso.*

Tr. dubius Tenor. neap. 4. syll. 111. Ic. Lam. ill. t. 646. f. 1. Antheræ nigræ. Achenia inferne lævia. Capitula duplo majora quam in pratensi. Fl. æst. In agro *taur.* etiam circa urbem. Forte est var. prioris.

bb. *Floribus rubris.*

3. PORRIFOLIUS. Tr. *Glabrum anthodio sub 8 12-phyllo flosculos longe superante pedunculis superne incrassatis clavatis caule elato foliis rectis inferne dilatatis lanceolato-linearibus planis strictis capitulo superne plano acheniis marginalibus squamuloso-muricatis rostrum filiforme subaequantibus vel eodem duplo longioribus.*

Tr. sativum Gat. fl. mont. 136. Ic. Matth. com. 385. f. 2. Dalech. lugd. 1079. f. 1. Tabern. ic. 599. f. 1. Dodon. pempt. 256. f. 1. Moris. s. 7. t. 9. f. 5. Lob. ic. 550. f. 1. observ. 297 f. 1. Camer. epit. 313. Durant. herb. 63. Sab. hor. rom. 8. t. 10. Kops. fl. batav. fas. 4. 50. Fl. dan. t. 797. Jacq. ic. rar. 1. t. 159 Schk hand. t. 212. Petiv. h. br. t. 15. f. 8. Caulis usque sexpedalis et ultra fistulosus. Antheræ nigræ. Flores aliquando rubro-violacei: Radix carnosa extus intusque alba. Folia longissima. Fl. vere et æst. In agro *segus.*: in aridis apricis *delle Blaccie*: in agro *nic.* Colitur in hortis ob floris elegantiam et usum domesticum.

bbb. *Floribus subviolaceis.*

4. CROCIFOLIUS. Tr. *Anthodio 5-8partito flosculos longe superante pedunculis foliisque lineari subulatis strictis basi villosis acheniis marginalibus a basi squamoso-muricatis acutangulis rostrum subaequantibus.*

Tr. angustifolius Bellard. ap. W. sp. 3. 1494. Ic. Bonan. pamph. t. 75. Column. ecphr. 1. 230. Sibt. fl. gr. t. 779. Caulis vix pedalis simpliciusculus. Folia angustissima. Pedunculi sub anthodio vix crassiores. Flores apice lutei. Fl. vere. In summa valle *Augustae Praetoriae* secus viam magni S. Bernardi: *al Col di Tenda*: *ad Niceam.*

## 331. PICRIS.

a. *Pedunculis aequalibus.*

1. HIERACIOIDES. P. *Pilis glocidatis hispida foliis oblongo-lanceolatis dentatis floribus corymbosis involucro laxo patente pedunculis aequalibus acheniis erostribus.*

P. spinulosa Guss. syn. 2. 400. P. grandiflora Ten. 4. 113. t. 185, f. 2. P. ruderalis Schen. apud W. sp. 3. 1558. P. paleacea Vest. syllab. plant. soc. ratis. 1. 78. P. umbellata Nees. comp. fl. germ. 2. 273. Leontodon umbellatum Schran. bay. fl. 2. 334. Apargia umbellata Ejusd. denks. d. 6. Ges. 2. regens. 2. 66. Crepis hieracioides Savi pis. 2. 226. Ic. Tabern. ic. 172. f. 2. Bah. hist. 2. 1029. f. 2. Lam. ill. t. 648. f. 2. Bonann. panph. t. 151. Moris s. 7. t. 4. f. 45. Engl. bot. t. 196. Fl. dan. t. 1522. Schk. hand. t. 216. Caulis aliquando usque orgyalis superne ramosus. Pedunculi squamati. Ligulae extus rubidæ. Flores croceo-flavi. Antheræ luteæ. Stigmata virentia. Achenia radialia curva interiora recta. Herba scaberrima pilis bifidis. Fl. æst. Vulgaris in sepibus marginibus agrorum, arvis, aggeribus, etc.

aa. *Pedunculis superne incrassatis sub anthodio obconicis.*

2. PAUCIFLORA. W. sp. 3. 1557. P. *Caule erecto hirto foliis lanceolatis denticulatis pedunculis elongatis incrassatis involucro hirto subulato ligulis exterioribus angustissimis achenio brevirostrato.*

P. Sprengeriana De Notar. repert. fl. ligus. 248. Crepis All. ped. 1. 221. Medicusia lappacea Reich. excurs. 254. Ic. Cand. ic. plant. gal. rar. 1. t. 20. Caulis humilis vix dodrantalis. Pedunculi non squamati sub anthodio strangulati. Capitula parva. Anthodia ventricosa. Achenia exteriora incurva disci recta omnia striata transverse rugosa striis carinalibus aculeolatis. Fl. æst. In agro *nic.*: circa *Utelle* et *Giletta*.

## 332. HELMINTHIA.

ECHIOIDES. W. sp. 3. 1607. H. *Herba annua ramosa hispido-aculeata foliis amplexicaulibus oblongis dentatis anthodio apice pinnatifido-spinuloso squamis imis quinque cordato-ovatis foliaceis floribus flavis acheniis transverse rugulosis.*

Crepis All. ped. 1. 222. tab. 81. Picris Lin. sp. 1114. Engl. bot. t. 979. Curt. lond. 3. t. 51. ed. Grav. 2. t. 106. Ic. Bah. hist. 2. 1029. Petiv. h. br. t. 12. f. 12. Lob. ic. 577. Moris s. 7. t. 5. f. 38. Lam. ill. t. 648. Caulis angulatus striatus crassiusculus dichotomus humilis raro 2-3pedalis. Fl. æst. In agro *nic.* et *Liguria*: etiam in agro *segus.* locis incultis aridis sterilibus.

## 333. UROSPERMUM.

a. *Pedunculis apice incrassatis: anthodio inermi: radice perenni.*

1. DALECHAMPII. Desf. cat. hor. par. ed. 1. 90. U. *Caule foliisque villosis inferioribus lyratis runcinatisque superioribus amplexicaulibus oblongis dentatis supremis subverticillato ternis pedunculis elongatis apice incrassatis anthodio inermi squamis pubescenti velutinis rostro achenii a basi ad apicem sensim attenuato.*

Tragopogon Lin. sp. 1110 Gaertn. fruct. t. 159. f. 4. Tr. verticillatum Lam. fr. 2. 77. Tr. bicolor Moench. meth. 539. ArnopogonDalecampii W. sp. 3. 1496. Sibt. fl. gr. t. 780. Ic. Dalech. lugd. 596. f. 1. Barrel. ic. 209. Bah 2. 1036. Bonann. panph. t. 130. 140. Durant. herb. 421. — Var. *foliis omnibus indivisis.* — Caulis utplurimum simplex humilis raro pedalis. Capitula grandia solitaria terminalia. Ligulæ sulphureæ extus rubidæ pappus rufescens. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria* ubique in vineis, collibus, pascuis, etc.

aa. *Pedunculis aequalibus: anthodio hispido aculeato: radice annua.*

2. PICROIDES. Desf. l. c. U. *Caule foliisque oblongis sinuato-dentatis runcinatisque caulinis auriculato-sagittatis subtus hispidiusculis pedunculis aequalibus anthodio hispido aculeato rostro achenii supra basim ovatam subito in stipitem filiformem contracto.*

Tragopogon Lin. sp. 1111. Tr. capensis Jacq. ic. rar. plant. 3. 14. t. 577. Arnopogon picroides W. sp. 3. 1496. Sibt. fl. gr. t. 781. Tragopogon asperum Lin. sp. ibid. Arnopogon asper W. sp. 3. 1497. Sibt. fl. gr. t. 782. est var. *foliis indivisis.* — Ic. Bah. prodr. 60. n. 1. Bah. hist. 2. 1022. Bonann. panph. t. 124. Lam. ill. t. 646. f. 3. Caulis alterne ramosus usque pedalis. Achenia radialia curva, disci recta muricata rostro basi ampullaceo scabro. Pappus niveus dense plumosus Fl. vere. In agro *nic.* ad vias et vineas etiam circa *Genuam*.

## 334. SCORZONERA.

a. *Genuinae: Achenia glabra: pappus plumosus paleis interiorum quinis apice nudis longioribusque.*

b. *Foliis indivisis.*

c. *Caule ramoso: rhizomate superne squamato.*

1. HISPANICA. Sc. *Caule ramoso foliis amplexicaulibus nervosis glabris oblongo vel lineari-lanceolatis tenuissime serrulatis anthodio arachnoideo glabroque flosculis valde breviore squamis exterioribus triangulari-ovatis interioribus ovato-lanceolatis omnibus acutis acheniis marginalibus muriculatis.*

S. denticulata Lam. fr. 2. 82. S. edulis Moench. meth. 548. S. glastifolia W. sp. 3. 1499. S. graminifolia Roth. tent. 2 49. — Var *foliis linearibus* est S. montana Mutel. dauph. 2. 268. Ic. Matt. comm. 386. f. 1. 2. Dalech. lugd. 1207. f. 1. 2. Clus. hist. 2. 137. f. 1. Durant. herb. 422. Sab. hor. rom. 8. t 8. Blackw. t. 406. Lam. ill. t. 647. f. 5. Camer. epit. 344. Lob. ic. 551. f. 1. observ. 298. f. 1. Dodon. pempt. 257. f. 1. Ejusd. coron. 224. Tabern. ic. 602. f. 1. Bah. hist. 2. 1060. f. 3. Moris s. 7. t. 9. f. 1. Radix carnosa crassa edulis, ideo culta. Caulis usque bipedalis folia modo latissima et longe petiolata petiolis alatis aliquando margine crispo-undulata plerumque calloso-denticulata. Anthodium cylin-

dricum. Pappus sordide albus. Herba perennis utplurimum glabra. Fl. æst. In pratis agri *nic.*, *aquens.*, *cuneens.*, *Liguriae*, etc.

Radix lactescens in cultis magna, crassa, tenera, suavis et salubris. Sylvestris succus et herba apud Hispanos celebris ad viperarum morsus sanandos ut Odorichus Melchior apud Matthiolum (comm. in Dioscorid. 386 et ep. 5) et Monardes (de lapide bezoard. et Scorzonera in Clus. exot. 20). Franciscus Redi (Osser. 6. 87) utilem dicit decoctum radicis recentis in astmate. Hypochondriacis subsidio esse Welsch (micr. 43). Ceterum jam apud Dioscoridem (mat. med. 3. 65, 66. tom. 1. 410, 411) Hieracium magnum quod videtur esse quærendum in Arnopogone picroide W (Urospermum Desf. et nobis ut supra) prodest ictis a scorpione si herba cum radice contusa vulneri imponatur. Quod etiam scribit de Hieracio minori qui ex testimonio Sibthorpii est procul dubio Scorzonera elongata W. sp. 3. 1508 (Catananche græca L. sp. 1142. Turnef. it. t. 223.) Quæ probant stirpem probabili conjectura congenerum suarum vis esse participem neque inertem: ideoque novis experimentis esse explorandam.

cc. *Caule simplici unifloro, rhizomate superne fibrillis coronato nudoque.*

2. HUMILIS. Sc. *Caule simpliciusculo subunifloro foliis radicalibus petiolatis oblongo-lanceolatis nervosis cuspidatis basi anthodioque sublanatis caulinis linearibus acheniis striatis laevibus rhizomate superne fibrillis coronato vel nudo.*

Sc. angustifolia L. sp. 1143. Sc. plantaginea Schleich ap. Gaud. helv. 5. 20. Fl. dan. t. 1653. Sc. macrorhiza Ejusd. l. c. 22. Sc. glastifolia Heg. helv. 2. 157. Sc. nervosa a. Poir. enc. 7. 22. — Var. *acheniis muricatis* est Sc. tenuifolia Schrad. ap. Cand. prodr. 7. 120. Sc. alpina Poll. viag. al lago di Garda 100. Ic. Clus. hist. 2. 138. f. 2. Ejusd. pannon. 635. Bah. hist. 2. 1061. f. 1. Moris s. 7. t. 9. f. 4. Boccon. mus. t. 6. f. 8. Jacq. a. t. 36. Flor. dan. t. 816. Svens. bot. t. 212. Radix carnosa crassa fusiformis capillata vel nuda. Caulis vix spithameus glaber vel lanuginosus striatus. Capitulum majusculum. Folia radicalia petiolata cæspitosa longa nervosa ovato-cuspidata vel lanceolata vel linearia. Caulina pauca brevia suprema bracteæformia. Squamæ anthodii glabræ vel lanuginosæ obtusæ vel acutæ margine pallidæ exteriores breviores ovato-lanceolatæ. Flores lutei. Achenia glabra vel puberula collo lanuginoso. Fl. æst. In montibus *Ped.* et *Liguriae*: in pratis montium supra *Piossasco* et *Giaveno*, etiam in monte *Musinè*: etiam supra *Bussolino*, etc. Vis eadem ac superioris.

bb. *Foliis runcinatis pinnatifidisque appendice seminum basilari.*

3. LACINIATA. Sc. *Caule ramoso scabriusculo foliis inferioribus pinnatifidis linearibus superioribus indivisis anthodii glabri flosculos subaequantis squamis subapice corniculato-mucronatis acheniis laevibus striatis inferne incrassatis fistulosisque superne semiferis.*

Sc. muricata Balb. mis. bot. alt. 25. Sc. Tenorii Guss. plant. rar. 322. t. 55. f. 1. Sc. octangularis W. sp. 3. 1506. Guss. l. c. t. 44. f. 2. Podospermum laciniatum Cand. fr. 4. 63. P. subulatum Id. l. c. var. *foliis indivisis*. — P. octangulare Ejusd. prodr 7. 110. P. Jacquinianum Koch. syn. 489. P. muricatum Gaud. helv. 5. 23. — Var. *laciniis foliorum ovatis vel lanceolatis extremo majore* est Sc. calcitrapæfolia Vahl. symb. 2. 87. Sibt. fl. gr. t. 787. Sc. decumbens Guss. syn. 386. Sc. intermedia Ejusd. l. c. 387. Sc. Tenorii Presl. del. prag. 116. Sc. resedifolia Retz. observ. 3. 42. Sc. plurifida Lam. fr. 2. 83. Podosp. calcitrapæfolium Cand. fr. 5. 455. P. resedifolium Ejusd. l. c. P. intermedium Ejusd. prodr, 7. 110. P. decumbens Gren. et God. fl. de Fr. 1. 310. Ic. Columu. phyt. 21. Barrel. ic. 799. 800. Bonan. panph. t. 100. Buxb. cent. 2. t. 29. Sabb. hor. rom. 8. t. 9. Jacq. a. t. 356. Sibt. fl. gr. t. 788. Herba biennis vel perennis. Fasciculi foliorum steriles vel nulli. Radix carnosa uni vel multiceps fusiformis nuda. Caules cæspitosi utplurimum prostrati fistulosique sesquipedales. Anthodium subcylindricum squamis margine pallidis exterioribus ovato-lanceolatis non raro obscure octangulare. Flosculi radiales extus rubidi. Collum areolæ elongatum achenio fusco longo contiguum illo crassius fistulosum. Fl. æst. In valle *Exillarum*: in valle *Macrae* etc.: in valle *Augustae Praetoriae* secus viam quæ ducit ad *S. Remy*: in montibus *di Tenda* et *Demonte* in agro *nic.*, etc.

aa. *Descicentes. Achenia villosissima.*

*Pappi setae plumosae apice nudae inaequales pluriseriales.*

4. HIRSUTA. Sc. *Caulibus caespitosis simplicibus unifloris foliisque linearibus hirsutis apice calloso obtuso anthodii squamis acuminatis glabris margine subscariosis pappo rufo vel fulvo radice carnosa nuda.*

Sc. hirta Forsk fl. æg. 215. Sc. eriosperma Gouan. ill. 52. (Sc. eriosperma M. Bieb. casp. 117. excl. syn. mihi videtur æque var. *caule ramoso folioso*). Hieracium capillaceum All. ped. 1. 214. t. 31. f. 3 Geropogon hirsutus Ejusd. l. c. 1. 229. Ger. calyculatus Lin. syst. veg. 562. Gelasia Jacq. Cass. dict. 25. 82. Lasiospora hirsuta Cass. l. c. 25. 308. Lasiospermum hirtum Fisch. cat. hor. gor. 1812. Tragopogon calyculatus Jacq. hor. vind. t. 106. Ic. Colum. ecphr. 1. 223 Radix longa. Caules vix spithamei inferne valde foliosi foliis approximatis. Pedunculus solus nudus est. Flores lutei. Fl. æst. In agro *nic.* circa *Sospello*: in *Liguria occidua* in montibus *del Ceriale.*

## 335. APARGIA.

Herbæ perennes scapigeræ capitulis solitariis terminalibus floribus luteis.

a. *Scapigerae hirsutae.*
b. *Pilis simplicibus.*
c. *Foliis scapoque hirsutis, pappo sordide albo.*
d. *Foliis indivisis.*

1. ALPINA. Host. syn. 423. A. *Simpliciter pilosiuscula foliis spathulato-lanceolatis dentatis scapo squamoso superne incrassato ante nuptias cernuo pappi radiis interioribus plumosis in basi lineari-subulatis exterioribus scabris brevissimis acheniis brevi rostratis.*

Picris saxatilis All. ped. 1. 211. t. 14. f. 4. Mala. Hedypnois pyrenaica Vill. delph. 3. 78. Leontodon alpinum Jacq. a. 1. 58. t. 93. L. pyrenaicum Gouan. ill. 55 t. 22. f. 1. et 2. L. squamosum Lam. enc. 3. 529. L. Gouani Schleich. L. crepidiforme Lam. l. c. 530. — Var. *floribus croceis* est Ap. aurantiaca Kitaib. ap. W. sp. 3. 1547. Leontodon croceum Hænch. in Jacq. coll. 2. 16. — Var. *foliis interioribus pinnatifidis* est Apargia crocea W. sp. 3. 1548. A. Gouani Schleich. — Aliquando folia glabra sunt. Fl. æst. In summis pratis ac pascuis alpium.

dd. *Foliis pinnatifidis.*

2. VILLARSII. W. sp. 3. 1552. A. *Foliis simpliciter hirtis sublinearibus apice dilatatis pinnatifidis laciniis remotiusculis lineari-lanceolatis scapo nudo anthodioque pubescentibus squamis anthodii carina ciliatis acheniis scabris.*

Leontodon hirtum Vill. delph. 3, 82. t. 22. (perperam sic signata est reapse 25). Apargia Rosani Tenor. neap. 5. 186. t. 180. Picris hirta All. ped. 1. 210. Leontodon crispum Savi bot. etr. 3. 127. Ic. Bah. hist. 2. 1038. Fl. æst. In edilissimis alpium cacuminibus.

cc. *Foliis glabris scapo piloso: pappo niveo.*

3. TARAXACI. W. sp. 3. 1550. A. *Foliis spathulatis deorsum dentatis glabris scapo abbreviato superne incrassato anthodioque nigro-pilosis acheniis pappo brevioribus radice praemorsa, pappi nivei radiis interioribus plumosis lineari-serrulatis exterioribus brevissimis scabris.*

Leontodon Loisl. gall. 513. Hedypnois Vill. del. 3. 8. t. 26. Engl. bot. t. 1109. Picris All. ped. 1. 21. t. 31. f. 1. Leontodon montanum Lam. enc. 3. 351. Caules vix palmares aliquando breviores foliis. Folia plura utplurimum pinnatifida sunt aliquando pilis raris inspersis. Fl. æst. Habitat summa alpium juga ad nives deliquescentes.

bb. *Pilis bi-trifurcatis: pappo sordide albo.*

4. HISPIDA. W. l. c. A. *Foliis radicalibus lyrato-runcinatis pinnatifidisque pilis furcatis hispidis scapo superne bracteolato glabriusculo anthodio hirto acheniis spinuloso-muricatis pappo brevioribus pappi radiis omnibus a basi plumosis exterioribus brevioribus.*

A. crispa W. l. c. A. saxatilis Tenor. syllab. 593. neap. t. 72. A. aspera W. et Kitaib. hung. t. 110. A. tergestina Hopp. ap. Koch. syn. 483. A. sicula Guss. syn. 2. 398. A. incana Gaud. helv. 5. 55. A. tenuiflora Ejusd. l. c. 6. 362. Leontodon hispidum L. sp. 1124. Fl. dan. t. 862. Curt. lond. 2 t. 161. L. crispum. Vill. delph. 3. 84. t. 22. L. alpinum Vill. l. c. t. 24. L. hastilis L. sp. 1123. *Pappi radiis interioribus plumosis in basi latiore serrulatis exterioribus brevibus scabris* qui character probabili conjectura perpetuo non constat. Hieracium incanum Poll. pal.

2. 383. Picris hispida All. ped 1. 210. Hedypnois hispida Smith. br. 823. Engl. bot. t. 554. Hier. incanum L. syst. nat. ed. 12. 2. 522. Thrincia hirta Sebast. et Maur. rom. 274. — Var. *glabra*. Ap. danubialis Scop. carn. 2. 114. Leontodon danubiale Jacq. a. t. 154. L. proteiforme Vill. delph. 3. 87. f. 24. f. A, C, D, E, F. Picris danubialis All. ped. 1. 211. t. 70. f. 3. Ic. Clus. hist. 1. 142. Bonan. panph. t. 152. Zannich. ist. t. 183. f. 1. Column. ecphr. 1. 243. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 116. Svens. bot. t. 643. Schk. hand. t. 220. Fl. æst. Vulgaris in pratis et herbidis planit. collium et montium.

aa. *Caule ramoso: glabra: pappo sordide albo.*

5. AUTUMNALIS. Hoffm. germ. 274. A. *Caule ramoso superne nudo squamoso foliis runcinato-pinnatifidis glabriusculis acheniis transverse rugulosis scabris pappi radiis omnibus plumosis conformibus in basi lanceolata serrulatis radice praemorsa.*

Picris All. ped. 1. 211. Oporina Docr. edimb. phil. journ. 1829. Hedypnois Engl. bot. t. 830. Leontodon autumnale L. sp. 1123. Ic. Fuchs. hist. 320. Svens. bot. t. 642. Fl. dan t. 501. Ubique in pratis et herbidis autumno. Caulis humilis vix spithameus. Folia nonnulla integra intermixta sunt.

## 336. THRINCIA.

Herbæ perennes scapigeræ floribus luteis ligulis radialibus extus æneo-rubidis.

a *Radice praemorsa: acheniis radialibus vix rostratis incurvis pappo destitutis coronula brevi membranacea lacera terminatis, disci longius rostratis pappoque plumoso terminatis setis inferne anguste lanceolatis.*

1. HIRTA. Roth. cat. 1 97, Cand. fr. 4. 51. Thr. *Foliis subspathulato-lanceolatis dentatis pinnatifidisque hispidulis pilis sparsis furcatis simplicibusque scapis tenuibus lateralibus ebracteatis anthodio glabriusculo.*

Leontodon hirtum L. sp. 1123. L. hispidum Poll. palat. 1. 382. L. saxatile Lam. enc. 3. 531. Hioseris hirta Gaertn. fruct. 2. 375. H. taraxacoides Vill. del. 3. 166. t. 22. Santi viag. terz. t. 7. Hedypnois hirta Smit. br. 824. Engl. bot. t. 550. Apargia hirta Scop. Colobium hirtum Roth. in Roem. arch. 1. 37. Rhagadiolus taraxacoides All. ped. 1. 237. Th. Leysseri Wallr. sched. crit. 441. Reich. ic. 8. f. 990-992. Th. hispida Reich. l. c. 8. f. 993. Thr. medicalyx Tenor. neap. 5. 187. Ic. Bah. prodr. 63. Zannich. ist. t. 183. f. 1. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 157. Radix fibris multis collo affixis demum tunicata Scapi cæspitosi humiles raro usquepedales. Achenia apice in rostrum attenuata. Squamæ anthodii superiores apice sub ciliatæ rubidæ. Fl. æst. In montanis et collinis locis siccis et apricis etiam heic Verroni legi in maceriis et ruderatis. — Thr. hispida Roth. non differt nisi radice annua, qui character perpetuus non est.

aa. *Radice tuberosa napuliformi: acheniis longe rostratis externis incurvis pappo aliquando setis brevissimis disci rectis pappi setis plumosis elongatis.*

2. TUBEROSA. Cand. fr. 4. 52. Thr. *Radice tuberosa napulis fusiformibus fasciculatis foliis obovatis runcinatis, vel laxe dentatis hispidiusculis pilis furcatis scapo glabriusculo anthodio hirto setis nigris tubo corollae extus villoso acheniis a medio attenuato rostratis.*

Apargia W. sp. 3. 1549. Sibt. fl. gr. t. 797. A. bulbosa Balb. miscel. alt. 26. A. lyrata Tenor. fl. neap. prodr. 46. Thr. grumosa Brot. lus. 1. 325. Leontodon tuberosum Lin. sp. 1123. Picris tuberosa All. ped. 1. 210. Hyoseris tuberosa Savi pis. 2. 231. Santi viag. terz. t. 2. Ic. Lob. t. 232. f. 1. Durant. herb. 127. Bonan. panph. t. 93. et t. 129. Scapi cæspitosi humiles vix spithamei raro usque pedales. Fl. æst. In pratis agri *nic.*: et *Liguriae* circa *Sarzanam* et *Genuam*, etc. vulgaris.

## 337. GEROPOGON.

AUSTRALIS. Spr. syst. 3. 663. G. *Herba annua glabra vel hirsuta radice carnosa caule subramoso usque tripedali foliis linearibus gramineis parallele nervosis longis apice attenuato-subulatis basi latiori amplexicaulibus caulinis alternis capitulo majusculo paucifloro solitario terminali pedunculis sub anthodio obconicis anthodio 8-phyllo floribus rubris longiore plumis papporum radii intricatis.*

G. glabrum Lin. sp. 1109. Lam. ill. t. 646. Jacq. hor. vindob. 1. T. 33. Ger. hirsutum Lin. sp. ibid. Sibt. fl. gr. t.

778. Ic. Column. ecphr. 1. 231. Fl. jun. In agro *nic.*

### 338. SERIOLA.

a. *Caulescens hispida: pappo stipitato: radice annua.*

1. ÆTHNENSIS. S. *Hirsuta caule dichotomo paucifolio setoso foliis sessilibus obovatis dentatis floribus longe pedunculatis anthodio setosissimo.*

S. urens All. ped. 1. 230. t. 29. f. 1. S. depressa Viv. append. alt. fl. cors. 1830. 4. Metabasis æthnensis Cand. pr. 7. 807. Ic. Lam. ill. t. 656. f. 1. Jacq. obs. 4. t. 79. Caules humiles vix dodrantales raro simplices. Pappi facile decidui, radiales forma valde ludibunda. Ligulæ aureæ sæpe extus flammeæ. Capitula majuscula. Fl. vere. Copiosa in maritimis: agro *nic.* et *Liguria* locis incultis sterilibus etc, ad vias.

aa. *Scapigera glabra: anthodio uniseriali pappo sessili: radice perenni.*

2. TARAXACOIDES. Loisl. fl. gall ed. 1. 2. 530. t. 18. S. *Glabra foliis runcinatis pinnatifidisque scapo unifloro.*

S. uniflora Bivon. pl. sic. cent. 2. n. 55. Robertia taraxacoides Cand. fr. 5 453. Ic. Bonan. panph. t. 190. Folia rosulata. Scapi cæspitosi humiles raro in pinguibus spithamei. Ligulæ aureæ extus ut plurimum flammeæ. Setæ pappi albi basi paulo dilatatæ. Fl. æst. In *Liguria* præsertim occidua.

### 339. HYPOCHÆRIS.

a. *Pappo biseriali: setis exterioribus brevioribus subfiliformibus interioribus longioribus plumosis.*

b. *Radice annua: acheniis radii suberostribus, disci rostratis.*

1. GLABRA. H. *Caule subramoso nudiusculo foliis oblongis obtusis runcinatis vel sinuato-dentatis anthodiisque subcylindricis glabris, pedunculis esquamatis pappo radiali sessili.*

H. minima Cyril. pl. rar. fas. 1. 29. t. 10. Sibt. fl. gr. t. 810. H. pusilla Poir. enc. sup. 4. 530. Scorzonera taraxacifolia Jacq. ic. rar. pl. t. 160. Achyrophorus Balbisii Horn. hor. hafn. sup. 91. — H. simplex Merat. par. ed. 1. 310 est var. *caule simplici.* H. hispida Brot. lus. 1. 332. var. *hirsuta*, — H. stellata Gat. fl. mont. 140. H. dimorpha Brot. lus 1. 332. H. adscendens Brot. phyt. lus. t. 25. H. arachnoides Bivon. bern. cent. 2. 31. H. Balbisii Loisl. not. 124. Scorzonera taraxacifolia Jacq. ic. rar. plant. t. 160. Achyroforus Balbisii Horn. hor. hafn. sup. 91. est var. qua *achenia omnia aequaliter rostrata sunt.* Ic. Column. ecphr. 2. 27. Svens. bot. t. 730. Flor. dan. t. 424. Engl. bot. t. 575. Curt. lond. 3. t. 53. ed. Grav. 3. t. 118. Schk. hand. t. 225. Lam. ill. t. 646. f. 1. Radix fusiformis fusca. Caules cæspitosi vix bifidi humiles raro pedales et ultra, superne nudi. Folia radicalia rosulata nitida raro ciliata vel scabra. Squamæ anthodii glaucæ apice rubidæ barbellatæ carina albo-setosæ. Fl. lutei. Fl. æst. In pratis præsertim subalpinis passim.

bb. *Radice perenni: acheniis omnibus aequaliter rostratis.*

2. RADICATA. H. *Caule junceo ramoso nudiusculo laevi ramis elongatis foliis runcinatis vel obverse lanceolatis sinuatis hirsutiusculis subcoriaceis radicalibus rosulatis subcoriaceis pedunculis squamosis squamis anthodii carina ciliatis nudisve acheniis omnibus longe rostratis.*

H. dimorpha Tenor. neap. 4. syll. 116. H. neapolitan. Cand. prodr. 7. 91. Achirophorus radicatus Scop. carn. 2. 117. Gaertn fruct. t. 159. Porellites radicata Cass. dict. 43. 43. Seriola taraxacifolia Salzm. in flor. 1821. 111. Ic. Lob. ic. t. 238. f. 1. Bah. hist. 2. 1032. Sab. hor. rom. 8. t. 2. Curt. lond. 3. t. 52. ed. Grav. 2. t. 110. Svens. bot. t. 751. Flor. dan. t. 150. Engl. bot. t. 831. Petiv. h. br. t. 11. f. 11. Tabern. hist. 492. Dodon. pempt. 639. Moris. s. 7. t. 4. f. 27. Caulis usque bipedalis. Ligulæ apice 5dentatæ extus quandoque sanguineæ. Herba amara foetida odore Opii. Radix alba carnosa longissime descendens. Caules cæspitosi glauci ramis divaricatis. Folia aliquando subintegra. Achenia sulcata muricata. Fl. æst. Ubique in herbidis. Ipsa hyeme folia rosulata gratissima et salubria in jusculis placentis, embammatibus et acetariis. Aliqua sedativa virtute pollet, nam odor Opii manifestus est. Folia prima aliquando integra sunt.

aa. *Pappo uniseriali plumoso.*

b. *Caule simplici, foliis concoloribus*

3. HELVETICA. Wulf. in Jacq. misc. 2. 25. Ejusd. ic. rar. plant. t. 165. H. *Caule simplicissimo unifloro basi foliato foliis radicalibus lanceolatis den-*

*ticulatis hirsutis caulinis ciliatis pedunculo incrassato squamis anthodii nigro-hirsutissimi ovatis imis margine lacero-fimbriatis.*

H. uniflora Vill. delph. 3 61 t. 23. All. ped. t. 31 f. 1. Achyrophorus helveticus Cand. prodr. 7. 93. non Scop. Ic. Hall. stirp helv. t. 1 Radix carnosa fusiformis extus fusca. Caulis vix pedalis superne incrassatus et fistulosus. Capitulum maximum. Squamæ anthodii utplurimum margine dense setosæ. Culta in pingui horto caulis fit subramosus et capitula minora. Fl æst. In pratis summarum alpium: *Cenisio*; alpibus *vallis Sessitis*: *di Giaveno*, etc.

bb. *Caule ramoso: foliis radicalibus sanguineo-maculatis.*

4. MACULATA. H. *Caule solitario stricto nudiusculo subunifloro foliisque radicalibus oblongis dentatis villosis, pedunculis incrassatis anthodio haemisphaerico piloso-scabro squamis obtusis margine integris intermediis apice tomentoso-marginatis acheniis omnibus longe rostratis.*

Achyrophorus maculatus Scop. carn. 2. 110. Clus. hist. 2. 139. f 2. Engl. bot. t. 225. Flor. dan. t. 149 Hayn. arzn. gew. 6. t 48. Radix crassa fusca fusiformis. Caulis spithameus aliquando etiam bipedalis Folia plerumque san guineo-maculata aliquando subintegra. Caulina pauca utplurimum unum. Anthodii squamæ carina albo-setosæ. Capitulum magnum Achenia longa scabra nervosa. Flores aurei. Fl. æst. Vulgaris præsertim in pratis exsuccis alpinis, montanis, etc.

## 340. HYOSERIS.

Herbæ humiles albo-farinosæ foliis omnibus radicalibus lyratis vel runcinatis vel pinnatifidis floribus luteis anthodii squamis supremis contortis achenia radialia involventibus.

a. *Acaulis. Radix perennis. Achenia obcompressa alata rostrata. Pappus radii brevissimus palea una alteraque elongata, disci longior biserialis paleis longissime acuminatis.*

1. RADIATA. H. *Scapo erecto apice aequali duplo longiore foliis decursive pinnatis glabris laciniis ovatis angulatis deorsum imbricatis terminali trifida anthodio demum stellato patente.*

Leontodon radiatum Lam. fr. 2, 114. Rhagadiolus radiatus All. ped. 1. 227. Hedypnois radiata Gaertn. fruct. 2. 373. t. 160. f. 3. Ic Boccon. mus. t. 106. Pluk t. 37. f. 1. Lam. ill. t. 654. f. 2. Scapi cæspitosi foliis longiores raro æquales et superne incrassati humiles raro usque pedales Folia sunt potius runcinata laciniis acuminatis utroque margine dentato-angulata. Capitulum majusculum. Anthodium subcylindricum. Flosculi radiales extus æneo-rubidi. Achenia longa margine superiore ciliata disci obcompressa subalata centralia teretia abortiva. Pappus omnium scaber rubidus. Fl. æst. In collibus et herbidis agri *nic.* et *Liguriae*, præsertim mari proximis.

aa. *Caulescens: radix annua: achenia cylindracea rostrata incurva: pappus radii coroniformis dentatus palea una vel altera longiore disci biserialis multipaleaceus paleis exterioribus setaceis scabris interioribus e paleis subquinis lanceolatis margine crebre ciliatis longissime acuminatis.*

2. SCABRA. H. *Caulibus decumbentibus glaberrimis superne incrassatis folia lyrato runcinata scabra laciniis ovatis angulatis dentatis subaequantibus anthodii squamis supremis erectis*

Hedypnois Less. syn. 128. Hyos. adspersa Moench. meth. 541. H. monocephala Cass. dict. 22. 338. Rhagadiolus scaber All. ped. 1. 226 Hyos. lucida Host. a. 2 248. excl. syn. et descript. Ic. Bonan. panph. t. 94. Boccon. mus. t. 106. Lam. ill. t. 654. f. 1. Caules vel scapi vix palmares etiam ascendentes vel erecti foliis rosulatis modo breviora modo æqualia, raro longiora. Capitula parva. Anthodia cylindrica semper in fructu conniventia. Achenia margine ciliata demum rubida. Fl. vere. In *Liguria occidua* a *Porto Maurizio*: *Nicea* circa urbem et apud *Villafranca* in ulivetis: etiam in agro *canapic* Stirps humillima.

## 341. HEDYPNOIS.

RHAGADIOLOIDES. Sibt.fl. gr. prodr. 2. 142. H. *Herba annua caulibus simpliciusculis vix dodrantalibus caespitosis foliosis foliis omnibus oblongis amplexicaulibus subdentatis hirsutiusculis radicalibus numerosis rosulatis raro sinuato-dentatis pedunculis incrassatis fistulosis tubaeformibus anthodiis crassis in fructu globosis hirtis vel carina setosis glabrisque floribus luteis ligulis apice lacinulatis involutisque*

*achenüs teretibus nervosis sulcatis incurvis muricatis pappis radialibus coroniformibus coronula brevissima lacera membranacea raro extus palea una vel altera adjecta.*

Hyoseris L. sp. 1139. H. cretica Cavan. ic. et descript. I. 32 t. 34. H. tubæformis Tenor. neap. 2. 173. — Var. *pedunculis parum incrassatis* est Hedyp. cretica Sibt. fl. gr. t. 813. H. monspeliensis Sibt. fl. gr prodr. 2. 142. H. coronopifolia Tenor. neap. t. 182. f. 2. 3. H. laciniflora Viv. flor. libic. spec. 52. t. 17. f. 2. H. mauritanica Guss. syn. 2. 418. Hyos. cretica L. sp. 1138. Gaertn. fruct. 2. 360. t. 160. f. 2. H. rhagadioloides Bertol. pl genuens 104. H. Hedypnois Lin. sp. 1138. Rhagadiolus creticus All. ped. n 832. Hyos. scabra Moench. — Hedypn polymorpha Cand. prodr. 7. 81 H. monspeliensis H. mauritanica H. rhagadioloides W. sp. 3. 1616. H. furfuracea H. crepidiformis Reich. excurs. 250 H. globulifera Lam. fr. 2. 107. Rhagadiolus Hedypnois All. ped. n. 831. H monspeliensis Pers. H. incrassata Moen H. Tournefortii H. rhagadioloides Cass. dict. 30 337. H. capsica Hornem hor. hafn. sup. 91. Ic. Lob. ic. t. 339. f. 1. Sab. hor rom. 8. t 12. Bah. hist. 2. 1032. Fl. vere. In agro *nic.*, et *Liguria*

## 342. TOLPIS.

Herbæ annuæ caulibus angulatis ramosis foliis lanceolatis dentatis vel incisis superioribus linearibus integerrimis pedunculis alternis lateralibus flore terminali altioribus floribus citrinis disci interdum atro-purpureis.

a. *Setis calycularibus anthodio longioribus pappo quadriseto.*

1. UMBELLATA. Bertol. rar. Liguriæ plant. dec. 1. 13. T. *Caule ramoso ramis patulis foliis inferioribus lanceolatis subpinnatifidisque supremis linearibus integerrimis capitulis subumbellatis setis calycularibus subulatis anthodio longioribus pappo quadriseto*

Tolpis barbata Gaertn. fruct. 2. 371. t. 170. f 1. Lam. ill. t. 651. Swertia barbata All. ped. 1 208. exclus. syn est var. *pappo 2 3seto capitulis paucis sparsis.* — T. quadriaristata Biv. mon. 9. t. 1; Sibt. fl. gr. t. 810. Crepis barbata ab Ucria hor. panor. 334. Ic. Columna. ecph. 2. 27. Moris s. 7. t. 4. f 32. ex Column. Caulis a basi ramosus modo humilis modo usque tripedalis et ultra. Capitula parvula. Fl. vere In agro *nic.* et *Liguria occid.* et *orient.*: circa *Sarzanam* in viis campestribus ad radices di *Montedarme*, etc.

aa. *Setis calycularibus anthodio brevioribus pappo 6-saristato.*

2. VIRGATA. Bertol. ibid. T. *Caule virgato stricto ramis pedunculisque alternis remotis foliis lanceolatis dentatis lacinulatisque bracteis setaceis setis calycularibus anthodio brevioribus pappo 6-saristato.*

T. altissima Pers. ench. 2. 377. Crepis Balbis catal. 1804. Cr. ambigua Ejusd. Crepidis nov. sp. t. 1. Memor. accad. taur. 1825 14. 69. t. 1. ead. Cr. virgata Desf. act. soc. hist. nat. paris. 37. t. 8. Drepania ambigua Cand. cat. montp. 105. Tolpis sexaristata Bivon. mon. 11. t. 2. Schmidtia ambigua Cass. dict. 48. 433. Ic. Triumfet. prælect. 62. t. 2. Bonan. panph. t. 118. Caulis usque quadripedalis utplurimum lævis. Fl. æst. et aut. In ulivetis apud *Savonam* et *Lodanum* apud *Sarzanam*.

## 343. ZACYNTHA.

VERRUCOSA. Gaertn. fruct. t. 2. 358. t. 157. Z. *Herba annua glabra caulibus caespitosis erectis angulatis dichotome ramosis vix spithameis saepe rubidis foliis radicalibus numerosis caespitosis rosulatis runcinatis superioribus lineari-subulatis integris basi sagittatis ramis floriferis rigidis incrassatis floribus spicatis sessilibus remotis flavis anthodii squamis linearibus basi verruca rubida tumentibus margine membranaceis ciliolatis conniventibus acheniis oblongis subcompressis basi angustatis nervosis erostribus radicalibus incurvis atque intra gibberem squamarum anthodii nidulantibus.*

Lapsana Zacynta Lin. sp. 1141. Rhagadiolus All. ped. n 834. Ic. Matth. comm. 367. f. 1. Camer. epit. 287. Dalech. lugd. 559. f. 1. Clus. hist. 2. 144. f. 1. Bah. hist. 2. 1013. f. 1. Moris s. 7. t. 1. f. 4. Durant. herb. 147 Sab. hor. rom. 8. t. 6. Fl. æst. In collibus agri *nic.* et *Liguriae* locis præsertim mari proximis.

## 344. CATANANCHE.

Herbæ annuæ caulibus erectis simpliciusculis subnudis foliis longis pedunculis elongatis monocephalis ligulis coeruleis, vel luteis.

a. *Floribus coeruleis.*

1. COERULEA. C. *Foliis incano-villosis lineari-lanceolatis interdum basi subpinnatifidis squamis anthodii ovatis basi ample ovata scariosa concava nervo carinali in mucronem producto.*

Ic. Matth. com. 765. Dalech. lugd. 1190. 1. 1670. f. 2. Durant. herb. 430. Camer. epit. 944. 945. Dodon pempt. 638. f. 1. Lob. ic. 549. f. 2. advers. 237. f. 1. Bah. hist. 3. 26. f. 2. 27. f. 1. Moris s. 7. t. 1. f. 4. Barrel. ic. 1137. Lam. ill. t. 658. f. 1. Schk. hand. t. 226. Caulis usque tripedalis. Folia aliquando integra longissima. Pedunculi longissimi bracteati. Anthodii squamæ virentes nervo carinali rubido margine fuscæ apiculatæ appendice scariosa ovata concava demum ferruginea. Ligulæ pulcherrime coeruleæ radiales longissimæ. Corollæ extus fauceque villosæ. Antheræ sanguineæ. Stigma bifidum longe exsertum. Achenia villosa. Pappi paleæ albidæ lanceolatæ. Fl. æst. Vulgaris in collinis apricis, sterilibus, incultis agri *nic.* et *Liguriae*, etiam in agro *astens. albens. taurin.*

aa. *Floribus luteis.*

2. LUTEA. C. *Villosula foliis lineari-lanceolatis remote denticulatis integrisque trinerviis pedunculis elongatis nudiusculis anthodii squamis inferioribus appendice scariosa ovata terminatis superioribus appendice lanceolata acuminata.*

Ic. Boccon. mus. 21. t. 7. ex Barrel. Barrel. ic. 1135. Prosp. Alpin exot. 286. Bonan. panph. t. 98. Gaertn. fruct. t. 157. Lam. ill. t. 658. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 821. Schk. hand. t. 226. Caulis usque semipedalis aliquando nullus et tunc capitulum sessile in rosula foliorum. Squamæ anthodii scariosæ albidæ ciliolatæ. Achenia pilosa quinque sulcata teretiuscula. Paleæ pappi longe mucronatæ setis scabris. Fl. vere. In agro *nic.* prope *Breglio.*

345. CICHOREUM.

a. *Radice annua, foliis glabris obovato-oblongis denticulatis.*

1. ENDIVIA. C. *Caule laeviusculo ramoso ramis flexuosis foliis inferioribus obovato-oblongis denticulatis superioribus lanceolatis integerrimis floralibus basi auriculato-dilatatis pedunculis axillaribus geminis altero brevissimo subquadrifloro altero elongato abortiente.*

Ic. Dodon. pempt. 634. f. 1. Dalech. lugd. 556. f. 1. Tabern. ic. 179. f. 1. Matth. com. 364. f. 2. Trag. hist. 273. Fuchs. hist. 677. Lob. ic. 233. f. 2. observ. 147. f. 3. Blackw. t. 378. — Var. *angustifolia* Fuchs. hist. 678. Matth. l. c. 364. f. 3. Valer. Cord. hist. 142. f. 1. Tabern. ic. 174. f. 1. 2. 173. f. 2. — Var. *crispa*. Matt. l. c. 365. f. 1. Dalech. lugd. 557. f. 3 Bah. hist. 2. 1011. f. 3. Moris hist. 7. t. 1. f. 3. Herba notissima ubique culta quæ ex Græcia, Ægypto, India orientali in hortos nostros migravit, et gratissima ac saluberrima in acetariis, jusculis, embammatibus est. Varr. multæ cultu ortæ — *foliis latis* — *angustis* — *integris* — *crispis*, etc. Melior est cum chlorotica est.

aa. *Radice perenni, foliis radicalibus runcinatis.*

2. INTYBUS. C. *Caule scabro ramis dichotomis patentibus foliis inferioribus runcinatis ad carinam hispido-scabris vel indivisis dentatis floribus fasciculatis pedunculo solitario elongato abortiente.*

C. glabratum Presl. fl. sic. prodr. 1. 32. Ic. Matth. comm. 365. f. 2. Dalech. lugd. 563. f. 3. Fuchs. hist. 679. Trag. hist. 272. Brunsf. herb. 3. 94. Camer. epith. 285. Val. Cord. hist. 141. f. 2. Dodon. pempt. 635. f. 1. 634. f. 2. Blackw. t. 177. et 183. Bah. hist. 2. 2003. f. 1 2. Moris. s. 7. t. 1. f. 1. 2. Tabern. ic. 170. f. 2. 171. f. 1. 2. 172. f. 2. Bonan. panph. t. 90. 91. Sab. hor. rom. 8. t. 13. Durant. herb. 126. Knor. del. 1. t. W. 9. Trew. ehret. t. 177. Lob. ic. t. 228. f. 2. 229. f. 1. observ. 214 f. 1. 2. Curt. lond. 1. t. 56. ed. Grav. 1. t. 112. Fl. dan. t. 907. Mart. flor. rust. t. 144. Engl. bot. t. 539. Woodw. mat. bot. t. 248. Svens bot. t. 56. Plenck ic. t. 586. Hayne arnz. gew. 2. t. 24. Sturm. deut. fl. heft. 6. Herba vulgatissima atque ubique adhibita in acetariis et jusculis. Optima folia ejus in acetariis si minutissima secta sint.

Herba amara decocta alvum solvit atque urinam ciet, roborat viscera ac febribus intermittentibus medetur. Cum febris intermittens Cinchonæ rebellis est, succo Cichorii cito, tuto, et jucunde pellitur. Optimum remedium syrupus de cichoreo cum Rheo. in puerorum alvo solvenda forte princeps.

## 346. LAPSANA.

a. *Acheniis 20-striatis apice nudis caule multifloro radice annua.* LAPSANA.

1. COMMUNIS. L. *Caule ramoso foliis inferioribus lyrato-runcinatis superioribus ovatis dentatis floribus paniculatis pedunculis calycibusque glabris seu glanduloso-pilosiusculis.*

Ic. Dodon. pempt. 675. f. 1. Dalech. lugd. 541 f. 2. Tabern. ic. 192. 193. f. 1. Bah. hist 2. 1028. f. 1. Moris s. 7. t. 1. f. 9 Lob. ic. 207. f. 1. observ. 104. f. 4. Fl. dan. t. 500. Petiv. h. br. t. 14. f. 12. Curt. lond. 1. t. 59. ed. Grav. 3. t. 114. Plenck ic. t. 588. Schk. hand. t. 225. Caulis pedalis et ultra sulcatus, ramosus, strictus, ràmis erectis. Flores pauci, parvi, plani, pallide sulphurei. Herba molliter villosa. Comeditur primo vere apud nos in acetariis et jusculis præsertim cum Boragine et grata ac salubris est. Rustici dicunt *Galline grasse*. Vulgaris ubique in hortis et agris pinguibus. Fl. æst.

aa. *Acheniis 10striatis coronula brevi pentagona terminatis scapo subtrifloro radice annua.* ARNOSERIS Gaertn. fruct. 2. 355. t. 157. f. 3.

2. PUSILLA. W. sp. 3. 1623. L. *Scapo subtrifloro pedunculis apice clavato-inflatis fistulosis foliis spathulato-oblongis sursum dentatis.*

Arnoseris Gaertn. l. c. Hyoseris minima Lin. sp. 1138. Fl. dan. t. 201. Engl. bot. t. 95. Schk. hand t. 224. Lapsana minima All. ped. 1. 206. L. gracilis Lam. fr. 2. 102. Ic. Clus. hist. 143. f. 2. Petiv. hor.br t. 15. f. 3. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 85. Scapi erecti vix spithamei. Anthodii squamæ acute carinatæ carina alba. Cor. parvæ. Fl. initio æst. Circa *Augustam Praetoriam*: a *Confienza* in *Laumellina*.

aaa. *Acheniis compressis 5striatis ante apicem paulo contractis, scapo unifloro, rad. perenni.* APOSERIS. Neker elem. 1. 57.

3. FOETIDA. Scop. carn. 2. 118. L. *Scapo simplici glabro unifloro foliis decursive pinnatis foliolis rhombeis deorsum imbricatis postice dentatis terminali delthoideo-hastato.*

Hyoseris Lin. sp. 1137. W. et Kitaib. hung. 1. t. 48. Laps. leontodoides Scop. carn. edit. 1. 397. Ic. Column. ecphr. 2. 31. Michel. nov. gen. t. 38. Sturm. deut. fl. heft. 37. Radix carnosa extus nigra præmorsa crassiuscula. Scapi folia vix excedunt. Flores lutei. Achenia subrostrata. Fl. æst. et aut. In montibus circa *Lucerame*: prope *Castion* in agro *nic.*

## 347. RHAGADIOLUS.

STELLATUS. W. sp. 3. 1625. Rh. *Herba annua tenera erecta ramosa ramis dichotomis divaricatis etiam pedalis et ultra glabriuscula vel villosa foliis inferioribus lyratis sinuatis vel dentatis superioribus sessilibus integris capitulis distantibus lateralibus subsessilibus luteis acheniis externis elongatis maturis stellatim patentibus internis incurvatis hirtis glabrisque.*

Lapsana stellata L. sp. 1141. Sibt. fl. gr. t. 817. Lob. ic. 240. f. 2. observ. 120. f. 4. Dalech. lugd. 570. f. 1. Bah. hist. 2. 1014. f. 1. Moris s. 7. t. 1. f. 5. Tabern. ic. 185. f. 1. Sab. hor. rom. 8. t. 14 — Rh. edulis Gaertn. fr. 2. 354. Rh intermedius Tenor. fl. med. 2. 25. Rh. lapsanoides Desfon. atl. 2. 234. Lapsana rhagadiolus L. sp. 1141. Sibt. fl. gr. t. 818. est var. *caule parce ramoso foliis inferioribus lyratis acheniis glabris subulatis crassioribus brevioribusque.* Fl. vere. In arvis *lig.* et agr. *nic.*, *pinerol.* et *Monteferrato*.

## 348. SCOLYMUS.

a. *Acheniis brevissime rostratis: pappo nullo: caule alato: radice annua.*

1. MACULATUS. Sc. *Floribus solitariis subcorymbosis multibracteatis bracteis pectinatis foliis glabris cartilagineo-marginato-dentatis decurrentibus valde spinosis caule ramoso alato acheniis coronula brevissima terminatis.*

Scolymus annuus Ger. gallo prov. 175 Sc. angiospermos Gaertn. fruct. 2. 355. t. 157. Scol. pectinatus Cass. dict. 34. 87. Ic. Clus. hist. 2. 153. f. 2. Lob. ic. 2. 6. f. 2. observ. 478. f. 2. Dodon. pempt. 725. f. 2. Dalech. lugd. 1438. f. 1. Bah. hist. 3. 84. f. 1. Moris s. 7. t. 35. f. 9. Sibt. fl. gr. t. 824. Lam. ill. t. 659. f. 3. Caulis superne ramosus usque tripedalis. Folia crassa albo-maculata alaeque dentato-valde spinosæ. Capitula majuscula. Anthodii squamæ vix spinosæ. Bracteæ involucrantes amplæ foliaceæ pectinatæ anthodio longiores valde dentato-spinosæ. Flores lutei extus nigro barbati. Antheræ sanguineæ. Achenia obovata. Paleæ receptaculi uno latere achenio haerent al-

tero illud involvunt. Fl. æst. et aut. Vulgaris in arvis mari proximis *Liguriae*: agri *unel.* et *nic.* Herba glaucovirens superne glabra. Facies Onopordi.

aa. *Acheniis erostribus: caule imperfecte alato pappo 2-4seto: radice perenni.*

2. HISPANICUS. Sc. *Floribus aggregatis (utplurimum solitariis) axillaribus sessilibus subspicatis bibracteatis spicis foliaceis foliis interrupte decurrentibus subtus hirsutiusculis caule ramoso interrupte alato pappo 4-6seto radice perenni.*

Sc. maculatus All. ped. 1. 207. Micolus microcephalus Cass. dict. 34. 85. Ic. Clus. hist. 2. 153. f. 1. Dodon. pempt 725. f. 1. Tabern. ic. 694. f. 2. Zannich. ist. t. 175, Mill. ill. t. 229, Moris s. 7. t. 35. f. 10. Bah. hist. 3. 84. Sab. hor. rom 8. 15. Donat. simpl. 80. Sibt. fl. gr. t. 825. Caulis vix bipedalis. Capitula parva. Bracteæ involucrantes minores 3-4 dentato spinosæ non pectinatæ. Ligulæ et genitalia aurea. Achenia paleis obvoluta nonnullis tamen liberis. Setæ pappi facile diffluæ. Herba lactescens utplurimum biennis. Fl. æst. In arvis *Liguriae* et agri *nic.*

349. XANTHIUM.

Herbæ annuæ scabræ foliis alternis lobatis floribus virentibus masculis superioribus femineis inferioribus fructibus muricato-aculeatis aculeis uncinatis.

a. *Inermia.*

b. *Rostris fructuum rectis subconniventibus.*

1. STRUMARIUM. X. *Foliis cordatis angulato-dentatis subtrilobis trinerviis cauleque hirsutiusculis fructibus ellipticis parvulis racemosis rostris rectis aculeis recto-uncinatis caule ramoso angulato.*

X. vulgare Lam. fr. 2. 56. Ic. Lob. ic. 588. f. 2. observ. 819. f. 1. Brunsf. herb. 3. t. 35. Fuchs. hist. 579. Trag. hist. 839. f. 1. Lonicer. hist. 65. f. 1. mala. Camer. epit. 926. Dodon. pempt. 39. f. 1. Valerian. Cordus hist. 159. f 1. Tabern. ic. 773. f. 2. Dalech. lugd. 1056. f. 1. Bah. hist. 3. 572. f. 1. Blackw. t. 444. Sim Paul. dan. t. 379. Gaertn. fruct. 2. t. 164. Lam. ill. t. 765. f. 1. Petiv. h. br. t. 1. f. 12. Matth. com. 752. Chabr. sciagr. 514. Schk. hand. t. 291. Flor. dan. t. 970. Caulis cubitalis et ultra. Folia longe petiolata viridi-luteola. Racemi axillares foliosi flavi, 3-4 conferti. Fl. æst. Vulgare circa domos et fimeta, in ruderatis, et secus vias, et paludes quæ æstate exaruerunt, etc. locis pinguibus. Fructus colorem luteum largiuntur.

Herba aqua infusa et capillis prius nitro delibutis inspersa illos nigro colore imbuit ex Dioscoride. Quæ novis experimentis confirmanda sunt. Succum et decoctum bronchocelem solvere et ad scrophulas valere medici observarunt. Folia amara sunt et adstringentia ideoque in turgore glandularum mesentericarum et obstructionibus viscerum et dyspepsia atque hydrope incipiente præsertim si cum Erythræa Centaurio, Verbena officinali, et Galio Aparine jungantur optimum remedium sunt. Semina acria et amara sunt in morbis cutis optima præcipue herpete et gutta rosacea.

bb. *Rostris fructus uncinatis.*

2. MACROCARPUM. Cand. fr. sup. 356. X. *Foliis oblongis basi cuneatis subangulatis grosse dentatis scabris fructibus geminis oblongis hispidis rostris binis convergentibus aculeisque uncinatis caule ramoso angulato.*

X. orientale Lin. sp. excl. syn. et patria. Lin. fil. dec. 33. t. 17. excl. syn. Lam. enc. 3. 413. excl. syn. Gaertn. fruct. 2. t. 164. fig. 9. X. italicum Moretti dec. 3. 8. Reich. ic. f. 503. X. echinatum Murr. com. got. 1784. cum ic. Balb. et Noc. fl. tic. 2. t. 17. X. macrospermum Bertero ap Colla herb. ped. 5. 160 facies prioris. Caulis procerior rubidus. Fructus ovati duplo majores Ic. Lam. ill. t. 765 f. 3. Fl. æst. Secus *Padum* inter *urbem* et *Truffarello*, et circa *Montemcalerium*. Ego plantam vivam pluries ibi vidi et legi neque diversa mihi videtur a X. Strumario nisi habitu proceriore. Rostra enim non raro recta sunt et fructus minores. Forma etiam foliorum valde ludibunda est ut prodit ic. flor. ticin. qua folia neutiquam oblonga sunt neque basi cuneata sed simillima illis X. Strumarii, etc.

aa. *Spinosum.*

3. SPINOSUM. X. *Spinis stipularibus trifurcatis foliis tripartitis subtus incanis supra lucidis laciniis lanceolatis subdentatis lobo medio elongato acuminato rostro fructus solitario subulato recto aculeis uncinatis.*

Ic. Pluk. alm. t. 239. f. I. Moris s. 15 t. 2. f. 3. Wolkam. norimb. 404. tab. ult. Herm. paradis. 240. Magnol. hor. t. 208. Lam. ill. t. 765. f. 4. Caulis humilior quam priorum, ramosissimus. Spinæ validæ aureæ. Fructus parvi subsolitarii spinis oppositi. Flores globulares. Fl. æst. In litore maris *nic.* et *ligust.* Ego legi circa *Vercellas* et *Sanctam Agatham* (*Santià*) ubi copiosissimum est. Altitudo ejus usque bipedalis. Caulis teres erectus. Spinæ geminæ utrinque ad basim ramorum et foliorum. Fructus viriduli obovati sessiles patuli vel subreflexi solitarii in axilla rami. Flores masculi terminales globuliformes globulis aggregatis virentes. Folia ramorum sessilia caulina longe petiolata petiolis costaque media magna albis

## 350. AMARANTHUS.

Herbæ annuæ foliis alternis longe petiolatis.

a. *Floribus triandris.*

b. *Bracteis subulato-spinosis perigonio longioribus caulibus erectis.*

1. ALBUS. A. *Glaberrimus glomerulis simpliciusculis subbipartitis bracteis spinosis foliis obovato-oblongis integerrimis lineatis strictis retusis cum setula caule erecto ramoso angulato.*

Ic. Wild. hist. amaranth. t. 1. f. 2. Bracteæ lanceolatæ. Folia aliquando subrotunda. Fl. æst. et aut. Circa *Taurinum* et *Venariam.*

bb. *Bracteis florem non superantibus: caulibus ramosis prostratis ramis apice surrectis.*

2. PROTEUS. Zum. A. *Glomerulis axillaribus subrotundis terminalibusque subspicatis spicis nudis calycibus obtusis bracteis florem aequantibus vel illo brevioribus foliis ovatis retusis margine undulatis caule diffuso glabro capsula subrotundo-ovata.*

A. Blitum Lin. sp. 1405. A. sylvestris Desf. cat. hor. par. 44 est var. *glomerulis omnibus axillaribus spica terminali nulla bracteis flores subuequantibus foliis superioribus apice integris.* Hæc var. est vulgaris in hortis nostris et characteres intermedios multos habet, sicut quotidie video, ut nullus dubitem pro var. habere A. Bliti L. Huc A. viridis All. ped. 2. 218. Poll. pal. 2. 607. Ic. ejusd. apud Reich. ic. 5. f. 667. A. adscendens. Reich. ic. 5. 665. var. *foliis immaculatis caulibus ascendentibus.* Huc etiam duco A. prostratum Balb. misc. taur. 44. t. 10. Qui mea sententia est omnino var. *capsulis oblongo-ovatis* Ic. Reich. l. c. f. 666. A spicatus Lam. fr. 2. 192 excl. syn. enc. 1. 117. est var. *caulibus erectiusculis.* Species vulgaris in hortis viis ambulacris maceriis, impluviis, ruderatis etc. Fl. aug. septembr. Quam si vivam diligenter et variis locis inspexeris non dubitabis herbam proteiformem omnes characteres specierum enumeratarum conjungere. Ic. Camer. epit. 236. Balb. hist. 2. 967. f. Moris. s. 5. t. 30 f. 5. Lob. ic. 250 f. 1. Petiv. h. br. t. 7. f. 9. Pluk. t. 212. f. 2. Spicæ pallide virentes. Antheræ ochroleucæ. Folia albo-maculata margine pilosula. Semina lenticularia atra lucida. Huc etiam A. albus Re taur. 2. 127.

aa. *Floribus pentandris, bracteis florem superantibus caulibus ramosis erectis.*

3. RETROFLEXUS. A. *Glomerulis dense spicatis spicis ramosissimis infimis divaricatis calycibus cuspidatis ramis hirsutis foliis oblongis undulatis bracteis perigonio duplo longioribus subspinoso-mucronatis.*

A spicatus Lam. enc. I. 117. Reich. ic. 5. f. 668. Wild. hist. amas. t. 11. f. 21. Caulis inferne subflexuosus usque bipedalis firmiusculus: rami infer. retroflexi. Fl. æst. et aut. In arvis agri *taur.* Vulgatissimus in agris nostris heic Verroni Zea satis. Pilosus. Color ejus pallide virens. Folia longe petiolata obtusiuscula subretusa basi cuneata subtus pulchre venosa venis albis prominulis. Caulis erectus usque bipedalis in hortis, et agris pinguibus usque orgyalis ramosus ramis etiam imis raro retroflexis, profunde striatus ruber neutiquam flexuosus. Stamina 5 æqualia. Filamenta alba. Antheræ luteæ cordatæ. Bracteæ perigonium longe excedentes apice seta luteola diaphana terminatæ. Caulis aliquando simplicissimus supra radicem flexus. Radix ramosa, fibris ramosis rubris.

## 351. BRYONIA.

Herbæ perennes scandentes cyrrhis spiralibus foliis alternis petiolatis scabris cordatis floribus racemosis radice crassissima carnosa alba.

a. *Floribus dioicis baccis rubris.*

1. DIOICA. Br. *Foliis cordatis quin-*

*quelobo-palmatis dentatis utrinque calloso-asperis floribus racemosis dioicis calycibus femineis corolla dimidio brevioribus stigmatibus hirsutis baccis rubris.*

Var. *baccis luteis*. Ic. Fuchs. hist. 94. Trag hist. 820. Matth. com. 798. Ger. 720. Parkins. 178. f. 1. Dalech. lugd. 1410. f. 1. Bah. hist. 2. 143. f. 2. Valerian. Cord. 117. f. 1. Dodon. pempt. 400. f. 1. Camer. epit. 987. Lob. ic. 624. f. 2. Chabr. sciagr. 120. f. 5. Mill. ill. t. 71. Woodw. med. bot. t. 189. Engl. bot. t. 439. Sab. hor. rom. 1. t. 58. Blackw. t. 37. Jacq. a. t. 199. Bull. herb. t. 55. Lam. ill. t. 796. f. 1. Rocq. phyt. med. t. 144. Hayne 6. 24 Sturm. deut. fl. 18. 80. Nees. dusseld. 268. 269 Guimp. et Schl. t. 139. Fl. dan. t. 1830, Plee. typ 42. 43. Baxter. brit. bot. t 83. Herba orgyalis et ultra. Caulis annuus. Lobus foliorum terminalis longior et dissimilis. Cor. ochroleuca venis viridibus reticulata: antheræ sulphureæ. Semina obovato-globosa compressiuscula maculata. Flores superne aliquando monoici. Radix extus alba. Fl. æst. Vulgaris in sepibus.

aa. *Floribus monoicis: baccis nigris.*

2. ALBA. Br. *Foliis cordatis quinquelobo angulatis dentatis utrinque calloso-asperis floribus racemosis calycibus femineis corollam aequantibus stigmatibus glabris baccis nigris.*

Ic. Knor. del. 1. t. Z. 2. Fl. dan. t. 813. Blakw. t. 533. Schk. hand. t. 316. Fl. med. t. 77. Lam. tab. cit f. 2. Svens. bot. t. 105. Sturm. deut. fl. 18. 80. Hayne. 6. 23 Nees. dusseld. 270. Guimp. et Schl. t 138. Woodw. bot. med t. 73 Caulis flexuosus orgyalis et ultra scaber et quasi spinosus. Flores parvi virides. Fructus parvi. In sepibus locis frigidis. Rara. Allionius cum dioica confudit. Radix extus nigra.

Hae species a Dioscoride optime distinctæ omnino congruunt virtute. Veteres adhibebant frequenter in multis ac gravissimis morbis idque feliciter. Recentiores medici perperam spernunt et negligunt. Fructibus coria depilari, turiones coctos et comestos alvum atque urinam ciere: cum sale illinitas ulceribus præsertim crurum gangrenosis, et fagedenicis et depascentibus mederi: lentigines, varos, et cicatrices nigras delere præsertim si cum oleo coquantur donec liquescant: illitas ex vino inflammationes, et sugillationes discutere, et abscessus rumpere: in morbo comitiali et apoplexia et vertigine drachmæ pondere quotidie per integrum annum sumptas prodesse: eclegma ex his cum melle prodesse strangulatu oppressis ægre spirantibus et tussientibus: laterum doloribus: ruptis atque convulsis mederi. Quæ observationes medicorum homiopathicorum confirmarunt. Menses pellere, lienem etiam colliquare: caules cum tritico coctos lac attrahere: fructus imponi ad scabies et lepras optimo successu (Dioscorid. lib. 4, cap. 181, tom. 1, 673, ed. Spreng.). Vitis nigra Dioscoridis et Galeni est Bryonia alba. Atque hic Matthiolus valde deceptus est qui cum Taxro communi L. commutavit. Recentiores medici virtutem ejus catharticam et diureticam tantum æstimarunt. Unde in hydrope et hystericis strangulationibus et mania, et arthritide, et astmate commendarunt revellendi forte consilio. Etiam in enemate aquas hydropicorum educere: usu externo coctam cum vino ulcera purgare atque strumas et sugillationes discutere. Epilepticis etiam valde prodesse alvum subducendo vel peculiari aliqua virtute. Alia enim purgantia hoc non præstant. In ascite expertus sum quæ jam alii commendaverunt radicem nempe Bryoniæ late excavando, cavum saccaro replendo et aqua vel vino, melius albo, et post 24 horas liquorem cochleatim (omni biborio unum cochleare) exhibendo: sæpe eximie profuisse vidi magnum urinæ profluvium ciendo. Aliquando tamen frustra porrexi. Meminerint medici Arnoldum de Villanova magnum suæ ætatis medicum Bryoniam remedium in morbo comitiali specificum appellavisse. Specifice etiam videtur agere in tumore strumoso et hydrope articulorum præsertim genu. Quod intelligendum est cum febris et inflammatio subsederunt. In India orientali radicem Bryoniæ epigeæ Rottl. adhibent in hisce morbis parando linimentum ex oleo Ricini et bulbis Alii cepæ Lin. Medici vero homiopathici Bryoniam albam in multis et gravissimis morbis adhibuerunt, quod et ego quotidie ago: atque inde comperi hoc inter remedia vere heroica esse adnumerandum. Et cum Bryonia alba rara apud nos admodum sit usus sum Br. dioica. Perperam itaque nostræ ætatis medici princeps hoc remedium spreverunt et neglexerunt. Ego febres intermittentes hoc præsertim anno fugavi Cinchona frustra adhibita. Quod optimum est si gastrica colluvies accedit: ascitem inde natum etiam discussum vidi. In febribus continuis vel re-

mittentibus si biliosa colluvies exundat Bryonia remedium specificum est præsertim si dosis aliqua Aconiti præcessit. Quod utique verissimum est de peripneumonia et pleuritide præmisso Aconito Napello vel Lycoctono. Medici homiopathici adhibent in inflammationibus membranaceis viscerum, præsertim pectoris, etiam cordis, atque abdominis: in morbis biliosis acutis, in febribus nervosis præsertim si cum colluvie biliosa coaluerunt. Dolores rheumatici calore lecti mitigati præcipue acuti præmisso Aconito, Bryonia facili negotio tolluntur. Magnum remedium in febre puerperali, cardialgia, inflammationibus et physconiis hepatis, hæmorrhoidibus cæcis et valde dolorificis, in inordinato mensium fluxu, in vomitu sanguinis, et nigro præsertim si cum alvo stricta jungatur. Etiam in cysticis tumoribus et hydrocephalo, aliisque hydropis speciebus. Vidi ischiadem nervosam, quæque a podagra erat paucis diebus omnino sustulisse quæque in posterum conticuit. In catharro acuto ac chronico, sive pulmonibus, sive bronchiis, sive faucibus, sive oculis vel auribus insederit specificum prope remedium est, aliisque morbis pæne innumeris quibus enumerandis supersedeo.

## 352. MOMORDICA.

Elaterium. M. *Herba annua scabra caule anelice prostrato vel suberecto foliis cordato-angulatis obtusis plicato-dentatis pallide virentibus petiolisque crassis hispidis bracteis subulatis floribus axillaribus luteo virentibus fructibus ellipticis muricato echinatis.*

Elaterium cordifolium Moench. meth. 563. Ecballion elaterium Rich. dict. clas. d'hist. nat. 6. 19. Ecballium agreste Reich. excurs. 294. Ic. Matth. com. 766. Fuchs. hist. 705. Trag. 832 Cam. epith. 946. Lob. ic. 646. f. 1. Dodon. pempt. 382. f. 1. et 663. fig. 2. Dalech. lugd. 1672. f. 1. Taberu. ic. 481. f. 1. Bah. hist. 2. 249. f. 1. Valer. Cord. 181. fig. 1. Moris s. 1. t. 6. f. 8. Chabr. sciagr. 135. f. 1. Bull. herb. t. 81. Rozier dict. d'agric. t. 12. Sab. hor. rom. 1. t. 64. Blackw. t. 108. Schk. hand. t. 313. Sims. bot. mag. t. 1914. Rocq. phyt. med. t. 145. Lam. ill. t. 794. f. 1. Schubert. l. c. t. 48 f. 10. Sibt fl. gr. t. 939. Hayne. 8. 45. Nees dusseld. t. 271. Radix crassa alba. Habitat loca arida calida lapidosa in agro *nic.* et *Liguria;* in *Monte ferrato*, agro *astens.*, *nov.*, etc. Herba amara acris cathartica. Virtute sua omnino accedit ad Bryoniam. Aquas hydropicorum magna vi educit. Cathamenia evocat, et prodest in hydrope pectoris. Optimum remedium est herba contusa cum pane triticeo cocta et cum stercore vaccino, equino et caprillo, etc in cataplasma redacta in tumoribus, et scabie, et herpetibus et hydrope articulorum dummodo absit febris et inflammatio. Ceterum forte in medicina homiopathica eadem præstabit ac Bryonia.

## 353. CUCURBITA.

Herbæ annuæ capreolatæ moschatæ.

a. *Floribus albis.*

1. Lagenaria. C. *Foliis late cordatis trilobo-angulatis obtusis denticulatis pubescentibus subtus basi biglandulosis floribus longe tubulosis fructibus clavatis sublignosis.*

Lagenaria vulgaris. Sering in Cand. prodr. 3. 299. Ic. Rumph. amboin. 5. t. 144. Blackw. t. 522 Moris hist. s. 1. t. 5. f. 1, 2, 3. Sab. hor. rom. 1. t. 69. Braam. ic. chin. t. 17. Dodon. pempt. 668. f. 1. et 669. f. 1 et 2. Brunsf. 3. 188. Fuchs. hist. 268. 369. 370. Camer. epith. 292. Lob. ic. 644. f. 1. 2. Tabernan. 476. f. 1. 2. Trag. 824. Valer. Cord. 116. Bah. hist. 2. 214. f. 1. 215. f. 1. et 216. f. 1. Gaertn. fruct. t. 88. Lam. ill. t. 795. Forma fructus varia est. Cirrhi 3-4fidi. Folia mollia subglauca. Flores fasciculati limbo stelliformi. Connectivum papillosum. Fructus immaturi pubescentes demum læves. Caro alba edulis. Habitat loca irrigua intra tropicos totius orbis. Ubique culta ob fructus, qui siccati vino etc. condendo adhibentur. Fl. æst.

aa. *Floribus luteis.*

b. *Fructibus sublignosis extus luteis, pulpa exsucca alba vel lutea.*

2. Pepo. C. *Foliis cordatis obtusis quinquelobis denticulatis asperis fructibus subrotundis oblongisve caule hispido cirrhis ramosis.*

Vulgo *Zucca.* Herba notissima ubique culta. Corolla crocea, intus lanuginosa fructus edules sed nisi juniores et tenerrimi sint ventriculo graves. Novissime varietatem vidi cujus caro optima et salubris et grata est etiam sicca Sapor ejus quodammodo accedit ad illum tuberum Solani tuberosi, atque vires ut illa reficit et alit. Ic. Fuchs. hist. 698 699. Lob. ic. 641. f. 1. 2. Dodon. pempt.

665. f. 2. 666. f. 1. Bah. hist. 2 221 f. 1. 218. f. 1. Moris hist. s. 1. t. 5. f. 4. 6. Tabern. ic. 472. f. 1. 2. Schubert l. c. t. 48. f. 9. Gaertn. fruct. t. 88. Lam. ill. t. 795. Desc. ant. t. 323. Wagner t. 57. 58. Ubique culta. Fl. æst.

bb. *Fructibus mollibus extus viridibus pulpa molli aquosa, rubra, dulci.*

3. Citrullus. C. *Pilosa foliis subglaucis tri-quinque partitis subtus asperis laciniis sinuato-pinnatifidis obtusis fructibus ellipticis laevibus stellato-maculatis caule prostrato repente cirrhifero floribus solitariis unibracteatis bractea oblonga.*

Var. *carne firmiuscula non aquosa* dicitur *pasteque.* — Cucumis Sering in Cand. prodr. 3. 301. Ic. Fuchs. hist. 700. Camer. epith. 297 Lob. ic. 640. f. 2. Dodon. pempt. 664. f. 1. 2. Dalech. lugd. 625. f. 1. Tabern. ic. 474, f. 2. Bah. hist. 2. 236. f. 1. Moris. s. 1. t. 6. f. 2. Blackw. t. 157. Rumph. amb. 5. t. 46. Desc. ant. t. 306. Culta in collib. prov. calid.: in agro *nic.* et *Liguria.* Fl. æst. Semina nigra vel rubra. Fructus utplurimum subglobosi.

## 354. CUCUMIS.

Herbæ annuæ caule hispido scandente cirrhoso, cirrhis simplicibus floribus luteis.

a. *Fructibus globosis vel ovalibus laevibus, vel reticulato-suberosis.*

1. Melo. C. *Foliis subcordatis indivisis sinuato denticulatis angulatis angulis rotundatis hispidis fructibus torulosis laevibus, vel reticulato suberosis caule prostrato.*

Var. pomis *laevibus* vel *costato-verrucosis,* vel *reticulato-suberosis,* etc., *carne flava,* vel *alba,* etc. Ic. Camer. epit. 296. Lob. ic. 639. f. 2. et 640 f. 1. Dodon. pempt. 663. f. 1. Dalech. lugd. 623. f. 1. 2. Tabern. ic. 468. f. 1. 2. et 469. f. 1. Bah. hist. 2. 252. f. 1. et 244, f. 1. 2. 3. Moris. s. 1. t. 6. f. 4. Blackw. t. 329. Sab. hor. rom. 1. t. 65. Wagner t. 13. 14. Jacq. mon. 1. 39. var. *viridis* Desc. ant. t. 321. Fructus aquosi teneri fragrantes suavissimi. Ubique cultus in hortis et agris locorum calidiorum.

aa. *Fructibus oblongis verruculoso asperis.*

2. sativus C. *Foliis basi subtruncato-cordata quinque angularibus angulis acutis inaequaliter dentatis hirsutiusculis fructibus oblongis verruculoso-asperis.*

Ic. Fuchs hist. 697. Camer. epith. 294. Lob. ic. 638. f. 2. Dodon. pempt. 662. f. 1. Dalech. lugd. 620. f. 1. Tabern. ic. 479. f. 1. Bah. hist. 2. 245. f. 1. Moris s. 1. t. 6. f. 6. Blackw. t. 4. Rheed hor. malab. 8. 6. Gaertn. fruct. t. 88. Lam. ill. t. 795. Fructus forma et colore admodum variant. Caro aquosa sapida sed ventriculo gravis, nec bona nisi in acetariis. Cultus ubique in hortis.

## 355. CERATONIA.

Siliqua. C. *Arbor mediocris procera superne ramosissima ramis capitatis caudice crasso foliis sempervirentibus alternis abrupte pinnatis 3-5jugis foliolis subsessilibus ovato-subrotundis glabris, crassis, firmis integerrimis floribus racemosis sessilibus rubris parvis racemis axillaribus siliquis maximis obscure rubris.*

Ic. Matth. com. 189. Lob. ic 2. t. 104. f. 1. Dodon. pempt. 787. f. 1. Dalech. lugd 112. f. 1. Tabern. ic. 1023. f. 1. Bah. hist. 1. 413. f. 1. Omnes plantam quidem exacte referunt sed folia perperam pinguntur impari pinnata. Bene pinxerunt Bah. l. c. f. 2. Camer. epit. 139. Blackw. t. 209. Knor. fl. 2. t. 5. 7. Zorn. ic. plant. med cent. 1. t. 59. Lam. ill. t. 859. Cavanil. ic. et descr. t. 113. Duham. arb. t. 262. Fasano in act. neap. 1787. t. 18. f. 2. Decand. mem. legum. 11. t. 23. f. 14. Hayne. arzng. 7. 36. Gaertn. fruct. t. 146. Andr. bot. repos. t. 567. Trattin. arch. t. 62. Gallesio pom. ital. 2. 1. 2. Nees dusseld. t. 339. Guimp. et Schl. t. 103. Pulpa fructus utplurimum nigra est, aliquando tamen albida. Fl. aut. In agro *nic.* Pulpa fructus dulcis est et palato non ingrata, alit, alvum mollit: tussis etiam et soda mitigantur atque leniuntur ea. Pabulum etiam equis, et mulis et asinis gratissimum et salubre.

## 356 ATRIPLEX.

a. *Fruticosa: foliis carnosis integris: floribus monoicis: testa seminis membranacea.* Halimus. Wallr. sched. crit. 117.

b. *Foliis deltoideis inordinatis albis raris: valvis fructus integris.*

1. Halimus. A. *Erectum incano-lepidotum foliis deltoidibus vel oblongo-lanceolatis obtusis basi attenuatis val-*

*vis fructus rhombeis integerrimis dorso subtuberculatis.*

Ic. Clus. hist. 1. 53. f. 1. Lob. ic. 393. f. 2. observ. 214. f. 2. Dodon. pempt. 771. f. 2. Bah. hist. 2. 2227. f. I. Duham. arbr. I. t. 32. Moris hist. s. 5. t. 32. f. 21. Sibt. fl. gr. t. 962. Viv. aeg. 2 Altitudo usque orgyalis. Flores parvi rubidi, racemosi, racemis terminalibus. Fl. æst. In litore maris circa *Niceam.*

bb. *Foliis ovali-oblongis oppositis petiolatis densis valvis fructus subtridentatis.*

2. PORTULACOIDES. A. *Erectum incano-lepidotum foliis obtusiusculis integerrimis inferioribus obovato-oblongis superioribus lineari-lanceolatis valvis fructus ovatis glabris subtridentatis perigoniis fructiferis sessilibus dorso muricatis.*

Obione Moquin, Tand. monogr. en. 75. Halimus Wallr. l. c. Ic. Matth. com. 440. Clus. hist. 1. 54. f. I. Lob. ic. 392. f. 1. observ, 213. f. 1. Dodon. pempt. 771. f. 1. Dalech lugd. 552. fig. 1. Pluk. alm. t. 16. f. 4. Petiv. h. br. t. 7. f. 7. Engl. bot. t. 261. Flor dan t. 1889. Guimp. holzgew. t. 209. Radix subrepens. Caules usque bipedales cæspitosi ascendentes ramosissimi. Flores glomerati flavidi spicati spicis terminalibus. Fl. æst. Habitat loca humentia et arenosa in litoribus maris circa *Niceam* a *Portu Gratine.*

aa. *Herbacea, annua.* ATRIPLEX.

b. *Valvis fructus subintegerrimis dorso laevibus: floribus poligamis: perigoniis femineis ad basim usque bipartitis semen verticale includentibus hermaphroditis tri-quinque partitis semen horizontale includentibus.*

3. HORTENSE, A. *Erectum glabrum foliis ovato-oblongis subsinuato-dentatis valvis fructus subsinuato-ovatis integerrimis membranaceis, reticulatis laevibus.*

Var. *tota sanguinea.* Tournef. inst. 505. Ic. Matth. com. 445. f. 1. Dalech. lugd. 535. f. 1. Fuchs. hist. 418. Camer. epit. 240. mala. Lob. ic. 253. f. 1. et 2. observ. 127. f. 1. Dodon pempt. 615. f. 1. Tabern. ic. 246. f. I. Bah. hist. 2. 970. f. 1. Blackw. t. 99. et 552. Moris hist. s. 5. l. 32. f. 13. Lam. ill. t. 853. f. I. Gaertn. fruct. t. 75. Schk. hand. t. 349. Nees gener. 4. 63. Sturm. deut. fl. 18. 79. Caulis tripedalis et ultra crassus. Folia subcarnosa glauca utplurimum cordato-triangularia. Panicula terminalis composita. Fl. æst. Patria ejus Græcia, Asia minor, etc. jam vulgare in hortis et ruderatis. Folia tenera comeduntur in jusculis.

bb. *Valvis fructus dentatis: floribus monoicis, femineis bipartitis.*

c. *Perigonio femineo maturitate herbaceo vel membranaceo foliolis basi tantum connatis.*

d. *Foliis glaucis, inferioribus lanceolato-hastatis dentatis: perigoniis fructiferis laevibus vel muricatis.*

4. PATULUM. A. *Erectum ramis patentibus foliis hastato-triangularibus superioribus hastato-lanceolatis, supremis lanceolatis acuminatis dentatis subtus argenteo-lepidotis valvis fructus ovato-lanceolatis dentatis dorsc muricatis.*

A angustifolia Smith brit. est var. *foliis integerrimis perigoniis seminibusque parvis.* A. virgata Hoffm. deut. fl. 2. 277. *Valvae aliquando laeves, caulis aliquando prostratus.* Schk. hand. t. 347. — A. latifolia Wahlemberg. fl. sv. 660. est var. *foliis latioribus perigoniis fructiferis triangularibus aliquando integerrimis.* A. patula Smith. brit. 1091. Engl. bot. t. 936. A. hastata Poll. pal. 659. et Schk. hand. t. 348. *foliis dentatis vel basi dente utrinque reverso subsagittato-triangulari.* A. microsperma W. et Kitaib. pl. hung. t. 250. A. ruderalis Wallr. sched. crit. 115. — Var. *salina-lepidoto-incana.* A. oppositifolia Cand. fr. 5. 271. A. Sakii Rost. et Schm. fl. sed. 401. t. 1. A. prostrata Bouch. fl. abb. 76. apud Cand. fr. 3. 387. A. laciniata Schk, hand. t 349. quæ varr. vivunt in litoribus maris *nic.* Ic. Petiv. h. br. t. 7. f. 1, et 2. et 5. Bah. hist. 2. 973 974. Chabr. sciagr. 306. f. 4. Curt. lond. fasc. 2. t. 68. Matth. com. 346. f. 1. Camer. epit. 243. Lob. ic. 257. f. 2. obs. 129. f 4. Dodon. pempt. 615. f. 2. Dalech. lugd. 536. f. 3. Moris s. 5. t. 32. f. 5. Lam. ill. t. 853. f. 3. Gaertn. fruct. t. 75. Nees. gener. 4. 63. Dietr. fl. bot. t. 526. Baxter. brit. bot. t. 356. Sturm. deut. fl. 18. 79. Fl. dan. t. 1285, Usteri. an. 5 5. Caulis usque tripedalis et ultra erectus vel procumbens. Folia mirum in modum variant subtus pulverulenta aliquando carnosa rubida. Racemi foliosi terminales et axillares. Semem subcochleatum punctulatum aliquando parvulum. Herba polymorpha, vulgaris in ruderatis, hortis, etc. præsertim locorum calidorum.

dd. *Foliis viridibus inferioribus triangulari-hastatis profunde sinuato-dentatis perigoniis fructiferis sinuato-dentatis dentibus acuminatis subulatis.*

5 HASTATUM. A. *Erectum viride foliis hastatis sinuato-dentatis superioribus hastato-lanceolatis supremis integerrimis valvis fructus cordato-triangularibus ad basim usque partitis dorso glabris nervoso-denticulatis dentibus elongatis subulatis.*

Ic. Moris s. 5. t. 32. f. 14. Reich. ic. 1. t 16. Mutel. fr. 57. Usteri an. 5. 6. Fl. dan t. 1286. et var. t. 1638. Svens. bot. t. 627. Sturm. deut. fl. 18. 79. Dietr. fl. bor. t. 525. Caulis erectus usque tripedalis angulatus ramosissimus ramis patulis imis humo stratis. Fl. æst. et aut. In litoribus maris *nic.* etiam in agro *nov.* in collium viis umbrosis.

cc. *Perigonio femineo maturitate a basi ad medium usque cartilagineo-indurato albidoque, foliolis ad medium usque connatis.*

d. *Foliis superioribus hastato-oblongis spicis nudis basi foliatis.*

6. LACINIATUM. A. *Ramis patentibus foliis deltoideis sinuato-dentatis subtus argenteo-lepidotis valvis fructus rhombeo-ovatis subtomentosis trinerviis denticulatis dorso cristatis seminibusque compressis subcochleatis tuberculatis.*

A. sinuata Hoffm. deut. fl. 2. 277. Ic. Matth. com. 347. f. 1. Dalech. lugd. 537. f. 1. Camer. epit. 244. Bah. hist. 2. 974. f. 1. Moris s. 5. t. 32. f. 17. Dodon. pempt. 615. f. 4. Lob. ic. 255. f. 1. obs. 128. f. 2. Petiv. h. br. t. 7 f. 3. Engl. bot. t. 165. Fl. dan. t. 1284. Svens bot. t. 626 Sturm. deut. fl. 18. 80. Caulis pedalis et ultra ramosissimus aliquando prostratus teres foliosus. Folia etiam superne argenteo-farinosa, sed minus. Fl. æst. In agro *nic.*

dd. *Foliis superioribus ovatis spicis interruptis foliosis.*

7. ROSEUM. A. *Albo-lepidotum ramis divaricatis foliis rhombeo-deltoideis sinuato dentatis floribus axillaribus glomeratis valvis fructus denticulatis dorso submuricatis.*

A. alba Scop. del. ins. 2. 46. A. verticillata Lagasc. gen. et spec. 12. Ic. Lam ill. t. 853. f. 2. Schk. hand. t. 350 Engl. bot. t. 2280. Sturm. deut. fl. 18. 80. Caulis erectus usque tripedalis ramosissimus ramis patulis. Fructus stellatim dispositi. Fl. æst. In agro *nic.* et *Liguria.*

### 357 RHAMNUS.

Arbusculæ vel frutices foliis simplicibus floribus axillaribus.

a. *Spinosae: flores quadrifidi: stamina 4: baccae nigrae: rami foliaque opposili.*

b. *Flores polygami: stylus 4-fidus: bacca 4-sperma.*

1. CATHARTICA. Rh. *Foliis subrotundo-ovatis crenulatis pubescentibus nervoso-venosis pedunculis subaggregatis unifloris petalis calyce brevioribus.*

R. hydriensis Hacq. pl. alp. carn. 9. t. 2. f. 2. Ic. Matth. com. 138. f. 2. Camer. epit. 82. Valer. Cord. 175. f. 2. Dalech lugd. 146. f. 1. Dodon. pempt. 750. f. 2. Lob. ic. 2. t. 181. f. 1. Tabern. ic. 1081. f. 1. Trag. hist. 979. Bah. hist. 1. pars. 1. 55. f. 1. Park. 243. f. 1. Bonann. panph. t. 74. Arduin. mem. 1. t. 13. Zannichel ist. t. 299. Lam. ill. t. 128. Svens. bot. t. 307. Fl. med. t. 248. Duham. arb. ed. nova. 3. t. 10. Engl. bot. t. 1629. Plenck. ic. t. 140. Flor. dan. t. 850. Rocq. phyt. t. 132. Blackw. t. 135. Woodw. med. bot. t. 210. Ann. des scienc. nat. 10. 15. Hartig 64 Schr. fl. mon. t. 304. Hayne 5. 43. Guimp. et Schl. 34. Nees dusseld. t. 358. Wagner 37. 38. Arbuscula aliquando procera usque 15 pedalis utplurimum tamen humilior erecta ramosa. Folia lurida petala luteo-virentia. Baccæ nigræ. Fl. vere. Vulgatissima in sylvis, sepibus, dumetis.

bb. *Flores monoici: stylus 2-3fidus.*

c. *Caule erecto.*

2. INFECTORIA. Rh. *Caule toto ramoso, ramisque reclinatis foliis ovatis lanceolatisque acuminatis glanduloso denticulatis supra viridibus subtus pallidis reticulato-venosis punctatisque pedunculis subaggregatis unifloris petalis calyce brevioribus.*

Rh. tinctorius W. et Kit. pl. hung. 3. 283. t. 255. Rh. lycium Scop. carn. 1. 163. Ic. Arduin. mem. t. 14. Clus. hist. 1. 111. n. 1. Bah. hist. 1. p. 2. 58. f. 1. Duham. l. c. 3. t. 11. Guimp. fr. holzgew. 99. Visian. dalm. 37. Caulis 2-4-pedalis petala luteola apice bidentata. Fl. vere exeunte. In montibus *Liguriae occiduae*: al *Ceriale.*

cc. *Caule prostrato ramosissimo.*

3. SAXATILIS. Rh. *Caule prostrato ramosissimo ramis divaricatis foliis oblongis basi cuneatis glanduloso-serrulatis glabris fasciculatis pedunculis subaggregatis unifloris petalis calyce brevioribus.*

Ic. Bah l. c. 59. Jacq. a. t. 53. Guimp. fr. holzgew. 98. Caulis bipedalis et ultra. Folia glauca Flores etiam polygami, tunc hermaphroditi apetali, vel dioici, tunc feminei apetali sunt. Fl. vere. In montanis.

aa. *Inermes: rami alterni.*
b. *Flores 5fidi: stamina 5.*
c. *Flores hermaphroditi: baccae primum rubrae demum nigrae: folia decidua: stylus indivisus.*

4. FRANGULA. Rh. *Foliis elliptico-oblongis acutis venosis integerrimis glabris caule erecto arborescente pedunculis fasciculatis axillaribus unifloris petalis calyce brevioribus.*

Ic. Matth. comm. 791. f. 1. Trag. 981. Camer. epit. 978. Lob. ic. 2. 175. f. 1. 2. Dalech. lugd. 200. f. 1. Tabern. ic. 1046. f. 2. Bah. hist. 1. 560. f 2. Zannich. ist. t. 4. Duham. l. c. 3. t. 15. Engl. bot. t. 250. Plenck. ic. t. 141. Fl. dan. t. 278. Schubert naturgesis der planz. t. 12. f. 8. Baxter. brit. bot. t. 219. Svens. bot. t. 109. Lam. ill. t. 128. Ann. sc. nat. 10. 13. Gaertn. fruct. t. 106. Schk. hand. t. 46. Guimp. holzgew. 14. Schrank fl. mon. t. 109 Hayne 5. 44. Nees dusseld. t. 359. Arbuscula usque 10-pedalis ramosissima cortice cinereo albo-punctato. Flores albi antheris atro-purpureis stigmate 3-4lobo puberulo. Fl. vere. Vulgatissima in sylvis sepibus, dumetis.

cc. *Flores dioici et polygami: baccae atro-rubentes: folia sempervirentia coriacea: stylus 3fidus.*

5. ALATERNUS. Rh. *Caule arborescente erecto ramoso foliis ellipticis cartilagineo-serratis pedunculis fasciculatis axillaribus floribus apetalis.*

Ic. Clus. hist. 1. 50. f. 1. 2. Lob. ic. 2. t. 134. f. 2. Dalech. lugd. 159. f. 1. 2. Tabern. ic. 1043. f. 1. et 1042. f. 2. Bah. hist. 1. pars. 2. 542. f. 1. 2. Duham. l. c. 3. 14. Dict. sc. nat. t. 270. Ann. scien. nat. 10. 13. Spach. suit. 15. Arbuscula usque 15pedalis plerumque tamen minor. Fl. vere. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria.* Var *fol. albo variegatis.*

bb. *Flores quadrifidi: stamina 4: stylus 3fidus.*
c. *Flores monoeci diclini: baccae coeruleo-nigrae.*

6. PUMILA. Rh. *Caule prostrato tortuoso ramoso foliis subrotundo-ovatis glanduloso-crenulatis glabris parallele venosis pedunculis aggregatis unifloris vel subracemosis petalis calyce brevioribus.*

Rh. rupestris Scop. carn. 1. 664. t. 5. Ic. Wulf. in Jacq. collect. 2. t. 10. Roem. fl. eur. fas. 10. Cav. ic. et descr. 2. t. 181. Fl. majo. In alpibus: *Cenisio, Sempronio*, etc.

cc. *Flores polygami vel dioici: baccae nigrae.*

7. ALPINA. Rh. *Arborescens erecta ramosa foliis elliptico-oblongis basi subcordatis glanduloso-crenulatis parallele venosis ramis angulatis pedunculis aggregatis axillaribus petalis apice bifidis calyce brevioribus.*

Ic. Hall. in com. gott. 1752. t. 16. Bah. l. c. 562. Duham. l. c. t. 13. Sturm. deut. fl. 13 51. Lod. bot. cab. t. 1077. Hartig. 65. Arbuscula usque 12 pedalis. Petala rubra. Fl. junio. In alpibus, etiam *Liguriae.*

Cortex Rhamni cathartici colorem luteum, et rubidum largitur. Baccæ colorem pulchre viridem. Eadem præstat Rh. infectoria. Baccæ et cortex secundus Rh. cathartici eximiam virtutem exserunt alvum laxandi. Quæ præsertim adhiberi debent in hydrope præcipue ascite, atque hydrothorace. Eadem faciunt cortex et baccæ Rh. Frangulæ cujus semina etiam urinam cient. Cortex ejus lanam imbuit colore croceo. Baccæ et folia viridi. Species perperam a medicis neglectæ.

## 358. CYNANCHUM.

Suffrutices vel herbæ perennes caule volubili foliis simplicibus oppositis ternisque pedunculis corymbosis axillaribus.

a. *Corona gynostegii simplici.*
b. 5 *fida: petalis albis.*

1. VINCETOXICUM. Pers. ench. 1. 274. C. *Erectum simplex superne volubile foliis cordato oblongis acuminatis ciliatis pedunculis corymbosis corollis glabris corona obtuse lobata.*

Asclepias Lin. sp. 314. Fl. dan. t. 849. Svens. bot. t. 249. Plenck. ic. t. 154.

Bull. herb. t. 51. Jacq. miscel. 1. t. 1. f. 5. Schk. hand. t. 5. Woodw. bot. med. t. 93. Nees dusseld. t. 207. Schrank fl. mon. t. 230. A. alba. Mill. dict. n. 1. ill. ic. t. 53. A. nigra. Savi pis. 1. 264. Vincetoxicum officinale Moench. meth. 317. V. vulgare R. et Sch. syst. — Var. *foliis elongatis* est C. medium Reich. exc. 419. C. acuminatum Moric. venet. 1. 128. Ic. Sab. hor. 1. t. 40. Brunsf. herb. 2. 36. Fuchs. hist. 129. Trag hist. 180. Matth. com. 544. Camer. epit. 559. Valer. Cord. hist. 128. f. 1. Lob. ic. 630. f. 1. observ. 356. f. 1. Dodon. pempt. 407. f. 1. purg. 251. Dalech. lugd 1144. f. 1. 2. Tabern. ic. 729. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 138. f. 1. Ger. hist. 898. Blackw. t. 96. Fl. med. t. 44. Zannichel. ist. t. 5. Ludw. ect. t. 25. Caulis usque tripedalis fistulosus cylindricus sublignosus articulatus. Folia brevi petiolata dura integerrima oris nervisque pubescentia subtus pallida. Cor. aliquando ochroleuca basi viridula vel carnea. Pedunculi axillares. Folliculi virentes altero utplurimum abortivo. Fl. vere et æst. Vulgare in sepibus locis saxosis præsertim apricis et montanis.

bb. 10*fida*: *cor. atro purpurea*.

2. NIGRUM. Pers. l. c. C. *Caule superne volubili foliis ovato oblongis ciliatis pedunculis cymosis corollis barbatis.* Asclepias nigra L. sp. 315. Jacq. misc. 1. 228. t. 1. f. 6. Gaertn. t. 117 Vincetoxicum nigrum Moench. l. c. Ic. Col. phyt. 411, Camer. epit. 560. Lob. ic. 630. f. 2. obs. 356. f. 2. Dalech. lugd. 1145. f. 1. Tabern. ic. 730. f. 1. Bah. hist. 2 140. f. 1. Similis priori. Rami bifariam pilosi. Corymbi foliis breviores. Fl. minores. Fl. vere et æst. In agro *nic.* et *unel.* locis editis, lapidosis, apricis.

aa. *Corona gynostegii duplici*: *cor. carnea.*

3. ACUTUM. C. *Caule volubili herbaceo foliis profunde cordatis cuspidatis inferioribus elongatis glabris laciniis corollae ovato-oblongis acutiusculis.* C. monspeliacum All. ped. 102. Martins reich. nach. vened. 2. t. 7. C. longifolium Ejusd. l c. t. 6. Ic. Clus. hist. 1. 125, 126. f. 1. Matth. com. 700. f. 1? Camer. epit 972. Lob ic 620. f 2. Tabern. ic. 878. f. 1. Bah. hist. 2. 136. f. 1. Cav. ic. 1. t. 60. C. monspeliacum Lin. sp. 310. est var. *foliis latioribus cordato subrotundis* quorsum pertinent icc. cit. — Ic. Jacq. l. c. f. 4. Lam. ill. t. 177. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 250. Schk. hand. t. 54. Planta lactescens acris alvum purgans, canibus venenata, vulpibus, lupis, etc. Caulis usque orgyalis. Fl. æst. In agro *nic.* Apocynon Dioscorid. (mat. med., lib. 4. cap. 81) et de quo Galenus (de facult. simplic. 6. 835) utrum ad hanc speciem sit referendum nec ne, vel ad Cyn. erectum Lin. plantam Syriæ et Græciæ indigenam (Marsdenia erecta Rob. Br. Pergularia erecta Spreng. syst. 1. 844) statuere non audeo. C. Vincetoxicum herba acris est et venenata. Pulvis foliorum ulceribus vetustis inspersus illa mundat et implet. Decoctum plurimum valet in morbo scrophuloso. In febribus malignis et pestilentialibus vires erigit, calorem suscitat, ac sudores pellit bono successu, quo fit ut etiam in retropulsis exanthematibus plurimum profuisse veteres adnotaverint. Menstrua etiam revocare (Tournefort. pl. de Paris. 1. 400). In hydrope magnum remedium esse præsertim si cum Scilla copuletur multi veteres scriptores consentiunt. Stirps itaque omnino digna quæ novis experimentis exploretur.

## 359. CRESSA.

CRETICA. Cr. *Herba cinerea hirsuta annua vel perennis aliquando suffrutex ramosissimus erectus vel prostratus ramis diffusis vix spithamea foliis ovato-lanceolatis integerrimis basi rotundatis alternis parvis sessilibus densis floribus capitatis terminalibus corollis parvis luteis calyce vix longioribus extus villosis capsula ovoidea submonosperma.*

Ic. Alpin. exotic. 156. Pluk. phyt. t. 43. f. 6. Lam. ill. t. 183. Sibt. fl. gr. t. 256. Fl. æst. In humentibus circa *Nicaeam.*

## 360. GENTIANA.

Herbæ amaræ annuae vel perennes foliis simplicibus oppositis radicalibus sæpe in orbem positis floribus verticillatis oppositis vel solitariis utplurimum coeruleis raro rubris, vel luteis, vel albis.

a. *Corolla nuda.*
b. *Quinquefida.*
c. *Campanulato-hipocrateriformi.*
d. *Radice annua*: *cor. coerulea.*

1. UTRICULOSA. G. *Glabra caule stricto simpliciusculo subtetragono erecto calycibus inflatis carinato-alatis late-*

*ralibus pedunculatis cernuis corollae laciniis lanceolatis acutiusculis antheris liberis foliis abbreviatis obtusis capsulis brevi rostratis seminibus oblongis subcymbaeformibus granulatis.*

Hippion utriculosum Schmidt. Roem. arch. 1. 11. Eriocoila utriculosa Borkaus. Roem. arch. I. 27. Ic. Barrel. ic. 48. et 132. f. 2. Columu. ecphr. 1 t. 221. Moris s. 12. t. 5. f. 6. Waldst. et Kitaib. hung. t. 206. Sturm. deut. fl. 8. 30. Caulis vix spithameus pauciflorus, floribus terminalibus cauli ramisque. Folia distantia margine scabra, rosula radicalis subtetragona. Cor. extus luteola vel rubida intus pulcherrime cœrulea. Anth. luteae liberae. Stylus elongatus bifidus, stigmata semiorbiculata. Capsula teres oblonga acuta. Fl. vere et æst. In pascnis humentibus montium editiorum et pratis subalpinis. In alpibus *di Grassoney*, *Chamouny* et *la Vanoise*: circa *Fenestrellas*: in monte *Cenisio*: in monte *S. Bernardi* et *Col des Cognes*: in valle *di Exilles* super montibus *les Cravasses*: in pratis subalpinis *di Ornavasso*, etc.

dd. *Radice perenni.*
e. *Corolla purpurea.*

2. PURPUREA. G. *Glabra foliis nervosis oblongis superioribus remotis lanceolatis acuminatis corollis striato-punctatis verticillatis verticillis subgeminis inferiore paucifloro calycibus membranaceis strictis unilateraliter fissis antheris coalitis laciniis corollinis ovatis obtusis capsulis calyce longioribus clavatis longe rostratis seminibus compressis subalatis*

Coelanthe Borckaus. in Roem. arch. 1. 25. Ic. Plenck. ic. t. 159. Fl. dan. t. 50. Camer. epit. 416. Reneaulm. spec. 65. Bah. hist. 3. 521. f. 1. Moris s. 12. t. 4. f. 3. Mem. d'hist. nat. 1. 5. Nees dusseld t. 201. Hayne 13. 31. Woodw. med bot t. 94. Andr. bot repos t. 117. Lodd. bot. cab. t. 593. Radix longa crassa intus lutea. Caulis cylindricus striatus humilis, aliquando tamen pedalis et ultra. Corolla aliquando sexfida intus lutescens aliquando tota alba vel extus rosea non raro unicolor impunctata Fl. æst. In summis alpium jugis: *Montblanc*, *Sylvio* et *Rosa*: *la Tournetta*: *Petit S. Bernard*: *Cenisio*. Ego vidi copiosam in pascuis alpinis supra *Graliam* quae optime iconi Plenckianae respondet. Usque bipedalis est. Corollæ magnae atro-rubrae intus punctatae. Caulis teres fistulosus. Herba speciosa. Radix apud nos officinalis. Amarissima.

ee. *Corolla lutea.*

3. MACROPHYLLA. Bertol. fl. ital. 3. 79. G. *Glabra glauca foliis nervosis inferioribus ellipticis acutis superioribus oblongo-lanceolatis verticillis multifloris calycibus membranaceis unilateraliter fissis corollis subsexfidis laciniis eroso-crenatis antheris coalitis demum solutis mucronatis capsulis calyce longioribus clavatis longe rostratis seminibus compressis subalatis.*

Huc trahit Bertol. G. punctatam Vill. delph. 2. 522. et G. Burseri 8. Cand. fr. 5. 426. — Mea sententia non differt a G purpurea nisi colore corollae, et punctata, et pannonica quæ omnes in unica specie confundi debent. Hanc legit Bertero circa *thermas Valderias* et ad Bertolonium misit.

4. PUNCTATA. G. *Glabra foliis nervosis oblongis acutis floribus verticillatis punctatis verticillo terminali multifloro calycibus disepalis membranaceis apice incrassatis corollae subsexfidae laciniis subrotundis antheris muticis cohaerentibus demum solutis capsulis clavatis calyce longioribus longe rostratis seminibus compressis subalatis.*

Var. *Corollis concoloribus* est G. campanulata Jacq. a. 5. ap. t. 29. Coelanthe punctata Don. gen. syst. gan. 4. 85. Dasystephana punctata Bork. l. c. 26. Pneumonanthe punctata et campanulata Schmidt in Roem. arch. 1. 9. Ic. Jacq. a. 5. ap. t. 28. Barrel. ic. 69. — Var. etiam *flore rubido.* Huc etiam videtur esse trahenda G. biloba Cand. fr. 3. 653. Ic. Jacq. obs. 39. Sturm. deut. fl. 13. 54. Hayn. 13. 29. Guimp. et Schl t. 285. Nees dusseld. t. 199. Radix longa crassa extus nigra intus lutea. Caulis pedalis et ultra. Calyx non raro fissus est unde accedit ad G. purpuream et pannonicam, quarum forte var. est. Cor. luteolae intus punctis violaceis innumeris inspersae. Fl. æst. Vulgaris in pratis et pascuis alpinis: monte *Cenisio*: *Assietta*: *di Ceresole*: circa *thermas Vinadii*: alpibus *Valdensium*: *di Vogogna*, *Luzzogno*, *Scopa*, etc.

eee. *Cor. luteo-rubida.*

5. PANNONICA Scop. carn. 1. 182. G. *Glabra foliis nervosis ovatis acutis floribus verticillatis punctatis subsexfidis cor. laciniis oblongo lanceolatis obtusis apiculatis, antheris muticis cohaeren-*

*tibus demum liberis capsulis clavatis calyce longioribus longe rostratis seminibus compressis subalatis.*

G. punctata Jacq. obs. 2. 17. t. 39? Coelanthe Don. l. c. G. purpurea Vill. delph. 2. 525. Schkr. bayer. fl. I. 509. G. semibifida Hoffmann segg. in Reich. excurs. 428. Pneumonanthe pannonica Schmidt l. c. Ic. Clus. hist. 1. 312. f. 1. pannon. 278. Barrel. ic. 64. Jacq. obs. 17. t. 39. Ejusd. a. t. 136. Sturm. deut. fl. 13. 54. Wagner 8. Nees dusseld. t. 200. Hayn. 13. 39. Ceterum similis G. punctatae cujus probabili conjectura var. est. Aliquando cor. concolores vel albae. Caules foliacei non spathacei. Verum hic character perpetuo non constat. Ex Froelich gent. 21. Calyx coriaceus est et ex W. sp. 1. 1333. non differt a punctata nisi *laciniis corollae subrotundo-ovatis obtusis nec ovatis acutiusculis*. Fl. æst. In *Sabaudia* in alpibus *di Chamouny* et *Pralugnan* supra *Moutiers*.

eeee. *Corolla albido-coerulea.*

6. ASCLEPIADEA, G. *Glabra foliis nervosis oblongo lanceolatis subamplexicaulibus floribus axillaribus geminis sessilibus oppositis calycis truncati fissi dentibus angustissimis corolla tubulosa turbinato-campanulata quinquefida antheris cohaerentibus capsula elongata clavata seminibus subalatis radice tuberoso-nodosa.*

Coelanthe Don. l. c. Dasystephana Borkaus. l. c. Pneumonanthe Asclepiadea, et G. plicata Schm. l. c. est var. uniflora Roem. arch. 1. 13. t. 1. f. 1. Ic. Clus. hist. 1. 312. f. 2. Ejusd. pan. 281. Tabern. ic. 726. f. 2. Bah. hist. 3. 523. f. 1. Barrel. ic. 70. Jacq. a. t. 318. Lam. ill. t. 209. f. 3. Bot. magaz. t 1078. Savi mat. med. t. 40. Renealm. bot. t. 68. f. 1. Knor. del. E. 4. Sturm deut. fl. 13. 54. Dietr. fl. bot. t. 347. Caules simplices caespitosi ancipites usque bipedales. Folia cruciatim posita, intermedia longiora aliquando margine scabra. Flores majusculi aliquando pulchre coerulei. Fl. æst. In pratis et pascuis summarum alpium: *Valdensium*: *Cenisii* circa lacum: in valle *di Viù* prope *Margon* et *Gros Caval*: in monte *Vesulo* prope *Crissolo*: in vallibus *di Macugnaga*, *d'Antrona* et *della Strona* prope *il Forno*: in agro *nov.*: in valle *Maurianensi*, in *Sabaudia*, in montib. vallis *Sezzera*, agri *bug.* etc.

eeeee. *Cor. coerulea.*

f. *Hypocrateriformi.*

7. BAVARICA. G. *Glabra caulibus caespitosis prostratis ascendentibus unifloris foliis radicalibus imbricatis subrotundo-spathulatis caulinis ovatis majoribus obtusis calycibus sessilibus angulatis corollae quinquefidae laciniis oblongis obtusis antheris liberis capsula oblonga longissime rostrata basi angustata seminibus cimbaeformibus scabris, radice repente.*

G. prostrata Haenk. Jacq. coll. 2. 66. t. 17. f. 2? G. serpillifolia Lam. enc. 2. 640. Omnino hujus loci. Hippion bavaricum Schm. both. 2. 120. Ericoila bavarica Borkaus. l. c. 6. — Var. *foliis rotundatis* est G. rotundifolia Hoppe. Var. *cor. crenatis* qualem pingit Barrel. ic. 101. f. 1. 2. Roem. arch. 1. t. 3. f. 7. et G. tergloviensis Jacq. carn. t. 2. f. 5. fide Reich. Hippion pusillum Schm. l. c. 10. Ericoila imbricata Don. l. c. 4. 190 quae est G. imbricata Froelich. gent. 74. Ic. Camerar. hort. t. 15. f. 1. 2. Roem. arch. 1. t. 5. f. 12. Fl. dan. t. 317. Lodd. bot. cab. t. 1256. Sturm. deut. fl. 11. 41. Fl. des serres t. 651. Herba pusilla vix palmaris. Cor. aliquando rubida inter lacinias dens est utplurimum bifidus. Fl. vere et æst. In summis alpium jugis: *S. Bernardi*: *Cenisii*: *Rosa*: *Turlo*: *Moro*, etc.

ff. *Turbinato-campaniformi magna longa solitaria terminali.*

8. ACAULIS. G. *Caule prostrato vel ascendente unifloro abbreviato foliis radicalibus rosulatis ovatis oblongisve nitidis subcoriaceis margine scabris superioribus lanceolatis acutis cor. majusculae quinquefidae laciniis lanceolatis acutis antheris coalitis capsula basi attenuata elongata longisssime rostrata seminibus apteris longitudinaliter rugosis punctato-scabris.*

Var. *foliis angustis lanceolatis* est G. angustifolia Vill. delph. 2. 520. Pneumonanthe acaulis Sch. l. c. 10. — *Foliis obovatis obtusis mollibus* G. alpina Vill. l. c. t. 10. Hippion alpinum Sch. l. c. 11. Ericoila alpina Don. l. c. 4. 189. Var. procerior est. G. caulescens Lam. Ic. Clus. hist. 1. 314. f. 1. pann. 285. Reneaulm. spec. 60. Dalech. lugd. 828. f. 2. Bah. hist. 3. 523. f. 2. Lob. ic. 310. f. 1. Barrel. ic. 105, 106, 110, 117. Jacq. a. t. 135. Boccon. mus. 2. t 6. Sab. hor. rom. 1. t 14. Engl. bot. t. 1594. Gaertn.

fruct. t. 114. Sturm. deut. fl. 1. 4. Bot. mag. t. 52. Herb. de l'amat t. 155. Herba vix palmaris, aliquando procerior. Flos magnus pulchre coeruleus caulem utplurimum superat. Dens est inter lacinias corollae intus punctatae simplex vel bifidus. Fl. primo vere. Vulgatissima in pratis, et dumetis subalpinis. Apud nos vocatur *Cucca*.

cc. *Corolla rotata lutea: rad. perenni.*

9. LUTEA. G. *Glabra caule elato erecto simplici fistuloso tereti foliis ovatis floribus pedunculatis verticillatis calycibus spathaceis subcoloratis unilateraliter fissis corollis rotatis antheris liberis stylis nullis capsula calycem excedente oblongo-clavata longe rostrata rostris demum diductis recurvis seminibus compressis alatis.*

Var. *calycibus integris et floribus rubidis.* Ic. Fuchs. hist. 200 Matth. com. 445. t. I. Durant. herb. 202. Trag. hist. 174. Valer. Cord. hist. 131. f. 2. Camer. epit. 415. Clus. hist. 1. 311. f. 1. Lob. ic. 308. f. 2. obs. 165. f. 2. Dodon. pempt. 342. f. 1. purg 69. Herb. belg. 336. Dalech. lugd. 2. 1258 f. 1. Bah. hist. 3. 520. f. 1. Moris s. 12. t. 4. f. 1 Barrel. ic. 63. Mill. ill. t. 139. Lam. ill. t. 109. f. 1. Sab. hor. rom 1. t. 13. Plenck. ic. t. 156. Albert. fl. med. t. 287. Fl. med. t. 181. Schubert. l. c. t. 13. f. 10. Hayn. 13. 28. Wagner t. 136. Nees dusseld. t. 198. Guimp. et Schl. t. 242. Dict. sc. nat. t. 55. Woodw. bot. med t. 75. Mem d'hist. nat. 1. 5. Radix crassa longa extus fusca intus lutea. Caulis usque bipedalis. Cor. aliquando intus rubro-punctata Fl. æst. In pratis et pascuis lapidosis summarum alpium

bb. *Cor. subdecemfida laciniis alternis minoribus.*

c. *Hipocrateriformi.*

d. *Radice annua.*

10. NIVALIS. G. *Glabra caule ramoso folioso foliis obtusis obovatis rosulatis caulinis oppositis oblongo lanceolatis floribus solitariis terminalibus subsessilibus calycibus nigro-carinatis corollae laciniis lanceolatis acutis antheris liberis capsula oblongo-cylindrica acuta brevi rostrata seminibus apteris scabris subcymbaeformibus parvis.*

Var. *caule simplici* quae est G. humilis Rochel. banat. 61. t. 47. G. minima Vill. delph. 2. 522. G. aquatica Reich. excurs. 425. Hippion nivale Schm. l. c. 11. t. 3. f. 6. Ericoila nivalis Borchk. l. c. 27. Ic. Clus. hist. 1. 316. f. 1. Ejusd. pann. 291. Tabern. ic. 728. f. 1. Bah. hist. 3. 527. fig. 2. Major. Lob. ic. 310. f. 3. Ejusd advers. 131. f. 1. Barrel. ic. 103. f. 1, 2, 3 et 509 f. 2. Hall. helv. t. 17. f. 5. Fl. dan. t. 17. Engl. bot. 896. Svens bot. t. 725. Sturm. deut. fl. 6. 22. Herba 1-3pollicaris erecta. Cor. coeruleae. Fl. æst. In summis alpium jugis locis lapidosis declivibus et graminosis: in monte *Cenisio*: in alpibus maritimis: in *Mont Blanc*, etc.

dd. *Radice perenni repente.*

11. VERNA. G. *Glabra caulibus caespitosis simplicibus prostratis foliis ovato-lanceolatis acutis imis majoribus rosulatis floribus terminalibus solitariis antheris liberis capsula oblonga longissime rostrata basi attenuata seminibus scabris apteris subcymbaeformibus.*

Var. *foliis linearibus* quae est G. pumila Jacq. obs. 2. 29. t. 49. Ejusd. a. t. 302. Barrel. ic. 109. f. 2. Hippion pumilum Schm. l. c. Ericoila pumila Borck. l. c. 27. — G. bavarica Jacq. obs. 3. 19. t. 71. G. angulosa. Reich. ic. t. 129. f. 446, 447 et t. 827. f. 1116-1118. G. brachyphylla Vill. delph. 2. 528. est var. *foliis ovato-triangularibus subcarnosis minimis margine scabris.* — G. alata Griseb. gent. 263. var. *calycibus carinato-alatis.* — G. elongata Haenk in Jacq. collect. I. t. 17. f. 2. Hippion vernum, H. aestivum, H. elongatum. Schm. l. c. 10, 11. forte cum G. bavarica confundenda est. Ic. Clus. hist. 1 315. f. 1. Ejusd. pann. 247. var. *pumila.* Dalech. lugd. 829. f. 1. Bah. hist. 3. 527. f. 3. Moris Ic. 109. f. 1. Lob. ic. 310. f. 2. obs. 167. f. 1. Tabern. ic. 728. f. 2. Moris s. 12. t. 5. f. 13. Hacquet. pl. carn. t. 2. f. 3. Jacq. obs. 3. t. 1 Engl. bot. t. 493. Bot. magaz. t. 491. Roem. fl. eur. fas. 6. Reich. ic. t. 129. f. 249. et t. 820. fig. 1115. Schub. l. c. t. 13. Sturm. deut. flor. 10. 40. Lodd bot. cab. t. 62. Herb. de l'amat. I. 2. Dietr. flor bor. t. 505. Caules humillimi aliquando vix pal. mares. Flores coerulei, laciniae cor. margine non raro dentatae, quod refert ic. 2. t. 109. Barrel. Fl. æst. Vulgaris in pascuis graminosis et saxosis herbidis summarum alpium.

cc. *Cor. turbinato-campanulata.*

12. PNEUMONANTHE. G. *Glabra caule erecto simplici foliis oppositis subconnatis lineari-lanceolatis floribus solitariis terminalibus axillaribusque corollis turbinato-campanulatis antheris*

*coalitis capsulis oblongo-clavatis brevi rostratis seminibus subalatis.*

Var. *caule basi ramoso humili.* — G. linearifolia Lam. fr. 2. 298. Pneumonanthe vulgaris Schm. l. c. 10. Ciminalis Pneumonanthe Bork. l. c. 26. Ic. Clus. hist. 1. 313. f. 2. Matth. comm 446. Mala. Camer. epit. 418. Valerian. Cord. hist. 162. Dalech. lugd. 824. f. 3. Lob. ic. 309. f. 2. Ejusd. observ. 166. f. 2. Dodon pempt. 168. f. 2. Tabern. ic. 787. f. 2. Reneaulm. spec. t 68. f. 4. Bah. hist. 3. 524. f. 1. Moris s. 12. t. 5. f. 12. Barrel. ic. t. 51. f. 1, 2. 52. f. 1, 2. et 122. f. 1. Flor. dan. t. 269. Lam. ill. t. 109. f. 2. Plenck ic. t. 160. Engl. bot. t. 20. Bot. mag. t. 1101. Schub. l. c t. 13. f. 9. Svens bot. 651. Dreves. 3. 79. Sturm. deut. fl. 8. 80. Plee. typ. 40. Dietr. fl. bor. t. 73. Baxter brit. bot t. 185. — Var. Boiss. esp. t. 121. — Bot. mag. t 1101. Herba perennis humilis aliquando tamen usque pedalis. Cor. pulcherrime coeruleae. Fl. æst. exeunte. Habitat arva macilenta humida, et rubricosa. Vulgatissima apud nos in ericetis di *Benna*, *Gaglianico*, *Sandigliano*, *Castellengo*, *Mott'alciata*, *Verrone*, etc.

bbb. *Corolla quadrifida.*
c. *Tubuloso-campanulata, laciniis integris, radice perenni.*

13. CRUCIATA. G. *Glabra caule basi attenuato subancipiti foliis decussatis oblongo-lanceolatis trinerviis floribus sessilibus terminalibus verticillatis corollis tubuloso-campanulatis limbo patente antheris liberis capsulis oblongis brevi rostratis seminibus apteris.*

Hippion Schm. l. c. 16. Ericoila Bork. l. c. 27. Tetrorrhiza Ren. 73. ic. Ic. Fuchs. hist. 420. Matth. comm. 445. f. 2. Trag. hist. 254. Camer. epit. 417. Clus. hist. 1. 313. f. 1. Ejusd. pannon. 283 Dalech. lug. 1259. f. 1, 2. Tabern. ic. 727. f. 2. Bah. hist. 3. 522. f. 1. Lob. ic. 309. f. 1. Ejusd obs. 166. f. 1. Dodon. pempt. 343 f. 1. purg. 71. Moris s. 12. t. 5. f. 16. Barrel. ic. 65, 66. Jacq. a t. 372. Spach suit 145. Caulis humilis aliquando tamen pedalis simpliciusculus. Flores pallide coerulei. Corollae tubus clavatus. Dens 2-3fidus vel emarginatus inter lacinias corollae qui subinde deest. Fl. æst. In collibus, et pratis subalpinis: in collibus *Cinzani*, *Montisferrati*: agri *astens.*, *taurin.*, *segus.*, etc., aliquando tamen ascendit ad prata alpina ut in valle *di Vegezzo* et *del Margozzo* in agro *nov.*

cc. *Corollae hypocrateriformis laciniis fimbriatis, radice annua.*

14. CILIATA. G. *Glabra caule erecto simpliciusculo tetragono foliis lineari-lanceolatis corollae laciniis oblongis fimbriato-ciliatis antheris liberis capsulis oblongis suberostratis seminibus apteris laevibus subulatis.*

Hippion ciliatum et dentosum Schm. l. c. 11. Crossopetalum gentianoides Roth. germ. 1. 515. Gentianella ciliata Borkaus. l. c. 29. Ic Column. ecphr. I. t. 221. f. 1. Moris s. 12. t. 5. f. 10. Barrel. ic. 97. f. 1. et 121. Jacq. a. t 113. Sturm. deut. fl. heft. 23. t. 4. Pallas fl. ros. t. 92. Bot. mag. t. 646, Dietr. flor. bor. t. 64?. Caulis humilis raro spithameus. Cor. coerulea tubo crasso. Fl. æst. In pascuis lapidosis, et pratis alpinis: in monte *Cenisio*: in montibus *S. Bernardi*: in alpibus *di Usima* et *di Ussey*, supra *Margon*, supra *Condove* in agro *segus.*

aa. *Cor. fauce barbata: radice annua.*
b. *Cor. quadrifida hypocrateriformi:*
c. *Calycis laciniis basi strumosis, floribus longissime pedunculatis.*

15. GLACIALIS. Vill. delph. 2. 532. G. *Glabra caule filiformi erecto basi ramoso floribus longissime pedunculatis foliis radicalibus rosulatis obovatis spathulatisque caulinis oppositis oblongo-lanceolatis basi subconnatis reticulato-venosis corollis fauce constrictis antheris liberis capsulis oblongo-cilindricis brevi rostratis rostris demum diductis apice recurvatis seminibus ovatis punctulatis subcymbaeformibus*

G. tenella Fries. act. hafn. 10. 436. t. 2. f. 6. a. 1770. Fl. dan. t. 318. G. nana Wulff. in Jacq. misc. 1. 161. t. 18. f. 3. Hippion nanum Schm. l. c. 1. t. 4. f. 10 Erythalia nana Bork. l. c. 28. - G. Koenigii. Gun. norv. 288. G. campestris 6. Lin. syst. 269. G. dichotoma Pall. ross. 2. 146. Gmel. sibir. 4. t. 51. f. B. G. tetragona Roth. germ. 2. 290. G. borealis Bung. l. c. 251. t. 10 f. 2. G. tristriata, G. pulmonaria, G. falcata Turczan. in flora 1834. Beibl. 1. 19. etc. Hippion tenellum, H. dichotomum, H. longe pedunculatum Schm. l. c. Erythalia glacialis, E. dichotoma. Don. Gard. dict. n. 184. sq. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 54. Svens bot. t. 726. Herba humillima 1-3 pollicaris. Fl. æst. In summis alpium jugis: in monte *Rosa*, *Turlo*, *Cenisio*: in montibus *Sabaudiae*, etc.

cc. *Floribus brevipedunculatis, calycis laciniis basi laevibus.*

16. CAMPESTRIS. G. *Glabra caule erecto ramoso tetragono foliis radicali-*

*bus rosulatis spathulatis caulinis oppositis lanceolato--linearibus floribus subsessilibus terminalibus aggregatis laciniis calycis inaequalibus alternis ovatis majoribus antheris liberis capsulis oblongo-cylindricis basi attenuatis longe rostratis seminibus grandiusculis subglobosis laevibus luteolis.*

Erythalia Bork. l. c. 28. Hippion auriculatum Ejusd G. Columnae Tenor. neap. 3 248. t. 220. f. 1. Ic. Column. ecphr. I. t. 221. Moris s. I2. t. 5. f. 9. Barrel. ic. 97. fig. 2. Fl. dan. t. 367. Boccon. mus. t. 101. Engl. bot. t.237 Svens. bot. t. 278. Engelmann. anth. 4. Caulis humilis raro spithameus. Cor. pallide coeruleae raro albidae. Fl. æst. In pascuis lapidosis summarum alpium

bb. *Cor. quinquefida.*

17. AMARELLA. G. *Glabra caule ramoso tetragono erecto foliis radicalibus rosulatis spathulatis caulinis ovato-lanceolatis laciniis calycinis subaequalibus floribus terminalibus aggregatis subsessilibus antheris liberis capsulis oblongo-cylindricis basi attenuatis longe rostratis seminibus laevibus luteolis subglobosis.*

Mihi non videtur differre a G. campestri nisi *corollis quinquefidis* quod forte non perpetuum est. Atque ego legi exemplaria quae cor. quadrifidas, et quinquefidas ferebant. Color etiam valde mutabilis primum pallide coeruleus dein pallide violaceus, demum albidus, atque in uno exemplari haec omnia simul occurrunt. Calycis etiam laciniae paulo inaequales, alternis minoribus. Unde nullus dubito has duas species esse confundendas in unicam Stirps mire ludibunda. Huc G campestris Re fl. segus. 24. G. axillaris Reich. ic. t. 130 f. 250. G. germanica W. sp. l. 1346. G. uliginosa W. Reich. ic. t. 58. f. 118, 119. G. obtusifolia W. l. c. Reich. l. c. t. 129. f. 248. etc. etc. Ic. Bah. hist. 3. 526. f.1. Mala Renealm. sp. 71. Barrel. ic. 102, 103. f. 1. 104 et 510. f. 2. Zannich. ist. t. 58. f. 1. t. 45, f. 1. Engl. bot. t. 236. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 32. Fl. dan. t. 238. Plenk. ic. t. 158. Sturm. deut. fl. 6, 23. Dietr. fl. bor. t. 506. Caulis plerumque humilis vix spithameus aliquando tamen in pinguibus usque pedalis. Fl pallide coerulei, vel pallide violacei, vel albidi, vel rubidi, vel flavidi. Pedunculi 1-2flori simplices tetragoni. Cor. prae plantula majusculae fauce clausa pilis rubris erectis. Stamina inclusa, styli breves usque ad basim divisi. Ceterum similis campestri. Fl. æst, Vulgatissima in pratis et pascuis alpinis. Quibusdam locis adeo abundat ut vaccae lac largiantur omnino amarum.

Omnes Gentianae amarae sunt sed officinales prae aliis sunt G. Asclepiadea, G. lutea, G. purpurea et G. Amarella. Tonicae sunt. et vires praesertim erigunt viscerum sanguini parando dicatorum, unde optime adhibentur in febribus intermittentibus et quae inde sequuntur cachexiis, hydrope praesertim, viscerum abdominalium infirmitate, hepatis ac lienis obstructionibus. In febribus mucosis quae a virium infirmitate sunt, et helminthiasi optimum remedium Gentiana est; nam et muci generationem impedit, vermes inde interficit, et concotionem juvando vires firmat et erigit: in febribus putridis Cortici Peruviano fere suppar est cum experimento Pringlii putredinem a carnibus diu abegerit. Usu ejus visceribus podagra labefactatis subveniri extra omnem dubitationem positum est unde podagrae paroxismi arcentur vel valde leniuntur. Etiam in morbo scrophuloso Gentianam profuisse forte cum constitutio aegri mollis et torpida est probatur testimonio Plenckii summi viri (Mat. chir. 276). Calculosis valde prodesse probatnr testimonlo Linnaei (am. ac. 2. 159. 161). Mirabile est Gentianam certum remedium sistere contra venenum atrocis serpentis apud nos frequentis et mortem certam homini morsu suo inferentis Viperae nempe Redi, Laurenti (Syn. reptil. Wien 1768, 99), qui pluribus experimentis ingeniose institutis probavit neque ammonio, neque vino, neque aliis calidis remediis vitam hominis hoc serpente demorsi servari posse, verum Gentiana et Mercurio gummoso (Laurenti, specimen medicum exhibens synopsim reptilium emendatam, etc. 100 et 198-214). Quae omnia perperam medici plerique ignorant ac negligunt. — Menstrua revocat, et fluorem album mulierum sanat si a cachexia, et virium infirmitate sunt, quod utplurimum accidit. Ulcera sordida mundat, et purgat, implet, et sanat. Optime decocto ejus vinoso cum Asafoetida abluuntur ulcera sordida et gangrenosa praesertim illa quae a diuturno decubitu fiunt. Ulcera sordida, angusta et callosa fistulas, etc. radix diducit et mundificat. Tinctura ejus optima in scrophula si Natro vel Kali carbonico jungatur. Caveat tamen medicus ab usu Gentianae si vires non infirmatae sed oppressae sunt, si colluvies biliosa exundat, et si aeger mor-

bis nervosis, atque laborat teneritudine fibrae. Ceterum Gentiana eadem praestat quae Quassia amara, ac Menyantes trifoliata. Ego valdopere commendo in podagra et calculo si vires infirmae et morbus diuturnus in cachexiam abivit: tunc omnino meretur encomia quae illi a summis viris Boehrahavio, atque Hallero in podagra largita sunt. Medici homiopathici Gentianam adhibent in abdominis doloribus, atque in flatibus quae sursum ac deorsum expelluntur. Magnum et vere heroicum remedium est.

### 361. SWERTIA.

PERENNIS. Sw. *Herba perennis glabra caule pedali et ultra tetragono erecto superne ramoso ramis strictis diphyllis trifloris foliis radicalibus ovatis utrinque attenuatis nervoso-venosis caulinis oblongis pedunculis tetragonis strictis unifloris laciniis calycinis lanceolatis acuminatis, corollae lanceolatis acutis nervosis calyce longioribus nectariis ciliatis ciliis conniventibus antheris fusco-coeruleis capsula oblonga utrinque attenuata brevissime birostrata seminibus parvis compressis alatis.*

Gentiana palustris All. ped. 1. 100. Sw. grandiflora Reich. ic. fig. 1130 est var. *caule cylindrico, foliis concavis longitudinaliter subplicatis corollis majoribus.* Ic. Clus. hist. I. 316. f. 2. Tabern. ic. 727 f. I. Bab. hist 3. 524. f. 2. Sck. hand. t. 58. Reich. ic t. 1129. Barrel. ic. t. 91. Jacq. a. t. 243. Lam. ill. t. 109. Gesn. tab, lign. 9. f. 79, Fl. dan. t. 2047. Engl. bot. t. 1441. Gærtn. fruct. t. 114. Nees gener. 10. 10. Dietr. flor. bor. t. 577. Baxter brit. bot. t. 498. Cor. cœrulea aliquando punctata utplurimum quinquepartita non raro tamen 4-8 partita. Fl. æst. Amat prata et pascua humentia atque spongiosa summarum alpium: in monte *Cenisio* in pratis prope lacum, et *della Ramassa*: in spongiosis circa lacum *della Maddalena* in extrema valle *Vinadii* supra *Ormea*, etc. Stirps rara.

### 362. CUSCUTA.

Herbae annuae aphyllae parasiticae phytocidae glabrae caulibus filiformibus volubilibus alterne ramosis floribus glomeratis fasciculatis bracteolatis carnosiusculis lateralibus corollis quadrifidis.

a. *Corolla intus nuda.*

1. EUROPÆA. C. *Caule ramosissimo floribus glomeratis subquinquefidis in anthesi patulis brevissime pedunculatis.*

Ic. Fuchs. hist. 348. Matth. comm. 795. Camer. epit. 984. Trag. hist. 810. Dodon. pempt. 554. f. 1. Ejusd. frum. 186. Dalech. lugd. 1683. f. I. Tabern. ic. 901. f. I. Lob. ic. 427. f. 2. observ. 233. f. 1. Ger. hist. 577. Blackw. t. 554. Bah. hist. 3. 266. f. I. Gaertn. fruct. t. 62. Lam. ill. t. 88. Fl. dan. 199. Zannich. ist. t. 138. Plenck ic. t. 70. Albert. fl. med. t. 197. Engl. bot. t. 378. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 31. Fl. med. t. 144. Schk. hand. t. 27. Sturm. deuts. fl. hef. 10. t. 12. Hook. lond. t. 67. Reich. ic. f. 690. Mutel. fl. fr. t. 36. f. 282. Schub. l. c. t. 8. f. 8. Svens. bot. t. 352. Baxter brit. bot. t. 18. dict. sc. nat. t. 49. Nees gener. 5. 65. Radix parva cito evanida. Caules in aprico rubidi. Flores hyalini carnei in umbrosis albi. Styli divaricati. Stigmata acuta. Stamina fauce inserta laciniis alterna. Capsula globosa pellucida prope basim circumscissa. Semina erecta obovata. Fl. æst. Vulgaris parasitica super Trifolia et Medicagines, etc. — Planta parasitica acotyledonea: dehiscente semine absque cotyledonibus extendit spirale corpusculum, nec terram petit radicando sed absque omni radice contra solem volubilis ascendit plantas easque emissis vasis exhaurit, nec folia gerit præter squamam hinc inde minimam membranaceam arctam sub ramo: nec viret. Lin.

aa. *Corolla intus squamata.*
b. *Corollis quadrifidis.*

2. EPITHYMUM. Murr. syst. veget. ed. 13. 140. C. *Caule tenui parce ramoso floribus quadrifidis glomeratis sessilibus, squamis convergentibus clausis.*

C. minor Cand. fr. 3. 644. C. europæa Svens. bot. t. 352. Ic. Matth. com. 793. Fl. dan. t. 427. Reich. ic. t. 499. fig. 692. Plenk ic. t. 71. Lam. ill. t. 88. Engl. bot. t. 378. Mutel. fl. fr. t. 36. f. 283 Dict. des scienc. nat. t. 49. Præcedente multo minor. Calyx ruber. Corolla alba. Stamina 4. Habitat loca calida aprica collina et lapidosa et vivit præ primis super labiatas, etiam leguminosas, aliasque. Ego legi in lapidosis circa *Eporediam* viventem super Phleum pratense. Fl. æst.

*Corollis quinquefidis.*

3. POLYGONORUM. Engelsman. apud Bertol. fl. ital. 7. 624. C. *Floribus pedicellatis virentibus corollis profunde quinquefidis campanulatis laciniis ovatis patentibus tubo longioribus cristis hypostamineis bifidis margine fimbriatis stigmatibus capitatis capsula globosa corolla longiore.*

Calyx virens. Corolla pallide virens. Capsula corolla duplo longior sub lente minutissime foveolata. Fl. æst. Hæret Polygonis præsertim Hydropiperi, vel Persicariæ. In agro *nov.* et *vercel.*

363. VELEZIA.

RIGIDA. V. *Herba annua caule duro ramosissimo vix spithameo foliis subulatis connatis pilosis integerrimis floribus sessilibus axillaribus solitariis calycibus filiformibus pubescentibus corollis roseis petalis bifidis minimis basi purpureo-lanulatis.*

Ic. Boccon. mus. t. 43. Buxbaum cent. 2. t. 47. Barrel. ic. t. 1017. 1018. Lam. ill. t. 186. Sibt. fl. gr t. 390. Fl. vere. In agro *nic.* locis incultis et ad margines agrorum.

**UMBELLIFERAE.**

364. ERYNGIUM.

Herbæ perennes glabræ rigidæ foliis dentato-spinosis involucris spinosis umbellis globosis vel oblongis.

a. *Foliis radicalibus integris subcordatis.*

1. ALPINUM. E. *Laete virens caule erecto paucifloro superne colorato foliis inferioribus cordato-ovatis petiolatis inciso serratis superioribus ternatis amplexicaulibus involucrique foliolis pinnatifidis capitula oblonga superantibus inaequaliter argute dentato-setosis paleis integris.*

E. rigidum Lam. enc. 4. 752, var. *foliis rigidis*. Rich. de Bellev. ic. 205. E. spina alba. Vill. delph. 2. 660 t. 15. bis. Var. *involucri foliolis rigidissimis* La Roch. eryng. t. 3. Trattin. tab. t. 210. apud *Nicaeam alla Briga*. E. oliverianum e Persia allatum est var. *involucri foliolis 12 rigidis linearibus dentato spinosis* La Roch. ering. t. 12. Tratt. tab. t. 770. Ic. Bah. hist. 3. 88. Moris s. 7. t. 35. f. 10. Jacq. ic. rar. 1. t. 55. Botan. magaz. t. 922. Trattin. tab. t. 205. Radix fibrosa longa extus nigra. Folia molliuscula. Cor. alba. Paleæ aliquando trifurcatæ. Fl. æst. In pascuis alpium *del Mastalone:* in pratis *di Pralugnan* et *alla Cipriera dell'Argentera*: supra *Termignon*, etc.

aa. *Foliis radicalibus divisis.*

b. *Subrotundo-trilobis, paleis tricuspidatis, floribus coeruleis radice repente.*

2. MARITIMUM. E. *Glaucum foliis radicalibus petiolatis cordato-subrotundis lobatis undulato-plicatis dentato-spinosis superioribus palmato-lobatis rigidis involucris amplis capitula ovata longe pedunculata superantibus caule decumbente ramoso.*

E. ilicifolium Poir. enc. 4. 757. Desf. atl. I. t. 53. Trattin. tab. t. 765. videtur varietas *humilior*. Ic. Matth. com. 467. f. 2. Camer. epit. 448. Clus. hist. 2. 159. f. 2. Lob. ic. t. 21. f. 2, observ. 490. f. 1. Dodon. pempt. 730. f. 1. Dalech. lugd. 1459. f. 2. Bah. hist. 3. 86. f 2. Moris. s. 7. t. 36. f. 6. Parkins. t. 986. Fl. dan. t. 875. Zannich. ist. t. 94. Sab. hor. rom. 6. t. 17 Engl. bot. t. 718. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 17. Jeaum. S. Hilaire. 1. 44. t. 3. Trattin. t. 209. Hook. lond. t. 185. Dict. d'hist. nat. t. 112. Caulis aliquando erectus. Calyc. laciniae spinosae. Flores aliquando albidi. Fl. æst. In litoribus maris *nic.* etc. et *ligustici.*

bb. *Foliis subternatis lobis pinnatifidis paleis ovato-lanceolatis indivisis radice fibrosa, floribus albis, vel virentibus.*

3. CAMPESTRE. E. *Glaucum rigidum foliis radicalibus petiolatis subternatis lobis pinnatifidis laciniis ovatis caulinis auriculatis auriculisque dentato-spinosis capitulis paniculatis involucris lineari-lanceolatis pungentibus capitula globosa superantibus paleis subulatis corollis calyce brevioribus.*

Ic. Matth. com. 467. f. 1. Fuchs. hist. 297. Lob. ic. 2. t. 22. f. 1. obs. 490. f. 2. Dalech. lugd. 1459. f. 1. Dodon. pempt. 730. f. 2. Clus. hist. 2. 157. f. 2. Tabern ic. 692. f. 1. Lam. ill. t. 187. f. 1. Bah. hist. 3. 85. f. 1. Hayn. getr. daest. I. t. 1. Plenck. ic. t. 173. Tratt. tab. t. 208. Fl. dan. t. 554. Jacq. a. t. 135. Engl. bot. t. 57. Savi mat. med. t. 31. Blackw. t. 217. Nees offic. t. 295. Schk. hand. t. 59. Gaertn. fr. t. 20. Gaud. helv. 2. t. 3. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 128. Radix alba. Caulis usque pedalis superne ramosissimus. Folia flavo-

virentia. Fl. æst. Vulgare locis aridis, sterilibus, arenosis, incultis.

365. ECHINOPHORA.

SPINOSA. E. *Herba perennis usque cubitalis scabrida glauca radice repente crassa, carnosa longa esculenta caule erecto ramoso ramis divaricatis foliis bipinnatifidis laciniis trifidis subulatis rigidis pungentibus involucris integris subulato-spinosis umbellis terminalibus planis compositis solitariis hirtis floribus radialibus masculis longe pedicellatis centrali solitario femineo fertili fructu ovato subtereti reliquiis florum radialium acutis concretisque obsesso brevi rostrato rostro emerso petalis albis vel rubidis.*

Ic. Zannichel. ist. t. 15. Lob ic. t. 710. f. 1. Lam. ill. t. 190. f. 1. Cavan. ic. et descript. 2. t. 127, Engl. bot. t. 2413. Sibt. fl. gr. t. 265. Moris s. 9. t. 1. f. 1. Cand. coll. mem. 6. t. 16. Fl. æst. Vulgaris in litore maris *nic.* inter *Sestri di ponente* et *Voltri*, etc. etiam in *Liguria orientali.*

366. SANICULA.

EUROPÆA. S. *Herba perennis caulibus caespitosis erectis subnudis simplicibus pedalibus foliis inferioribus longe petiolatis palmatis lobis trifidis inciso-serratis laete virentibus crassiusculis nitidis flosculis omnibus sessilibus albidis vel rubentibus.*

Astrantia diapensia Scop. carn. 1. 186. Caucal. Sanicula Crautz. aus. umb. 288. Sanicula officinalis Gouan. hor. 131. Ic. Matth. com. 655. f. 2. Brunsf. herb. 1. 80. Fuchs. hist. 671. Trag. hist. 509. Camer. epit. 763. Tabernam. ic. 84. f. 1. Moris s. 5, t. 34. f. 1. Ger. his. 801. Dalech. lugd. 1268. f. 1. Dodon. pempt. 140. f. 1. Lob. ic. 663. f. 1. observ. 378. f. 2. Fl. dan. t. 283. Lam. ill. t. 191. f. 1. Sab. hor. rom. 5. t. 100. Rivin. pentap. t. 31. Columm. phyt. fas. 72. Svens bot. t. 245. Bull. herb. t. 267. Engl. bot. t. 98. Plenck. ic. offic. t. 174. Blackw. t. 63. Schk. hand. t. 60. Hoffm. umb. t. 1. A. f. 1. Gaud. helv. 2. t. 3. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 126. Fl. vere exeunte. Vulgaris in sylvis montium et collium, locis umbrosis ad fontium præsertim scaturigines. Flores hermaphroditi sessiles, masculi brevissime pedicellati.

367. DONDIA.

EPIPACTIS. Spreng. umbel. prodr. 21. D. *Herba glabra perennis digitalis radice brevi praemorsa extus nigra scapis binis angulatis nudis apice umbelliferis foliis longe petiolatis radicalibus digitato-palmatis lobis trilobis mucronato-serratis utplurimum brevioribus floribus subsessilibus polygamis luteis masculis pedunculatis.*

Hacquetia Nek. elem. n. 306. Astrantia Lin. fil. sup. 177. Scop. carn. 1. 185. t. 6. Jacq. a. 5. append. t. 11. Ic. Matth. com. 727. Lob. ic. t. 644. f. 1. Gaud. fl. helv. 2. t. 3. Umbella simplex solitaria. Involucrum 6-7phyllum foliolis obovatis margine dentato-aristatis basi integris viridibus, umbella triplo longius. Lobi foliorum laterales bifidi. Fl. vere. In valle *Augustae Praetoriae* unice hactenus et primus invenit Albertus Haller.

368. ASTRANTIA.

Herbae glabrae perennes radice crassa brevi transversa praemorsa extus fusca caulibus subsimplicibus erectis parce foliosis fistulosis, involucellis albis, vel rubidis venosis apice virentibus stellatim patentibus petalis albis vel rubidis.

a. *Foliis radicalibus quinquelobis.*

1. MAJOR. A. *Foliis radicalibus quinquelobis lobis trifidis acutis dentatis involucellis lineari-lanceolatis integerrimis umbella longioribus calycis laciniis longe aristatis corollam excedentibus.*

A. nigram Scop. carn. 1. 188. A. minorem Ejusd. l. c. t. 7. A. caucasicam Tenor. neap. 3. 267. A. carniolicam Hacq. in Jacq. a. 5. 31. append. t. 10. characteribus firmis non differre pro certo habeo. A. candida Mill. dict. n. 2. Ic. Fuchs. hist. 670. Lob. ic. 681. f. 1. Ejusd. observ. 388. f. 2. Dodon. pempt. 387, f. 1. Tabern. ic. 82. f. 1. Bah. hist. 3. 638. f. 1. Moris s. 9. t. 4. f. 1. Lam. ill. t. 191. f. 1. Sab. hor. rom. 5. t. 87. Riv. pentap. t. 68. Smith. exot. bot. 2. 33. t. 76. Plenck. ic. t. 225. Schk. han. t. 60. Garid, Aix. t. 46. Nees. offic. 12. t 6. Hayne arz. gew. 1. t. 13. Jeaum. S. Hilaire fas. 42. t. 2. Sturm. deut. fl. heft. 29. t. 8. Koch. umb. t. 42. 43. 112. 113. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 127. Caulis usque pedalis et ultra. Fl. æst. Vulgatissima in pascuis et pratis montanis umbrosis.

aa. *Foliis radicalibus digitatis.*

2 MINOR. A. *Foliis radicalibus digitatis foliolis subseptenis lanceolatis acu-*

*lis profunde dentatis involucellis lineari-lanceolatis umbellulam subaequantibus calycis laciniis ovatis mucronulatis corollam subaequantibus.*

A. digitata Moench. meth. 94. A. pauciflora Bertol. fl. ital. 3. 123. Boccon. pl. sic. t. 5. f. 3. H. G. quæ est var. b *macrodonta* Cand. prodr. 4. 86. quamque legit alpibus nostris, Reich. icon. t. 378. f. 557. est omnino var. foliorum laciniis minus serratis involucellis umbella longioribus qui characteres læves sunt et incostantes ut ex Schult. observ. apparet. R. Sch. syst. 6. 343. Ic. Smith. exot. bot. 2. t. 77. Lam. ill. t. 191. f 2. Gaud. fl. helv. 2. t. 3. fructus. Trattin. thes. t. 76. Sturm. deut. fl. heft. 29. t. 9. Multo minor et gracilior præcedente. Fl. æst. Vulgaris in alpinis editioribus pratis et pascuis præsertim umbrosis.

## 369. HYDROCOTYLE.

VULGARIS. H. *Herba aquatica glabriuscula perennis caulibus repentibus radicantibus herbaceis longissimis horizontalibus foliis petiolatis peltatis indivisis orbiculatis lobato-crenatis novemnerviis umbellis pedunculatis solitariis axillaribus parvis subquinquefloris simplicibus proliferisve floribus subsessilibus calycis margine integro obsoleto petalis albis vel carneis ovatis acutis parvis.*

Ic. Lindern. hort. alsat. t. 12. Dodon. pempt. 133. f. 1. Park. theatr. 1214. Ger. hist. 529. Lob. ic. 387. f. 1. obs. 209. f. 4. Lam. ill. t. 188. f. 1. Fl. dan. t. 90. Schk. hand, t. 59. Rich. hydroc. t. 50. f. 1. et t. 51. f. 1. Engl. bot. t. 751. Curt. lond. 6. t. 19. ed. Grav. 3. t. 57. Jeaum. S. Hil. 1. 41. t. 7. Gaud helv. 2. t. 3. — H. Schkurii Reich. omnino var. *foliis longius petiolatis stylis longioribus*. Quorsum ic. cit. Schk. Koch umbell. f. 64. 65. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 125. Curt. lond. 2. t. 64. Rich. mon. t. 50. Umbellæ utplurimum proliferæ una ex altera surgit et sic racemus verticillatus constituitur verticillis 2-5. Fl. vere et æst. In locis paludosis vel inundatis aqua pura, in oris lacuum, et alveis amnium et fluminum, etc. Circa lacum *Avilianae*: in amne *Sangon*: in agro *javenensi*, etc. etiam apud nos vulgaris.

## 370. BUPLEURUM.

Plantæ glaberrimæ foliis simplicibus integerrimis floribus luteis.

a. *Fruticosa.*

1. FRUTICOSUM. B. *Caule erecto ramoso fruticoso foliis sessilibus oblongis obtusis obovatisque margine cartilagineis integerrimis coriaceis basi attenuatis uninerviis venosis subtus glaucis sempervirentibus umbellis multiradiatis aequalibus incolucris involucellisque oblongis obtusis deciduis.*

Tenoria fruticosa Spreng. in R. et Sch. syst. 6. 375. Buprestis fruticosa Ejusd. Ic. Matth. com. 508. f. 1. Camerar. epit. 512. Lob. ic. 634. f. 1. advers. 284. Dodon. pempt. 312. f. 1. Dalech. lugd. 750. f. 1. Tabern. ic. 105. f. 2. Bah. hist. 3. 197. f. 1. Moris s. 9. t. 6. f. 1. Duham. arbr. I. t. 43. ed. 2. 6. t. 34. Sab. hor. rom. 5. t. 80. Jaum. S. Hil. 1. t. 65. Sibt. fl. gr. t. 263. Caulis usque orgyalis. Folia locis frigidis decidua. Petala luteo-virentia. Fructus glauci oblongi parvi acute costati maturi rubidi. Fl. vere et æst. In agro *nic.* crescere scribit Cand. pr. 4. 133.

aa. *Herbacea.*

b. *Involucris elongatis.*

c. *Radice annua.*

d. *Foliis subrotundo-ovatis perfoliatis caule erecto, umbellis* 5-8*radiatis.*

2. ROTUNDIFOLIUM. B. *Glaucum, caule erecto fistuloso ramoso foliis inferioribus ovato-oblongis superioribus subrotundo-ovatis perfoliatis iuvolucro universali nullo partialibus inaequalibus ovato-oblongis umbellis 5radiatis fructibus oblongis apice truncatis glabris jugis filiformibus valleculis striatis evittatis.*

B. perfoliatum Lam. fr. 3. 405. Ic. Engl. bot. t. 99. Moris s. 9. t. 11. f. 12. Matth. comm. 726. f. 3. Fuchs. hist. 632. Trag. hist. 482. Lob. ic. 396. f. 1. ejusd. observ. 215. f. 2. Dodon. pempt. 104. f. 1 Tabernam. ic. 759. f. 2. Bah. hist. 3. 198. f. 1. Lam. ill. t. 189 f. 1. Rivin. pent. t. 46 Gessn. op. bot. cur. Schm. I. 123. t. 22. f. 194. sup. Heyne term. bot. t. 16. f. 4. Hofim. gen. umbellifer. 1. 114, t. 1. f. 2. Plenck. ic. offic. t. 187. Hayne arz. gew. 7. t. 1. Blackw t. 95. Sab. hor. rom. 4. t. 78. Sturm. deut. fl. heft. 5. t. 4. Fl. med. t. 81. Caulis ramosissimus ramis alternis, etiam tripedalis. Umbellae etiam octo radiatae. Plerumque superne lutescit, caule foliisque margine rubidis. Involucella post anthesim erecto-conniventia. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *unel.*: agris et arvis collium *Montisferrati*, *Albae*, *Sabaudiae*: inter sege-

tes collium *di Lesa* et, *Belgirate* in agro *nov.*, etc.

dd. *Foliis ovato-oblongis coriaceis caule prostrato divaricato umbellis triradiatis.*

3. PROTRACTUM. Link. fl. portug. 2. n. 387. B. *Glaucum caule divaricato prostrato vel ascendente fistuloso involucro universali nullo partialibus ovatis aristatis umbellis trifidis foliis ovato-oblongis coriaceis mucronatis superioribus perfoliatis oblongis acutis fructibus totis valleculis granuloso-echinatis evittatis*

B. subovatum Spreng. in R. et Sch. excl. syn. B. rotundifolium b. intermedium Loisl. not. 45. B. rotundifolium Brot. lus. 1. 452. Sebast. et Maur. fl. rom. 110. Diaphyllum triradiatum Hoffm. l. c. quod Cand. l. c. prodr. huc trahit, differt *involucro triphyllo inaequali*. Planta humilior, involucella semper patentia. Caulis a basi ramosus. Juga mericarpiorum filiformia. Ic. Reich. ic. f. 1112 13. Mutel. fl. fr. t. 22. f. 155. Fl. majo. In *Liguria*, *Sarzanae* in arvis et a *Pegli*.

dd. *Foliis linearibus.*

4. ODONTITES. B. *Caule paniculato foliis linearibus trinerviis involucris 5phyllis lanceolatis cuspidatis venosis membranaceis umbellas superantibus margine pellucido cinctis fructus oblongi glabri valleculis laevibus univittatis jugis acutis tenuissimis.*

B. aristatum Bartl. in Bartl. et Weerdl. beitr. 89. Reich. ic. 7. 178. f. 311. B. glumaceum Smith in Sibt. prodr. fl. gr. I. 77. et Spreng. umb. sp. 18. t. 3. f. 5. B. divaricatum Lam. fr. 3. 410. Odontites luteola Spreng. in R. et Sch. l. c. B. Fontanesii Guss. Ic. Jacq. hor vind. 3. t. 91. Reich. ic. t. 177. f. 310. Guss. pl. rar. t. 22. Sab. hor. rom. 5. t. 79. Mutel. fl. flr. t. 21. f. 156. 157. Caulis usque pedalis, aliquando multo humilior. Involucra et involucella margine carinaque serrulato-scabra. Fl. æst. Inter segetes et in pascuis collium calidiorum: in agro *segus.*: in magna valle *Ossulae*; et in *Liguria*, etc.

5. JUNCEUM. B. *Caule erecto paniculato foliis linearibus cuspidatis amplexicaulibus involucro subtriphyllo involucellis quinquaephyllis linearibus umbellas 2-3radiatas aequantibus fructus glabri ovato-oblongi jugis elevatis acutis valleculis laevibus subevittatis.*

B. Gerardi Jacq. a. 3. t. 256. est var. *glauca involucellis flores excedentibus valleculis trivittatis umbellis 5-radiatis*. Gerard. prov. t. 9. Reich. ic. t. 164. 165. fig. 294. 295. 296. Mutel. fl. fr. t. 23. f. 165. Sibt. fl. gr. t. 262. B. affine Mut. l. c. t. 23. f 166. B. breviradiatum et virgatum Id. l. c. f. 167. B. Rissoni A. Rich. var. *pedunculis fertilibus axillaribus folio multo brevioribus*. Huc etiam B. baldense Walds. et Kitaib. hung. 3. 285. t. 257. B. trifidum Tenor. neap. 3. 272. t. 226. B. Gerardi esse var. probat ic. Jacquinii, referens plantam cultam *involucellis umbellula subbrevioribus* Ic. Reich. l. c. f. 297. Mutel. l. c. t. 23. f. 168. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *ligustico*, *astensi*, et *Monteferrato*: in *Sabaudia*: in agris *di Gattino* et *Dormeletto* agri *novar.* Var. *Gerardi* in arvis macilentis et sterilibus agri *taurin.* et *canapic.*: in pascuis cretaceis *della Bicocca* apud *Novaram*, etc.

dddd. *Foliis lanceolato-linearibus.*

6. GLAUCUM. Rob. et Cast. in Cand. fr. sup. 515. B. *Caule exili ramoso diffuso foliis laneceolato-linearibus glaucis involucri 5-phylli foliolis linearibus denticulatis umbellis terminalibus subtriradiatis lateralibus incompletis fructibus subgloboso-didymis evittatis subejugatis tuberculoso-echinatis demum nigris scabritie albida.*

Nomem ineptum. Multae enim species glaucae sunt. Melius dicerem *pusillum*. Odontites glauca Spreng. in R. et Sch. l. c. Ic. Gusson. pl. rar. t. 23. f. 2. Reich. ic. t. 168. f. 299. Mut. l. c. t. 22. f. 152. Herba humillima vix 2 3 digitalis. Fl. vere exeunte. In litoribus maris agri *nic.*

ddddd. *Foliis spathulatis.*

7. SEMICOMPOSITUM. B. *Virens caule erecto ramoso foliis inferioribus spathulatis cuspidatis involucris angustis acuminatis striatis umbellas compositas simpliciesque superantibus fructibus oblongis evittatis jugis obliteratis valleculis granuloso echinatis demum nigris scabritie alba.*

Odontites semicomposita Spreng. in Roem. et Schult. l. c. 6. 381. Odon luteola Hoffm. umbel. 209. t. 1. B. f. X. Ic. Gouan. ill. t. 7. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 261. Reich. ic. t. 183. f. 320. 321. Mut. l. c. t. 22. f. 153. Planta spithamea aliquando usque pedalis. Caulis totus ramosus superne angulatus. Um-

bellae terminales 3-5radiatae lateralibus incompletis. Foliola involucelli lanceolata umbellas superantia. Fl. vere exeunte. In agro *nic* circa *Villafranca* in sterilibus versus *S. Hospice*. B. Odontites, junceum, glaucum, et semicompositum attente comparanda ex individuis vivis variis locis collectis. Species enim valde affines sunt et probabili conjectura multa confusio hic subest.

cc. *Radice perenni.*

d. *Foliis radicalibus lineari-lanceolatis caulinis cordato-oblongis amplexicaulibus.*

8. ANGULOSUM. B. *Virens involucro universali subtriphyllo inaequali partialibus quinquephyllis ovatis mucronatis nervosis distinctis foliis radicalibus lineari-lanceolatis caulinis amplexicaulibus cordato-oblongis striatis fructibus ovoideis glabris jugis acute costatis subalatis valleculis univittatis.*

B. ranunculoides Lin. sp. 342. Reich. ic. t. 821. f. 1107. 1108. B. caricifolium et B. Burserianum W. sp. 1. 1373. Reich. l. c. t. 822. f. 1109. 1110. B gramineum B. rapincense Vill. delph. 2. 575. B. repens, B. obtusatum, B. graminifolium Lapeyr. abr. Ic. Boccon. mus. t. 107. Ejusd. osserv. f. 1. Lapeir. fl. pyr. t. 72. pro repente Pluken. t. 50. f. 5. Park. theatr. t. 338. Rich. de Bellev. t. 203 et 207. Moris. s. 9. t. 12. f. 6 Reich. ic. t. 816. f. 1102. Mut. l. c. t. 23. f. 162. Herba valde ludibunda. Radix aliquando repens. Folia quandoque omnia linearia involuta. Involucra et involucella variant etiam multimode, ut elucet ex Spreng. in l. c. Haec umbellulas utplurimum longe excedunt. Caulis utplurimum humilis non raro tamen usque bipedalis simplex vel ramosus superne angulosus. Folia nervosa. Fl. æst. In pratis viis dumetis alpinis et subalpinis vulgaris.

dd. *Foliis omnibus oblongo-ovalibus.*

9. LOGIFOLIUM. B. *Caule erecto simplici superne ramoso involucro utroque subquinquephyllo ovato mucronato foliis radicalibus petiolatis caulinis amplexicaulibus oblongo-ovatis jugis filiformibus argutis subalatis valleculis trivittatis vittis pellucido-punctatis.*

Ic. Camer. hort. t. 38. Moris. s. 9. t. 12. f. 1. Reich. ic f. 1103. Bah. hist. 3. 199. f. 1. Schrank flor. mon. t. 306. Caulis usque bipedalis radii 7-9 inæquales, involucrum 3-5phyllum, involucella umbellas æquant vel paulo excedunt. Fl. æst. In *Sabaudiae* montosis.

ddd. *Foliis omnibus linearibus vel lineari-lanceolatis: involucellis distinctis: caule subaphyllo.*

10. GRAMINIFOLIUM. Vahl. symbol. bot. 3. 48. B. *Caule erecto simplici subnudo involucro universali 3-5phyllo elongato, involucellis 5-8phyllis oblongis mucronatis distinctis foliis radicalibus linearibus fructibus ovoideis glabris jugis alatis valleculis univittatis.*

B. petræum. Vill. delph. 2. 576. t. 14. et Wulf. in Jacq. coll. 1. 209. ic. rar. 1. t. 56. All. auct. 24. B. incurvum Bellard. accad. taur. 5. t. 40. B. bicalyculatum. ejusd. in mem. accad. taur. 10-11. 448. t. 2. est var. *involucelli foliolis* 10. *subbiserialibus*. Ic. Reich. ic. t. 320. f. 1006. Lam. ill. t. 189? Roem. fl. eur. 7. t. 2. Caules cæspitosi vix spithamei superne unifolii folia glauco-virentia nervosa vix superantes. Umbella unica radiis inæqualibus. Involucri foliola inæqualia, fructus demum nigri. Fl. æst. In rupium fissuris supra *Ormea*, et *Limone* loco dicto *Armellin* et circa *la Madonna delle finestre*: in montibus *di Allagna* et ad montem *Crestesem*.

dddd. *Foliis radicalibus lanceolato-linearibus elongatis caulinis latioribus amplexicaulibus: involucellis connatis: caule subaphyllo.*

11. STELLATUM. B. *Caule erecto subnudo foliis radicalibus lineari lanceolatis caulinis latioribus amplexicaulibus involucro universali sub-3phyllo foliolis ovato-lanceolatis, involucellis monophyllis orbiculatis crenatis suboctofidis umbellula longioribus fructibus ovoideis glabris, jugis late alatis alis argute et membranaceo-carinatis valleculis laevibus univittatis.*

B. petræum. Reich. ic. t. 819. f. 1105. forte et Lin. sp. 340. Ic. Hall. helv. t. 18. et hist. t. 10. Reich. l. c. fig. 1103. Mut. l. c. t. 22. f. 159. Caulis usque pedalis et quidquam ultra subunifolius. Involucellum coloratum aureum. Fl. æst. In pratis et pascuis alpinis. Ego legi in pascuis lapidosis supra *Graglia* ad radicem cacuminis dicti *il Mombarone*.

ddddd. *Foliis radicalibus oblongis petiolatis caulinis lanceolato- linearibus caule flexuoso.*

12. FALCATUM. B. *Virens caule erecto flexuoso alterne ramoso subangulato foliis tenuibus multinerviis venosis, radicalibus oblongis petiolatis caulinis lanceolato-linearibus sessilibus involucro utroque 5phyllo involucellis lanceolatis cuspidatis fructibus ovoideis glabris parvis jugis acutis subalatis valleculis planis trivittatis.*

B. scorzoneraefolium. W. enum. suppl. 30 est var. *foliis angustioribus nervis parallelis et magis confertis* Ic. Jacq. a. t. 158. Gaud. helv. 2. t. 6. fruct. Engl. bot. t. 2763. Rivin. pentap. t. 45. Mutel. l. c. t. 23. f. 169. Lob. ic. 456. f. 1. observ. 243. f. 2. Tabernam. ic. 872. f. 2. Koch. umb. f. 51. 52. Dietr. flor. borus. t. 455. Nees gener. 10. 10. Caulis usque quadripedalis. involucella distincta colorata lutea. Fructus demum ferruginei. Fl. æstate exeunte. In summo monte *Cistella*: circa arcem *Exilliarum*. peren.

bb. *Involucris abbreviatis.*
c *Radice annua.*

13. TENUISSIMUM. B. *Caule erecto ramoso longe florifero foliis linearibus trinerviis cuspidatis involucris setaceis post anthesim umbella axillari subtriflora brevioribus umbellis terminalibus triradiatis mericarpiis 5jugis inter juga granulato-muricatis jugis granulato-crispulis.*

Odontites tenuissima Spreng. in Roem. et Schult. 6. 382. Ic. Barrel. ic. 1248. Column. Ecphr. 247. Fl. dan. t. 1090. Engl. bot. t. 478. Moris. s. 9 t. 12. f. 4. Reich. l. c. t. 167. f. 298. Mutel fl. fr. t. 22. f. 154. Svens. bot. t. 618. Dietr. flor. bor. t. 756. Nees gener. 10. 10. Caulis longitudine varius, aliquando bipedalis et ultra, aliquando simpliciusculus, quandoque humillimus ramosissimus. Fructus demum nigri. Fl. æst. exeunte. In agro *nic. Sarzanae* in collibus *di Groppolo*: in ripis *Padi*.

cc. *Radice perenni.*

14. RIGIDUM. B. *Caule nudiusculo paniculato dichotomo foliis radicalibus petiolatis oblongis coriaceis nervosis margine cartilagineis caulinis linearibus brevissimis umbellis subtriradiatis involucris minimis mericarpiis glabris oblongis costato subalatis valleculis univittatis.*

Ic. Dodon. pempt. 623. Bah. hist. 3. 200. Lob. ic. t. 456. f. 2. Caulis usque pedalis. Fl. æst. In monte *Cenisio*.

## 371. PIMPINELLA.

a. *Foliis pinnatis. Perennes, fructibus glabris, floribus hermaphroditis.* PIMPINELLA.
b. *Fructibus ovoideis.*

1. MAGNA. P. *Foliis pinnatis foliolis inferiorum ovato-oblongis sublobatis serratis nitidis superiorum lanceolatis impari trilobo fructibus ovoideis glabris stylis ovario longioribus caule folioso angulato sulcato fistuloso.*

Var. *foliolis profundius incisis, vel pinnatifidis ac sublinearibus.* Quæ est P. dissecta. Retzius observat. 3. t. 2. etc. Tragoselinum magnum Moench. method. 99. Tr. majus Lam. fr. 2. 448. Pimp. major. Jacq. a. 4. 50. t. 396. p. glabra. Rostk. fl. sed. 133. P. rubra Hoppe var. *flor. roseis.* P. orientalis Gouan. ill. t. 15 Jacq. a. t. 397. P. media Hoffm. deut. fl. 1. 146. est var. *foliis palmato pinnatifidis laciniis lanceolatis inciso-serratis.* Ic. Barrel. ic. 243. 737. Zannich. ist. t. 306. Sab. hor. rom. 5. t. 77. Rivin. pentap. t. 81. Fuchs hist. 600. Dodon. pempt. 315. Plenck ic. t. 222. Engl. bot. t. 408. Fl. dan. t. 1155. Hayn. arzv. gen. 7. t. 21. Moris. s. 9. t. 5. Schk. hand. t. 8. f. 718. Svens. bot. t. 741. Dietr. flor. bor. t 703. Nees gener. 10. 10. Fl. albi vel carnei, vel rubidi. Caulis fistulosus usque bipedalis alterne ramosus. Folia inferiora basi vaginantia vagina striata albo-marginata plerumque rubida. Fl. æst. vulgaris in pratis alpinis.

bb. *Fructibus subrotondis.*

2. SAXIFRAGA. P. *Foliis pinnatis foliolis radicalibus subovatis serratis caulinis angustioribus lanceolato-linearibus pinnatifido incisis vaginis ramealibus numerosis subaphyllis, stylis sub anthesi ovario brevioribus demum elongatis fructibus subrotundo-ovatis glabris caule farcto sulcato tereti superne nudiusculo.*

Var. *foliolis foliorum omnium dissectis — et foliolis foliorum omnium subrotundo-ovatis crenatis.*

P. nigra W. sp. 1. 1471. P. pubescens Bah. hist. 3. 111. f. 2. Boccon mus. t. 80. Moris. s. 9. t. 5. P. rotun-

difolia Scop. carn. I. 208. P. hircina. Moench. hass. n. 255. P. genevensis Vill. delph. 2. 664. P. alpina Host. a I. 399. est procul dubio var. *minor foliorum superiorum laciniis linearibus integerrimis*. Tragoselinum minus Lam. l. c. Tragoselinum saxifragum. Moench. meth. 99. Ic. Barrel. ic. 738 Rivin. pentapet. t. 82. 83. Jacq. a. t. 395. Plenck. ic. t. 221. Flor. dan. t. 669. Svens. bot. t. 160. Engl. bot. t. 407. Nees dusseld. t. 273. f. I. Schk. hand. t. 78. f. 715. 716. 717. Hayne 7. t. 20. Hoffm. umb. t. l. A. f. 12. Koch umbell. f. 55. 56. Mutel. fl. fr. t. 21. f. 150. Gaud. helv. 2. t. 4. Woodw. med. bot. t. 51. Baxter brit. bot. t. 41I. Lam. ill. t. 203. Jacq. a t. 395. Guimp. et Schl t. 130. Wagner t. 205. Dietr. flor. bor. t. 704. var. Rochel ban. t. 28. var. e *nigra* Berg darstellung l. 6. Occurrit alia var. *foliolis laciniisque pinnatifidis* quæ vi it locis aridis, et lapidosis. Herba humilis vix spithamea odorata atrior radice crassa extus nigra floribus carneis vel rubentibus seminibus atris. Aliquando pedalis est in locis pinguibus. Fl. æst. Vulgaris in pratis, et pascuis siccis et lapidosis.

aa. *Foliis bipinnatis vel decompositis, floribus monoicis vel dioicis, fructibus scabris. Biennis.* TRINIA.

3. GLAUCA. P. *Caule erecto ramosissimo foliis decompositis glaucis foliolis ternato-tripartitis sublinearibus umbellis subdioicis pedunculis rigidis fructibus subrotundo-ovoideis scabris jugis quinque filiformibus prominulis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis evittatis vel obsolete univittatis.*

P. dioica. L. syst. veget. ed. 13. 24I. Engl. bot. t. 1209. P. pumila. Jacq. a. I. 19. t. 28. All. ped. 2. 18. P. multicaulis. Poir. enc. sup. I. 684. Seseli pumilum. All. ped. L. sp. pl. 373. S. prolifer. Broch. in bibl. ital 28. 209. Meum Dalechampii Ten. prodr. 19. Trinia vulgaris. Cand. prodr. 4 103. Tr. glauca. Reich. ic. t. 442. f 633. Radix crassa. Caulis flexuosus striatus paniculatus ut plurimum rubidus humilis aliquando tamen pedalis et ultra. Involucella aliquando adsunt pauca linearia simplicia. Petala albido-virentia, vel carnea. Fl. vere exeunte. In lapidosis apricis calidis secus fluvios et torrentes. In valle *Bardoneche*, et *Macrae*: in valle *Sessitana*: in agro *segusiano* et *taurinensi.*

## 372. TRAGIUM.

PEREGRINUM. Spr. sp. umbellif. I35. Tr. *Herba biennis pubescens caule erecto tereti ramoso usque tripedali foliis pinnatis radicalium laciniis cordato-ovatis crenatis ciliatis extremo trilobo caulinis angustioribus subintegerrimis umbellis multiradiatis floribus albis fructibus albis ovoideis hispidis pilis rectis patentibus.*

Tr. tauricum Ledeb. Pimpinella peregrina. L. mantis. 357. Jacq. h. vind. 2. t. 13I. Nees gener 10 10. P. hispida. Lois. not. 48. Ledeburia pimpinelloides. Link. enum. h. berol. 1. 186. Ic. Column. ecphr. 109. Barrel. ic. 242. Boccon. mus. t. 80. Bah. prodr. 81. Bah. hisl. 3. 94. Moris. s. 9. t. 9. f. 13. Rivin. op. ined. f. 109. Fl. æst. In incultis et sterilibus agri *nic.* et ad sepes prope *Sarzanam.*

## 373. SESELI.

a. *Fructibus scabris demum glabriusculis: radice perenni,*

b. *Fructibus ovoideis.*

1. ELATUM. S. *Caule nodoso flexuoso ramosissimo dichotomo divaricato foliis ambitu triangularibus inferioribus tripinnatis superioribus simplicioribus omnium laciniis linearibus canaliculatis rigidiusculis mucronulatis umbellis sub quinque radiatis nudis involucellis subulatis umbellula multo brevioribus fructibus ovoideis immaturis ruguloso-puberulis valleculis tristriatis trivittatis.*

S. Gouani. Koch syn. I. 324. Ic. Gouan. ill. t. 8. Lob. ic. t. 727. f. 2. Caulis farctus striatus teres usque orgyalis a basi ramosus. Radix napiformis. Folia suprema simpliciuscula. Foliola subtrigono-linearia. Involucella margine angustissime albo-marginata. Fructus demum glabri. Vaginæ foliorum latæ margine membranaceo apice bilobæ. Flores albi. Fl. æst. In pascuis lapidosis alpinis, et montanis passim.

bb. *Fructibus subprismaticis.*

c. *Caule crasso ramosissim tortuoso nodoso.*

2. TORTUOSUM. S. *Glabrum rigidum glaucum caule sublignoso ramosissimo tortuoso nodoso ramis divaricatis rigidis striatis foliis carnosis bipinnatis abbreviatis foliolis linearibus acuminatis apice tridentatis trifidisque umbellis subaxillaribus crasse ra-*

*diatis involucellis umbellas subaequantibus lanceolatis acuminatis hirtis margine scariosis fructibus pubescenti-scabris jugis triangularibus valleculis univittatis.*

Sium. Roth. germ. 1. 128. Ic. Bah. hist. 3. 16. f. 1. Plenck ic. offic. t. 112. Moris. s. 9. t. 6. f. 7. Lob. ic. 785. Caulis usque sesquipedalis in apricis multo humilior. Flores albi vel carnei. Fl. æst. In agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Caule stricto aequali recto simpliciusculo.*

3. MONTANUM. S. *Glabrum glaucum caulibus caespitosis ascendentibus simpliciusculis petiolis vaginantibus arctis foliis subtripinnatis viridibus foliolis trifidis simplicibusque lineari-filiformibus, subconniventibus vaginis superioribus subaphyllis involucellis lanceolatis acutis margine scariosis umbellulam aequantibus fructibus subprismaticis jugis prominulis triangularibus acutis albidis valleculis univittatis vittis ferrugineis.*

S. multicaule. Retz. obs. 3. 27. Jacq. h. vind 3. 59. t. 129. S. peucedanifolium. Merat paris. 118. S. elatum Thuill. paris. ed. 2. 151. Caules pedales et ultra Flores albi extus utplurimum rosei. Perperam judicare videtur Cand. prodr. 4. 146, qui cum S. glauco Lin. sp. 372. conjungit. Ic. Vaill. paris. t. 5 f. 2. In collibus *di Premosello* agri *novar.* observavit Biroli.

aa. *Fructibus glabris.*
b. *Caule nodoso ramosissimo divaricato: radice perenni.*

4. GLAUCUM. S. *Glaucum caule nodoso ramosissimo dichotomo divaricato petiolis vaginantibus foliolis terpartitis simplicibusque anguste linearibus umbellis multi-radiatis nudis involucellis poliphyllis umbellula brevioribus fructibus ovoideis immaturis pulverulentis valleculis unistriatis univittatis.*

S. Hippomarathrum. All. ped. 2. 20. S. elatum. Reich. excurs. 467. Ic. Jacq. a. t. 144. Folia radicalia ternato-tripinnata circumscriptione triangularia. Foliola involucelli subulata angustissime membranaceo-marginata. Fructus primum rugulosi. Fl. æst. In collibus agri *nic.* et *canapic.* Ex Koch biennis est. S. glaucum. S. elatum, et S. montanum species valde affines et ludibundæ atque non rite determinatæ.

bb. *Caule erecto stricto aequali simpliciusculo, radice bienni.*

5. ANNUUM. S. *Glabrum obscure virens caule simplici erecto striato petiolis vaginantibus strictis foliis bipinnatis foliolis filiformibus integris trifidisque umbellis multiradiatis convexo-fastigiatis involucellis sublanceolatis umbellulam floriferam subaequantibus fructibus ovoideis glabris acute costatis valleculis univittatis.*

S. coloratum. Ehrh. herb. 113. S. bienne. Crant. a. 204. Gaud. helv. 2. t. 8. fruc. Sium annuum. Roth. germ. I. 128. Ses. dimidiatum. Cand. fr. 4. 325. Ic. Jacq. a. t. 55. Vaill. paris. t. 9. f. 4. Rivin. pentap. t. 83. Schk. hand. 80. f. 697. Lam. ill. t. 202. Caulis humilis aliquando tamen pedalis et ultra in apricis calidis aridis humilior vix spithameus rubidus. Folia radicalia tripinnata sunt. Involucella membranaceo-marginata. Fructus juniores puberuli. Flores albi vel purpurantes. Huc etiam trahendum. Ses. tortuosum. Poll. pal. 1. 300. Fl. autumno. In collibus agri *nic.* et *Montisferrati*, *segus. albens. taurin.* etiam in monte *Cenisio*, etc.

## 374. SISON.

a. *Radice annua, caule subnudo foliis supremis abortientibus umbellis nutantibus.*

1. SEGETUM. S. *Caule virgato ramoso foliis inferioribus pinnatis subsessilibus pinnatifido-incisis mucronato-dentatis laciniis infimis appressis foliis superioribus linearibus abortientibus involucro oligophyllo umbella nutante pauciflora radiis elongatis inaequalibus fructibus oblongis jugis quinque filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis vittatis vittis filiformibus utrinque attenuatis excurrentibus.*

Sium. Lam. enc. 1. 406. Petroselinum. Koch umbel. f 88. petalum. Ic. Jacq. hor. vind. t. 134. Barrel. ic. 1199. Engl. 607. t. 228. Caules caespitosi usque bipedales stricti juncei. Involucella sub 5-ovata acuta concava. Antherae rubidæ. Petala alba vel rubida late ovata apicibus incurvatis. Fl. æst. Inter segetes agri *pineroliensis.*

aa. *Radice bienni: caule paniculato ramosissimo: umbellis erectis.*

2. Amomum. S. *Glabrum virens caule paniculato ramosissimo foliis pinnatis foliolis inferioribus subrotundis lobato incisis dentatis superioribus lanceolato-linearibus involucro oligophyllo radiis umbellae elongatis fructibus ovatis jugis 5filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis vittis abbreviatis clavulatis.*
Sium. Roth. tent. 636. Sium aromaticum. Lam. enc. 1. 405. Seseli Amomum. Scop. carn. 1. 213. Cicuta Amomum. Crant. a. gb. Smyrnium heterophyllum. Moench. method. 97. Ic. Schk. hand. t. 69. et 80. fig. 672. Jacq. hort. vind. 3. tom. 17. Hayn. term. bot. t. 36. f. 1. Fuchs. hist. 655. Sab. hort. rom. 5. t. 98. Gaud. helv. 2. t. 9. fruct. Baxter brit. bot. t. 407. Engl. bot. f. 608. t. 954. Moris. s. 9. t. 5. f. 7. Barrel. ic. t. 1196. Koch umb. f. 96. petalum. Mutel. fl. fr. t. 21. f. 115. Caulis filiformis strictus firmus bipedalis et ultra. Involucella brevia subulata. Umbellæ subquadriradiatæ. Antheræ flavidæ. Petala alba. Semina demum nigra. Fl. æst. Circa *Sarzanam*: in agro *albensi*: in agro *segus. casalens. derthon.* et *nic.* ad sepes.

aaa. *Radice perenni repente.*

3. Podagraria. Spreng. umbell. prodr. 35. S. *Glabrum virens caule sulcato ramoso fistuloso foliis 2-3ternatis foliolis oblongis serratis basi inaequalibus inferioribus binatis involucris nullis fructibus oblongis glabris jugis 5filiformibus lateralibus marginantibus valleculis evittatis latiusculis planis laevibus.*
Aegopodium L. sp. 379. Svens. bot. t. 147. Fl. dan. t. 670. Engl. bot. t. 940. Gærtn. fruct. t. 140. Baxter brit. bot. t. 151. Nees gener. 10. 10. Seseli Aegopodium. Scop. carn. 1. 215. Pimpinella angelicaefolia Lam. enc. 1. 451. Tragoselinum Angelica. Ejusd. fr. 3. 449. Ligusticum. Podagraria. Crant a. 200. Podagraria Aegopodium. Moench. meth. 90. Ic. Schk hand. t. 79. Lob. ic. 700. f. 2. Ejusd. observ. 398. fig. 3. Dodon. pempt. 320. f. 2. Tabernam. ic. 83. f. 2. Bah. hist. 1. p. 2. 145. f. 1. Moris. s. 9. t. 4. f. 11. Park. theatr. 943. Rivin. pent. t. 47 Sab. hor. rom. 5. t. 85. Gerar. em. 1001. Hoffm. umb. gen. t. 1. A. f. 6. Hayn. term. bot. t. 10. f. 7. Koch. umb. f. 99. petal. Gaud. helv. 2. t. 8. Mutel fl. fr. t. 21. f. 146. Caulis usque tripedalis. Folia duplicato-serrata. Umbellæ pedunculatæ solitariæ terminales convexiusculæ multi-radiatæ primaria tota fertili lateralibus sterilibus. Petala alba. Fl. æst. In sepibus, et dumetis et pratis umbrosis, et hortis quibus ægre abigitur ob radicem late repentem.

## 375. CARUM.

Carvi. C. *Herba biennis glabra laete virens usque bipedalis caule a basi alterne ramosissimo ramis divaricatis foliis vaginatis vaginis margine albo-membranaceis apice bilobis bipinnatis inferiorum foliolis linearibus decussatis superiorum lineari-filiformibus umbellae radiis exterioribus longioribus petalis albis vel extus rubentibus.*
Seseli Carum. Scop. carn. 1. 215. S. Carvi Cand. fr. 4. 285. Lam. ill. t. 202. f. 3. Ligusticum Carvi. Roth. germ. 1. 124. Bunium Carvi. Mar. Bieb. Fl. cauc. 1. 211. Lagoecia Cuminoides. Wilm. phyt. 1. 254. Apium Carvi. Crant. a 218. Ic. Rivin. pentap. t. 55. Sab. hor. rom. 5. tab. 71. Ludw. ect. t. 156. Blackw. t. 529. Jacq. a. t. 393. Hoffm. gen. umbell. t. 1. A. f. 25. Svens. bot. t. 415. Plenck. ic. offic. t. 214. Nees t. 276. Fl. med. tab. 112. Koch. umbell. f. 100. Petal. Mut. l. c. t. 21. f. 147. Hayne Term. bot. t. 19. f. 1. Fl. dan. t. 1091. Engl. bot. t. 1503. Schk. hand. t. 77. Gaud. helv. 2 t. 8. fruct. Fuchs hist. 396. Trag. hist. 455. Camer. epit. 516. Lob. ic. 724. f. 1. Obs. 418. f. 1. Dodon. pempt. 299. f. 2. Dalech. lugd. 694. f. 1. Tabernam. ic. 66. f. 1. Bah. hist. 3. 69. f. 1. Moris. s. 9. t. 9. f. 1. Parkins. theatr. 910 Gærtn. fruct. t. 23. Guimp. et Schl. t. 131. Wagner. t. 67. Woodw. med. bot. t. 41. Baxter brit. bot. t. 232. Nees gener. 10. 10. Dietr. flor. bor. 753. Radix lutea. Folia plus minus bipinnata foliolis pinnatifido-multifidis paribus infimis ad petiolum communem decussatis. Fructus ovoideo-oblongi glabri. Fl. æst. In pratis et pascuis herbidis montanis et alpinis passim.

## 376. ŒNANTHE.

a. *Radice tuberosa tuberibus sessilibus e collo stolonifera.*

1. fistulosa. O. *Stolonifera caule simplici petiolisque fistulosis foliis ra-*

*dicalibus bipinnatis foliolis planis cuneatis lobatis caulinis pinnatis filiformibus involucro universali subnullo involucellis poliphyllis lanceolato-linearibus acutis margine pallentibus umbellula brevioribus fructibus oblongo-turbinatis crasse costatis jugis connatis valleculas univittatas obtegentibus.*

Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 66. Bah. hist. 3. 192. f. 1. Camer epit. 611. fig. ent. Moris. s. 9. t. 7. f. 8. Schk. hand. t. 70. Drev. et Hayne t. 26. Hayn. term. bot. t. 39. f. 1. S.[t] Hill. fr. 46. t. 5. Engl. bot. t. 363. Fl. dan. t. 846. Lob. ic. 731. f. 2. Obs. 421. Dodon. pempt. 590. f. 1. Lam. ill. t. 203. Mutel fl. fr. t. 23. f. 174. Fl. med. t. 251. Gaud. helv. 2. t. 5. Gærtn. fruct. t. 22. Svens. bot. t. 619. Brandt. und. Ratzeb. 26. Caulis usque tripedalis articulatus articulis constrictis, glaucus. Styli demum fructu longiores. Dentes calycis patentes subulati. Petala carnea. Flores centrales abortivi. Fructus suberosus coronatus calyce et stylis rigidis persistentibus. Herba aquatica. Folia inferiora plerumque immersa sunt. Fl. vere exeunte. Apud nos rara. In *Sabaudia*: circa oppidum *Arvae* atque ad fossas prope lacum de *la Maddleine*: circa lacum *S. Michaelis Eporediae*.

aa. *Radice tuberosa non stolonifera.*
b. *Tuberibus subrotundo-ovatis sessilibus: caule fistuloso.*

2. PEUCEDANIFOLIA. Poll. palat. I. 289. t. 2. f. 3. O. *Glabra subglauca tuberibus radicis subrotundo--ovatis caule angulato sulcato foliis omnibus linearibus radicalibus bipinnatis laciniis brevioribus caulinis pinnatis involucro universali subnullo umbellulis convexis radiantibus floribus exterioribus longius pedicellatis sterilibus petalis radiantibus majoribus obcordatis basi cuneatis ad tertiam partem fissis fructibus compresso-teretibus oblongis basi attenuatis subsessilibus sub calyce coarctatis jugis duplicatis valleculis univittatis stylis elongatis erecto-divergentibus coronatis.*

O. peucedanoides. Roth. beitr. I. 19. O. patens. Moench. meth. 91. O. philipenduloides. Thuill. par. ed. 2 146. O. Pollichii Gmel. bad. I. 679. O. dubia Roth juxta. Poir. Ic. Lob. ic. 729. f. 2. Moris. s. 9. t. 7. f. 7. mala. Dalech. lugd. 773. f. 2. bona Park. theat. 894. Ger. em. 1059. Engl. bot. 348. Caulis usque bipedalis basi plerumque rubens Petala alba vel rubida. Fl. æst. In prat. pinguibus vallis *Ticini*: a *Confienza* in *Laumellina*: in pratis prope *Albam*: in pascuis, et pratis humidis agri *segus*. in pascuis spongiosis *della Mandria*: in agro *taurin*. Ego legi in pratis udis *di Verrone, prato della Valle*, etc. Flores albi, involucra nulla. Involucella brevia linearia. Caulis simpliciusculus basi rubido-violaceus striatus. Radix esculenta.

bb. *Tuberibus ovoideis filipendulis: caule fistuloso.*

3. PIMPINELLOIDES. O. *Glabra radice tuberosa tuberibus ovoideis filipendulis caule fistuloso sulcato alterno ramoso foliis bipinnatis foliolis radicalibus ovato-cuneatis incisis laciniis mucronatis caulinis linearibus elongatis canaliculatis integerrimis pedunculis rigidis involucro oligophyllo involucellis umbellula brevioribus lineari-angustissimis acuminatis fructibus compresso-cylindricis basi callo cinctis jugis duplicatis stylos persistentes subaequantibus.*

O. chaerophylloides. Pour. act. tolos. 3. 325. Bah. hist. 3. 191. Moris. s. 9. t. 7. f. 3. Camer. epit. 610. Engl. bot. t. 347. O. karstia. Hacq. Cam. t. 3 O. virgata. Poir. voy. 2. 138. Ic. Sab. hor. rom. 5. t. 83. Jacq. a. t. 394 Pluken. t. 49. f. 4. Gaertn. fruct. t. 22. Schk. hand. t. 80. f. 676. Caulis usque tripedalis. Umbellulae convexae floribus exterioribus sterilibus. Laciniae calycinae inaequales duabus exterioribus longioribus. Petala albida vel carnea. Fructus rubidi. Fl. vere exeunte. Vulgaris in pratis humentibus, et collibus. In pratis *Liguriae*: in collibus circa *Sarzanam*: in agro *nic*. in pratis et pascuis graminosis humidis inter *Acqui* et *Tortona*.

bbb. *Tuberibus cylindricis clavatis filipendulis: caule farcto.*

4. LACHENALII. Gmel. bad. 1. 678. O. *Glabra glauca tuberibus cylindricis clavatis filipendulis caule farcto striato alterne ramoso foliis inferioribus bipinnatis foliolis anguste laciniatis superioribus pinnatis foliolis linearibus involucro oligophyllo involucellisque polyphyllis lanceolato-linearibus acuminatis margine pallentibus umbellula brevioribus nonnullis basi connatis calycis laciniis*

*binis exterioribus longioribus fructibus oblongis tereti compressis basi attenuatis subcalyce contracti jugis duplicatis valleculis univittatis stylos erecto-divergentes subaequantibus petalis radiantibus subrotundo-obcordatis ad medium fissis.*

O. rhenana. Cand. fr. 5. 506. O. pimpinelloides. Poll. pall. 1. 291. O. megalopolitana. W. in berl. 2. 297. O. gummorhizza. Brign. fasc. plant. forojul. 21. O. approximata Merat paris. 115. Fl. æst. In pratis humentibus agri *nic.* et circa *Sarzanam.*

5. SILAIFOLIA. March. Bieb. taur. cauc. sup. 232. O. *Glabra glauca tuberibus oblongis filipendulis caule farcto foliis inferioribus bipinnatis foliolis lanceolatis tripartitis superioribus pinnatis foliolis linearibus acuminatis abbreviatis involucro oligophyllo involucellisque polyphyllis lanceolato-linearibus acuminatis margine pallentibus umbellula in fructu haemisphaerica brevioribus nonnullis basi connatis calycis laciniis binis exterioribus longioribus petalis minutis fere aequalibus vix emarginatis fructibus basi callo cinctis oblongis basi attenuatis parvis tereti-compressis jugis valleculis univittatis, interioribus sessilibus stylos erecto-divergentes superantibus.*

O. peucedanifolia. All. auct. 24. Smith. Engl. bot. t. 348. Ic. Dalech. lugd. 773. Caulis ut in præcedente usque tripedalis inferne aliquando rubidus petala albida vel rosea. Fl. æst. In pratis et pascuis humentibus, et spongiosis *Sabaudiae.* Forte est var. O. Lachenalii, vel melius ambae varr. O. peucedanifoliæ.

bbbb. *Tuberibus brevi filipendulis cylindricis clavatis caule fistuloso.*

6. GLOBULOSA. O. *Glabra glauca tuberibus brevi filipendulis cylindricis clavatis caule fistuloso striato flexuoso alterne ramoso foliis pinnatis foliolis radicalibus lanceolatis incisis caulinis linearibus remotiusculis elongatis involucro nullo, involucellis linearibus accuminatis umbellulas florentes convexas fructiferas globosas longe pedunculatas subaequantibus floribus exterioribus sterilibus calycis laciniis lineari-lanceolatis binis exterioribus longioribus fructibus globoso-pyriformibus fungosis quinque costatis costis latis crassis convexis laevibus valleculis angustissimis stylos erecto-divaricatos subaequantibus.*

O. diffusa. Lagas. gen. et spec. 13. Gouan. ill. t. 9. f. 1. 2. Gaert. fruct. t. 22. Caulis usque pedalis compressus. Folia radicalia pinnata foliolis parvis cuneato-ovatis bi-trilobis integrisve. Inferiora bipinnata. Petala alba vel rosea obcordata parva. Fl. æst. In pratis et pascuis graminosis humentibus agri *nic.*

bbbbb. *Tuberibus filiformibus crassis longis sessilibus non filipendulis: caule fistuloso.*

7. CROCATA. O. *Glabra tuberibus fasciculatis fusiformibus crassis sessilibus longis caule fistuloso ramoso sulcato angulato foliis bipinnatis nitidis foliolis omnibus ovato-cuneatis incisis venosis involucris involucellisque polyphyllis reflexis umbellis brevioribus floribus exterioribus sterilibus parvis radiantibus fructibus compresso-cylindricis jugis duplicatis valleculis univittatis angustis stylis erectis longioribus.*

O. apiifolia Brot. lus. 1. 420. Phyt. t. 33. videtur var. *nullo succo croceo* farcta. De quo serius inquirendum est. Apud nos non vivit. Ic. Sab. hor. rom 5. t. 84. Barrel. ic 350. Planta omnino diversa. Bull. herb. t. 113. Plenck. ic. offic. t. 226. Jacq. hort. vind. 3. t. 55. Engl. bot. t. 2313. Curt. Fl. lond. ed. Grav. 5. t. 19. Matth. com. 575. f. 4. Lob. ic. 730. f. 2. Advers. 326. f. 2. Bah. hist. 3. 193. f. 2. Moris. s. 9. t. 7. f. 2. Park. theatr. 894. f. 6. Blackw. t. 575. Act. Ang. 1747. t. 3. Caulis bipedalis usque orgyalis. Petala alba vel carnea. Styli demum rubri. Herba omnis florens succo croceo venenato foeta est. Quo demum caret. O prolifera L. sp. 365. Jacq. hor. vindob. 3. t. 62. Moris. s. 9. t. 7. f. 5. est procul dubio var. *umbellis exinvolucratis pedicellis umbellarum exterioribus saepius planis ramosis proliferis.* Quod eruitur etiam ex herbario Linnaei: quæ species tamen in patria non vivit.

aaa. *Radice bienni fibrosa stolonifera.*

8. PHELLANDRIUM. Lam. fr. 3. 432. O. *Glabra radice fusiformi fibris verticillatis pallide virens caule ramoso fistuloso sulcato foliis subtripinnatis foliolis divaricatis ovatis inciso-dentatis immersis multifido-capillaceis pedunculis axillaribus involucro nullo involucellis lanceolato linearibus acutis umbellulis convexiusculis brevioribus fructibus ovoideis laevibus tumidis*

*quinquecostatis costis latis depressis convexis valleculis univittatis angustis rubentibus stylis elongatis erecto-divaricatis.*

Phellandrium aquaticum Lin. sp 366. Bull. herb. t. 147 Plenck. ic. officin. t. 210. Engl. bot. t. 684. Alber Fl. medic. t. 259. Flore med, t. 271. Gaud. helv. 2. t. 6. fruct. Hoffm. umbel. 2. ed. 2. t. 1. A. f. 17. Hayne. getr. daust. t. 40. Flor. dan. t. 1154 Schk. hand. t. 71. Mutel. fl. fr. t. 123. f. 175. Oen. aquatica. Lam. enc. 4. 530. Ligusticum Phellandrium. Crant. aus. 200 Ic. Lob. ic. 735. f. 1. Observ, 424. f. 1. Dodon. pempt. 591. f. 1. Dalech. lugd 193. f. 1. Bah. hist. 3. 184. f. 1. Tabernam. ic. 783 f. 2. Moris s. 9. t. 7. f. 7. Blackw. t. 570. Sab. hor. rom. 5. t. 72. Rivin. pentap. irreg. t. 64. Nees t. 281. Caulis inferne crassus usque bipedalis. Petala alba vel carnea. Antheræ rubentes Flores omnes fertiles. Caulis quotannis perit. verum per stolones repentes propagatur qui in proximum annum vivunt. Fl. æst. In paludosis et fossis, et aquaeductibus præsertim oryzarum, in oris lacuum, et fluviorum quibus aquae lente moventur.

aaaa. *Radice perenni fusiformi neutiquam stolonifera.*

9. GIGANTEA. Zum. Œn. *Caule crasso sulcato angulato ad articulos rubro orgyali et ultra ramisque, petiolis, et radiis umbellarum fistulosis ramis ad insertionem fragillimis umbellis usque 40 in anthesi convexis in fructu fastigiatis involucris polyphyllis basi lata lineari-lanceolatis apice longe subulatis albo marginatis reflexis conformibus uno aliquando praesertim in umbella majore quadruplo majore, involucellis similibus corollis innuptis roseis, floribus omnibus hermaphroditis, fertilibus, in anthesi albis apicula inflexa rubro-marginata staminibus divaricatis petala valde excedentibus filamentis albis antheris viridibus, stylis in fructu erectis, marginis calycinalis segmentis brevibus obtusissimis viridibus, thoro albo fungoso foliis imis praecipue radicalibus maximis basi pedem latis pedem et ultra longis circumscriptione triangularibus tripinnatis longe petiolatis petiolis basi rubris supra sulcatis foliolis ovatis profunde incisis laciniis linearibus supra nitidis sulcatis obtusis terminatis acumine calloso obtuso fructibus oblongis crasse costatis jugis duplicatis valleculis univittatis radice fusiformi basi fibris verticillatis coronata.*

Est omnino species nova. Est procul dubio ad Oenanthem referenda. Differt ab aliis radice fusiformi involucro polyphyllo, segmentis marginis calycis obtusissimis, etc. tempore florendi. Floret octobri, novembri. Non est Œ fistulosa. Non Œ.Phellandrium. Ic. Morisoni (sect. 9. t. 7 fig 2.) huc neutiquam facit neque icon. Sabbat (hort rom 5. t. 84.) huc nequaquam congruit cum planta mea. Unde novam dico. Herba glaberrima, neutiquam glauca. Stolones nulli. Folia nulla immersa. Omnia conformia. Superiora minora. Foliola tamen et laciniæ eorum omnino similia: caulis basi etiam duos pollices crassus, flexuosus, basi simplex, rami erecti. Umbellæ oppositifoliæ. Radii involucellis quadruplo longiores Folia rara, petioli secundarii, et tertiarii etiam longi et fistulosi. Odor daucinus non omnino ingratus. Non videtur esse venenata. Non est Seseli elatum neque Œn. crocata. Legi florentem in marginibus fossarum *Gaglianici* in agro *bugell.* die 5 novembris 1856.

## 377. APIUM.

Herbæ biennes erectæ glabræ aromaticæ edules cultæ.

a. *Involucellis nullis, caule fistuloso.*

1. GRAVEOLENS. A *Caule erecto sulcato fistuloso ramoso foliis pinnatis foliolis caulinis cuneiformibus incisis umbellis lateralibus subsessilibus involucellis nullis.*

Seseli graveolens. Scop. carn. 2. 215. Sium Apium. Roth. germ. 1. 128. S. graveolens. Vest. man. bot. 517. Apium dulce. Miller. A. lusitanium idem. A. celeri Gærtn. fruct. t. 22. *Radice crassa napiformi* est A. rapaceum Mill. Ic. Moris. s. 9. t. 9. f. 8 Matthiol. com. 517. f. 1. Fuchs hist. 744. Trag. hist. 464. Camer. epit. 527. Lobel ic. 707. f. 1. Obs. 405. f. 2. Dodon. pempt. 695. f. 1. Dalech. lugd. 705 f. 2. Bah. hist. 3. 100. f. 1. Brunsf. herb. 3. 107. Hoffm. umbell. ed. 2. I. 76. t. 1. f. 8. p. 209. t. 1. B. f. 4. a. Plenck ic offic. t. 217. Fl. dan. t. 790. Engl. bot. t. 1210. Schk. hand. t. 78. Rivin. pentap. irreg. t. 87 Sab. hor. rom. t. 67. Gaud. helv. 2. t. 8 fruct. Koch umb. f. 85. 86. pet. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 140 Lam. ill. t. 196. Hayne 7. 24. Baxter brit. bot. t. 156. Nees gen. 10. 10. Dietr.

flor. bor, t. 810. Caulis usque bipedalis crassus. Petala alba. Herba obscure virens. Fl. æst. In fossis agri *nic.* et prope *Spetiam* in *Liguria orient.* Ubique culta. Aphrodisiaca est, quod in vulgus notum.

aa. *Involucellis polyphyllis: caule farcto.*

2. PETROSELINUM. A. *Laete virens caule farcto erecto angulato ramoso ramis strictis foliis decompositis lucidis foliolis inferioribus ovato-cuneatis 3fido-dentatis superioribus lanceolatis integriusculis involucellis filiformibus brevissimis.*

Petroselinum sativum. Hoffm. umbel. 1. 78. t. 1. A. f. 7. Nees t. 283. Koch. umbell. f. 87. Gaud. helv. 2 t. 8. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 141. Apium vulgare. Lam. fr. 3. 1027. Ic. Engl. bot. t. 2793. Fuchs hist. 574. Trag. hist. 460. Matth. com. 516. Dodon. pempt. 694 f. 1. Tabernam. ic. 89. f. 2. Dalech. lugd. 700. f. 1. Bah. hist. 3. 97. f. 1. et 2. Moris. s. 9. t. 8. f. 2. et 3. Camer. epit. 526. Lob ic. 706. f. 2. Observ. 405. f. 4. Lam. ill. t. 196. f. 1. Blackw. t. 172. Flor. med. t. 268. Plenck ic. offic. t. 218. Rivin. pentap. t. 88. Hayne arz. gew. 7. t. 23. Nees offic. 16. t. 21 Schk. hand. t. 80. f. 722. Gærtn. fruct. t. 22. Woodw. med. bot. t. 45. Guimp. et Schl. t. 215. Caulis usque tripedalis. Petala albo-virentia. Fl. æst. Ubique culta in hortis. Patria ejus *Graecia* praesertim mons *Athos*, et *Sardinia*. Apud nos spontanea facta vivit in lapidosis: in omnibus collibus circa *Segusium*, etc.

378. CNIDIUM.

Herbae perennes glabrae.

a. *Caule fistuloso, tereti floribus albis.*

1. PYRENAEUM. Spreng. in Roem et Schult. syst. 6. 416. Cn. *Caule erecto a basi ramoso foliis supra decompositis nitidis foliolis pinnatifidis laciniis linearibus abbreviatis mucronatis divaricatis involucro caduco fructibus ovatis valleculis multivittatis commissura 6-8 vittata.*

Ligusticum pyrenaicum Gouan. ill. 14. t. 7. f. 2. Koch. um. f. 46. 47. Mut. fl. fr. t. 23. f. 179. Seseli aristatum Ait. hort. kew. 1. 359. Moris. s. 9. t. 6. f. 4. Pluk. t. 173. f. 2. Cum plantam non viderim subiicio descriptionem Gouani: utrum eadem planta sit cum illa Allionii ignoro. Nullo tamen modo confundi posse cum Ligustico Seguieri prohibet natura fructus cum in hoc planus sit in illo ovoideus. — Radix ramosa. Caulis rigidus sulcato-angulatus crassitie digiti bicubitalis paniculatus statim a radice ramosus ramis reflexis, unde habitus plantae sphaericus. Folia bipedalia, ambitu triangularia quadruplicato-pinnato-pinnata. Pinnae pinnulaeque utrinque 9. foliola minima linearia sessilia vix lineam longa dimidiam lineam lata subinde 2-3 lineas longa aristata integra 2-3fida lacinulis refalcatis. Petioli compressi supra sulcati. Vaginae amplae striatae bipollicares. Folia caulina minus composita. Rami summi bi-quaterni subverticillati ad umbellam principem radiis 40-50 pollicaribus: involucro universali nullo aut 1-4phyllo vix lineam longo: involucella dimidiata 6-12phylla umbellulis 30-floris breviora. Flores albi. Fructus Conii. — Ligusticum ferulaceum All., et Selinum Seguieri L. fil. tantam similitudinem habent cum hac planta ut varr. esse ejusdem speciei affirmare audeam. Longitudo enim maior foliorum, et involucrorum aliquando divisio neutiquam characteres constituunt firmos. Involucra nempe modo adsunt modo deficiunt. Botanicos itaque hortor ut tres has stirpes colant, et vivas describant. Fl. aest. In alpibus *Valdensium* se invenisse scribit Allionius.

aa. *Caule farcto angulato: floribus luteis extus albidis.*

2. SILAUS. Spreng. umbell. prodr. 40. Cn. *Caule angulato foliis supra decompositis foliolis pinnatifidis laciniis remotiusculis lanceolatis nervosis subcanaliculatis cuspidatis involucro obsoleto fructibus ovoideo-oblongis, 5-costatis costis aequalibus acutis subalatis lateralibus marginalibus valleculis multivittatis commissuris octovittatis vittis angustissimis.*

Peucedanum Lin. sp. 354. Jacq. a. t. 15. Engl. bot. t. 2142. Hayn. 7. t. 5. Schk. hand. t. 79. f. 638. Ligusticum Vill. All. ped. 2. 41. Silaus pratensis Bess. in Schult sist. b. XXXVI. Gaud. helv. 2. t. 7. fruct. Mut. l. c. t. 23. f. 177. Sium Silaus Roth. germ. 1. 129. Seseli Selinoides Jacq. enum. vind. 227. Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 58. Crant. a. 3 t. 6. f. 1. Lobel. ic. 738. Caulis alterne ramosus bipedalis et ultra non raro rubro maculatus. Involucrum aliquando 1-3phyllum foliolis brevissimis albo-marginatis inaequalibus linea-

ribus acutis. umbellae rarae solitariae terminales 6-9radiatae: umbellulae concavae. Involucella polyphylla lineari-lanceolata radios aequantia. Semina fusca costis in meis exemplaribus neutiquam subalatis. Fl. aest. In pratis montanis. Herba acris foetida.

379. MEUM.

Herbae annuae vel perennes erectae glabrae.

a. *Calycis margo tumidus obsoletus edentulus. Petala subrotunda integra involuta lacinia subquadrata retusa. Flores lutei. Radix fibrosa.* FOENICULUM. Adams.

1. FOENICULUM. Spreng. umbel. prodr. 32. M. *Caule farcto superne ramoso foliis biternatis foliolis lineari-filiformibus glaucis pinnatifido-3fidis, involucellis nullis fructibus oblongis jugis 5 prominulis obtuse carinatis lateralibus latioribus marginantibus valleculis univittatis commissuris bivittatis.*

Foeniculum vulgare Gaertn. fruct. 1. 105. Hoffm. umbell. ed. 2. I. 121. t I. f. 13. et 208. 210. t. 1. B. f. I. 12. Foenic. officinale. All. ped. 2. 25. Gaud. helv. 2. t. 6. fruct. Ligusticum Foeniculum. Roth. germ. 1. 124 Anethum Foeniculum L. sp. 337. Engl. bot. t. 1208. Plenck. ic. offic. t. 216. Fl. med. t. 163. Miller. illus. t. 13. Nees. t. 277. Hayne. arz. gew. 7. t. 15. Rouss. bot. t. 30. Hayne. 7. 18. Wagner. t. 102. Woodw. med. bot. t. 49. Foeniculum piperitum Cand. prodr. 4. 142. est var. *foliorum sup. lobis brevibus crassis.* Foenic. sativum Bertol. est var. *annua caule fistuloso umbellis fastigiatis.* Ic. Sab. hor. rom. 5. t. 81. Rivin. pentap. irreg. t. 62. Tenoria romana Schk. hand. t. 80. f. 712. Foenic. dulce var. *annua turione radicali turgido distiche folioso caule abbreviato fistuloso compresso umbellis concavis.* — Certum est has varr. aliquando biennes et perennes fieri. Quod et ego expertus sum. Ceterum characteres descriptos mutari atque evanescere et iterum ad Foeniculum silvestre reverti evincitur etiam testimonio Broteri. fl. lus. 465. 2. Foeniculum dulce var. in hortis circa Olysiponem culta est *foliis dulcioribus caule humiliori umbellis tamen majoribus fructu paulo longiore dulcioreque radice annua.* Sed sationibus repetitis et coitu florali ad sylvestre demum redit. Ic. Fuchs. hist. 501. Matth. com. Camer. epit. 534. Lobel. ic. 775. fig. 2. observ. 448. f. I. Dodon. pempt. 297. f. 1. Dalech. lugd. 689. f. 1. Park. theat. t. 884. Ger. 877. f. 1. Bah. hist. 3. par. 2. 3. f. 1. et 4. f. 1. Moris. s. 9. t. 2. f. I. Rivin. pentap. t. 61. Fl. aest. Vulgare in collibus calidioribus agri *nic.* et *Liguriae*: agr. *segus.* et locis saxosis circa *Pinerolium* Culta ubique in hortis quibus circa domos praesertim et hortos, in ruderatis migravit.

aa. *Calycis margo 5dentatus: petala obovata bifido-emarginata medio plica transversali notata lacinulam emittente. Flores albi. Radix fibrosa biennis.* PTYCHOTIS. Koch.

2. HETEROPHYLLUM. Moench. met. 86. M. *Caule farcto diffuso ramosissimo foliis radicalibus pinnatis foliolis subrotundis cuneatis inciso-lobatis serratis caulinis lineari-filiformibus involucro nullo involucellis inaequalibus setaceis umbellula brevioribus fructibus oblongis antice planiusculis jugis 5-filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis vittis articulatis commissura univittata.*

Æthusa Bunius L. sp. ed. Reich. 1. 703. Seseli saxifragum Roth. germ. 1. 128. 2. 338. Carum Bunius L. syst. nat. ed. 12. 733. Jacq. hor. vind. t. 198. Æthusa montana Lam. fr. 3. 649. Seseli Bunius. Vill. delph. 2. 588. Pimpinella genevensis 2. 604. Pthycotis heterophylla Koch. umbell. 124. Gaud. helv. 2. t. 8. fructus et petala. Koch. umb. f. 105. pet. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 144. Pt. Bunius Reich. excurs. 474. Critamus heterophyllus. Rohl. cum Mert. etc. deutl. fl. 2. 441. Ic. Dalech. lugd. 774. f. 2. Caulis plerumque humilis aliquando tamen usque sesquipedalis. Fl. aest. Vulgare in montibus agri *segus.* secus torrentes: in vineis *Savorgii* circa *Lucerame*: in valle *Fenestrellarum* secus flumen *Chiron*: in incultis et sterilibus calidioribus *Tarantasiae*: *Alba Pompeja* secus *Tanarum*: in *Liguria occidua* in monte *Acuto* prope il *Ceriale.*

aaa. *Calycis margo obsoletus: petala integra lanceolato-elliptica: radix fibrosa perennis: fructus valleculae multi-vittatae.* MEUM. Tournef.

b. *Foliolorum laciniae capillaceae: caulis fistulosus: flores albi, vel carnei.*

3. ATHAMANTICUM Jacq. a. 4. 2. t. 303. M. *Caule simpliciusculo foliis omnibus supra decompositis setaceis foliolis subverticillatis abbreviatis vagi-*

*nis petiolorum dilatatis involucro submonophyllo involucellis subdimidiatis fructibus oblongis jugis prominulis acute carinatis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis trivittatis commissura utrinque trivittata.*

Ligusticum Meum. Crant. a I. 199. All. pedem. 2. 12. Æthusa Meum Lin. syst. veget. 287. Schk. hand. t. 80. f. 670. Hayne 7. t. 12. Athamanta Meum L. sp. 353. Plenck. ic. med. t. 201. Ligusticum capillaceum Lam. fr. 3. 454 Seseli Meum Scop. carn. n. 352 Ic. Dodon pempt. 305. Dalech. lugd. 769. f. 1. 2. Sab. hor. rom. 5. t. 98 Hook. lond. t. 182. Rivin. pentap. irreg. t. 63. Gaertn. fr. t. 23. Caulis usque pedalis plerumque humilior subnudus vix 1 vel 2 foliosus. Umbella convexa aliquando etiam concava. Umbellulae aequipetalae floribus parvis fertilibus. Petala alba, vel rufa concava. Antherae ochroleucae. Fructus fusci glabri acuti. Fl. aest. In pascuis alpinis lapidosis: in *Cenisio*: in pascuis *Vinadii* et di *Viù*, etc.

bb. *Foliolorum laciniae lineari lanceolatae: caulis farctus flores utplurimum rubri vel albidi.*

4. Mutellina. Gaertn. fruct. 1. 106. t. 23. M. *Caule simpliciusculo subnudo vaginis petiolorum dilatatis membranaceis foliis bipinnatifidis ovatis foliolis multifido-pinnatifidis laciniis lanceolatis acutis involucro nullo, involucellis lanceolatis albo-marginatis umbellulas subaequantibus fructibus parvis ovoideis glabris costis acute carinatis valleculis subtrivittatis stylis divaricatis coronatis.*

Phellandrium L. sp. 366. Jacq. a. t. 56. Schk. hand. t. 8. f. 678. Ligusticum All. ped. 2. 13 t. 60. f. 2. Æthusa Lam. fr 3. 1025. Œnanthe purpurea Ejusd. enc. 4. 530. Ic. Camer. epit. 8. Bah. hist. 3. 66. Koch. umbell. t. 75. -pet. Radix fusiformis crassa extus fusca. Caulis humilis raro dodrantalis ut plurimum nudus. Umbellulae convexiusculae purpureae, floribus odoratis multis abortivis. Antherae purpureae. Fl. aest. In pascuis et pratis uliginosis alpinis: in *Cenisio*: in alpibus di *Corio*: di *Viu*: in valle *Sessitis* loco dicto *la Balma*, omnibusque pratis alpium qui versus *Allobroges* et *Helvetios* inclinantur. Herba fragrans pecoribus gratissima.

aaaa. *Calycis margo obsoletus: petala integra ovata apice inflexo: flores albi: fructus valleculis univittatis. Radix repens.* Heloschiadium. Koch.

5. inundatum. Spreng. umbell. prodr. 115. M *Caule prostrato radicante fistuloso foliis pinnatis submersis capillaribus, emersis cuneiformibus inciso-3fidis umbellis bifidis involucellis subtriphyllis dimidiatis lanceolatis trinerviis fructibus ovoideo oblongis apice truncatis obtusis jugis filiformibus prominulis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis.*

Sison Lin. sp. 363. Engl. bot. t. 227. Flor. dan. t. 89. Sium. Lam. encicl. 1. 407. Hydrocotyle inundata Smith. br. 290. Heloschiadium inundatum Koch. umbel. prodr. 125. Ic. Moris. s. 9. t. 5. f. 5. Pluken. phyt. t. 61. f. 3. Caulis humilis aliquando tamen usque 2-3pedalis natans. Folia ambitu lanceolata. Pedunculi oppositifolii bifidi patentes pollicares. Involucella 4phylla lanceolata umbella breviora. Petala omnia subaequalia. Umbellulae sub-5-florae. Styli brevissimi. Antherae rubidae. Habitus Hydrocotyles. Fl. aest. In inundatis, prope la rocca di *Corio*.

## 380. SMYRNIUM.

Herbae biennes floribus luteo-virentibus.

a. *Foliis omnibus partitis.*

1 Olusatrum. Sm. *Caule sulcato simplici inferne fistuloso superne angulato farcto foliis triternatis foliolis ovatis serratis vaginis foliorum lacerociliatis involucellis brevissimis floribus polygamis fructibus turgidis scrobiformibus jugis tribus dorsalibus prominulis argutis lateralibus binis marginantibus obliteratis valleculis multivittatis*

Ic. Matth. comm. 520. f. 1. Camer. epit. 580. Lam. ill. t. 204. Fuchs. hist. 327. Trag hist. 436. Dodon. pempt. 698. f. 1. Lobel. ic. t. 708 f 2. Tabern. ic. 87. f. 2. Ger. hist. 1019. Parkins. theatr. t. 930. Bah. hist. 3. 126. f. 1. Moris. s. 9. t. 4. f. 7. Blackw. t. 408. Sab hor rom. 5. t. 91. Rivin. pentap. irreg. t. 69 Engl. bot. t. 230. Schk. hand t 76. Plenck. ic. med. t. 220. Gaertn. fruct. t. 22. Mem. soc. mosc. 5. 1. Baxter. brit. bot. t. 195. Radix carnosa extus nigra intus alba. Caulis erectus ramosus tripedalis et ultra. Folia radicalia parva. Flores disci masculi radii hermaphroditi. Umbellae terminales globosae multiradiatae. Antherae virentes. Fructus nigri. Styli

reflexi breves. Herba grate aromatica Apium graveolentem olens, lucida pallide virens glabra subdulcis. Fl. vere. Circa *Sarzanam* ad sepes secus viam romanam: circa thermas *Vinadii.*

aa. *Foliis superioribus simplicibus.*

2. Dioscoridis. Spreng. spec. umbell. 25. Sm. *Caule striato superne quadrialato alterne ramoso farcto foliis radicalibus triternatis integris crenatis caulinis superioribus cordato-ovatis denticulatis amplexicaulibus fructibus turgidis scrobiformibus jugis tribus dorsalibus prominulis argutis lateralibus binis marginantibus obliteratis valleculis multivittatis.*

Sm. perfoliatum Lin. sp. 376. Waldst. et Kitaib. pl. hung. t. 23. Sibt. fl. gr. t. 289. Ic. Dodon. pempt. 698. f. 2. Lob. ic. t. 709. Moris. s. 9. t. 4. f. 2. umbell. t. 1. f. 2. Koch. umb. f. 38. 39. fruct. fig. 76. petal. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 131. Lumnitzer flor. pos. t. I Mag. naturf. fr. 6. t. 5. Radix napiformis extus albida. Caulis bipedalis et ultra. Styli elongati reflexi. Antherae luteae. Flosculi aliquando omnes steriles. Fructus nigri. Herba flavo-virescens aromatica graveolens. Pecora respuunt illam. Flor. vere exeunte. In agro *novar.*

381. CACHYRIS.

a. *Cortice fructus laevi exsulco: petalis luteis: radice fibrosa perenni.*

I. Morisoni. C. *Foliis supra decompositis glabris foliolis multifidis setaceis subdivaricatis involucris involucellisque oligophyllis simplicibus fructibus globosis fungosis jugis obtusissimis vix distinctis laevigatis.*

C. laevigata Lam. enc. I. 256. ill. t 205. C. Libanotis Gouan. ill. 12. C. peucedanoides Deft. atl. 1. 250. non videtur differre nisi *involucri foliolis pinnatifidis* quod laeve nimis est. Ic Moris. umbell. t. 3. f. 1. Tournef. ins. rei herb. t. 172. f. E. F. G. H. I. fructus. Radix alba crassa aromatica. Caulis ramosus teres striatus usque tripedalis farctus. Styli elongati. Fructus albi. Fl. vere exeunte. Supra *Breglio* in agro *nic.* loco dicto *Mamiana.*

aa. *Cortice fructus angulato: petalis virentibus: radice repente.*

2. maritima. Spreng. in Roem. et Schult. syst. 6. 442. C. *Foliis lucidis triternatis foliolis lineari-lanceolatis carnosis acutiusculis involucris polyphyllis ovato-lanceolatis concavis cortice fructus spongioso 5angulato angulis elevatis argutis subulatis lateralibus paulo latioribus marginantibus valleculis planis evittatis.*

Crithmum maritimum L. spec. 354. Ic. Matth. com. 360. f. 1. Dalech. lugd. 768. f. I. Tabern. ic. 100. f. 1. Lamar. ill. t. 197. Valerian. Cord. hist. 201. Dodon. pempt. 705. f. 1. Camer. epit. 272. Lobel. ic. 392. f. 2. observ. 213. f. 2. Bah. hist. 3. 194. f. 1. Moris. s. 9. t. 7. fig. I. Rumph. amb. 6. t. 72. f. 2. Baxter. brit. bot. t. 267. Ger. em. 753. Jacq. hor. vind. t. 187. Engl. bot. t. 819. Schk. hand. t. 64. Zannich. ist. t. 9. Mag. natur. fr. 6. t. 5. Plenck. ic. med. t. 209. Planta suffruticosa carnosa glauca humilis subpedalis simpliciuscula. Umbellae haemisphaericae congestae flavescentes. Fructus ovato-oblongus spongiosus. Styli brevissimi. Fl. aest. Vulgaris in scopulis litoris maris mediterranei. Folia tenera et recentia in acetariis grata et saluberrima sunt, appetitum augent et lotium pellunt.

381 bis. CORIANDRUM.

sativum. C. *Herba annua glabra foetida foetore cimicum radice alba fusiformi ramosa caule usque bipedali striato alterne ramoso foliis radicalibus imis pinnatis ceteris bipinnatis foliolis imorum grandiusculis flabellatis obtusis venosis subtrifidis segmentis lobatis superne dentatis foliolis superiorum pinnatifidis laciniis anguste linearibus acutis umbellis solitariis terminalibus cauli ramisque parvis planis pedunculatis 5-9radiatis involucris nullis vel monophyllis lineari-setaceis umbella brevioribus involucellis dimidiatis subtriphyllis foliolis angustissime linearibus umbellula brevioribus petalis albis vel carneis radiantibus exterioribus tribus bifidis interioribus minoribus obcordatis integris omnibus acuminatis mucronulo inflexo, fructibus globosis margine calycinali coronatis laeviusculis maturis suave aromaticis utrinque decemcostatis costis primariis acute carinatis lateraliter rugosis costis vallecularum depressis obtusis flexuosis facie commissurarum concava velo arachnoideo tecta imperforata bivittata.*

Ic. Dodon. pempt. 302 f. 1. Dalech. lugd. 735. f 1. Matth. com. 514. Ger. em. 1012. Lob. ist. 403. ic. 725. f. 2.

observ. 403. f. 1. Parkins. theatr. 918. Riv. pentap. irreg. t. 70. et 71. Sturm. deut. fl. heft. 3. Engl. bot. t. 67. Hoffm. umbellif. gen. 2. ed 1. 189. t. 61. f. 14. 15. Sibt. fl. gr. t. 283. Schk. hand t. 72. Plenck. ic. med. t. 204. Sab. hor. rom. 5. t. 92. Camer. epit. 523. Tabern. ic. 50. f. 2. Bah. hist. 3. 39. f. 1. Moris. s. 9. t. 11. f. 11. Gaud. helv. 2. 414 t. 8. fruc. Fuchs. hist. 345. Trag. hist. 115. Blackw. t. 176. Lam. ill. t. 196. f. 1. Flor. med. t. 155. Ludw. ect. t. 37. Gaertn. fruct. t. 22. Kerner t. 418. Hayne. 7. t. 13. Nees. t. 286. Koch. umbell. f. 72. 73. Mutel. fl. fr. t. 25. f. 205. Rivin. pentap. irreg. t. 70. Flor. dan. t. 1989. Guimp. et Schl. t. 128. Wagner. t. 75. Woodw. bot. med. t. 63 Baxter brit. bot. t. 504. Wight. ic. plant. orient. t. 516. Ejusd. ill. t. 117. Fructus primum pallide virens nitens vix costatus. Laciniae calycis inaequales exteriores longiores lanceolatae interiores ovatae parvae. Petalum exterius aequaliter bipartitum, laterale utrinque illi inaequaliter bifidum. Fl. julio. Circa *Genuam*: circa *Sciolze* (Allioni). Ego legi in agro circa *Bugellam*: sed forte ex hortis illuc migravit. Herba foetida, venenata. Semina aromatica suaveolentia vires reficiunt et suscitant.

## 382. BIFORIS.

Herbae annuae foetidae glabrae laete virentes caulibus erectis ramosis angulatis striatis foliis compositis umbellis planis floribus albis.

1. FLOSCULOSA. Mar. Bieb. taur. cauc. 3. 234. B. *Umbellis aequalibus fructibus testiculato-apiculatis rugosis, stylis brevissimis recurvis.*

Bifora testiculata Spreng. in Roem et Schult. syst. Cand. prodr. 4. 249. Bifora dicocca Hoffm. umbell. 192. Coriandrum testiculatum Lin. sp. 367. Lamar. ill. t. 196. f. 2. Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 72. Dalech. lugd. 736. Bah. hist. 3. 92. Lobel. ic. t. 706. f. 1. Tabern. ic. 176 Moris. s. 9. t. 11. f. 2. Caulis pedalis et ultra. Fl. vere. Inter segetes: in valle *Staffora* agri *derthon.*: in agro *nic.* et *unel.* et in *Liguria or.*

2. RADIANS. March. Bieb. l. c. 233. B. *Umbellulis radiantibus fructibus globoso-didymis utrinque excavatis, stylis fructus elongatis divaricatissimis adpressis.*

Ic. Bah. hist. 3. 91. Dodon. pempt. 302. Lob. ic. 706. Dalech. lugd. 735. Flor. vere. Circa *Genuam*.

## 383. ÆTHUSA.

CYNAPIUM. Æth. *Herba annua lucida foetida venenata glabra glauca caule tereti ramoso striato usque bipedali foliis supradecompositis foliolis cuneatis acutis anguste laciniatis laciniis lanceolato-linearibus acutis impari longiore involucro subnullo umbellae radiis subinaequalibus involucellis pendulis dimidiatis triphyllis lineari-setaceis acuminatis umbellula radiante plana longioribus floribus albis fructibus ovoideis acutis glabris jugis 5acute carinatis albis marginalibus latioribus carina anguste alatis valleculis angustis univittatis facie commissurali plana bivittata.*

Æth. cynapioides. M. Bieb. taur. caucas. 1. 227. var. *procerior et ramosior*. Coriandrum Cynapium Crant. a. 211. Cicuta Cynapium Targ. ist. bot. — Æth. elata Friedlander ap. Cand. prodr. 4. 141 est omnino var. Ic. Lam. ill. t. 196. Moris s. 9. t. 7. f. 2. Camer. epit. 8. Bah. hist. 3. 179. f. 1. Lobel. ic. 2. 280. f. 2. Blackw. t. 517. Park. theat. 933. f. 2. Jacq. a. t. 56. Hayne. arz. gew. 1. t. 35. Curt. lond. 1. t. 18. ed. Grav. 3. t. 60. Bull. herb. t. 91. Engl. bot. t. 1192. Plenck. ic. med. t. 202. Svens. bot. t. 94. Fl. dan. t. 1991. Rivin. pentap. irreg. t. 76. Roch. phytogr. med. t. 77. Gaertn. fruct t. 22. Gaud. helv. 2. t. 7. Mutel. fl. fr. t. 23. f. 171. Schk. hand. t. 72. Mag. nat. fr. 6. t. 5. Baxter. brit. bot. t. 19. Hayne. 1. 35. Br. n. Ratz. t. 27. Dietr. flor. bor. t. 647. Vulgaris in ruderatis praecipue in sepibus et hortis.

## 383 bis. CICUTA.

VIROSA. C. *Herba perennis glaucovirens glabra, venenata aquatica radice vere et aestate subglobosa, autumno et hyeme elongata intus isthmis intercepta internodiis cavis extus ad nodos verticillate fibrosa succo luteo foeta caule erecto usque tripedali inferne crasso, fistuloso, tereti striato foliis imis simplicibus lanceolatis proximis subternatis successivis tripinnatis superioribus 2-1pinnatis foliolis lanceolatis argute inciso-serratis pinnis pinnulisque remotis oppositis articulatis petiolis fistulosis vaginatis vagina longa angusta striata margine albo-scariosa apice bifida, umbellis terminalibus lateralibusque oppositifoliis involucellis linearibus acutis umbellula brevioribus albo-marginatis floribus albis aequipetalis omnibus fertilibus, petalo-*

T. *Strigosa, caule erecto ramoso foliis bipinnatis foliolis oblongis inciso-serratis terminali elongato involucris minimis inaequalibus linearibus acuminatis pilosis scabris margine scariosis.*

Tordylium. Lin. sp. 346. Jacq. a. t. 261. Schk. hand. t. 19. f. 623. Caucalis Scop. carn. 1. 191. Engl. bot. t. 987. Fl. dan. t. 919. Curtis lond. 6. t. 22. ed. Grav. 3. t. 59. Gaud helv. 2. t. 4. fructus. Hayne. I. t. 36. Torilis rubella Moench. method. 103. Caucalis aspera a, Lam. enc. 1 656. Ic. Bah. prodr. 80. Moris. s. 9. t. 14. f. 1. Lob. ic. 728 Rivin. l. c. t. 32. Hoffm. umb. t. I. A. f. 18. Koch. umbell. f. 15. Mutel. fl. fr. t. 25. f. 204. Gaertn. fr t. 20. Svens. bot. t. 759. Baxter. brit. bot. t. 347. Engelman anthol. t. 5. Dietr. flor. bor. t. 700. Caulis usque tripedalis. Petala alba vel rosea radiantia biloba. Antherae violaceae. Fructus parvi ovoidei apice violacei aculeis incurvis utplurimum rubidis. Flosculi disci steriles masculi. Folia pallide virentia demum sanguinea vel ferruginea. Fl. aest. Vulgaris in sepibus, et dumetis locis praecipue collinis, et montanis.

bb. *Aculeis retrorsum scabris apice glochidatis caule prostrato.*

2. INFESTA Hoffm. umbel. 89. T. *Scabra caule diffuso ramosissimo foliis bipinnatis foliolis ovatis inciso-pinnatifidis extremo elongato involucro nullo.*

Tor. neglecta Schult. l. c. 484. Scandix infesta Jacq. a. t. 29. Caucalis infesta. Vest. ench. 495. var. *Pedunculis longioribus et fructibus maioribus.* Atque miror omnino Kochium et Candolleum summos ceterum viros, levissimis adeo characteribus innixi novas species constituere! Quae et quanta novandi, atque omnia subvertendi libido! Torilis helvetica Gmel. bad. 1. 617. Caucalis helvetica Jacq. hor. vind. 3. t. 16. C. arvensis. Huds. angl. 113. C. infesta Curt. londin. b. t. 23. Edit. Grav. 3. t. 58. atque Engl. bot. t. 314. C. segetum Thuill. par. ed. 2. 136. C. aspera b. Lam. encicl. 1. 656. Scandix infesta Lin. syst. 237. Jacq. a. t. 46 C. aspera Savi pis. 1. 290. C. purpurea Tenor neap. 3. 279. t. 131. C. leptophylla. Ab Ucria hor. panorm. 125. — Var. etiam *foliis superioribus ternatis et simplicibus* quae tunc est. Tor. heterophylla Guss. flor. sic. prodr. 1. 321. Torilis purpur. Tenor. app. 4. 12. Ic. Rivin. pentap. t. 32? 33. 34. Bonan. panph. t. 191. Fl. vere exeunte. Inter segetes in agro *albensi*, et ad sepes circa *Sarzanam.*

aa. *Fructu externo aculeato interiore inermi muricato-granulato umbellis lateralibus oppositifoliis subsessilibus subglobosis caule prostrato.*

3. NODOSA. Gaertn. fruct. 1. 82. t. 20. f. 6. Tor. *Caule scabro simpliciusculo foliis bipinnatis strigosis foliolis ovatis pinnatifidis laciniis lanceolatis acutis umbellis axillaribus glomeratis subsessilibus subglobosis.*

Caucalis. Huds. angl. 114. Engl. bot. t. 199. C. nodiflora Lam. encicl. I. 656. All. ped. 2. 32. Tordylium nodosum Lin. sp. 346. Jacq. a app. t. 24. Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 36. Com. rec. got. 2. I. Moris. s. 9. t. 14. f. 10. Schk. t. 79. f. 1. 24, Gaertn. fr. t. 20. f. 6. Caulis raro pedalis plerumque humilior. Flores albi aut suave rubentes. Fructus aliquando ambo aculeati sunt. Fl. vere. In agro *nic.* et *Monteferrato* et *Liguria* in sepibus, et pascuis lapidosis, et arvis collium.

## 391. ATHAMANTA.

a. *Petalis extus glabris.*
b. *Foliis bipinnatifidis.*

1. LIBANOTIS. A. *Caule sulcato foliis bipinnatifidis foliolis inciso-pinnatifidis infimis ad costam decussatis laciniis lanceolatis umbellis convexis fructibus subrotundo ovatis villosis costis albis crassis valleculis bivittatis commissuris planis quadrivittatis.*

Athamanta pyrenaica. Jacq. hor. vindob. 2. 93. t. 197. A. daucifolia. Hoff. a. 1. 362. Gmel. sibir. t. 40. f. 1. 2. Libanotis athamantoides Koch. syn. 326. Ammi daucifolium Scop. carn. 1. 207. t. 10. Ligusticum athamantoides Tenor. neap. 3. 305. Libanotis montana. All. ped. 2. 30. t. 62. Mutel. fl. fr. t. 23. f. 176. L. daucoides. L. riviniana, Scop. carn. 1. 193. Seseli Libanotis. Koch. umbel. 111. f. 49. 50. Athamanta Oreoselinum. Huds. angl. 115. Ic Gouan. ill. t. 26. f. 1. 2. Pluken. phit. t. 173. f. 1. Rivin. pentap. irreg. t. 37. Jacq. a. t. 392. Engl. bot. t. 338. Flor. dan. t. 754. Relhan. fl. cant. 2 Caulis spithameus usque tamen in pinguibus tripedalis. Involucra et involucella polyphylla lineari-lanceolata pilosa scarioso-marginata umbellis breviora. Fl. aest In collibus, et montibus in pratis pascuis arvis et

oris sylvarum frequens: in montibus di *Giaveno*: circa *Domum Ossulae*: in subalpinis di *Premosello*, etc.

bb. *Foliis petiolo bis trifido-decompositis; rad. perenni.*

2. MACEDONICA. Spreng. in Schult. l. c. 491. A. *Caule villoso molliter velutino paniculato foliis glabriusculis petiolo bis trifido-decompositis foliolis ovatis subtrilobis mucronato-dentatis umbellis numerosissimis velutinis fructibus ovatis villosis sulcatis lagenaeformibus jugis tenuissimis vittis* 10-12. *undique tectis.*

Bubon macedonicum Lin. sp. 364. Gaertn. fr. t. 23. A. Cusiana. de Notaris apud Bertol. fl. ital. 7. 628. Libanotis macedonica Bertol. l. c. Ic. Matth. com. 517. f. 2. Camer. epit. 529. Lobel ic. 708. f. I. Observ. 406. f. 2. Dodon. pempt. 697. f. 2. Dalech. lugd. 703. f. 1. Tabernan.. ic. 87. f. I. Bah. hist. 3. 102. f. 1. Ger. em. 1016. Lam. ill. t. 194. Rivin. pentap. irreg. t. 42. Moris. s. 9. t. 9. f. 12. Caulis usque bipedalis teres ramis pluribus pubescentibus albidis. Umbellae parvae, pedunculis involucellisque pubescentibus. Flores albidi. Styli pilosi, elongati: fructus parvi ovoidei. Fl. vere. Circa *Niceam* in pascuis siccis et arvis, et in insula *S. Julii* in lacu *Cusii* (lago d'Orta).

aa. *Petalis extus pilosis.*

b. *Vix parte dorsali media brevissime pilosis foliis glabris foliolis lineari-filiformibus: radice perenni.*

3. MATTHIOLI. Wulf. in Jacq. coll. 1. 211. ic. rar. plant. 1. t. 57. Ath. *Caule tereti glabro flexuoso foliis glabris tripinnatis foliolis trifidis laciniis longiusculis lineari-filiformibus divaricatis involucris involucellisque lanceolatis fructibus oblongis breviter pubescentibus vittis subobsoletis.*

Ath. rupestris Vill. delph. 2. 643. Atham. Turbith. Broter. lusit. 435. Ath. mutellinoides. Lam. enc. 1. 325. Libanotis rupestris. Scop. carn. I. 192. Seseli Turbith, L. sp. ed. Reich. 1. 715. Ic. Dalech. lugd. 759. Caulis usque pedalis et ultra. Fl. vere et aest. In agro *nic.* ad descensum borealem jugi de *Brouisse*. Cand. prodr. 4. 155

bb. *Petalis extus totis pilosis: foliis hirsutis, foliolis linearibus trifidis cuspidatis: radice bienni.*

4. CRETENSIS. Ath. *Caule villosiusculo foliis tripinnatis foliolis tripartitis laciniis lineari-filiformibus abbreviatis cuspidatis villosiusculis involucro monophyllo involucellis subquinque-phyllis lanceolatis margine scariosis fructibus oblongo-lanceolatis villosis.*

Libanotis. Scop. carn. 1. 192. Gaertn. fruct. 1. 84. t. 21. Ic. Lob. ic. 722. Camerar. epit. 536. Lam. ill. t. 194. f. 2. Plenck. ic. t. 184. Jacq. a. t. 62. Gaud. helv. 2. t. 3. Mutel fl. fr. t. 22. f. 180. Moris. s. 9. t. 10. f. 2. Caulis humilis vix dodrantalis. Flores albi. Pubes cinerea. Fl. aest. In pascuis montanis editis lapidosis, et rupium fissuris: in monte *Cenisio*: in monte *Gallè Liguriae occident*: in pascuis del *Pizzo d'Anzasca*: in valle *Vegezzo*, etiam in montium nostrorum jugis editioribus.

## 392. SCANDIX.

Herbae annuae foliis decompositis, floribus albis, fructibus longe rostratis.

a. *Petalis radiantibus, fructibus patulis subulatis undique hirtis, rostro tereti.*

1. AUSTRALIS. Sc. *Caule superne glabro foliis decompositis foliolis inferioribus linearibus incisis superioribus fasciculatis filiformibus fructibus hispidis sublinearibus involucelli foliolis ovatis acutis subbidentatis erectis circa pedicellos subconvolutis.*

Wylia. Hoffm. umbel. I. 5. t. 2. f. I. Myrrhis. Allion. ped. 2. 29. Chaerophyllum australe. Crant. umb. 76. Ch. rostratum. a. Lam. enc. 1. 685. Ic. Columm. ecphr. 1. 90. Sibt. fl. gr. t. 285. Caulis vix dodrantalis. Fl. vere et aest. Inter segetes collium agri *nic.*

aa. *Petalis subaequalibus: fructibus rectis strictis glabris marginibus suturalibus hispidis: rostro compresso.*

2. PECTEN. Sc. *Caule aspero foliis ternato-decompositis foliolis linearibus abbreviatis multifidis acutis fructibus in parte seminifera glabris rostro villosulo involucelli foliolis apice incisis.*

Mirrhis All. ped. 2. 29. Chaerophyllum. Crant. a. 189. Ch. rostratum a. Lam. en. 1. 685. Ic. Rivin. pentap. t. 38. Math. com. 379. Lob. ic. 226. f. 2. Obs. 419. f. 2. Dodon. pempt. 701. f. 2. Camer. epit. 302. Dalech. lugd. 713. f. 1. Tabern. ic. 96. f. 1. Bah. hist. 3. 73. f. 1. Moris. s. 9. t. 11. f. I. Jacq. a. t. 263. Fl. dan. t. 844. Gaertn. fruct.

t. 85. Engl. bot. t. 1397. Hoffm. umb. t. 1. f. 22. Curt. lond. 5. t. 21. Ed. Grav. 1. t. 35. Schk. hand. t. 80. f. 684. Gaud. helv. 2. t. 6. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 133. Baxter. brit. bot. t. 272. Dietr. flor. bor. t. 748. Caulis raro pedalis. Flores centrales steriles Rostrum longissimum. Fl. vere. Vulgaris inter segetes. Etiam circa *Taurinum*.

393. MYRRHIS.

a. *Caule geniculato: fructibus glabris.*
b. *Fructibus erostratis: radice tuberoso-fusiformi perenni.*

1. AUREA. Gaertn. fruct. t. 23. Spreng. prodr. 29. M. *Caule erecto hirsuto angulato maculato geniculis tumidis foliis pilosis tripinnatis foliolis lanceolatis elongatis acuminatis argute pinnatifido-serratis involucellis ciliatis cuspidatis fructibus subcylindricis obtuse costatis aureis demum inferne fuscis.*

Scandix Roth. germ. 1. 123. Chaerophyllum aureum. Lin. sp. 370. Engl. bot. t. 2103. Ch. maculatum. W. enum. sup. 15. Ch. monogynum. Kitaib. ex Link. enum. hor. ber. 1. 281. Ch. hybridum. Tenor. viag. in Abr. 59. Fl. neap. t. 129. Myrrhis hybrida. eiusd. neap. 3. 321. Ic. Jacq. a. t. 64. Lob. ic. t. 734. f. 2. Rup. ien. ed. Hall. t. 5. Caulis usque tripedalis rubro maculatus. Petala alba vel rubida obcordata. Var. etiam involucellis rubris. Fl. vere et aest. In monte *Cenisio*: in silvis umbrosis, et pratis *Fenestrellarum* atque vallis *S. Martini*.

bb. *Radice fusiformi bienni: fructibus rostratis.*

2. TEMULA. Gaertn. fruct. 1. 109. t. 23. f. a. B-H. M. *Caule scabro maculato geniculis tumidis foliis bipinnatis pilosis foliolis ovatis obtusis inciso-dentatis umbellis virgineis nutantibus involucellis reflexis ciliatis fructibus cylindrico-lanceolatis obtuse costatis glaberrimis.*

Chaerophyllum temulum. Lin. sp. 370. Engl. bot. t. 1521. Curt. lond. 6. t. 65. ed. Grav. 1. t. 37. Fl. dan. t. 918. Jacq. a. t 65. Hayne 1. t. 34. Schk. hand. t. 80. f. 691. Hoffm. umbel. t. 1. A. f. 20. Koch. umb. f. 63. Mutel fl. fr. t. 20 f 136. Gaud. helv. 2. t. 6. Scandix temula. Roth. germ. 1. 122. 2. 317. Scand. nutans. Moench. meth. 101. Ic. Moris, s. 9. t. 10. f. 7. Bah. hist. 3. 70. f. 1. 2. Park. t 915. Ger. em. 867. Dalech. lugd. 791. f. 2. Tabernam. ic. 94. f. 1 Rivin. pentap. irreg. t. 19. Bonan. panph. t. 47. Caulis usque tripedalis rubro-maculatus. Flos centralis et radii fertiles ceteris abortivis. Petala nivea inaequalia profunde biloba. Fructus lineari-subulati valleculis angustioribus costis cum commissura nigro-griseis. Umbella princeps omnis fertilis. Fl. aest. In sepibus et dumetis et ad oras sylvarum. Vulgaris in plagis calidioribus: agro *albensi*, *nic.*, *ligustico*, *Monteferrato*, etiam in agro *taurin.* in sylvis *della Mandria*, *Stupinixii*, et prope *le Tavernette*. Herba venenatissima. Bertolonius (Flor. ital. 3. 215.) vidit mulierem cito peremptam quae huius haerbe folia ingesserat pro foliis Apii petroselini.

aa. *Caule laevi recto: radice fusiformi perenni: fructibus rostratis.*
b. *Fructibus apice setulosis, petalis integris.*

3. ODORATA. Scop. carn. 1. 207. M. *Villosa caule erecto fistuloso foliis tripinnatis foliolis pinnatifido-serratis acutis involucellis lanceolatis ciliatis floribus centralibus masculis fructibus elongatis rostratis acute costatis apice setulosis.*

Scandix. Lin. spec. 368. Engl. bot. t. 697. Jacq. a. ap. t. 37. Plenck. ic. med. t. 206. Svens. bot. t. 374. Schk. hand. t. 80. f. 683. Chaerophyllum odoratum. Lam. enc. 1. 683. Ic. Dodon. pempt. 701. Rivin. pentap. irreg. t. 57. Lobel. ic. 734. Morison. s. 9. t. 10. f. 1. Gaertn. fruct. t. 23. Flor. dan. t. 1928 Baxter brit. bot. t. 374. Caulis pedalis et ultra. Folia pallide viridia subtus pilosa involucella membranacea arida. Flores albi. Fructus maximi fere unciales, sulcati, nitidi, fusci, dulces, aromatici. Radix dulcis. Tota herba anisum olet. Fl. aest. In pratis pinguibus montanis et alpinis: montis *Turli* et del *Margozzolo* in agro *nov.*: alpium *Vinadii*, et *Valderii*: *Fenestrellarum*: circa *Limone*: in *Liguria occidua* in monte *Gallé*, etc.

bb. *Fructibus glabris petalis ciliatis.*

4. HIRSUTA. Spreng. prodr. 28. M. *Caule erecto angulato hirto foliis bipinnatis foliolis late ovatis oblongisve inciso serratis involucellis reflexis lanceolatis petalisque ciliatis fructibus subcylindricis obtuse costatis glabris stylis coronantibus elongatis divaricatis triplo longiore.*

Chaerophyllum hirsutum. Lin. spec. 371. Jacq. a. t. 148. Ch. cicutarium. Host. a. 1. 398. Scandix hirsuta. Scop. carn. 1. 211. Ch. cicutaria. Vill delph. 2. 644. Anthriscus cicutaria. Duby bot gall. 1. 239. Anth. torquata eiusd. Mirrhis bulbosa All. ped. — Var. *involucellis roseis est*. Chaeroph. calabricum Guss. ind. fem. 1828. 4. Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 51. Caulis humilis aliquando tamen pedalis et ultra. Fl. aest. In pascuis, et pratis humentibus montanis et alpinis: in monte *Cenisio*, in sylvaticis ad thermas *Valderias:* in montibus agri *novar*. alibique vulgaris.

aaa. *Caule laevi flexuoso: radice e tubere parvo globoso vel colliculoso.*

5. Bunium. Spreng. umbel. 1. 131. M. *Glabra radice tuberosa caule simplici flexuoso basi nudo foliis decompositis laciniis linearibus incisis involucro, involucellisque linearibus vel nullis corollis subaequipetalis fructibus inferne ovoideis superne lanceolatis.*

Bunium flexuosum. Smith. br. 301. Engl. bot. t. 988. B. Bulbo-castanum Huds. angl. 122, Curt. lond. 4. t. 24. ed. Grav. 3. t. 61. B. denudatum. Cand. fr. 4. 325. B. pyrenaeum Loisl. gall. 161. t. 5. B maius. Gouan. ill 10. — Mirrhis capillifolia. Guss. prodr. 1. 351. Mihi videtur etiam hic convenire laciniis foliorum superorum elongatis subcapillaceis. Quae tamen in patria non vivit. Caulis usque pedalis. Fl. vere et aest. In fagetis umbrosis di *Colle d'Agnon*.

## 394. CHÆROPHYLLUM.

a. *Radice perenni.*

1. sylvestre. Ch. *Caule sulcato striato glabro inferne hirsuto geniculis tumidiusculis foliis tripinnatis foliolis oblongis pinnatifido-incisis impari elongato lacinulis oblongis obtusiusculis umbellis terminalibus pedunculatis pedunculis glabris involucellis submembranaceis dense ciliatis fructibus cylindrico-lanceolatis utrinque ad suturas canaliculatis ecostatis laevibus glabris brevi rostratis rostro utrinque quinquecostato.*

Ch. alpinum. Vill. delph. 2. 462. Ch magellense var. A. Tenor. neap. 3. 324. t. 130. iuxta Cand. prodr. 4. 223. huc pertinet: neque forte iniuria. Petala enim ciliata in Myrride hirsuta aliquando margine integra sunt. Et forte etiam var. B quae petala subciliata habet. Anthriscus sylvestris. Hoffm. umbel. 40. 46. t. 1. f. 19. p. 210. t. 1. B. f. 17. Koch umbel. t. 57. 58. Gaud. helv. 2. t. 6 Mutel. fl. fr. t. 20. f. 135. Ic. Rivin. pentap. irreg. t. 44. Fuchs hist. 525. Dalech. lugd. 761. f. 1. Bah. hist. 3. 181. Moris. s. 9. t. 11. f. 5. Jacq. a. t. 149. Svens. bot. t. 124. Lam. ill. t. 201. f. 2. Flor. dan. t. 2050. Guimp. et Schl. t. 202. Plenck ic. med. t. 108. Engl. bot. t. 752. Curt. lond. 4. t. 25. Ed. Grav. 1. t. 26. Hayne. Getr. darst. t. 33. Schk. hand. t. 731. Caulis bipedalis et ultra. Apud nos foliola basi cuneata sunt margine sub vitro ciliato-scabra ciliis brevibus sursum versis laciniis calloso-mucronatis callo rubido mucrone albo. Petioli costis pilosis pilis albis brevibus patentibus in articulis confertioribus. Nervi foliorum etiam subtus pilosi sunt. Fl. aprili, maio. Vulgatissimum in pratis pinguibus irriguis praesertim montanis. Herba odore gravi viroso, forte venenata est. Pecora, exceptis asinis, vivam respuunt. Siccata non nocet eis. Flores colorem luteum, caules viridem largiuntur.

aa. *Radice annua.*

2. sativum. Lam. fr. 3. 438. Ch. *Caule glabro erecto ramosissimo foliis ternato-tripinnatis foliolis cuneato-ovatis pinnatifido dentatis umbellis e pedunculis axillaribus ternis pubescentibus paucirudiatis subsessilibus involucellis oligophyllis lanceolatis ciliolatis fructibus subcylindricis utrinque ad suturas canaliculatis ecostatis glaberrimis brevi rostratis rostro crasso utrinque ecostato.*

Scandix Cerefolium. L. spec. 368 Engl. bot. t. 1268. Jacq. a. t. 390. Plenck. ic. med. t. 205. Svens. bot. t. 283. Hayne 7. t. 14. Fl. med. t. 108. Schk. hand. t. 73. Anthriscus Cerefolium. Hoffm. umb. 41. 47. t. 1. fig. 21. pag. 210. t. 1. B. f. 26. Cerefolium sativum, Bess. gal. 1. 218. Chaerophyllum Cerefolium. Crant. a. 191. Ic. Fuchs hist. 216. Trag. hist. 471. Matthiol. com. 378. f. 3 Camer. epit. 302. Dodon. pempt. 700. 2. Dalech. lugd. 711. f. 2. Tabernam. ic. 93 f. 1. Bah. hist. 3. 75. f. 1. Moris s. 9. t. 11 f. 1. Black. t. 236. Rivin. pentap. irreg. t. 43. Sab. hor. rom 5. t. 88. Gaertn fruct t. 23. f. 9. Fl. dan. t 1640. Caulis inferne rubidus usque quadripedalis in hortis. Fructus atri lucidi. Flores albi. Fl. vere. Ubi-

que cultum in hortis in usum domesticum praesertim acetariis. Herba gratissime aromatica.

### 395. ANTHRISCUS.

Herbae annuae erectae foliis compositis floribus albis fructibus hirtis.

a. *Fructus erostres hispidi*: *Caulis fistulosus geniculatus*.

1. NODOSA. Pers. ench. 1. 320. An. *Caule ramoso hispidiusculo geniculis tumidis foliis ternato-decompositis hirsutiusculis foliolis oblongis pinnatifido-incisis involucris brevissimis umbellis totis fertilibus fructibus late costatis cylindricis erostribus hispidis.* Scandix Lin. sp. 369. Jacq. hor. vindob. 3. t. 25. Schk. hand. t. 80. f. 687. Caucalis All. ped. 2 33. Torilis macrocarpa. Gaertn. fruct. 1. 83. t. 20. fruct. T. tumida. Moench. meth. Chaerophyllum nodosum. Lam. enc. I. 685. Anthr. Scandix. Mar. Bieb. Ic Moris. s. 9. t. 10. f. 4. Caulis usque bipedalis. Flores albi Fructus vittae dorsales quatuor commissurales duo eleganter rubentes et moliniferae. Setae rigidae compressae angulatae inferne vaginatae globosae ascendentes. Fl. vere. In incultis sterilibus et vineis agri *nic.* et *Liguriae.*

aa. *Fructus rostrati aculeati aculeis scabris uncinatis*: *caulis farctus aequalis.*

2. VULGARIS. Pers. ench. 1. 320. Ant. *Caule laevi foliis tripinnatis foliolis breviter angusteque pinnatifidis lacinulis obtusis petiolis pilosis umbellis pauciradiatis oppositifoliis involucro nullo fructibus ovoideis ecostatis evittatisque rostratis rostro laevi polygono aculeis scabris uncinatis.*

Var. *Fructibus glabris inermibus nitidis.* Scandix Anthriscus Lin. sp. 368. Engl. bot. t. 818. Jacq. a. t. 154. Curt. lond. 1. t. 3. ed. Grav. 2. t. 33. Flor. dan. t. 863. Caucalis aequicolorum. All. ped. 2. 33. C. Scandix. Scop. carn. 1. 191. C. Scandicina. Roth. germ. 1. 126. Chaerophyllum Anthriscus. Lam. enc. 1. 685. Antris. Caucalis. M. Bieb. taur. carn. 574. Ic. Column. Ecphr. 1. 112. Rivin. pentap. irreg. t. 35. Hoffm. umb. 43. 47. t. 1. f. 24. p. 211. t. 1. B. f. 27. Kock. umb. f. 59. 60. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 134. Caulis usque tripedalis gibbosus nitidus Umbellae subquinque radiatae umbellulis quinquefloris. Involucella parva ovato-lanceolata acuta ciliata. Aculei quasi seriatim coordinati vaginati vaginula cylindrica scabriuscula. Fructus insipidi. Floret vere. In muris prope *Moncrivello* et *Borgomasino* in agro *canapic.* in ruderatis *di Carbonara in Laumellina.*

**FINIS TOMI PRIMI.**

---

*Impressio absoluta est mense septembri* 1859.

# ANT. MAURITII ZUMAGLINI

# BOTANICON PEDEMONTANUM

SIVE

# HISTORIA PLANTARUM

# IN PEDEMONTE ET LIGURIA

# SPONTE NASCENTIUM

# VEL LATE CULTARUM.

ANTONII MAUR. ZUMAGLINI

PHIL. ET MED. DOCTORIS

# FLORA PEDEMONTANA

SIVE

## SPECIES PLANTARUM IN PEDEMONTE ET LIGURIA

sponte nascentium.

In parvo copia.
*Virgil.*

TOM. II.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

BUGELLAE
IMPRESSERUNT FLECCHIA ET CHIORINO
MDCCCLXIV.

# FLORA PEDEMONTANA

## 596. AMMI.

**MAIUS.** A. *Herba annua vel biennis glabra caule usque bipedali farcto tereti striato-angulato erecto paniculato-ramoso foliis omnibus margine cartilagineo-argute-serrulatis inferioribus pinnatis pinnis lauceolatis superioribus multifidis laciniis linearibus involucellis polyphyllis umbellula subbrevioribus simplicibus lineari-lanceolatis subulatis inferne margine albo-scarioso petalis albis parvis subaequalibus inaequaliter bilobis antheris ochroleucis fructibus ovoideis sutura compressis 5jugatis jugis filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis.*

Apium Ammi Crant. a. 217. A. glaucifolium. L. sp. 349. A. intermedium Cand. prodr. 4. 113. Ic. Fuchs hist. 67 Trag. hist. 874. Lob. ic. 721. Ejusd. observ. 415. f. 1. Dodon. pempt. 30. f. 1. Tabernam. ic. 91. f. 1. Dalech. lugd. 695. f. 1. Valerian. Cord. 127. Bauh. hist. 3. 27. f. 1. Moris. s. 9. t. 8. f. 4. Lam-ill t. 193. Gaertn. fruct. t. 22. Sabbat. hor. rom. 5. t. 65. Sibt. flor. gr. t. 273. Schk. handb. t. 61. Nees gener. 10. 10. Vulgare in *Liguria* : in arvis et incultis et secus vias *Laumellinae* alibique. Fl. aest.

## 597. SIUM.

Herbae perennes radice repente vel fibrosa, vel tuberosa, caulibus ramosis.

a. *Radice repente, floribus albis.*

b. *Caule fistuloso, foliis omnibus pinnato-partitis. Herbae aquaticae.*

c. *Caule erecto.*

d. *Involucri foliolis integris inaequalibus.*

1. **LATIFOLIUM.** S. *Caule angulato foliis submersis bipinuatifidis foliolis infimis decussatis pinnatifidis acuminatis emersis pinnatis foliolis lanceolatis basi inaequalibus argute-serrulatis umbellis terminalibus planis dentibus calycis elongatis fructibus ovoideo-oblongis glabris, jugis crassiusculis obtusis valleculis trivittatis commissuris trivittatis.*

S. sulcatum Ruch. flor. lid. venet. 8. Coriandrum latifolium. Crant. a. 219. Drepanophyllum palustre. Hoffm. umbell. 110. Cicutaria aquatica Bull. herb. t. 151. Cicuta virosa Alberti flor. med. t. 165. Ic. Sab. hor. rom. 5. t. 76. Bauh. hist. 3. 175. Rivin. pentap. irreg. t. 78. Engl. bot. t. 204. Flor. dan. t. 246. Jacq. a. t. 66. Plenk. ic. med. t. 190. Hayne ar. gew. 1. t. 58. Lam. ill. t. 197. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 110. Baxter brit. bot. t. 319. Svens. bot. t. 278. Brand. und. ratzeb. 28. Dietr. flor. bor. t. 702. Nees gener. 10. 10. Schk. handb. t. 80. f. 666. Glabrum. Caulis usque orgyalis. Involucri foliola basi margine albo-scariosa. Flores albi. Antherae rubidae Fl. aest. In agro *vercellensi*, in palustribus et fossis oryzarum praesertim di *Vinzaglio Confienza*, etc. Herba acris radice praecipue venenata.

dd. *Involucri foliolis latis inaequalibus subpinnatifidis.*

2. **ANGUSTIFOLIUM.** S. *Glabrum caule tereti erecto foliis uniformibus pinnatis foliolis ovato-lanceolatis acuminatis argute inaequaliter serratis incisisque umbellis planis pedunculatis oppositifoliis involucro foliaceo subpinnatifido fructibus ovoideis parvis commissuris compressis jugis obtusis valleculis multivittatis radice fibrosa e collo stolonifera.*

S. erectum. Huds. angl. 103. S. nodiflorum. Flor. dan. t. 247. Apium Sium. Crant. a. 215. Sium Berula Gouan. monsp. 218. Berula angusticolia. Koch. deut. fl. 2. 455. Ic. Plenck. ic. med. t. 191. Hoffm. umb 2. I. 208. t. 1. f. 26. Svens. bot. t 620. Curt. Hook. lond. 4. t. 111. Gaud helv. 2. t. 9. Mutel fl. fr. t. 21. f. 151 Fl. med. t. 67. Engl. bot. t. 139. Jacq

a. t. 67. Hayne arz. gew. 1. t. 39. Matth. com. t. 357. f. 1. Caulis aliquando procumbens et pupurascens minor praecedentis. Umbellas haemisphaericas dicit Smith. flores albi. fructus nigri. Fl. aest. Ad fontium scaturigines, fossas, oras lacuum, et fluviorum locis quibus aquae lente moventur.

cc. *Caule prostrato.*

d. *Involucro nullo, foliolis oblongis aequaliter serratis.*

3. NODIFLORUM. S. *Glabrum caule procumbente striato foliis uniformibus pinnatis foliolis ovatis laeviter serratis umbellis totis fertilibus lateralibus brevissime pedunculatis involucro subnullo fructibus ovoideis parvis commissura compressis jugis 5 sulcatis valleculis univittatis.*

Sison. Broter. lusit. 1. 423. Seseli. Scop. carn. 1. 215. Sium repens Balb. et Nocc. flor. tic. 1 138. excl. syn. Helosciadium nodiflorum. Koch. umb. 126. Ic. Woodw. med. bot. t. 182. Sabbat. hor. rom. 5. t. 75. Moris. s. 9. t. 5. fig. 5. Petiv. h. br. t. 26 f. 5. Engl. bot. t 639. Caulis ramosus in aquis natans, et si super terra decumbit radicans, usque bipedalis. flores albi. Antherae rubrae. Involucrum ante anthesim decidit. Fl. aest. In palustribus apud *Genuam et Sarzanam*. Ad muros subhumidos prope *Sospello* in agro *nic.* inter *Conflans*, et *Aiquebelle* abundans etc.

dd. *Involucro oligophyllo lanceolato; foliolis subrotundis angulato-dentatis.*

4. REPENS. S. *Caule prostrato radicante foliis pinnatis foliolis subrotundis angulatis dentatis involucro oligophyllo lanceolato umbellis longe pedunculatis divaricatis umbellulis haemisphaericis totis fertilibus fructibus subrotundis compressis.*

Ic. Jacq. a. t. 260. Flor. dan. t. 1514. Engl. bot. t. 1431. Gmel. fl. bad. 1. t. 5. Umbellae ob caulem decumbentem videntur radicales esse. Flores albi. Antherae purpureae. Fl. initio aest. Repertum est in agro *uneliensi* in rivulo dicto *Impero.*

bb. *Caule farcto: foliis radicalibus simplicibus. Herbae terrestres.*

5. FALCARIA. S. *Glabrum caule erecto tereti flexuoso striato paniculato-ramoso ramis divergentibus foliis aequaliter serratis petiolatis subcoriaceis glaucescentibus, radicalibus simplicibus ovato-lanceolatis acutis successivis binatis aut ternatis caulinis inferioribus pinnatis foliolis quinis lanceolato-linearibus elongatis acutis terminalibus tribus coadunatis horumque lateralibus decurrentibus ala cuneata umbellis solitariis terminalibus pedunculatis multiradiatis involucris involucellisque linearibus acuminato-setaceis albo-marginatis inaequalibus fructibus glabris oblongis commissura compressis jugis 5filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis vittis filiformibus.*

Seseli Crant. a 208. Drepanophyllum. Loisl. gall. ed. 2. 1. 194. Dr. agreste Hoffm. et Koch l. c. Critamus agrestis Bess. enum. 92. Sium falcatum. Dub. Orl. 442. Bunium Falcaria. M. Bieb. taur. cauc 1. 211. supl. 307. Ic. Lobel ic. 2. t. 24. f. 1. Dodon pempt. 752. Riv. pentap. irreg. t. 48. Sab. hor. rom. 5. t. 66. Matth. com. 561. f. 2. Gaertn. fruct. 1. 104. t. 23. Jacq. a t. 257. Fl. dan. t. 1749. Gesn. lign. t. 18. f. 161. Moris. s. 9. t. 8. f. 1. Svens. bot. t. 62. Falcaria Rivini Host. a. 1. 381. Drepanophyllum sioides, Wib. Werth. 196, Radix longa luteola inodora urens nauseosa lactescens lacte croceo. Caulis demum ramosissimus gracilis nitidus. Antherae ochroleucae. folia ternata habent foliolum intermedium trifidum lateralibus externe bitrifidisque laciniis omnium lineari lanceolatis aequaliter approximato-serratis serraturis spinuloso-mucronatis Fl. aest. Circa *Candiolo*, et in agro *nic.*

aa. *Radice fibrosa, floribus luteis. Herbae terrestres.*

6. SICULUM. S. *Glabrum caule erecto striato simpliciusculo vel alterne ramoso foliis imis simplicibus reliquis pinnatis bipinnatisque foliolis sessilibus oblique cordatis oblongis serratis infimo auriculato umbellis terminalibus rigidis involucris involucellisque filiformibus demum reflexis fructibus glabris subcylindricis elongatis jugis filiformibus obtusis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis, et commissura multivittatis calycibus quinque dentatis.*

Ligusticum balearicum Lin. mant. 218. Campdaeria sicula Lagasc. ann. nat. 2. 99. Athamanta sicula ab Ucria hort. panorm. 137. Kundmannia sicula. Cand. prodr. 4. 143. Brignolia pastinacaefolia. Bertol. in Desv., journ. 4. 75. Ic. Barrel. ic. 241. Zanon. his. bot. ed. Monti. t. 128. ejusd. ist. bot. t. 50. Sebast. rom. plant. fas. alt. t. 2. Jacq. hor. vindob. t. 153. fl. vere. In *Liguria occidua* a *Pegli* in sylva *Doria*.

aaa. *Radice tuberosa: floribus albis. Herba terrestris glabra.*

7. Bulbocastanum. Spreng. umb. prodr. 3. S. *Glabrum laete virens caule erecto ramoso foliis subtripinnatis laciniis linearibus acutis umbellis 12. — 24radiatis involucro involucellisque* polyphyllis *foliolis lanceolatis acuminatis pedicellis defloratis erectis fructibus accumbentibus oblongis obtusis jugis filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus commissura plana valleculis univittatis stylis reflexis radice tuberosa globosa colliculata.*

Bunium. Lin. sp. 349. Fl. dan. t. 220. Plenck. ic. med. t. 182. Gaud. helv. 2. t. 9. fructus. Schk. hand. t. 62. Gaertn. fruct. t. 140. Mutel fl. fr. t. 21. f. 148. fruct. Koch. f. 101. petalum. Hoffm. umbel. t. 1. A. f. 4. Bun. minus. All. ped. 2. 26. Carum Bulbocastanum Koch umbell 121. — Bun. divaricatum. Cesat. in Linnaea 11. 314. Carum divaricatum. Koch syn. 315. mihi videtur var. *humilior fructibus majoribus pedicellis defloratis divaricatis*. Ic. Durant. herb. 80 et 169. mala. Matth. com. 375. f. 21 Columm. ecphr. 2. 20. Sab. hor. rom. 3. t. 75. Barrel ic. 244. Lob. ic. 743. f. 1. Eiusd. observ. 429. f 2. Dodon. pempt. 334. f. 1. Camerar. epit. 609. Dalech. lugd. 773. f. 1. Tabernam. ic. 43 f. 1. Bah. hist. 3. 30. f. 3. Moris. s. 9. t. 2. f. 1. Lam. illus. t. 197. Curt. lond 3. t. 60. Engl. bot. t. 988. et t. 2862. Caulis humilis in pinguibus tamen usque bipedalis. Petala obcordata vix radiantia, folia suprema ut plurimum simplicia vel ternata laciniis foliolis simplicissimis. Fl. aest. Circa *Genuam*: in montibus *Liguriae occiduae*; *Cenisio*: in pascuis, et agris montanis passim.

### 398. CONIUM.

Maculatum. C. *Herba biennis caule erecto glabro ramoso fistuloso striato glauco-virente rubro-lurido-maculato etiam tripedali usque orgyali foliis tripinnatis foliolis lanceolatis pinnatifidis involucro utroque polyphyllo foliolis lanceolato-linearibus acuminatis floribus parvis albis fructibus ovoideis obtusis commissura compressis jugis 5prominulis undulato-crenulatis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis multistriatis evittatis.*

Cicuta major. Lamar. enc. 2. 3. C. maculata ejusd. fr. 3.104. Coriandrum Cicuta. Crant. a 24. Cor. maculatum. Roth. germ. 1. 130. — Conium croaticum W. et Kitaib. est. var. *Caulibus diffusis ramosissimis strictissimis umbellis umbellulisque proliferis*. Ic. Fuchs hist. 406. Trag. hist. 414. Clus. hist. 2. 200. f. 2. Matth. com. 699. f. 1. Durante herbario nuovo 127. Camerarius epithome 839. Lob. ic. 732. f. 1. Ejusd. observ. 422. f. 1. Dodon pempt. 461. f. 1. Dalech. lugd. 688. f. 1. Lam-ill. t. 195. f. 1. Moris. s. 9. t. 6. f. 1. Bah. hist. 3. 175. f. 3. Fl. medic. t. 120. Zannich. ist. t. 284. Sab. hor. rom. 3. t. 70. Rivin. pentap. irreg. t. 73. Alberti flor. med. t. 164. Svens. bot. t. 226. Bull. herb. t. 63. Savi mater. med. t. 49. Blackw. t. 451. et t. 373. a. b. Plenck. ic. offic. t. 183. Jacq. a. t. 156. Engl. bot. t. 1191. Curt. lond. 1. t. 37. ed Grav. 2. t. 32. Hook. 2. t. 88. Schk. hand. t. 62. Hayne l. c. 1. t. 31. Hoffm. l. c. 2. I. p. 101. t. 1. f. 3. p. 210. t. 1. B. f. 13. t. 3. f. 2. Guimp. et Schl. t. 12. Nees. dusseld. t. 281. Wagner t. 99. Brandt. med. Rotzeb. t. 23. Woodw. med. 1. t. 42. Bigelow. med. t. 11. Diction. sienc. nat. t. 160. Flor. dan. t. 2168. Baxter brit. bot. t. 303. Koch. umb. f. 40. Gaud. helv. 2. t. 7. Mutel fr. fr. t. 20. f. 129. Scubert ges. t. 13. f. 4. Herba lurida foetida odore ingrato odorem urinae felis Cati quodammodo referente. Involucella dimidiata umbellulis breviora. Fl. aest. Vulgare in ruderatis, et hortis, ad vias et sepes locis pinguibus umbrosis, atque humidiusculis. Postquam floruit interit.

## 399. LIGUSTICUM.

Herbae perennes radice fibrosa caulibus erectis foliis compositis.

a. *Floribus flavis.*

1. LEVISTICUM. L. *Glabrum caule tereti striato foliis ternato-decompositis foliolis obovatis cuneatis inciso-dentatis lucidis subcoriaceis fructibus a dorso compressis jugis 5alatis ala jugorum lateralium duplo latiore valleculis univittatis commissura 2vittata involucro utroque polyphyllo.*

Angelica All. ped. n. 1309. A. paludiapifolia. Lam. Ligusticum vulgare. Mutel fr. 2. 48. Levisticum officinale Koch umbell f. 41. Mutel. fr. t. 24. f. 185. Gaud. helv. 2. t. 7. Lam. enc. 1. 173. Ic. Moris. s. 9. t. 5. f. 1. Fuchs hist. 760. Trag. hist. 426. Brunsf. herb. 3. 316. Camer. epit. 506. Lob. ic. 703. f. 1. Observ. 401. f. 1. Dodon. pempt. 311. f. 1. Dalech. lugd. 703. f. 2. Blackw. t. 275. Ludw. ect. t. 164. Schk. hand. t. 68. Plenck ic. med. t. 196. Hayn. l. c. 7. 8. 6. Gaertn. fruct. t. 85. Woodw. med. 1. t. 55. Guimpl. et Schl. t. 178. Nees dusseld. t. 277. Wagner t. 88. 89. Caules caespitosi usque orgyales. Radix fusiformis extus feruginea. Umbellae terminales. Involucra et involucella e foliolis 6. 8. lanceolatis membranaceis riflexis. Fl. aest. In *Liguria* inter *Genovam* et *Savonam* crescere scripserunt Lobelius atque Allionius. Quod negat Bertolonius.

aa. *Floribus albis et rubentibus.*

b. *Caule subnudo, floribus albidis, vel rubidis.*

2. SIMPLEX. All. ped. 2. 13. t. 71. f. 2. L. *Caule simplici aphyllo foliis bipinnatifidis oblongis foliolis sessilibus multifidis linearibus subdecussatis involucris invollucellisque apice subtrifidis fructibus glabris ovalibus subcompressis jugis 5elevatis alaeformibus, basi contiguis aequidistantibus obtusis externis marginantibus vittis nullis.*

Laserpitium L. mant. 1. 56. Jacq. miscel. 2. t. 2. Roem. fl. europ. fasc. 8. Pachypleurum. Reich. excurs. 475. Mutel fl. fr. t. 23. f. 170. Laserpitium lucidum. Ait. kew. 1. 345. Gaya simplex Gaud. helv. 2. 389. t. 6. fruct. Ic. Vill. delph. 2. t. 16. Caulis humilis vix dodrantalis simplex teres raro 1-2 phyllus plerumque omnino aphyllus. Radix fusiformis extus fusca. folia aliquando tripinnatifida. Umbella solitaria terminalis. Antherae obscure purpureae, fructus rubidi. Fl. aest. In pratis editissimarum alpium: in monte *Cenisio Turlo* et *Moro* etc.

bb. *Caule folioso.*

c. *Fistuloso.*

d. *Floribus albis.*

3. PELOPONESIACUM. Scop. carn. 1. 205. L. *Glabrum caule sulcato ramoso foliis tripinnatis foliolis elongatis acuminatis decursive pinnatifidis laciniis oblongo-lanceolatis extus curvulis apice serrulatis vel integerrimis umbella terminali fertili lateralibus masculis involucro involucellisque ut plurimum elongatis fructibus a latere contractis jugis 5membranaceo-alatis binis lateralibus marginantibus duplo brevioribus tribus dorsalibus argutis valleculis univittatis vittis latis fuscis commissura angustissima evittata.*

Molopospermum. Koch. umbell. 108. Molospermum Cicutarium. Lam. fr. 3. 453. Athamanta Galatta. Gmel. Jacq. Ic. Jacq. a. ap. t. 13. Lob. ic. 735. Radix fusiformis carnosa alba odorata. Caulis ramosus usque orgyalis. Involucra umbellas aliquando aequant vel eis breviora sunt, forma ludibunda, modo integra modo pectinato-dentata, aliquando lineari-lanceolata, aliquando foliacea. Herb. foetida. Amat loca edita et alpina. Circa *Sospello* et la *Giandola* in agro *nic.*: In sylvis di *Viù*: in summo monte *Musinè*: in montibus di *Fiano*: in locis editioribus di *Fossimagna* in *agro sejusiano* Fl. aest.

dd. *Floribus albo-viridulis.*

4. NODIFLORUM. Vill. delph. 2. 608. t. 14. L. *Glabrum caule elato gracili superne subnudo ramoso ramis superioribus verticillatis foliis imis multoties ternatis foliolis oblongis acutis profunde serratis superioribus obsoletis umbellis paniculatis numerosissimis involucris linearibus abbreviatis fructibus a latere parum compressis jugis 5argutis subalatis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis latis 3-4vittatis commissura 8vittata.*

Smirnium. All. ped. 2. 21. t. 72.

Angelica paniculata Lam. enc. 1. 172. Imperatoria nodiflora ejusd. fr. 3. 417. Trochisanthes nodiflorus. Koch umbel. 104. fig. 95. petal. Gaud. fl. helv. 2. t. 7. Mutel. fr. t. 23. fig. 179. Laserpitium verticillatum W. Kitaib. hung. 2. 186. t. 171. facies Angelicae et Imperatoriae Radix fusiformis crassa alba aromatica suaveolens. Caulis usque bicubitalis. In officinis recipitur pro radice Angelicae atque Imperatoriae. Fl. aest. Amat pascua prata sylvas alpestres. Circa *Tenda*, *Limone*, *Bobbio*: circa thermas *Valderias* et *Vinadii*: in vallibus di *Viù* et *Segusii* etc.

cc. *Caule farcto.*

d. *Involucro foliaceo pinnatifido.*

5. FERULACEUM. All. ped. 2. 13. t. 60. f. 1. L. *Glabrum caule erecto ramoso striato sulcato submaculato, foliis ternatim supra decompositis foliolis pinnatifidis laciniis abbreviatis remotis lineari-cuspidatis involucro foliaceo apice pinnatifido fructibus ovoideo-oblongis jugis 5aequalibus elevatis subalaeformibus lateralibus marginantibus valleculis 3-4vittatis commissuris 6-8vittatis.*

Laserpitium dahuricum. Jacq. hor. vindob. 3. t. 38. Caulis usque bipedalis. umbella terminalis tota fere fertilis lateralibus masculis, fructus demum nigrescentes. Fl. aest. In alpibus di *Vinai* loco dicto le *Baccide*: in valle *Sturae* et forte alibi.

dd. *Involucro polyphyllo foliolis reflexis umbella brevioribus lineari-subulatis margine albo-scariosis.*

6. CERVARIA. Spreng. in Schult. syst. 6. 350. L. *Glabrum caule simpliciusculo tereti striato foliis biternatis rigidiusculis coriaceis foliolis ovatis oblongisve basi extrorsum subauriculatis subsessilibus mucronato-dentatis inferioribus basi pinnatifidis laciniis reflexis subtus glaucis impari trisecto vaginis superioribus aphyllis fructibus parvis oblongo-ovalis dorso compressiusculis jugis 5crassiusculis lateralibus alamarginali accessoria angustissima auctis valleculis univittatis commissura plana bivittata vittis subarcuatis.*

Athamanta. L. sp. 352. Jacq. a. t. 69. Schk. hand. t. 79. f. 64. Plenck ic. med. t. 83. Engelm. anthol. t. 5. Selinum. Lin. sp. ed. 1. 1194. Crant. a. t. 3. f. 1. Peucedanum. Koc. umbell. 94. Selinum glaucum. Lam. fr. 3. 419. Cervaria Rivini Gaertn. fruct. 1. 91. t. 21. f. 10. Cerv. glauca. Gaud. helv. 2. 326. Cerv. rigida. Moench. meth. 98. Athamanta latifolia Vivian. flor. ital. fragment. 1. 18. t. 22. Ic. Garid. Aix. t. 116. Matthiol. com. 524. f. 2. Sab. hor. rom. 5- t. 97. Rivin. pentap. irreg. t. 12. Lobel. ic. 720. Fuchs hist. 233. Caulis plerumque humilis raro 1- 2. pedalis. Radix fusiformis extus fusca. folia ima magna petiolata ambitu tringularia. Umbellae subconvexae omnes fertiles. Herba saepe rubens aromatica fructus compressus est et magis accedit ad Selinum, quam ad Ligusticum. Fl. aest. Amat loca alpestria montana et collina lapidosa inculta sterilia, ad oras sylvarum: in collibus supra *Genuam*: in montibus supra *Sarzanam*, et in monte *Bracco Ligur. Orient.*

ddd. *Involucro subnullo.*

7. APIOIDES. Lam. enc. 3. 577. L. *Glabrum caule erecto sulcato-angulato ramoso foliis tripinnatis foliolis uniformibus multifidis laciniis lanceolatis mucronulatis imparitrifida involucellis setaceis fructibus ovoideo-oblongis commissura subcompressis jugis 5anguste alatis alis aequalibus lateralibus marginantibus valleculis univittatis commissura bivittata.*

L. cicutaefolium. Vill. delph. 2. 612. t. 15. L. silaifolium Gaud. helv. 2. 599. L. Lobelii. Vill. prosp. 94. excl. synon. Selinum Seguieri. All. auct. 24. excl. syn. S. carvifolia ab Ucria hor. panorm. 127. Laserpitum silaefolium Jacq. a. 5 52. ap. t. 44. Cnidium apioides. Hoffm. umbel. 2. ed. 1. 57. Ic. Lob. ic. 775. f. 1. Radix demum extus fusca praemorsa transverse ramosa grate odora. Caulis tenuis humilis, et tunc tenuissimus in pinguibus tamen crassior usque 3-4pedalis. Umbellae longe pedunculatae convexae omnes fertiles. Antherae pallidae. Fl. aest. In monte *Creto* apud *Genuam*: in sylvaticis ad *Albam* alibique.

## 400. SELINUM.

Herbae perennes floribus albis vel rubentibus, fructus in nostris specie,

bus glabri sunt ideo character generis valleculae et raphes ciliata minime aptus.

a. *Caule fistuloso: foliis margine ciliato-spinulosis.*

1. VENETUM. Spreng. umbell. prodrom. 75. S. *Caule subcaespitoso sulcato-angulato fistuloso ramosissimo ramis superioribus verticillatis foliis tripinnatis foliolis cuneatis pinnatifidis laciniis oblongo-lanceolatis obtusiusculis mucronatis margine ciliato-spinulosis involucris albo-marginatis caducis umbellae radiis intus scabris fructibus ellipticis dorso compressis glabris jugis 5obtusis marginalibus anguste alatis valleculis univittatis commissura plana bivittata.*

S. argenteum. All. ped. 2. 9. S. austriacum Bertol. plant. gen. 44. Peucedanum alsaticum. All. ped. 2. 6. P. Silaus. Rè. torin. 2. 165. P. venetum. Cnidium alsaticum Spreng. in Schult. 6. 417. S. alsaticum. Crant. a. 59. Caulis usque tripedalis. folia ima magna longe petiolata ambitu triangularia Fl. aest. Amat. loca aprica collium, et montium, ad vias et dumeta. Mea sententia est eadem planta ac *Angel. controversa.*

aa. *Caule farcto.*

b. *Superne nudo: foliis pinnatis glabris.*

2. RIGIDULUM. Vivian. flor. ital. fragm. 1. 34. t. 15. S. *Glabrum caule tenui herbaceo striato erecto simpliciusculo superne nudo foliis inferioribus pinnatis decussatis foliolis lineari-multipartitis superioribus pinnatis simplicibusque elongatis vaginis summis appressis subaphyllis involucro subnullo involucellis polyphyllis lineari-subulatis umbellulam aequantibus fructibus ovoideo-oblongis glabris e latere compressis jugis 5filiformibus aequalibus lateralibus marginantibus valleculis latiusculis tri-quadrivittatis commissura ad raphe trivittata.*

Carum. Cand. Prodr. 4. 115. Seseli apuanum. Vivian. catal. hor. di Negr. 32. Caulis utplurimum humilis aliquando tamen pedalis et ultra Herba in hoc genere omnino aliena. fructus enim non habet costas alatas. Neque ad Carum jure trahenda, quod fecit Candolleus. Neque ei radix tuberosa est. planta viva diligentius inspicienda et describenda. forte novum genus constituendum est. Fl. aest. In asperis montosis circa *Sarzanam*: in lapidicinis *lunensibus* etc.

bb. *Caule toto folioso: foliis tripinnatis.*

c. *Floribus albis: foliis glabris.*

3. LINEARE. Spreng. in Schult. syst. 6. 360. S. *Glabrum, glaucum caule sulcato angulato ramoso foliis tripinnatis foliolis trifidis integrisque angustissime linearibus calloso-mucronulatis involucris involucellisque reflexis inaequalibus linearibus acuminatis ciliolatis fructibus glabris elliptico-oblongis dorso compressis jugis 5filiformibus marginalibus obsoletioribus ala accessoria angusta albida auctis valleculis univittatis commissura plana demum bivittata.*

S. elegans Balb. S. Bellardi ejusd. hor. acad. taur. ic. et descript. 1. 25. t. 4. S. rablense. Spreng. pugil. 2. 51. Oreoselinum rablense. Umbellif gen. 155. Peucedanum rablense Kok. umbell. 94. Ferula rablensis Wulf. in Jacq. coll. 4. 312. Petroselinum rablense. Reich. excurs. 454. Ic. Bah. hist. 3. 54. Caulis usque bipedalis. Fl. aest. Habitat ..

4. AUSTRIACUM. Jacq. a. 1. 46. t. 71. S. *Glabrum glaucum caule sulcato angulato simpliciusculo foliis tripinnatis foliolis cuneatis anguste pinnatifido-incisis lacinulis acutis mucronatis involucris involucellisque polyphyllis lineari-lanceolatis margine albo-membranaceis ciliolatis fructibus glabris elliptico-oblongis dorso compressis jugis 5filiformibus marginalibus obsoletioribus ala accessoria angusta albida auctis valleculis univittatis commissura plana demum bivittata.*

S. sulcatum. Bertol. flor. ital. 3. 367. est var. *umbella longiore, fructibus longioribus* quae neutiquam speciem diversam constituere possunt. S. argenteum. Crant. a. 174. t. 4. f. 2. S. nigrum. Lam. fr. 3. 420. Oreoselinum austriacum. Hoffm. umbell. 155. Omnino Kochio assentio, qui S. montanum W. S. nigricans Gaud. et S. rablense esse huius varr. asserit. Fl. aest. In montibus di *Fenestrelle* et in collibus circa *Genuam*.

cc. *Floribus rubentibus. foliis margine ciliolatis costis scabris.*

5. OREOSELINUM. Scop. carn. 1. 201.

*S. Caule tereti striato scabrido simpliciusculo foliis tripinnatis pinnis oppositis refractis foliolis remotis cuneatis subtrifido-incisis divaricatis nitidis involucellisque reflexis linearibus acuminatis inaequalibus margine ciliolato-scabris fructibus subrotundis compressis glabris apice excavatis jugis 5tenuibus filiformibus lateralibus obsoletioribus auctis ala marginali accessoria latiusculo albida valleculis univittatis commissura plana bivittata vittis a raphe recessis arcuatis.*

Athamanta. Lin. sp. 352. Jacq. a. t. 68. Plenck ic. med. t. 186. Hayne Gew. arz. 7. t. 3. Cervaria Gaud. helv. 2. 324. Peuced. Cuss. ex Lapeyr. abr. 149. Oreoselinum nigrum. Delarb. auver. 1. 428. O. legitimum. Reich. excurs. 3. 455. Ic. Bah. hist. 3. 103. s. 1. Moris s. 9. t. 17. f. 1. Lob. ic. t. 707. f. 2. Ejusd. observ. 406. f. 1. Dodon. pempt. 698. f. 1. Clus. hist. 2. 195. f. 2. ejusd. pannon. 695. Rivin. pentap. irreg. t. 8. For. dan. t. 1750. Caulis usque quadripedalis. flores in montosis raro albi. Fl. aest. Vulgare in planitie, apud nos in arvis et sylvis caeduis, pascuis siccis collium etc.

6. AFFINE. Zum. S. *Bienne glabrum radice crassa carnosa fusimormi descendente inferne ramosa extus intusque alba aromatica caule pedali et ultra erecto subnudo tereti striato farcto foliis omnibus ambitu late triangularibus, radicalibus longissime petiolatis petiolis filiformibus, farctis teretibus viridibus basi brevivaginatis vaginis rubris petiolis secundariis elongatis teretibus angulo recto divaricatis inter lacinias compressis subalatis laciniis albo-reticulato-venosis distantibus angulo recto divergentibus oppositis utrinque binis sessilibus pinnatifido-incisis ambitu subovalibus lacinulis apice calloso-mucronatis extremo trifido margine neutiquam ciliatis neque serrato-spinulosis, foliis supremis sessilibus egredientibus e vagina ampliuscula uni-vel biternatis petiolis alato-foliaceis laciniis lineari-lanceolatis vel linearibus integerrimis umbella terminali umbellulis planis 15-20 singulis 8-12 radiatis radiis undique glabris involucris 4-6, lineari-subulatis basi attenuatis reflexis umbellulis valde brevioribus involucellis similibus radio subbrevioribus floribus omnibus fertilibus petalis intus albis extus pallidissime carneis obcordatis apiculo lacinulari inflexo omnibus conformibus, thoro albo staminibus petalis valde longioribus filamentis albis, antheris albis subrotundis compressiusculis stylis brevissimis albis stigmatibus acutis neutiquam capitatis carpophoris clavatis margine calycinali viridi brevi quinquedentato fructibus rotundis apice basique excavatis disco extremo convexiusculo stramineo jugis 5tribus dorsalibus filiformibus albis duobus marginalibus ala lata alba auctis valleculis univittatis vittis latis prominulis completis facie commissurali plana centro candida vittis duabus prope alam marginalibus arcuatis stramineis articulato-moniliformibus, carpophoro tenui filiformi demum bipartito libero.*

Fl. aest. atque autumno. In lapidosis montanis circa *Bugellam.* Affine quidem S. Oreoselino, sed toto coelo diversum ut patet ex descriptione.

## 401. PEUCEDANUM.

OFFICINALE. P. *Herba perennis glabra usque quadripedalis radice crassa fusiformi extus fusca intus flava caule erecto farcto tereti striato ramoso foliis radicalibus triternatis foliolis linearibus elongatis flaccidis involucro caduco, involucellis lineari-setaceis petalis luteolis apice squamula lacera terminatis fructibus oblongo-ellipticis compressis glabris jugis 5filiformibus obtusis externis duabus remotioribus auctis margine suturali accessorio plano crassiusculo valleculis univittatis commissura plana bivittata.*

Selinum Peucedanum. Engl. bot. t. 1767. Peuced. altissimum. Desf. catal. hor. par. 119. P. alsaticum Poir. enc. 5. 227. Ic Fuchs hist. 599. Trag. hist. 88. Lob. ic. 781 f. 1. et 782 f. 1. 2. observ. 453. f. 1. et 454. f. 1. 2. Tabern. ic. 69. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 36. f. 1. Moris. s. 9. t. 13. f. 1. 2. Dod. pempt. 317. f. 1. Dalech. lugd. 746. f. 2. et 747. f. 1. Matth. com. 552. Durant. herb. 352. Hayne arz. gew. 7. t. 4. Gmel. sibir. 1. t. 41. Sab.

hor. rom. 5. t. 96. Gaertn. fruct. t. 21. f. 7. Schk. hand. t. 63. Baxter brit. bot. 6. t. 419. Rivin. t. 11. Herba aromatica succo luteo foeta. In aprico caule, foliis, vaginis. involucris, petiolis, fructibus rubet. Fl. aest. In monte *Musinè*: in vallibus *Segusii* prope *Vajes*: in montibus *Liguriae*: in agro *nic*, supra *Tendam* etc.

### 402. HERACLEUM.

a. *Commissura bivittata: umbellae radiantes, multiradiatae, petala alba.*
b. *Petala parvi-radiantia obcordata.*

1. Sphondylium. H. *Caule hispido fistuloso sulcato erecto foliis inferioribus quinato-pinnatis superioribus ternatis foliolis ovatis incisis serratis undulatis piloso-scabris extremo trilobo palmato acutiusculo floribus albis subdiformibus fructibus obovatis emarginatis glabris vallecularum vittis lateralibus dimidiatis intermediis longioribus.*

H. Branca Ursina All. ped. 2. 4. Sphondylium Branca. Scop. carn. 1. 204. H. elegans Jacq. a t. 175. All. ped. 2. 5. H. Panaces. Reich. excurs. 5. 451. Boccon. mus. t. 99. forte et H. longifolium Jac. a. 2. 46. t. t. 174. Var. *foliorum segmentis decussatis angustis dentatis petalis profunde bifidis.* Ic. Matt. com. 550. f. 2. Fuchs hist. 51. Tabernamont. ic. 92. f. 1. Bah. hist. 3. 160. f. 1. Moris. s. 9. t. 16. f. 1. Lobel ic. 701. f. 2. Dodon. pempt. 307. f. 1. Dalech. lugd. 754. f. Barrel. ic. 56. et 376. Rivin. pentapet. irreg. t. 4. Sab. hor. rom. 5. t. 99. Plenck ic. med. t. 175. Engl. bot. t. 959. Lam. ill. t. 200 f. 1. Gaud. helv. 2. t. 4. Flor. med. t. 66. Hayn. 7. t. 10. Koch. umbel. f. 107. petal. Mutel. fr. t. 21. f. 491. Schk. hand. t. 67. Svens. bot. t. 363. Dietr. flor. bor. 10. t. 607. Baxter brit. bot. 2. t. 130. Schubert gesis. t. 14. f. 4. Caulis usque orgyalis. folia ima in pinguibus maxima fiunt. Vaginae membranaceae maximae. folia suprema abortiva ramentosa simplicia. Fl. aest. et aut. In pratis pascuis sylvis, dumetis praesertim montanis Sed etiam in pratis uliginosis oryzarum.

bb. *Petala grandiradiantia profunde bipartita.*

2. Panaces. H. *Caule simpliciusculo fistuloso sulcato crasso petiolisque hispidiusculis foliis ternatis subtus albo-pubescentibus foliolis subrotundo-ovatis extremo sinuato-lobato laciniis acuminatis serratis floribus radiantibus albis fructibus obovatis glabris vittis vallecularibus ultra medium productis.*

H. Branca Ursina. B. All. ped. 2. H. dubium Tenor. neap. 3. 301. H. asperum Mar. Bieb. taur. cauc. 3. 224. H. pyrenaicum. Lam. enc. 1. 403. Ic. Bah. hist. 3. 165. Tabernam. ic. 80. 92. Dalech. lugd. 740. Dodon. pem. 307. Lob. ic. 701. Moris. s. 9. t. 17. f. 3. Barrel. ic. 708. Lam. ill. t. 200. f 2. folia et fruct. Roch. bannat. t. 26. Caulis usque tripedalis. Fl. aest. Apud *Genuam* alla *Serra di Croce* retro montem *fasce*: in monte *Gallè Ligur. occid.* etiam in apennino *Liguriae or.* in montibus supra thermas *valderias*: in monte *Cenisio*, alibique.

3. pulchrum. Zum. H. *Foliis ternatis radicalibus longissime petiolatis basi vix vaginatis foliolis lateralibus basi inaequalibus brevi petiolatis cordato-ovatis 3-5lobis lobis exterioribus majoribus extremo basi aequali plana cordato-palmato-3lobo longe petiolato petiolo supra profunde sulcato sulco foliaceo marginato caulinis sessilibus basi latissime vaginatis summis simplicibus omnibus supra viridibus paucipilosis pilis brevibus prostratis subtus albo-pubescentibus ciliatis crenatis crenis medio calloso-mucronatis caule erecto alterne ramoso fistuloso crasso sulcato hispido involucris involucellisque 1 vel oligophyllis, lineari-filiformibus abbreviatis inaequalibus contortis floribus candidis grandi-radiantibus tribus exterioribus magnis semipollicaribus profunde bifidis, sinubus profunde lateque excisis fructibus oblongo-obovatis retusis pilosis. jugis 3filiformibus lateralibus marginantibus conformibus remotioribus vittis vallecularibus 1clavatis discoloribus (violaceo-lividis) inaequalibus unica, vix ultra medium producta.*

Radix aromatica alba fusiformis descendens fibris albis crassiusculis descendentibus. Caulis usque 4cubitalis crassus alterne ramosus. Petioli fo-

liorum radicalium ultra pedem longi sunt sulcati basi fusco-ruberrimi vix vaginati vaginis obsoletis vel nullis. folia caulina ima majora sunt radicalibus, multi-lobata neutiquam pinnatifida neque incisa neque serrata sed crenata. Calli crenarum albi, ceterum similia sunt radicalibus. Umbellulae usque viginti: radii exteriores longiores usque triunciales omnes sulcati pilosi. Calyces pilosi. Flores omnes fertiles et semper candidi vix cum evolvuntur viriduli, grandi-radiantes. Petala tria exteriora florum marginalium magna semipollicaria profunde bifida sinu late profundeque exciso laciniis in medio aequalibus divaricatis elongatis subfalcatis linearibus striatis apice emarginatis Samaram Aceris Negundo quodammodo referentibus apiculo inflexo nullo, in lateralibus lacinia exterior brevior truncata. Styli brevissimi paulo inaequales albi appressi demum stylopodio vix longiores, virentes stigmatibus globosis stramineis diducti. Filamenta alba inflexa. Antherae albo-citrinae; ovato-oblongae. Fructus magni pilis raris, brevibus deflexis demum straminei, vel albidi. Facie interna vittas habent duas medio fructus breviores clavatas sordide violaceas (color Secalis cornuti) aequales.

Accedit quidem ad Her. Panaces, sed toto coelo differt notatis characteribus. Talem legi heic *Bugellae* in sepibus, sylvis, dumetis etc. intra et extra urbem.

aa. *Commissura bivittata: umbellae aequales vix radiantes: petala flavo-virentia.*

4. FLAVESCENS. Baugmar fl. trans. 4. 219. H. *Foliolis inferioribus quinato-pinnatis utrinque piloso scabris filiolis pinnatifidis laciniis oblongo-lanceolatis acuminatis inciso-serratis.*

H. angustifolium Jacq. a. t. 175. et enum. t. 2. f. 12. H. elegans Birol. acon. 1. 98. Ic. Barrel. ic. 572. et 707. Pluken. phyt. t. 63. f. 3. Crant. a. t. 2. f. 1. 2. Fl. aest. in Apennino *Ligur. Orient.* a S. Stefano d'Aveto: in pratis alpinis agri *novar* etiam nostris.

## 403. PASTINACA.

SATIVA. P. *Herba biennis caule usque tripedali erecto angulato sulcato foliis imparipinnatis foliolis ovatis vel oblongis nitidis subtus pubescentibus crenato-dentatis basi incisis extremo trilobo involucris involucellisque nullis vel monophyllis lineari-lanceolatis brevibus floribus luteis fructibus elliptico-obovatis valleculis univittatis commissura bivittata vittis incompletis.*

P. opaca. Hornem. hor. hafn. 2. 961. P. latifolia. Cand. memor. soc. gen. 4. var. *Segmentis foliorum radicalium maximis.* P. pratensis. Fl. dan. t. 1206. Anethum Pastinaca. Wib. Werth. 911. Selinum Pastinaca. Crant. a. 161. Ic. Fuchs. hist. 753. Camer. epit. 507. Lobel icon. 709. f. 2. Eiusd. observ. 407. f. 2. Dodon. pempt. 680. f. 1. 2. Dalech. lugd. 721. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 150. f. 1. et 151. f. 1. Moris. S. 9. t. 16. f. 12. Matth. com. 505. f. 2. Durant. herb. 337. Lam. ill. t. 206. Zannich. ist. t. 298. Rivin. pentap. t. 6. Engl. bot. t- 556. Blackw t. 379. Hagne arz. gew. 7. t. 16. Plenck. ic. med. t. 227. Gaertn. fruct. t. 21. Flor. dan. t. 1206. Schk. hand. t. 76. Baxter brit. bot. 3. t. 172. Schkran. flor. mon. 4. t. 396. Dietr. flor. bor. 10. t. 701. Hoffm. t. 1. A. f. 9. Koch. umb. f. 26. 27. Gaud. 2. t. 4. Mutel fr. t. 21. f. 192. Schubert ges. t. 14. f. 5. Hoffm. umb. t. 1. f. 11. Herba graveolens. var. culta radice esculenta. Fl. aest. vulgaris in pratis.

## 404. FERULA.

Herbae perennes radice crassa caulibus farctis elatis floribus flavis.

a. *Foliis bipinnatis foliolis ovato-oblongis umbellis primordialibus elatioribus.*

1. OPOPONAX. Spr. umbell. sp. 77. F. *Caule teretiusculo inferne aspero foliis inferioribus bipinnatis foliolis ovatis oblongisve basi inaequaliter cordatis obtusis crenatis involucris calycibusque obsoletis fructus jugis tribus dorsalibus filiformibus tenuissimis lateralibus nullis valleculis uni-raro bivittatis vittis completis commissuris 6-10vittatis.*

Laserpitium Chironium. Lin. sp. 376. Pastinaca Opoponax eiusd. l. c. Gouan. ill. t. 13. 14. W. et Kitab. hung. 3. t. 211. Sibt. fl. gr. t. 288.

Pienck ic. med. t 228. Selinum Opoponax. Crant. a. 53. Pastinaca altissima Lam. fr. 3. 465. Opoponax Chironium Koch. umbell. 96. Ic. Lob. ic. 702. f. 1. Eiusd. observ. 400. f. 1. Dodon. Pemp. 309. f. 1. Tabern. ic. 81. f. 1. Bah. hist. 3. 156. f. 1. Moris. s. 9. t. 17. f. 2. Woodw. med. t. 47. Radix flavescens. Caulis usque orgyalis. vaginae supremae aphyllae. Fl. aest. In collibus et montanis apricis agri *nic.* atque apud *Genuam* retro montem *Fasce.*

aa. *Foliis supra decompositis: umbella primordiali subsessili lateralibus pedunculatis elatioribus.*

b. *Foliorum laciniis linearibus: involucris 4-8phyllis, involucellis polyphyllis.*

2. Ferulago. F. *Glabra caule tereti glabro sulcato ramoso ramis verticillatis foliis ambitu triangularibus supra decompositis decussatis laciniis linearibus cuspidatis submarginatis involucris oblongo-lanceolatis reflexis umbellis primordialibus subsessilibus fertilibus lateralibus pedunculatis elatioribus floribus pluribus masculis fructibus oboratis jugis primariis prominulis obtusis valleculis 1-4vittatis commissuris planis plurivittatis.*

Fer. nodiflora Jacq. a. t. 28. append t. 5. All. ped. 2. 5. F. sulcata. Desf. atl. 1. 552. t. 67. Ferulago galbanifera. Koch. syn. 382. Ic. Lobel. obser. 451. Boccon. mus. t. 125. Barrel. ic. 585. Roch. ban. t. 24. Caulis usque quadripedalis. vaginae supremae aphyllae. Umbella primordialis tota fertilis subsessilis lateralibus floribus plerisque masculis peudunculatis primordialem superantibus. Fl. aest. In collibus apricis *Genuae* et montibus supra *Oreggina*, in monte *Fasce*: in montibus del *Bracco Liguriae orientalis*: in monte *Foet.* agri *nic.*; in agro *derthonensi* praesertim in valle *Staffora.*

bb. *Laciniis lineari-setaceis: involucro, involucellisque o.*

3. nodiflora. F. *Glabra caule tereti ramoso foliis decompositis viridibus opacis subtus glaucis foliolis lineari-setaceis flaccidis umbellis primordialibus fertilibus subsessillibus lateralibus masculis longepedunculatis elatioribus vaginis supremis aphyllis amplissimis fructibus elliptico-oblongis jugis acutis valleculis 1-3vittatis commissuris planis 4vittatis vittis omnibus ut plurimum incompletis.*

F. communis. Spreng. syst. 1. 914. et Cand. prodr. 4. 172. Fer. neapolitana Tenor. neap. 5. 340. t. 132. Ic. Dodon. pempt. 321. f. 1. Lobel. ic. t. 778. f. 2. Sibt. flor. gr. t. 279. Jacq. a. ap. t. 5. Radix crassissima longa. caulis crassus glauco-rubens orgyalis et ultra. Fl. vere et aest. In insula *Gallinara* prope *Albingannum* in mari *ligustico.*

## 403. ANGELICA.

Herbae perennes radice crassa aromatica caule erecto tereti ramoso fistuloso foliis magnis bi-tripinnatis.

a. *Involucro nullo.*

b. *Petala luteo-viridia: herba glabra.*

1. Archangelica. A. *Caule glabro tereti stricto foliis bipinnatis foliolis ovato-oblongis basi subcordatis lobatis inaequaliter argute lobatis serratis extremo trilobo involucro subnullo involucellis dimidiatis polyphllis lineari-lanceolatis reflexis margine albo-membranaceis umbellulam subaequantibus fructibus oblongis jugis crassiusculis carinatis tribus dorsalibus elevatis duobus marginalibus in alam duplo latiorem dilatatis valleculis commissurisque evittatis.*

Archangelica officinalis. Hoffm. umbell. 1. 166. Gaud helv. 2. t. 5. fruct. Koch. umb. f. 17. 18. 19. 81. Mutel. fr. t. 24. f. 184. Angelica officinalis Moench method. 81. A. sativa Mill. dict. n. 1. Ic. Matth. com. 751. f. 2. Fuchs. hist. 124. Camer. epit. 899. Lobel ic. 698. f. 2. Observ. 698. f. 2. Bah. hist. 3. 140. f. 2. Moris. s. 9. t. 3. f. 1. Valerian. Cord. 158. Dodon. pempt. 318. f. 1. Rivin. pentap. t. 15. Engl. bot. t. 2561. Fl. dan. t. 206. Pienck ic. t. 197. Fl. med. t. 27. Nees offic. 9. t. 4. Hayn. arz. gew. 7. t. 8. Blackw. t. 490. Dalech. lugd. 724. f. 2. Gaertn. fruct. t. 85. Lam. ill. t. 198. Svens. bot. t. 655. Guimp. et Sch. t. 193. Nees dusseld. t. 278. 279. Wagner t. 215. 216. Woodw. med. 1. t. 55. Schubert gesis. t. 14. f. 8. Radix

crassa extus fusca. Caulis etiam orgyalis. Fl. aest. Circa *Alagna* in agro *nov.*: in umbrosis subhumidis collium *taur.* ecc.

bb. *Petala alba vel rubida.*

c. *Caule tereti superne petiolisque canopubescentibus.*

2. SYLVESTRIS. A. *Caule inferne glauco-rubido tereti superne petiolisque cano-pubescentibus foliis bi-tripinnatis foliolis ovatis vel oblongo-lanceolatis acutis serratis imis basi subtrilobis terminalibus ternatis extremo integro fructibus oblongo-ellipticis jugis tribus dorsalibus filiformibus elevatis binis lateralibus in alam membranaceam dilatatis valleculis uni-commissuris bivittatis.*

A. Razoulii. Gouan. ill. 13. t. 6. All. ped. 2. 10. excl. syn. A. montana Schleich. ap. Koch. umbell. 99. Gaud. helv. 2. t. 5. fruct. A. villosa Lagas. gen. et sp. 12. A. nemorosa. Tenor. mem. su di una sp. di Angel. 7. cum. ic. A. ebulifolia. Lapeyr. abr. 136. Selinum sylvestre. Crant. a. 177. All. ped. 2. 7. et auct. 24. excl. syn. Jacq. Imperatoria sylvestris. Im. montana. Caud. fr. 4. 286. 5. 504. Imp. flavescens. Bess. prim. flor. gallic. 1. 213. Selinum Angelica. Roth. germ. 1. 133. S. pubescens Moench. meth. 80. Ic. Matth. com. 755. f. 1. Fuchs hist. 125. Camer. epit. 900. Lob. ic. 699. f. 1. Dodon. pempt. 518. f. 2. Bah. hist. 3. 144. f. 1. Moris. s. 9. t. 5. f. 2. Parkins. 940. f. 2. Rivin. pentap. irreg. t. 17. Zannichel ist. t. 278. Sab. hor. rom. 5. t 86. Savi mat. med. t. 45. Hayne arz. gav. 7. t. 9. Engl. bot. t. 1128. Svens. bot. t. 503. Plenck ic. 98. Ludw. ect. t. 178. Dalech. lugd. 725. f. 5. Schk. hand. t. 68. Guimp. et Kl. t. 18 Fl. dan. 1659. Woodw. med. 1. t. 36. Baxter brit. bot. 6. t. 491. Radix crassa. caulis usque quadripedalis. Involucra o. Invo ucella ut in praecedente. Fl. aest. Amat loca humida et paludosa secus rivulos et fossas.

cc. *Caule acutangulo angulis membranaceis: herba glabra.*

3. CARVIFOLIA. Spreng. in Sch. syst. 6. 606. A. *Caule sulcato acutangulo angulis membranaceis foliis tripinnatis foliolis cuneatis vel oblongo-lanceolatis trifido-pinnatifidis albido-mucronatis involucris olygophyllis vel involucellis polyphyllis linearibus acuminatis longiusculis inaequalibus fructibus subrotundis e dorso lenticulari-compressis jugis 5omnibus alatis alis lateralibus duplo majoribus valleculis uni-commissuris bivittatis.*

Selinum. Lin. sp. 350. Jacq. a. t. 16. Fl. dan. t. 667. Gaertn. fruct. 1. t. 21. Hoffm. deut. fl. 1791. 5. Schubert ges. t. 14. f. 9. S. carvifolium. Host. a. 1. 360. S. pseudo-carvifolia. All. ped. 2. 9. S. membranaceum. Vill. cat. strasb. 256. t. 6. Laserpitium selinoides. Scop. carn. 1. 198. Sel. angulatum. Lam. fr. 3. 419. Mylinum Carvifolia. Gaud. helv. 2. 344. t. 5. Peucedanum Carvifolia. Loisl. fl. gall. 1. 204. Ic. Hall. helv. t. 20. Vaill. par. t. 5. f. 2. quae mala est. folia et umbellae omnino alienae. Caulis usque tripedalis. Radix crassiuscula. Umbellae solitariae terminales cauli ramisque, primordiali maiore elatiore. Fl. aest. In pratis humidis praesertim ad fossarum oras praecipuae ad alpium radices. in agro *taurin.* in sylvis collium etc. passim.

aa. *Involucro polyphyllo.*

4. CONTROVERSA. Zum. A. *Glabra involucris involucellisque polyphyllis linearibus integerrimis acutis umbella brevioribus persistentibus caule tereti erecto ramoso superne sulcato-angulato ramis supremis verticillatis foliis bipinnatis foliolis cuneatis profunde pinnatifidis laciniis linearibus remotis obtusiusculis mucronatis margine revolutis laevibus parallele venosis fructibus elliptico-oblongis compressis quinque costatis costis tribus intermediis subalatis marginalibus alatis glabris valleculis sulcatis stylis fructus reflexis radiis umbellae intus vix puberulo-scabris.*

Est procul dubio Cnidium alsaticum. Spreng. syst. 1. 888. Peucedanum alsaticum. Lin. sp. 354. Omnino eadem ac Selinum venetum. Spreng. sp. umbel. 73. et R. et Sch. syst. 6. 561. et syst. 1. 909. Selinum argenteum Allion. ped. 2. 9. Sel. austriacum. Bertol. pl. gen. 44. Peucedanum Silaus Re tor. 2. 136. P. venetum Koch syn. 335. Athamanta Libanotis. Poll. veron. 1. 355. Petroselinum alsaticum

6. Reich. excurs. 3. 454. Cervaria alsatica 6. Gaud. helv. 2. 328. Ic. Jacq. a. t. 70. Ego cum Angelica coniungo: flos enim et fructus omnino Angelicae est, neutiquam Cnidii neque Selini, neque Peucedani. Huc etiam ducendum Selinum austriacum Jacq. a. t. 71. Peucedanum austriacum. Koch umbel. 94. S. argenteum Crant. a. 174. S. nigrum Lam. fr. 3. 420. Petroselinum austriacum. Reich. excurs. 454. S. nigricans Gaud. helv. 2. 333. S. montanum. Schleich. S. polymorphum. Spreng. pug. 2. 50. Peucedanum montanum. Koch umbel. 94. quod non differt nisi petalis latioribus. folia omnino eadem, in ceteris non differt. — Ic. Crant. a. fas. 3. t. 6. f. 1. sub Seseli palustri folia huius nostrae stirpis exacte refert sed umbellae alienae sunt: Involucrum enim non habent, neque huius iconis fructus huc pertinent. Descriptio Bertolonii optima. Haec nostra differt quod foliorum laciniae sunt margine laeves non ciliato-spinulosae, margines revoluti et laciniae parallele nervosae. Si enim contra lucem spectabis nervos virentes eleganter parallelos videbis. Caulis fistulosus orgyalis et ultra caespitosus nempe 2-3 ex eadem radice quae magna est ramosa ramis crassis extus nigra intus alba. Caulis inferne sanguineus superne virens ramosus ramis erectis supremis verticillatis. Umbellae florentes eleganter patulae defloratae contractae sunt radiis interioribus brevioribus. folia ima longissime petiolata omnia bipinnata forte infima sunt tripinnata. Haec enim non vidi. In exemplaribus meis etiam florentibus omnia sphacelata erant. Flores parvi albi Thoriluteoli. Stamina alba. Styli demum rubidi deflexi medium fructum excedentes. fructus omnino illis Angel. sylvestris et carvifoliae similes, rubidi alis albo-marginalis. Legi in sepibus Verroni 21 septembr. 1851. Vulgaris in sylvis caeduis, sepibus, dumetis ericetis aridis *Bennae* et *Verroni*. Omnino Angelica est. flos et fructus Angelicae, facies Selini.

### 406. IMPERATORIA.

a. *Floribus flavo-virentibus: radice fusiformi fibrosa perenni: involucris involucellisque o.*

1. VERTICILLARIS. Cand. fr. 4. 287. I. *Glabra caule tereti glauco crasso erecto fistuloso ramoso ramis floriferis verticillatis foliis amplis tripinnatis rigidiusculis foliolis divaricatis petiolatis ovato-oblongis basi inaequalibus inciso-dentatis extremis cordatis vaginis supremis aphyllis fructibus e dorso lenticulari-compressis margine alatis alis parallelis jugis 5 tenuibus intermediis apteris marginalibus alatis valleculis uni-commissuris bivittatis.*

Angelica L. mant. alt. 217. 561. Jacq. hor. vind. 2. t. 130. Tommasinia. Bertol. fl. ital. 3. 414. Peucedanum verticillare Koch. umbellif. 95. Osterichum Reich. excurs. 3. 455. Ic. Bah. hist. 3. 167. Pluk. phyt. t. 134. f. 1. Rivin. pentap. irreg. t. 14. Radix crassa lactescens lacte albo acri. Caulis altissimus usque lopedalis. Calycis laciniae ovatae acutae. Fl. aest. secus torrentes in agro *aquens* et *derthon.* aa. *Floribus albidis vel extus rubidis.*

b. *Radice repente.*

2. OSTRUTHIUM. I. *Caule tereti glabro simpliciusculo fistuloso foliis ternatis biternatisque foliolis late ovatis lobatis basi inaequalibus inciso-serratis subtus scabris involucris o involucellis oligophyllis filiformibus umbellula brevioribus fructibus subrotundo-ellipticis valleculis uni-commissuris bivittatis.*

Selinum Imperatoria. Crant. a. 174. All. ped. 2. 7. Peucedanum Ostruthium. Koch. umbell. 95. Nees officin 12. t. 7. Angelica officinalis Bernard. ap. Spreng. in Sch. syst. 6. 609. Ic. Matt. com. 521. Fuchs hist. 762. Trag. ic 433. Camer. epit. 532. Lobel ic. 701. f. 1. Observ. 398. f. 1. Dodon. pempt. 320. f. 1. Dalech. lugd. 727. f. 1. Tabermam. ic. 82. f. 2. Bah. hist. 3. 137. f. 3. Park. 942. Blackw. t. 2'9. Garid. aix. t. 35. Moris s. 9. t. 4. Lam. ill. t. 199. f. 1. Flor. med. t. 200. Sab. hor. rom. 3. t. 93. Rivin. pentap. irreg. t. 7. Hayne arz. gew. 7. t. 15. Engl. bot. t. 1380. Albert. Fl. medica t. 309. Plenck ic. med. t. 211. Svens. bot. t. 368. Savi mat. med. t. 60. Gaud. helv. 2. t. 5. fruct. Gaertn. fruct. t. 21. Mulel fr. t. 21.

f. 190. Schk. hand. t. 74. Baxter brit. bot. t. 570. Woodw med. bot. 1. 14. Guimp. et Schl. t. 190. Nees dusseld. t. 288. Wagner t. 237. Caulis bipedalis et ultra. raro fructus perficit quia in alpinis a pecoribus demorsa caules iterum conatur proferre qui appropinquante hyeme fructus perficere non possunt. Atque in planitie ut omnes plantae alpinae maligne vivit. Fl. aest vulgatissima in sylvis, et pascuis lapidosis, et pratis alpinis.

3. ANGUSTIFOLIA. Bellard. stirp. nov. 5. t. 3. Im. *foliis ternatis biternatisque foliolis oblongis basi attenuatis bi-tripartitis laciniis lanceolatis acuminatis argute inaequaliter laciniato-serratis.*

Angelica. Hoffm. umbel. 161. Peucedanum imperatorioides. Link. enum. 269. Ic. Lob. 700. Moris. s. 9. t. 4. f. 4. Bah. hist. 3. 140. Omnes ex Camer. epit. 583. Ceterum omnino similis praecedenti, cujus, mea sententia, var. est.

bb. *Radice fusiformi fibrosa perenni.*

c. *Caule farcto: involucro o: involucellis nullis vel oligophyllis.*

4. CHABRAEI. Spreng. umbell. spec. 64. Im. *Caule glauco teretiusculo striato-angulato ramoso vaginis foliorum elongatis flaccidis foliis margine scabris pinnatis inferioribus petiolatis foliolis sessilibus subdecussatis multipartitis laciniis linearibus acuminatis vaginis superioribus subaphyllis fructibus subrotundo-ellipticis e dorso compressis jugis tribus filiformibus lateralibus sub alatis valleculis 1-3commissuris 4-6vittatis.*

Oreoselinum. March. Bieb. taur. cauc. Palimbia Cand. prodr. 4. 176. Selinum Jacq. a t. 72. Peucedanum. Gaud. helv. 2. 380. t. 4. fruct. P. carvifolium. Vill. delph. 2. 630. P. minus. All-ped. 2. 6. Selinum palustre Thuill. paris. 139. S. lactescens Lam. fr. 3. 418. S. carvifolia Crant. a. 162. t. 3. f. 2. Ligusticum decussatum Moench. meth. 81. Oenanthe Kartsia. Hacq. carn. 10. t. 3. Pastinaca glauca. Scop. carn. 1. 203. P. selinoides. Vis. pl. rar. dalm. in bot. zeit. 1829 10. n. 12. Peuced. heterophyllum eiusd. catal. sem. hor. patav. 1836. 3. 4. P. petraeum. Koch. syn. 304. P. carvifolia. Rohl. etc. deust. flor. 2. 379. Petroselinum Chabraei. Reich. excurs. 3. 453. Ic. Chabr. sciagr. 389. f. Caulis ut plurimum humilis aliquando tamen usque tripedalis. Flores primum flavidi demum albi. Calycis margo obsoletus. Fl. aest. In pratis alpinis, et collinis, etiam planitiei: in collibus *taurin.*: in pratis agri *nic.* etc.

cc. *Caule fistuloso: involucris o: involucellis polyphyllis.*

5. SEGUIERI. Spreng. spec. umbell. 65. Imp. *Glabra caule fistuloso tereti striato ramoso ramis supremis verticillatis foliis tripinnatis foliolis pinnatifidis laciniis remotis linearibus longis subfalcatis cuspidatis umbellis grandibus nudis fructibus ovoideo-oblongis glabris jugis 5elevatis aequalibus subalaeformibus valleculis tri-commissuris quadrivittatis.*

Selinum. Lin. fil. sup. 179. Jacq. hor. vindob. t. 61. Ligusticum. Koch umbell. 103. Gaud. hel. 2. t. 7. fruct. Melanoselinum Swet. h. br. 190. Ic. Seguier ver. 2. 41. t. 13. Caulis usque bipedalis. Neutiquam ad Imperatoriam spectat. Fl. aest. In sylvis supra *Segusium* loco dicto la *Losa*: in monte *Musinè*: ad templum S. *Michaelis della Chiusa* prope. *Caselette* et *Entrague*. Sed probabili coniectura stirps haud recte determinata fuit.

## 407. THAPSIA.

VILLOSA. Th. *Herba perennis caule erecto usque bipedali paucifolio pauciramoso foliis bipinnatis petiolisque villosis foliolis oblongis sinuato-pinnatifidis infimis deflexis laciniis obtusis mucronatis umbella primordiali magna sphaerica umbellulis numerosissimis centro sterilibus lateralibus minoribus involucris involucellisque o vel oligophyllis lanceolato-linearibus brevibus floribus flavis fructibus compressis ovato-oblongis novemjugis jugis filiformibus dorsalibus tribus primariis apteris quatuor vallecularibus extremis marginalibus late alatis valleculis medio nervosis canalibus subalaribus bivittatis jugis secundariis univittatis, radice crassa longa extus fusca intus alba acri amara lactescente.*

Ic. Moris s. 9. t. 18. f. 3. Park. theatr. 878. Ger. hist. 1030. Bah. hist.

5. 186. f. 1. Gaertn. fruct. t. 21. Tabern. ic. 781. f. 1. Clus. hist. 2. 192. f. 1. Lam. ill. t. 206. Schk. hand. t. 75. Lobel ic. 736. f. 1. Obs. 424. f. 2. Fl. aest. In agro *nic.*

### 408. LASERPITIUM.

Herbae radice fibrosa caule farcto.

a. *Radice bienni: fructibus ovatis jugis primariis pilosis alis marginalibus duplo latioribus.*

1. PRUTENICUM. Las. *Caule simpliciusculo angulato petiolisque hirsutis pilis reflexis foliis bipinnatis subtus hirsutis foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis laciniis lanceolatis approximatis cuspidatis venosis involucris ciliatis reflexis fructus parvi ovati jugis primariis pilosis alis tenuibus pellucidis margine erosulis lateralibus triplo latioribus.*

Laser. selinoides Crant. a. 1. 82. All. ped. 2. 11. Las. gallicum Scop. carn. 1. 196. Ic. Jacq. a. t. 155. Breyn. cent. t. 84. Rivin. pentap. irreg. t 25. Fl. dan. t. 175. Schk. hand. t. 80. f. 651. Roch. ban. t. 27. Caulis usque 4pedalis. margo calycinus 5laciniatus. Fl. albi. Fl. aest. In dumetis et sylvis ad radices alpium, et collibus etc.

aa. *Radice perenni.*

b. *Fructibus oblongo-linearibus glabris angustissime alatis alis intermediis angustioribus.*

2. SILER. Laser. *Glabrum foliis tripinnatis glaucis foliolis lanceolatis mucronatis margine cartilagineis scabris impari in pinnis ternato involucris involucellisque lanceolato-linearibus acuminatis margine albo-membranaceis umbellis brevioribus.*

Siler montanum. All. ped. 2. 12. Ic. Matth. com. 504. Durant. herb. 431. Bah. hist. 3. 168. f. 2. Moris: S. 9. t. 3. f. 1. Dodon. pempt. 310. f. Dalech. 742. f. 1. Blackw. t. 426. Clus. hist. 2. 195. f. 1. Lobel ic. 737. f. 2. Observ. 325. f. 3. Hayne 7. t. 7. Mag. natur. fr. 6. t. 5. Schk. hand. t. 80. f. 652. Jacq. a t. 145. Plenck. ic. medic. t. 178. Caulis usque quadripedalis. flores albi vel rubentes. Margo calycis quinque laciniatus. Fl. aest. Frequens in fissuris rapium ad radices alpium. Omnino Bertolonio assentio qui Laserp. garganicum Tenore neap. 1. 122. t. 22. sejungit. optima enim est et probe distincta species. Quod facillime perspicies si optimam iconem Tilli cat. hor. pis. t. 59. f. 1. comparaveris cum iconib. Matthiolii Dalech. etc. etc.

bb. *Fructibus oblongis glabris alis angustis integris subaequalibus planis.*

3. HIRSUTUM. Lam. fr. 3. 648. Laser. *Caule tereti striato glabriusculo foliis supradecompositis hirsutis scabris foliolis angustis pinnatifidis laciniis abbreviatis linearibus cuspidatis involucri foliolis latis membranaceis apice subtrifidis ciliatis.*

L. Halleri. All. ped. 2. 11. Las. Panax Gouan. ill. 15. Ic. Hall. helv. t. 19. Moris s. 9. t. 15. f. 16. mala. Caulis pedalis et ultra. Flores albi. margo calycis 5laciniatus; Fl. aest. In pratis alpium, *Cenisii* etc.

bbb. *Fructibus ovato-oblongis glabris utrinque truncatis alis latis aequalibus.*

4. GALLICUM. Laser. *Caule tereti glabro ramoso ramis patulis foliis supra decompositis foliolis crassis nitidis cuneatis subtrifurcis mucronatis involucri foliolis lineari-lanceolatis acuminatis integerrimis vel apice bi-trifidis subciliatis.*

Laser. trifurcatum. Lam. fr. 3. 415. Las. cuneatum. Moench. meth. 79 var. *foliolis latioribus et sublinearibus.* Las. formosum W. sp. 1. 1418. Las. angustifolium. L. sp. 357. L. angustissimum. W. l. c. Ic. Lob. ic. 702. f. 2. *mala.* Dalech. lugd. 731. f. 1. *mala* Bah. hist. 3. 157. f. 1. Moris. s. 9. t. 19. f. 8. 9. *mala.* Pluken. almag. t. 198. f. 5. Garid. aix. t. 35. Lam. ill. t. 199. Gaertn. fr. t. 85. Koch. umb. f. 102. Caulis pedalis et ultra. Flores albi, vel rubentes. margo calicis 5laciniatus. Fl. aest. In valle *Sturae* apud *Demonte*: in agro *nic.* locis siccis secus litus maris, atque ad torrentem *Paillon*: inter *Tenda*, et *l'Escarena* etc.

bbbb. *Fructibus ovatis alis aequalibus.*

5. LATIFOLIUM. Las. *Foliis bi-tripinnatis nitidis coriaceis foliolis oblique cordato-ovatis mucronato-dentatis subintegerrimisque vaginis petiolaribus dilatatis alis fructuum crispis involucri foliolis lineari-setaceis reflexis.*

Laser. asperum. Laser. glabrum. Crant. a. 3. 54. varr. Laser. aquilegifolium. Moret. ap. Bertol. Fl. ital. 3. 404. Laser. crispum. Turr. fl. ital. 65. Ic. Matt. 507. f. 2. Clus. hist. 2. 198. f. 1. Fuchs hist. 252. Dodon. pempt. 312. f. Moris. 3. 9. t. 29. f. 6. Bah. hist. 3. 165. f. 1. 2. et. 164. Lob. ic. 704. f 2. Observ. 402. f. 1. 2. Dalech. 766. f. 1. Tabern. ic. 207. f. 2. Jacq. a. t. 146. Fl. dan. t. 1515. Schk. hand. t. 67. Boccon mus. t. 3. Rivin. pen. tap. irreg. t. 21. Plenck. ic. med. 179. Crant. class. umbell. 65. a. 6. t. 1. f. 2. folium. Gaud. helv. 2. 541. t. 5. *fructus*. Koch. umb. f. 1. 2. Mutel fr. t. 24. f. 169. Scubert gesis. t. 14. f. 10. Caulis usque 4-5pedalis. Fl. albi vel rubentes. Calycis margo 5laciniatus. vaginae supremae plerumque subaphyllae. Fl. aest. et aut. In sylvis, et dumetis montanis, et collinis passim.

Omnes fere umbelliferae quae in patria vivunt aliqua virtute gaudent et bipartito dividi possunt. Aliae aromaticae sunt et vires augent ac suscitant et locis siccis apricis calidis lapidosis vivunt: aliae frigidae luridae venenatae sunt et oryzetis ac locis palustribus udis, coenosis, vel in lecto fluviorum et amnium, vel in paludum lacuumque oris quibus aquae lente moventur crescunt. Paucae edules. Inter has eminet Chaerophyllum sativum quod salubre et gratissimum ob suave aroma in acetariis est. Rarior usus ejus in jusculis. Succus ejus utilis in tabe mesenterica quae a scrophulis est, in iecinoris ac splenis obstructionibus quae febribus intermittentibus supervenerunt, in asthmate nervoso ac spasmodico et phtiseos pulmonalis initiis maxime si lacti mixtus ingeratur praesertim asinino, vel caprillo. Geoffroius tamen nocere haemoptoicis ac tussiculosis scribit. Succus cum nitro vel syrupo quinque radicum aperientium hydropicis succurrit urinam ciendo. Cataplasma ex herba eius recente pubi admotum atque imo abdomini ischuriam sanat si nervosa est neque ab organorum mechanico vitio. Succus intus sumptus medetur herpetibus. Si uberibus puerperarum lacte turgentibus contusa herba eius imponatur maxime si Conio maculato aut foliis Alni glutinosae juncta lac discutit nodosque glandulae qui indicant inflammationem subortam esse: quae tamen sublata causa facile possit sanari. Podagrae nodis tumoribus et doloribus vehementer succurrere cataplasma ex eius herba multorum medicorum fide dignissimorum sententia est. Herba recens in cataplasmate medetur tumoribus, doloribus, atque herpetibus qui a morbo haemorrhoidario sunt. Succus prodest etiam vertiginosis. Chaerophyllum sylvestre herba acris ac venenata est. Pecora respuunt viridem: siccam maligne comedunt, atque etiam talis noxia illis est. In Svecia tinctores utuntur illa florida pro colore luteo parando; ante nuptias vero colorem largitur viridem. Apium graveolens herba gratissime aromatica ubique culta in hortis nostris. Estur chlorotica cum radice vel cruda cum oleo et sale vel cocta in jusculis. ferunt venerem languentem suscitare quod experimentis neutiquam comprobatum vidi. folia eius in acetariis vocem diu extinctam revocaverunt. Herba senibus vertiginosis in apoplexiam pronis, epilepticis praesertim noxia. Decoctum foliorum recentium diu ingestum calculos renum et vesicae comminuere atque expellere multi et gravissimi viri scripserunt. juvat etiam in febribus intermittentibus si magna tamen dosi ac diu ingeratur. Verum inter tot ac tam actuosa remedia quae ad febres intermittentes sanandas paria sunt commodum est Apio abstinere. Semina pulverata in hepatis ac lienis physconia, atque hydropibus magnopere juvant, quae urinam et cathamenia cient. Herba recens contusa ubera lacte turgentia deprimunt et sanant. Scandix odorata viribus suis omnino Chaerophyllo sylvestri accedit. Apium Petroselinum alimentorum nostrorum gratissimum aroma et condimentum est. Herba inimica feminis gravidis, atque hystericis senibus, et hypochondriacis, epilepticis, atque iis omnibus qui nervorum distensionibus laborant. Semina ejus pulverata sive capillis inspersa sive in unguentum redacta pediculos capitis interficiunt. Recens contusa

mammis lacte turgentibus imposita lac pellit et reprimit. Auget urinam indeque juvat hydropicis et calculosos solatur calculos comminuendo atque expellendo. Medici homiopathici adhibent in renum vesiacae atque urethrae doloribus et inflammationibus, dysuria, stranguria, atque ischuria, et blennorragia etiam acuta et illa quae a syphi itico inquinamento est. Quae omnia et ipse pluries experientia confirmata vidi. Meum Foeniculum stirps etiam esuclenta est. Herba recens et chlorotica estur cum oleo et sale. Semina condimentum suppeditant Herba cum radice decocta prodest hydropicis urinas augendo, et decoctum vinosum oculis impositum suffusionem sanavit. Utile etiam in ophtalmia cum morbi vis inclinat se. Esta, vel imposita uberibus lac auget quod et ego experientia confirmatum vidi. Aethusa Cynapium herba mirabilis in sananda nevralgia: sive ischias ea sit sive in nervis iliacis sedeat sive in nervis brachii sive infra vel supra orbitalibus, omnibusque doloribus, qui eadem causa foventur. Remedium moltiplici experimento mihi probatissimum nevralgiam supra orbitalem atrocissimam intra paucas horas sustuli paucas guttulas tincturae in cyato aquae communis exhibendo. Prosopalgiam brevi etiam sublatam vidi. Optime etiam illam cessisse prius videram pillulis ex opio Valeriana, et chinino sulphurico. Verum omnibus remediis palmam facile praeripit Aethusa. Cardialgia saevissima cum urina aterrima irritis omnibus remediis facile cessit Aethusae Adhibui mirabili paene successu in homine stenocardia syncopali sive angina pectoris dinamica fere interempto. Homo jam jam moriturus videbatur: sudore frigido viscoso totum corpus diffluebat, omni motui impar vix micabat pulsus, et jam conclamatum omnino esse medici nuntiaverunt. Cum accessissem et de nevralgia cordis agi vidissem bono animo esse jussi et aegrotum et parentes, atque amicos, et paucis porrectis guttulis tincturae Aethusae vitam jam fugientem revocavi, atque paucas post horas aeger in tuto erat. Et ille qui omnino desperatus erat tribus vix elapsis diebus e lecto surrexit et longe lateque deambulavit mirantibus aegro, et parentibus, ac propinquis suis. Aethusa in ischiade quae laborioso puerperio supervenit etiam utilissima est et sanat illam. Morbi enim qui a malo puerperio fluunt pessimi sunt ac rebelles sicut qui a podagra velut causa efficiuntur Novissime sanavi mulierem ab ischiade puerperali pessime mulctatam quaeque nullo prorsus remedio leniri potuerat. Omnibus nervis qui a pelvi exeunt sive sciatici essent sive iliaci, amborum artuum morbus atrocissimus incubuerat qui motus omnes prohiberet, nullo pareret remedio. Aethusae mirum in modum cessit more homiopathicorum adhibitae. Medici homiopathici utuntur illa etiam in crampo, vomitu, diarohea, cholera, et dyssenteria, ac mania. Quibus morbis nondum adhibui. Sed fidem omnino merentur medici homiopathici, qui Aethusam magnum atque actuosissimum remedium esse scripserunt.

Eryngium campestre, et maritimum cum herba junior et tenera est, turiones praesertim grati, et salubres, ut asparagi. Herbae suaviter et laene aromaticae decoctae prosunnt hydropicis urinas augendo, et testimonio ve erum medicorum Galeni, Aetii, Dioscoridis, in suppressione catameniorum, in calculo, et morbo hypochondriaco, ac scorbuto. Venerem languentem etiam suscitare nonnulli scripserunt. Astrantiam majorem et minorem alvum magna vi solvere vidi experentia alpicolarum comprobatum atque remedium sistunt minime spernendum, quodque sordibus expulsis vim etiam augent viscerum ut Gummi Ammoniacum, et Rheum.

Sanicula europea herba est austera adstringens amara quae malis ulceribus opem fert praesertim faucium et pectoris: unde utilis est in phthisi pulmonali. Imposita ulceribus malis externis illa mundificat et implet. Herba contusa herniis repositis applicata annulum densando et costringendo sanat. Etiam in haemorrhagiis succurrit si a fractis viribus ortum habent. In vulneribus et contusionibus et echimomatibus validam opem promittit Arnicae aemula quae tamen

prae omnibus remedium sistit incomparabile.

Bupleurum rotundifolium et falcatum stirpes sunt aromaticae acres atque adstringentes quas veteres adhibebant in vulneribus luxationibus vel fracturis, contusioni us, et echimomatibus ex alto praesertim delapsorum. etiam contra hernias in cataplasmate. Alpicolae apud nos Bupleurum stellatum adhibent, cujus decoctum vinosum in febribus intermittentibus magnum, quod didici ab eis, remedium est. Daucus Carota apud nos ubique culta radicem habet esculentam, quae mala ulcera sanare videtur sive illis imposita sit sive comesta. Miserrimum morbi genus, cancer a Carota opem habet. Dolores lenit, ulcera mundat, non tamen sanat. Ulcera implere pulpa Carotae oportet. Araeteus elephantiacis profuisse scril it. Medici posteriorum aetatum herpeticis et calculosis su currere scripserunt. Hominem vidi podagra male mulctatum quae anomala erat et sedem fixerat in viscera abdominalia, qui innumeris incassum adhibitis remediis, a Carota quotidie esta magnum habuit subsidium. Dolores inde valdopere leniti, calculus renalis multo sabulo excreto comminutus atque ejectus. Semina calida atque aromatica sunt ideo juvant in hypochondriasi et flatulentia, urinam augent, unde in hydrope utilia sunt in dyspepsia et calculo. Talia praestant semina Athamantae cretensis, et Caucalidis grandiflorae. Sanant histericas strangulationes et sterilitatem si a virium uteri praesertim infirmitate est. Quod rarissime accidere reor. Sterilitatem enim utplurimum patitur femina salax et luxuriosa: femina frigida et iners rarissima est.

Tordyii maximi semina aromatica sunt et diuretica ideoque hydropicis utilia.

Conium maculatum est vera Cicuta veterum, nam Cicuta virosa eis, ut opinor, ignota erat. Herba famosa ob mortem Socrati illatam viro supra omnes justissimo optimo et sapientissimo cujus interitum non sine lacrymis leget unusquisque qui philosophiam et virtutem amaverit narratum a Platone in extrema parte Phaedonis. (Opera Platonis edidit Gotofredus Stalbaum. Lipsiae 1821. 1. 149—152).

Athenienses succo solo Conii maculati admixto forte succo Papaveris somniferi (ex testimonio Theophrasti) capite damnatos interficiebant, quidquid contra scripserint Dreysigius (de Cicuta Atheniensibus poena pubblica). Joseph Merat dict. de mat. med. 2. 16. Bruxel. 1838. et Jos. Ehrhart (dissert de Cicuta Argentor. 1763.) et Joan. Andreas Murray (appar medic. 1. 114). Hallerus, et Bulliardus qui negant capite damnatos Conii maculati succo apud Athenienses interfectos. Scribunt Conium maculatum venenum non adeo mortiferum esse ut cito et parva dosi, et sine dolore afferat mortem. Verum in plagis Graeciae calidioribus herba forte majori vi praedita est. Plinius (hist. nat. 25. 95.) haec confirmat auctoritate sua. « Maxima vis natae Susis Parthorum, mox Laconicae, Creticae, Asiaticae: in Graecia vero Megaricae deinde Atticae ». et probabili coniectura etiam apud nos cyatus succi recens expressi mortem afferret. Dalechampius (not. ad Plin.) vidit qui ad extremum usque vitae demens factus est ab esu Cicutae quas Apii hortensis specie incautum fefellerat. et Kirkerus (apud Geoffr. mat. med. 2. 135. Venet. 1771). tr. de peste gravia, et admiranda symptomata ex radicibus Cicutae pro Petroselini radicibus a duobus religiosis viris comestis excitata refert. Vix enim in ventriculum descenderat cibus statim virulentam ac mortiferam suam virtutem explicat. Caput utriusque tam orrendis fuliginum exhalationibus opplevit, ut uterque protinus mente captus alter in vicinum lacum sese praecipitaverit in anatem se transmutatum existimans; alter omnibus spoliatis disruptisque vestibus, in publicum prorumpens nihil nisi flumen ad intestini incendii vehementiam restringuendam appetens in anatem se tranformatum sine aquis vivere non posse clamaret. Paulo post totum corpus livore perfusum apparuit. Tandem diversis admotis remediis mortem quidem effugerunt sed paralytico membrorum tremore afflicti non nisi languidam, et miseram vitam per triennium adhuc protraxerunt; denique ambo fummis doloribus cruciati ex-

tincti sunt. Et Matthiolus (com. 699.) Valorosissima et velenosissima (secondo che riferisce Plinio) è quella che nasce in Parthia, in Laconia, in Candia, in Asia, in Megaria, et Athene, di Grecia: et imperò in Italia non pare essere così velenosa. Gli asini, che la mangiano in Toscana di tal sorte s'addormentano, che diventando stupidi paiano morti. Laonde è più volte intervenuto che scorticandoli i villani per haverne la pelle si sono svegliati mezzi scorticati non senza gran terrore di chi gli levava il cuoio et riso dei circostanti. « Neque desunt exempla apud Weppfferum, et Vattsonum necis intra quartam horae partem illatae, eodem fere modo quo opium interimit, hoc succo productae (Spreng. inst. pharmac. 336. Lipsiae. 1816). Insuper dissimulari non potest symptomata quae mortem praecedunt ex succo Conii magna copia ingesti omnino similia esse illis, quae in Phaedone Platonis legimus Socrati morituro intulisse. (Cf. Richter mat. med. 2. 927-928.). Plinius etiam (25. 95. tom. 7. 619. Taur. 1832. edit. Pomb.) Quos enecat incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria: sed in vino pota irremediabilis existimatur. » Addendum est Conium maculatum in Attica copiose innasci et circa ipsam urbem, et circa Eleusim, et Megaram jam testimonio Dioscoridis et novissime Sibthorpii (prodr. Fl. graecae 1. 187). Quodsi Stoerkii atque multorum medicorum fide ingens dosis extracti ejus quotidie sine periculo ingesta est, ex dosibus sensim auctis, quibus se adsueverit corpus vel quod coctione pars actuosior aufugerit tribuendum est. Qua herba si Conium maculatum non est usi sunt Athenienses ad reos capite plectendos? An Aethusa Cynapio? Sed aliis omnino symptomatibus interficit. An Cicuta virosa? Sed omnino deest in Graecia. Refugit quippe calidiores aridasque Graeciae plagas, atque in ipsa Italia hactenus ignota erat. Novissime solum Joseph Moretti professor olim ticinensis in oryzetis *vallis Ticini in Laumellina* invenit.

Nemo itaque dubitare potest Athenienses succo recens expresso (apparet enim ex Phaedone Platonis a ministris extemplo parari pharmacum) Conii maculati addito forte succo Papaveris somniferi ut mors jucunde ingrueret capite damnatos necuisse. Quae mea sententia sapienter instituta erant atque imitatione digna. Nonne horrendum est nostra aetate crudelibus suppliciis homines reos capite plectendos torqueri? Nam sive caput amputetur, sive collum suspensis frangatur, horrenda ac crudelia omnino supplicia sunt atque immanissimorum tyrannorum digna temporibus non mitibus, et civilibus, atque humanioribus moribus nostris apta. Atque si poena exemplo plebispectanti esse debet non ne et super tabulatum platea elatum, aut in carcere publico huic rei aplo cui populus facili negotio possit accedere mors veneno posset inferri? Ceterum neutiquam necessariam atrocissimam poenam arbitror (Cfer. *Beccaria dei delitti e delle pene*, et multos alios scriptores qui citantur in libro: *Lettre de l'Auteur du concours ouvert a Geneve en 1825 en faveur de l'abolition de la peine de mort.* Geneve 1827. un vol. in 4. de 178 pag. ). Quo pulcherrimo libro habes argumenta omnimoda quae Magistratus et legumlatores deterrere debent a pena capitis statuenda atque infligenda. Ibi etiam obiter multa inspersit auctor utilissima de carceribus novis instituendis ut rei corrigantur, et ad bene honesteque vivendum alliciantur. Verum multo apud nos facienda adhuc sunt, et carceres ante omnia novi condendi, quibus sontes homines criminum poenam quidem luant, sed vitam pari ratione emendent. quique cum demum hominum coetui denuo misceantur illum neutiquam inquinent ac corrumpant. In carcere enim quaerenda non tantum poena est sed emendatio vitae si societatis humanae felicitati consulere respubblica velit. Melius est delicta praecavere quam punire. Quod consequetur magistratus ac legum lator si emendationem vitae sontium hominum primum proponat sibi et res ita constituat ut optimis legibus tueantur mores, et juvenum animi litteris imbuantur ut ad bene honesteque vivendum impellantur, ac virtuti

honos sit, et vitiis horror et reprobatio in hominum opinione habeatur. Quae omnia magistratus ac legumlatoris cordi esse debent ut hominibus in carcere delictorum poenam luentibus fiant. Ad vitae emendationem plurimum conferre certum est reclusio hominum ab aliis, et scientia morum, et religionis praeceptis animos ipsorum imbuere, et ne otio corrumpantur, adsiduo labore exerceantur. Quae libentius facient si laborum suorum lucri aliquam partem consequantur, quibus divitiis labore partis uti possint cum in societatis graemium redierint. Curandum interim est ne valetudo eorum detrimentum patiatur: frigus calorque sollicite arcendi. Cavendum etiam ne aer corruptis corporis, et foecum effluviis inquinetur. curandum ut alimenta et potiones sanae sint. Boni mores atque in virtute progressus non sine laude et praemio sint oportet. Sic ex sonte homine bonum civem demum habebis. Verum dolendum est in patria hactenus tales carceres in desiderio esse et vitiorum ac corruptionis scholae potiusquam loca quibus emendatio vitae consequatur esse dicendos Dolendum sane patriam nostram plerorumque populorum exempla non secutam qui Joannis Howhardi curis, praecibus, et rationibus commoti gravissimo negotio cito consuluerunt. Sit itaque carcer vindex nefariorum scelerum, sed plectat poena non corrumpat reos, qui cum inter homines remigraverint bona atque honesta vita se sibi aliisque commendent. Laudes igitur aeternum benefico atque immortali viro dicantur et, quod praecipuum est ejus consilia cito adhibeantur. Digna sunt quae legantur pulcherrima suavissimi poetae Jacobi Dellile de hoc argumento carmina: (La Pitié ch. 2. v. 73. sq).

Verum ut redeat unde discessit oratio Conium maculatum herba est actuosissima et celeberrima praesertim ob disquisitiones summi viri Antonii Stoerck qui susceptis super se ipso experimentis veterum de illo placita confirmavit plaudentibus multis et gravissimis scriptoribus, renitentibus aliis. Quibus rebus evictum posteritati est schirrum et cancrum raro Conio maculato sanari optimum tamen et saluberrimum remedium sistere in multis et periculosis morbis. Certum est veteres medicos virtutes ejus cognovisse, ac similibus paene morbis ac nos adhibuisse. Dioscorides (mat. med. L. 4. cap. 79. t. 1. 575. 576. ed Sprengel) scribit venenum esse mortiferum quod frigiditate sua interimat: in collyrio adhibitum dolores atque inflammationem oculorum sedare (cum ophtalmia scruphulosa est). Sanat herpeticas defoedationes atque erysipelata. Cataplasma ex herba recente contusa testibus impositum nocturnas pollutiones avertit (in luxuriosis qui testes habent supermate turgentes, nam cum pollutio a virium infirmitate est Conium morbum auget). Testimonio enim summi medici Araetei (acut. 2. 6. 11.) atque ipsius Dioscoridis et Plinii venerem furentem compescit. Atheniensium jerophantas sacerdotes Cicutae sorbitione solitos castrari ac viros esse desinere usque ad sua tempora scribit Divus Hieronymus contra Jovin 1. et Marcellus empiricus cap. 33. 231. «ut eunuchum sine ferro facias, radices Cicutae ex aceto teres et inde testiculos spississime illines... hoc quantum tenerioribus infantibus feceris eventu efficaciore proveniet» (Hard. not. ad Plin.) Mammae virginum, et testes puerorum ab herba recente in cataplasmate imposita contabescunt. Ubera lacte turgentia comprimit, et extenuat si illis recens in cataplasmate imponatur. Plinius (hist. natur. lib. 26. cap. 75. 87.) scribit dolores lenire, tumores, apostemata, et mala ulcera sanare, podagras refrigerare (ib. cap. 64.) Avicenna et Serapion commendant in tumoribus mammarum ac testium, et nimio lacte. Cf. ob ea quae spectant ad usum Conii maculati apud veteres in morbis internis Joan. Viventium (De Cicuta commentaria, 1774).

Morbi qui a Conio maculato vel levantur vel sanantur sunt scrophula, praesertim glandularum tumores, colli, alarum, inguinum, et mesenterii, tubercula pulmonum, indurationes mammarum, quae scirrhum aemulantur. (Cf. Aug. Goffl. Richter osservazioni med. chir. etc. Pavia 1794. 1. pag. 1—40.) Tumores ossium et mala ul-

cera, quae non raro etiam cancri speciem habent. Schirrus et cancer raro Conio sanantur, verum dolores leniuntur et tumores usu e us a subiectis partibus solvuntur ut facile scalpello excidi possint. In doloribus nervosis, qui nevralgiae vulgo vocantur multum opis praestat non tamen omnino sanat ut Aethusa Cynapium Extant tamen historiae schirrorum cancrorumque qui a Conio maculato sanati sunt. Phtisis pulmonalis tuberculosa, et tabes mesenterica Conio aliquando sublatae fuerunt. Tineam gravissimam, quae totum caput pueri decennis foedabat cataplasmate ex herba recente contusa et pane triticeo cocto in mense omnino delevi. Alias tamen frustra adhibui. Testes duros et tumentes a blennorrhagia syphylitica in eos translata saepe Conio cito feliciterque sanavi: postquam tamen febris atque inflammatio subsederant. Etiam bubones syphilitici si duri et torpidi erant Conio recente imposito resoluti sunt. Cataplasma ex herba recente contusa, atque in pulpam redacta et pane triticeo cocto melior forma est, quippe qua vis integra remedio servatur. Extractum forma mala est. Coctione enim avolant partes actuosae, vel coquendo delentur igne Quotiescumque intus dandum est Conium tinctura vel succus recens expressus dandus est. Cf. Murray. Jo. Andr. apparat. med. 1. 114. ed cit. et Richter. mat. med. 2. 925—928. Milano 1833.

Medici homiopatici Conium maculatum praestantissimum remedium habent. Ideo adhibent in morbis senum, in impotentia virorum, in vomitu gravidarum, in epilepsia, induratione partiali linguae, vertigine, photophobia scrophulosa (qua tamen fateor maiorem vim et vere incomparabilem exseruisse Kali sulphuratum.), in hysteriasi ac chlorosi, in nervorum distensionibus, in alvo stricta, astimate senum, in pollutionibus involuntariis, in mania, marasmo et atrophia, in phtisi pulmonali, hydropibus, morbo scrophaloso, ac variis eiusdem formis, ossibus tumidis et ulceratis, tabe mesenterica, tuberculosi, et similibus morbis, qui strumae non nisi modi sunt, et formae, variis mammarum et uteri tumoribus duris qui aemulantur scirrhum, in carie ossium, in herpeticis defoedationibus, ac similibus morbis organa urinam parantia, servantia, ducentia etc. obsidentibus, qui morbum scrophulosum substratum habent.

Selinum Oreoselinum herba est aromatica, acris. Radicem et semina adhibuerunt medici in flatulentia et calculo, et languore viscerom abdominalium. Juvant hydropicis urinam ciendo, et mulieribus albo fluore laborantibus: etiam in blennorrhoea et blennorrhagia. Simili pollent virtute semina Laserpitii latifolii. Laserp. Sileris, et Ligustici, Levistici, quae cathamenia revocant, et urinam augent. Ligust. Levisticum ut Secale cornutum partum accelerat et secundinas expellit. (Forest. observ. L. 28. obs. 52 in schol.) Simili vi sed magis actuosa insignes Angelica Arcangelica, Angel sylvestris, atque Imperatoria Ostruthium. Semina Angel. sylvestris pulverata et capiti inspersa pediculos interficiunt. Prosunt in febribus intermittentibus, et remittentibus ac continuis malignis maxime exanthematicis cum vires pessumdantur atque exanthemata expallescunt et deficiunt, sive variolae sint sive scarlatina, vel morbilli, et miliaria, et petechiae atque in ipso erysipelate maligno. In magna hac virium ruina vitaeque periculo multos aegros servavi cum decocto vinoso radicis Angelicae Archangelicae Polygalae virginianae Aristolochiae Serpentariae, Valerianae officinalis cortice peruviano, Ipecaucanha, et spiritu Mindereri. Verum et solae radices Angelicae et Imperatoriae actuosissimae sunt. Pulsus qui vix micabat surrexit, cutis calida et elastica facta est, profluxit sudor, et exanthemata iterum eruperunt in cute vel si nigra erant rubra evaserunt exantlato vitae periculo.

Heracleum Sphondylium herba est acris aromatica venenata. In regionibus enim quibus febres intermittentes ob proximas paludes vel oryzeta, endemicae sunt, homines cachectici fiunt atque ulcera ad crura facile contrahunt. tunc si crura quamquam integra tangantur herba Heraclei Sphondylii ergsipelas nascitur urens et malignum quod ulcera gignit pes-

sima, diuturna et maligna. Morbum inde natum et herbam agricolae vocant *Giaccaria*. etiam Tordylium maximum et probabili conjectura Oenanthe fistulosa eadem prestare. In pagis et agris circa urbem agricolae vocant *Giaccaria* Euphorbiam segetalem inter segetes vulgarem quaeque nudis cruribus tacta ulcera pessima in homine cachectico gignit. Plicae polonicae Heracleum mederi jampridem medici poloni observaverunt. Quod a medicis homiopathicis experimentis suis confirmatum est. Morbi omnes capillorum hac herba vel levantur, vel sanantur. Quod et de capillis pinguibus, et glutinosis et forte profluentibus dicendum est. Nuperrime didici H. Spondylium remedium esse comendatum ut magnum subsidium in podagra, et melancholia (Tripi lessico pratico omiopatico ediz. 2.a, Torino, 1857. pag. 23).

Oenanthe crocata atque Oenanthe fistulosa herbae palustres succo turgent venenatissimo quae experimentis rite institutis a medicis praesertim homiopathicis explorari merentur. Oenanthe Phellandrium herba est venenata, et quae in multis et gravissimis morbis salutiferam opem praestat. Brukmannus epilepsiam Phellandrio sanavit. Verum in hoc morbo aliisque nervosis praecipue hypocondriasi quamquam a Langio valdopere commendatam parum profuisse constat. Tusses et catharrus diuturnus contabescentiae et phtises mucosae quaeque scrophulosum precipue morbum substratum habent vel omnino sanantur Phellandrio vel multum leniuntur. In phtisi mucosa vel primordiis phtiseos ulcerosae cum tamen pulmones nullo adhuc ulcere corrupti sunt mire succurrit Phellandrium cum myrrha et cortice peruviano. Verum magna dosi suscitat vires et cum morbus activus, atque inflammatorius est ac vires concitatae valde nocet. Cum pulmones ulceribus corrupti sunt breve solatium affert sputa minuendo, et foetorem corrigendo corrupti visceris energiam suscitando fatalem protelare exitum videtur. Medici homiopathici utuntur Phellandrio in cathameniis nimium fluentibus in vertigine cum ardore oculorum sensu frigoris ad ventriculum tussibus et diutirnis catharris de quibus supra sermo fuit.

Cicuta virosa herba est veteribus ut videtur ignota, non est profecto Conium Dioscoridis. Medici in morbis numquam adhibuerunt Wepferus (hist cicut aquat. 21. 22. Lugd. Batavor. 1733) cum Conio maculato commutavit ideoque perperam veterum de illo placita ad Cicutam virosam translulit. Homiopathici utilem experti sunt in morbis cerebri, et medullae spinalis non acutis, in epilepsia puerorum, gravidarum, parturientium, ac puerperarum, in asphyxia, catalepsi, ipsaque apoplexia in quibusdam maniae speciebus, in morbis, et febribus mucosis, et quibus exundant vermes, in contabescentia, cachexia, omnis generis impetiginibus, herpetibus, humidis, ac crustosis, in tinea faciei, in ulceribus oris, cophosi, balbutie, dysphagia paralytica, et paralysi omnigena, praesertim vesicae urinariae et linguae, in diplopia, ambliopia, hemicrania nervorum distensionibus artuum praesertim superiorum ac digitorum.

Radix Pastinacae sativae culta esculenta fit grata et salubris. Radix herbae ferae cum lacte cocta phtisicis ac tabidis prodest. Etiam febribus intermittentibus succurrit. In vesicae ulceribus, et calculis comminuendis multum valere memoriae proditum est.

Herba, radix, semina Pimpinellae magnae, et Saxifragae calidae, acres, aromaticae sunt: multam opem ferunt in arthritide vaga, ischiade, hystericis convulsionibus, febribus malignis praesertim exanthematicis si exanthemata ob virium jacturam intus migrarunt vel exaruerunt. Juvant etiam hydropicis, et asthmaticis, et maxime in digestionis infirmitate. Usu eorum interno atque externo lactis secretio augetur.

### 409. CHENOPODIUM.

Herbae ut plurimum annuae, glabrae, crassiusculae, solis Ch. Botry et ambrosioide pubescentibus, folia alterna exstipulata flores spicati, racemosi, vel paniculati parvi viriduli semina parva fusca, vel fusco-sanguinea saepe scabra.

a. *Foliis planis.*

b. *Angulatis vel dentatis.*

c. *Radice perenni: seminibus atro rubentibus scabris.*

1. Bonus Henricus. Ch. *foliis triangulari-hastatis integerrimis petiolatis spicis compositis glomeratis aphyllis axillaribus terminalibusque caule prostrato vel ascendente inferne ramoso perigoniis fructiferis exsuccis seminibus omnibus erectis.*

Agatophyton. Moquin-Tand. an. sc. nat. ser. 1. 291. t. X. f. c. Ic. Brunsf. herb. 1. t. 63. 260. Lobel ic. 256. f. 2. Ejusd. observ. 129. f. 2. Dodon. pempt. 651. f. 1. Dalech. lugd. 602. f. 2. Fuchs hist. 463. Trag. hist. 317. Lonicer. hist. 288. Matth. com. 418. Tabernaemontanus ic. 425. fig. 2. Bah. hist. 2. 965. f. 2. Chabr. sciagr. 303. f. 3. Moris, s. 5. t. 30. f. 1. Munting. phyt. t. 191. Blachw. t. 311. Ludw. ect. t. 185. Bull. herb. t. 317. Plenck ic. med. t. 164. Curt. lond. 3. t. 17. ed. Grav. 2. t. 27. Engl. bot. t. 1033. Flor. dan. t. 579. Ger. em. 329. Petiv. h. br. t. 7. f. 12. Schk. hand. t. 56. Lam. ill. t. 181. Schrank. fl. mon. t. 382. Schubert ges. t. 14. f. 1. Blitum Bonus Henricus. Reich. excurs. 3. 589. Chenop. sagittatum Lam. fr. 3. 244. etiam hujus loci. Radix carnosa alba crassa ramosa. Caulis striatus bipedalis et ultra ad terram foliosus, superne floriger. folia longe petiolata petiolo basi dilatato-amplexicauli, undulata, venosa subtus albofarinoso-pulverulenta. Spicae alternae sessiles, vel pedunculatae compositae. Flores pulverulenti, congesti polygami. Styli puberuli subulati patuli 2-5. Calyx apice dilatatus erosus dorso viridis margine membranaceus albidus, rubidus, luteolus. Fl. vere et aest. Vulgare in pratis alpinis circa domos pastorum, et rudera.

cc. *Radice annua*

d. *Seminibus nigris lenticularibus scabris foliis nitidis viridibus.*

e. *Caulibus ramosis.*

f. *Foliis triangularibus, ramis cauli appressis seminibus laevibus vel scabris.*

2. urbicum. Ch. *Foliis nitidis triangularibus subdentatis longe petiolatis in petiolum protractis sinuato-vel repando-dentatis supremis lanceolatis subintegris racemis confertis strictis erectis longissimis interruptis subaphyllis caule erecto sulcato-angulato.*

Chen. rubrum. Bertol. lucubr. 21. Ch. melano spermum. Guss. suppl. 1. 66. Ch. deltoideum. Lam. fr. 3. 249. Ic. Buxb. hal. t. 1. Petiv. h. br. t. 8. f. 8. Engl. bot. t. 717. Svens. bot. t. 459. Flor. dan. t. 1148. Bonan. panph. t. 28. Sturm. deut. fl. hef. 75 Dietr. fl. bor. t. 849. Caulis parce ramosus saepe rubro-lineatus pedalis et ultra folia neutiquam pulverulenta utrinque viridia nitida, deltoideo-triangularia saepe flavo-virentia. Rami aphylli longi infeme ramosi strictissimi cauli arcte appressi. Flores parvi. semina non nitida apud nos scabra. Fl. aest. Vulgare circa domos, ad muros, et ruderata.

ff. *Foliis ovatis, ramis patulis, seminibus opacis carinato-marginatis.*

3. murale. Ch. *Foliis nitidis rhombaeo-ovatis petiolatis acutis dentatis paniculis subcymosis divaricatis ramosis, aphyllis caule erecto sulcato ramosissimo, superne ramisque pulverulentis seminibus opacis carinato-mergiuatis.*

Ch. rubrum. All. ped. 2. 196. Ch. urbicum. Bertol. am. 154. Ic. Tabern. ic. 427. f. 2. Ger. em. 328. Dodon. pempt. 616. fig. 1. Bah. hist. 2. 977. f. 2. Chabr. sciagr. 306. f. 5. mala. Matt. com. 346. f. 2. mala quoad folia. Lob. ic. 254. f. 2. Eiusd. obs. 128. f. 2. Moris. s. 5. t. 31. fig. 2.? Bergeret phyt. 1. 137. Sturm. deuts. fl. heft. 75. Curt. lond. 6. t. 20. ed Grav. 3. t. 55. Engl. bot. t. 1722. Petiv. h. br. t. 8. f. 5. Dietr. fl. bor. t. 848. Fl. dan. t. 2048. Herba foetida. Caulis pedalis et ultra utplurimum rubidus. supeme ramique pulverulentus. rami patuli. Racemi ramosissimi corymbosi folio plerumque breviores. folia sinuato-dentata dentibus acuminatis subincurvis, subtus pallidiora, modo magna, modo parva sunt, aliquando basi truncata ut demonstrant icc. Matth. Bah. et Chabr. laciniae perigonii ovato-oblongae obtusae. Semina lenticularia nigra maiuscula. Fl. aest Ad muros, et aggeres. Color herbae viridis.

ee. *Caulibus simpliciusculis.*

4. HYBRIDUM. Ch. *Foliis cordatis acuminatis dentato-angulatis, angulis acuminatis longe petiolatis supremis lanceolatis integerrimis basi utrinque unidentatis racemis ramosissimis paniculatis aphyllis patentibus caule erecto sulcato-striato striis rubidis simpliciusculo seminibus foveolato-punctatis.*

Ic. Petiv. h. br. t. 8. f. 7. Vaill. paris. t. 7. f. 2. Barrel. ic. t. 540. Fuchs. hist. 653. Engl. bot. 1919. Curt. lond. 4. t. 23. ed Grav. 2. t. 28. Zannich. ist. t. 151. Tabern. ic. 42. Bah. hist. 2. 976. Chabr. sciagr. 306. f. 6. Sturm. deut. fl. hef. 73. Flor. dan. t. 2049. Baxter brit. bot. t. 352. Herba obscure imo fusco-virens nitida, foetida venenata, odore stramonii: Caulis usque tripedalis, aliquando superne valde ramosus. folia magna venosa cordato-ovata illis Daturae Stramonii similia, subtus pallidiora sed neutiquam, neque alia herbae pars farinosa. Perigonii laciniae ovatae obtusae latae albo-marginatae. Semina magna lenticularia. glomeres maturi rubescunt. Fl. aest. Circa domos, in ruderatis, agris pinguibus, fimetis passim.

dd. *Seminibus atro-rubentibus.*

e. *Laevibus racemis foliatis.*

f. *Herba viscoso-pubescente.*

5. AMBROSIOIDES. Ch. *Foliis subsessilibus lanceolatis remote dentatis subsinuatis subtus glandulosis glandulis sessilibus sparsis supremis integerrimis racemis foliatis simplicibus caule erecto striato angulato ramoso ramis erectis subpubescentibus, seminibus parvis, laevibus nitidis.*

Ic. Barrel. ic. 1185. Monti in Zanon. hist. t. 50. Moris. s. 5. t. 31. f. 8. Plenck ic. med. t. 168. Regnault bot. t. 75. Sturm. deut. fl. hef. 75. Descor. anth. 1. t. 58. Hayne 13. 15. Nees dusseld. t. 122. Wagner t. 130. Guimpel. et Schl. t. 269. Wight. ic. plant. Ind. or. t. 1786. Caulis usque bipedalis rubidus. folia aliquando integra laete virentia. glandulae pellucidae. perigonium farinoso-glandulosum laciniis ovatis obtusis vix albomarginatis. Semina lenticularia. Herba nitida etiam sicca suaveolens, aliquando perennis. Fl. aest. vulgare in agro nov. ad viam inter *Vercellas*, et *Mediolan.* Cum frequens occurrat spontaneum in Italia et insulis ejus haec stirps probabili conjectura cum alia specie mexicana vel chilensi confusa fuit, quae videtur esse. Ch. Quinoa? Molina hist. chil. 283, Bologna 1810. Neutiquam cum Ch. Payceo ejusd. ibid. quod differt. *ramis procumbentibus foliis multifidis denticulatis floribus axillaribus sessilibus.* Ch. tenue Coll. pl. chil. fas. ult. 9. t. 50. Forte species mexicana est, species nova hactenus non descripta, vel forte ipsum Ch. ambrosioides, quod et ibi crescat.

ff. *Herbae glabrae.*

g. *Seminibus minutissimis turgidulis.*

6. RUBRUM. Ch. *Foliis nitidis longe petiolatis rhombeo-triangularibus subhastato-bilobis sinuato-dentatis dentibus lanceolatis basi productis supremis lanceolatis integerrimis racemis erectis compositis foliosis caule erecto crasso sulcato ramoso ramis inferioribus patulis perigoniis fructiferis exsuccis seminibus laevibus erectis, semine floris terminalis glomerurum horizontali.*

Ch. crassifolium. Hornem. h. h. Blitum rubrum. Reich. ex. 2. 582. Agatophytum rubrum. Reich. fl. sax. 521. Ic. Fuchs. hist. 653. Albert. Fl. med. t. 74. Engl. bot. t. 1721. Curt. lond. 6. t. 21. ed Grav. 3. t. 54. Flor. dan. t. 1149. Gaertn. fruct. t. 75. Lam. ill. t. 181. Dietr. Fl. bor. t. 299. Radix fibrosa, fibris parvis, ramosis luteis. Caulis tripedalis et ultra ramosus, ramis imis patulis superioribus erectis inferne ruber striato-angulatus striis rubris. folia praesertim superiora in apricis autumno rubida glomeruli parvi pauciflori saepe rubentes. Calycis laciniae super fructu clausae. flores laterales tripartiti monandri, vel diandri terminalis quinque partitus pentandrus. Ch. botryoides. Sm. engl. fl. 2. 11. Sturm. deut. Fl. hef. 74. n. 16. est var. *foliis imis triangularihastatis superioribus rhombeis vel lanceolatis obtusis subintegerrimis.* Ch. blitoides Lej. spa. 1. 126. Sturm. deut. fl. heft. 74. f. 4. 15. est var. *procerior foliis longe acutatis glomerulis demum sanguineis.* Fl. aest. et aut.

Vulgare circa domos, ad muros, in ruderalis passim.

gg. *Seminibus majusculis lenticularibus.*

7. ALBUM. Ch. *Foliis rhomboideo. ovatis erosis posticae integris inaequaliter parce dentatis dentibus imis maioribus versus apicem subintegerrimis, superioribus lanceolatis integris omnibus albidis glaucisve subtus farinosis racemis ramosis erectis interruptis basi foliatis caule erecto sulcato ramoso glomerulis subrotundis sessilibus.*

Ch. leiospermum. Cand. fr, 3. 390. Ch. viride L. sp. 319. All. ped. 2. 196. est var. var. *foliis lanceolatis subintegris.* huc etiam trahendum est Ch. pedunculare. Bertol. fl. ital. 3. 32. Ch. opulifolium Schrad. apud Koch et Ziz. catal. plant. pal. 6. non differt nisi *foliis brevius petiolatis paulo latioribus et magis versus apicem dentatis.* Ad quam var. referuntur ic. Vaill. par. t. 7. f. 1. optima, et Sturm. deut. fl. hef. 75. Herba glauca albida praesertim autunno. Radix fibrosa fibris ramosis parvis, numerosis luteis. Caulis usque tripedalis a basi ramosus ramis erectis, inferne ruber et totus sulcato-angulatus angulis vel striis rubris. folia longe petiolata rhombeo-ovato-lanceolata basi cuneata, basi apiceque integra medio remote et inaequaliter dentata dentibus imis maioribus, subtus albo-farinosa. venosa, venis prominulis suprema, et ramea magis elongata etiam integra. glomeruli imi axillares sessiles folio valde breviores. racemi terminales basi interrupti foliosi, glomerulis et am axillaribus folio brevioribus. Glomeruli superiores in spica continua neutiquam foliosa coacervati laterales sessiles, subrotundi. perigonii laciniae obtusae carinatae dorso virides, margine albo-scarioso, apice crenulato supra fructum conniventes. perigonium cum fructu inapertum corpus sistit rotundum depressum pentagonum totum glandulis rotundis sessilibus, inaequalibus cristallinis obsitum, ut cum vitro inspectum faciem habeat foliorum Mesemcranthemi crystallini. Semina maiuscula atro-rubentia laevia, nitida turgidula paulo depressa cochleam omnino referunt forte huc trahendum etiam Ch. glaucum. forte etiam Ch. concatenatum Thuillier. Ic. Tabern. ic. 426. Petiv. h. br. t. 8. f. 2. Curt. lond. 2. t. 15. ed. Graves 2. t. 29. Engl. bot. t. 1723. Fuchs hist. t. 119. Dietr. Flor. bor. t. 297. Nees gener. 4. t. 56. Schnizl. ic. 2. t. 101. Ic. Dalech. 536. f. 2. neutiquam pertinet ad plantam meam. folia enim ibi sunt omnia sessilia, et integra. Fl. aest. et aut. Vulgare in ruderalis hortis, viis, agris pinguibus etc.

ee. *Seminibus granulatis.*

f. *Herba villoso-viscida.*

8. BOTRYS Ch. *Foliis oblongis sinuato-pinnatifidis obtusis ramisque viscidulo-villosis summis spathulato-lanceolatis integerrimis spicis numerosissimis axillaribus cymosis brevibus interruptis caule erecto sulcato toto ramoso ramis strictis erectis.*

Ambrina. Moquin-Tand. chen. mon. en. 36. Botrydium aromaticum Spach apud Moquin l. c. Ic. Sturm. deut. fl. heft 75. Fuchs hist. 179. Trag. hist. 887. Dalech. lugd. 952. f. 1. Lob. ic. 228. f. 1. Ejusd. obs. 113. f. 2. Dodon. pempt. 34. f. 1. Matth. com. 569. f. 1. Camer. epit. 598. Taberman ic. 14. f. 2. Moris. s. 5. t. 31. f. 7. Blackw. t. 314. Nees gen. 4. t. 56. Valer. Cord. hist. 106. Durant. herb. 76. Ludw. ect. t. 32. Zorn. ic. 225. Sibt fl. gr. t. 253. Plenck ic. med. t. 165. Hayne 13. t. 14. Guimp. et Sch. t. 270. Caulis pedalis durus. folia longe petiolata rubro-venosa. Spicae axillares pauciflorae. Herba viscida aromatica odore ingrato. semina parva atro-sanguinea granulata lenticularia nitida. Fl. aest. Vulgare in arvis sabulosis, in alveis siccis torrentium amnium, fluviorum etc.

ff. *Herbae glabrae.*

9. GLAUCUM. Ch. *Foliis brevi petiolatis oblongis sinuato-repandis supra glabris nitidis subtus glaucis racemis glomeratis aphyllis floribus quadrifidis fructibus plerisque horizontalibus, paucis erectis caule prostrato ramoso.*

Ic. Bah. hist. 2. 973. f. 1. Tabern. ic. 427. Engl. bot. t. 1454. Petiv. h. br. t. 8. f. 4. Fl. dan. t. 1151. Caulis crassus usque bipedalis. Laciniae calycis ovatae obtusae margine

albo-membranaceae. Fl. aest. Freq. in fimetis: ad muros: in agris etc.

10. SEROTINUM. Ch. *Foliis conformibus deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris viridibus nitidis, racemis terminalibus caule erecto glabro sulcato.*

Forte est var. Ch. albi Fl aest et aut. In cultis et ruderatis. All. sed post illum nemo vidit. cum seq. coniungendum.

11. FICIFOLIUM. Smith. brit. 276. Ch. *foliis hastato-sinuatis erosis postice integris attenuatis superioribus oblongis integerrimis seminibus excavato-punctatis.*

Ch. viride Curt. lond. 2. t. 16. Ch. serotinum. Huds. angl. 106. Suter helv. 1. 148. Ic. Petiv. h. br. t. 8. f. 5. Dietr. Flor. bor. 1. 298. Engl. bot. t. 1724. Sturm. deut. fl. hef. 75. non differt a Ch. albo nisi seminibus excavato-punctatis. Quod forte non perpetuum est. et in seminibus Ch. albi subvitro admodum denso semina sunt excavato-punctata punctis tamen raris, et parum profundis. Sed in meis exemplaribus Ch. albi semina faciem omnino habent cochleae depressae. Quod ignoro utrum in hac varietate fiat. numquam enim illam vidi. In cultis agri *albens*. sed forte species non recte determinata fuit. Mea sententia non est bona species.

bb. *Foliis integerrimis: seminibus rubris granulatis.*

c. *Seminibus lenticularibus.*

12. VULVARIA. Ch. *Foliis longe petiolatis rhombeo-ovatis incano-pulverulentis floribus glomerato-racemosis axillaribus caulibus diffusis.*

Ch. olidum. Curt. lond. 5. t. 20. ed. Grav. 2. t. 30. Engl. bot. t. 1034. Ch. foetidum. Lam. fr. 843. Ic. Sturm. deut. fl. heft 75. Woodw. med. bot. t. 115. Ger. em. 327. Petiv. h. br. t. 7. f. 11. Lobel ic. 255. f. 2. Eiusd. obser. 128. f. 4. Dodon. pempt. 616. f. 2. Dalech. lugd. 543. f. 1. Tabern. ic. 428. f. 2. Bah. hist. 2. 975. f. 1. Moris. s. 5. t. 31. f. 6. Blackw. t. 100. Flor. dan. t. 1152. Durant. herb. 485. Zannichel. ist. t. 144. f. 2. Bull. herb. t. 523. Plenck ie. med. t. 167. Dietr. Fl. bor. t. 297. Alber. fl. med. t. 73. Nees dusseld. t. 124. Caulis ramosus ramis prostratis rosulatis pedalis et ultra angulatus. folia parva. Spicae nudae breves interruptae. simplices. terminalis major ramosa. Flores solitarii vel glomerati, glomerulis bi-trifloris. Semina maiuscula. Fl. aest. In hortis, agris pinguibus, muris, viis, aggeribus ecc. Herba foetida vulvam olet. Nomina Curtisii et Lamarkii omnino inepta: peculiarem enim odorem non indicant. Ideo nomen linnaeanum revocavi. Vitam nostram castitate et virtute tueri et munire expedit.: verba quae in scientiis ad unguem exprimunt naturam non sunt abiicienda viri sapientis os neutiquam pollutura.

cc. *subreniformibus.*

13. POLYSPERMUM. Ch. *Foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis mucronatis cymis axillaribus divaricatis interruptis aphyllis caule angulato-striato ramoso ramis imis patulis rosulatis prostratis caule longioribus perigonii laciniis in fructu patulis seminibus nitidis subtilissime punctulatis horizontalibus primum coccineis demum fusco-sanguineis.*

Ch. acutifolium. Kitaib. ap. Schult. oestr. fl. 1. 458. est var. *racemo e spicis parvis composito.* Engl. bot. t. 1481. Ic. Sturm. deut. fl. heft. 75. Camer. epit. 237. Moris. s. 5. t. 30. f. 6. Tabernam. ic. 837. f. 1. Dalech lugd. 587. f. 2. Lobel. ic. 256. f. 1. Eiusd. obs. 129. f. 1. Curt. lond. 2. t. 17. ed. Grav. 2. t. 31. Engl. bot. t. 1480. Petiv. h. br. t. 7. f. 10. Fl. dan. t. 1153. Dietr. Fl. bor. t. 780. Caulis usque tripedalis aliquando erectus. folia obscure viridia aliquando in apricis pilis rariusculis hispida. perigonii laciniae ovato-lanceolatae margine membranaceae. Semina grandiuscula. Racemi aliquando basi foliosi, primum cylindrici demum paniculato-divaricati. Fl. aest. Vulgare in hortis et ruderatis.

aa. *Foliis teretiusculis.*

b. *Seminibus turgidis nigris apice subcochleatis. frutex.*

14. FRUTICOSUM All. ped. 2. 198. Schrad. hal. t. 1. f. 4. Ch. *Glabrum foliis semiteretibus carnosis imbricatis obtusiusculis glabris brevibus floribus axillaribus sessilibus trigynis caule erecto fruticoso tereti ramosissimo ramis erectis foliosis perigonii laciniis ovatis dorso nudis seminibus nitidis*

*laevibus nigris, parvis turgidulis horizontalibus.*

Salsola fruticosa. Lin. sp. 324. Engl. bot. t. 635. Sibl. Fl. gr. t. 255. Duham. arb. ed nov. 6. t. 79. edit. 1.a 1. t. 62. S. Hil. fasc. 29. t. 6. Munting. phyt. t. 150. mala. Lobel. ic. 381. f. 2. Eiusd. advers. 163. f. 3. Bah. hist. 3. 701. f. 2. Dalech. lugd. 1160. f. 2. Schrad. com gott. rec. 1. t. 1. Schoberia C. A. Meyer. fl. altaic. 1. 395. Frutex elegans sempervirens usque quadripedalis. folia supra planiuscula glauca. Flores axillares 1-3 sessiles virides. Bractae ternae scariosae concavae par ae. perigonii laciniae ovatae in fructu conniventes. Styli puberuli rubri. Antherae luteae. Fl. aest. In litore maris *nic.* in solo argilloso, et secus flumen *Varum.*

bb. *Seminibus reniformibus apice subspirali; herba annua.*

13. maritimum. Ch. *Glabrum foliis oblongis semiteretibus carnosis subulatis supra canaliculatis superioribus brevioribus floribus sessilibus axillaribus glomerulatis caule diffuso ramosissimo ramis erecto-patulis inferioribus longioribus perigonii laciniis carinatis ovatis dorso basi squamatis squama crassa obtusa callosa patula, seminibus fusco-sanguineis nitidis glabris marginem versus striato-tenuissime granulatis.*

Salsola maritima Moquin. Tand. chen. mon. en. p. 127. Suaeda chenopodioides. Pall. ill. 56. Schoberia maritima A. C. Meyer. fl. altaica. 400. Salsola salsa. Vill. delph. 2. 560 Jacq. hor. vind. 3. t. 83. Chenop. salsum. Guss. Fl. sic. prodr. 1. 299. Ch. Jacquini. Tenor Fl. neap. 3. 258. Ic. Lobel ic. 394. f. 2. Ejusd. advers. 170. f. 1. Dodon. pempt. 81. f. 2. Moris. s. 5. t. 33. f. 3. Fl. dan. t. 489. Zannichel. ist. t. 14. Engl. bot. t. 633. Herba glauca salsa. Caulis cubitalis et ultra. Folia aliquando viridissima. Flores 3-5bas: bibracteati. Antherae flavae, styli duo. Fl. aest. In litore maris *nic.*

## 410. SALSOLA.

a. *Calycibus demum alatis.*

b. *Foliis planis.*

c. *Herba annua. caule erecto.*

1. Scoparia. Marsch. Bieb. mem. mosq. 1. 141. S. *Foliis lineari lanceolatis ciliatis axillis pilosis calycibus glomeratis dentibus acutis basi demum dilatatis caule herbaceo stricto toto ramosissimo ramis erectis.*

Chenopodium. L. sp. 321. Kochia. Schrad. halop. 18. t. 1. f. 1. Salsola sieversiana. Pall. ill. 3. 45. t. 38. Ic. Bah. hist. 3. 462. f. 1-2. Dodon. pempt. 101. f. 2. Dalech. lugd. 1333. f. 1. Tabernam. ic. 828. f. 1. Lob. ic. 409. f. 2. Eiusd. adv. 176. f. 1. Buxb. cent. 1. t. 29. id. t. 16. Parkins. par. 267. f. 4. Caulis orgyalis basi glaber apice ramisque pubescentibus. flores polygami. Fl. aest. In agro *nic.* Vidi etiam cultam ab agricolis qui adhibent ad scopas conficiendas quibus in areis leviter verrendo glumas graminum a seminibus secernunt.

cc. *Suffruticosa caule prostrato.*

2. prostrata. S. *Foliis linearibus incano-pilosis calycibus subternis supremis approximatis tomentosis obovato-alatis caule suffruticoso prostrato parce ramoso pubescente, appendicibus perigonii fructiferi subrotundis disco sublongioribus.*

Kochia Schrad. l. c. Ch. villosum. Lam. enc. 1. 197. Ch. augustanum. All. ped. 2. 198. t. 38. f. 4. Ic. Jacq. aus. t. 294. Caulis pedalis et ultra. flores polygami. Antherae et styli rubri. Fl. aest. In valle *Angustae praetoriae.*

bb. *Foliis carnosis teretiusculis. annuae.*

c. *Foliis obtusis muticis.*

3. Soda. S. *Glabra obscure virens nitida, foliis triquetro-teretiusculis submucronatis inferioribus oppositis longioribus superioribus brevioribus perigoniis fructiferis turbinatis caule herbaceo glabro tereti striato ramoso ramis sparsis patulis, laciniis perigonii medio transversim carinatis.*

Kali. Scop. carn. 1. 175. Ic. Matth. com. 347. f. 3. Bauh. hist. Dalech. lugd. 1377. f. 1. Lobel. ic. 394. f. 1. Eiusd. advers. 169. f. 1. Moris. s. 5. t. 33. f. 1. Jacq. hor. vindob. t. 68. Plenck ic. med. t. 161. Pallas ill. t. 30. Herba nitida caulis rubidus decumbens vel erectus usque bipedalis. folia subulata supra plana subtus teretia leviter sulcata supra lineis tribus viridibus angustis exarata bas-

dilatata marginata. Flores sessiles axillares solitarii vel gemini. Perigonium albidum laciniis triangularibus acutis basi bibracteatis bracteis ovato-lanceolatis viridi acuminatis albo-marginatis perigonio utplurimum longioribus. Antherae luteae. semen cochleatum nitidum demum nigrum Fl. aest in agro *nic.*

cc. *Foliis subulato-spinosis.*

d. *Herba glabra.*

4. Tragus. S. *Foliis carnosis subulato-spinosis laevibus floralibus abbreviatis dilatatis floribus subsolitariis perigoniis diaphano-alatis caule herbaceo glabro tereti striato toto ramoso.*

S. Kali Svens. bot. t. 471. S. rosacea. Cavanill. ic. et des. t. 286. Ic. Matth. com. 663. Durant. herb. 460. Lob. ic. 797. f. 2. obs. 463. f. 1. Dalech. lugd. 1477. Lamar. ill. t. 181. f. 1. Caulis pedalis. semina coloris cerei cochleata. vulgatissima in litore *maris ligustici.*

dd. *Herba scabra.*

5. Kali. S. *Foliis spinosis carnosis superioribus abbreviatis basi dilatatis cauleque herbaceo asperis floribus subsolitariis colorato-alatis caule tereti striato prostrato vel erecto toto ramosissimo.*

S. decumbens. Lam. fr. 3. 241. Kali Soda. Moen. meth. 341. Ic. Flor. dan. t. 818. Engl. bot. t. 634. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 16. Plenck ic. med. t. 62. Lam. ill. t. 181. f. 2. Pallas ill. t. 28. 29. Gaertn. fruct. t. 75. Wodw. med. bot. t. 227. Baxter brit. bot. t. 255. Com. gott. recent. 1. t. 1. Dietr. Fl. bor. t. 505. Nees gener. 4. t. 61. Schnizl. ic. 2. t. 101. Flores axillares solitarii sessiles bracteis tribus foliaceis spinosis. Perigonii laciniae ovato-lanceolatae marginatae margine rosaceo scarioso albido, vel rubido. Semina grandiuscula cochleata ochroleuca-nitida. Fl. aest. In litore maris *nic.* et prope *Unetiam.* forte planta, quae ibi vivit est S. Tragus. Bertolon. fl. ital. 3. 53. scribit hanc non nasci in litore maris *ligustici.* facies perigonii praesertim omnino diversam facit a S. Trago, cum qua Kochius conjunxit.

aa. *Calycibus demum spinescentibus: annua.*

6. muricata. S. *Foliis linearibus fasciculatis mollibus ramisque dense lanatis floribus geminis spinulis rectis stellatis.*

Bassia muricata. All. mis. taur. 3. 177. t. 4. f. 2. Caulis dodrantalis cinereus, totus alterne ramosus pubescens striatus. Flores sessiles. calyces tomentosi. In agro *nic.* Nemo post Allionium hactenus invenit.

411. ANABASIS.

*Aphylla.* Herba est neque indigena, neque culta, ac nescio quo modo huc migravit. Delenda itaque e Flora Pedemontana.

412. HERNIARIA.

a. *Glomerulis florum axillaribus multifloris.*

1. vulgaris. Spreng. syst. 1. 929. H. *Caule prostrato foliis obovato-oblongis glabris ciliatis vel hirsutis glomerulis axillaribus multifloris.*

H. glabra. H. hirsuta. Lin. sp. 317. H. incana. Lam. enc. 3. 124. H. fruticosa. Balb. misc. botan. 1. 10. H. cinerea. Cand. fr. 5. 375. Re append. 16. Ic. de glabra Engl. bot. t. 206. Fl. dan. t. 529. Plenck ic. med. t. 171 Schk. hand. t. 56. Gaertn. fruct. t. 215. Lam. ill. t. 180. Hayne 4. t. 37. Dietr. Fl. bor. t. 505. Nees gen. 4. t. 74. de hirsuta. Zannichel ist. t. 254. Engl. bot. t. 1379. Baxter brit. bot. t. 304. Dietr Fl. bor. t. 506. Herba annua vel perennis, vel etiam suffruticulus. Caulis ut plurimum prostratus ramosissimus, ramulis super terra in orbem positis non raro radicantibus. aliquando erectus est et usque semipedalis fit. Flores ut plurimum laeves vel carina pilosi. Fl. vere exeunte. vulgaris in arvis et locis incultis, collinis etc. arenosis et calidis. Kochius syn. 280 in *glabra* characteres habet *glomerulis axillaribus subdecefloris foliis calycibusque glabris*. in *hirsuta glomerulis axillaribus subdecemfloris foliis hirsutis*, *laciniis calycis seta longiore terminatis.* in *incana glumerulis axillaribus subtrifloris laxis*, *foliis calycibusque hirtis*, *pilis laciniarum calycis aequalibus.*

aa. *Glomerulis florum axillaribus uni-paucifloris ad ramulorum apicem congestis.*

2. alpina. Vill. delph. 2. 256. H.

*Caule suffruticoso prostrato foliis obovatis ciliatis glomerulis terminalibus paucifloris hirsutis calycibusque hirtis pilis aequalibus.*

H. lenticulata. All. ped. 2. 209. Radix crassa lignosa. Caulis etiam dodrantalis ramosissimus, ramis assurgentibus. folia creberrima laete virentia. Fl. aest. In collibus apricis atque etiam ad vias secus sabulosa fluminum: in montibus: *Cenisio*: di Intrasca, di Canobbio etc.

### 413. ULMUS.

a. *Samara glabra 2 fida: floribus sessilibus.*

1. CAMPESTRIS. U. *Foliis basi inaequalibus oblongis duplicato-serratis floribus subsessilibus glomeratis subtetrandris fructibus glabris.*

U. suberosa. Ehrhar. beitr. 6. 87. *cortice ramorum suberoso-alato.* haec var. etiam diversa *foliis majoribus fructibus ovatis* quae est U. major Smith. Engl. fl. 2. 20. Engl. bot. t. 2542. U. hollandica. Mill. dict. n. 5. — *Foliis minoribus fructibus orbicularibus* U. suberosa Ehrh. et U. tetrandra. Schk. hand. t. 57. a b. — var. *nuda foliis scabris, fructibus oblongis* est U. campestris Sm. Engl. fl. 2. 20. Engl. bot. t. 1886. U. nuda. Ehrh. l. c. — *Foliis scabris fructibus orbicularibus.* U. montana Smith. l. c. 22. Engl. bot. t. 1887. U. excelsa Bork. forstb. 839. U. canpestris a. latifolia Meyer chloris hannov. 80. — var. *foliis glabris, fructibus obovatis.* U. glabra. Mill. dict. n. 4. Smith. l. c. 23. Engl. bot. t. 2218. U. campestris b. carpinifolia. Meyer. l. c. Haec ex Koch syn. 734. 735. quae omnino optima. Ic. Camer. epit. 70. Bah. hist. 1. par. 2. 139. f. 2. Trag. hist. 1087. Tabern. ic. 979. f. 1. Lob. ic. 189. f. 1. Dodon pempt. 837. f. 1. Dalech. lugd. 80. f. 1. Matt. com. 131. f. 1. Lam. ill. t. 185. Gaertn. fruct. t. 49. Flor. dan. t. 632. Schk. hand. t. 57. a. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 42. Dict. des scienc. nat. t. 281. Woodw med. bot. t. 242. Svens. bot. t. 15. Hayne 3. t. 15. Hartig. t. 55. Guimp. et Schl. t. 26. Nees duss. t. 104. Wagner. t. 93. 94. Reich. fl. germ. t. 661. Spach. suit. t. 97. Nees gen. 1. t. 34. Schnizl. ic. 2. t. 90. Scubert. ges. t. 14. f. 2. Arbor procera, ramosa ramis patulis cortice senio rimoso radice longe lateque horizontaliter extensa circum caulifera. antherae atro-rubentes. Samara aurea, puncto seminis rubido primum piloso-glandulosa demum glabra oblongo-obovata bifida. Fl. primo vere. ubique. Minus utimur ulmo ad vites sustinendas quam veteres, urit enim terras, ut eorum verba adhibeam, nimium alimentum terrae adimit, ac vitibus nocet et impedimento est radicibus late extensis atque horizontalibus in terra aratro subvertenda. Decocto corticis e'us usu longo sanantur diuturnae impetigines, quae Leprae et Ictioseos formam habent. In doloribus occulti cancri mitigandis Harris apud Vogelium (his. mat. 296). praesentaneum remedium in hydrope praesertim ascite multiplici experimento constitit Struvio (eph. nat. cur. 1. obs. 494. pag. 420. 5. ob. 16. pag. 70. et medicis vratislaviens. (Hist. morb. sup. IV. 85). etiam in scrophula utilis est. et ulceribus mali moris, scorbuticis, venereis, et cancerosis, et in leuconhoea. utile est partes impetigine vel ulcere foedas quotidie decocto eius abluere, et scrutis lineis eo madefactis circumdare atque obtegere. Quae non solum veterum medicorum fide nituntur verum etiam recentiorum medicorum experimentis atque auctoritate confirmantur. singulare est usu ejus symptomata protinus ingravescere. Cf. Murrayum, et Richterum. lignum durum ponderosum tenax torno aptum et operi lignario multiplici toreumatico et toreutico. planta viva etiam operi topiario idonea.

aa. *Floribus pedunculatis. samara ciliata subrotunda integra vel retusa.*

2. EFFUSA. W. arbr. 395. U. *Foliis basi inaequalibus oblongis duplicato-serratis floribus pedunculatis congestis subpentandris fructibus ciliatis.*

U. ciliata. Ehrh. beitr. 6. 88. U. octandra. Schk. hand. t. 57. a. b. U. racemosa. Borkh. l. c. 1. 851. U. pedunculata. Poir. enc. 4. 2. Ulm. laevis. Pall. ross. 1. 75. Ic. Flor. dan. t. 632. Hayne 3. t. 17. Hartig. t. 57. Guimp. et Schl. t. 27. Schnizl. icon. 2. t. 90. Nees dusseld. t. 105. Rei-

ehemb. fl. germ. t. 666. Nees gener. 4. t. 54. Lob. ic. 2. t. 189. f. 2. Samara subrotunda margine ciliata. Ceterum vix diversa a campestri. Fl. primo vere. In sylvis prope *Chamberium* in *Sabaudia*.

414. AMBBROSIA.

**Maritima.** A. *Herba annua incano-sericea caule pedali et ultra villosissimo erecto foliis bipinnatifidis laciniis obtusis subdentatis racemis solitariis petiolatis oppositis mollissimis spicis solitariis pilosis densis subsessilibus floribus confertis subsessilibus luteo-virentibus.*

Ic. Moris. s. 6. t. 1. f. 1. Lobel. ic. 766. f. 2. Ejusd. observ. 442. f. 1. Dodon. pempt. 35. f. 1. Dalech. lugd. 1148. f. 2. Bah. hist. 3. 190. f. 1. Barrel. ic. 1144. Chabr. sciagr. 576. f. 1. Lam. ill. 765. f. 1. Schk. haud. t. 292. Nees gener. x. t. 10. Herba aromatica fragrans facie Artemisiae vulgaris. In agro *nic.* in litore maris circa urbem. Cur. Sprengel. (Comment. in Dioscorid. 545). assentitur Lobelio, et Dodoneo, qui hanc stirpem eandem esse ac Ambrosiam Dioscoridis (mat. med. lib. 3. cap. 119. tom. 1. 565). statuerunt. Verum fateor nihil praeter nomen in textu summi viri subesse quod coniecturam firmet. Odor etiam adversatur, qui a Dioscoride vinosus dicitur. et cum de statione sileat esse aeque potest Artemisiae species, quae Retzii sententia fuit (Flor. Virgil. 15. 16).

415. HUMULUS.

**Lupulus.** H. *Herba perennis aspera radice repente crassa tenaci extus nigra caulibus annuis scandentibus longissimis (usque 20pedalibus) angulatis ramosis foliis oppositis petiolatis cordatis 3-5lobis, serratis stipulis 2-4 cordatis bifidis racemis laxis floribus virentibus antheris aureis nitentibus strobilis demum stramineis pendulis squamis ovatis scariosis*

Lupulus scandens Lam. fr. 2. 47. Lup. communis Gaertn. fruct. 1. 358. t. 75. f. 2. Ic. Matth. com. 757. Fuchs hist. 164. Moris. hist. s. 11. t. 7. fig. ultima. Trag. hist. 812. Lonicer hist. 208. Camer. epit. 933. 934. Dodon. pempt. 409. f. 1. Eiusd. purg. 257. Herb. belg. 586. Lobel. ic. 629. f. 1. Eiusd. obs. 347. f. 2. Dalech. lugd. 1414. f. 1. Tabernamont. ic. 894. f. 1. Bah. hist. 2. 151. f. 1. et 152. f. 1. Blackw. t. 536. A. B. Clus. hist. 1. 126. f. 2. Petiv. h. br. t. 1. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 121. f. 1. 2. Mill. t. 88. Garsaul ic. t. 335. Bull. herb. t. 234. Lam. ill. t. 815. f. 1. Fl. med. t. 196. Knor. del. hor. 2. t. 1. 5. mas. Heyne term. bot. t. 59. f. 5. Schk. hand. t. 326. Flor. dan t. 1239. Engl. bot. t. 1100. Svens. bot. t. 322. Woodw. med. bot. 5. t. 26. Baxter brit. bot. 5. t. 342. Bigelow med. t. 60. Guimp. et Schl. t. 167. Nees dusseld. t. 101. Wagner t. 110. Nees gener. 4. t. 31. Reich. Fl. germ. t. 656. Schubert natur gesis. t. 49. f. 10. Fl. aest. Autumno amenta matura sunt ubique in sepibus, et dumetis. Turiones teneri primo vere antequam Asparagus prodeat gratissimi, et saluberrimi in jusculis, acetariis, placentis et embammatibus. Amenta feminea matura glandulas ferunt luteas unctuosas odoratissimas circa germen, quae cerevisiam amaram atque aromaticam faciunt. Lupulus vermibus inimicus calculis etiam solvendis aptus creditur ut Rajus perhibuerit calculosos Londini valde pauciores fuisse post largiorem Cerevisiae usum lupulo conditae. Medici homiopathici utuntur lupulo in comate et lethargo in ardore ventriculi et contracturis musculorum.

416. CANNABIS.

**Sativa.** C. *Herba annua hirta orgyalis et ultra caule s mpliciusculo erecto fistuloso foliis alternis petiolatis digitatis foliolis 5-7. lanceolatis acutis serratis floribus virentibus masculis subracemosis femineis glomeratis.*

C. indica Lam. enc. 1. 695. Reed. hor. malab. 10. 119. t. 60. et 61. Rumph. herb. amboin. 5. 208. t. 77. est var. Ic. Matth. com. 606. Fuchs hist. 393. Trag. hist. 350. Ruell. in Diosc. 283. f. 1. Lonic. hist. 255. f. 1. Camer. epit. 670. Bah. hist. 3. 447. f. 1. Chabr. sciagr. 478. f. 3. Lobel.

ic. 526. f. 1. 2. Ejusd. observ. 284. f. 1. 2. Dodon pempt. 555. f. 1. 2. Herb. belg. 81. Tabernam. ic. 547. f. 1. Dalech. lugd. 497. f. 1. 2. Blackw. t. 522. f. A. B. Moris hist. s. 11 t. 25. f. 1. 2. Garsaut ic. t. 194. Mill. ill. t. 77. Gaertn. fruct. t. 75. Lam. ill. t. 814. f. 2. Fl. med. t. 140. Schk. hand. t. 325. Hayne 8. t. 55. Guimp. et Schl. t. 175. Nees dusseld t. 102. Wagner t. 153. 154. Dietr. flor. bor. t. 720. Reiffek faserge webe t. 10. 11. Reich fl. germ. t. 655. Nees gener. 4. t. 50. Schubert naturgesis. t. 49. f. 8. Ubique culta Fl. aest Patria ejus Sibiria. India Orient, et Tauria March. Bieb. fl. caus. 2. 419. et Falk. (Beger. z. top. Kenntnib. d. russ. reischs. 2. 264). Et jam ab Herodoti temporibus (lib. 4. cap. 74). ibi sylvestris et culta erat. Unde Massilienses probabili conjectura in occidentem transtulerunt, qui ad Hieronem Syracusarum regem funes ad navium usum advexerunt (Athen. deipnos. lib. 5. 40). Herba amara odorata odore forti narcotico non omnino ingrato. Jam scitae veteres testimonio Herodoti (4. 75.) semen sumebant et postquam subpileos subiissent semen hoc lapidibus igne caudentibus iniciebant: quod dum ita adolebatur vaporem diffundebat tantum ut graecanica nulla assa desudatio eum superaret: et scitae delectati hac desudatione, ululatum tollebant: eratque hoc illis balnei loco, nam aqua omnino non lavabant corpus Arabes, et Indi Cannabi utuntur ut inebrient se, et somnia suavissima atque erotica adducant. Venerem etiam languentem suscitare videtur. Contra id quod scripserunt Dioscorides (mat. med. 3. cap. 155). et Galenus (simpl. facult. lib. 7.). Populi orientales confectionem parant variis aromatibus, et opio junctam quam Arabes *Hafchisch*. Persae *Bangue*, Indi *Maiuh*, Turcae *Malach* vocant. Quae exhilarat animum, jucunda, et suavissima somnia adducit, curas dispellit, dolores lenit, et venerem languentem suscitat. Ego virtutem ejus exploravi, et paravi tincturam cum herba recente qua cum pauxillo Laudani juncta somnia erotica suavissima excitavi, et venerem acui. Dolores, praesertim nevralgias ipsamque ischiadem sedat et calculum comminuere videtur. Emulsio parata cum seminibus ejus juvat in blennorhoea, etiam acuta syphilitica et arthritica. Optimum remedium in ictero emulsio ex seminibus (Dodon pempt. 555). quae etiam valde lolium pellit, auget lac, et, quod mirabile est, delet maculas variolarum, fumus foliorum per fistulam attractus insomniam parit jucundam et suavissimam. Medici homiopathici adhibent Cannabim in congestionibus sanguinis activis praesertim capitis, palpitatione cordis, inflammationibus pulmonum, renum, et vesicae: in cathameniis nimiis impotentia sterilitate, ischuria, calculo vesicae, spasmo tendinis Achillis, in leucomate, ambliopia, amaurosi, cataracta, psellismo, vomitu diuturno, atque alvo adsidue clausa. Ego magnum auxilium habui in nevralgia nervorum iliacorum femoris sinistri, atque insommia, ac taedio vitae. Medicos itaque hortor ut magni faciant remedium ubique obvium et facile parabile ac nimium huc usque spretum.

## 417. PISTACIA.

a. *Foliis sempervirentibus abrupte pinnatis, petiolo alato.*

1. Lentiscus. P. *Foliis sempervirentibus abrupte pinnatis quadrijugis foliolis lanceolatis mucronatis petiolo alato.*

P. Chia. Desf. cat. hor. par. est var. *foliolis ovatis* P. massiliensis. Mill. dict. n. 6. est var. *foliolis sublinearibus.* Ic. Matth. com. 101. Bab. hist. 1. 285. f. 1. Chabr. sciag. 23. f. 5. Clus. hist. 1. 14. f. 1. Lob. ic. 2. 96. f. 2. Camer. epit. 59. Dodon. pemp. 871. f. 1. Dalech. lugd. 63. f. 1. Tabernam. 1026. f. 2. Ludw. ect. t. 41. Blackw. t. 195. Duham. arbr. 1. t. 136. ed. nov. t. 4. 18. Woodw. med. bot. 1. t. 11. Botan. mag. t. 1967. Sibt. flor. gr. t. 957. Nees dusseld. t. 349. Guimp. et Schl. t. 271. Hayne 13. t. 20. Wagner t. 199. Arbor 10. pedalis et ultra ramosa cortice ferrugineo. foliola integerrima. Racemi axillares amentis brevibus sessilibus diductis geminatis. Flores rubelli parvi. fructus primum rubidi demum nigri. Fl. vere. vulgaris in collibus lapidosis

agri *nic.* mari proximis. [Quae in insula *Chio* largitur resinam *Mastiche* probabili coniectura est species omnino diversa. nam, quod observatione constitit Poireto (hist. phil. de pl. d'eur. 7. 211.) neque in Italia, neque in Gallia, neque in Africa. mastichem fundit etiam vulnerata, neque sponte, quamquam in Africa calor maior est. probabili coniectura est Pistacia atlantica Desfont. quae in Africa vivit quidem cum Lentisco, quaeque sola vulnerata Mastichem fundit. folia decocta astringunt et roborant. Lignum resina foetum, quae vino infuso, vel cocto solvitur, et tunc remedium tonicum et balsamicum sistit. Mastiche resina halitum oris emendat, roborat ventriculum, leucorhoeae medetur. unde familiaris usus ejus feminis turcarum. In arthritide praesertim atonica, vaga, atque anomala sacra anchora dicitur a de Wench (eph. nat. cur. dec. 3. A. 9. 10. obs. 135. p. 252. sq. Decoctum vinosum foliorum et ligni optimum habeo in blennorrhoea leucorrhoea, prolapsu uteri, et intestini recti, et dysenteria, atque haemorragia diuturna uteri, si polypus, vel scirrhus, et cancer, et inflammatio absunt, et contraria imo conditio subest. puto valde attendendum esse ad verba Dioscoridis (mat. med. Lib. 1. cap. 89. 90. sq.

aa. *Foliis deciduis imparipinnatis petiolo vix marginato.*

2. Terebinthus P. *Foliis deciduis imparipinnatis bi-triugis foliolis elliptico-oblongis mucronatis obtusis seu acutiusculis subtus venoso-reticulatis petiolis vix marginatis.*

P. narbonensis. L. sp. 1454. P. reticulata W. sp. 4. 751. Pist. vera. Mill. Ic. Matt. com. 104. Clus. hist. 1. 15. f. 1. Bah. hist. 1. 278. f. 2. Tabern. ic. 1025. f. 2. Lob. ic. 2. 97. f. 1. Dodon. pempt. 870. f. 1. 2. Dalech. lugd. 61. f. 2. Chabr. sciagr. 19. f. 2. Blackw. t. 478. Duham arb. ed. 1. 2. t. 87. Woodw med. bot. 1. t. 12. Lam. ill. t. 82. Sibt. Fl. gr. t. 956. Hayne 13. t. 19. Nees dusseld t. 350. Guimp. et Schl. t. 272. Arbor mediocris ramosa ramis longis cortice cinereo. foliola subsessilia dura. Flores racemosi, racemis axillaribus alternis folio brevioribus. Pedunculi ramosi. Bacca coeruleo-virens parva exsucca apice uno latere gibba. Fl. vere. vulgaris in agro *nic.* praesertim collibus: inter *Cortos* et *Monteu* agri *aquens*: inter *Montmellian*, et *Chambaerium* in *Sabaudia*. Largitur in *Graecia* et insulis *Arcipelagi Terebintinam cypriam.* Quae de P. Lentisco scripta sunt, et de P. Terebintho dicta sunto.

## 418. CELTIS.

1. australis. C. *Arbor procera inermis usque 40 pedalis foliis glaucis basi inaequalibus oblongo-lanceolatis acuminatis argute serratis supra scabris subtus villosis ramis deflexis pubescentibus alternis floribus subsolitariis minimis pedunculatis drupis carnosis globosis nigris edulibus.*

Ic. Matth. com. 201. f. 1. Camer. epit. 155. Bah. hist. 1. 229. f. 1. Lobel ic. 2. t. 186. f. 2. Dodon. pempt. 947. f. 1. Dalech. lug. 347. f. 1. Duham. arb. 1. t. 53. S. Hil. liv. 27. t. 7. Scop. del. insubr. t. 18. Lam. ill. t. 844. f. 1. Chabr. sciagr. 16. f. 5. Schk. handb. t. 335. Watson dendrol. 2. t. 105. Reich. fl. germ. t. 667. Hartig. t. 58. Fl. vere. Sero autumno maturat fructus avibus gratissimos. Lignum fuscum, ramorum, et junioris plantae album elasticum flexile adhibent ad manubria ferularum. Lignum aptum torno et praesertim operi toreumatico et toreutico. Quamombrem late colitur. Spontanea nascitur in valle *Augustae praetoriae*, ad rupes in agro *segusiano*: copiosa etiam vivit in monte di *Saluzzola* in agro *bugellens.* Aves spargunt semina cum exonerant corpus: unde nascitur aliquando supra muris dirutis et turribus. Individuum trunci humani crassitudinem aequans vivit a 200 et ultra annis supra fastigium majoris turris in castello meo heic *Verroni.*

## 419. VIBURNUM.

Frutices erecti foliis simplicibus oppositis petiolatis floribus cymosis, vel corymbosis.

a. *Foliis integerrimis sempervirentibus.*

1. Tinus. V. *Foliis ovato oblongis subcoriaceis sempervirentibus axillis*

*venarum subtus ramulisque glandu-loso-pilosis cymis ramosis involucratis floribus omnibus fertilibus aequalibus, baccis subglobosis sub compressis atro-coeruleis seminibus ovalibus.*

V. hirtum. V. lucidum. V. virgatum. Ait. kew. 2. 166. V. lauriforme. Lam. fr. 3. 563. Tinus laurifolius, Bork. in Roem. arch. 1. p. 2. 20. Ic. Clus. hist. 1. 49. f. 1. 2. Camer. epit. 61. Bah. hist. 1. 418. f. 1. et 419. f. 2. Lobel ic. 2. t. 142. ejusd. prodrom. 150. f. 2. Ejusd. advers. 572. f. 1. Dodon. pempt. 850. f. 1. Dalech. lugd. 204. f. 1. 2. 3. Taber. ic. 934. f. 1. 2. Ger. em. 1409. Parck. theatr. 206. Botan. mag. t. 38. Duham edit. nov. 2. t. 57. Schmitz. vest. baumz. 3. t. 180. Tournef. inst. t. 377. Durant. herb. t. ult. Schk. handb. t. 81. Caules caespitosi ramosi ramis longis strictis etiam decempedalis. Flores extus rubidi dein albi. cymae hirsutae et glandulosae. Floret primovere etiam hyeme. In agro *nic.* et *Liguria orientali*: ad radices montis *Caprione* supra Sarzanam: in hortis saepe cultum.

aa. *Foliis indivisis serratis deciduis.*

2. Lantana. V. *Foliis inaequaliter cordatis oblongis obtusis argute serratis, supra stellato-pubescentibus subtus rugoso-venosis furfuraceo-tomentosis cymis ramosis bracteatis floribus omnibus fertilibus aequalibus baccis ellipticis compressis glabris nitidis demum nigris seminibus compressis sulcatis ovalibus.*

V. tomentosum Lam. fr. 3. 563. Ic. Matth. com. 176. f. 2. Camer. epit. 122. Bah. hist. 1. 558. f. 1. Chabr. sciagr. 44. f. 5. Park. theat. Dodon. pempt. 781. f. 1. Dalech. lug. 256. f. 1. Lob. ic. 168 f. 2. Eiusd. obs. 591 f. 5. Duham. arb. 2. t. 103. Jacq. a. t. 341. Plenck. ic. med. t. 231. Engl. bot. t. 331. Schm. oest. B. 3. t. 175. Reitt. u. Abel. t. 41. Schk. hand. t. 81. Schrank. flor. mon. 2. t. 106. Guimp. holz. gew. 32. Baxter brit. bot. 2. t. 128. Caules caespitosi ramosi molles flexiles usque 15pedales et ultra. Corol. albo-luteolae parvae. antherae luteae. Baccae primum albae dein rubrae, demum nigrae calyce coronatae. Fl. vere. vulgare in sylvis, senticetis dumetis. Folia autumno rubra. Folia et baccae coctae in vino dentes firmant, et uvulam crispant in collutione. Coctae in lixivio capillos atros faciunt et fluentes sistunt fide Chabr. sciagr. 44.

aaa. *Foliis trilobis deciduis.*

3. Opulus. V. *Foliis subcordatis subtus glabris trinerviis lobis acutis dentatis petiolis apice glandulosis glabris floribus cymosis radiantibus exterioribus sterilibus baccis subglobosis nitidis coccineis seminibus compressis obcordatis.*

V. lobatum. Lam. fr. 363. Opulus glandulosus Moench. meth. 505. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 27. Trag. hist. 1002. Matth. com. 790. f. 1. Camer. epit. 977. Valer. Cord. hist. 175. f. 1. Lob. ic. 2. 201. f. 2. 3. Eiusd. advers. 444. f. 2. 3. Dodon. pempt. 846. f. 1. Dalech. lug. 270. f. 1. Ger. hist. 1256. f. Bah. hist. 1. 552. f. 1. Tabern. ic. 1029. f. 2. et 1030. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 43. f. 4. 5. Gaertn. fruct. t. 27. Lam. ill. t. 211. Flor. dan. t. 661. Durant her. 411. Hayne term. bot. t. 52. f. 4. Reitt. u. Abel. t. 52. Schm. oest. B. 3. t. 173. Engl. bot. t. 332. Knor. del hor. 2. t. 5. 6. Duham. arbr. ed. nov. t. 39. Svens. bot. t. 337. Schk. hand. t. 81. Schrank. Flor. mon. 1. t. 68. Guimp. holzgew. t. 31. Nees gener. X. t. 10. Schubert naturges. t. 16. f. 5. Arbuscula usque 15pedalis caespitosa plerumque humilior, ramosa cortice albido-cinereo punctato. Flores albi vel rosei. Baccae non coronatae. Fl. maio. in sylvis humidis, et ad sepes umbrosas, et senticeta. Var. in hortis culta cymis globosis albis vel roseis, floribus omnibus sterilibus. Baccae emeticae sunt.

## 420. SAMBUCUS.

a. *Caule herbaceo, radice repente.*

1. Ebulus. S. *Caule herbaceo sulcato verruculoso foliis pinnatis foliolis lanceolatis serratis basi glandulosis laevibus stipulis foliaceis ovatis serratis cymis trifidis ramosissimis baccis nigris.*

Var. *foliolis pinnatifido-laciniatis.*

S. humilis. Lam. fr. 3. 370. Ic. Schk. hand. t. 83. Brunfl. herb. 3. 22. Fuchs hist. 65. Trag. hist. 796. Blackw. t.

488. Bah. hist. 1. 549. f. 2. Tabern. ic. 775. f. 2. Dodon. pempt. 581. f. 1. Dalech. lugd. 269. f. 1. Lob. ic. 164. f. 2. Eiusd. observ. 589. f. 1. Matth. com. 790. f. 2. Durant. herb. 164. Chabr. sciagr. 44. f. 1. Flor. med. 1. 193. Mill. ill. t. 226. Lam. ill. t. 211. Hayn. term. bot. t. 38. f. 2. Curt. lond. 5. t. 1. edid. Grav. 5. t. 62. Plenck. ic. med. t. 230. Svens. bot. t. 271. Flor. dan. t. 1156. Engl. bot. t. 475. Hayne 4. t. 15. Baxter brit. bot. 2. t. 122. Guimp. holzgew t. 53. Schrank. flor. mon. 4. t 594. Reich flor. germ. t. 729 Dietr. flor. bor. t. 345. Wagner t. 50. 51. Nees dusseld. t. 204. Herba foetidissima usque 5 pedalis. Radix longissime repens digitum crassa alba, tenax subterranca. Caulis intus medulla alba molli multa farctus. Flores luride carnei intus albi. stamina crassa, antherae rubrae. Fl. aest. Vulgaris in ruderatis

aa. *Caule fruticoso.*

b. *Floribus cymosis, baccis fusco sanguineis. vel atro-coeruleis.*

2. NIGRA. S. *Caule arboreo foliis pinnatis foliolis oblongo-lanceolatis serrulatis utrinque glabris cymis 5partitis ramosis nudis stipulis subnullis baccis fusco-sanguineis.*

Var. *Foliis bipinnatis foliolis laciniatis* quae est S. laciniata. Mill. dict. n. 2. Lob. ic. 2. t. 164. f. 2. Tabern. ic. 1459. f. 2. var. etiam *baccis albidis* vel *virentibus.* — S. vulgaris Lam. fr. 3. 369. Ic. Duham. l. c. t. 65. edit. I. t. 55. Fuchs hist. 64. Trag. hist. 697. Matt. com. 789. f. 1. Camer. epit. 975. Ger. hist. 1422 Bah. hist. 1. 544. f. 1. Chabr. sciagr. 43. f. 2. Tabern. ic. 1438. f. 1. Park. thesau. 208. Black. t. 151. Dodon. pempt. 845. f. 1. Dalech. lugd. 266. f. 1. Lob. ic. t. 161. f. 2. Eiusd. observ. 889. f. 1. *Zannich.* ist. t. 265. Reitt. u. Abel. t. 37. Schm. oest. 5. t. 443. 144. Lam. ill. t. 211. Plenck ic. med. t. 229. Svens. bot. t. 33. Fl. dan. t. 545. Fl. med. t. 355. Engl. bot. t. 476. Woodw. med. bot. 3. t. 211. Gaertn. fruct. t. 27. Rosseau bot. t. 33. Diction. des scienc. nat. t. 104. Schk. hand. t. 85. Guimp. holzgew. t. 34. Hayne. 4. t. 10. Nees gener. X. t. 10. Reich. flor. germ. t. 730. Wagner t. 77. 78. Nees dusseld. t. 265. Guimp. et Schl. t. 57. Schubert naturges. t. 16. f. 6. Arbuscula procera caudice crasso, cortice rimoso, superne ramosissimo ramis ramosis cortice albo-cinereo punctato ligno duro intus multa medulla alba molli farcto. Fl. albi odorati odore nauseoso. Fl. aest. Vulgaris ubique in sepibus circa domos, et hortos et ruderatis.

bb. *Floribus racemosis baccis coccineis.*

3. RACEMOSA. S. *Caule arborescente foliis quinato-pinnatis glabris foliolis oblongis acuminatis serrulatis panicula ovata conferta nuda obtusa baccis coccineis.*

Var. etiam *foliis bipinnatis pinnulis serratis incisisque* Koch. ap. Cand. fr. sup. 500. et syn. 336. Ic. Matth. com. 789. f. 2. Chabr. sciagr. 43. f. 6. Camer. epit. 956. Tabern. ic. 1029. f. 1. Bah. hist. 1-551. f. 1. Lobel ic. p. 2. t. 165. f. 1. Dalech. lug. 98. f. 1. Duham. arb. 2. t. 66. Jacq. ic. var. pl. 1. t. 59. Flor. med. t. 195. Reitt. u. Abel. t. 38. Schm. oest. t. 141. Schk. handb. t. 83. Reich fl. germ. t. 731. Guimp. holzgew. t. 35. Frutex 10-15 pedalis cortice fusco-cinereo punctato, ramis tetragonis rubentibus. Flores parvi albi vel rosei. Fl. vere. In sylvis, et dumetis lapidosis alpinis non frequens. in *Cenisio*: in monte *Musinè*: in alpinis vallis d'*Anzasca* et *Formazza.* Ego legi circa sanctuarium *Oropae* in agro *bugel.* Omnes species simili pollent virtute verum sola S. nigra in usu est. Lignum caudicis durissimum ponderosum torno aptum solo Buxui inferius. Cortex viridis ramorum remedium specificum in ictero est fide summi viri Frider. Hoffmani. alvum, et urinas, et si nimia fuerit dosi vomitum ciet. unde in hydrope curando placuit Boherhavio, et Sydenamo. Caveat tamen medicus ne nimia dosi adhibeat. nam si vires, sicuti ut plurimum hisce morbis accidit, nimium suscitantur subito concidunt, atque aeger fato cedit. Cum remedium repetitis vicibus experiri voluerim cognovi melius esse eo abstinere. Valde enim infidum est. commode in vino infunditur, et parva primum dosi adhibetur. Baccae simili prope virtute donantur. ex eis conficitur Roob quod optimum sistit remedium in pleuritide et peripneumonia cum

vires deficere incipiunt, et sputa supprimuntur, commode tunc Rooh Sambuci cum oximelle scillitico, et antimonii praeparatis utitur medicus. sudor blandus erumpit, sputa promoventur, et periculum mortis ut plurimum avertitur Flores in infuso vel decocto sumpti augent lac, sudorem pellunt. indeque juvant in morbis qui a cutis refrigerio orti sunt catharro, pleuritide, peripneumonia, et dysenteria, in morbis exanthematicis si ob infirmitatem virium eruptionem perficere non possunt, vel si ob frigus cuti admissum ad viscera migrarunt. Sputa deficientia optime restituunt, recentes alvum cient. Medici homiopathici Sambucum nigram optimum remedium esse scripserunt in angina membranacea, in astmate Millari, inflammationibus pulmonum et cordis illis praesertim quibus est respiratio sibilans et ingens dispnoea, et suffocatio imminere videtur. Magnum remedium in febribus, et morbis quibus sudore diffluunt aegri, in hydropibus, phtisi pulmonali, atque enuresi, omnibus denique morbis,qui a transpiratione suppressa originem habent.

## 421. PALIURUS.

AUSTRALIS. Gaertn. fruct. 1. 203. t. 43. f. 5. p. *Arbuscula decempedalis et ultra caule tereti rubido ramoso ramis patentibus deflexisque alternis pubescentibus foliis ovatis crenulatis glabriis trinerviis aculeis stipularibus geminis folio brevioribus altero recto altero recurvo, racemis axillaribus corymbosis floribus luteo-virentibus petalis calyce brevioribus drupa trispermia grandi exsucca arida rotunda depressa hinc convexiuscula ala marginali striata eroso-crenulata.*

Rhamnus Paliurus. L. sp. 281. Pall. ross. 2. t. 64. Zizyphus. W. sp. 1. 1103. Paliurus aculeatus. Lam. fr. 3. 4081. ill. t. 210. Duham. ed. nov. n. t. 17. Pal. vulgaris. Don. P. Petasus Dumont Courset bot. cult. 6. 266. P. Spinacristi Mill. dict. 3. 382. Ic. Matt. com. 139. f. 1. Cam. ep. 80. Chabr. sciagr. 51. f. 2. Bah. hist. 1. p. 2. 35. f. 2. Lob. lc. 2. t. 179. f. 1. Dodon. pempt. 756. f. 1. Ger. his. 1336. Dalech. lugd. 143. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 240. Schm. oest. t. 151. Folia dilute virentia. pedunculi axillares 2-4 flori. fructus clypeiformis siccus. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* circa *Augustam Praetoriam* et *Montemagno* in *Monteferrato.*

## 422. CORRIGIOLA.

LITORALIS. C. *Herba annua glabra glauco-virens ramosissima ramulis prostratis rosulatis foliis lineari-oblongis obtusis stipulis scariosis corymbis foliosis terminalibus subsessilibus floribus confertis albis innuptis globulosis calycibus margine membranaceis petala aequantibus.*

C. telephiifolia Pour. act. tolos. 3. 316. videtur var. *grandior solis calore perennis facta racemis aphyllis* Ic. Barrel. ic. 532. Bah. hist. 3. 379. f. 2. Moris. s. 5. t. 29. f. 1. Dillen. Giss. 95. t. 3. Lindern. als. 115. t. 2. c. Ephem. nat. cur. cent. 5. 6. append. t. 9. f. 20. Sibt. fl. gr. t. 92. Flor. dan. t. 334. Trattin. tab. 457. Engl. bot. t. 668. Lam. ill. t. 213. Gaertn. fruct. t. 75. Schk. handb. t. 85. Dietr. flor. bor t. 205. Baxter brit. bot. 4. t. 312. Caules caespitosi prostrati vix palmares. folia alterna sessilia. stipulae geminae acutae argenteae. petala alba. Fl. aest. In locis arenosis mari proximis.

## 423. TELEPHIUM.

IMPERATI. T. *Suffruticulus glaber glaucus procumbens radice ramosa collo incrassata caulibus vix pedalibus caespitosis prostratis parce ramosis, ramis alternis gracilibus subangulatis dense foliosis alternis ovato-spathulatis obtusiusculis subcarnosis integerrimis patentibus subsessilibus stipulatis stipula intrafoliacea floribus corymbosis corymbo terminali subsessili composito brevi conferto calycis laciniis oblongis apice subfornicatis viridibus margine scariosis petala alba oblonga aequantibus capsula triangulari rostellata seminibus numerosis parvis subrotundis.*

Telephium alternifolium. Moench. meth. 231. Tel. repens. Lam. fr. 3. 71. Ic. Clus. hist. 2. 67. f. 3. Ger. hist.

520. Imper. his. nat. 662. Lam. ill. t. 213. Schk. hand. t. 85. Gaertn. frut. t. 129. In agro *nic.* in umbrosis non humidis prope *Giaveno:* in vineis circa *Segusium* aliisque locis in agro *segus* etc.

424. STAPHYLEA.

PINNATA A. *Arbuscula glabra procera caule tereti crasso ramosissimo ramis oppositis flexilibus glabris teretibus foliis oppositis petiolatis imparipinnatis 2-3jugis foliolis oblongis argute serrulatis glabris floribus racemosis racemis simpliciusculis ininterruptis solitariis axillaribus et terminalibus longe pedunculatis nutantibus racemulis trifloris floribus albis vel roseis campanulatis capsulis membranaceis vesicosis viridibus, bilobis seminibus subglobosis glabris nitidis.*

Staphylodendron pinnatum. Scop. carn. 1. 223. Ic. Trag. hist. 1098. Matth. com. 295. f. 2. Camer. epit. 171. Lonic. his. 50. Lob. ic. 2. t. 105. f. 1. Dodon. 818. f. 1. Dalech. lugd. 102. f. 1. Tabern. ic. 1022. f. 2. Bah. 1. 274. f. 1. Lam. ill. t. 210. Chabr. sciagr. 18. f. 6. Engl. bot. t. 1560. Duham. ed. nov. 2. t. 12. ed. 1. 2. t. 77. Hayne term. bot. t. 41. f. 9. Schm. oest. t. 80. Reitt. u. abell. t. 42. Schk. hand. t. 84. Knor. del hor. 2. t. 5. 1. Gaertn. fruct. t. 69. Baxter brit. bot. 3. t. 198. Guimp. holzgew. t. 36. Schnizl. icon. t. 235. Hoeven. tiidschr. 6. t. 5. Sturm. deut. fl. hef. 20. t. 93. Reich. flor. germ. t. 161. Schubert naturges. t. 16. f. 7. Arbuscula usque 20 pedalis, plerumque tamen humilior praesertim in sylvis quibus caeditur: ibi caespitosa fit. facies Fraxini: foliola cartilagineo-serrata stipulae flavidae racemi folia aequant. Capsula magna Fl. maio. In sepibus collinis et senticetis plagarum calidiorum. Indigenam esse certum est: et probatur etiam analogia: spontanea enim est in sylvis collinis *Insubriae.*

425. TAMARIX.

Frutices ramosissimi ramis sparsis flexilibus foliis subcarnosis sessilibus parvis floribus racemosis racemis spicaeformibus subsimplicibus floribus parvis seminibus papposis pappo piloso, in centro stipitulo plumoso.

a. *Pentandra; staminibus liberis: spicis lateralibus.*

1. GALLICA. T. *Glabra glauca foliis lanceolato-subulatis amplexicaulibus junioribus appressis bracteis superne filiformibus pedicello longioribus spicis tenuibus subpaniculatis staminibus corolla longioribus capsula tenui calyce longiore seminum pappis albis.*

T. pentandra. Pall. ross. 2. t. 77. Tamariscus gallicus. All. ped. 2. 87. Tamariscus pentandra Lam. fr. 3. 75. var. *staminibus corolla brevioribus*, et *longioribus* Ic. Matt. com. 156. Guimpl. holzgew. t. 37. Baxter brit. bot. 6. t. 481. Hook. journ. 1841. t. 15. Wight. ill. t. 24. — mannifera Erhemb. sym. t. 1. — fructifera Erhemb. symb. t. 2. Clus. hist. 1. 40. f. 1. Bah. hist. 1. 151. f. 1. Lob ic. 2. t. 218. f. 2. Lam. ill. t. 213. f. 1 Zannich. ist. t. 186. f. 1. Mill. ill. t. 262. f. 1. Engl. bot. t. 1318. Duham. arbr. edit. nov. 7. t. 59. Plenck. ic. med t. 240. Sibt. flor. gr. t. 291. Arbuscula ramosissima usque 15pedalis, ut plurimum tamen humilior. Flores innupti globulosi. petala carnea. Fl. vere In agro *nic.* et *Liguria Orient.* prope *Sarzanam.* Jam. Dioscorides (Mater. med. lib. 1. cap 116. tom. 1. 115. ed. Spreng.) adstringere plantam scripsit, et prodesse in haemorrhagiis, et leucorhoea, et quod amplissime posteriorum medicorum experimentis confirmatum est, lienem liquare, idest obstructiones hepatis et lienis reserare, atque aurigini mederi: Quod et Galenus confirmavit (de facultate simplicium lib. 7.) et Plinius (hist. nat. lib. 24. cap. 9). utilis in rachitide est ex testimonio Milleri. urinam movet, calculum pellit. in lotione scabiem sanat In omnis generis profluviis alvi, dummodo inflammatio non subsit. Ceterum lienem tumentem solvere, quod maximum beneficium, est memoriae prodiderunt summi viri Fernelius (method. medend. 1. 5. cap. et Dan. Sennertus (med. pract. de morbis lienis). praestat itaque experimenta renovare, ut statuatur, si virtus tam eximia certa sit, et constans. Decoc-

tum foliorum, etiam ramorum et ligni melius si vinosum est imperandum, atque cataplasma ex foliis contusis etiam imponendum. Medicis commendo, ut experimenta instituant.

aa. *Decandra: staminibus basi coalitis: spicis terminalibus.*

2. GERMANICA. T. *Glabra glauca foliis lineari lanceolatis vel oblongis sessilibus spicis terminalibus solitariis simplicibus bracteis patulis pedicellos superantibus staminibus corolla brevioribus capsula majuscula pyramidato-trigogna erecto-patula subconica seminum pappis sordidis.*

Tamariscus germanicus. Scop. l. c. 176. All. ped. 2. 87. Myricaria germanica. Desv. in an. des. scienc. natur. 4. 349. M. squamosa Reich. excurs. 5. 687. Ic. Fuch. hist. 513. Clus. hist. 1. 40. f. 2. Dod. pempt. 766. f. 6. Tabern. ic. 945. f. 1. Bah. hist. 1. 350. f. 1. Lobel ic. 2. t. 218. f. 3. Mill. ill. t. 262. f. 2. Schm. oest. t. 131. Reitt. u. Abel. t. 12. Plenck ic. med. t. 241. Flor dan. t. 234. Lam. ill. t. 213. f. 2. Svens. bot. t. 670. Gaertn. fruct. t. 61. Schk. handb. t. 85 Guimp. holzgew. t. 58. Diction. des scienc. nat. t. 234. Schubert ges. t 16. f. 14. Frutex humilior priore vix 5pedalis. petala alba vel rosea. Fl. vere. vulgaris in alveis fluminum sabulosis: secus *Duriam* in agro *segus.* secus *Sturam* in agro *taur.* etc. decoctum eius vel pulvis alvum laxat, atque urinam ciet. ideo prodest in cachexia quae febribus intermittentibus succedit, obstructiones reserat, atque imminentem hydropem avertit.

## 426. BETA.

VULGARIS. B. *Herba biennis vel perennis glabra vel inferne hirsuta radice carnosa caule erecto vel prostrato foliis ovato-oblongis undulatis glabris floribus spicato-glomeratis bracteatis.*

B. maritima Lin. sp. 322. Engl. bot. t. 285. Sibt. fl. gr. t. 254. Flor. dan. t. 1571. Lam. ill. t. 182. Baxter brit. bot. 3. t. 231. B. cicla. Ejusd. l. c. B. macrorhiza. Stev. mem. mosc. 3. 257. etc. Ic. Bah. hist. 2. 961. f. 4. 2. Chabr. sciagr. 302. f. 5. 6. Fuchs. hist. 803. Trag. hist. 709. Matth. com. 351. f. 1. 2. Lob. ic. 247. f. 2. Eiusd. obs. 224. f. 3. Dodon. pempt. 600. f. 1. Dalech. lugd. 582. f. 1. Camer. epit. 255. Tabern. ic. 430. f. 1. Moris. 6. 5. t. 30. f. 2. Gaertn. fruct. t. 75. Lam. ill. t. 182. Schk handb. t. 56. Nees gen. 4. t. 67. Quae B. vulgarem exprimunt. — Matth. com. 352. f. 1. Lobel. ic. 248. f. 1. 2. Eiusd. obs. 124. f. 2-4. Dodon. pempt. 620. f. 2. Camer. epit. 256. Fuchs hist. 203. et 806. Dalech. lugd. 532. f. 2. 3. et 533. f. 1. 2. 3. Moris. s. 5. t. 30. f. 5-6. Bah. hist. 2. 961. f. 3. Chabr. sciagr. 303. f. 1. quae pinguunt B. radice crassa alba, vel rubra etc. Herba valde ludibunda cuius varr. plurimae coluntur in hortis radice crassa carnosa alba vel flava vel sanguinea. folia tenera optima et salubria in placentis embammatibus etc. Radix cum crassa est praesertim hyeme tenera nutriens et salubris in acetariis: ex alba, et flava saccarum elicitur.

## 427. CROZOPHORA.

TINCTORIA. Adr. Jussieu in arch. bot. 3. 1833. 1. 69. Cr. *Herba annua tenella pulverulento-tomentosa cubitalis et ultra caule erecto ramoso foliis rhombeis sinuato-repandis nervosis alternis longe petiolatis floribus masculis racemosis terminalibus femineis axillaribus confertis pedunculatis pedunculis subternis petalis lanceolatis fructibus pendulis squamuloso-tuberculatis.*

Croton tinctorium. Lin. sp. 1425. Ic. Matth. com. 807. f. 1. mala. Clus. hist 2. 47. f. 2. Camer. epit. 1001. Lobel. ic. 261. f. 2. Dodon. pempt. 71. f. 1. Dalech. lugd. 1332. f. 2. bona. Tabern. ic. 550. f. 1. Nissol. act. par. t. 17. Burm. indic. t. 62. f. 1. Gesn. ic. lign. t. 4. t. 30. Lam. ill. t. 790. f. 4. fruct. et sem. Reich. fl. germ. t. 132. Nees gen 4. t 37. Fl. aest. In agro *nic.* locis humidis. Flores flavidi. Herba vermes sive lati illi sint sive teretes interficere jam Dioscorides scripsit. Colorem purpureo-violaceum etiam largitur, quo telae, etiam bellaria colorantur. Charta eo colorata utuntur chemici ad acida detegenda vulgo *Turnesol.*

## 428. RHUS.

Arbusculae vel frutices erecti foliis alternis floribus thyrsoideis vel paniculatis.

a. *Foliis imparipinnatis: drupa reniformi.*

1. Coriaria. Rh. *Foliis imparipinnatis foliolis 6-8jugis ovato oblongis obtusis obtuse serratis subtus villosis petiolo communi apice subalato panicula thyrsoidea.*

Ic. Bah. hist. 1. 555. f. 1. Chabr. sciagr. 41. f. 5. Clusius hist. 1. 17. f. Matt. com. 176. f. 1. Camer. epit. 121. Lob. ic. 2. t. 98. f. 1. Dodon. pempt. 779. f. 1. Dalech. lugd. 107. f. 1. Tabern. ic. 1027 f. 1. Ludw. ect. t. 122. Targ. osserv. dec. 6. p. 2. t. 1. f. 1. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 46. Sibt. fl. gr. t. 290. Blackw. t. 486. Woodw. med. bot. 5. t. 515. Wattson dendrol. 2. t. 156. Pajer Organogen. t. 19. Arbuscula orgyalis et ultra. Rami sparsi erecto-paluli teretes pilosi piliis ochroleucis. foliola subtus pilis rubro-ferrugineis vel ochroleucis. Panicula densa ovata viridi-flavescens demum rubida. fructus rubidi demum fusci villosi. Cor. alba vel rubida calyce duplo longior petalis ciliatis. Drupa reniformis matura fusca. Radix longe lateque repens hic illic caulifera praesertim postquam planta princeps caesa fuit. Omnis planta acerba atque adstringens est, ideoque decoctum eius praesertim vinosum optimum in alvi fluxibus, et haemorrhagiis, et blennorheis dummodo omnis febris, atque inflammatio absint. In ulceribus mali moris, syphylide, ulceribus herpeticis esthiomenis, et scorbuticis magnum forte sistit remedium. In America enim medici utuntur varietate hujus stirpis in morbo atroci Yaws dicto et ulceribus malis. Qui morbus medius esse videtur inter syphylidem, lepram et scorbutum. Drupae acidulae etiam esculentae. Cortex coriis densandis aptus. Fl. vere exeunte in collibus *taur.* circa *Baudissè.*

aa. *Foliis simplicibus drupa obcordata compressa glabra.*

2. Cotinus. Rh. *Foliis simplicibus longe petiolatis obovatis integerrimis glaberrimis firmis paniculae inferne laxae post anthesim pilosae fructiferae plumosae bracteis filiformibus pilosis pedicello longioribus floribus polygamis.*

Cotinus Coggyria. Scop. carn. 1. 220. Ic. Durant. herb. 422. Matth. com. 177. Camer. epit. 123. Clus. hist. 1. 16. f. 1. Bah. hist. 1. 494. f. 1. Chabr. sciagr. 37. f. 4. Lobel. ic. 2. t. 99. f. 1. Dodon. pempt. 780. f. 1. Dalech. lugd. 193. f. 2. Tabern. ic. 1045. f. 1. 2. Duham. arb. 1. t. 78. edit. nov. 2. t. 49. Jacq. a. t. 210. Plenck ic. med. t. 238. Guimpel holzgew. t. 50. Wagner t. 165. 166. Paier organogen. t. 19. Frutex orgyalis usque tamen quindecimpedalis. Caudex rubro fuscus. petioli, et venae foliorum rubri. Petala subvirentia. Flores plures steriles. horum pedicelli post anthesim elongati hirti. paniculae fructiferae plumosae in apricis elegantissime purpurascunt pedicellis extimis fructiferis paucis glabris reliquis sterilibus plumosis floreque decidente apice nudis veluti castratis. flores monoici diclini, masculis superioribus aliquibus hermaphroditis intermixtis Fl. aest. In agro *segus.* in sylvis supra *Foresto* inter *Segusium* et *Bussolino*: ad sepes et senticeta in montibus di *Varallo*: in agro *derthonensi*: in *Montisferrati* monte *Crea*: in montibus agri *nic.* *Liguriae*, agri *astens* etc. Omnes ejus partes adstringentes sunt. Lignum colorem luteum, folia rubrum colorem largiuntur.

## 429. AILANTUS.

Glandulosa. Desf. act. paris. 1786. 265. t. 8. A. *Arbor glabra procera ramosa cortice cinereo albo-striato foliis alternis petiolatis usque pedalibus imparipinnatis foliolis ovato-lanceolatis basi glanduloso-dentatis floribus in apice ramorum corymbosis parvis corollis albis calycibus pallide virentibus capsulis samariformibus.*

A. Pongelion. Gmel. syst. nat. 1. 727. Rhus hypolodendron Moench. R. cacodendron Ehrh. bei. 2. 111. Ic. Rheed. hor. malab. 6. t. 15. Rumph. amb. 3. t. 132. Lam. ill. t. 859. L'Herit. stirp. t. 54. Annal. des scienc. nat. 5. 8. t. 9-11. Patria ejus *India Orientalis* praesertim *Malabaria* atque insula

*Amboina*. ubique culta in ambulacris et sylvis, et cum radix longe lateque repens caules multos huc illuc extollat spontanea facta est. Facies Rhois. Cum floret valde foetet odore ingratissimo qui accedit ad *Chenopodium Vulvarium*.

## 430. PARNASSIA.

PALUSTRIS. P. *Herba perennis glabra humilis vix pedalis caule erecto simpliciusculo caespitoso tetragono contorto foliis radicalibus cordatis caespitosis petiolatis petiolis rubentibus caulino sessili amp exicauli subtus ferrugineo-punctatis floribus solitariis terminalibus albis nectariis cohleariformibus 7-13 viridibus crasse stip litis margine fimbriatis ciliis albis apice luteo-glandulosis superioribus longioribus capsula ovata seminibus arillatis curvulis oblongis.*

Ic. Dodon. pempt. 544. f. 3. Lob. ic. 603. Bah. hist. 3. 537. f. 2. Moris. 3. 12. t. 10. f. 3. Zannichel. ist. t. 51. Mill. ill. t. 15. Plenck ic. med. t. 246. Curt. lond. 1. t. 1. edis. Graves 4. t. 35. Ludw. ect. t. 110. Trattin. thes. t. 6. Svens. bot. t. 172. Lam. ill. t 216. Drev. u. Hayn. getr. Darst. t. 13. Flor. dan. t. 584. Engl. bot. t. 82. Gaertn. fruct. t. 60. Baxter brit. bot. 1. t. 70. Liboschitz petersb. t. 8. Dict. des scienc. nat. t. 186. Dreves. t. 83. Hayne 2. t. 42. Schk. handb. t. 86. Schkr. flor. mon. 2. t. 144. Sturm. deut. flor. heft. 4. t. 15. Dietr. flor. bor. t. 143. Schubert naturges. t. 16. f. 8. Flos aliquando plenus est. Petala calyce longiora alba hyalino-lineata. Calyx ferrugineo-lineatus. In rivulis et pascuis pratisque humentibus montium et alpium. Pulcherrimum visu est singula stamina singillatim nuptiarum tempore filamenta erigere atque antheras ad amplexum sponsae adducere, et coitu peracto eodem ordine deflecti. Quod etiam in Ruta facile perspicitur.

## 431. SPINACIA.

OLERACEA. Sp. *Herba biennis glabra caulibus sulcatis usque tripedalibus erectis ramosis foliis imis petiolatis hastatis vel ovato-oblongis floribus glomeratis sessilibus axillaribus fructibus inermibus vel 2-4cornibus.*

*Fl. vere.* Patria eius ignota: videtur tamen ab *Africa boreali*. In Europam migrasse ab Arabibus introducta. apud nos fere spontanea. Herba notissima ubique culta. cocta comeditur autumno, hyeme et vere salubris et gratissima. Ic. Fuchs. hist. 669 Trag. hist. 323. Lam. ill. t. 814. Gaertn. fruct. t. 126. Nees gen. 4. t. 66. et var. inermis ibid. Schk. handb. t. 324. Schubert naturgesis. t. 49. f. 9. Blackw. t. 49. Bah. hist. 2. 965. f. 1. et var. inermis 964. f. 1. Moris. s. 5. t. 30. f. 1. et var. inermis f. 2. Dodon. pempt. 619. f. 1. Camer. epit. 345. Dalech. lugd 544 f. 1. Tabernam. ic. 425. Lob. ic. 257. f 1. Eiusd. 129. f. 2. Matth. com. 347. f. 2. Chabr. sciagr. 303. f. 5. *fructibus cornutis* f. 6. *fructibus inermibus.*

## 432. DROSERA.

*Herbae perennes scapigerae scapis vix spithameis caespitosis racemosis racemis simpliciusculis virgineis nutantibus foliis facie superiore margineque ciliatis ciliis apice glanduliferis floribus albis vel carneis secundis.*

1. ROTUNDIFOLIA. Dr. *Foliis orbiculatis longe petiolatis petiolis pilosis scapis rectis folia triplo superantibus seminibus arillatis arillis fusiformibus laevibus.*

Rorella All. ped 2. 88. Ic. Lobel. 811. f. 3. Bah. hist. 3. 761. fig. exter. Barrel. ic. 251. f. 1. Lam. ill. t. 220. f. 1. Blackw. t. 452. Thal. herc. t. 9. f. 1 Engl. bot. t. 867. Curt. fl. lond. ed. Grav. 5. t. 21. Bull. herb. t. 181. f. A. Plenck ic. med. t. 247. Fl. dan. t. 1028. Schk. handb. t. 87. Dreves 3. t. 74. Hayne 3. t. 27. Desch. ant. t. 308. Cosson at. t. 9. Baxter brit. bot. 3. t 201. Reich. flor. germ. t. 24. Dietr. flor. bor. t. 293. Schubert naturgesis. t. 16. f. 20 Folia rosulata concava livida supra margineque pilis rubris viscosis tecta. Petioli pilosi pilis articulatis apice dilatatis. Racemus simplex terminalis recurvus ut plurimum simplex. Petala obovata plerumque alba calycem excedentia. Stamina 5. styli 3-6. Fl. vere et aest. In rivulis et fontibus et pratis spon-

giosis subalpinis et montanis etiam *nostris*: in spongiosis collium *novar*: ad lacum *Cusii*: in *Liguria* etc. var. legi *petiolis glabris* in arvo spongioso glareoso inter *Piatto* et *Valdengo* in agro *bugell.* prope il Molino di *Valdengo* citra rivulum dictum la *Guargnasca*.

2. LONGIFOLIA. Dr. *Foliis caespitosis erectis spathulatis longissime petiolatis petiolis glabris scapo ascendente paucifloro vix folia superante arillis obovatis granulatis arct. lis.*

Rorella. All. pedem. 288. Dr. anglica Re. Flor. tor. 1. 187. Dr. intermedia Hayne in Schrad. journ. 1799. 405. Eiusd. darst. t. 28. Dreves t. 3. t. 75. Flor. dan. t. 2708. Reich. flor. germ. t. 24. Wight ill. t. 20. Cosson atlas. t. 9. Ann. Scienc. nat. 3. 14. t. 1. Ann. scienc. nat. 3. 9. t. 5. 6. Dr. longifolia Smith. br. 1. 347. Ic. Barrel. ic. 251. f. 2. Bah. hist. 3. 761. f. 1. Dodon. pempt. 474. f. 2. Lob. ic. 811. f. 2. Lam. ill. t. 220. f. 2. Moris s. 15. t. 4. f. 2. Plenck ic. med. t. 247. Hook fl. lond. ed. Grav. 5. t. 22. Engl bot. t. 868. Schk. hand t. 87. Gaertn. fruct. t. 61. G. H. Thal. herc. t. 9. f. 2. Dalech. lugd. 1212. f. 2. Svens botan. t 689. Dietr. flor. borus. t. 285. Reichembach flora germanica t. 24. Petala et stamina saepe 6. styli 6-9. Fl. vere et aest. similibus locis ac superior. Omnes venenatae sunt. Pecora respuunt illas. Herbas esse acres, et causticas et cuti impositas vesicas attollere jam inter medicos constabat, peculiari virtute pollere adversus tusses et catharros, optimi patres Forestus Schenkius, Hollandus, Wedelius. Valentinus, Siegiegesbekius memoriae prodiderunt. clavos et verrucas delent testimonio Linnaei (fl. svec. 100). Medici homiopathici virtutes ejus habitis experimentis confirmaverunt. Adhibent in morbis laryngis tracheae et pulmonum, angina, etiam polyposa catharro, et tussibus quae lentam tracheae et pulmonum inflammationem subesse probant. In phtisi laringea, tracheali, et pulmonali. In febribus intermittentibus si nausea, et vomituritione comitantur, in gastrica colluvie, in otalgia pungente, et cophosi, quae tinnitu aurium sociata ingruit. In plica polonica, et tussi convulsiva remedium sistit specificum et incomparabile.

## 433. ALDROVANDA.

VESICULOSA. Al. *Herba annua glabra natans cauliculo digitali vel palmari simplici vel bifido crebre articulato articulis foliosis foliis verticillatis 6-9apice vesiculiferis cochleariformibus basi cuneatis setoso-ciliatis pedunculis unifloris axillaribus solitariis remotis nudis folio longioribus fructiferis cernuis sepalis viridibus petalis ovatis sordide albis conniventibus vix calyce longioribus antheris luteis capsulis globosis.*

Ic. Pluk. almag. t. 41. f. 6. Monti in actis bonon. t. p. 3. 404. t. 12. Lam. ill. t. 220. Reich. fl. germ. t. 24. Herba primum submersa ante anthesim limo divellitur petit aquae superficiem ibique natat et nuptias perficit: semina demum in fundo aquarum descendunt atque in limo germinant. Flores 2-3 in qualibet planta stirps facie vere singularis utriculos gerit sed confertos. Fl. aest. In lacabus di *Candia* et *Viverone*, ibique in fossis profundioribus praecipue loco dicto *Morigna*. Ego legi quondam in fossis profundis pratorum *Bennae* dictorum *prà del bosch*. Hodie vero mutata cultura evanuit.

## 434. LINUM.

Folia omnium sparsa praeter catharthici.

a. *Floribus coeruleis vel rubris.*
b *Caule herbaceo.*
c. *Calycibus acutis.*
d. *Radice annua floribus coeruleis.*
e. *Caule erecto solitario foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis capsulis calyce valde longioribus.*

1. USITATISSIMUM. L. *Glabrum caule erecto glabro superne ramoso foliis lineari-lanceolatis panicula corymbosa calycibus margine membranaceis acuminatis petalis crenatis calyce triplo longioribus capsulis globosis rostratis calycem valde superantibus.*

Ic. Bah. hist. 3. 450. f. 1. Fuchs hist. 471. Matt. com. 321. f. 1. Dodon. pemp. 533. f. 1. Dalech. lugd. 494. f. 1. Moris s. 5. t. 26. f. 1. Lob.

ic. 412. f. 1. Blackw. t. 160. Ludw. ect t. 144. Knor. del 2. t. L. 9. Trattin. t. 744. Plenck ic. med. t. 243. Curt. lond. 5. t. 22. ed Grav. 3. t. 13. S. Hil. t. 28. f. 2. Mart. fl. rust. t. 153. Engl. bot. t. 1357. Lam. ill. t. 219. Woodw. med. bot. 3. t. 202. Baxter brit bot. 5. t. 353. Plèe types t. 18. Annalen d. pharm. 1849. B. 4. Reich. fl. germ. t. 329. Reissek Fasergewebe t. 1-9 Wagner t. 69. Dreves 3. t. 96. Sturm. deut. flor. hef. 7. t. 26. Hayne S. t. 17. Guimp. et Schl. t. 78. Nees dusseld. t. 387. Schubert naturgesis. t. 16. f. 9. Caulis cubitalis et ultra. Calycis laciniae margine subciliatae petala obovata lineis obscurioribus. Stamina basi connata. Stigmata clavata. Semina nitida fusca elliptica. Flores aliquando albidi vel carnei, vel pallide violacei. Fl. majo. Ubique cultum spontaneum ego legi heic *Verroni* in arvis della *Risera*: alii alibi.

ee. *Caulibus prostratis vel ascendentibus caespitosis pedunculis terminalibus solitariis foliis linearibus capsulis calycem aequantibus.*

2. ANGUSTIFOLIUM. Huds. angl. 134. L. *Glabrum glaucum caulibus caespitosis ramosis prostratis vel ascendentibus foliis linearibus patulis nervosis acuminatis pedunculis terminalibus subsolitariis calycibus acutis nervosis petalis emarginatis capsula globosa rostrata calycem aequante.*

L. narbonense. All. ped. 2. 108. L. alpinum ejusd. l. c. L. tenuifolium Lin. spec. 399. Ic. Engl. bot. t. 381. Lodd. bot. cab. t. 1343. Reich. fl. germ. t. 329. Caules *vix* pedales. petala oblongo-obovata calyce duplo longiora. Flores parvi racemosi, racemis paucifloris floribus pedunculatis axillaribus, et extra foliaceis. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria.* raro biennis et perennis est.

dd. *Radice perenni.*

f. *Floribus rubris.*

3. VISCOSUM. L. *Foliis lanceolatis nervosis alternis oppositisque cauleque villosis foliis summis calycibusque acutis margine glanduloso-pilosis capsulis parvis globosis brevi rostellatis calyce subbrevioribus.*

L. sylvestre Scop. carn. 1. 229. t. 11. Lin. hirsutum. All. ped. 2. 108. L. hypericifolium Salisb. parad. t. 19. Sims. bot. mag. t. 1048. L. venustum. Bot. reper. 477. — L. hirsutum Lin. sp. 398. non videtur differre nisi pilis neutiquam glanduliferis. De foliis enim serrulatis silet Spreng. syst. 1. 962. et Lin. ipse. Qui characteres mihi videntur laevissimi. Scopoli praeterea l. c. de suo L. sylvestri quod certissime est viscosum nostrum folia habere *quasi serrata*. Candolleus vero (prodr. 1. 426.) omnem abstulit difficultatem dum ait de L. hirsuto Lin. habere folia summa sepalaque margine pilos-glandulosos gerentia. forte evenit ut Lin. characteres constituerit cum exemplaribus siccis, quibus glandulae siccatae evanuerint, vel imperceptibiles factae fuerint. Huc itaque duco L. hirsutum Lin. sp. 338. Jacq. a. t. 31. L. ascyrifolium Sims. bot. mag. t. 1037. Flores huius rosei vel albidi, lituris rubris, vel pallide coeruleis. — Ic. Barrel. ic. 1015. Reich. fl. germ. t. 333. Caules caespitosi superne ramosi usque bipedales. Flores sordide rubri patuli, et maiusculi ut Malvae. Fl. aest. Vulgare in agro *nic.* in sepibus et dumetis: in *Monteferrato*, circa *Marentinum*: la *Mora*: *Vernone* etc.: in collibus *Supergae*: in agro *alben.* in *Liguria* etc.

ff. *Floribus obscure coeruleis.*

4. NARBONENSE. L. *Glaucum caule inferne ramoso foliis confertis erectis lineari-lanceolatis acuminatis rigidiusculis margine scabriusculis panicula corymbosa sepalis nervosis cuspidatis margine scariosis petalis amplissimis integerrimis rotundatis capsulis ovatis acuminato-rostratis calyce brevioribus.*

L. laeve Reich. exc. 3. 833. Ic. Barrel. ic. 1007. Lodd. bot. cab. t. 190. Reich. fl. germ. t. 331. Caules numerosi pedales et ultra. Flores raro albidi. petala obtusa obovata cuneata. Sepala lanceolata acuminata eglandulosa. Fl. majo. In agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Calycibus obtusiusculis: corolla coerulea.*

5. ALPINUM. L. *Glabrum glaucum caulibus caespitosis basi lignosis erectiusculis foliis lineari-lanceolatis acutis erectiusculis pellucido-punctatis pedunculis subcorymbosis floriferis fructiferisque erectis petalis rotundu-*

*tis integerrimis capsulis ovatis acutis sepala ovata margine glabra eglandulosa interiora obtusissima multo superantibus.*

L. laeve Scop. carn. 1. 251. t. 11. L. austriacum. Birol. ac. 1. 107. Re app. 18. L. montanum Cand. prodr. 1. 427. L. bavaricum. F. W. Schultz. bot. zeit. 21. 2. 645. L. perenne Lam. fr. 3. 66. (L. perenne L. differt *caps. ovata*) All. ped. 2. 108. L. narbonense. Sut. helv. 1. 21. Huc etiam traho L. anglicum Mill. dict. n. 5. quod non differt nisi *petalis emarginatis* et est L. perene Smith. br. 343. Engl. bot. t. 40. Mill. ill. t. 166. f. 2. Ic. Monti in Zanon. hist t. 101. Jacq. a. t. 521. Sweet fl. g. t. 17. Caules humiles vix pedales petala obovato-obtusa ungue triangulari-cuneato. Flores ampli L. usitatissimi fere aemula. Flor. vere et aest. Amat sepes et dumeta, senticeta, et prata alpina. in monte *Cenisio*: in monte *Rosa*: in alpibus di *Monastero*: in montibus circa *Sospello* et *Luceramae*: in Liguria etc.

bb. *Suffruticosis*: *Cor pallide coerulea vel carnea: staminibus basi monadelphis quinque sterilibus.*

6. TENUIFOLIUM. L. *Glaucum caulibus caespitosis erectis superne paniculato-corymbosis inferne suffruticulosis ramosis foliis angustissimis lineari-subulatis erectis margine spinuloso-scabris nitidis sepalis acuminatis margine glanduloso-ciliatis capsulam parvam globosam acuminatam superantibus pelatis mucronatis obovato-cuneatis.*

Ic. Bah. hist. 3. 453. f. 2. Dalech. lugd. 494. f. 3. Lobel. ic. 413. f. 1. Clus. hist. 1. 318 f. 2. Moris. f. 5. t. 26. f. 14. Barrel. ic. 796. et 1231. Boccon. mus. t. 125. Jacq. a t. 215. Caulis pedalis et ultra. petala etiam rosea vel purpurea raro alba. Fl. parvuli. Fl. aest. Amat loca lapidosa montana, subalpina et collina ibiqué frequens occurrit tam in *Pedemon*: quam in agro *nic* et *Liguria*.

aa. *Floribus albis*: *radice annua foliis oppositis.*

7. CATHARTICUM. L. *Glabrum tenue laete virens caule annuo superne dichotomo foliis oppositis obovato-oblongis acutiusculis margine scabriusculis sup. lanceolatis, floribus longe pedunculatis virgineis nutantibus sepalis acutis ellipticis glanduloso ciliatis capsulam globosam acutam subaequantibus staminibus monadelphis.*

Ic. Bah. hist. 3. 455. f. 2. Barrel. ic. 1165. f. 1. Blackw. t. 368. Park. theatr. 1336: Zannichel ist. t. 238. Loesel prus. t. 86. Svens bot. t. 250. Plenek ic. med. t. 244. Engl. bot. t. 382. Curt. lond. 3. t. 19. ed. Grav. 1. t. 38. Flor. dan. t. 851. Ludw. ect. t. 143. Schk. hand t. 87. Woodw. med. bot. 5. t. 18. Hayne 8. t. 18. Dietr. fl. borus. t. 92. var. etiam *floribus 4andris 4gynis.* Caulis plerumque spithameus rubidus, filiformis. Petala candida calyce duplo longiora ungue luteo. Fl. vere exeunte. In pratis et pascuis praecipue montanis. Ego legi *Verroni* in pratis siccis.

aaa. *Floribus flavis.*

b. *Caulibus herbaceis.*

c. *Calyce corollam aequante radice perenni.*

8. STRICTUM. L. *Glaucum caule stricto tereti glabro foliis lineari-lanceolatis erectis mucronatis scabris ciliato-spinulosis floribus corymbosis subsessilibus confertis calycibus subulatis mucronatis margine ciliato-glandulosis carinaque serulato-scabris petala aequantibus capsula globosa longioribus pedunculis fructiferis calyce multo brevioribus.*

L. inaequale. Prest. flor. sic. 1. 170. L. corymbulosum. Reich excurs. 3. 834. L. aureum. Cand. prodr. 1. 423. excl. syn. Scopolii. L. sessiliflorum. Lam. enc. 3. 523. Ic. Dalech. lugd. 1152. Bah. hist. 3. 455. Lob. ic. 411. Sibt. fl. gr. t. 304. Caulis strictus pedalis. Flores parvi spicaeformes. Fl. junio. Amat loca arida collina calida. Copiosum in agro *nic.* et *Liguria*: in agro *segus.* supra *Foresto* et circa vineas di *Mompanetro*: in monte *Musinè*: in agro *albens.*

cc. *Corolla calyce duplo longiore.*

d. *Radice annua.*

9. GALLICUM. L. *Caule basi ramoso glabro foliis lineari-lanceolatis margine scabriusculis floribus laxe paniculatis subcorymbosis pedicellis calycis longitudine sepalis lanceolatis basi ciliato-glandulosis in apicem margine scabriusculum acuminato-attenuato su-*

*bulatis capsula globosa depressa sesqui longioribus petalis obtusis.*

L. aureum. W. et Kitaib. pl. hung. 2. 193. t. 177. L. liburnicum. Scop. carn. 1. 230.? Quod forte pertinet ad L. nodiflorum Lin. sp 1101. toto coelo diversum. Ic. Gerar. prov. t. 16. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 303. Caulis pedalis et ultra. Styli aliquando tres. Fl. junio. Vulgare in arvis, et pascuis aridis, et collinis in *Pedem.* agro *nic.* et *Liguria.*

dd. *Radice perenni.*

10. MARITIMUM. L. *Glaberrimum glaucum caulibus erectis vel prostratis caespitosis foliis trinervis lanceolatis alternis inferioribus oppositis ellipticis obtusis panicula laxa subcorymbosa sepalis ovatis mucronatis glanduloso-ciliatis capsulam globosam acutam glabram apice 5dentatam superne 5sulcatam aequantibus petalis calyce triplo longioribus pedunculis fructiferis calycem pluries superantibus.*

L. heterophyllum. Moench. suppl. 99. Ic. Matt. com. 322. Durant herb. 262. mala Bah. hist. 3. 454. Zannich. ist. t. 78. Lob. ic. t. 412. f. 2. Jacq hor. vind. 2. t. 74. Trattin. tab. t. 379. Reich. fl. ger. t. 334. Caules usque tripedales tenues ut plurimum simplices. Fl. aest. Vulgare in herbosis humidis orae maritimae praesertim inter juncos in agro *nic. et Liguria* omni; in marginibus fluminis *Vari.*

bb. *Caulibus fruticosis.*

11. ARBOREUM. L. *Caule lignoso ramoso foliis inferioribus confertis spathulatis acutiusculis glaucis coriaceis glaberrimis basi biglandulosis superioribus oblongis viridibus floribus congesto-corimbosis sepalis acuminatis sub integerrimis margine ciliato-glandulosis capsula globosa rostellata longioribus corolla innupta contorta triplo brevioribus.*

L. flavum. Lin. sp. 399. L. glandulosum. Moench. meth. 287. L. campanulatum. L. sp. 400. est. var. *sepalis margine laevibus.* L. capitatum Schult. syst. 6. 751. L. tauricum. W. enum. 399. L. monopetalum Stev. mos. 2 14. L. dahuricum Sch. l. c. 752. sunt procul dubio varr. Ic. Sibt. flor. gr. t. 303. Jacq. a. t. 214. Clus. hist. 3. 317. Bah. hist. 2. 817. et 3. 454. Lobel ic. 414. Dalehc. lugd. 808. Bot. magaz. t. 254. Fl. junio. in collibus agri nic. et *Ligur.*

## 435. CRASSULA.

VERTICILLARIS. Cr. *Herba annua digitatis caule diffuso opposite ramosissimo subincarnato superne bi-trifido cymoso paucifloro ramis foliis calycibusque glabris foliis imbricatis sessilibus confertis oppositis oblongo-ovatis gibbis papulosis patentibus apice scabris floribus axillaribus verticillatis sessilibus secundis sepalis petalisque albis calyce brevioribus medio rubris cuspidatis staminibus brevissimis apice stigmatibusque rubris capsulis semiconico-lanceolatis glabris brevissime rostratis corollam aequantibus.*

Cr. Magnolii Tenor. neap. 5. 357. Cr. rubens. A. Tenor. l. c. 361. Cras. rubens 6. Cand. f. 4. 386. Sedum caespitosum Cand. prodr. 3. 405. Cr. caespitosa. Cavan. ic. t. 69. f. 2. Tillaea rubra Gouan hor. 77. Till. erecta Sauv. mons. 129. Ic. Magnol. bot. monsp. 237. Fl. vere. In lapidosis agri. *nic.*

## 436. SIBBALDIA.

PROCUMBENS. S. *Herba perennis humilis 1-3uncialis 1-3flora floribus vaginosis caulibus basi lignosis prostratis ramosis apice dense foliosis foliis ternatis subtus pilosis foliolis cuneatis apice tridentatis junioribus sericeis longe petiolatis basi stipulatis stipulis acutis bifidis floralibus simplicibus floribus corymbosis calycibus 10-fidis grandiusculis reticulato-venosis petalis oblongis acuminatis calyce brevioribus flavis.*

Ic. Boccon. mus. t. 1. Sturm. deut. fl. hef. 17. Lam. ill. t. 221. f. 1. Sibbald. scot. 2. t. 6. f. 1. Fl. dan. t. 32. Engl. bot. t. 987. Pluk. alm. t. 212. f. 3. Svens. bot. t. 761. Gaertn. fruct. t. 73. Braune flor. salisb. 1. t. 3. Schk. hand t. 88. Baxter brit. bot. t. 470. quae forte ad Potentillam subacaulem spectat. Stamina brevissima et styli usque 10. Semina ovata gibba. Facies Potentillae. Fl. aest. Amat summa alpium cacumina ubi vulgatissima est.

## 437. STATICE.

a. *Suffrutices.*
b. *Molliter cinereo-tomentosa, caulibus continuis.*

1. PUBESCENS. Cand. fr. 5. 380. St. *Fruticosa caule prostrato foliis spathulatis obtusis margine revolutis calycibusque pubescentibus caulibus annotinis leniter flexuosis ramosissimis ramis strictis inferioribus sterilibus spicis laxiusculis paucifloris bracteis internis obtusis.*

Ic. Boccon. sic. t. 13. fig. II. G. Reich. ic. 187. t. 326. Dreves 4. t. 105. Nees gen. 5. t. 4. Mutel fl. fr. t. 55. Caules vix palmares tuberculati rubentes ramis apice foliis rosulatis. cor. parva coeruleo-violacea. Fl aest. In agro *nic.* et *Liguria occidua.*

bb. *Granulato-scabra: neque villosa, nec tomentosa caulibus articulatis.*

2. ARTICULATA. Lois. fl. gal. ed. 1. 2. 723. t. 6. St. *Suffruticosa granulato-scabra caulibus annotinis ramosissimis crassis dichotome divaricatis articulis constrictis internodiis subarcuatis spicis laxifloris floribus basi bibractealis solitariis vel fasciculatis fasciculis paucifloris, bracteis interioribus longioribus calycis fructiferi limbo quinque partito laciniis patenti-recurvis.*

S. cordata. All. ped. 2. 90. S. echioides Sibt. fl. gr. prodr. 1. 213. S. rorida. Ejusd. fl. gr. 3. 91. t. 298. Ic. Reich. ic. cent. 2. 65. n. 172. a. 6. t. 172. fig. 303. 304. Caules vix palmares superne foliosi foliis sparsis supremis rosulatis. folia aliquando laevia trinervia basi vaginata vagina amplexicauli. Caules annotini usque pedales ramis inferioribus sterilibus squamatis squamis parvis ovatis acutis. tubus calycis angulatus angulis inferne pilosis: laciniae medio rubrae, marginibus membranaceis inferne flavidis, superne albis margine involutis. Cor. violacea calycem superans laciniis emarginatis. Fl. aest. Ad rupes mari proximas circa *Niceam.*

aa. *Herbae perennes.*
b. *Glabra, scapo aequali.*

3. LIMONIUM. St. *Foliis oblongis obtusis undulatis recurvato-mucronatis glabris eveniis scapo squamoso paniculato erecto floribus congestis spicato-corimbosis secundis.*

St. serotina. Reich. cent. 2. 21. t. 752. f. 998. St. pseudo-limonium. eiusd. l. c. cent. 8. 6. t. 717. f. 952. Limonium humile Mill. dict. n. 5. L. vulgare eiusd. l. c. n. 1. Ic. Zannichel. ist. t. 31. Sab. hor. rom. 6. t. 38. Durant. her. 260. Matth. com. 655. f. 1. Reich. l. c. t. 751. f. 997. Fl. dan. t. 315. Plenck. ic. t. 245. Engl. bot. t. 102. Blackw. t. 481. Dodon. pempt. 351. f. 2. Camerar. epit. 721. Ger. hist. 411. Park. th. 1234. Dalech. lugd. 1024. f. 1. et 1025. f. 2. Bah. hist. 3. 876. f. 3. Chabr. sciagr. 508. f. 1. Moris s. 15. t. 1. f. 1. Tab. ic. 430. f. 2. Lob. ic. 293. f. 1. Eiusd. obs. 157. f. 2. Lam. ill. t. 219. f. 2. Gaertn. fruct. t. 44. Baxter brit. bot. 5. t. 183. Mutel fl. fr. t. 54. Caulis longitudine varius palmaris et item bipedalis. folia subapice mucronata Calyx saepe rubens angulis inferne villosis. cor. coeruleo-violacea. Fl. aest. In coenosis litoris maris *nic.* et in pratis *della Marinella* apud *Sarzanam.*

## 438. ARMERIA.

*Herbae perennes glabrae scapis simplicibus floribus capitatis involucratis.*

1. VULGARIS. W. enum. 1. 333. A. *Foliis linearibus planis obtusis integerrimis trinerviis bracteis internis obtusis calycibus aristatis.*

A. arenaria. Pers. ench. 1. 332. A. scorzoneraefolia. W. enum. 1. 334. Re app. 7. Statice plantaginea All. ped. 2. 90. St Armeria. ejusd. l. c. 2. 89. St. alpina Hopp. Host. a. 1. 407. non differt nisi *pedicellis tubo calycis villoso-striato dimidio brevioribus,* dum in aliis calycem aequant. St. elongata Hoffm. deuts. fl. ed. 2. 1. 150.

ar. *scapo longiore fol. linearibus uninerviis.* — St. Armeria. L. fl. svec. 99. St. purpurea Koch. syn. non differt nisi *floribus pupureis, involucri foliolis extimis mucronatis intimis muticis.* St. maritima. Mill. dict. n. 5. non differt nisi *calyce toto villoso, scapis fastigiatis aequalibus.* Quapropter omnes in unam speciem esse coniungendas arbitror. Ic. Lob. ic. 432.

f. 2. Eiusd. obs. 242. f. 2. Dodon pempt. 564. f. 2. Dalech. lugd. 1190. f. 2. Tabernam. ic. 229. f. 2. Bah. hist. 3. 336. f. 3. Moris. s. 13. t. 1. f. 29. var. *fol angustioribus* (*Stat caespitosa* Poir. enc.) Lob. ic. 452. f. 1. Eiusd. observ. 242. f. 1. Dodon. pempt. 564. f. 1: et frum. 202. Taber. ic. 230. f. 1. Dalech. lugd. 1394. f. 2. mala. Bah. hist. 3. 336. f. 2. Engl. bot. t. 226. Lam. enc. t. 219. f. 1. Flor. dan. t. 1092. Curt. lond. 4. t. 122. Jacq. vind. t. 42. Schk. hand. t. 87. Dreves. 4. t. 104. Sturm. flora. hef. 1. t. 1. Annal. scienc. nat. 17. t. 13. Memoir. inst. 1830. t. 4. Flor vere et aest. Ubique culta in hortis. qua utuntur hortulani in areis limitandis. Indigena est et habitat pascua lapidosa alpina, et montana.

2. DENTICULATA. Bertol. am. ital. 77. A. *Foliis linearibus planis primoribus latioribus denticulatis reliquis subintegris scapo tereti glabro involucri foliolis ovato-lanceolatis acuminatis stylis inferne plumosis.*

St. denticulata. Bert. fl. ital. 3. 512. Ic. Colla herb. ped. t. 88. folia exter. undulata potius sunt quam denticulata de quo quaeritur Bertol. l. c. Scapus elongatus usque pedalis et ultra. flores rosei suaveolentes. Floret vere exeunte. In *Liguria Orientali*: apud *Sarzanam* in montibus *Nudo* et *Brina* di *Ponzano*.

## 439. ERODIUM.

a. *Foliis indivisis* ▲ *radice perenni.*

1. MARITIMUM. L'Herit. in Ait. hor. hew. 2. 416. E. *Caulibus ramosis humilibus prostratis foliis parvis petiolatis cordatis inciso-crenatis pubescentibus pedunculis 2-floris rostris caudisque glabris abbreviatis.*

E. Bocconi. Vivian. app. ad fl. cors. 3. Geranium. Lin. sp. 951. Cavan. mon. t. 88. f. 1. Ic. Engl. bot. t. 646. Reich. ic. cent. 13. t. 186. f. 4870. Boccon. mus. t. 128. Moris. s. 5. t. 35. mala. Pluk. phyt. t. 31. mala. Herba hirta vix dodrantalis raro usque pedalis. Caules plures prostrati in orbem positi. Pedunculi quandoque radicales admixti. folia radicalia rosulata: pili superiores apice glandulosi. Stipulae scariosae albae vel rubidae demum ferrugineae ovato-lanceolatae acutae. Involucrum multifidum laciniis ovalis acutis. flores parvi. Cor. carneacalyce brevior, aliquando nulla. Fl. vere et aut. In agro *nic.* et *Liguria* locis sabulosis mari proximis.

aa. *Foliis lobatis: radice annua:*

2. MALACOIDES. W. sp. 3. 639. E. *Caule erecto hirsuto foliis cordatis trilobis trifidisque denticulatis pedunculis multifloris corolla calycem aequante foliis petiolisque glanduloso-pubescentibus staminibus glabris omnibus lanceolatis capsellis hirsutis rostro tenui abbreviato.*

Geranium. L. sp. 952. Cavan. l. c. t. 91. f. 1. Ic. Matth. com. 572. f. 1. Dalech. lugd. 1280. f. 3. Lob. ic. 662. Rivin. pentap. irreg. t. 111. Sibt. fl. gr. t. 638. Reich. l. 1. f. 4868. Caulis humilis aliquando tamen sesquipedalis quandoque prostratus alterne ramosus pilis superioribus apice glanduliferis. folia radicalia rosulata longe petiolata caulina opposita. Umbellae usque 8florae pedunculatae axillares solitariae et terminalis. Stipulae et involucri laciniae ovatae acutae ciliatae. Corolla rosea aut purpurea. Fl. vere. In agro *nic.* circa *Genuam*: etiam in agro *segus* in vineis di *Monpantero*.

aaa. *Foliis sinuato-pinnatifidis: radice annua.*

3. BOTRYS. Bertol. amoen. ital. 35. E. *Caule diffuso retrorsum hirsuto foliis subcordato-oblongis sinuato-pinnatifidis hispidis laciniis obtusis dentatis pedunculis subbifloris rostro longissimo.*

Geranium, Cavan. l. c. t. 90. f. 2. G. gruinum b. W. sp. 3. 634. G. Gasparini Guss. flor. sicul. prodr. 2. 301. Ic. Boccon. mus. t. 109. Radix fusca longa. Caulis raro erectus simpliciusculus ut plurimum humilis non raro tamen in pinguibus usque pedalis. Pili superiores apice glandulosi. Stipulae ovatae ciliatae demum ferrugineae. Laciniae involucri similes aristulatae. Sepala trinervia aristata. Corolla violacea petalis integris vix calyce maioribus. Fl. primo vere. Circa *Nicaeam* et in *Liguria occidua*, in olivetis di *Laigueglia*: in agro *savonensi* etc.

aaaa. *Foliis pinnatis: radice annua.*

4. MOSCATUM. L'Herit in Ait. h. hew. 2. 414. E. *Caule procumbente foliisque pinnatis hirsutiusculis foliolis sessilibus alternis ovato-oblongis oblique subcordatis inciso-serratis pedunculis multifloris petalis calycem aequantibus inaequalibus filamentis glabris fertilibus basi dilatatis bidentatis rostro tenui abbreviato.*

Geranium L. sp. 951. Sturm. deut. fl. hef. 5. Plenck ic. med. t. 536. Cavanil. mon. t. 94. f. 1. Jacq. hor. vind. 1. t. 55. Rivin. pentap. irreg. t. 112. Blackw. t. 150. Lob. ic t. 658. f. 2. Ic. Engl. bot. t. 902. Reich. cent. 15. t. 184. f. 4867. Dodon. pempt. 64. f. 1. Dalech. lugd. 1777. f. 2. Baxter brit. bot. 5. t. 562. Herba villoso-viscosa odore Moschi forti. Scapi floriferi una cum caulibus e radice prodeunt. Caules caespitosi ut plurimum breves, non raro tamen in pinguibus usque pedales. aliquando erectiusculi. pili apice glandulosi. Umbellae pedunculatae axillares et terminales usque 10florae. Pedunculi ut plurimum longiores foliis. Laciniae involucri stipulaeque ovatae apice ciliatae albo-scariosae. Sepala margine scariosa apice aristata Petala 2 superiora majora, omnia obscure rosea non maculata nec striata. obverse oblonga integra. — Cotyledones petiotati cordati trifidi segmentis latis rotundatis obtusissimis margine nervis petiolisque rutis ». (Bertol) Herba aliquando inodora. Fl. vere. In agro *nic*: in collibus apricis agri *novar*: etiam nostris.

aaaaa. *Foliis bipinnatifidis.*

b. *Foliis radicalibus indivisis: radice annua.*

5. LACINIATUM. W. sp. 5. 633. E. *Caule prostrato foliisque radicalibus indivisis cordato-ovatis trilobis dentatis caulinis palmato-bipinnatifidis glabris laciniis linearibus acutis pedunculis multifloris petalis calicem subaequantibus rostris longissimis.*

E. affine. Tenor. syllab. 330. E. hispidum. Prest. sic. 1. 208. E cinerascens. in accadem. di Tor. 38. 53. Geranium laciniatum Desf. atl. 2. 110. Cav. mon. t. 113. f. 3. Ic. Sibt. fl. gr. t. 655. Reich. ic. cent. 15. t. 186. f. 1870. Caulis alterne ramosus usque bipedalis. Folia maiuscula longe petiolata petiolis imis folio longioribus. Umbellae longe pedunculatae. Involucri laciniae stipulaeque late ovatae demum scariosae et ferrugineae. Sepala longe aristata. Petala pallide coerulea oblongo-obovata integra. Floret vere. Circa *Nicaeam.*

bb. *Foliis omnibus bipinnatfidis: radice annua.*

6. CICONIUM. W. sp. 5. 629. E. *Caule diffuso superne glanduloso-villoso foliis circumscriptione ovatis decursive pinnatis palmato-bipinnatifidis villosiusculis laciniis oblongis obtusis rachideque alata inciso-dentatis infimis subreflexis petalis calycem subaequantibus 2-superioribus latioribus emarginatis rostro longissimo filamentis fertilibus a basi ad medium lanceolatis ciliatis supra medium filiformibus glabris.*

Geranium. Lin. sp. 951. Cavan. mon. t. 95. f. 2 Jacq. hor. vind. I. t. 18. Ic. Columm. ekphr. 151. Boccon. mus. t. 82. 83. Rivin. pentap. irreg. t. 113. Reich. I. c. f. 4866. Caulis suberectus usque pedalis ut plurimum tamen humilis. Pili apice glandulosi. Laciniae involucri stipulaeque ovato-lanceolatae. Sepala brevi aristata. Petala coerulescentia obverse oblonga. Herba foetida. Floret vere. In collibus apricis et calidis agri *taur. nic. novar. bugel sequsiani* etc.

aaaaaa. *Foliis pinnatis foliolis pinnatifidis.*

b. *Caulescens: radice fibrosa annua.*

7. CICUTARIUM l'Herit in Ait. kew. 2. 414. E. *Caule decumbente foliisque pinnatis hirsutis foliolis sessilibus pinnatifidis inciso-serratis pedunculis multifloris petalis inaequalibus calycem aequantibus vel superantibus filamentis glabris fertilibus basi rotundato-dilatatis.*

Geranium. Lin. sp. 951. Cavan. mon. t. 126. f. 1. E. pimpinellifolium W. I. c. Reich. I. c. fig. 4865. Ger. praecox. Cavan. mon. t. 126. f. 2. G. Chaerophyllum. Cav. I. c. t. 93. f. 1. Ger. bipinnatum. Cav. I. c. t. 126. f. 3. Ger. numidicum. Poir. barb. 2. 101. G. pilosum, et G. cicutaefolium. Thuill. par. ed. 2. 347. Ic. Matth. com. 570. f. 2. Dalech. lugd. 1276. f. 1. Brunsf. herb. 2. 91. Fuchs. hist. 204. Dodon. pempt. 65. f. 1. Tabern. ic. 57. Lob.

ic. 659. Ger. hist. 945. Moris s. 5. t. 15. f. 9. Zannich. ist. t. 215. Rivin. pentap. irreg. t. 114. 115 Engl. bot. t. 1768. *mala*. Curt lond. 4. t. 51. ed. Grav. 5. t. 105. Fl. dan. t. 986. Reich. l. c. f 4864. Schk. hand. t 190. Dietr. flor. bor. t. 551. Herba viscida ut plurimum inodora. Habitus E. moscati., cor. raro alba, plerumque rubra basi maculata lineis purpureis vel maculis viridulis. Cotyledones trilo i. Floret vere. Vulgare in apricis calidis praesertim collinis, ad semitas etc.

bb. *Acaule: radice tuberoso-fusiformi perenni.*

8. ROMANUM. L'Herit. in Ait. l. c. E. *Subacaule foliis pinnatis hirsutiusculis foliolis sessilibus pinnatifidis pedunculis multifloris petalis calycem superantibus radice tuberoso-fusiformi.*

Geranium. Lin. sp. 9 1. Cavanil. mon. t. 94. f. 2. Ic. Barrel. ic. 1245. Sibt. flor. gr. t. 654. Bot. mag. 11. t. 577. Radix crassa longa lignosa. Scapi radicales inaequales umbelliferi floribus usque 10. folia rosulata petiolata. Involucri laciniae nervo medio virente stipulaeque scariosae ovatae acuminatae ciliatae, aliquando aristulatae. Pedicelli fructif ri declinati. Sepala lanceolata brevi aristata marginibus scariosis superne ciliatis. Petala immaculata violacea aequalia obovata integ a. Rostrum elongatum. Herba inodora. Fl. vere. *Genua* in pascuis secus torrentem *Sturla*.

# CLASSIS SEXTA.

## HEXANDRIA.

### 440. FRANKENIA.

PULVERULENTA. Fr. *Herba annua spithamea caulibus prostratis rosulatis ramosis caespitosis teretibus nodosispuberulis foliis parvis oppositis vel quaternis brevi petiolatis obovatis retusis integerrimis margine subrevolutis supra glabris virentibus subtus puberulo-pulverulentis petiolis ciliatis floribus sessilibus axillaribus solitariis terminalibus congestis corollis carneis calyce longioribus.*

Ic. Clus. hist. 1. 186. Zanon. ist. t. 66. edit. Monti t. 79. Lam. ill. t. 262 f. 3. Sibt. fl. gr. t. 344. Engl. bot. t. 2222. Dict. des scienc. nat. t. 189. Flor. vere exeunte. Amat loca lapidosa et agros arenosos in litoribus maris *nic.* et *ligust.*

### 441. BERBERIS.

VULGARIS. Berb. *Frutex glaber caespitosus ramosissimus spinosus usque orgyalis foliis obovatis serrato-spinuloso-ciliatis spinis stipularibus tripartitis folio brevioribus racemis pendulis multifloris luteis petalis subrotundis obtusis glandulis baseos rubellis baccis oblongis succulentis acidis corallinis dispermis.*

Ic. Matth. com. 145. f. 1. Durant. herb. 67. Fuchs. hist. 545. Dodon. pempt. 750. f 1. Lobel ic. t. 182. f. 2. Clus. hist. 1. 120. f. 2. Bah. hist 1. pars. 2. 52. Chabr. sciagr. 52. f. 5. Ger. em. 1525. Woodv. suppl. t. 254. Zannichel. ist. t. 18. Arduin. mem. t. 12. Duham. edit. nov. 4. t. 4. edit. l. 1. t. 58. Camer. epit. 86. Lam. ill. t. 255. f. 1. Albert. fl. med. t. 89. Svens. bot. t. 24. Engl. bot. t. 49. Fl. dan. t. 904. Gaertn. fruct. t. 42. Schk. andb. t. 99. Hayne 1. t. 41. Guimp. holzgew. t. 59. Guim. et Schl. t. 25. Nees dusseld. t. 566. Schrank. Flor. mon. 1. t. 78. Baxter brit. bot. 2. t. 115 Plée types t. 12. Woodw. med. bot. t. 219. Diction. des scienc. natur. t. 119. Sturm. deut. flor. heft. 20. t. 95. Dietr. flor. bor. t. 685. Reich. fl. genn. t. 18. Scubert naturges. t. 19. f. 1. Rami angulati viminei. Racemi simplicies solitarii. Antherae glandulaeque fulvae. Fl. vere. vulgaris in sepibus ericetis sylvis, praesertim in valle *Augustae praetoriae*. Filamenta interiore parte supra basi irritabilia: quo loco si cultro vel acu tetigeris subito contrahuntur osculantur feminam ac pollen excutiunt. Pollen odore spermatico gravi ingrato nauseoso fortiquo fit ut ab ambulacris sedulo arceatur. Baccae acidae refrigerant. tota stirps adstringens. Cortex purgans est et colorem pulchre luteum largitur. Medici homiopathici adhibent in doloribus hepatis, et lienis, oculorum, ventriculi, et intestinorum, uteri, et vesicae ac renum: in perturbatione catameniorum, et in tophis podagricis resolvendis: in doloribus

rheumaticis praesertim artuum inferiorum.

## 442. PEPLIS.

PORTULA. P. *Herba annua glabra demum rubida vix dodrantalis caule prostrato repente tetragono articulato subramoso radicante foliis oppositis spathulatis subcarnosis floribus subsessilibus axillaribus solitariis vel geminis basi bracteatis petalis fugacibus albis vel roseis subinde nullis capsulis pellucidis tenuissimis subglobosis calycem subaequantibus seminibus obovatis hinc convexis numerosis.*

Ic. Bah. hist. 3. 572. f. 3. Tabern. ic. 713. f. 2. Boccon. mus. t. 84. f. super. Vaill. paris. t. 15. f. 5. Lam. ill. t. 262. Engl. bot. 1211. Michel. gen. t. 18. f. 1. Loes. prus. t. 20. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 63. ed. 1. 4. t. 27. Dill. Gis. append. 153. t. 7. Ger. em. 614. Sturm. deut. fl. hef. l. Petiver. gen. t. 43. Fl. dan. t. 64. Gaertn. fruct. t. 51. Svens. botan. t. 592. Baxter brit. bot. 3. t. 220. Dreves 4. t. 108. Schk. hand. t. 99. Dietr. flor. borus. t. 669. Jourdan. observat. 3. t. 5. Fl. vere exeunte. Ubique in fossis, et locis hyeme inundatis.

## 443. LORANTHUS.

EUROPAEUS. L. *Fruticulus parasiticus super quercus et castaneas glaber caule tereti dichotomo rubido ramis articulatis foliis oppositis oblongis obtusis inpetiolum decurrentibus subcarnosis racemis terminalibus pedunculatis laxifloris floribus dioicis petalis lanceolatis acutis virentibus antheris flavis baccis pyriformi-globosis luteis.*

Ic. Aldrov. dendr. 255. mala ibi rami pinguntur alterni. neutiquam. Caulis ramique dichotomi 256. melior. Jac. enum. t. 3. et Fl. aus. t. 30. Plenck. ic. t. 248. Schk. handb. t. 99. Wagner t. 96. Sturm. deut. flor. heft. 9. t. 31. Fl. vere. Ego legi super Quercum. Roborem in sylvis *Bennae* dictis la Costa dell'*Armandà*, unice.

## 444. LILIUM.

a. *Floribus erectis; foliis sparsis.*
b. *Croceo-aurantiacis: pedunculis verticalibus.*

1. BULBIFERUM. L. *Caule multifloro foliis linearibus planis perigonii turbinato-campanulati erecti intus carunculoso-scabri pedunculis verticalibus squamis bulbi albis vel roseis.*

L. croceum. Chaix in Vill. delph. 1. 522. est. var. *bulbis axillaribus nullis.* Quam a multis annis in horto meo colo atque constans est. Etiam tale spontaneum est. *Squamis bulbi roseis foliis nitidis lineari-lanceolatis obtusis medio sulcatis capsulis pyriformibus angulis acutis floribus glabris cinnamomeo-croceis laciniis erectis non reflexis neque recurvis.* Redout. liliac t. 210. Sab. hor. rom. 1. t. 82. absentia bulbillorum et forma capsularum speciem forte distinctam constituunt. neque icones Matthioli (578. f. 1.) Lamarkii (ill. t. 246. f. 2). Dodonaei (pempt. 199. (Dalechampii (lugd. 1493. f. 1. 2.) plantam meam referunt. Ideo distinctam speciem dico quam sic constituo.

SPECTABILE L. *Glabrum caule multifloro foliis lineari lanceolatis nitidis obtusiusculis medio sulcatis perigonii erecti crocei intus fusco-maculati ungue carunculati laciniis erectis pedunculis verticalibus pilosis capsula pyriformi acute angulata bubillis axillaribus nullis, squamis bulbi roseis.*

Huc trabo Chabr sciagr. 256. f. 1. et 3. ic. Dodon. 198 f. 1. 2. Dalech. 1494. quamquam dubitanter. — Ic. Lilii bulbiferi Matth 578. f. 1. Fuchs. hist. 563. Lob. ic. 164. 165. 167. Ejusd. obs. 84. f. 1. 2. 3. 4. Dodon. pempt. 199. Coron. 122-124. Herb. belg. 237. Clus. hist. 1. 136. f. 1. 2. 137. f. 1. pan. 140-141. Trag. hist. 792. Dalech. 1494. f. 2. Tabern. ic. 639. f. 1. Pah. hist. 2. 688. Chabr. sciagr. 256. f. 5. 6. 257. f. 1. 3. fig. tamen 6. pag. 256. videtur aliena *folits spathulatis*, quae etiam occurrit in Da ech. lug. 1494. f. 1. — Moris. 5. 4. t. 21. f. 17. et 19. Knor. del. 1. t. I. 4. Redout. lit. t. 219. Gaertn. fruct. t. 83. Lam. ill. t. 246. f. 2. Jacq. a. t. 226. Hayn. term. bot. t. 3. f. 11.

Bessl. hor. eyst. vern. 3. f. 6. fig. 1. 2. fol. 7. f. 1. 2. fol. 8. f. 1. Weinm. phit. t. 655. 6. c. et 656. Park. par. t. 27. f. 2. 3. Durant herb. 224. et 277. Svens. bot. t. 389. Schubert. naturges. t. 17. f. 7. Squamae bulbi radicalis albae. Caulis infeme nudus, supra bulbum radificerus, radicibus fibrosis horizontalibus, usque quadripedalis angulatus pilosus non raro rubro-maculatus. folia sparsa nitida glabra. Superiora in axillis bulbifera bulbis magnis albis, vel atris, vel virentibus. Flores racemosi. cor. laciniae exteriores basi dorsi parce lanatae capsula oblonga, angulis obtusis. Fl. junio. In oris sylvarum collium et montium: in rupestribus apricis passim.

bb. *Candidis: pedunculis horyzontalibus.*

2. CANDIDUM. L. *Caule multifloro foliis lanceolatis lucidis undulatis basi attenuatis radicalibus elongatis caulinis crebris sparsis decrescentibus corollis intus glabris sulcis nectariferis obsoletis bulbi squamis luteis.*

Ic. Matt. com. 552. f. 1. Trag. hist. 795. Fuchs. hist. 564. Camerar. epit. 570. Dodon. pemp. 197. Coron. 119. Herb. belg. 256. Dalech. lugd. 1492. Tabernam. ic. 638. f. 2. Clus. hist. 1. 133. Lobel ic. 165. f. 1. 2. Ejusd. observ. 83. f. 2. Gerar. hist. 190. Bah. hist. 2. 685. Chabr. sciagr. 253. f. 3. Moris. s. 4. t. 21. f. 13. Redout. lil. t. 199. Sim. Paul. dan. t. 271. Lam. ill. t. 246. f. 1. Regnaut bot. ic. Ludw. ect. t. 190. Knor. del 1. t. I. Bessl. hor. eystet. vern. s. 9. f. 1. Svertz. floril. t. 43. Vallet hor. paris. t. 20. Dodart. icc. Durant. herb. 204. Park. par. t. 37. f. 4. Tournef. inst. t. 195. 196. Blackw. t. 11. Trattin. t. 458. Oestr. fl. t. 1. Hayne darst. t. 26. Plenck. ic. t. 273. Botan. mag. 8. t. 278. Bury hex pl. t. 38. Woodw. med. bot. h. t. 254. Redout. lil. 4. t. 199. Rouss. bot. t. 2. Nees dusseld. t. 54. Reich. fl. germ. t. 433. Caulis usque orgyalis subangulatus. folia suprema ovata Antherae lineares longa lutaee. Flores fragrantissimi. Var. foliis variegatis, corollis extus carina purpurantibus vel totis rubris, croceis, flavis variegatis, plenis etc. Colitur ubique. Spontaneum in patria nondum hactenus inventum Fl. junio, julio. aa. *Floribus cernuis, laciniis reflexis.*

b. *Foliis sparsis.*

3. POMPONIUM. L. *Caule multifloro foliis linearibus superioribus lineari-subulatis densis sparsis subciliatis glabris corollis reflexis revolutis intus papilloso-punctatis papillis lamellosis, lamellis dentatis.*

L. pyrenaicum Clus hist. append. 236. f. 1. 2. est var. Nam vidi in plantis quas colo in horto meo caule apice nudo foliis albo-lanato-ciliatis ciliis prostratis intertextis superioribus neutiquam filiformi-subulatis sed planis. in corollis nullum discrimen est. Quorsum etiam spectat procul dubio. L. carniolicum Bern. Mert. et Koch. deut. flor. 2. 536. L. Chalcedonicum. Jacq. a append. t. 20. Matth. 578. f. 2. Clus. hist. 1. 131. f. 2. Lobel ic. 169. f. 2. Bah. hist. 2. 695. f. 1. — Ic. Lobel. ic. 169. f. 1. Eiusd. observ. 83. f. 2. Dodon. pempt. 202. f. 1. Dalech. lugd. 1498. f. 2. Bah. hist. 2. 695. f. 3. Chabr. sciagraph. 238. fig. 1. quae forte ad Chalcedonicum pertinet, f. 2. et 3. Clus. hist. 1. 132. f. 2. Moris. s. 4. t. 20. f. 10. 11. Knor. del 1. t. 4. Mill. ill. t. 65. f. 2. Redout. liliac. t. 7. et t. 145. Dall. jard. du roy tab. 10. Weinm. phyt. t. 660. f. c. 6. Rudb. elys. 157. f. 4. 5. Ker. bot. mag. 971. et t. 798. Reich. flor. germ. t. 432. Bulbi squamae flavidae. Caulis usque bipedalis aliquando etiam uniflorus. Flores pulcherrimi croceo-corallini vel miniati vel rubro-aurantiaci, in pyrenaico sylvestri flavo-virentes. Fl. junio. In *Liguria* et agro *nic.* Colitur passim in hortis.

bb. *Foliis verticillatis.*

4. MARTAGON. L. *Caule multifloro pubescente foliis-ovato lanceolatis superioribus alternis decrescentibus inferioribus verticillatis, corollis racemosis reflexis revolutis intus hirsutis.*

L. glabrum. Spreng. syst. 2. 62. est var. *corollis intus glabris caule scabro.*

Ic. Matt. com. 552. f. 2. Brunsf. herb. 3. 43. f. Fuchs. hist. 115. Trag. hist. 787. Clus. hist. 1. 134. f. 1. 2. Dodon. pempt. 201. Herb. belg. 258. Camer. epit. 571. Dalech. lugd. 1495. f. 1. Lobel. ic. 168. f. 1. 2. Ejusd. observ. 83. f. 1. Tabernam. ic. 640. f.

1. 2. Bah. hist. 2. 694. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 237. f. 4. Moris. s. 4. t. 20. f. 6. 7. Lam. ill. t. 246. f. 5. Redout. liliac. t. 146. Gaertn. fruct. t. 85. Knor. del. 1 t. 6. Jacq. a. t. 551. Gawl. bot. magaz. t. 895, et t. 1634. Mayerh. offic. fl. mon. t. 13. Kerner hortus sempervirens t. 161. Plenck. ic. med. t. 274. Hayne offic. gew. 8. t. 28. Bury hexandr. pl. t. 56. Engl. bot. t. 2799. Baxter brit. bot. t. 501. Svens. bot. t. 581. Schrank fl. monac. 1. t. 13. Sturm. deut. flora heft. 20. t. 93. Nees gen. 2. t. 40. Reich. flor. germ. t. 451. Schubert naturges. t. 17. f. 8. Caulis usque quadripedalis superne fusce rubidus pilosus. Flores sordide purpurei. caps. pyriformis angulis prominulis. variet. *floribus albis* pingit Swert fl. t. 53. var etiam. *floribus plenis*, *flavis*, vel *roseis* etc. Fl. junio, serius in alpinis In sylvis, senticetis, sepibus, dumetis subalpinis, collinis, montanis, et alpinis. Ego legi in alpibus supra il Santuario di *Graglia*. Passim culta. Stirps speciosa sed color ingratus atque indecorus.

### 445. UROPETALUM.

SEROTINUM. Gawl. bot. magaz. U. *Herba perennis bulbo albo ovato scapo dodrantali et ultra nudo floribus racemosis racemo erecto oblongo floribus remotiusculis secundis cernuis foliis radicalibus 4-5 linearibus canaliculatis subglaucis erectis scapum subaequantibus corollis cylindrico-campanulatis laciniis exterioribus sordide fuscis carina purpureis longioribus, interioribus in cylindrum conniventibus intus albidis rubro-maculatis antheris oblongis flavis capsulis ovatis.*

Hyacintus. L. sp. 455. Cavanill. ic. t. 30. Gaertn. fruct. t. 12. Redout. liliac. t. 200. Nees. gen. 2. 44. Reich. fl. ger. t. 459. H. lividus. Pers. ench. 1. 376. Lachenalia serotina. Lin. Scilla Gawl. bot. magaz. 859. Albuca minor. Gledit act. berol. 1769. 61. Dipcadi serotina. Uster. ann. 2. 13. Ic. Ger. hist. 115. Clus. hist. 1. 177. f. 2. et 178. f. 1. Eiusd. pannon. 192. Bah. hist 2. 587. f. 1. Lam. ill. t. 238. f. 2 Chabr. sciagr. 206. f. 1? Flor. jun. In collibus maritimis *Liguriae*.

### 446. HEMEROCALLIS.

FLAVA. H. *Herba perennis radice fasciculato-ramosa tuberibus fusiformibus flavidis foliis carinatis angustis subglaucis elongatis scapo nudo usque tripedali simplici floribus racemosis erectis bracteis ovato-lanceolatis floribus aureis erectis fragrantissimis laciniis corollae-acutis planis nervis indivisis filamentis luteis antheris rubidis polline croceo capsulis ovato trigonis.*

Ic. Lobel. ic. 62. f. 2. Eiusd. observ. 47. f. 5. Dodon. pemp. 204. f. 1. Eiusd. coron. 119. Clus. hist. 1. 137. f. 7. Eiusd. pann. 144. Dalech. lugd. 1499. f. 1. Tabern. ic. 655. f. 1. Bah. hist. 2. 700. f. 1. Moris. s. 4. t. 21. f. 1. Knor. del. 1. t. L. 5. Jacq. hor. vind. 1. t. 139. Gaertn. fruct. t. 85. Lam ill. t. 234. Redout. liliac. 1. t. 15. Hayne term. bot. t. 1. f. 59. Trattin. tab. t. 216. Thes. t. 49. Bessl. Eyst. O. g. f. 5. t. 5. Curt. bot. magaz. t. 19. Chabr. sciagr. 238. f. 5. Schk. hand. t. 98. a. Sturm deut. fl. hef. 2. t. 7. Nees gen. 2. t. 56. Reich. fl. germ. t. 510. Folia omnia radicalia longissima usque bipedalia caespitosa caespitibus magnis. flores fragrantia suavissima inter Lilium et Jonquillam. fl. junio. Amat sepes et dumeta et sylvas humidiusculas. Variis locis crescit in patria: in sylvis della *Veneria*: inter *Cherasco*, et *Brà*: in uliginosis della *Mandria*: in umbrosis vallis magnae *Ossulae*. Ego legi *Bennae* in agro *bugel.* in sepibus pratorum humidorum trans amniculum dictum l'*Autina* ad radices collis dicti il *Prailone*. Ubique tamen culta in hortis.

H. Fulva in patria neutiquam spontanea Italiae tamen indigena ubique culta apud nos, et spontanea facta circa hortos est species omnino distincta characteribus certis et constantibus — *tuberibus radicis albis foliis pollicem et ultra latis floribus fulvis maiusculis laciniis obtusis interioribus undulato-crispis nervis interiorum ramosis foliis pruina alba versus basim adspersis* — ut mirari subeat Linnaeum virum acutissimum

eum *flava* fere confudisse. Cf. sp. plant. 462. Cultura H. *fulvam* in *flavam* transire (transact. lin. soc. 2. 333.) falsissimum est, teste mihi experientia 20annorum, ambabus etiam proxime viventibus. Ic. Chabr. sciagr. 258 f. 6. Bah. hist. 2. 701. f. 1. Moris. s. 4. t. 21. f. 3. Garid. aix. 286. t. 61. Redout. lil. t. 16. Lobel. ic. 93. f. 1. Dodon. pempt. 204. f. 2. Dalech. lugd. 1590. f. 3. Tabern. ic. 652. f. 2. Curt. bot. magaz. t. 64.

### 447. HYACINTHUS.

ORIENTALIS. H. *Herba perennis bulbo ovato fusco-tunicato scapo nudo dodrantali et ultra floribus racemosis sparsis subsessilibus laxis brevi bracteatis infundibuliformibus basi ventricosis laciniis lanceolato-linearibus reflexis foliis lanceolatis obtusis canaliculatis marginibus apice coalitis tenuissime striatis.*

Var. *floribus albis, carneis, roseis, luteis et coeruleis, plenis.*

Ic. Matt. com. 674. f. 2. 3. Durant. herb. 229. Barrel. ic. 175. 981. 982. 985. 986. 987. 988. Clus hist. 1. 174. f. 1. 2. et 175. f. 1. 2. Camer. epit. 800. Lobel. ic. 195. f. 1. 2. et. 196. f. 1. 2. Eiusd. observ. 54. f. 1. 2. Dodon. pempt. 216. f. 2. 3. Dalech. lugd. 1507. f. 1. 2. 3. et 1508. f. 1. 2. Tabern. ic. 623. f. 1. 2. Ger. hist. 113. Bah. hist. 2. 576. Chabr. sciagr. 206. f. 2. 3. 4. 5. 6. Moris. s. 4. t. 11. f. 10. et 33. Bessl. eyst. vern. 2. 4. f. 1. Swert. floril. t. 11. Curt. bot. magaz. t. 937. Park. par. t. 121. f. 2. 3. 5. 6. Kniph. cent. 1. t. 73. Schnervogtl. ic. 8. Bot. regist. t. 995. S. Hil. 25. t. 5. Redout. lil. t. 465. Saint-Simon t. 1-10. Savi flora ital. 1. 77. Nees gen. 2. t. 43. Reich. flor. germ. t. 460.—*floribus plenis* pulcherrimis van Spaendonch t. 12. flores suaveolentes Fl. vere. In collibus *Sarzanae* in *Liguria orientali* sponte nascitur. Ubique culta in hortis floribus plenis monstrosis pulcherrimis.

### 447. bis. AGAVE.

ALTISSIMA. Zumagl. A. *Herba perennis elatissima radice repente sobolifera foliis carnosis crassis pedalibus et ultra glaucis glabris erectis rigidis extus convexis intus canaliculatis dentato-spinosis spinoso-mucronatis mucrone plusquam pollicari fusco, scapo squamato, squamis lanceolatis acuminatis recurvis 30-pedali et ultra crasso erecto tereti superne ramoso ramis patulis apice assurgentibus decrescentibus apice corymbiferis corymbis brevi pedunculatis sursum secundis erectis seriatis floribus luteo-virentibus medio constrictis laciniis linearibus obtusis erectis staminibus corolla longioribus seminibus suborbiculatis planis fuscis.*

Ic. Clus hist. 2. 160. f. 2. Dalech. lugd. 1697. Lobel. ic. 374. f. 2. Eiusd. observ. 202. f. 2. Dodon. pempt. 359. f. 2. Camer. epit. 451. hort. med. 10. et. ic. 5. Tabernam. ic. 705. f. 2. Bah. hist. 3. 701. f. 1. Bessl. eyst aut. 4. 3. f. 1. Moris s. 4. t. 22. f. 2. Chabr. sciagr. 541. f. 6.? Durant. herb. 28. Aldin. hort. farnes 93. Balmis demonstr. t. 1. Lam. ill. t. 235. Vogel monograph. Andr. bot. repos. t. 433. Trattin. archiv. t. 171. 171. a 171. 6. Nees Dusseld. t. 52. 53. Bot. mag. t. 3654. Nees gener. 3. t. 10. Reich. fl. germ. t. 374. Mem. de l'inst. 1812. t. 11. A. mexicana Rodat. ind. plant. hor. bonon. t. 2-3. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria*: inter *Villafranca*, et *Monaco*: a *Sestri di Ponente*: circa *Genuam*, et *Clavarum* etc. Folia macerata filum suppeditant tenacissimum funibus conficiendis aptum. adhibetur etiam in sepibus ad hortos etc. muniendos. Fl. aest. exeunte. Haec. species Italiae indigena commutari non debet cum Agave americana L. sp. pl. 461. quae differt *Scapo humili racemo conico-pyramidato, ramis singulis terminatis umbella solitaria simplici aliisque forte, et magni momenti characteribus.*

### 448. MUSCARI.

a. *Floribus supremis longe pedunculatis abortivis comantibus.*

1. COMOSUM. Mill. dict. n. 2. W. enumer. 1. 378. M. *Foliis linearibus elongatis flaccidis racemo elongato corollis cylindricis angulatis fauce subclausis summis sterilibus coloratis*

*longius pedunculatis comantibus*, *inferioribus remotis horizontaliter patentibus.*

Var. *racemo ramoso-paniculato* quae est M. monstrosum Mill. dict. n. 4. Kern. oek. pflan. t. 122. Mord. Del. 2. t. 6. Mus. paniculatum. Medik. in Usteri an. 2. 16. Colum ecphr. 2. t. 10. Moris. s. 4. t. 11. f. 2. Hyac. monstrosus L. sp. 454. Hyacinthus paniculatus Lam. enc. 3. 193. — Hyac. comosus. Lin. sp. 455. Jacq. a. t. 126. Curt. bot. mag. t. 133. Ic. Matth. com. 674. f. 1. Trag. hist. 772. f. 2. Fuchs. hist. 833. Camer. epit. 798. Lob. ic. 106. f. 2. Eiusd. obs. 55. f. 1. et Ap. pend. 460. f. 2. Dodon. pempt. 218. f. 1. Coron. 172. Bah. hist. 2. 575. f. 3. Chabr. sciagr. f. 4. Bessl. eyst. vern. 2. 17. f. 1. Dalech. lugd. 1512. f. 1. Ger. hist. 117. Moris. s. 4. t. 11. f. 1. Zannich. hist. t. 100. Sabb. hor. rom. 6. t. 119. Durant. herb. 229. Redout. liliac. t. 231. Sturm. deut. flor. hef. 20. t. 93. Nees gener. 2. t. 41. Reich. Flor. germ. t. 457. Dietr. flor. bor. t. 42. Scapus nudus usque pedalis. folia illum aliquando superant non raro margine sunt vel scabra vel ciliata. Bulbus ovatus tunicatus. Fl. vere passim in agris praesertim collinis. Flores violaceo-coerulei vel fusci basi apiceque olivacei. Stirps speciosa.

aa. *Floribus supremis abortivis sessilibus non comantibus.*

b. *Corollis globosis. inferioribus laxis.*

2. BOTRYOIDES. Mill. dict. n. 1. W. l. c. M. *Foliis lato-linearibus canaliculatis strictis basi attenuatis erectis apice nutante corollis globosis nutantibus inferioribus remotioribus.*

Hyacinthus. Lin. sp. 455. Curt. bot. magaz. t. 157. Sturm. deut. fl. hef. 7. Ic. Clus hist. 1. 181. f. 2. et 182. f. 1. Eiusd. pannon. 205. 206. Lobel. ic. 108. f. 2. Eiusd. observ. 255. f. 4. Tabernam. ic. 627. f. 2. 628. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 572. f. 1. et 573. f. 1. Moris s. 4. t. 11. f. 3. Fuchs. hist. 856. Chabr. sciagr. 205. t. 2. Pass. hor. flor. hyem. t. 11. Park. par. t. 113. f. 5. Redout. liliac. t. 364. Sveet. fl. 9. t. 15. Schrank. flor. mon. 3. t. 217. Nees gen. 2. t. 41. Reich. fl. germ. t. 456. Dietr. flor bor. t. 40. Flores coerulei suaveolentes odore leni. Fl. vere. In sylvis collinis vel montanis non frequens. Circa *Sarzanam*: in agro *novar.* in collibus di *Prato*: in collibus *taur*: in pratis siccis di *Moncrivello*: in valle *Pisii* prope *Carthusiam*. Ego legi in nemoribus collinis di *Benna*, et *Mottalciata* in agro *bug.*

bb. *Corollis ovatis confertis.*

3. RACEMOSUM. Mill. dict. n. 3. W. l. c. M. *Foliis anguste linearibus flaccidis laxis pendulis stratisque scapo longioribus racemo stricto corollis nutantibus ovatis confertis summis sessilibus erectis.*

Hyacinthus racemosus. Lin. sp. 455. Jacq. a. t. 187. Curt. bot. mag. t. 122. Engl. bot. t. 1931. H. botryoides. Scop. carn. 1. 252. All. ped. 1. 118. H. junciflorus Lam enc. 3. 194. Ic. Chabr. sciagr. 205. f. 1. Clus. hist. 1. 181. f. 1. Lobel. ic. 107. f. 2. Ejusd. observ. 55. f. 3. Dodon. pempt. 217. f. 1. Coron. 170. Tabernamont. ic. 625. f. 2. Dalech. lugd. 1511. f. 1. Bah. hist. 2. 571. Zannichel. ist. t. 93. Sabb. hort. rom. 6. t. 51. Rudb. elys. 2 23. t. 7. Redout lil. t. 232. Plèe types t. 41. Baxter. brit bot. 2. t. 92. Dietr. flor. bor. t. 41. Reich flor. germ. t. 436. Bulbus basi bulbillosus. Racemus subglobosus vel conicus. flores obscure coerulei pruinosi, dentibus apice albis. Fl. vere. Vulgare in collibus, vineis etc.

## 449. ASPARAGUS.

Herbae perennes radice repente gemmifera caulibus ramosis foliis filiformibus pedunculis unifloris alaribus et axillaribus cernuis floribus viridibus baccis rubris vel cinereis.

a. *Frutescens foliis spinosis baccis fusce cinereis.*

1. ACUTIFOLIUS. Asp. *Caule angulato ramosissimo superne ramis divaricatis hirtis foliis fasciculatis rigidis pungentibus patentissimis sempervirentibus pedunculis solitariis elongatis medio articulatis perigonii laciniis recurvis demum conniventibus tubulo perigonii limbum aequante.*

A Corruda Scop. carn. 1. 248. Ic. Chabr. sciagr. 550. f. 3. et 5. Clus. hist. 2. 177. f. 2. Lobel. ic. 787. f. 1. *mala* Ejusd. advers. 353. f. 1. Tabernam. ic. 139. f. 1. Camerar. epit. 260. Ger. hist. 1110. Dalech. lugd. 611. f. 2.

*mala* Bab. hist. 3. 726. f. 3. Moris. s. 2. t. 1. f. 1. *mala.* Zannich. ist. t. 179. Duham. arb. 1. t. 31. Lam. ill. t. 249. f. 6. Sab. hor. rom. 5. t. 32. Sibt. fl. gr. t. 337. Schubert. naturgesis. t. 18. f. 3. Caulis usque 4pedalis inferne glaucus nudus squamatus squamis appressis basi deorsum mucronato-calcaratis mucrone demum pungente. pedunculi etiam fasciculati. Fl. aest. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria* in sepibus dumetis et sylvis.

aa. *Herbacei inermes glabri, baccis rubris.*

b. *Ramis totis foliosis foliis crebris densis, pedunculis prope apicem articulatis.*

2. TENUIFOLIUS. Lam. enc. 1. 294. Asp. *Caule erecto tereti superne dense ramoso ramis totis foliosis foliis crebris densis subverticillatis setaceis inermibus axillis floriferis pedunculis prope apicem articulatis tubulo perigonii brevissimo limbo multoties breviore filamentis florum masculorum anthera subrotunda multo longioribus.*

Asp. sylvaticus. Walds. et Kitaib. hung. 3. 223. t. 201. Asp. collinus Jan. ap. R. et Sch. syst. 7. 320. 321. Ic. Matth. com. 354. f. 1. Redout liliac. t. 434. Kerner. hor. semp. t. 438. Reich. fl. germ. t. 519. Herba glabra neutiquam glauca. Caulis usque sesquipedalis inferne nudus squamatus. Pedunculi solitarii vel gemini. Flores saepe monoici. Bacca ingens parvi Cerasi magnitudine. Folia fasciculata numerosa. Stipulae ut plurimum solitariae. Fl. vere exeunte. In agri *taur.* arenosis secus fluvios amnesque etc. in *Liguria*; in sylvis *Ticini*, alibique.

bb. *Ramis inferne nudis: pedunculis medio articulatis.*

3. OFFICINALIS. Asp. *Glaucus caule erecto subangulato ramisque inferne nudis foliisque fasciculatis setaceis teretibus glaberrimis laevibus, fasciculis depauperatis stipulis paribus basi mucronatis pedunculis medio articulatis nutantibus floribus dioicis tubulo perigonii limbum dimidium aequante filamentis florum masculorum antherae oblongae aequalibus.*

Asp. scaber. (Asp. amarus Cand. cat. hor. monsp. 81. Asp. maritimus. Reich. excurs. 118). Brign. fasc. plant. forojul. non differt nisi *ramulorum foliorumque angulis denticulato-scabris.*

Ic. Matt. com. 354. f. 2 Durant. herb. 32. Clus. hist. 2. 179. Brunsf. herb. 3. 176. Fuchs. hist. 58. Tragus hist. 222. Ruel. in Dioscorid. 153. f. 21 *mala.* Lonicer. hist. 140. *mala.* Valerian. Cord. hist. 101. f. 1. Dodon. pempt. 703. f. 1. 2. Tabernam. ic. 138. f. 1. Camer. epit. 259. Dalech. lugd. 610. f. 1. Blackw. t. 332. Moris. hist. s. 1. t. 1. f. 4. Bab. hist. 3. 726. f. 1. et 2. Chabr. sciagr. 350. f. 4. Fl. dan. t. 805. Lam. ill. t. 249. f. 4. Zannichel. hist. t. 74. Mill. ic. t. 55. f. 1. Regnaul bot. Ludw. ect. t. 78. Schk. hand. t. 96. Hayn. off. gew. 8. 29. Plenck. ic. med. t. 276. Engl. bot. t. 339. Sv. bot. t. 243. Gaertn. fruct. t. 16. Nees dusseld. suppl. t. 51. 52. Dict. des scienc. nat. t. 47. Baxter brit. bot. 6. t. 403. Dietr. flor. bor. t. 32. Reich. flor. germ. t. 518. Nees gener. 2. t. 37. Caulis usque quadripedalis inferne squamatus: folia in fasciculo 3-4breviora quam in praecedent. Stipula ut plurimum unica, bacca parva magnitudine fructus Ribis rubri. Semina subangulata nigra nitida. Flores aliquando hermaphroditi, sed apud nos semper dioicos vidi. Herba ubique culta in hortis. Turiones aprili exeunte, majo, et junio mensarum nostrarum delicium, gratissimi, et saluberrimi. Alvum laxant atque urinam (quam foetidam et felinae aemulam reddunt) cient. Radix etiam decocta optima in hydrope est praesertim si potiora remedia adhibeantur. Cocta cum ficubus, et ciceribus sanat auriginem, et dolores coxendicum et levat stillicidium urinae. Decoctum herbae levat dolores dentium si sub dente contineatur (Dioscorid. 1. 267. 268. lib. 2. cap. 151). Medici homiopatici utuntur Asparago in morbis viarum uriniferarum praesertim si ab arthritide et podagra anomala ortum habent: in morbis cordis, et magnorum vasorum, in virium infirmitate quae convalescentiam comitatur, atque in digestione infirma, et labefactata.

## 430. CONVALLARIA.

a. *Floribus campanulatis: bacca coccinea: scapigera.*

1. MAIALIS. C. *Scapo laterali nudo*

*semitereti foliis radicalibus petiolatis subgeminis ovato-oblongis floribus racemosis nutantibus secundis.*

Poligonatum. All. ped. 1. 150. Conval. latifolia. Mill. dict. n. 2. Lilium convaillum maiale Moench. meth. 636. — Var. flore *pleno* pulcherrimo odoratissimo ubique culta in hortis. Mord. Delam. 3. t. 6. — Var. *floribus rubris* Eiusd. 3. t. 5. — Var. *floribus roseis, et carneis.* — *Foliis variegatis* — *scapis basi longe bracteatis* quae est. Conv. Mappii. Gmel. bad. 2. 53. Ic. Matth. com. 578. f. 3. Brunsf. herb. 1. 211. Trag. hist. 572. Fuchs. hist. 240. Tabern. ic. 734. f. 2. et 735. f. 1. Bah. hist. 3. 531. f. 3. Chabr. sciagr. 505. f. 6. et 506. f. 1. Garid. aix. 285. t. 64. Lonic. hist. 183. Ruel in Dioscorid. 346. f. 3. Camer. epit. 618. Clus pannon. 596. Lob. ic. 172. f. 2. et observ. 37. f. 1. — Var. flore rubro 175. f. 1. Dodon. pempt. 205. f. 1. Coron. 153. et Herb. belg. 217. Dalech. lugd. 838. f. 1. Moris s. 13. t. 4. f. 1. Blackw. t. 70. Ludw. ect. t. 87. Sab. hor. rom. 1. t. 5. Flor. dan. t. 854. Gaertn. fruct. t. 16. Lam. ill. t. 248. Knor. del 2. t. C. 3. Hayn. term. bot. t. 37. f. 4. Ejusd. offic. gew. 3. t. 18. Sturm. deut. fl. h. 14. Plenck ic. officic. t. 263. Jaum. S. Hil. 42. t. 7. Svens. bot. t. 9. Bull. herb. t. 219. Redout lil. t. 227. Engl. bot. t. 1035. Curt. lond. 5. t. 24. ed. Grav. 1. t. 42. Abbot. 76. t. 2. Ger. em. 410. Guimp. et Schl. t. 56. Nees Dusseld. t. 43. Schrank. flor. mon. 1. t. 41. Dietr. flor. borus. t. 33. Baxter brit. bot. 1. t. 78. Nees gener. 2. t. 61. Reich. flor. germ. t. 432. Glabra. Radix longe lateque repens implexa. Scapus usque dodrantalis et ultra superne contortus. perigonii laciniae reflexae. flores suaveolentes. Vulgaris in sylvis. senticetis et dumetis. Floret maio. Ubique culta.

aa. *Floribus tubulosis: bacca atro coerulea: caulescentes, radice tuberosa carnosa repente.*

b. *Caule tereti.*

2. MULTIFLORA. C. *Glabra caule tereti foliis alternis ovato-oblongis amplexicaulibus glabris pedunculis glabris axillaribus solitariis nutantibus multifloris floribus medio constrictis filamentis lanuginosis.*

Poligonatum. All. ped. 1. 151. Conv. latifolia Cand. fr. 3. 176. exclus. syn. Jacq. Ic. Matt. com. 621. Durante herb. 192. Clus. hist. 2. 275. Zannich. ist. t. 34. Bull. her. t. 507. Mill. ill. t. 101. f. 1. Blackw. t. 251. Hayn. term. bot. t. 4. f. 6. Eiusd. Getr. darst. 3. f. 20. Drev. et Hayn. bild. t. 52. Schk. hand. t. 97. Plenck ic. med. t. 265. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 43. Ger. em. 903. Dalech. lug. 1623. f. 1. Engl. bot. t. 279. Svens. bot. t. 392. Flor. dan. t. 152. Redout lil. t. 229. Liboschitz petersb. t. 4. Schrank. flor. mon. 2. t. 122. Van Spaendonck choix etc. t. 21. Radix dentata. Caulis bipedalis et ultra, aliquando etiam orgyalis (R. et Sch.) flores inodori albi basi dentibusque viridulis. Bacca aliquando rubra. Stamina apice tubi inserta brevissima. Stylus semiuncialis. folia nervosa. pedunculi imi aliquando in ramulum producuntur, floribus basi uni-bibracteatis. Quae faciunt Convallariam bracteatam Thom. Gaud. helv. 2. 531. — Ceterum facies C. Polygonati. floret vere exeunte. Vulgaris in sylvis, et dumetis.

bb. *Caule angulato.*

c. *Foliis verticillatis.*

3 VERTICILLATA. C. *Glabra caule angulato inferne nudo foliis lineari-lanceolatis verticillatis subtus glaucis pedunculis axillaribus aggregatis sub trifloris nutantibus corollae breviusculae dentibus apice barbulatis.*

Polygonatum. All. ped. 1. 151. Ic. Ger. em. 903. Trag. hist. 400. Fuchs. hist. 546. Lonic. hist. 170. f. 1. Dodon. pempt. 345. f. 2. Eiusd. herb. belg. 126. Valer. Cord. hist. 113. Lobel. ic. 803. f. 1. Eiusd. obs. 468. f. 3. Clus. hist. 1. 277. f. 1. Dalech. lugd. 1623. f. 2. Bah. hist. 3. 531. f. 1. Chabr. sciagr. 503. f. 4. Moris. s. 13. t. 4. f. 14. 15. Flor. dan. t. 86. Engl. bot. t. 128. Tratt. fl. a. t. 183. Redout liliac. t. 244. Lodd. bot. cab. t. 1108. Reich. flor germ. t. 435. Caulis erectus fistulosus usque bipedalis, ut plurimum humilior. Corollae breves subcylindricae albae superne virentes laciniis intus sub apice barbatis. Stamina brevia fauci inserta inclusa. Stylus brevis. Bacca globosa aliquando rubra folia terna, quaterna in apice

caulis quina vel septena acuta. Flor. vere exeunte. Amat prata et pascua lapidosa montana et alpina.

cc. *Foliis alternis.*

a. *Foliis amplexicaulibus pedunculis solitariis subunifloris glabris.*

4. POLIGONATUM. C. *Glabra caule ancipiti striato foliis alternis amplexicaulibus ovato-oblongis pedunculis solitariis subunifloris nutantibus filamentis glabris dentibus corollae apice puberulis.*

Polygonatum officinale All. ped. l. c. P. vulgare. Redout. lil. t. 258. P. uniflorum St. Hilair. fl. ger. 4. t. 366. P. anceps. Moench. meth. 637. Convallaria angulosa. Lam. fr. 3. 268. C. latifolia Savi bot. etr. 2. 222. Ic. Ger. em. 904. Woodv. med. bot. t. 44. Dodon pempt. 345. f. 1. et Purg. 77. et Herb. belg. 125. Brunff. herb. 3. 92. Fuchs. hist. 385. Trag. hist. 399. Lonicer. hist. 170. f. 2. Valer. Cord. hist. 115. Lobel. ic. 657. f. 1. Ejusd. obs. 361. f. 2. Clus hist. 1. 277. f. 1. Eiusd. pan. 264. Camer. epit. 695. Tabernam. ic. 756. f. 1. et 755. f. 2. Bah. hist. 3. 529. f. 1. Chabr. sciagr. 505. f. 1. Moris. 13. t. 4. f. 5. Barrel. ic. 711. f. 1. Sab. hor. rom. 1. t. 7. Ludw. ect. t. 47. Fl. dan. t. 77. Knor. del. 2. t. P. 4. Jeaum. s. Hil. t. 3. Hayn. getr. darst. 3. t. 19. Plenck ic. med. t. 264. Svens. bot. t. 41. Hook. lond. t. 58 ed. Grav. 4. t. 44. Engl. bot. t. 280. Nees dusseld. t. 44. Reich. fl. germ. t. 433. Radix carnosa alba dentata. Caulis superne flexuosus inclinatus pedalis et ultra. folia disticha nervosa subtus glauca. Pedunculi raro geminati. Cor grandiusculae oblongae albae basi apiceque virentes, suaveolentes, laciniis barbatis. filamenta longitudine antherarum, medio tubi inserta antheris ultra laciniarum basim prominulis. Stylus semiuncialis. Floret maio. ubique in sepibus., dumetis etc. praesertim collinis. et montanis.

dd. *Foliis brevi petiolatis pedunculis axillaribus multifloris pubescentibus.*

5. LATIFOLIA. Jacq. a. 3. 18. t. 232. C. *Caule angulato foliis alternis ovato-oblongis acuminatis brevi petiolatis glabris vel subtus pubescentibus filamentis glabris pedunculis axillaribus 1-4floris pubescentibus.*

Ic. Chabr. sciagr. 505. f. 2. Dodon. pempt. 346. f. 1. Schrank. flor. mon. 2. t. 173. Reich. flor. germ. t. 434. Ceterum similis Conval. Polygonato. Circa *Montemregalem.*

Convallariae majalis flores fragrantes nervis amici, succurrunt in nervorum doloribus, et distensionibus. ideo in syncope, paralysi, cephalalgia et infirmitate memoriae utiles. alvum quoque sollicitant. vires eorum spiritu vini extrahendae. Flores siccati et pulverati in nares attracti sternutationem vehementem faciunt. Baccae subamarae sunt utiles in epilepsia aliisque nervorum distensionibus. in febribus intermittentibus ac helminthiasi: etiam sternutatoriae sunt.

## 431. STREPTOPUS.

AMPLEXIFOLIUS Cand. fr. 3. 174. Str. *Herba perennis radice tuberosa usque tripedalis caule glauco flexuoso tereti fistuloso superne dense folioso, ramosoque ramis dichotomis foliis sessilibus amplexicaulibus cordato-oblongis integerrimis glabris subtus glaucis supremis minoribus pedunculis axillaribus solitariis unifloris folio brevioribus medio geniculato-refractis floribus ochroleucis vel extus carneis laciniis lanceolatis apice recurvis baccis subrotundis rubris seminibus subsigmoideis sulcatis luteolis.*

Str. distortus. Coll. h. p. ped. 3. 338. excl. syn. Mich. Str. amplexicaulis Poir. enc. 7. 667. Sturm. deut. fl. heft. 41. Convallaria dichotoma. Cand. fr. 3. 309. Uvularia amplexifolia Lin. sp. 436. Waldst. et Kit. hung. t. 167. U. amplexicaulis. Mill. dict. n. 1. Ic. Matt. com. 738. f. 2. Camer. epit. 936. Tabern. ic. 736. f. 2. 737. f. 1. Dodon. pempt. 346. fig. 2. Dalech. lugd. 207. f. 1. Clus. hist. 1. 276. f. 2. Ejusd. pan. 256. Bah. hist. 3. 330. f. 1. Chabr. sciagr. 505. f. 3. Barrel. ic. t. 719. 720. Moris hist. s. 13. t. 4. f. 11. Lam. ill. t. 247. Durant. herb. 248. Redout. lil. t. 259. Trattinich. tabul. t. 574. Hayn. termin. bot. t. 32. f. 3. Dietr. flor. bor. t. 38. Nees gener. 2. t. 39. Reich. flor. germ. t. 431. Radix repens. fl. suaveolentes. Bacca exsucca ovato-triquetra: stamina brevissima. Herba facie quo-

dammodo refert Convallariam Polygonatum. Fl. aest. In sylvis umbrosis alpium. Rami non raro prostrati. Valde adstringens sistit haemorrhagias passivas, alvi fluxus, et fluorem album mulierum, quod jam Dioscorides adnotavit (mat. med. lib. 4. cap. 44. tom. 1. 589. ed. Spreng.) Curtius Sprengel idem esse Streptopum distortum Mich. ac. Str. amplexifolium scribit (com. in Dioscorid. 2. 592). Quod probabili conjectura verum est.

## 452. APHYLLANTES.

MONSPELIENSIS. A. *Herba perennis aphylla radice repente scapis numerosis striatis firmis teretibus nudis basi squamis membranaceis linearibus acutis canaliculatis obvallatis floribus paucis fasciculato-capitatis corollis albis vel caeruleis calyce longioribus antheris caeruleis.*

Ic. Lobel. ic. 554. f. 2. Ejusd. advers. 190. f. 2. Tabernam. ic. 284. f. 2. Bah. hist. 5. 556. f. 1. Moris. s. 5. t. 25. f. 12. Tournef. inst. t. 430. Lamar. ill. t. 252. Boiss. fl. eur. t. 244 Bot. magaz. t. 1152. Redout. liliac. t. 483. Lodd. bot. cab. t. 1503 Schnizl. ic. 1. t. 55. d. Reich. fl. germ. t. 418. Flores aliquando solitarii vel gemini. Fl. aest. In pascuis siccis agri *nic.*

## 453. JUNCUS.

a. *Calamo 2-3floro; seminibus utrinque appendiculatis: radice perenni repente.*

b. *Calamis basi nudis.*

1. TRIFIDUS. J. *Radice repente caule filiformi nudiusculo basi squamato squamis supremis foliaceo-mucronatis foliis floralibus ternis canaliculatis elongatis filiformi-subulatis vaginis ciliato-laceris floribus solitariis vel ternis pedunculatis capsulis longe rostratis.*

S. Hostii. Tausch. bot. zeit. 17. 2. 518. J. monanthos. Jacq. enumer. 61. et 266. t. 4. f. 1. Host. gram. aus. 3. t. 85. Sturm. deut. fl. hef. 71. Flor. dan. t. 16. 91. Ic. C. Bah. prodr. 22. Theat. 185. J. Bah. hist. 2. 522. Gessn. fas. 14. t. 4. f. 16. Krok. sil. 1. t. 48. Lightfoot. scot. t. 9. f. 1. Flor. dan. t. 107. Engl. bot. t. 1482. Svens. bot. t. 727. Reich. fl. germ. t. 594. Glaber. Radix horizontalis nodosa nigra Calami caespitosi teretes usque dodrantales basi sub bulbosi. flores aliquando sessiles, aliquando 4. Sepala ferruginea margine membranacea. Capsula trigona obtusa, sepala superans, fusca. fasciculifoliorum steriles. Fl. aest. In pascuis summarum alpium. Alpicolae dicunt *Pane di Marmotta.*

bb. *Calamis basi foliosis.*

2. TRIGLUMIS. J. *Calamo tereti basi foliato foliis semiteretibus strictis floribus ternis quinisve sessilibus bracteas obtusiusculas aequantibus capsula oblonga obtusa florem obtusiusculum superante filamentis anthera multoties longioribus, radice fibrosa.*

Schoenus ferrugineus. Huds. angl. ed. 1. 14. Ic. Moris. s. 8. t. 12. f. 40. Rudb. elys. 1. 105. f. 8. Lin. flor. lap. 8. t. 10. f. 5. Reliq. rudbek. 24. f. Engl. bot. 799. Ligthfoot scot. t. 9. f. 2. Flor. dan. t. 132. Sturm. deut. fl. hef. 28. Host gr. a. 3. t. 92. Svens. bot. t. 497. f. 3. Hoppe anleitung. t. 2. Reich. fl. germ. t. 592. Herba usque semipedalis glabra. Radix subrepens. Caules caespitosi. folia radicalia multa. Caulina 2-3imo cauli inserta omnia apice saepe sphacelata vaginantia vaginis ferrugineis apice bidentatis. Bracteae tres ovatae vel ellipticae dorso ferrugineae margine membranaceae capitulum amplum subaequantes, duae subaequales altera aliquando apice foliosa lineari-subulata interiore minore. Capsula ferruginea. Semina ovata tunica membranacea laterali utrinque accuminata. Fl. aest. In editissimis pratis humidis alpinis, ibique ad scaturigines fontium: in monte *Cenisio*, in monte *Rosa*, *Turlo* etc.

aa. *Glomerulis capitatis.*

b. *Seminibus utrinque appendiculatis: radice repente.*

3. JACQUINI. J. *Calamo nudo tereti basi vaginato vaginis mucronatis superne unifolio canaliculato capitulum terminale fastigiatum multiflorum pedunculatum superante bracteis flore acuto brevioribus sepalis lanceolatis acutis exterioribus longioribus capsula prismatica obtusa trisulca emarginata dimidio brevioribus stigmatibus longe

*exsertis filamentis anthera dimidio brevioribus.*

J. atratus Lam. enc. 3. 271. *J.* biglumis Jacq. vind. 237. t. 4. f. 2. Ic. Scheuz. agr. t. 7. f. 9. Ejusd. iter. t. 3. f. 2. Host. gram. aust. 3. t. 93. Sturm. deut. fl. heft. 71. Jacq. a. t. 221. Reic. flor. germ. t. 392. Facies Schoeni nigricantis. Herba glaberrima vix spithamea pulchre virens rigida calamis caespitosis erectis cylindricis striatis seriatis. Vaginae flavo-ferrugineae imae minores. Sepala ferruginea nitida. stigmata purpurea. valva altera aliquando acuminato-setacea. Fl. aest In pascuis uliginosis alpium: in monte *Cenisio*: in alpibus di Grassoney et Ussey: in alpibus di *Rima* agri *novar.* etc.

bb. *Seminibus exappendiculatis.*

c. *Triandri.*

d. *Radice annua.*

4. CAPITATUS. Weig. observ. botan. 30. t. 2. f. 5. J. *Calamo aphyllo filiformi angulato foliis radicalibus lineari-setaceis canaliculatis glomerulis paucis 1-3secundo tertiove pedunculatis 1-3floris folio florali filiformi elongato sepalis acuminato-cuspidatis interioribus brevioribus capsulam subgloboso-trigonam retusam rostellatam excedentibus.*

*J.* ericetorum. Pollich. pal. 1. 351. J. gracilis. Roth. tent. 2. 1. 402. J mutabilis Cavan. ic. et descr. 3. 49. t. 296. f. 2. *J.* stellatus Soland. *J.* tenellus. Van Geuns. ap. Vauhall. fl. belg. sept. 290. *J.* triandrus. Gouan. monsp. 23. Schoenus minimus. Forst. in Sym. syn. 197. Schoenus ferrugineus Krok. sil. 1. t. 8. Ic. Bah. hist. 2. 523. Sturm. deuts. fl. hef. 413. Reich. flor. germ. t. 391. Engl. bot. t. 2644. Fl. dan. t. 1690. Schk. hand. t. 98. 6. Chabr. sciagr. 197. f. 4. Calami ut plurimum caespitosi vix palmares basi foliosi. folia margine membranacea calamo triplo breviora, filamenta brevissima. stamina aliquando sex ut in *J.* mutabili Cav. semina minima oblonga striata. Fl. vere. Circa *Giaveno* locis uliginosis: et inter *Cagne* et *Antibes* folia floralia (bracteae) aliquando bina sunt.

dd. *Radice perenni fibrosa.*

5. ULIGINOSUS. Roth. fl. germ. 2. 405. J. *Calamo filiformi foliato basi bulboso radicante ascendente foliis setaceis subnodulosis glomerulis paucifloris subcorymbosis subdichotomis capsula obtusa sepala acuta aequalia excedente floribus triandris filamentis antheram aequantibus.*

J. bulbosus. Lin. sp. ed. 1. 327. J. verticillatus. Pers. syn. 1. 384. J. stolonifer. Wohleb. Hal. sup. 13. J. fasciculatus Sckran. bayer flor. 1. 616. 22. 360. J. alpinus Fries. nov. flor. svec. 32. J. setaceus Van. Hall. app. 12. J. capitatus Schk. hand. t. 98. 6. — Var. *caule viviparo.* Qui est J. supinus Moench. hass. 296. t. 3. Fl. dan. t. 1099. J. nodulosus Fries J. c J. ericetorum. Krok. sil. n. 542. J. triandrus Will. cat. Strasb. 81. cum ic. T. subverticillatus Wulf. in Jacq. collect. 3. 51. Host. gr. a. 3. t. 88. J. setifolius Ehrh. calam. 86. J. fluitans Lam. enc. 3. 270. J nigritellus Koch syn. ed. 1. Sturm. deut. fl. hef. 78. Ic. Scheuz. agr. t. 7. f. 10. Fl. dan. t. 817. Moris s. 8. t. 9. f. 3. 4. Engl. bot. t. 801. Reich. fl. germ. t. 397. Sturm. h. h. t. 13. Herba mire variabilis, unde perperam in multas species discerpta est. Cf. R. Sch. syst. 7. 209. 210. Calami caespitosi nodosi articulati inferne radicantes erecti vel prostrati vel fluitantes plerumque humiles in solo coenoso, et turfaceo in paludibus pedales, et ultra, saepe sursum proliferi. folia non raro enodia, omnia breviora calamis. Flores aliquando vivipari. Spatha bivalvis valvis brevibus inaequalibus inferne membranaceis apice foliiformi subulato. bracteae aliquando apice subulatae fasciculo longiores. Sepala striata viridiuscula. Stamina aliquando sex. Fl. vere et aest. In valle *Vegezzo* supra *Craveggio* in agro *nov.*

cc. *Hexandri.*

d. *Calamo aphyllo: radice perenni repente.*

e. *Spathae valva longiore inermi*

6. FILIFORMIS. *J. Glaber calamo filiformi nutante basi vaginato vaginis subfoliiferis spathae valva altera longissima filiformi altera brevissima scariosa apice viridi-setacea glomerulo laterali paucifloro sepalis acutis capsulam subglobosam mucronatam aequantibus, stylo sub nullo.*

Variat *vaginis aphyllis.*

Ic. Pluk. phyt. t. 40. f. 8. Scheuz. agr. t. 7. f. 11. Host. gram. aus. 3. t. 84. Leers herb. t. 13. f. 4. Smith. spicil. 2. 3. Roem. fl. eur. fas. 2. Stur. deut. fl. hef. 9. 36. Svens. bot. t. 479. f. 4. Fl. dan. t. 1207. Engl. bot. t. 1773. Barrel. ic. t. Reich. fl. germ. t. 412. 204. f. 2? Calami fistulosi usque pedales pulchre virentes cernui. Vaginae fuscae ima aliquando in folium mutata. Glomeruli in medio calami ramis bifloris. Sepala éxteriora longiora dorso virentia marginibus scariosis. Bracteae ovato-lanceolatae. Stigmata rosea. Stamina sepalis dimidio breviora. Fl. aest. In pratis et pascuis humidis spongiosis alpium: in alpibus di *Ussey* in alpibus agri *monregal.* Supra Tenda et *Entradve*: in pascuis humidis agri *novar.* praesertim *S. Petri di Morezzo* vulgaris etc.

ee. *Spathae valva longiore mucronato-pungente.*

7. ARTICUS. W. Sp. 3. 206. J. *Glaber calamo crasso rigido tereti erecto vaginis radicalibus apyllis glomerulo laterali submultifloro sepalis lanceolatis exterioribus longioribus acutis interioribus obtusiusculis spathae valva longiore mucronato-pungente recta capsula subtrigona mucronata obtusa brevioribus radice lignosa articulata, stylo manifesto.*

J. acuminatus. Balb. add. 37. J. effusus b. Lin. fl. svec. ed. 2. 111. J. Jacquini. Fl. dan. t. 1095. Ic. Sturm deut. fl. heft. 71. Svens. bot. 479. f. 3. Reich. flora germ. t. 410. Curt. lond. 3. t. 132. Nees gener. 2. t. 29. Caules caespitosi palmares usque pedales sterilibus intermixtis subulatis mucronatis. Spathae valva longior vix pollicem excedit altera minima lanceolata scariosa. Bracteae sub quovis flore geminae ipso valde breviores scariosae. Sepala fusco-ferruginea dorso viridia margine albida. Fl. aest. Legi in summo monte *magni S. Bernardi* locis frigidis ad rivulos, et scaturigines fontium.

dd. *Foliis teretibus nodosis.*

8. NODOSUS. J. *Calamo tereti fistuloso foliato glomerulis paucis globoso-capitatis multifloris sepalis subulatis rigidis capsulam triquetram acuminatam aequantibus.*

Spreng. syst. 2. 106. Stirps apud nos valde dubia. Exemplar quod extat in herbario Birolii qui scribit vulgarem esse in oryzetis definitur a Colla herb. ped. 5. 466. —*Calamo teretiusculo simplici foliato foliis teretibus crebre nodosis erectis acuminatis basi longe lateque vaginatis florali flores superante glomerulis paucis lateralibus subglobosis 2-4floris floribus lanceolatis rigidis setaceo mucronatis capsula triquetra acuminata longioribus.*

Haec species videtur distincta ab americana Muhlembergii et Linnaei, unde novam fere censeo, et Birolio dico — I. *Birolii* — Ego qui in oryzetis agri *bugellensis* et vercellensis herbas multoties legi, numquam vidi.

aaa. *Floribus cymoso-paniculatis. radice perenni repente. Hexandri.*

b. *Calamo aphyllo.*

c. *Capsula papilla terminata.*

9. EFFUSUS. J. *Calamo tereti laevi viridi stricto farcto vaginis radicalibus aphyllis panicula laterali patente decomposita effusa floribus subtriandris capsula obovata impresso-retusa sepalis acutis breviore styli basi abbreviata foveolae insidente terminata, spatha subunivalvi elongata.*

Ic. C. Bah. theat. 182. f. exter. Moris. s. 8. t. 10. f. 4. Lobel ic. t. 84. f. 85. 2. Ejusd. observ. 43. f. 2. 3. Chabr. sciagr. 196. f. 4? Bah. hist. 2. 520. f. 1. Park. theatr. 119. Dodon. pempt. 605. f. 2. et Frum. 284. Leers herb. 88. t. 13. f. 2. Host. gr. a. 3. t. 84. Svens bot. t. 413. Sturm. deut. fl. hef. 16. 71. t. 489. f. 1. Engl. bot. t. 836. Flor. dan. t. 1096. Reich. fl. ger. t. 110. var. *Corymbo contracto globoso densifloro capsula styli basi mamilla elevata insidente terminata calamo subtiliter striato* est J. conglomeratus. Lin. sp. 464. Ic. Matt. com. 664. f. 1. Chabr. sciagr. 196. f. 3. Moris. l. c. t. 10. f. 7. Durant. herb. 214. Camer. epit. 780. c. Bah. theatr. 123. Bah. hist. 2. 520. f. 2. Lobel ic. 81. f. 3. Leers herb. t. 13. f. 1. Lam. ill. t. 250. f. 1. Host. gr. a. 3. t. 82. Svens bot. t. 479 f. 2. Engl. bot. t. 835. Flor. dan. t. 1094. Sturm. deut. fl. hef. 16. 71. J. conglom. Schubert naturges t. 18. f. 10. — Radix parce repens fibris descendentibus lanuginosis. Caules caespitosi caespitibus

magnis duris. Caules medulla continua farcti usque bipedales sterilibus intermixtis mucronato-pungentibus. Vaginae ferrugineae. Spatha longior calami continuatio potius dicenda est longissima apice mucronato-pungens ejusdem formae ac calamus. Bracteae sub quovis florae geminae scariosae ferrugineae ovato-lanceolatae brevissimae. Sepala aequalia pallide virentia exteriora uninervia interiora binervia. Stamina aliquando tria. In meis exemplaribus vaginae sunt apice rotundatae retusae terminatae pilo luteolo 3-4lineas longo. Capsula obovata exquisite triquetra lateribus demum excavatis angulis marginatis sicca sepalis aliquando brevior, ut plurimum tamen longior. panicula vel corymbus lateralis in uno eodemque caespite vel subglobosus densiflorus contractus est, vel latior effusus patens decompositus. Caules semper laeves etiam hyeme. Basis styli persistentis vel mammillae insidet, vel etiam foveolae pro aetate praesertim apex capsulae depressus est, si sepala capsula longiora sunt. Semina ovoidea straminea nitentia laevia exarillata minima basi apiceque appendiculata appendicula fusca. Vulgatissimus ubique in palustribus, fossis, oryzetis, rivulis etiam montanis sub utraque forma. ex observationibus saepe repetitis compertum habeo unam formam in alteram transire. Calamum tamen namquam striatum vidi Fl. aest.

cc. *Capsula rostellata.*

10. GLAUCUS. Ehrh. beitr. 6. 83. J. *Calamo tereti profunde striato glauco dissepimentis medullae transversis panicula laterali erecto-patula floribus hexandris capsula oblongo-trigona obtusa mucronata sepula aequante spatha subunivalvi longissima inflexa.*

J. inflexus. All. ped. 2. 215. Leers. herb. t. 13. f. 5. J. de Angelisii Tenor. neap. 3. 380. tab. 227. f. 2. J. depauperatus. Eiusd. viaz. 62. J. effusus. Pollic. palat. 1. 345. J. tenax Poir enc. sup. 3. 34. J. diaphragmaticus. Brot. fl. lus. 611. Certo huc trahendus et mea quidem sententia huc facit J. fistulosus. Guss. fl. sic. prodr. 1. 451. Ic. Ger. hist. 35. Dodon. pempt. 605 f. 2? Bah. hist. 2. 521? Lob. ic. 85. f. 5. Moris. s. 8. t. 10. f. 13. C. Bah. theat. 184. Barrel. ic. 204. f. 1. 2. Host. gr. a. 3. t. 81. Svens. bot. t. 489. f. 3. Engl. bot. t. 665. Fl. dan. t. 1159. Sturm. deut. flor. hef. 16. 71. Reich. fl. germ. t. 413. Radix fusca. Herba glauca calami caespitosi rigidi tenacissimi usque bipedales sterilibus mucronatis intermixtis. Panicula supra medium calami decomposita. Sepala lineari-lanceolata dorso viridia ceterum ferruginea. Stamina aliquando tria. Vaginae calami aphyllae ferrugineae. Ceterum similis J. effuso. Fl. aest. Vulgaris in pascuis, et pratis humidis et spongiosis, et fossis, et oris paludum locisque inundatis.

bb. *Foliis teretibus.*

c. *Articulato-nodosis.*

d. *Calamis foliisque compressis sepalis externis acuminatis.*

11. ACUTIFLORUS. Ehrh. beitr. 6. 86. J. *Calamo foliato subascendente foliis 2-3tereti-compressis nodulosis strictis panicula terminali patente decomposita floribus subaggregatis sepalis acuminato-aristatis interioribus longioribus apice-recurvis, capsulam ovatam acuminatam subaequantibus.*

J. striatus Tenor. neap. 3. 382. J. articulatus g. Lin. sp. pl. 465. J. subnodulosus Schkr. bayer fl. 1. 616 J. sylvaticus. Reich. fl. moeno franc. 2. 181. J. lamprocarpos Ehrh. cal. n. 126. Engl. bot. t. 2143. J. squarrosus. All. ped. 2. 215. J. nigritellus Engl. bot. t. 2643. J. polycephalus Smit. engl. fl. 2. 177. J. Fontanesii. R. Sch. syst. 7. 205. J. ascendens. Host. gr. a. 3. t. 87. J. aquaticus Roth. tent. 2. 405. J. macrocephalus. Viv. fl. cors. diagn. s. J. tricephalus Gay. ap. Laarp. monogr. in mem. de la soc. d'hist. natur. 3. 152. J. tricocephalus La Harp. in bullet. des scien. natur. 1828. J. atratus Krok. sil. n. 559. var. *floribus atris maioribus.* Quorsum spectat J. melananthos. Reich. excurs. 96. J. heptangulus. Peterman. juxta eundem. — Var. *Sepalis exterioribus sub apice mucronulatis* est. J. alpinus. Vill. delph. 2. 233. qui est. J. fusco-ater Sch. apud Schw. et Kort. fl. erlang. 149. J. ustulatus. Hop. anleit. 30. cum ic. J. nodulosus Whalemb. upsal. 114. J. alpestris Hartm. scand. ed. 1. 141. et J. rariflorus

Ejusd. l. c. Apud. R. et Schult. de hac specie et affinibus et varr. multa confusio est. Ic. C. Bah. prodr. 12. Ejusd. teatr. 71. Leers. herb. t. 13. f. 6. Fl. dan. t. 2122. Nees gener. 2. t. 29. Reich. fl. germ. t. 406. Caules caespitosi basi squamati squamis mucronatis pedales et ultra basi in coeno proliferi et radicantes. Sepala lanceolata exteriora in nostris paulo longiora in anthesi patula demum conniventia viridula demum fusce ferruginea. Antherae albae. Herba glabra vulgatissima apud nos in pratis rubricosis, et spongiosis humidis. Fl. aestate.

dd. *Calamis foliisque teretibus sepalis omnibus obtusis.*

12. OBTUSIFLORUS. Ehrh. beitr. 6. 83. J. *Calamo foliato foliisque nodulosis strictis paniculae decompositae ramis divaricatis refractis floribus aggregatis sepalis obtusis capsulam trigonam rostellatam acutam subaequantibus.*

J. Nesii Heller. fl. wirceb. sup. 27. J. bifolius. Hopp. taschen. 1810. J. retroflexus Rafin. dan. 1. 485. J. divergens. Koch. et Ziz. Catal. plant. palat. 19. J. sylvaticus. Host. gr. a. 3. t. 86. J. divaricatus Wolf. in Holl. l. c. J. aquaticus. All. ped. Ic. Engl. bot. t. 2144. Svensbot. t. 615. Flor. dan. t. 1872. Sturm. deut. flor. hef. 18. t. 77. Reich. fl. germ. t. 404. Habitus praecedentis Calami longiores. Spatha ut in illo, bivalvis valvis inaequalibus desinentibus in folium subulatum panicula brevius. flores minores. Sepala dorso virentia ceterum roseo-viridia marginibus albo-scariosis. semina 8-10minuta. Herba glabra ante anthesim albida, demum glauco-virens. Fl. aest. Vulgaris ad fossas paludes in solo spongioso, turfaceo, argilloso, coenoso.

a. *Foliis enodibus, seminibus utrinque appendiculatis.*

13. MARITIMUS. Lam. enc. 3. 264. J. *Calamo basi foliato foliis teretibus enodibus floralibus pungentibus, panicula supra decomposita patente erecta sepalis acutis interioribus obtusis capsulam obtusam mucronatam ellipticam aequantibus seminibus utrinque appendiculatis.*

J. acutus b. Lin. sp. 464. J. rigidus Desfon. atl. 1. 312. Ic. Moris. s. 8. t. 10. f. 14. Sturm. deut. fl. hef. 71. Host. gr. a. 3. t. 80. Reich. fl. germ. t. 402. Engl. bot. t. 1725. Fl. dan. t. 1589. Folia calamum subaequantia basi dilatata in vaginam rubidam. Paniculae pedunculus unus alterve valde elongatus iterum paniculam fert. Sepala lanceolata viridia marginibus scariosis. Capsula triquetra. Ceterum similis sequenti. floret vere exeunte. In fossis prope litus maris: in agro *nic.* et *ligustico*: a *Nicaea* ad *Varum*: prope *Spediam et Sarzanam.*

ccc. *Calamis aphyllis, basi non foliosis.*

14. ACUTUS. J. *Glaber glaucus calamis teretibus foliisque mucronato pungentibus paniculo compacta erecta sepalis interioribus obtusiusculis capsula ovata maiuscula acuta brevi mucronata dimidio brevioribus seminibus utrinque appendiculatis.*

Ic. Barrel. ic. 203. f. 2. bona. Moris. s. 8. t. 10. f. 13. C. Bah. prodr. 21. theatr. 173. J. Bah. hist. 2. 520. mala Chabr. sciagr. 196. f. 1. mala. Host. gr. a. 4. t. 97. Engl. bot. 1614. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 71. Reich. fl. germ. t. 401. Caules 1-3pedales. Spathae valde inaequales omnes apice mucronato spinosae pungentissimae inferne lanceolatae canaliculatae striatae altera elongata panicula ut plurimum longiore, altera breviore. flores fasciculati 4-6 in apice pedunculi. subquovis flore bracteae geminae sepalis subaequales scariosae lanceolatae pallide ferrugineae. Sepala interiora apice dilatata rotundata emarginata. Anthela facie refert illam Sorghi vulgaris. fl. vere exeunte. In fossis et palustribus litoris maris *nic.* et *ligustici.*

bbb. *Foliis canaliculatis, aut planiusculis.*

c. *Radice perenni repente.*

16. BULBOSUS. J. *Glaber calamo foliato compresso basi bulboso foliis linearibus canaliculatis panicula terminali erecta decomposita spicata floribus solitariis remotis sepalis obtusiusculis capsula mucronata oblonga obtusa trigona brevioribus.*

J. compressus Jacq. enum. 60. Hor. vind. t. 235. I. coenosus. Bichene trans. soc. lin. 12. 309. Engl. bot. t.

268. J. attenuatus. Vivian. fl. cors diagn. 5. J. Gerardi. Lois. not. 60. J. botnicus. Whalemb. lap. 82. t. 5. J. consanguineus. Koch. et Ziz. cat. plant. pal. et 8. 19. Ic. Barrel. ic. 114. f. 1. et 747. f. 1. Zannichel. ist. 148. f. 1. Host. gr. a. 3. t. 89. Leers herb. t. 13. f. 7. Engl. bot. t. 934. Fl. dan. t. 431. Bah. hist. 2. 522. f. 3. Moris. s. 8. t. 9. f. 11. Schimdt. 12. t. 5. f. 13. Lam. ill. t. 250. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 9. t. 36. Reich. fl. germ. t. 399. et t. 817. Caules caespitosi inaequales palmares raro in luxuriantibus usque semipedales superne nudiusculi tenaces. folia calami pauca, ut plurimum unicum, omnia vaginata vagina margine scariosa apice biauriculata. flores bibracteati sursum secundi. Spatha bivalvis valvis foliiformibus paulo inaequalibus longiore paniculam ut plurimum superante. sepala oblonga obtusa. Capsula rubido-ferruginea laevis nitens. antherae albae. floret aest. Vulgaris in pascuis alpinis, montanis, collinis, etiam planitei, etiam circa domus et in impluviis. Nomen Linnaei neutiquam ineptum. In exemplaribus enim quae legi heic Verroni vaginae foliorum radicalium speciem bulbi faciunt ad basim calamorum ut Ranunculi bulbosi. Calami compressiusculi.

cc. *Radice perenni fibrosa.*

16. SQUARROSUS. J. *Glaber rigidus glaucus calamo stricto subangulato aphyllo basi vaginis foliorum incluso foliis radicalibus linearibus angustissimis strictis numerosis panicula erecta simplici vel composita ramis cymoso-corymbosis sepalis acutis capsulam obovatam obtusam aequantibus.*

J. Sprengelii W. prodr. n. 594. t. 4. f. 8. Ic. C. Bah. theat. 73. Lob. ic. 18. f. 1. Moris. s. 8. t. 9. f. 15. Tabernam. ic. t. 244. f. 1. Loes. prus. t. 29. Fl. dan. t. 430. Hook. sil 1. t. 47. Sturm. deut. fl. hef. 9. t. 36. Reich. flor. germ. t. 400. Engl. bot. t. 933. Radix sublignosa ramis fuscis. Caules caespitosi spithamei usque pedales. folia glauco-virentia calamo longe breviora densum caespitem faciunt. Vaginae fuscae striatae laxae Ligula nulla. Spatha bivalvis valvis brevibus, valva longiore acumine foliaceo brevi. flores in paniculae ramis rari magni. Sepala ferruginea carinata nitida exteriora acutiuscula quidquam longiora. filamenta brevia. Antherae lineares elongatae. stigmata purpurea. capsula fusca nitida obovata. Semina parva gibba rugulosa striata hinc concava. Fl. aest. Locis udis spongiosis alpinis, et montanis passim.

ccc. *Radice annua.*

d. *Corymbo decomposito, floribus fasciculatis.*

17. FASCICULATUS. Bertol. flor. ital. 4. 190. J. *Calamo subnudo foliis linearibus canaliculatis corymbo decomposito floribus subternis fasciculatis alaribus terminalibusque sepalis exterioribus longioribus acuminatis interioribus brevioribus obtusiusculis omnibus capsulam oblongam obtusam superantibus.*

J. insularis. Vivian. fl. cors. diagn. 5. J. mutabilis. Sav. fl. pis. 364. j. hibridus. Broter. lus. 1. 513. Ic. Barrel. ic. 95. Chabr. sciagr. 197. f. 3. Calami caespitosi vix spithamei. Spatha bivalvis terminalis foliformis corymbum aliquando superat. Sepala scariosa dorso viridi. Capsula trigogna straminea. Semina minutissima linearia numerosissima. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria* locis spongiosis hyeme inundatis. etiam facie diversus a bufonio quamquam illi affinis est. Mihi videtur optimam speciem sistere, quamvis Kochius, et Laharpius var. bufonii habeant.

dd. *Corymbo dichotomo spicato floribus alternis remotis.*

e. *Capsula oblonga.*

18. BUFONIUS J. *Calamo subramoso foliis lineari-filiformibus canaliculatis panicula dichotoma decomposita floribus spicatis solitariis subsessilibus remotis sursum secundis sepalis acuminatis capsulam olongo-trigonam obtusam superantibus.*

J. ambiguus Guss. fl. sic. prodr. 1. 435. mihi videtur. var. *glauca sepalis capsulam aequantibus exterioribus acutis.* — Ic. Ger. em. 4. Sturm. deut. fl. 49. 36. Lob. ic. 18. f. 2. Tabernam. ic. 225. f. 2. Bah. hist. 2. 510. f. 2. C. Bah. theatr. 100. Moris. s. 8. t. 9. f. 14. Barrel. ic. t. 263. 264. Leers. herb. t. 13. f. 8. Lam. ill. t. 250. f. 3. Gaertn. fruct. t. 13. Engl. bot. t. 802. Fl. dan. t. 1398. (Ic. Matth.

com. 028. f. 1. et Dalec. lugd. 1188. f. 1. omnino alienae sunt et neutiquam huc referendae). Schk. hand. t. 98. a. Nees gen. 2. t. 29. Host. gram. a. t. 290. Reich. fl. germ. t. 395. Explorat. del Algerie t. 43. Herba ut plurimum apud nos rubida, vel ferruginea, vix dodrantalis plerumque spithamea. caules caespitosi. flores aliquando gemini, aliquando vivipari. Ceterum ut prioris. fl. aest. Vulgatissimus locis hyeme inundatis, in ericetis humidis rubricosis etc.

ee. *Capsula subrotunda.*

19. Tenageia. J. *Calamo subramoso foliato gracili foliis angustissimis planiusculis abbreviatis paniculae ramis elongatis floribus spicatis remotis sepalis ovatis acutis capsulam subglobosam aequantibus.*

J. Vaillantii. Thuill. par. 1. 177. J. gracilis. Lejz. spa. 166. et mea sententia etiam J. sphaerocarpus Nees ab Esemb. conf. Funk. in regens. bot. zeit. 1818. 321. qui non differt nisi *sepalis capsula longioribus* Ic. Vaill. paris. t. 20. f. 1. Optima. Barrel. ic. 747. f. 2. fere mala. Host. gr. a. t. 91 Fl. dan. t. 116. Sturm. deut. fl. 3. t. 10. Dreves 3. t. 97. Reich. fl. germ. t. 416. Capsula ferrugineo-rubella. Semina omnino diversa ab illis J. bufonii. Ceterum similis. etiam facie prima fronte facile dignoscitur. Fl. cum priore. Vulgaris apud nos. Legi in ericetis rubricosis humidis, *Bennae* et *Verroni*: in agro *taur.* circa *Albam* etc. Sed herba omnino vulgatissima est.

## 454. LUZULA.

a. *Floribus corymbosis: pedunculis subunifloris.*

b. *Radice fibrosa.*

c. *Sepalis capsula brevioribus.*

1. vernalis. Cand. fr. 3. 160. L. *Foliis lanceolato-linearibus ciliato-barbatis corymbo decomposito patente refractoque pedunculis unifloris nutantibus sepalis acutis capsula obtusa brevioribus seminis arillo producto uncinato.*

L. pilosa. W. enum. 1. 394. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 35. Luciola Smit. Engl. fl. 2. 178. Juncus pilosus. L. sp. 466. Engl. bot. t. 736. Leers. herb. t. 13. f. 10. Host. gr. a. 3. t. 100. ubi perperam pingit semen exarillatum. Ic. Svens. bot. t. 444. Calami caespitosi vix dodrantales. folia radicalia latiora et longiora. Caulina breviora. Corymbus terminalis. flores alares subsessiles. spatha bivalvis foliiformis brevior corymbo. flores bibracteati bracteis ovatis scariosis sepalis multo brevioribus. sepala ferruginea margine albo-scariosa exteriora acuminato-aristata paulo longiora. Capsula ovoideo-trigona obtuse angulata subrostellata. Arillus linearis albus. Caruncula oblongo-lanceolata longitudine seminis. Quae apud nos vivit habet spatham unam aliquando valde longiorem corymbum aequantem: pedunculos sub medio bracteatos bractea scariosa dentato-aristata, rubida ora barbata, sub perigonio flores utrinque bibracteatos bracteis scariosis albis exteriore maiore, antheras oblongo-lineares luteas, stigmata elongata spiraliter contorta luteovirentia erecta flexuosa. radix etiam surculosa est: filamenta brevissima antherae tetragonae longissimae obtusae. fl. primo vere. Vulgaris ubique in sepibus dumetis senticetis, sylvis praesertim montanis et collinis. varietatem vel speciem diversam legi in senticetis montosis circa urbem, quae tardius floret, ramulos corymbi laxiores habet, staturam maiorem, radicem neutiquam repentem spatham foliiformem foliis binis subaequalibus brevissimis, sepala albida exteriora breviora omnia capsula trigona subrotunda stylo apiculata breviora quae latera habet excavata. Stigmata antheras longe superantia, antheras breves, virides, graciles oblongas compressas; filamenta longa alba. Habitus omnino qualem praebet ic. Morisoni sect. 8. t. 9. f. 1. Sed haec mea differt omnino in partibus floris a planta Smithii, quae apud nos praecocius floret, et talem se exhibet qualem superius descripsi.

cc. *Sepalis capsula longioribus.*

2. Forsteri. Desv. journ. de bot. 1. 141. L. *Foliis linearibus margine ciliato-barbatis corymbo composito pedunculis omnibus erectis floribus solitariis sepalis acuminatis capsula depressa mucronata longioribus arillo producto recto.*

L. pilosa. Poll. ver. 1. 464. L. ver-

nalis Seb. et Maur. rom. 135. Luciola Forsteri. Smith. Engl. fl. 2. 179. J. Forsteri Ejusd. fl. br. 1595. Engl. bot. t. 1295. J. nemorosus Lam. enc. 5. 272. Ic. Gessn ic. ed. Schm. 12. t. 6. f. 14. Barrel. ic. 748. f. 2. vix bona. Bicheno trans. soc. lin. 12. t. 9. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 18. 77. Cand. ic. gall. t. 2. Reich. fl. germ. t. 582. Semen. Hook. fl. lond. t. 68. ed. Grav. 4. t. 45. Caruncula seminis recta, obtusa brevior eo. Cet. similis vernali. floret vere. Rarior praecedente. vivit locis humentibus, et magis umbrosis. Folia etiam linearia superiora majora, radicalia minima. rami paniculae numquam divaricati nec refracti. Capsula ex Smithio ovata acuta. Radix nigra.

bb. *Radice stolonifera.*

5. FLAVESCENS. Gaud. agr. helv. 2. 250. L. *Foliis lineari-lanceolatis radicalibus linearibus margine ciliato-barbatis corymbo erecto subcomposito umbellato. pedunculis lateralibus nutantibus ramis unifloris capsula acuminata sepala acuta aequante arillo producto uncinato.*

Huc. L. Hostii Desv. journ. de bot. 1. 140. L. pubescens. bot. zeit. 1. 446. Juncus flavescens. Host. gr. a. 5. t. 94. Sturm. deut. fl. 18. 77. Reich. fl. germ. t. 383. fl. vere. In editioribus montibus *Sabaudiae.* Si radix stolonifera est et arillus falcatus probabili conjectura pro specie distincta servanda est.

aa. *Corymbo paniculato: floribus congestis.*

b. *Radice fibrosa.*

c. *Foliis margine pilosis.*

d. *Sepalis lanceolatis.*

4. ALBIDA. Cand. l. c. L. *Foliis radicalibus linearibus abbreviatis calameis elongatis imis longissimis omnibus ciliato-barbatis venosis vaginarum oris pilosis corymbo patulo spatha valvis breviore pedunculis subquadrifloris sepalis lanceolatis capsula longioribus seminibus pyriformibus exarillatis stolonibus parce repentibus.*

L. lactea. Meger. Luz. n. 12. videtur omnino diferre *foliis abbreviatis*; in nostra enim longissima sunt: quacum jungenda L. brevifolia Desv. journ. 1. 152. Juncus brevifolius. Rostk. d. june. 33. — J. albidus. Hoffm. fl. d'Allem. 1791. t. 4. Host. gr. a. 3. t. 95. J. niveus Leers. herb. t. 13. f. 9. J. pilosus e. Lin. sp. 468. J. angustifolius Wulf. in Jacq. coll. 3. 56. J. leucophobus Ehrh. beitr. 6. 141. J. luzoloides. Lam. enc. 3. 272. J. albidus W. sp. 2. 219 J. nemorosus a Pollich. palat. n. 352. — J. rubellus. Hop. dec. rar. pl. *sepalis rubellis*, quod perpetuo non constat. Ic. C. Bauh. theat. 105. Moris s. 8. t. 9. f. 3. Bonan. panph. t. 88. Flor. dan. t. 2467. Reich. fl. germ. t. 585. 586. Sturm. deut. fl. hef. 9. 36. Caules caespitosi usque bipedales inaequales. Radix fibrosa. Apud nos numquam stoloniferum vidi. folia ima usque pedalia. flores albidi, in apricis rosei. Semina rubida ferruginea. laevia nitentia. fl. vere exeunte. Vulgatissima apud nos in sepibus et dumetis collinis, et montanis, etiam circa *Bugellam* praecipue versus *Vandorno*, *Cossila*, *Pralongo*, *Pavignano*, etc.

dd. *Sepalis aristatis.*

5. MAXIMA. Cand. l. c. L. *Foliis latolanceolatis margine pilosis summis abbreviatis obtusiusculis corymbi supra decompositi pedunculis flaccidis divaricatis trifloris exquisite ochreatis sepalis aristatis aequalibus capsulam acutam aequantibus, filamentis brevissimis seminibus parvis ellipticis angulatis basi singulis lateribus macula oblonga sanguinea notatis filamentosisque.*

L. sylvatica. Gaud. helv. 2. 568. Bichen. trans. soc. lin. 12. 331. t. 9. f. 3. Luciola. Smit. Engl. fl. 2. 180. J. sylvaticus Huds. angl. 151. Engl. fl. bot. t. 737. Curt. lond. 5. t. 26. J. maximus Ehrh. beitr. 6. 139. Host. gr. a. 3. t. 98. Fl. dan. t. 441. J. latifolius Wulf. in Jacq. coll. 3. 59. J. montanus a. Lam. enc. 3. 273. J. pilosus a. fascicularis Schrank. bayer. fl. 1. 621. J. pilosus d. Lin. sp. 468. I. nemorosus. Moench. has. n. 298. J. nemorosus b. Pol. pal. 1. 352. Ic. C. Bah. prodr. 13. theatr. 102. J. Bah. hist. 2. 493. Moris. s. 8. t. 9. f. 2. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 37. St. deut. fl. 49. 36. Reich. fl. germ. t. 590. Radix crassa lignosa fusca transversa. Caules caespitosi vix bipedales. folia apice callosa radicalia caespitosa vix spithamea: Calami multo breviora. Spatha bivalvis inaequalis brevior panicula.

Bracteae ciliatae. Sepala subaequalia interiora aliquando longiora ferruginea. Capsula ovoideo-trigona. Semina fusca. Fl. vere exeunte. In pascuis, et pratis et sylvaticis montium et alpium. Ego legi in alpibus supra *Graglia*. Semina in nostra planta obtuse trigona: ovoideo-elliptica virentia basi singulis faciebus macula oblonga atrosanguinea notata et filamentis albis brevibus paucis obsita. Radix neutiquam repens sed fibrosa fibris aterrimis. Singuli pedunculi basi bibracteati bracteis magnis membranaceis scariosis albis oblongis arcte vestientibus velut brevia tibialia prae pedunculo magna. Quae ad basim florum sunt bracteae ovatae scariosae exquisite ciliatae etiam binae. Herba speciosa forte differt a. L. maxima auctorum. Nemo enim verba fecit de speciosis et ingentibus ochreis quae ad basim pedunculorum sunt. Nomen mihi videtur mereri *Luzulae* ochreatae potiusquam *maximae*.

cc. *Foliis totis hirsutis*.

6. NIVEA. Cand. l. c. L. *Foliis lineari-lanceolatis hirsutis floralibus elongatis angustissimis corymbo erecto decomposito sub fastigiato involucrum non attingente floribus fasciculato-subsenis bracteis ciliatis sepalis lanceolatis internis longioribus capsulam sphaeroideo-trigonam mucronatam longe superantibus seminibus basi lanatis subrotundis apice inflatis obtusis filamentis longitudine antherarum.*

Juncus niveus. L. sp. 468. — Var. sepalis *rubellis* vel *lividis*. Ic. Scheuz. agr. t. 7. f. 7. Moris. s. 8. t. 9. f. 39. Host. gram. a. 4. t. 98. Reich. fl. germ. t. 384. Boiss. fl. d'Eur. t. 262. Stur. deut. fl. h. 36. Radix ut in L. albida. folia apud nos etiam in paginis pilis raris hirsuta, plerumque tamen tantum in margine ciliato-barbata sunt. angusta longissima. Sepala nivea. Stigmata demum rubida. fl. vere exeunte. Vulgatissima in sepibus, dumetis serticetis sylvaticis montanis. Quae apud nos vivit habet radicem neutiquam surculiferam folia margine tantum ciliato-barbata. Sepala etiam rubida semina ovoidea hinc gibba basi nequaquam lanata arillata arillo apice in appendicem cristatam albam, conicam rectam brevem desinente, pedunculos duos longiores tantum ochreatos stylos rubros persistentes filamenta brevissima, antheras marcescentes demum spiraliter contortas.

bb. *Radice surculifera.*

c. *Foliis rigidis glabris.*

7. LUTEA. Cand. l. c. L. *Glabra foliis lanceolatis rigidis glabris summis abbreviatis corymbo decomposito involucrum excedente corymbulis confertis subnutantibus pedunculis subquadrifloris demum subspicato-conglobatis bracteis glaberrimis sepalis aequalibus obtusis mucronatis nitentibus capsula ovoideo-trigona acuta mucronata sub longioribus surculis squamatis radicantibus.*

Juncus luteus. Vill. delp. 2. 235. t. 6. J. campestris e. Lin. sp. 469. Ic. Rostk. d. iunc. t. 2. f. 1. Sturm. deut. fl. 18. 77. Reich. fl. germ. t. 385. Radix flavida surculis squamatis: Calami caespitosi inaequales vix dodrantales. Corymbus brevis densus. Bracteae calycinae ovatae. folia brevia apice subulata, radicalia caespitosa vaginantia vaginis rubidis imis aphyllis squamaeformibus. Spatha corymbo brevior. Capsula apice ferruginea, nitida. fl. aest. tota planta lutescens. In sylvis, et dumetis editiorum montium et alpium.

cc. *Foliis margine pilosis.*

8. SPADICEA. Cand. l. c. L. *Foliis lineari-lanceolatis elongatis margine vaginarumque oris pilosiusculis corymbi supra decompositi spatham superantis pedunculis divaricatis quadrifloris bracteis ciliato-fimbriatis sepalis mucronatis capsula obtusa ovoideo-trigona subbrevioribus surculis squamatis radicantibus.*

J. pilosus b. Lin. sp. 468. J. spadiceus. Vill. delph. 2. 236. t. 6. Host. gr. a. 3. t. 96. J. montanus. g. Lam. enc. 3. 273. Luzula parviflora. Desv. journ. cit. Iunc. parviflorus Retz. prodr. fl. scand. ed. 2. n. 434. Ehrh. beitr. 6. 139. Sveciae, Finlandriae, Sibiriae etc. accola mihi non videtur differre nisi *caule elatiore pedunculis paucifloris floribus minoribus staminibus capsulaque brevioribus bracteis non fimbriatis* qui characteres omnino laeves sunt, cum et in spadicea pedunculi non raro 1-2flori sint et sta-

mina et sepala breviora et flores parvi imo minimi. — Caules caespitosi vix pedales ut plurimum breviores. folia angusta plerumque glabra basi pilosa pilis albis raris longis, calamea pauca brevia vix tripol icaria radicalia semipedalia reflexa vix ciliata bracteae et sepala ferrugineo-fusca nitentia. Capsula ferruginea rostellata aliquando longiora. ic. Scherz. prodr. t. 6. Sturm. deut. fl. 7. 28. Reich. fl. germ. t. 587. fl. aest. Habitat loca umbrosa et humidiuscula summarum alpium.

aaa. *Floribus subspicato-glomeratis seminibus basi appendiculatis et lanatis.*

b. *Radice repente.*

c. *Capsula obtusissima.*

9. SPICATA. Cand. l. c. L. *Foliis linearibus glabriusculis vaginarum ora pilosa spica oblonga glomerato racemosa basi divisa nutante bracteis aristatis prominulis spiculas sub aequantibus, floralibus acuminatis dense ciliatis flores subaequantibus capsula obtusissima rostellata lanceolata sepala mucronata aequante seminibus ellipticis lateraliter linea cristaeformi, filamentis anthera dimidio brevioribus.*

Juncus spicatus Lin. sp. 469. Hos. gr. a. 4. t. 100. Engl. bot. t. 1176. Flor. dan. t. 270. Lin. fl. lap. t. 10. f. 4. Stur. deut. fl. hef. 7. 28. fere mala. Reich. fl. germ t. 579. Radix crassa fusca. Caules caespitosi inaequales vix spithamei. folia radicalia vix 4-pollices longa angustissima fere setacea: siccata convoluta toto margine vel basi tantum ciliata apice callo obtuso terminata: calamea brevia. Spatha univalvis, valva longitudine varia. flores parvi. Sepala extus ferruginea marginibus pallidioribus. Capsula ovato-trigona fusca nitens sepalis non raro brevior. fl. aest. in pascuis siccis summarum alpium, quibus flores non raro glomerato-capitali fiunt.

cc. *Capsula acuta.*

10. PEDIFORMIS. Cand. l. c. L. *Foliis lanceolato-linearibus basi carinatis supra pilosis ciliatis spica racemosa flexuosa cernua bracteis ciliatis acutis flores aequantibus sepalis maiusculis acuminatis internis subbrevioribus capsulam acutam triquetro-ovatam rostellatam aequantibus filamentis brevissimis stylo capsulam aequante.*

Juncus. Vill. delph. 2. 538. t. 6. *J.* campestris d. Lin. spec. 459. *J.* montanus b. Lam. enc. 3. 375. Ic. Reich. fl. germ. t. 580. Radix ut prioris. Caulis usque sesquipedalis, flores maiusculi. folia radicalia caespitosa vix sesquipollicem superant. Calamea etiam breviora. Spatha, et bracteae pedunculares aliquando spicam excedunt. Inflorescentia aliquando paniculaeformis est, et faciem refert L. maximae et campestris. Sepala dorso ferruginea, marginibus albido scariosis. raro sepala aequalia sunt. fl. aest. In monte *Cenisio* et alibi similibus locis.

bb. *Radice fibrosa surculifera.*

11. CAMPESTRIS. Cand. l. c. L. *Foliis lineari lanceolatis pilosis ciliatis spicis umbellatis pedunculatis intermedia sessili sepalis acuminato-aristatis capsula subrotundo-trigona obtusa mucronata fusca longioribus seminibus ovoideis turgidis pedunculatis non cristatis radice surculifera surculis squamatis radicantibus apice calamiferis.*

L. multiflora. Les. fl. de Spa. 1. 169. Sturm. deut. fl. hef. 18. 77. n. 7. L. erecta Desv. journ. 1. 156. L. intermedia. Spen. frib. 1. 177. *J.* erectus Pers. ench. 1. 386. *J.* intermedius. Thuil. par. 178. *J.* multiflorus Ehrh. cal. n. 127. *J.* nemorosus Host. gr. a. 3. t. 97. *J.* campestris Lin. sp. 468. a. 2. Engl. bot. t. 672. Leers herb. t. 13. f. 5. Luz. calabra. Tenor. neap. 3. 386. L. congesta. Les. sp. 168. Fl. dan. t. 1692. Engl. bot. t. 2719. *J.* congestus. Thuil. par. 1. 179. Luz. nigricans. Cand. fr. 5. 306. Sturm. deut. fl. hef. 18. 77. n. 8. *J.* sudeticus W. sp. 2. 221. Host. gr. a. 4. t. 99. — L. alpina Hop. apud Sturm. deut. fl. hef. 18. 77. n. 6. est var. *spicis subsessilibus in capitulum deorsum lobatum spadiceum ferrugineum vel nigricantem congestis.* — quae in alpibus editioribus vivit. Ic. C. Bah. prodr. 15. f. 2. 3. Ejusd. theat. 103. Bah. hist. 2. 293. f. 3. Lobel. ic. 15. f. 2. Park. theatr. ic. 1186. Curt. lond. 2. t. 19. Sub Junco. ed. Grav. 2. t. 56. Moris. sect. 8. t. 9. f. 4. var. congesta Bi-

cheno in trans. lin. 12. t. 334. t. 9. f. 4. Semen. Sturm. deut. fl. sup. 18. 77. n. 5. Baxter brit. bot. 5. t. 379. Reich. flor. germ. t. 375. 376. Nees gener. 2. t. 28. Spach. suites. t. 113. Schubert naturgesis. t. 18. f. 11. Tabernam. ic. 206. f. 1. Bah. theatr. 104. J. Bah. hist. 2. 468. f. 2. Lin. flor. lap. t. 10. f. 2? Moris. s. 8. t. 9. f. 1. Calami ut plurimum solitarii usque pedales. folia radicalia caespitosa striata apice convoluto subulato obtuso: calamea pauca remota vaginantia vaginis ora barbatis omnia ciliata raro demum glabra. Spatha bivalvis valvis inaequalibus longiore raro corymbum aequante. Bracteae ovatae scariosae subflore breviores ternae. sepala nitentia subcarinata ferruginea marginibus scariosis, interioribus sublongioribus. Anthera demum filamentum ter superat. Capsula obovata ferruginea nitens sepalis aequalis ut plurimum brevior. Seminum pedicelli crassi uno latere ascendentes. Fl. vere. In sylvis et pascuis alpinis, et montanis: etiam in pratis et pascuis spongiosis, et macilentis planitiei.

Medici homiopathici commendant Juncum effusum in ardore vesicae et urethrae, dysuria, et stranguria. In Livonia Luzulas varias adhibent accolae in calculo comminuendo et expellendo. Quorsum spectant Luzula vernalis, L. maxima, L. nivea, L. albida etc. et forte omnes species, habitu enim admodum conveniunt.

### 433. FRITILLARIA.

MELEAGRIS. Fr. *Herba glabra perennis bulbosa bulbis tribus parvis globoso-depressis aggregatis lobatis medio inferiore caulifero caule annuo simplici tereti erecto pedali et ultra inferne nudo foliis paucis alternis floralibus subgeminatis omnibus linearibus angustis sessilibus remotiusculis erecto-patulis subglaucis canaliculatis flore subsolitario pallide rubente tesselato raro albido vel luteovirente tessellato, pendulo sepalis subaequalibus ellipticis oblusis apice calloso inflexo barbulato nectario lineari fere longitudine sepali staminibus perigonio dimidio brevioribus stigmate tripartito laciniis recurvis puberulis antheris albidis capsula obovata abrupta sexsulcata erecta.*

Fr. praecox. Pers. ench. 1. 359. Fr. involucrata All. auct. 34. (Huc forte referenda ic. Chabraei sciagr. 234. f. 6) folia habet ima opposita quae ideo transitum facit ad Fr. montanam Hop. bot. zeit. 15. 2. 476. character specificus cui innititur Koch syn. ed. 2. 816. *Caule superne nudo foliis floralibus binis oppositis a caulinis longe remotis*, neutiquam perpetuus. Restat forma nectarii quod in montana subovatum est in Meleagride lineare: Quod etiam inconstans est, ut videre est ap. Koch qui de hoc charactere sermonem non habuit. Hisce rationibus innixus constituo Fr. montanam Hop. esse var. Fr. Meleagridis *flore minore*. Ad illam refero Fr. tenellam Reich. excurs. 1. 102. Ic. Park. par. t. 41. f. 8. Ejusd. theat. fl. t. 58. Rudb. elys. 2. 113. f. 1. Renealm. sp. t. 141. J. Bah. hist. 2. 681. Chabr. sciagr. 234. f. 2. 3. fig. 2. forte ad montanam referenda esset si flores non majusculi essent; Bessl. Hort. eyst. vern. 3. 7. f. 1. Knor. del. 1. t. F. 2. Moris. s. 4. t. 18. f. 1. Swert t. 7. Clus. hist. 1. 152. f. 1. 2. 3. Lobel. ic. 136. f. 1. 2. Ejusd. observ. 63. Dodon pempt. 233. f. 1. 2. Ejusd. purg. 397. Dalech. lugd. 1530. f. 2. Ger. hist. 149. Pauli dan. t. 84. Jacq. a. app. t. 32. Trattin. tabul. t. 559. Ejusd. oestr. fl. t. 70. Schk. hand. t. 92. Hayn. term. bot. t. 31. f. 3. Sturm. deut. fl. h. 18. Red. liliac. t. 222. Curt. lond. 3. t. 20. ed. Grav. 1. t. 40. Lam. ill. t. 243. f. 1. Engl. bot. t. 622. Svens. bot. t. 371. Boiss. fl. d'Eur. t. 244. Fl. dan. t. 972. Herb. de l'amat. 1. t. 63. Plée tipes t. 39. Baxter brit. bot. 1. t. 1. Reich. fl. germ. t. 442. — et de montana Reich. fl. germ. t. 444. Fl. aest. In pratis alpinis agri *monreg.* et *nic. Tendae* et vallis *Queiras*: in pratis di Ussey loco dicto la *Marciossà* var. involucrata. supra *Tendam*, *Breglio* et il *Riffredo*, supra *Ormea* locis lapidosis. Ego legi in vallae *Oropae* in pratis *Pralungi* agri *bugel* secus torrentem *Oropam*.

## 436. TULIPA.

Herbae speciosae radice bulbosa caule annuo subunifloro, flore erecto.

a. *Bulbo eriophoro.*

b. *Petalis glabris.*

c. *Caule toto folioso.*

d. *Foliis glabris florem subaequantibus.*

1. Clusiana. Redout. lil. t. 37. T. *Foliis lanceolato-linearibus acutis glaucis florem subaequantibus petalis glabris oblongis exterioribus acutis interioribus obtusis unicoloribus majoribus discoloribus ovario stamina superante.*

Tul. praecox. Cavan. descript. 448. T. rubro-alba Broter. lus. 520. T. persica. Valet jard. du Roi t. 1. Ic. Ger. em. 142. f. 20. Park. par. t. 53. f. 6. Theatr. fl. t. 2. Clus. curae post. 18. Rudb. elys. 3. t. 8. Trattin. tab. t. 58. Gawler bot. mag. t. 1390. Sibt. flor. gr. t. 329. Herb. de l'amat. 1. t. 71. Trattin. arch. t. 7. Caulis pedalis et ultra. folia lanceolata vel linearia elongata glauca margine undulata. flos altior foliis. Petala exteriora longiora apice aliquando pilosiuscula, basi cuneata. stamina petalis breviora. Antherae atro-purpureae. filamenta glabra rubra apice subulata luteola, ovarium glabrum flavo-virens. stigmata crassa recurvata sulcata cristata, crista pubescente. florum color varius. Odor gratus levis. Bulbus subrotundo-ovatus magnitudine Avellanae. Caulis in culta etiam superne nudus; folium imum longitudine caulis vaginans: supremum brevissimum semiamplexicaule. Fl. vere. Circa *Albam*, in olivetis di *Montedarme* apud *Sarzanam*.

dd. *Foliis subciliatis flore longioribus.*

2. Oculus solis. S. Amand. fl. agen. 145. T. 3. T. *Glabra foliis caulinis oblongis acutis subciliatis supremis lanceolatis florem superantibus petalis exterioribus acutis basi maculatis macula angusta elongata staminibus glabris ovarium scabrum excedentibus, stigmatibus villoso-fimbriatis.*

T. agenensis. Cand. in Redout. liliac. 1. n. 60. T. acutiflora Poir. in Lam. enc. 8. 134. T. pyrizana. Merian. surin. t. 5. f. 14. fide Redout. Ic. Redout. liliac. t. 219. Trattin. tab. t. 55. Kerner hor. semp. t. 507. Herb. de l'amat. 2. t. 84. Botan. regist. t. 204. 1145. 1419. Savi flor ital. 2. t. 63. Sweet f. 9. 2. t. 102. Jourd, obs. 1. t. 5. Reich. fl. germ. t. 448. Caulis humilis. folia viridia. filamenta brevia basi dilatata. Antherae longae flavae. Ovarium pallidum. Color florum varius, ut plurimum, in cultis, ruber, macula nectarifera ferrugineo-sanguinea. fl. vere Circa *Nicaeam?* in *Sabaudia?* Culta in hortis.

cc. *Caule superne nudo.*

3. Gesneriana. T. *Glabra caule superne nudo glabro foliis ovato-oblongis acutis undulatis glaucis petalis obtusis filamentisque glabris stigmatis profunde partiti lobis decurrentibus.*

Var. multimode *colore florum*, *flore pleno*, *caule toto folioso*. Trattin. t. 52. et. *polyantha* ejusd. t. 53. — Petalis obovatis margine dentato-laciniatis Red. lil. 478. Ic. Redout. lil. t. 111. et 477. Botan. mag. t. 1135. Trattin. t. 51. Sowerb. oxon. t. 5. 6. 11. 17. Lam. ill. t. 244. Kerner gener. t. 9. Mem. inst. 1830. t. 7. Trattin. arch. t. 27. 24. Holpkirk. fl. anom. t. 8. Morren fuchsia t. 10. Botan. regist. 5. t. 380. 24. t. 46. Herb. de l'amat. 3. t. 177. 180. Savi flor. ital. 2. t. 62. Schubert naturges. t. 17. f. 9. van. Spaendonk choix t. 1. Planta notissima pulcherrima, ubique culta. fl. majo, junio.

bb. *Petalis apice barbatis.*

4. praecox. Tenor. neap. 1. 170. t. 32. T. *Glabra foliis caulinis ovato-lanceolatis ciliatis flore demum brevioribus petalis ovato-lanceolatis acuminatis apice barbatis filamentis glabris basi dilatatis caule superne nudo ovario scabro stigmatibus recurvis cristatis in crista pubescentibus.*

T. Raddii. T. foxiana. select. spec. Tulip. etc. Ic. Theatr. flor. t. 5. Valet jard. du Roi t. 1. Park. parad. t. 53. f. 1. Fl. vere. In olivetis di *Lerici* in *Liguria Orient.*

aa. *Bulbo glabro.*

5. sylvestris T. *Glabra foliis caulinis lanceolatis linearibusque flore subnutante concolore petalis acutis interioribus apice barbatis filamentis basi attenuatis supra basim pube*

*scentibus stigmate triangulari abrupto subtrifido.*

Var. *Caule bi-trifloro* qualem refert ic. J. Bah. hist. 2. 678. Chabr. sciagr. 253. f. 2. Dalech. lugd. 1530. caule bifloro. Ic. Lob. ic. 124. Clus. hist. 2. 151. f. 1. Moris. s. 4. t. 17 f. 9. Park. parad. t. 52. f. 2. Rudb. elys. 2. 110. f. 5. Svens. bot. 202. Roem. fl. eur. f. 7. Schk. t. 93. Gawl. bot. mag. 1202. Sturm. deut fl. hef. 29. Trattin. t. 57. Hook. lond. t. 19. ed. Grav. 4. t. 58. Redout. lil. t. 165. Engl. bot. t. 63. Flor. dan. t. 375. Flores odorati. Bulbus ovatus tunicis ferrugineo-rubidis superne productis. Caulis usque pedalis. folia 2-3. Stamina lutea. Antherae oblongae mucronatae. ovarium glabrum virens. Fl. vere. In pratis et pascuis alpinis. montis *Cenisii*: *Fenestrel*. *Valder*. *vinadiens*. *segusianis*, *sempronii* etc. forte est var. Clusianae *floribus subcernuis sepalis filamentisque pubescentibus.*

### 457. CZACKIA.

Liliastrum. Andr. apud Spreng. syst. 2. 90. C. *Herba perennis glabra radice fasciculata napulis albis fusiformibus foliis omnibus radicalibus linearibus acutis striatis carinatis subcanaliculatis basi dilatatis vaginantibus scapo cubitali et ultra nudo paucifloro subaequalibus erecto-patulis pedunculis basi bracteatis floribus* 4-6 *albis turbinato-campanulatis maiusculis fragrantibus secundis laciniis apice callosis puberulis trinerviis.*

Hemerocalis. L. syst. nat. 2. 142. Anthericum. L. spec. 445. Curt. bot. mag. 518. Phalangium Pers. ench. 1. 369. Redout. lil. t. 255. Allobrogia. Trattin. a. n. 184. Paradisia Mazzuch. viag. alle alpi giul. 27. P. hemeroanthericoides ejusd. l. c. Ornithogalum liliiforme. Lam. fr. 3. 278. Ic. Tournef. inst. 1. 369. Park. par. t. 151. f. 1. Moris. hist. s. 4. t. 1. f. 3. Dalech. lugd. 852. f. 1. 2. Matth. 558. Durant. herb. 353. Clus. app. altera. 15. Nees gen. 2. t. 55. Reich. flor. germ. t. 509. Fl. aest. Vulgaris in pascuis scopulosis alpium etiam nostrarum passim.

### 458. ANTHERICUM.

a. *Radice fibrosa.*

1. Ramosum. A. *Radice fibrosa foliis linearibus planis angustis glabris erectis scapo ramoso-paniculato brevioribus petalis subreflexis obtusiusculis stylo recto.*

Phalangium. Lam. enc. 5. 250. Redout. liliac. t. 287. Botan. magaz. t. 1056. Trattin. œstr. fl. t. 187. Ic. Lob. ic. 47. f. 2. Ejusd. obs. 27. f. 1. Dodon. pempt. 106. f. 1. Dalech. lugd. 852. f. 3. Camerar. epit. 580. Tabernam. ic. 244. f. 2. C. Bah. theatr. 557. J. Bah. hist. 2. 653. *mala*. Moris. s. 4. t. 1. f. 9. Jacq. a. t. 161. Sturm. deut. fl. hef. 56. Bessl. hor. eyst. 7. vern. t. 1. f. 2. Zannich. ist. t. 20. f. 2. Schk. hand. t. 95. Plenck. ic. med. t. 269. Boiss. fl. d'Eur. t. 254. Fl. dan. t. 1157. Svens. bot. t. 671. Schrank. flor. mon. 1. t. 96. Dietr. flor. borus. t. 54. Reich. flor. germ. t. 541. Schubert naturges t. 18. f. 5. Rhizoma breve fere horizontale praemorsum. folia omnia radicalia usque pedalia subcarinata glauca. Scapus usque tripedalis ramosus floribus remotis. Bracteae imae foliiformes. flores albi. Laciniae trinerviae exteriores angustiores. filamenta tria breviora. Stigma pilosum pilis apice glandulosis. Capsula globoso-trigona trisulca mucronata. Pedunculi prope basim articulati. Fl. aest. In sylvis di *Lucengo*: in collibus di *Maggiora* in agro *nov.* flores panduntur hora septima ante clauduntur hora quarta post meridiem.

aa. *Radice fasciculato-ramosa.*

2. Liliago. A. *Glabrum glaucum radice fasciculata foliis linearibus erectis canaliculatis scapo simplicissimo brevioribus bracteis imis elongato-filiformibus petalis planis lanceolatis acutis stylo declinato.*

Phalangium. Schreb. spic. 36. Lam. ill. t. 240. f. 2. Redout. lil. t. 269. Trattin. oestr. fl. t. 199. Gawl. bot. magaz. t. 914. et 1635. Ornithogalum gramineum. Lam. fr. 3. 278. Ic. Lobel. ic. 48. f. 1. Ejusd. observ. 27. f. 2. Dodon. pempt. 106. f. 2. Ger. hist. 48. Tabernam. ic. 245. f. 1. Park. theatr. 419. C. Bah. theat. 553. J. Bah. hist. 2. 635. f. 2. Moris. s. 4.

t. 1. f. 10. Jacq. hor. vind. 1. t. 83. Flor. dan. t. 616. Svens. bot. t. 403. Gaertn. fruct. t. 16. Dietr. flor. bor. t. 53. Reich. fl. germ. t. 512. Nees gener. 2. 54. Radix tuberibus albis fusiformibus lanceolatis. folia pedalia et ultra striata apice recurva basi vaginata vagina alba membranacea basi squamata. Scapus usque tripedalis laxiflorus nubilis nutans. Bracteae imae praelongae pedunculi prope basim articulati. Petala tria exteriora angustiora apice virentia. Stigma trilobum puberulum. capsula oblonga, trigona oblonga acuta.

459. ALLIUM.

a. *Staminibus alternis trifidis.*
b. *Umbella bulbifera.*
c. *Foliis planis.*
d. *Margine carinaque laevibus.*

1. SATIVUM. A. *Caule graminifolio foliis sub carinatis vaginis teretibus spatha univalvi caduca acuminata umbellam duplo superante bulbis compositis membrana alba involutis.*

Ic Fuchs hist. 756. Trag. hist. 745.. f. 2. ambae sine flore. Matth. com. 595. f. 1. Camer. epit. 528. Lob. ic. 157. Ejusd. obs. 79. f. 2. Dodon. pempt. 682. f. 1. Tabern. ic. 406. f. 1. Ger. hist. 178. Dalech. lugd. 1546. f. 1. Bah. hist. 2. 555. f. Chabr. sciagr. 201. f. 2. 3. 4. Moris. s. 4. t. 5. f. 9. Sim. Paul. dan. t. 160. Flor. med. t. 10. Kerner. t. 150. Stephens, med. bot. t. 110. Wodw. 3. t. 168. Hayne off. gew. 6. 6. Schk. hand. t. 91. Plenck ic. t. 254. Gaud. helv. 2. t. 11. f. 7. Rouss. bot. t. 7. Nees dusseld. sup. t. 49. Guimp. et Schl. t. 180. Wagner. t. 109. Reich. fl. germ. t. 488. Schubert. naturges. t. 17. t. 6. Caulis superne longe nudus bipedalis et ultra. folia glauca disticha usque pedalia, spatha calyptraefolia apice cornuta. Bulbi pedicellique umbellae membranis intermixti. Cor. rubro-lilacina vel alba longior stamini bus. Setae longae tortae. flores aliquando nulli, vel abortivi. var. *bulbo unico*: quae fit si cum bulbillus seritur membrana eius externa auferatur. Fl. aest. Apud nos culta, Patria ejus videtur esse Gallo-provincia locis arenosis maritimis. Superest adhuc dubium utrum in Sicilia sponte nascatur. In agro *nic.* tamen Balbisium sponte nascens invenisse lego (Balb. miscel. alt. 9). Quod forte non absonum est. Gerardus enim in Galliae meridionalis litoribus spontaneum detexit (Gerar. fl. gallo prov. 151). Herba est odorata odore forti acri peculiari, quod ex oleo volatili est. Bulbi magis actuosi sunt. Antiquissimae gentes in usum receperunt, ut ex Galeno, et Dioscoride eruitur. In libris biblicis Allii sativi mentio est. vox enim quam pro Allio interpretes Graeci, Latini, Gallici, et Itali transtulerunt non ad Allium ascalonicum referenda est, ut scribit Sprengel (hist. rei herb. 1. 12) sed ad A. sativum. Mirum certo esset Aegyptios Allium ignoravisse. quamquam gens erat vilis sacerdotibus vaferrimis decepta ac circumvoluta, indeque tyrannis compressa et depauperata minime navigationis et commerciorum studio dedita, tamen herbam cognoscere potuit Galliae incolam, ministerio phoeniciorum navigatorum qui antiquissimis temporibus maris mediterranei portus frequentabant praesertim Aegypti, regionis Cyrenaicae, et Massiliae, ceterorumque in Galliae australis litoribus quibus Allium sponte nascitur. Neque in hippocraticis libris de Allio mentio ulla est. Primus Theophrastus Eresius Aristotelis discipulus meminit ejus (Scorodon) hist. 7. 4. et sub eodem nomine Dioscorides (mat. med. lib. 2. cap. 182). Quo monemur suis temporibus longe lateque cultum in Aegipto esse. Ophioscorodon de quo mentio est apud Dioscoridem, quodque sylvestrem vocat, Joan. Bah. (hist. 2. 599.) ad arenarium. Sibtorpius vero (flor. gr. 1. 535.) ad A. Scorodoprasum refert. Quae species vi sua acri et odore peculiari ad Allium sativum accedunt. — Vires incitat et auget, ingestum calorem infert, digestionem adjuvat, flatus, et vermes pellit etiam taeniam certissimo experimento. muco redundanti obest, unde in diathesi verminosa, et catharro diuturno etiam si suffocationem minetur. in hydrope optimum remedium est scribentibus Foresto, Sydhenamo, et Cullenio, et praecipue Dioscoride. ingestum in febribus in-

termittentibus non raro sanat eas. Contusum, et carpis alligatum antequam febris ingruat multoties vidi illam sustulisse. in dyspepsia concoctionem juvat. in febribus putridis et nervosis etiam pestilentialibus multum juvisse jam veteres medici scripserunt; unde Galenus Theriacam pauperum dicit. Contusum et cuti impositum epispasticum est. Succus ejus cum Gossypio auri admotus surditati succurrit si a sola debilitate non ab oppressione virium est. Succus cum oleo, et pinguedine spinae dorsi illitus tetanum solvit, si inflammatio non subest. Clavos pedum emollit et sanat, verrucas etiam consumit. Illis, qui a serpentibus vel apibus, vespis, crabronibus, araneis, scorpionibus demorsi sunt allium ingestum et contusum vulneri impositum morbum sanavisse ac vitam servasse constat multiplici experimento. In tussi convulsiva gravissima optimo successu adhibitum contusum cum pinguedine p antis pedum illitum scribit Buchan (Med. dom. 313.). In cruciatibus qui a calculo fluunt Allium eximium remedium se praestitisse multis testimoniis firmatur. Ad scorbutum laudaverunt optimae fidei scriptores Lauremberg et Lind. in ashmate pituitoso Meadius, in febribus hecticis Riedlinus. Cum pinguedine in unguentum redactum necat pediculos, et lendines. Succus ejus cum unguento laurino sanat herpetes et Lichenes, et forte tineam lentigines achores, et furfures. et capillis decidentibus prospicit. Dignus profecto est qui diligenter conferatur et meditetur locus Dioscoridis (mat. med. 1. 292. edid. Sprengel Lipsiae 1829-1830).

dd. *Margine carinaque-ciliatis.*

2. ARENARIUM. A. *Caule graminifolio foliis margine carinaque ciliatis vaginis teretibus umbella pauciflora spatham ovato-oblongam superante.*

Huc traho A. Scorodoprasum. Lin. spec. 423. quod non differt nisi *vaginis ancipitibus.* Verum hic character ut *folia margine carinaque laevia* infirmi sunt ac mutabiles, ut scribit Trevir. in monogr. de Allio, assentientibus et ipso Hallero aliisque gravissimis viris Lapeyr. Fries Whalemb. Koch. etc. Ic. *Scorodoprasi* Clus. his. 1. 193. f. 1. Ejusd. pan. 213. Bah. hist. 2. 559. f. 1. Lob. ic. 168. f. 1. Moris. s. 4. t. 13. f. 10. Chabr. sciagr. 202. f. 5. 6. Plenck. ic. med. t. 256. Flor. dan. t. 290. et t. 1455. Engl. bot. t. 2905. Reich. fl. germ. t. 490. Ic. A. arenarii Ger. hist. 187. f. 4. Rup. jen. ed. Hall. t. 2. f. 2. Rudb. elys. 2. 155. f. 1. Clus pann. 212. Ejusd. hist. 1. 195. Engl. bot. t. 1358. Svens bot. t. 695. Redout. lil. t. 579. Reich. fl. germ. t. 490. Bulbus ovatus parvus bulbillis ad basim multis fuscis. Caulis basi foliosus nubilis rectus, vel convolutus usque quadripedalis. folia laete virentia longa usque pedalia linearia vel lineari-lanceolata. vaginae teretes vel bicarinatae- umbella parva densa globosa multi vel pauciflora membranis intermixtis. Perianthium atro rubrum laciniis exterioribus scabro-setosis. Stamina cor. breviora vel aequalia vel etiam longiora. filamenta basi dilatata purpurea setis longis tortis. Antherae oblongae rubrae post nuptias nigrae polline ochroleuco. Germen viride rotundatum. Spatha 2-3valvis mutica vel mucronata. fl. vere exeunte. Secus torrentes et proxima prata: circa *Tendam*: vulgare. in pratis della *Novalesa* in agro *segusiano.*

cc. *Foliis teretiusculis.*

3. VINEALE. A. *Caule basi folioso rigido gracili foliisque teretibus striatis scabris spatha univalvi mucronata decidua staminibus corollam superantibus capsula subrotundo-trigona umbella globosa.*

A. litoreum Bertol. am. 241. excl. syn. Porrum, arenarium. Reich. excurs. 1. 110. A. arenarium Fries. nov. flor. svec 112. All. rotundum. Wim. et Grab. enum. 56. — Var. *umbella anantha tota bulbilifera.* Quorsum spectat A. compactum Thuil. par. ed 1. 167. Ic. Lob. 155. 156. f. 2. Fuchs hist. 757. Durant. herb. 10. icc. duae exteriores. Ic. Moris. s. 4. t. 13. f. 4. Trag. hist. 748. f. 1. Lobel observ. 78. f. 2. Dodon. pempt. 685. Dalech. lugd. 1544. Parkin. theat. 870. 871. Bah. hist. 2. 565. f. 1. Morandi ist. t. 63. f. 3. Krok. sil. 1. t. 45. Reich. ic. cent. 5. t. 404. et fl. germ. t. 490. Engl. bot. t. 1974. Gaud. helv. 2. t. 10. f. 2. Fl. dan. t. 1870. et 2227.

Bulbus parvus ovatus albus aliquando simplex aliquando compositus et bulbillis inaequalibus membrana fusca tunicatis. Caulis usque tripedalis paulo inframedium foliosus durus. folia pedem usque longa fistulosa primum teretia demum supra sulcata canaliculata glauca raro glabra. spatha scariosa longe cornuta cornu viridi raro bivalvis. Umbellae aliquando duo vel tres. flores parvi laciniis brevibus rubris vel roseis, vel albidis vel viridulis carina virente vel rubra. filamenta basi dilatata ciliata alba apice purpurea. Antherae rubrae post nuptias nigrae. Bulbilli umbellae rubri aliquando in appendicem foliaceam tortam abeunt. filamenta trifida cuspide media antherifera: laciniae laterales setaceae longae. Fl. aest. Vulgare in agris collinis praesertim secale satis, pascuis, arvis etc. etiam in planitiae. Odorem quodammodo refert Allii sativi.

bb. *Umbella capsulifera.*

c. *Foliis planis.*

d. *Caule tereti.*

e. *Foliis lineari-lanceolatis carinatis bulbo simplici annuo vel bienni.*

4. Porrum. A. *Bulbo simplici caule tereti fistuloso inferne ad medium folioso centrali foliis lineari-lanceolatis carinatis acutis umbella globosa compacta genitalibus corolla longioribus spatha univalvi caduca capsula subrotundo-trigona sepalis carina scabris.*

Porrum sativum. Mill. dict. n. 1. Ic. Fuchs. hist. 654. sine flore Lobel. ic. 154. f. 2. 155. f. 1. Ejusd. observ. 77. f. 2. 78. f. 1. Matt. com. 391. f. 1. 2. Camer. epit. 321. Dodon. pempt. 688. Dalech. lugd. 1542. f. 2. 1545. f. 1. Tabernam. ic. 484. f. 1. Bah. hist. 2. 551. f. 2. 3. Chabr. sciagr. 200. f. 3. 4. Ger. hist. 174. Moris. s. 4. t. 15. f. 1. 2. 3. Blachw. t. 421. Rudb. elys. 2. t. 15. f. 1. Regnaut bot. Kerner t. 148. Reich. flor. germ. t. 489. Bulbus crassiusculus albus oblongus simplex basi fibris longis albis numerosis. Caulis tripedalis et ultra teres infra medium foliosus. folia glauca semipedalia subopposita aliquando laevia aliquando margine carinaque serrulato-scabra. Vaginae teretes. Umbella magna globosa conferta. Spatha univalvis calyptrae formis apice cornuta. Perigonium subclausum roseum vel albo-virens laciniis oblongis obtusis cucullatis margine albis medio purpureis. carina virentibus. floret vere exeunte. Ubique cultum. Affine A. Ampeloprasо cuius var. esse suspicatus est Linnaeas, sed iniuria. Patria ejus ignota. Sponte in Helvetia nasci, et Hispania ac Lusitania nonnulli scripserunt. Sed forte a seminibus quae ab hortis migraverunt in agros. Antiquissimis scriptoribus biblicis (Numer. 11. 5.) Porrum memorari extra omnem dubitationem positum esse videtur. Post scriptores biblicos primus meminit ejus Theophrastus (Prason.) hist. 7. 4. Denique Galenus (de alimentor. facultat. lib. 11.) et Dioscorides (mat. med. lib. 2. cap. 179. tom. 1. 287). qui multus est in viribus ejus enumerandis. Venerem stimulare et viscera thoracis, et ad tabem valere, et purgare fistulam spiritalem. Ego novi medicum senem non ignobilem, et optimae fidei virum qui narravit se ex lectione Dioscoridis permotum ter phtisim pulmonalem desperatam ope Porri omnino sanasse. Liberalius comestum nocere oculis et laedere ventriculum experentia mihi non confirmavit. Recentiores medici ad calculum solvendum prospero successu adhibuerunt. (Lobb. apud Vogel. et Mur.) ulcera interna sanare etiam Celsus (lib. 3. cap. 27.), quod de phtisi praesertim intelligit. Unde conjicio perperam a recentioribus medicis Porrum negligi. Tamen multos ab illo abhorrere, atque nonnullis aperte nocere etiam in jusculis experientia didici.

ff. *Foliis lineari-lanceolatis planis bulbo composito.*

5. Ampeloprasum. A. *Bulbo composito partialibus castaneae-formibus caule tereti farcto valde folioso laterali foliis lineari-lanceolatis planis elongatis umbella patente subglobosa spatha univalvi lanceolata cornuta decidua scariosa genitalibus corollam aequantibus perigonii laciniis carina margineque scabris, capsula globoso-trigona.*

A. Bertolonii. Al. spectabile De Notar. reper. flor. ligus. 414. Porrum Ampeloprasum. Mill. dict. n. 2. Ic.

Clus. hist. 1. 190. f. 1. Ejusd. pan. 208. Dodon pempt 690. f. 1. Lobel ic. 137. f. 1. Ejusd. observ. 79. f. 1. Bah. hist. 2. 458. f. 1. Michel. gen. t. 24. f. 5. Ger. em. 180. Rudb. Elys. 2. 151. f. 6. Moris. s. 4. t. 15. f. 11. 12. Redout. lil. t. 381. Bot. magaz. t. 1585. et t. 1560. Sibt. fl. gr. t. 312. Engl. bot. t. 165. Gaud. helv. 2. t. 11. f. 6. Reich. fl. germ. t. 489. Bulbus albus membranis obvolventibus albis per prolem lateralem crassisimus usque magnitudine capitis humani. Caulis usque 4-5pedalis praesertim in cultis. folia usque bipedalia ut plurimum carinata marginibus carinaque denticulatis. Vaginae teretes. perianthium campanulatum nubile acuminatum. filamenta basi dilatata margine ciliata ciliis longis tortis. Antherae luteae oblongae. flores rosei. umbella solitaria erecta. Pedunculi angulosi. Floret vere exeunte. Circa Genuam in collibus aridis apricis.

fff. *Foliis linearibus.*

g. *Carinatis.*

6. ROTUNDUM. A. *Bulbo composito bulbillis grumosis caule tereti inferne folioso foliis linearibus carinatis acutis margine carinaque setoso-serrulatis umbella subglobosa staminibus corolla subbrevioribus perianthii laciniis obtusis interioribus latioribus longioribusque spatha univalvi decidua brevicornuta capsula subgloboso-trigona.*

A. Ampeloprasum. W. et Kitaib. hung. t. 82. Ic. Clus. hist. 196. f. 1. Ejusd. pan. 219. Bah. hist. 2. 164. f. 1. Lob. ic. 157. Ejusd. observ. 79. f. 2. Moris. s. 4. t. 14. f. 4. Lam. ill. 242. t. 3. Gaertn. fruct. t. 16. f. 5. Gaud. helv. t. 10. f. 4. Dietr. flor. borus t. 57. Reich. fl. germ. t. 492. Bulbus ovatus tunica alba vestitus intus bulbillis nigris grumosis. Caulis usque bipedalis gracilis. folia usque pedalia. flores rubri ante nuptias globosi laciniis ut plurimum carina scabridis roseo-virentibus. filamenta basi dilatata. Antherae rubidae. Fl. vere. In agro *nic.* Al. Cambiasii de Notar. reper. fl. lig. 412. mihi videtur omnino var. *foliis angustioribus laevibus* quod forte ex solo macilento est.

gg. *Planis.*

f. *Sepalis stamina subciliata superantibus.*

7. ACUTIFLORUM. Loisl. not. 55. A. *Bulbo simplici caule tereti basi folioso foliis linearibus umbella multiflora subglobosa spatham univalvem deciduam cornutam acutam subaequante sepalis lanceolatis acuminatis stamina basi subciliata superantibus.*

Ic. Reich. flor. germ. t. 491. Bulbus ovatus membrana fusca tunicatus. Caulis trifolius usque bipedalis. folia viridia spithamea marginibus carinaque sursum setoso-serrulatis, aliquando laevia. Vagina anceps striata. flores primum rubelli demum fusce rubri. Carina obscurius colorata scabrida. Setae staminum longae tortae. perianthium aliquando album carinis virentibus. caps. subrotundo-trigona. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *ligustico* locis rupestribus: supra *Tendam*: inter *Braus* et *Sospello:* in insula *Gallinara* prope *Albiganum* etc.

ff. *Sepalis staminibus glaberrimis brevioribus.*

8. MULTIFLORUM. Cand. fr. suppl. 516. All. *Bulbo ovato composito caule erecto tenui basi folioso foliis linearibus glabris caule brevioribus umbella multiflora magna subglobosa pedicellis elongatis spatha 1-2valvi 1-2 cornuta brevi caduca petalis lanceolatis acutis stamina glaberrima subaequantibus capsula subglobosa trigona.*

A. polyanthum R. Sch. syst. 7. 1016. Caulis usque bipedalis umbella 50-60 flora. flores carnei vel rubri. Sepala dorso crenulata. fl. vere. In agro *nic.* forte est. var. All. *arenarii*, quo differt *umbella non bulbifera, magna et foliis neutiquam ciliatis* ex Cand.

dd. *Caule ancipiti.*

9. NUTANS. A. *Bulbo ovato-oblongo albo rhizomati crasso transverso sublignoso imposito caule nudiusculo basi folioso ancipiti virgineo nutante foliis lato-linearibus tortis umbella fastigiata multiflora globosa staminibus basi plerumque alterne trifidis corollam subsuperantibus petalis sepala ovato-lanceolata cucullata subexcedentibus spata bivalvi scariosa substriata.*

Ic. Redout. lil. t. 233. Gmel. sibir.

l. 1. t. 12. Bot. magaz. t. 1143. Caulis usque bipedalis superne subalatus rigidus. folia 4-10 in fasciculo glauca, subcarnosa, erecta spithamea. spatha brevior umbella. flores carnei vel rosei. caps. pyriformis subtrigona. fl. vere exeunte. Habitat...

cc. *Foliis teretibus vel teretiusculis fistulosis.*

d. *Canaliculatis teretiusculis.*

10. SPHAEROCEPHATUM. All. *Glabrum bulbo ovato simplici bulbillis triquetris longe pedicellatis sobolifero caule inferne folioso tereti foliis fistulosis canaliculatis umbella ovato-capitato-compacta staminibus exsertis sepalis carina scabris capsula ovata trigona.*

A. descendens. Lin. spec. 427. Sibt. fl. gr. t. 316. Hall. opus. All. t. 2. Mag. bot. 231. Porrum descendens Reich. exc. 1. 110. A. veronense Pollin. hort. 9. A. arvense Guss. prodr. 1.403. Porrum sphaerocephalum Reich. excurs. 1. 110. Ic. Clus. hist. 1. 195. f. 1. Bah. hist. 2. 562. f 2. Moris. s. 4. t. 14. f. 4. Rudb. elys. 1. 137. f. 7. Michel gen. t. 24. f. 2. Gaud. helv. 2. t. 10. f. 3. Redout. lil. t. 291. Curt. mag. t. 1764. For. dan. t. 2111. Engl. bot. t. 2813. Reich. fl. germ. t. 492. Caulis usque tripedalis. folia usque pedalia non raro margine ciliata cito arescentia. spatha univalvis scariosa cornuta brevi scissa umbellam raro superans. Flores rosei vel rubri vel atro-rubri, raro albi carina virente pyramidato-trigoni. petala dorso verrucosa. filamenta basi dilatata alterna latiora setis longis purpureis tortis. Antherae atro-purpureae demum nigrae polline albido. Aliquando in umbella bulbilli parvi cum floribus mixti. Fl. aest. In montibus et alpibus locis apricis, et saxosis. etiam in collibus et planitie. Huc certo faciunt. A. Gherardi De Notar. rep r. fl. ligust. 412. A. densiflorum Ejusd. l. c. 413. var. *petalis carina* glabris spatha bivalvi vel in duas partes scissa.

dd. *Teretibus.*

e. *Ventricosis.*

11. CEPA. A. *Bulbo simplici solitario depresso caule basi folioso foliis fistulosis ventricosis umbella capitata globosa staminibus exsertis filamentis dentibus brevibus obtusis spatha 2-4 loba capsula subrotundo-trigona.*

Ic. Trag. hist. 737. Brunsf. herb. 3. 134. Fuchs hist. 430. Matth. com. 593. f. 1. Camer. epit. 324. Lob. ic. 150. f. 1. Ejusd. obs. 74. f. 1. Ger. hist. 169. Dalech. lugd. 1538. f. 1. Tabernam. ic. 483. f. 1. 2. Dodon. pempt. 687. f. 1. Bah. hist. 2. 547. f. 1. Moris. s. 4. t. 14. f. 1. Morand. hist. t. 5. f. 4. Rudb. elys 2. 141. f. 1. Chabr. sciagr. 200. f. 1. Lam. ill. t. 242. f. 2. Fl. med. t. 232. Sibt. fl. gr. t. 326. Regn. bot. Gaud. helv. 2. t. 10. f. 1. Guimp. et Schl. t. 179. Reich. fl. germ. t. 494. Herba notissima ubique culta. Patria eius videtur esse Africa centralis. In Guinea enim spontanea inventa est species a Cepa profecto non diversa. forte etiam in Aetiopia qua antiquissimis temporibus in Aegyptum migravit. Unde illam Hebraei (Numer. 11. 5.) in Arabiae deserto memores Aegypti quo discesserant prae manna desiderabant. etenim Cepa obsonium est in calidissimis regionibus gratissimum, et saluberrimum. Unde Aegyptii velut numen colebant. Quae superius de Allio sativo scripta sunt, et de Cepa dicenda: quaeque Dioscorides de hoc scripsit posteri medici experientia confirmaverunt. Calvo capiti affrictum celeriter pilos evocat, et celerius Alcyonio. Hoc quod alibi auctor. (mat. med. lib. 5. cap. 135. tom. 1. 802.) zoophytum est quod ad Alcyonium pal matum Pallasii refert Sprengel. (com. in Dioscorid. 2. 632). Haec materies usta et cum vino calvo capiti illita capillos reficit revocatque qui ob debilitatem hirsuti fiunt. Optimum profecto esset novis experimentis super hoc veritatem eruere. Cepa cocta cum pane vel farina triticea vel assata tumores inflammatorios cito vel rumpit vel discutit. Cruda vel etiam assata contusa et pani triticeo cocto mixta imo ventri inguinibusque imposita urinam ciet et medetur hydropicis. Quod et de copiose intus sumpta dicendum est. Clavis pedum imposita illos emollire et discutere certum est.

ee. *aequalibus.*

12. ASCALONICUM. A. *Caule basi folioso nudiusculo foliis fistulosis subulatis umbella globoso-capitata sepalis lanceolatis stamina aequantibus spatha bivalvi scariosa bulbis aggregatis.*

Ic. Matt. com. 594. f. 2. Lob. ic. 155. f. 2. Dalech. lugd. 1539. f. 2. Bah. hist. 2. 551. f. 1. Chabr. sciagr. 200. f. 2. *mala et sine flore*. Moris. s. 4. t. 14. f. 3. Plenck ic. med. t. 258. Kerner t. 307. Herba laevis. Caulis vix dodrantalis. Bulbi parvi aggregati. flores coeruleo-violacei. Raro floret. Antherae luteae. Fl. aest. Raro culta Patria ejus *Syria*, *Asia minor*, *Palestina*. Copiosa circa Ascalonam in *Judea*. Culta ab antiquissimis temporibus in Aegypto. Hebraei in deserto cum dolore recordabantur ea (Numer. 11. 5.) et prae manna desiderabant. Quod forte de A. sativo intelligendum est. Gallis Echalotte. opoptimum obsonium est.

aa. *Staminibus simplicibus*

b. *Umbella bulbifera.*

c. *Foliis planis.*

13. CARINATUM. A. *Caule ad medium folioso tereti foliis angustis linearibus subtus convexis striatis spatha bivalvi longissima valva altera acuminato-cornuta umbellae radiis laxis staminibus demum sepala oblonga longe superantibus.*

Var. *umbella capsulifera laxa.* All. montanum. Sibt. fl. gr. prodr. Al. pulchellum. Don. mon. 46. Al. paticu latum Reich. ic. s. f. 604. Redout. lil. t. 252. Huc quoque certe facit. Al. ligusticum de Notar. reper. fl. ligust. 412. *Sepalis hyalinis exterioribus brevioribus bulbo inodoro*. Cf. Koch. syn. 831. 832. All. flexum W et Kitaib. hung. t. 278. All. flexuosum. Hofl. fl. a. 1. 422. Huc probabiliter etiam Al. violaceum. W. enum. sup. 17. A. flexum Reich. ic. cent. 5. t. 417. Ic. Clus. hist. 1. 193. f. 2. Ejus. pan. 214. Lob. ic. 156. f. 1. Bah. hist. 2. 561. f. 2. Hall. opus. bot. de All. t. 2. f. 2. Swert. floril. f. 1. Chabr. sciagr. 202. f. 3. bona. Engl. bot. t. 1658. Camer epit. 323. Moris. s. 4. t. 14. f. 3. Rudb. elys. 2. 155. f. 2. Gaud. helv. 2. t. 15. f. 11. Redout. lil. t. 308. Flor. dan. t. 2109. Sturm. deut. hef. 20. t. 93. Schrank flor. mon. t. 164. Reich. ic. critic. t. 416. Ejusd. flor. germ. t. 482. Bulbus ovatus parvus membranis fuscis demum sphacelatis tunicatus. Caulis usque bipedalis. Spathae valvae abrupte constrictae in cornu foliaceum. flores luride rubri vel rosei vel hyalini sepalis vel aequalibus vel exterioribus brevioribus acutiusculis vel obtusis integris vel emarginatis. Stamina perianthio primum inclusa vel aequantia demum valde longiora. Capsula oblonga obtusa sexsulcata perianthio brevior, vel etiam longior. Fl. aest. In monte *Cenisio*: circa *Fenestrellas*: etiam circa *Genuam* var. *ligustica*. Ego legi in rupestribus et lapidosis circa *Bugellam* urbem nell'ISOLA *della Maddalena tra i due ponti.*

cc. *Foliis semiteretibus.*

14. OLERACEUM. A. *Caule tereti inferne folioso foliis lineari-filiformibus fistulosis canaliculatis scabris spatha bivalvi valvis ovatis inaequalibus abrupte longe acuminato-cornutis staminibus basi cohaerentibus longitudine aequalibus.*

Solus character qui speciem definiat in foliis semiteretibus scabris est, qui aliquando omnino evanescit, nam folia latiora et plana fiunt et glabra: unde conjicio species esse conjungendas. subjungo icones quas scriptores huic speciei tribuunt. Ic. Fuchs. hist. 758. Clus. hist. 1. 194. f. 1. Ejusd. pan. 215. Bah. hist. 2. 561. f. 1. Trag. hist. 248. f. 1. Hall. All. t. 1. f. 2. Moris. s. 4. t. 14. f. 2. Engl. bot. t. 488. Gaud. helv. 2. t. 12. f. 10. Flor. dan. t. 1456. Reich ic. cent. 5. t. 415. f. 601. Krok. sil. 1. t. 45. — Reich. flor. germ. t. 487. Al virescens Cand. fr. 3. 259. Al. virens. Lam. enc. 1. 67. Al. parviflorum Thuil. par. 2. 156. Cepa oleracea. Bernard. ap. R. et Schult. Porrum oleraceum. Moench meth. suppl. 264. subiicio etiam descrip. Don, et Smith. ex R. Sch. ut comparationes institui possint. — Bulbus ovatus oblongus vel rotundatus albus vel laete fuscus et latere bulbillos generans. Caulis 2-3 pedalis crassitie pennae corvi erectus teres vaginam versus fuscus ante maturitatem contortus infra medium foliosus. folia subtus sulcata supra subcanaliculata undique scabriuscula apice obtusiuscula. vaginae teretes striatae. spatha bivalvis longissima elongata foliacea basi dilatata abrupte contracta in acumen gracile acutum teretiusculum. pedicelli pauci inae-

quales 1-2unciales fusci virides vel subflavescentes filiformes. Bulbi conferti ovati acuti nigricantes basi viriduli. Perianthium pendulum campaniforme luridum. laciniae oblongo-lanceolatae obtusiusculae flavo-virides striis tribus vel pluribus purpureis. filamenta albida basi membrana connexa. Antherae oblongae luteae polline ochroleuco. pistillum longitudine staminum saepe brevius. Germen oblongum luteum. Stylus teres albus. stigma obtusiusculum. — Odor aliaceus nauseosus. umbella effusa. Fl. aest. frequens in agris, arvis; pomariis etc. saxosis praesertim et collinis.

bb. *Umbella capsulifera.*

c. *Foliis planis.*

d. *Latioribus.*

e. *Caule tereti.*

15. MAGICUM. Al. *Glabrum bulbo ovato vel depresso solitario vel multiplici caule basi foliato tereti foliis oblongo-lanceolatis canaliculatis strictis umbella subhaemiphaerica staminibus basi connatis perigonii laciniis lanceolatis patentissimis capsula subrotundo-trigona granuloso-glandulosa brevioribus.*

Magna hic subest confusio synonimorum. Certum tamen est plantam esse valde ludibundam et botanicos illam in multas falsas species discerpsisse. Huc traho. All. nigrum Lin. spec. 430. Sibt. flor. gr. t. 323. *floribus rubidis petalis linearibus.* Al. speciosum. Cyril. plan. rar. fasc. 2. t. 5. Rudb. elys. 2. 160. f. 21. Swert. floril. t. 61. Al. montanum Gouan. ill. t. 16. Clus. hist. 2. 191. — Aliquando est *scapo bulbillis crassis capitatis terminato floribus nullis.* Ex bulbillis nata est planta umbellam floriferam gestans. Savi bot. etrus. 2. 210. All. multi bulbosum. Jacq. a. 1. 9. t. 10. est procul dubio var. *foliis angustioribus sepalis latioribus flaccidis.* Hisce characteribus motus Bertol. (hor. bot. bonon. pl. viv. 1826. 5. ab Al. nigro differre scribit. at respondet ipse Jacq. l. c. dum scribit folia ex lato-ensiformia — Huc itaque icc. Redout. lil. t. 102. et Kerner hor. sempervir. t. 44. Bot. mag. t. 1148. Memor. mod. 20. t. 18. 19. Broter. phyt. t. 47. 48. — Caulis bipedalis et ultra ut plurimum farctus non raro superne fistulosus. folia striata basi concava usque pedalia. Color florum variabilis. spatha univalvis brevior umbella scariosa demum fissa alba vel rubens marcescens. Bulbilli si qui adsunt in umbella apice non raro appendice spathacea terminati Fl. aest. In agro *nic.*

ee. *Caule subangulato.*

f. *Foliis oblongis margine laevibus radice rhizomatosa lignosa reticulis obducta.*

16. VICTORIALE. A. *Caule basi folioso superne angulato foliis alternis latissimis oblongis obtusis subplicatis subbinis longe vaginatis umbella fastigiata staminibus exsertis spatha univalvi cyathiformi persistente filamentis subulato-lanceolatis.*

Al. plantagineum Lam. fr. 2. 852. Cepa victorialis. Moench. method. 243. Ic. Clus. hist. 1. 189. f. 2. Ejusd. pannon. 224. Matth. com. 595. f. 2. sine flore. Durant. herb. 11. sine flore Chabr. sciagr. 203. f. 5. sine flore. Camerar. epit. 529. Lobel. ic. 159. f. 2. Ejusd. observ. 81. f. 1. sine flore. Dodon. pempt. 684. f. 1. Tabernam. ic. 487. f. 1. Moris hist. s. 4. t. 15. f. 16. Blackw. herb. t. 344. Jacq. a. t. 216. Zorn. med. t. 12. Hayne term. bot. t. 5. Vill. delph. 2. t. 6. Gaud. helv. 2. t. 14. f. 15. Gaertn. de fruct. t. 16. Redout. lil. t. 265. Bot. mag. t. 1222. Plenck ic med. t. 261. Guimp. et Schl. t. 15. Nees dusseld. sup. t. 50. Reich. fl. germ. t. 508. Folia 2-3 fere in apice caulis patentia longissime vaginata vaginis saepe rubentibus aut rubicundo-maculatis. Caulis usque bipedalis. flores subvirentes. Sepala oblonga obtusa exteriora breviora canaliculata intus plana. Non raro caulis ananthos est Bulbus transversus fere cylindricus rhizomatis speciem habet. Fl. aest. In *Sabaudiae* montibus: la *Tournette* et di *Melano*: circa *Courmayeur* in valle *Angustae Praetoriae*. Vires eius affines illis Al. Cepae, et Al. sativi etc.

ff. *Foliis lineari-lanceolatis margine ciliatis radice bulbosa.*

17. SUBHIRSUTUM. A. *Bulbo subrotundo parvo tunicato caule basi foliato subangulato foliis linearibus latis striatis carinatis ciliatis pilosisque umbellae fastigiatae ramis erectis se-*

*palis obtusiusculis patulis stamina superantibus spatha univalvi abbreviata capsula brevissima turbinato-trigona.*

Al. graminifolium. Loisl. gal. 1. 724. var. *foliis glabris staminibus sepala subaequantibus* Corsicae accola. Al. ciliatum. Cyril. f. 2. 16. t. 6. Tenor. neap. t. 57. f. 2. Al. Clusianum. Retz. ap. W. sp. 2. 79. All. niveum. Roth. cat. 2. 35. Al. ciliare. Redout. lil. 511. A. trifoliatum Cyr. l. c. t. 3. A. Moly. ab Ucria hor. panorm. 155. Ic. Ger. hist. 183. Clus. hist. 1. 292. f. 2. Camer. epit. 498. Lob. ic. 160. f. 1. Eiusd. observ. 81. f. 2. Dodon. pempt. 683. f. 1. Bah. hist. 2. 568 f. 2. Chabr. sciagr. 204. f. 1. Lod. bot. cab. t. 945. Swert. flor. t. 60. f. 4. et t. 92. Sibt. fl. gr. t. 313. Moris. s. 4. t. 16. f. 7. 10. Bot. magaz. t. 774. Reich. fl. germ. t. 502. Caulis vix pedalis 2-3foliatus foliis usque pedalibus erectis basi longe vaginatis ciliatis pilosis aliquando glabris. Spatha scariosa alba demum ut plurimum fissa. Umbellae radii ut plurimum inaequales effusae. flores albi, aliquando rubidi. fl. vere In *Liguria occidua*: etiam circa *Genuam*. Allium sativum redolet.

eee. *Caule ancipiti.*

18. NEAPOLITANUM. Cyr. l. c. fas 1. 13. t. 4. Al. *Glabrum caule basi foliato ancipiti foliis lanceolato-loriformibus flaccidis umbella patente spatha ovata acuta abbreviata persistente sepalis obtusis patulis stamina superantibus capsula subrotundo-trigona umbilicata.*

Al. lacteum Sibt. flor. gr. 4. 21. t. 325. — A liliflorum Zeyh. cat. schwetz. 1819. 15. Videtur var. *foliis caule multo longioribus.* Al. candidissimum. Cav. descr. 440. Al. album Savi in Santi viag. 352. t. 7. Redout. lil. t. 300. Ic. Moris. s. 4. t. 16. f. 9. Sab. hor. rom. 6. t. 97. Sweet fl. 9. t. 201. Reich. flor. germ. t. 507. Tenor. neap. t. 137. f. 1. Bulbus ovatus vel rotundus violaceus tunicatus inter tunicas bulbillifer. Caulis raro usque bipedalis ut plurimum humilior. folia latiuscula lineari-lanceolata elongata caule ut plurimum breviora carinata canaliculata. Perigonium candidum basi virescens in nuptiis campaniforme patulum post nuptias connivens. sepala elliptica apice rotundata crenata. Antherae virides. Pollen ochroleucum. flor. vere. Circa *Sarzanam* et *Genuam*: in olivetis di *Lerici*. Allium sativum olet.

eeee. *Caule triquetro.*

19. URSINUM. A. *Glabrum caule basi foliato triquetro foliis subbinis longe petiolatis oblongis in petiolum decurrentibus caule longioribus, umbella fastigiata sepalis lineari-lanceolatis stamina superantibus capsula trisperma depressa triloba spatha bivalvi abbreviata decidua.*

Al. petiolatum. Lam. enc. 1. 69. Al. nemorale Salib. H. ch. All. 235. Cepa ursina. Bernhar. ap. R. Sch. 7. 1121. Ophyoscorodon ursinum. Wallr. sched. crit. 129. Ic. Matth. com. 596. Durant. herb. 11. Brunsf. herb. 3. 137. Fuchs hist. 759. Trag. hist. 748. f. 2. Ruell. in Dioscorid. 272. f. 2. Valer. Cord. hist. 143. f. 2. Camer. ep. 330. Lob. ic. 159. f. 2. Ejusd. obs. 80. f. 2. Dodon. pempt. 683. f. 1. Dalech. lugd. 1546. f. 2. 3. Swert. flor. 61. f. 3. Bah. hist. 2. 566. f. 1. Moris. s. 4. t. 15. f. 15. Rudb. elys. 2. 152. f. 8 Redout. lil. t. 303. Gaud. helv. 2. t. 14. f. 16. Kerner. hor. semper t. 197. Svens. bot. t. 236. Flor. dan. t. 757. Plenck ic. med. t. 260. Engl. bot. t. 122. Sturm. deut. fl. hef. 11. t. 41. Reich. fl. germ. t. 507. Dietr. fl. bor. t. 225. Baxter brit. bot. t. 97. Bulbus tunicatus oblongus tenuis crassitie pennae anserinae albus basi setosus setis paucis fibris radicalibus crassis longis. Caulis aliquando teretiusculus raro pedalis. flores albi stellatim patentes. Stamina inaequalia. Allii sativi odore pollet. fl. vere. In sylvis opacis passim.

dd. *Foliis angustis.*

e. *Acaule.*

20. CHAMAEMOLY. A. *Foliis radicalibus linearibus planis acuminatis ciliatis hirsutis umbella pauciflora radicali caule subterraneo sepalis lanceolatis acutis stamina superantibus capsulis subglobosis cernuis spatha univalvi brevi.*

Saturnia Marat. pl. Romul. et Saturn. 18. t. 2. Sab. hor. rom. 6. t. 2. Columun. ecphr. 326. Cupan. panph. Ic. t. 242. Rudb. elys. 2. 166. f. 15. Reich. fl. germ. t. 501. Moris. s. 4. t.

16. f. 8. Cav. ic. et descript. t. 207. f. 1. Bot. repos. t. 577. Bot. magaz. t. 1203. Redout. lil. t. 525. Dalech. lugd. 1517. f. 1. Bulbus parvus ovatus fuscus membranis exterioribus fuscis utrinque favoso-punctatis tunicatus. folia 3-5spithamea lata ut plurimum canaliculata subtus carinata prostrata. Perianthium erecto-patens fugax album carinis virentibus. raro carneum carinis rubidis. filamenta basi dilatata apice subulata. Antherae ovatae luteae. Stylus subulatus. stigma acutum. capsula magnitudine pisi seminibus numerosis angulatis nigris. odor levis Cepae. fl. hyeme. In herbidis circa *Genuam*, aliisque locis in *Liguria occidua*.

ee. *Caulifera.*

f. *Caule angulato.*

g. *Foliis subtus carinatis: radice rhizomatosa.*

21. ANGULOSUM. Al. *Caule angulato basi foliato foliis linearibus obtusis subcarinatis glaucis vel viridibus umbella fastigiata brevioribus genitalibus exsertis vel inclusis spatha 2-3 valvi pedicellis breviore.*

Al. senescens. Lin. sp. 430. est. var. *foliis glaucis latioribus genitalibus exsertis.* Reich. ic. cent. 8. t. 733. f. 978. A. narcissiflorum Scop. carn. 1. 2. A. narcissifolium Vill. delph. 2. 258. A. montanum Schm. boem cent. 4. 48. Al. acutangulum Schrad. cat. sem. hor. got. 1808. var. *staminibus sepala aequantibus.* Reich. ic. cent. 8. t. 734. f. 977. Al. danubiale. Spreng. mantis. 1. 38. Al. fallax. Don. All. n. 61. Ic. Clus. hist. 1. 196. f. 1. Eiusd. pann. 222. Bah. hist. 2. 564. f. 2. Gmel. sibir. 1. t. 14. f. 2. Jacq. a. t. 423. Redout. liliac. t. 281. Gaud. helv. 2. t. 14. f. 1. 4. Zannichel. ist. t. 275. Flor. dan. t. 2119. Botan. mag. t. 1149. Schrank flor. mon. t. 784. Ad senescentem trahunt Clus. hist. 1. 195. f. 2. Ejusd. pan. 221. Lob. ic. 161. f. 1. Ejusd. observ. 82. f. 2. Bah. hist. 2. 561. f. 3. Gmel. sibir. t. 11. f. 2 Barrel. ic. 1022. Boccon. mus. T. 79 ex Barrel. Tabernam. ic. 483. Rite comparatis omnibus scriptis Linnaei non video cur plantis nostratibus characteres Al. senescentis, et Al. acutanguli non conveniant. Planta est valde ludibunda et cum characteres innitantur longitudini, et latitudini foliorum et staminum facile est percipere quantum a vero abludant qui plantas Linnaei a nostris reapse discrepare scripserunt et quantam confusionem superaddiderint scriptores multi (Cf. R. Sch. syst.) qui hanc nostram in tot futiles species discerpserunt. Radix transversa lignosa crassa tuberosa fibris raris sparsis. ex apice ejus prodeunt bulbus unus vel duo simplices ovati tunicati basi fibris radicantes. folia linearia angusta vel lata planiuscula vel carinata striata obtusa caule spithameo vel usque bipedali breviora vel longiora vel aequalia illa Narcissi poetici quodammodo aemulantia. Spatha persistens marcescens. umbella fastigiata vel haemisphaerica, pauci, vel multiflora. Perianthium campanulatum album vel roseum, carinis rubidis vel purpureis. Sepala lanceolata acuta vel obtusa exteriora aliquando breviora. Stamina exserta vel inclusa vel aequalia sepalis. Antherae carneae, vel purpureae. Stigma obtusum. capsula subrotundo-trigona subemarginata. Fl. aest. Vulgare in pratis spongiosis montium et collium: etiam planitiei.

gg *Foliis subtus convexis semiteretibus farctis: radice bulbosa.*

h. *Floribus violaceis.*

22. MONTANUM. Sibt. fl. gr. t. 319? Al. *Glabrum caule inferne foliato foliis semiteretibus canaliculatis caulem aequantibus farctis umbella laxa floribus externis nutantibus spatha deflexa elongata bivalvi valvis inaequalibus angustis perigonio crucibuliformi subtruncato capsula turbinato-trigona emarginata staminibus exsertis.*

Al. pulchellum Don. All. 46. Codonoprasum paniculatum. Reich. excurs. 1. 115. — Var. *umbella basi bulbillifera.* est Al. carinatum. All. ped. 2. 156. Redout liliac. t. 568. All. violaceum. W. enum. sup. 17. All. flexum. W. et Kitaib. hung. 3. 307. t. 278. Reich. ic. cent. 5. t. 417. f. 603. Codonoprasum carinatum, et flexum. Reich. excurs. 1. 114. — Var. *perianthio subcylindrico sepalis acutis staminibus inclusis est.* Al. paniculatum Lin. sp. 428. Sibt. fl. gr. t. 118. Al. tenuiflorum Tenor. neap. 1. 165. t. 30. Cepa paniculata Moench.

meth. 243. Ic. Hall. opusc. 306. Clus. pan. 218. Michel. gen. t. 24. f. 4. — Huc etiam procul dubio. All. pallens Gouan. ill. 24. Clus. hist. 2. 194. Columnn. ecphr. 2. 7. Bonan. panph. t. 26. Redout. lil. t. 272. Sibt. fl. gr. t. 317. quod var. sistit *foliis fistulosis spathae valvis inferne lanceolatis elongatis subulatis umbellae radiis pendulis staminibus sepala aequantibus.*

All. coloratum Spreng. syst. 2. 58. Similis pallenti. differt *umbellae radiis coloratis staminibus exsertis.*

All. intermedium. Cand. fr. 5. 318. *Caule foliifero umbella laxa interdum bulbifera pedicellis capillarib s effusis spatha bivalvi valvis linearibus acuminato-fistulosis umbellam duplo triplove superantibus perigonii segmentis lanceolatis obtusis stamina subaequantibus, stylo brevissimo.* — Duby bot. gan. 1. 469. huius etiam loci esse persuasum habeo. In reliquis similia sunt. All. oleraceo cum quo forte conjungendae ut varr. nam. umbella bulbillifera, et capsulifera characteres praebet infirmos et inconstantes. fl. vere. In agro *nic.* in colle S. *Albani* apud urbem. All. pallens. A. paniculatum in agro *ligustico* a *Voltri* etc.: in montibus di *Viù* et *Lanzo*: etiam in agro *Taur.* prope la *Dora* et *il Castello di Lucengo* etc.

hh. *Floribus flavis.*

23. FLAVUM. Al. *Caule ad medium folioso foliis subteretibus superne canaliculatis farctis pulposis umbellae radiis flaccidis spatha bivalvi valvis inaequalibus elongatis acutis altera longe rostrata sepalis ovatis truncatis retusisve staminibus exsertis.*

Al. nebrodense. Guss. prodr. fl. sic. 1. 404. est. var. — *sepalis flavo-roseis spatha umbellam subaequante* — Cepa flava. Moench meth. 243. Ic. Clus. hist. 1. 194. f. 2. Eiusd. pan. 217. Moris. s. 4. t. 14. f. 4. Rudb. elys. 2. 157. f. 6. Jacq. a. t. 141. Redout. lil. t. 119. Bot. mag. t. 1330. Trattin. t. 732. Reich. ic. cen. 6. f. 370. Sturm. deut. fl. hef. 9. t. 34. Non differt a precedente nisi colore florum sulphureo et staminibus exsertis. Sed characteres vagi sunt, ut probat var. *nebrodense.* Unde conjicio forte esse var. prioris et forte All. oleracei. Fl. aest. In valle *Queiras* eundo versus *Guillestre.*

ff. *Caule ancipiti, radice rhizomatosa.*

24. PEDEMONTANUM. W. sp. 2. 77. All. *Glabrum caule basi foliato ancipiti foliis linearibus obtusis carinatis umbella nutante compacta sepalis oblongis obtusiusculis stamina superantibus spatha univalvi abbreviata marcescente umbellae radiis perigonio campaniformi brevioribus stigmate trifido capsula subrotundo-trigona emarginata.*

All. nigrum. All. ped. 2. 158. t. 23. f. 1. All. roseum. Lin. syst. ed. 2. 432. A. grandiflorum. Lam. enc. 1. 68. A. narcissiflorum. Vill. delph. 2. 258. t. 6. non differt nisi *caule tereti sepalis acuminatis* qui characteres mea sententia nimis laeves sunt ut species distinctas sistant: quod abunde probatur testimonio Linnaei, qui de suo Allio roseo (syst. ed. 2.) quod jure Bertolonius ad hanc speciem trahit, scribit-scapus teres nudus. Ic. Reich. flor. germ. t. 304. Bulbi rhizomati transverso impositi. Caules vix palmares. folia obtusa umbellam subaequantia. flores magni sanguinei carinis atro-rubri Fl. aest. In alpibus di *Lanzo:* in monte *Vermalina* prope *Limone:* al *col de la Croix* prope la *Chianale*: in alpibus *monregal.*: circa Lacum *Avilianae* etc.

fff. *Caule teretiusculo.*

g. *Staminibus longe exsertis: radice lignosa rhizomatosa.*

25. SUAVEOLENS. Jacq. ic. rar. pl. 2. 14. t. 364. Al *Glabrum bulbo oblongo caule teretiusculo basi foliato foliis anguste linearibus obtusis carinatis glaucis umbella globosa sepalis obtusis staminibus longe exsertis spatha bivalvi abbreviata scariosa valvis acuminato-foliaceis capsula subrotunda.*

Al. ericetorum. Thor. chl. 123. A. graminifolium. Pers. ench. 1. 356. Al. ambiguum Cand. fr. 3. 220. — Al. ochroleucum W. et Kitaib. hung. 2. 204. t. 186. non differt nisi *floribus grandioribus ochroleucis* ideoque non video cur speciem distinctam sistere debeat. Huc itaque etiam A. appendiculatum Ram. in Pers. ench. 1. 356. Ic. Hall. com. gott. 1752. 358. t. 10. Zannichel. ist. t. 191. f. 2. mala. Reich. fl. germ. t. 499. Caulis 1-2pe-

dalis, flores campaniformes albidi vel rosei carinis rubidis, vel ochroleuci carina viriduli. Antherae croceae. semina oblonga acuta. tota planta sub vitro punctata. Fl. aest. et aut. In collibus di *Pegli* in *Liguria occidua.*

*gg. Staminibus inclusis:*
*radice bulbosa.*

26. ROSEUM. A. *Glabrum bulbo subrotundo gregario caule tereti inferne foliato foliis linearibus elongatis canaliculatis apice involutis spatha univalvi brevi 4-fida umbella fastigiata sepalis obtusis emarginatis staminibus inclusis inaequalibus capsula turbinato-trigona.*

Al. carneum. A. Tenor. neap. 1. 159. t. 29. Al. maiale Eiusd. l. c. t. 160. Al. illiricum Jacq. ic. rar. plan. 2 14. t. 365. var. *umbella basi bulbillifera* est. All. carneum B. Tenor. l. c. t. 28. Al. carneum. Santi. viag. 3. 315. t. 6. Al. ambiguum. Sibt. fl. gr. t. 327. Al. Tenorii Spreng. syst. 2. 35. Lob. ic. 160. mala Dalech. lugd. 1593. mala. Moris s. 4. t. 16. f. 11. mala. Park. par. 143. f. 4. — Ic. Magnol. bot. monsp. 10. Bonan. panph. t. 32. Sibt. fl. gr. 514. Bot. magaz. t. 978. Engl. bot. t. 2803 Reich flor. germ. t. 504. Redout lil. t. 213. Bulbus magnitudine cerasi basi inter tunicas bulbillifer. Caulis foliis longior usque bipedalis, folia sub vitro ciliata. Spatha marcescens 3-4fida. flores erecti campaniformes albi, plerumque rosei carinis rubentibus. Stylus exsertus. filamenta alba. antherae luteae. fl. vere. In collibus, pascuis, arvis: olivetis agri *nic.* et *Ligur.* varietatem? legi in pratis collinis di *Roppolo* in agro *bugel. foliis margine laevibus, staminibus sepala aequantibus.*

*ffff. Caule triquetro.*

27. TRIQUETRUM. A. *Glabrum bulbis simplicibus ovato-subrotundis aggregatis caule basi foliato foliis triquetris ensiformibus illo longioribus umbellae pauciflorae radiis nutantibus secundis spatham bivalvem brevem caducam subaequantibus sepalis lanceolatis staminibus brevioribus perigonio cylindraceo fructifero conniventi-pyramidato stigmate trifido capsula turbinato-subglobosa.*

Al. triquetrum Tenor. neap. 1. 168. t. 31. Lod. bot. cab. t. 1087. Al. album Spreng. syst. 2. 36. mihi videtur var. *petalis trinerviis in anthesi stellato-patentibus in fructu conniventi-globosis.*

Ic. Bonan. panph. t. 24. Moris. s. 4. t. 16. f. 6. Park. par. t. 143. f. 4. Rudb. elys. 2. 159. f. 16. Swert. fl. t. 60. Redout. lil. t. 319. Botan. magaz. t. 869. Sibt. fl. gr. t. 324. Reich. fl. germ. t. 503. Caulis usque pedalis foliis minor vel illa aequans. flores albi carina viridula. stamina inaequalia. semina arillata. Allium sativum olet. fl. primo vere. circa *Genuam* et *Sarzanam*: in alpibus *di Vinadio.*

*cc. Foliis teretibus fistulosis.*

28. SCHOENOPRASUM. A. *Bulbis oblongis aggregatis caule tereti basi foliato submonophyllo foliis radicalibus caespitosis erectis caulem subaequantibus teretibus fistulosis umbella compacta convexa perigonio campaniformi sepalis acutis stamina superantibus spatha bivalvi abbreviata valvis concavis ovatis scariosis mucronatis capsula subgloboso-trigona.*

Al. foliosum. Clar. in Cand. fr. 3. 725. Redout. liliac. t. 214. Reich. ic. t. 478. Al. acutum Spreng. pugil. 1. 28. Al sibiricum. Lin. man. 562. Hayne term. bot. t. 4. f. 4. c. Al. Schoenoprasum b. Lin. sp. 433. Mur. com. got. 1775. 33. t. 4. Al. Schoenoprasum b. Bot. mag. 1141. Al. tenuifolium Pohl. tent. flor. helv. 2. 40. Buxb. cent. 4. t. 45. Gmel. sibir. 1. t. 15. f. 1. Al. palustre. Salisb. h. chap. All. 235. — A. roseum. Krok. sil. 1. t. 43. est var. *foliis semiteretibus.* — Al. tenuifolium. Salisb. H. ch. Allert. 235. Cepa Schoenoprasum. Moench. meth. 244. Ic. Rudb. elys. 2. 143. f. 3. Fuchs. hist. 633. Trag. hist. 742. Ruel. in Dios. 327. Lobel. ic. 154. f. 1. Eiusd. observ. 77. f. 1. Dodon. pempt. 689. f. 1. Dalech. lugd. 1541. f. 1. Tabernam. ic. 486. f. 2. Bah. hist. 2. 654. f. 1. Moris. s. 4. t. 14. f. 4. Matth. com. 393. f. 2. Camer. epit. 325. Chabr. sciagr. 200. f. 4. Kerner. t. 64. Svens. bot. t. 89. Bot. mag. t. 1144. Schk. hand. t. 91. Plenk ic. med. t. 257. Fl. dan. t. 971. Engl. bot. t. 2441. Dietr. fl. bor. t. 28. Reich. fl. germ. t. 496. Gaud. helv. 2. t. 12. f. 9 Caulis humilis raro usque pedalis. flores maiusculi rosei carina rubra. raro albi

carina virides. Antherae roseae, vel luteae. Herba culta in hortis ad usum domesticum. Galli vocant *Civette: grand ciboule, fausse echalotte.* Gratissima in acetariis. Habitat prata montosa et alpina.

460. ERYTHRONIUM.

**Denscanis.** E. *Herba glabra perennis vix spithamea radice bulbosa bulbo oblongo cylindrico albo tunicato foliis binis oblongis integerrimis rubro maculatis petiolatis petiolis basi connatis scapo tereti erecto vix folia superante unifloro flore nutante carneo-violaceo petalis lanceolatis acuminatis reflexis tribus interioribus auriculatis auricula reflexa staminibus perigonio brevioribus filamentis medio incrassatis antheris sagittata-linearibus coeruleis stigmate trifido laciniis recurvis supra papillosis capsula triloculari turbinato-subrotunda seminibus acutis numerosis biseriatis.*

E. maculatum. Lam. fr. 3. 660. E. ovatifolium Poir. enc. 8. 660. E. longifolium. Mill. dict. n. 2. — Var. *floribus albis*, vel *obscure violaceis.* — Ic. Clus. hist. 266. f. 1. 2. Dodon. pempt. 203. f. 1. Ejusd. purg. p. 389. Lob. ic. 196. f. 1. et 2. Ejusd. obs. 97. et adv. 64. Dalech. lugd. 1566. Lam. ill. 244. f. 1. 2. Matth. com. 705. f. 2. mala. Tabernam. ic. 651. f. 2. Bah. hist. 2. 680. f. 2. 3. mala. Moris. s. 4. t. 5. f. 1. 2. Knor. del. 1. t. H. f. 8. Gmel. sib. 1. t. 7. Sturm. deut. fl. heft. 9. t. 34. Hayne term. bot. t. 4. f. 5. Bot. mag. t. 5. Schk. hand. t. 92. Jacq. a. ap. t. 9. Redout. lil. t. 194. Reich. flor. germ. t. 441. Sveet. fl. 9. t. 71. Kerner gener. t. 211. Plée types. t. 56. Nees gener. 1. t. 55. Fl. des serres. 8. t. 850. fl. vere. vulgare in pascuis, sylvis, dumetis, sepibus, senticetis, pratis montanis, collinis, subalpinis. stirps speciosa.

461. ORNITHOGALUM.

a. *Floribus corymbosis.*
b. *Luteis: filamentis basi non dilatatis.*
c. *Folio radicali subsolitario.*
d. *Semitereti fistuloso:*
*caule subunifloro.*

1. **fistulosum.** Ramon. in Cand. fr. 3. 215. O. *Caule folioso subunifloro folio radicali filiformi-canaliculato fistuloso caulem superante caulinis alternis lanceolatis floralibus geminis basi dilatatis spathaceis lanceolatis petalis spathulatis striatis.*

O. Liotardi. Stemb. deut. bot. ges. 2. 56. t. 3. Gagea Liotardi R. Sch. syst. 7. 545. O. fragiferum. Vill. delph. 2. 269. est forma plantae in secundo anno quo caulis erumpit bracteis 2-4. terminatus in quarum medio est glomerulus bulbillorum loco floris. tertio anno caules floriferos promit. Primo non nisi folium angustissimum est. — O. pusillum. Tausch. in botan. zeit. 1828. 450. Reich. ic. cent. 2. t. 117. f. 228. 229. Gagea pusilla. Schm. flor. boem. cent. 2. 41. — O. bohemicum. Zeuschemer. act. bohem. 2. 121. cum ic. qua perperam *flores numerosi pinguuntur.* — O. Zeuschemeri Pohl. fl. boh. 2. 14. O. Clusii Tausch. l. c. 541. Gagea clusiana R. Sch. syst. 7. 543. O. villosum. Guss. fl. sic. prodr. 1. 411. a. Ic. Redout. lil. t. 221. Reich. flor. germ. t. 476. Bulbus parvus subglobosus nidulans. Caulis glaber fistulosus superne angulatus vix spithameus, raro multiflorus. petala luteola. carina viridula. Capsula pyriformis trigona. folia radicalia aliquando bina apice callosa. fl. vere. In valle *Augustae praetoriae*: in *Cenisio* etc.

dd. *Lineari-lanceolato:*
*caule multifloro.*

2. **luteum.** O. *Bulbo solitario solido folio radicali unico lineari-lanceolato glauscente plano caule longiore floralibus subternis ciliatis pedunculis teretibus glabris stylo tereti glabro staminibus breviore.*

O. sylvaticum Pers. in Uster. neu annal. 5. 7. t. 6. 1. O. Personii. Hop. bot. zeit. 1807. 137. Sturm. deut. fl. hef. 37. Gagea lutea. R. Sch. syst. 7. 538. Scapus angulatus spithameus. Sepala dorso viridia. genitalia lutea. filamenta basi paulo dilatata. Ic. Engl. bot. t. 21. Redout. liliac. t. 502. f. 1. Svens. bot. t. 634. Flor. dan. t. 370. Hook. flor. lond. ed. Grav. 4. t. 59. Curt. lond. 4. t. 121. Liboschitz. petersb. t. 19. Sturm. deut. fl. hef. 3. t. 12. Schrank. flor. monac. I. t. 58. Schubert naturges. t. 17. f. 12. fl. vere. In pascuis, arvis, et pratis collium passim.

cc. *Foliis radicalibus geminis semiteretibus farctis.*

3. ARVENSE. Pers. in Uster. an. 11. 8. t. 1. f. 2. O. *Bulbo nidulante foliis pubescentibus radicalibus binis caule longioribus floralibus subsenis pedunculis teretibus villosiusculis stylo 3-gono stamina superante capsula pyriformi trigona emarginata caule angulato.*

O. luteum. All. ped. 2. 16. O. minimum Roth. germ. 2. 394. Redout. lil. t. 302. f. 2. Stellaris minima Moench. method. 305. O. villosum. W. enum. 1. 368. Gagea arvensis. R. Sch. 7. 547. Ic. Sibt. fl. gr. t. 332. Fl. dan. t. 1869. Bulbus ovatus compositus, bulbo caulifero, et duobus minoribus foliferis. Caulis vix spithameus aliquando brevissimus fere nullus pauciflorus. Petala inferne pubescentia. filamenta subulata. fl. vere. In agris, arvis, pascuis, pratis aridis collium. Circa *Monregalem*: in collibus *taurinensibus* etc.

ccc. *Foliis radicalibus pluribus, caule subunifloro.*

4. STRIATUM. W. sp. 2. 112. O. *Bulbo oblongo, caule subunifloro folioso foliis radicalibus lineari-filiformibus farctis caulem subaequantibus foliis caulinis lineari-lanceolatis abbreviatis petalis obtusis nervoso-striatis.*

Anthericum. serotinum. Lin. sp. 444. Phalangium Cand. fr. 3. 210 Lyodia serotina Salisb. apud. Koch. syn. 818. Ic. Bah. hist. 2. 663. f. ext. Rajus. angl. 3. 374. t. 17. f. 1. Rudbeck elys. 2. 64. f. 9. Redout. lil. t. 270. Jacq. a. ap. t. 58. Engl. bot. t. 793. Baxter br. bot. t. 464. Sturm. deut. fl. hef. 12. t. 93. Bulbus oblongus curvus. Caulis raro ramosus vix palmaris. perigonium in anthesi stellatum demum turbinatum persistens. Stamina tria longiora. Antherae ovatae quadrisulcae luteae. Petala albida striis rubellis. Semina numerosa angulata nitentia ferruginea. Flor. aest. In summis alpium jugis nivosis, ad nives deliquescentes, locis ad semptemtrionem positis: in monte *Cenisio* etc.

bb. *Albis : Caule nudo : filamentis basi dilatatis.*

c. *Petalis subtridentatis ; filamentis alternis emarginatis.*

5. ARABICUM. O. *Foliis lanceolatis racemo corymboso nutante bracteis cordatis corolla subcampanulata filamentis conniventibus alternis subemarginatis.*

O. Grimaldiae Nocca hor. ticin. plant. select. fas. 1. t. 4. Ic. Clus. hist. 2. 186. f. 1. Eiusd. pan. 186. Lobel. ic. 149. f. 2. Eiusd. 73. f. 1. Dodon. pempt. 221. f. 2. Ger. hist. 167. Bah. hist. 2. 629. f. 1. Redout. lil. t. 63. Botan. regist. t. 906. Reich. fl. germ. t. 470. Renealm. spec. 90. Bot. mag. t. 728. Broter. phyt. lus. select. t. 46. Trattin. tab. 722. Bessl. hor. eyst. vern. 5. t. 12. f. 1. Park. par. t. 137. f. 1. Swert. flor. t. 37. f. 1. Bulbus ovatus compositus. folia caule sublongiora. Caulis vix pedalis. flores maiusculi. flor. vere exeunte. In agro *nic.*

cc. *Petalis marginatis integris obtusis; filamentis conformibus.*

6. UMBELLATUM. O. *Bulbo sobolifero foliis linearibus caule longioribus canaliculatis linea mediana discolore pedunculis corymbosis bracteas multo superantibus patentissimis apice assurgentibus petalis marginatis lanceolatis.*

O. exscapum cultum. Tenor. neap. t. 34. f. A. O. refractum Kitaib. Reich. ic. cent. 2. t. 142. f. 263 Scilla campestris. Savi pis. 1. 330. Stellaris corymbosa. Moench. meth. 304. Ic. Lobel. ic. 149. f. 2. Eiusd. observ. 72. f. 1. Dodon. pempt. 221. f. 1 Eiusd. coron. 177. Dalech. lugd. 1581. f. 2. Ger. hist. 163. Bah. hist. 2. 630. f. 1. Reneaulm. spec. 87. Jacq. a. t. 343. Redout. lib. t. 143. Swert. flor. t. 37. f. 4. Hook. lond. t. 45. ed. Grav. 4. t. 41. Engl. bot. t. 130. Fl. dan. t. 1266. Schk. hand. t. 94. Baxter brit. bot. l. 121. Svens. bot. t. 388. Lam. ill. t. 242. Dietr. flor. bor. t. 56. Reich. flor. germ. t. 467. Nees gen. 2. 48. Bulbus albus subrotundus. Petala supra candida subtus virentia. stylus brevis. Caulis humilis aliquando tamen pedalis teres. Capsula oblonga emarginata hexagona. Fl. vere. Vulgare in agris arvis, pascuis etc. Flores panduntur hora 11 ante meridiem. Coelo nubilo semper clausi. Bulbi esculenti.

aa. *Floribus racemosis : filamentis basi dilatatis caule nudo.*

b. *Floribus albis: filamentis emarginatis.*

2. NUTANS. O. *Glabrum glaucum bulbo simplici foliis linearibus canaliculatis caulem subaequantibus racemo elongato pedunculis secundis nutantibus petalis oblongis reflexis filamentis dilatatis conniventibus alternis bifidis.*

Albuca nutans. Reich. ex. 1. 110. Ic. Clus. hist. appen. 2. t. 9. f. 1. Swert. flor. t. 57. f. 3. Bah. hist. 2. 631. f. 1. Rudb. elys. 1. 137. f. 12. Jacq. a. t. 301. Redout. lil. t. t. 253. Columm. ecphr. 1. 322. Engl bot. t. 1997. Fl. dan. t. 912. Hook. lond. t. 24. ed. Grav. 4. t. 40. Curt. bot. mag. t. 269. Dietr. flor. bor. t. 55. Caulis vix pedalis, flores post anthesim nutantes maiusculi campaniformes, laciniis dorso virentibus. Fl. vere. Legi in pratis di *Donato*.

bb. *Floribus luteo-virentibus: filamentis aequalibus obovato-mucronatis.*

8. PYRENAICUM. O. *Glabrum bulbo ovato foliis linearibus canaliculatis suberectis fugacibus caule brevioribus racemo elongato pedunculis erectis bracteas subulatas subaequantibus demum deflexis petalis linearibus obtusiusculis filamentis aequalibus obovato-mucronatis.*

O. stachyoides. Hos. a. 1. 432. O. sulphureum. R. Sch. syst. 7. 518. Anthericum sulphureum. W. et Kitaib. hung. t. 93. Phalangium Poir. enc. suppl. 4. 581. Scilla sylvestris. Savi due cent. 88. — Ic. Clus. hist. 1. 187. f. 1. Lob. ic. 95. f. 2. ejusd. obser. 47. f. 2. Dodon. pempt. 209. f. 1. ejusd. cor. 145. Ger. hist. 97. Bah. hist. 2. 627. f. 1. Moris. s. 4. t. 13. f. 5. Redout. lil. t. 234. 90. f. 2. Rudb. elys. 2. 134. f. 3. Reich. ic. cent. 10. t. 907. f. 1228 bis. Nees gen. 2. 48. Caulis usque tripedalis, glauco virens. caps. trigona. stigma obtuse trigonum. Antherae versatiles. folia radicalia longissima. Fl. aest. In pratis humidiusculis montanis et subalpinis etiam collinis. Caules et flores imperfecte evoluti prostant venales in macellis olitoriis nostris sub nomine *Asparago di montagna* et sistunt obsonium gratum et salubre.

bbb. *Floribus ochroleucis: filamentis latis membranaceis.*

9. NARBONENSE. O. *Foliis lineari-lanceolatis canaliculatis scapo brevioribus persistentibus racemo oblongo longissime thyrsoideo acuto pedunculis patentibus filamentis latis membranaceis.*

O. pyrenaicum. Jacq. a. t. 103. Engl. bot. t. 499. Scilla montana. Savi due cent. 89. Ic. Renealm. sp. 90. Dodon. pempt. 222. f. 2. ejusd. purg. 394. Lobel. ic. 94. f. 1. ejusd. obs. 47. f. 4. Dalech. lugd. 1582. f. 2. Bah. hist. 2. 629. f. 1. Reich. ic. cent. 10. t. 906. f. 1228. Bot. mag. t. 2510. forte huc trahendum. O. pyramidale. L. ceterum simile praecedenti cuius forte var. est. fl. vere. In agris collium inter segetes etc.

## 462. ASPHODELUS.

Herbae perennes glabrae floribus racemosis albis vel carneis pedunculatis pedunculis bracteatis.

a. *Foliis fistulosis semiteretibus: radice fibrosa.*

1. FISTULOSUS. A. *Glaucus foliis radicalibus semiteretibus subulatis subfistulosis margine ciliolato-scabris scapo humili ramoso fistuloso brevioribus floribus solitariis remotis.*

A. aestivus. Reich. ic. cent. 5. t. 451. f. 643. A. ramosus Sturm. deut. fl. 4. 6. Asphodeloides ramosa Moench. meth. 634. Ic. Clus. hist. 2. 197. Sab. hort rom. 6. t. 45. (errore apud Bertolon. 43). Moris. s. 4. t. 1. f. 5. Gaertn. fruct. t. 17. f. 1. Redout. liliac. t. 178. Bot. mag. t. 984. Cav. ic. et descript. t. 202. Sibt. fl. gr. t. 335. Jacq. hor. vind. 1. t. 77. Lam. ill. t. 241. f. 2. Chabr. sciagr. 221. f. 4. Lodd. bot. cab. t. 1124. Sturm. deut. fl. hef. 2. t. 6. Reich. flor. germ. t. 513. De Germinatione ejus conf. Mirbel in an. du Mus. 13. t. 3. f. 51. et Jaum. S. Kilair. in Journ. de bot. 1. 68. t. 1. f. 7. Radix fusca ramosa ramis descendentibus. Scapus teres erectus alterne ramosus inferne pilosus superne laevis, pedalis, et ultra. Rami racemosi. Bracteae scariosae concavae acuminato-setaceae solitariae imae longe cuspidatae: pedunculi articulati. Perigonium subcylindricum demum

stellato-patens album vel carneum carinis viridulis. Squama staminifera ciliata. Antherae rubro-violaceae. Capsula carnosa obovato-subglobosa. Semina cinerea vel fusca triquetra. flor. primo vere. In *Liguria occidua*: in montibus circa *Savonam*: in collibus di *Laigueglia*.

aa. *Foliis linearibus carinatis: radice tuberoso-fasciculata.*

b. *Racemo ramoso.*

2. RAMOSUS. A. *Glaucus foliis radicalibus ensiformibus carinatis laevibus scapo ramoso pedunculis alternis bractea fusca longioribus capsula subglobosa obsolete angulata triplo breviore.*

A. microcarpus. Vivian. fl. cors. diagn. 5. A. racemosus. Link. enum. 1. 328. Ic. Clus. hist. 1. 196. f. 2. C. Bah. theat. 339. J. Bah. hist. 2. 625. f. 2. Ger. hist. 96. Park. theat. 1218. Lob. ic. 2. t. 260. f. 1. Moris. s. 4. t. 1. f. 4. Debry fl. t. 22. Mur. com. got. 7. t. 7. Bessl. hor. eyst. vern. 9. Red. lil. t. 178. Bot. mag. t. 799. Sibt. fl. gr. t. 334. Chabr. sciagr. 221. f. 5. Sturm. deut. fl. hef. 2. t. 6. Spreng. gesis. d. bot. t. 4. Reich. flor. germ. t. 514. Scapi non raro caespitosi crassi usque tripedales. folia scapo breviora prostrata. Bracteae lanceolatae. Perigonium maiusculum album carinis purpureo viridibus. petala tria exteriora angustiora. Squama staminifera ferruginea granulata margine pubescens. Antherae croceae. Capsula carnosa turbinato-ovoidea umbilicata, foveola triangulari. Semina trigona fusca. fl. vere. In collibus calidioribus agri *novar*. et in ericetis *Ticini*.

bb. *Racemo simplici.*

3. ALBUS. Mill. dict. 4. 3. W. sp 2. 133. A. *Foliis radicalibus linearibus carinatis laevibus scapo simplici pedunculis confertis bracteas aequantibus capsulis perigonio vix brevioribus.*

A. neglectus. R. Sch. syst. 7. 489. A. ramosus Murray. com. gotting. 7. t. 7. Plenck. ic. med. t. 267. Redout. lil. t. 314. Matth. com. 620. Clus. hist. 197. f. 1. Trag. hist. 790. Lob. ic. 90. f. 2. ejusd. obs. 46. f. 1. Dodon. pempt. 206. f. 1. ejusd. cor. 156. Dalech. lugd. 1588. f. 1. Tabern. ic. 634. f. 1. Camerar. epit. 371. Bah. hist. 2. 625. f. 1. Moris. s. 4. t. 1. f. 2. Chabr. sciagr. 221. f. 5. Blachk. t. 328. Nees. gen. 2. 52. Reich. fl. germ. t. 515. Scapus humilior. Racemus densior, aliquando tamen basi ramosus. flores maiores. et fructus, et semina. Bracteae nigrae. Ceterum similis priore cuius forte var. est. forma tamen constans quam jam veteres cognoverunt. fl. vere. Vulgare in collibus apricis, et aridis.

## 463. SCILLA.

a. *Corollis campanulatis: bracteis geminis.*

b. *Corollis cylindrico campanulatis nutantibus, bracteis integris.*

1. NUTANS. Smith. br. 366. Sc. *Foliis lanceolatis racemo elongato nutante corollis cernuis apice revolutis staminibus tubum aequantibus bracteis pedicello multo longioribus.*

Scil. festalis. Salisb. prodr. 242. Hyacinthus non scriptus. L. sp. 453. Curt. lond. 2. n. 18. Bull. herb. t. 333. Flor. batav. t. 56. Knor. del. 2. t. H. Blackw. t. 61. H. pratensis Lam. enc. 3. 190. H. cernuus. Thuil. par. ed. 2. 1. 174. H. spicatus. Moench. meth. 632. Usteria hyacintiflora. Medik. ac. palat. 6. 480. Ust. secunda id. in Usteri an. d. bot. st. 2. 11. Ic. Clus. hist. 1. 177. f. 1. Lobel ic. 103. f. 1. 2. eiusd. observ. 53. f. 3. Dodon. pempt. 216. f. 1. ejusd. coron. 167. Dalech. lugd. 1507. f. 2. Bah. hist. 2. 586. f. 1. Redout. lil. t. 224. Lam. ill. t. 238. f. 1. Chabr. sciagr. 209. f. 6. Rudb. elys. 2. 26. f. 1. Gawl. bot. mag. t. 1102. Engl. bot. t. 377. Bulbus globosus tunicatus albus acer. folia numerosa scapum pedalem et ultra subaequantia ad medium usque erecta flaccida. flores coerulei maiusculi suaveolentes, secundi. Bracteae inaequales. filamenta medio petalo inserta alba. antherae flavae. fl. vere. In sylvis collium *taurin*: circa *Verbanum* lacum. facies omnino Hyacinthi.

bb. Cor. *campanulatis subnutantibus secundis: racemo erecto: bracteis bipartitis.*

2. CAMPANULATA. Ait. kew. 1. 444. Sc. *Foliis lanceolatis flaccidis stratis demum scapo longioribus bracteis bipartitis pedunculo longioribus corol-*

*lis subnutantibus subsecundis apice revolutis.*

Sc. patula. Redout. lil. t. 225. Hyacinthus patulus Desf. hor. par. H. amethystinus Lam. enc. 3. 190. H. spicatus Moench. meth. Scilla hyacinthoides Jacq. coll. 1. 61. ic. rar. t. 65. Sc. Jacquini Gmel. syst. 522. Sc. hispanica. Mill. dict. n. 8. Ic. Park. theatr. t. 125. f. 4. Moris. s. 4. t. 11. f. 8. Redout. lil. t. 435. Botan. mag. t 1102. Lam. ill. t. 238. Annal. de Gand. 1846. t. 48. Bulbus ovatus magnitudine nucis juglandis tunicatus tunicis ferrugineis. Scapus subangulatus vix pedalis. Racemus erectus 15-20florus. flores inodori maiusculi. pedunculi imi longiores Stamina corolla breviora adnata mediis petalis. Antherae luteo-virentes oblongae versatiles. Stigma capitatum glandulosum. Capsula acuta ovato-triquetra loculis inflatis. Semina angulata. Herba speciosa inodora glabra. fl. primo vere. circa *Nicaeam* in rupium fissuris.

aa. *Corollis planis.*

b. *Floribus coeruleis.*

c. *Foliis lanceolatis paucis.*

d. *Scapo cylindrico: bracteis sub nullis.*

3. BIFOLIA. Sc. *Foliis subbinis lanceolatis erectis racemo paucifloro laxo fructifero nutante pedunculis ebracteatis flore longioribus imis elongtis bulbo solido.*

Ornithogalum bifolium. Nek. acta pal. 2. 46. Anthericum. Scop. carn. 1. 247. Stellaris bifolia. Moench. meth. 504. Ic. Bruns. herb. 1. 184. Fuchs hist. 857. 858. Tragus his. 756. Clus. hist. 1. 184. f. 2. Lob. ic. 69. f. 2. 100. f. 1. ejusd. observ. 55. f. 1. eiusd. app. 458. f. 2. Dodon. pempt. 219. f. 2. ejusd. cor. 175. Dalech. lugd. 1515. f. 2. 3. Bah. hist. 2. 579. f. 2. 3. Moris. s. 4. t. 12. f. 15. 16. Rudb. elys. 2. 551. f. 1. Bois. fl. eur. t. 252. Roem. fl. eur. f. 5. Bot. cab. t. 283. Bot. mag. t. 748. fig. sinis. Engl. bot. t. 24. Redout. lil. t. 254. Jacq. a. t. 117. Fl. dan. t. 568. Chabr. sciagr. 207. f. 3. 4. Herb. de l'amat. 1. t. 47. Baxter brit. bot. 2. t. 95. Paxt. mag. 14. t. 100. Dietr. fl. bor. t. 224. Reich. fl. germ. t. 464. Schubert. naturges. t. 17. f. 11. Herba speciosa inodora virens, foliis nitentibus. Bulbus ovatus parvus tunicatus tunicis fuscis. Scapus vix dodrantalis erectus carnosus. folia subbina, raro tria canaliculata obtusa marginibus apice coalitis demum scapum superantia. Corymbus potiusquam racemus 1-10florus, floribus erectis laetissime coeruleis. Omnes partes floris coeruleae. Pedunculi apud nos semper bractea parva scariosa lineari obtusa stipati sunt. flores aliquando albido-coerulei. occurrunt etiam apud nos aliquando pulchre violacei. Capsula subrotundo-trigona perigonio subaequalis. fl. primo vere. Vulgatissima apud nos in oris sylvarum, sepibus, dumetis senticetis.

dd. *Scapo angulato: bracteis dentatis.*

4. AMOENA. Sc. *Foliis lanceolatis obtusis patenti-recurvis scapo angulato demum prostrato bracteis obtusis brevissimis truncatis pedunculis alternis flore brevioribus bulbo solido.*

Sc. amoena. a. Gawl. magaz. t. 1025. Ic. Clus. hist. 1. 184. f. 1. Bah. hist. 2. 582. f. 1. Bessl. hor. eyst. vern. 45. f. 2. Rudb. elys. 2. 54. t. 7. Botan. magaz. t. 341. Redout. liliac. t. 298. Jacq. a. t. 218. Moris. s. 4. t. 12. f. 17. Park. par. t. 131. f. 4. Schk. hand. t. 94. Trattin. oestr. fl. t. 112. tab. t. 621. Chabr. sciagr. 208. f. 3. Bot. cab. t. 1015. Nees gener. 2. 46. Reich. flor. germ. t. 464. Herba glabra virens. Bulbus solidus parvus ovatus intus albus extus ferrugineus, basi bulbillis paucis parvis auctus. Scapi caespitosi usque pedales foliis 4-5radicalibus longissimis apice cucullatis demum longiores. Bracteae aliquando geminae flores maiusculi coerulei speciosi subnutantes. Petala intus basi lineolis binis albis. Genitalia coerulea. capsula subrotundo-trigona 6-sulcata membranacea rugosa flore valde brevior. fl. primovere. Circa *Nicaeam* super rupibus mari proximis.

cc. *Foliis linearibus numerosis.*

d. *Bractea solitaria.*

5. HYACINTHOIDES. Sc. *Foliis lineari-lanceolatis canaliculatis elongatis scapo elato corymbi longissimi multiflori pedunculis patulis subverticillatis coloratis flore valde longioribus bulbo tomentoso prolifero gregario bracteis minimis truncatis.*

Sc. eriophora. Mill. dict. n. 10. var.

*corymbo conferto haemisphaerico.* Ic. Clus hist. 1. 172. f. 2. ejusd. pan. 198. Dodon pempt. 692. f. 2. Dalech. lugd. 1504. f. 2. Tabern. ic. 692. f. 1. Bah. hist. 2. 621. f. 1. Moris. s. 4. t. 12. f. 20. Bot. magaz. t. 1140. Bonann. panph. t. 21. Jacq. ic. t. 65. Reich. fl. germ. t. 465. Scapus usque tripedalis supra medium florifer. flores parvi coerulei vel violacei decidui. Racemus subcylindricus. Rami subverticillato-quaterni. Bracteae concavae albae squamae formes breves truncatae ut plurimum a pedunculo distantes. Petala apice puberula, carinis obscurius coloratis. Bulbi squamae sphacelatae margine eriophorae. floret vere. in agro *nic.*

dd. *Bracteis geminis.*

6. ITALICA. Sc. *Foliis linearibus angustis erectis scapo brevioribus racemo conico conferto bracteis linearibus subulatis pedunculos aequantibus corollis erectis petalis lanceolato-linearibus obtusis capsula subrotundo-trigona perigonio breviore.*

Sc. Bertolonii Duby bot. gall. 1. 465. var. *racemo paucifloro.* Ic. Clus. hist. 1. 184. f. 2. Bah. hist. 2. 552. f. 5. Bessl. hor. eyst. vern. 42. f. 1. Moris. s. 4. t. 12. f. 16. Botan. magaz. t. 663. Vallet jard. da Roy. t. 55. Theatr. flor. t. 24. Parkins. par. 132. f. 6. Redout. liliac. t. 504. Vivian. fl. ital. fragm. t. 1. 19. Botan. cab. t. 1485. Herb. de l'amat. 2. t. 105. Reich. fl. germ. t. 464. Bulbus ovatus solidus magnitudine nucis juglandis. Supra bulbum vaginae scariosae circumdant basim foliorum. folia 2-5. Scapus vix ultra spithameus. flores parvi. Petala pallide coerulea apice puberula carinis obscurius coloratis. Stamina petalis valde breviora. Antherae coeruleae. fl. primo vere. In agro *nic.* et *Liguria* locis mare prospicientibus.

bb. *Floribus albis vel roseis.*

c. *Folis filiformibus glabris, bracteis nullis.*

7. AUTUMNALIS. Sc. *Foliis histeranthiis linearibus filiformibus obtusis abbreviatis scapo tereti laterali inferne striato ciliato racemo subcorimboso pedunculis ebracteatis suberectis flore longioribus petalis elliptico-lanceolatis obtusis stamina subaequantibus capsula turbinata apiculata.*

Anthericum autumnale Scop. carn. 1. 247. Ornithogalum. Lam. fr. 3. 274. Ic. Clus. hist. 1. 185. f. 1. 2. Dodon. pempt. 218. f. 2. 219. f. 1. Ejusd. purg. 407. ejusd. coron. 174. Dalech. lug. 1515. f. 2. 1514. f. 1. Lobel ic. 102. f. 1. 2. Eiusd. observ. 53. f. 3. 4. Ger. hist. 110. Bah. hist. 2. 574. f. 1. 2. Moris. s. 4. t. 12. f. 18. Bessl. hor. eyst. aut. 5. 5. f. 2. Cavan. ic. et descript. 1. 274. f. 2. Curt. lond. 6. t. 25. Ed. Grav. 1. t. 41. Gawl. bot. magaz. t. 919. Redout. lill t. 517. Rudb. elys. 2. 36. f. 15. Engl. bot. t. 78. Annal. des scienc. nat. 2. 1. t. 4. Reich. fl. germ. t. 465. Scapus vix pedalis. Racemus confertus conicus demum laxus. flores parvi carnei. Antherae rubrae. Petala apice puberula carinis obscurius coloratis vel viridiusculis. fl. autumno. In *Liguria*: in collibus circa *Genuam* etc.

cc. *Foliis lanceolatis ciliatis, bracteis solitariis aequalibus.*

8. PERUVIANA. Sc. *Foliis synanthiis lanceolatis undulatis ciliatis flaccidis striatis scapum subaequantibus corymbo conico conferto bracteis lanceolatis elongatis nervosis petalis demum reflexis capsulis rostratis subrotundo-trigonis perigonium excedentibus bulbo crasso eriophoro.*

Sc. Hughii. Guss. supplem. 1. 102. Ic. Clus. hist. 1. 173. f. 1. et 182. f. 2. Ger. hist. 109. Moris. s. 4. t. 12. f. 19. Bah. hist. 2. 584. f. 3. et 585. f. 1. Swert. flor. t. 16. Rudb. elys. 1. 57. f. 1. Redoute lil. t. 167. Botan. mag. t. 749. Bonan. panph. t. 19. Park. par. 25. f. 7. Bessl. hor. eyst. vern. 2. t. 9. f. 1. Descour. ant. t. 285. Kerner hor. semp. t. 640. Botan. register. 29. t. 48. var. *discolor.* Reich. fl. germ. t 465. Folia scapum vix pedalem antecedunt, numerosa sunt aliquando omnino glabra. flores parvi, rubidi vel albi. Antherae luteae. fl. primo vere. Circa *Genuam* extra portam dictam *degli Angeli.*

ccc. *Foliis oblongis glaberrimis, bracteis refractis sursum flexis subtus calcaratis.*

9. MARITIMA. Sc. *Scapo elato foliis hysteranthiis oblongis obtusis glaberrimis racemo conferto elongato laxo multifloro pedunculis elongatis bracteis subulatis subtus calcaratis*

*bulbo crasso tunicato capsulis alato-trilobis.*

Ornithogalum maritimum. Lam. fr. 3. 276. Stellaris Scilla. Moench. meth. 304. Ic. Matth. com. 422. Durant. herb. 418. Camerar. epit. 374. Clus hist. 1. 171. f. 1. 2. 172. f. 1. Trag. hist. 908. Fuchs. hist. 782. Ruell. in Dioscorid. 284. f. 1. Lob. ic. 155. f. 1. 2. 152. f. 1. eiusd. observ. 75. f. 1. 2. 76. f. 1. Dodon. pen. 690. f. 2. 3. 691. f. 1. Tabernam. ic. 630. f. 2. Ger. hist. 172. Lonic. hist. 195. Dalech. lugd. 1576. f. 1. 2. 1577. f. 1. 2. Bab. hist. 2. 615. f. 1. Moris. s. 4. t. 16. f. 1. Blackw. t. 591. Regn. bot. ic. Botan. mag. t. 918. 919. Fl. med. t. 518. Bessl. hor. eyst. ver. 1. 53. f. 1. Seba. mus. 1. t. 44. f. 4. 5. Woodw. mat. med. t. 118. Trattin. t. 721. Redout. lil. t. 116. Plenck. ic. t 271. Hayne 11. t. 21. Guimp. et Schl. t. 13. Nees dusseld. t. 55. Wagner t. 83. 84. Reich. fl. germ. t. 466. Bulbus maximus tunicis albis vel rubentibus. folia praecocia, scapo prodeunte jam evanida. scapus etiam orgyalis. Racemus simplex pedalis et ultra. flores parvi albi vel rosei carinis viridulis vel rubris. Stamina. petala subaequantia. filamenta alba. Antherae virentes aut rubidae. fl. autumno. Habitat litora maris, in ipsis arenis mari proximis: etiam in rupestribus prospicientibus mare. Squamae bulborum ejus remedium antiquissimum quo medici usi sunt ad urinas ciendas. Imo Pythagoram summum philosophum et naturae verum acutissimum disquisitorem cum Epimenide Cossio ex Aegypti sacerdotibus usum ejus didicisse memoriae prodiderunt. Qui inde usum in Italiam transtulit, Tarquinio superbo Romae regnante, ut sibi hoc remedio longam senectam comparaverit ut inde ad centesimum decimum septimum annum vitam protulerit (Pseudo Gal. de Euporis. 465). Hippocrati nota (de morbis mulier. lib. 2), et Dioscoridi (mat. med. lib. 2. cap. 22), cuius temporibus omnes paene Scillae virtutes in patulo erant. Vomitum excitat et alvum ducit si nimia dosis ingeratur, imo inflammationem gangraenosam mortemque affert. Parva tamen dosi Scilla utilissima est in hydrope praesertim ascite. cum salibus neutris sociata, vel in pillulas redacta cum pauxillo Opii et amaris ac aromaticis substantiis ut virium infirmitati inde venienti prospiciatur. In hydrope pectoris minus opis attulisse quam in ascite ego quoque cum Lentinio multoties observavi, cum certum sit in hydrope thoracis quaecumque alvum solvunt valdopere nocere. In ascite optimum est extractum Scillae cum extracto Hellebori viridis, vel foetidi, vel etiam nigri consociare: contra in hydrothorace cum extracto Digitalis purpureae et Hellebori, quo nunquam omisso. In asthmate etiam spastico oximel scilliticum cum Gummi ammoniaco et Asafoetida specificum fere remedium est. Atque in asthmate humido, catharro diuturno, et postrema peripneumoniae periodo cum mucus exundat et suffocationem minatur optimum auxilium profert Scilla praesertim si cum extracto Centaureae Benedictae socielur, et vino solvatur. Vermibus praeterea inimica est. Cave tamen in ea adhibenda ne dosis nimia sit, ne febris ferveat et inflammatio acuta sit, ne nimia subsit teneritas fibrae et ne nimium vires collapsae sint: illas enim valdopere exhaurit et morbum putridum, vel inflammationem cangraenosam arcessit. Quo facto omnis spes aegri servandi deiecta est. Cf. prae primis Murray ap. medicam. qui optime de Scilla ibi scripsit. Medici homiopathici adhibent Scillam in doloribus, qui in pectore saeviunt post pleuritidem, et peripneumoniam, in asthmate humido, in ipsa peripneumonia, chronico catharro, in pleuritide gastrica, in diabete, in angina polyposa, atque ascite.

### 464. ACORUS.

Calamus. A. *Herba perennis glabra aromatica virens radice repente articulata crassa carnosa spongiosa intus alba calamis serialim caespitosis erectis compresso-trigonis nudis spadice terminali folio longissimo involucrato foliis usque quadripedalibus calamum aequantibus basi rubentibus ensiformibus accuminatis distichis integerrimis erectis striatis planis subundulatis lateraliter vaginantibus*

*calamum imis braevissimis squamaeformibus spadice 1-2pollicari conico-cylindrico subinclinato floribus exiguis in quincuncem dispositis spadicem undique tegentibus sepalis albido-virentibus ovatis obtusis concavis apicibus inflexis filamentis albis rubro-punctatis punctis oblongis capsulis chartaceis turbinato-trigonis convexis.*

A. odoratus. Lam. fr. 3. 299. Ic. Matth. com. 22. f. 1. sine floribus. Lob. ic. 57. ejusd. obs. 30. Dalech. lugd. 1618. Bah. hist. 2. 754. Clus. hist. 1. 521. ejusd. pan. 258 259. Dodon. pempt. 249. Tabernam. ic. 642. Moris s. 8. t. 13. f. 4. Blackw. t. 366. Rumph. amboin. 5. t. 72. f. 11. Rheed. hor. malab. 11. t. 48. Gaert. fruct. t. 84. Lam. ill. t. 252. Chabr. sciagr. 244. f. 6. bona. Micheli gener. t. 51. Ludw. ect. t. 54. Woodw. mat. med. t. 173. Hayne termin. bot. t. 59. f. 3. ejusd. off. gew. 6. t. 31. Schk. hand. t. 97. Svens. bot. t. 100. Plenck ic. med. t. 275. Engl. bot. t. 356. Flor. dan. t. 1158. Fl. med. t. 303. Guimp. et Schl. t. 168. Nees dusseld. t. 24. Wagner t. 82. Bart. med. t. 30. Baxter brit. bot. t. 530. Dietr. flor. bor. t. 850. Nees gen. 3. t. 10. Reich. flor. germ. t. 429. Schubert naturges. t. 18. f. 6. Fl. maio. In spongiosis vallis *Macrae*. folia viva discissa vel contrita digitis odorem cinnamomi largiuntur. Radix gratissime aromatica et amara est, ideo vires languentes viscerum sanguini parando dicatorum optime erigit, et reficit. plantam antiquissimis medicis notam fuisse dubitari non potest cum et Hippocrates (de mor mul. 2.) et Theophrastus (hist. pl. 9. 7.) et Dioscorides. (lib. 1. cap. 2). meminerint ejus. Dioscorides scribit urinam ciere atque hydropibus prodesse, infirmitati viscerum abdominalium consulere, obstructiones hepatis et lienis referare. cathamenia etiam insessu, atque suffitu prolicere. in tussi diuturna atque ipsa phtisi si respiretur in fumo cum resina therebintinae: quae etiam a nostrae aetatis medicis confirmantur. Cum suffitus resinarum, et aqua picis pota phtisicos ut plurimum juvent. Prodest etiam renum vitio laborantibus. Quae neutiquam veritati repugnare videntur. Dolendum ideo hujusmodi praesidia a medicis nostra aetate omnino neglecta esse.

### 465. NARCISUS.

Herbae perennes bulbosae bulbis ovatis tunicatis vaginis communibus membranaceis truncatis basim foliorum, et scapi obvallantibus spatha univalvi scariosa marcescente scapo apice florifero floribus speciosis suave ut plurimum olentibus foliis omnibus radicalibus obtusis planis, vel semiteretibus.

a. Hermione. Salisb. *Corona laciniis corollae braevior. Spatha tri-multiflora.*

b. *Foliis angustis semiteretibus.*

1. jonquilla. N. *Foliis linearibus semiteretibus canaliculatis viridibus scapo compresso spatha multiflora tubo corollae elongato laciniis ovatis alternis latioribus mucronulatis coronam concolorem cyathiformem plicato-crenulatam triplo superantibus.*

N. junicifolius. Salisb. prodr. 223. N. junicifolius Requien. Loisl. nouvel. not. 14. non differt nisi *scapo subunifloro laciniis corollae paulo brevioribus.* N. ochroleucus. Loisl. not. 163. var. *floribus pallidioribus.* N. pallidus. Lam. enc. 4. 421. N. tenuior. Curt. bot. mag. 379. *Scapo unifloro cor. laciniis albicantibus*, aliquando *bifloro* (Hermione tenuior. Hawh. supl. succ. 145. H. tegulaeflora. Salisb. hort. trans. 1. 363. Rudb. elys. 2. 51. f. 5.) N. angustifolius. W. enum. 331. N. gracilis. Sabin. in bot. reg. 816. var. *pauciflora scapo tereti.* Hermione juncifolia. Salisb. in hort. soc. trans. 1. 377. Ic. Clus. his. 1. 159. f. 1. 2. Lob. ic. 120. f. 2. 121. f. 1. ejusd. obs. 62. f. 1. 2. Dalech. lugd. 1526. f. 2. 1521. f. 1. Tabernam. ic. 605. f. 1. 607. f. 1. Bah. hist. 2. 607. f. 1. 2. Dodon. pem. 226. f. 1. 2. ejusd. cor. 188. Moris. s. 4. t. 8. f. 6. Redout. lil. t. 159. Thes. flor t. 22. Park. par. t. 93. f. 5. Du.l. herb. t. 334. Chabr. sciagr. 216. f. 6. Jeaum. S. Hilair. 3. t. 4. Botan. magaz. t. 15. Matt. com. 776. f. 4. folia nimis brevia. Reichemb. flor. germ. t. 366. Redout. liliac. t. 159. Bulbus ovatus tunicatus membranis fuscis. folia farcta scapum usque pedalem fistulosum vix superan-

tia. Stamina tria longiora exserta, tria breviora inclusa. flores subcernui aurei fragrantissimi. flor. vere. Ubique culta in hortis.

bb. *Foliis planis obtusis.*

c. *Corona campanulata discolore.*

2. Tazzetta. N. *Foliis planis obtusis glaucescentibus scapo teretiusculo spatha multiflora laciniis corollae ovatis subdiscoloribus coronam campanulatam truncatam integerrimam triplo superantibus.*

N. Remopolensis. Panizza in giorn. bot. ital. 2. 3. apud. Bertolon. fl. ital. 8. 643. est. omnino var. *foliis angustioribus*. N. chrysantus Cand. fr. 5. 323. Barrel. ic. 961. N. italicus. Ker. bot. magaz. t. 1188, et t. 947. Hermione stylosa Salisb. hor. soc. trans. 1. 360. Her. italica. Haw. suppl. 144. *flore pleno* t. 1011. N. orientalis. B. Tenor. N. italicus. 3. idem. Barrel. ic. 917. Clus. hist. 1. 160. N. orientalis c. et italicus C. Tenor. Barrel. ic. 974. — N. intermedius Lois. gal. 191. t. 7. Redout. lil. t. 427. Moris. s. 4. t. 8. f. 5. — Huc etiam N. papyraceus. Ker. var. *corona alba* quae est N. Tazzetta albus. Redout. lil. t. 17. et N. anceps Cand. cat. montp. 127. Hermione papyracea Hawb. sup. 143. H. jasminea Salis. l. c. 1. 360. — N. praecox Tenor. neap. 1. 146. t. 27. non videtur differre nisi *corona sexlobata*. Quorsum etiam spectat N. flavus Lagas. nov. gen. 13. folia latiuscula subcontorta demum strata glauca scapum subaequantia Ic. Sibt. flor. gr. t. 308. Botan. magaz. t. 923. Lam. ill. t. 229. Rouss. bot. t. 5. Herb. de l'amat. t. 147. Nees gener. 3. t. 10. Reich. flor. germ. t. 366. Fl. primo vere. In collibus agri *nic.* et *Liguriae*. sed ubique cultus. flores suaveolentes aliquando concolores.

cc. *Corona cyathiformi concolore.*

d. *Foliis viridibus; laciniis corollae lanceolatis elongatis.*

3. niveus. Loisl. not. 54. N. *Foliis planiusculis viridibus scapo depresso ancipiti laciniis corollae lanceolatis mucronulatis concoloribus coronam campanulatam crenatam quadruplo superantibus ovario subrotundo.* Huic probabili conjectura jungendus est. N. polyanthos Loisl. l. c. var. *foliis latioribus corona primum ochroleuca.* N. unicolor. Tenor. neap. 1. 144. non differt nisi *corollae laciniis longioribus*, *floribus inodoris*. — Omnes ex mea sententia ad N. Tazzettae var. Huc ducunt. Ic. Barrel. ic. 916. N. stellatus Cand. fr. 5. 323. fl. primovere. Circa *Sarzanam* inter Sata a *Forano* ad mare.

dd. *Foliis glaucis: laciniis corollae ovatis abbreviatis.*

4. dubius. Gouan. ill. 22. N. *Foliis planiusculis glaucescentibus obtusis scapo obtuse compresso spatha multiflora laciniis corollae ovalibus coronam cyathiformem denticulatam duplo superantibus.*

Huc traho N. patulum. Loisl. not. 52. qui non differt nisi *corona discolore aurea*. omnes, ut mihi videntur, varr. N. Tazzettae. Ad. N. patulum ic. Rudb. elys. 2. 57. f. 11. et 2. 52. f. 2. Ad N. dubium Rudb. elys. 2. 51. f. 2. C. Bab. prodr. 27. Redout. liliac. t. 429. Park. theatr. t. 18. Reich. fl. germ. t. 366. In omnibus flores candidi. in N. patulo corona aurea. fl. vere. circa *Niceam*.

aa. narcisus. Salisb. *Corona brevis patellaris subintegra laciniis brevior. spatha subuniflora.*

5. poeticus N. *Foliis linearibus planis glaucis obtusis scapo ancipiti fistuloso unifloro brevioribus, laciniis corollae horizontalis basi sibi incumbentibus corona brevissima scariosa ora cripso-crenulata fucata marginata.*

Ic. Lobel. ic. 112. f. 1. ejusd. obs. 69. f. 1. Dodon. pempt. 225. f. 1. et 2. var. *biflorus* ejusd. cor. 181. ejusd. Herb. belg. 242. Clus. hist. 1. 161. f. 1. 2. Trag. hist. 753. Camer. epit. 951. Tabernam. ic. 659. f. 1. Dalech. lugd. 1517. f. 1. 1518. f. 1. Bab. hist. 2. 600. f. 1. Moris. s. 4. t. 8. f. 1. Bull. herb. t. 306. Curt. bot. magaz. t. 193. et 197. var. *biflorus*. Engl. bot. t. 275. et 276. var. *biflorus* Redout. lil. t. 160. Schk. hand. t. 90. Diction. scienc. natur. t. 54. Schrank. flor. monac. t. 220. Reich. flor. germ. t. 364. Nees gen. 3. t. 10. Schubert naturgesis. t. 17. f. 4. Herba vulgatissima in pratis praesertim rubricosis. flores pulcherrimi candidi lactei. Corona rubromarginata. var. flore pleno spe-

ciosissimo quadruplo maiore in hortis culta. fl. maio.

aaa. Queltia. Salisb. *Corona repanda lobata laciniis corollae dimidio brevior. Tubus lacinias aequans. spatha uni-pauciflora.*

6. incomparabilis. Curtis. bot. magaz. t. 121. N. *Foliis glaucis scapo ancipiti spatha uniflora scariosa tubo corollae cernuo elongato laciniis oblongis discoloribus coronam cyathiformem undulatam erectam duplo superantibus staminibus aequalibus.*

N. Gouani. Roth. cat 2. 32. Redout. lil. t. 220. N. amplus. Salisb. prodr. 224. N. odorus Gouan. ill. 23. excl. syn. et var. N. odorus b. Lin. amoenit. 4. 311. Queslia incomparabilis Hawh. sup. 125. Q. ampla Salisb. trans. soc. lin. 1. 351. Ic. Barrel. 927. 928. 931. 932. 947. 948. 965. 979. 980. et forte etiam 966. cor. subintegra. Moris. s. 4. t. 8. f. 8. Theatr. fl. t. 19. Park. th. t. 71. f. 1. Bot. mag. t. 121. Reich. flor. germ. t. 370. Videtur var. N. pseudo-narcissi corona breviore discolore. In hortis quibus colitur varietas plena non dignoscitur a pseudo narcisso. Fl. primo vere. sponte nascitur circa Sarzanam. Cultus passim in hortis.

aaaa. Ajax. Haw. *Corona subrepanda lacinias corollae aequans vel superans stamina aequalia. spatha uniflora.*

7. pseudonarcisus. N. *Foliis planis glaucis lato linearibus obtusis scapo compresso striato spatha uniflora scariosa coronae campanulatae limbo patulo undulato inciso lacinias corollae concoloris planas oblongas patentes aequante staminibus aequalibus flore in spatha subsessili.*

N. maior. Curt. bot. magaz t. 51. et t. 1301. N. propinquus. N. serratus. Haw. misc. nat. 179. N. grandiflorus. N. festalis. Salisb. pr. 221. N. hispanicus. Gouan. ill. 23. N. glaucus. Hornem. hor. hafn. 1. 315. Ajax grandiflorus. Salisb. hor. trans. 1. 344. A. major. A. serratus. A. spurius. A. nobilis A. Telamonius. A. propinquus. A. festalis. Haw. Ic. Barrel. ic. 929. 930. flore pleno 970. 977. 978. Trag. ic. 117. Ricch. Bellev. ic. t. 243. Bessl. eyst. vern. ord. 3. fol. 6. f. 1. Park. par. 101. f. 4. 6. 9. Brunsf. herb. 1. 129. f. 1. Cam. epit. 953. Trag. hist. 754. Ger. em. 133. Dodon. pempt. 227. f. 1. 2. Plenck. ic. med. t. 250. Red. lil. t. 158. Rudb. elys. 2. 70. f. 8. Bulb. herb. t. 3. 89. Engl. bot. t. 17. Baxter brit bot. t. 73. Flor. dan. t. 2170. Herbert. amar. t. 38. 39. 40. Lam. ill. t. 229. Nees gener. 3. t. 10. Reich. fl. germ. t. 369. Plée types t. 20. Brandt. und. Ratzeb. t. 3. Schubert naturges. t. 17. f. 5. fl. vere. in pratis et sylvis agri, et collium *taur. agri segus.* in pratis collium circa ladum *Verbani.* circa *Sarzanam.*

## 466. PANCRATIUM.

maritimum. P. *Herba perennis glauca bulbosa bulbo magno ovato-globoso scapo usque pedali multiflore floribus umbellatis brevi pedunculatis grandiusculis albis laciniis lanceolato-linearibus acuminatis erecto-patulis carina virentibus corona 12-dentata alba turbinata laciniis vix breviore staminibus introrsum versis spatha scariosa foliis linearibus laxe spiraliter contortis hyeme persistentibus scapo longioribus.*

Ic. Clus. hist. 1. 167. f. 1. Lobel. ic. 152. f. 2. 153. f. 1. ejusd. observ. 76. f. 2. Dodon. pempt. 229. f. 1. ejusd. purg. 401. Tabern. ic. 615. f. 1. Ger. hist. 173. Bah. hist 2. 634. f. 1. Moris s. 4. t. 10. f. 18. Cav. ic. et descript. t. 56. Redout. lil. t. 8. Park. par. t. 107. f. 5. Ortega. fl. hisp. del. 1. t. 1. Bot. regist. t. 161. Sibt. fl. gr. t. 309. Salisb. trans. lin. soc. 2. t. 9. Nees genera 3. t. 10. Reich. exot. t. 84. ejusd. flor. germ. t. 371. folia 6-8 erecto-patentia. flores 3-10 fragrantissimi. pedunculi crassi. Fl. aest. vulgare in agro *nic.* et *Ligur.* in rupibus prope litora maris.

## 467. GALANTHUS.

nivalis. G. *Herba perennis bulbosa glabra glauca bulbo ovato solido tunicato foliis 2-3 erectis anguste linearibus carinatis striatis obtusis apice callosis scapo subbrevioribus scapo vix pedali unifloro tereti spatha univalvi scariosa alba binervia nervis viridibus flore maiusculo candido inodoro nutante pedunculato tenui*

*filiformi laciniis exterioribus ovato-lanceolatis concavis obtusis striatis erecto-patulis internis obcordato-cuneatis apice virentibus intus viridi-striatis duplo brevioribus antheris aureis basi tetragonis apice subulatis.*

Ic. Clus. hist. 2. 169. f. 1. 2. ejusd. pan. 182. Lobel. ic. 123. f. 2. ejusd. obs. 64. f. 2. Dalech. lugd. 1526. f. 1. Dodon. pempt. 250. f. 1. mala. Tabernam. ic. t. 614. f. 1. Reneaulm. sp. t. 96. Bah. hist. 2. 591. f. 592. f. 1. Moris. s. 4. t. 9. f. 23. Jacq. a. t. 330. Redout lil. t. 200. A. B. Lam. ill. t. 230. Rudb. elys. 2. 96. f. 4. Knor. del. 1. t. 5. 15. n. 2. Roem. fl. europ. 5. t. 3. Sturm. deut. fl. hef. t. 2. Jeaum. s. Hil. t. 411. 2. 7. t. 5. Mayerh. fl. mon. t. 25. Hayne term. bot. t. 3. f. 7, 8. Trattin. t. 292. Schk. hand. t. 89. Cur. lond. ed. 4. Hook. lond. t. 14. ed. Graves 4. t. 57. Chabr. sciagr. 211. f. 3. Engl. bot. t. 19. Flor. dan. t. 1641. Herb. de l'am. 1. t. 54. Baxter brit. bot. t. 33. Plée types. t. 54. Dreves 2. t. 67. Trattin. arch. t. 246. Schrank. flor. monac. 1. t. 25. Nees gener. 3. t. 10. Dietr. flor. borus t. 32. Reich. flor. germ. t. 363. Schubert naturges. t. 17. f. 2. G. imperati Bert. fl. ital. 4. 5. mihi videtur var. *bulbo rotundiore foliis latioribus.* Ad quem trahit icc. Matth. com. 776. f. 2. Camer. epit. 956. Clusii, et videtur etiam Bahuini, et Chabraei. Bulbus acer emeticus. fl. ipso februario. In pratis collinis, montanis, et alpinis. facies Leucoji.

## 468. LEUCOJUM.

a. *Foliis lineari-lanceolatis latioribus: antheris aureis: stylo clavato.*

1. VERNUM. L. *Spatha uniflora stylo clavato foliis lineari lanceolatis obtusis perigonio scutellato-campaniformi laciniis apice obtuso incrassato-calloso.*

Galanthus. All. ped. 2. 153. Nivaria verna Moench. med. 280.— var. raro *biflora corollae laciniis apice luteis.* Bot. magaz. 1993. Ic. Bruns. herb. 1. 129. f. 2. Trag. hist. 752. Fuchs hist. 486. 487. Clus. hist. 1. 168. f. 2. ejusd. pan. 180. Lobel. ic. 123. f. 1. ejusd. obs. 64. f. 3. Dodon. pempt. 230. f. 3. ejusd. coron. 194. ejusd. herb. belg. 244. Dalech. lugd. 425. f. 3. et 1527. f. 1. Tabernam. ic. 613. f. 2. *mala.* Bah. hist. 2. 590. f. 1. Rudb. elys. 2. 95. f. 1. Jacq. a. t. 312. Lam. ill. t. 230. f. 1. Camer. epit. 957. Weinm. phytant. t. 642. Schk. hand. t. 89. Mayerh. fl. mon. t. 32. Trattin. tab. 288. Botan. mag. t. 46. Sturm. deut. fl. hef. 3. t. 11. Kerner gen. t. 7. Trattin. arch. t. 242. Schrank. flor. mon. t. 52. Reich. flor. germ. t. 362. Dietr. flor. borus. t. 587. Schubert naturges. t. 17. f. 5. Scapus usque semipedalis compressus foliis 4-6 ut plurimum longior. folia priora breviora. flos speciosus candidus pendulus laciniis apice viridulis. Odor gravis non ingratus. spatha lanceolata canaliculato-convoluta apice fornicata viridi-striata margine albo-scariosa Antherae longae tetragonae truncatae apice poro gemino dehiscentes. Pollen croceum. Bulbus ovatus albus. flor. primo vere. vulgare in collinis et montanis, sylvis, dumetis, sepibus, senticetis pratis et pascuis praesertim irriguis.

aa. *Foliis lineari angustissimis: spatha bi-multiflora: antheris albis: stylo filiformi.*

HYEMALE. Cand. fr. 5. 322. L. *Spatha bivalvi biflora foliis anguste linearibus planis stylo filiformi perigonio turbinato-campaniformi laciniis lanceolatis striatis acuminatis apice constricto tribus exterioribus paulo longioribus.*

L. autumnale Balb. misc. altera 14. Galanthus autumnalis. All. auct. 33. fl. albi, parvi. Fl. vere super rupibus di *Villafranca* apud *Nicaeam.*

## 469. STERNBERGIA.

LUTEA. Ker. revis 4. St. *Herba perennis bulbosa glabra foliis plurimis linearibus carinatis lucidis prostratis synanthiis obtusis apice callosis viridibus demum elongatis scapo subpalmari subcompresso spatha uniflora scariosa viridi-striata ovato-lanceolata canaliculata apice obtusa saepe bifida flore aureo inodoro sessili longiore perigonii tubo crasso brevissimo laciniis obscure lanceolatis obtusis tribus exterioribus la-*

*tioribus staminibus inaequlibus alternis longioribus.*

Amaryllis Lin. spec. 420. Sib. fl. gr. t. 310. Curt. bot. magaz. t. 290. Redout. lil. t. 148. Trattin. t. 304. Kerner. hor. semperv. t. 222. Herb. de l'Am. 1. t. 36. Ic. Clus. hist. 1. 164. f. 4. Lobel. ic. 147. f. 2. ejusd. obs. 72. f. 2. Dodon. pempt. 228. f. 1. Tabernam. ic. 618. f. 1. Dalech. lugd. 1522. f. 2. Bah. hist. 2. 661. f. 1. Park. par. 25. f. 7. Barrel. ic. 983. Fl. aut. In pratis circa *Cinzano*: in collibus di *Superga*, et circa *S. Mauro*.

## 470. NESLIA.

PANICULATA. Desv. Journ. de bot. 3. 162. N. *Herba annua erecta pedalis et ultra caule tereti albido parce ramoso pubescente foliis alternis sagittatis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis integerrimis floribus racemosis racemis terminalibus elongatis pedicellis filiformibus ebracteatis floribus parvis flavis.*

Vogelia Hornem. hor. hafn. 2. 594. V. sagittata. Medik. pfl. gatt. t. 1. f. 6. Bunias paniculata Cand. fr. 4. 721. Crambe All. ped. 1. 236. Cochlearia Scop. carn. ed. 1. 511. C. sagittata Crantz crucif. 99. Nasturtium paniculatum ejusd. a. 13. Alyssum. W. enum. 2. 6 1. Rapistrum Gaertn. fr. 2. 285. t. 141. Myagrum. Lin. sp. 894. Fl. dan. t. 294. Hill. veg. syst. t. 34. f. 2. *mala* Schk. hand. t. 178. Ic. C. Bah. prodr. 52. Moris. s. 3. t. 21. f. ult. Loes. prus. t. 56. Dietr. flor. borus. t. 760. Reich. flor. germ. t. 24. fl. vere. In agris collium calidiorum.

## 471. CALEPINA.

CORVINI. Desv. journ. de bot. 3. 158. C. *Herba annua glabra erecta foliis radicalibus rosulatis brevi petiolatis lyratis caulinis sessilibus sagittatis oblongis integris racemis oppositifoliis elongatis pedicellis ebracteatis filiformibus floribus albis fructibus rugosis.*

Crambe. All. ped. n. 937. Myagrum erucaefolium. Vill. delph. 3. 279. M. rugosum. ejusd. prosp. fl. delp. 37. M. irregulare. Asso syn. 82. M. perfoliatum b. Lamar. enc. 1. 369. M. bursaefolium. Thuill. par. ed. 2. 1. 319. M. iberioides Brot. phyt. 93. t. 42. Laelia pers. ench. 2. 193. Rapistrum bursaefolium. Berg. phyt. 3. 165. cum ic. Cochlearia auriculata. Lam. enc. 2. 165. Laelia cochlearioides Pers. ench. 2. 185. Bunias. Murr. nov. comment. gott. 8. 42. t. 3. W. et Kitaib. hung. t. 104. Ic. Bah. hist. 2. 893. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 284. f. 1. 2. Barrel. ic. 894. f. 1. et 1232. Moris. s. 3. t. 23. f. penult. Buxb. cent. 1. t. 3. f. 2. Sibt. flor. gr. t. 619. Winterl. ind. t. 2. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 68. Reich. flor. germ. t. 2. Caules caespitosi usque pedales. petala duo paulo majora. Antherae flavae, apiculatae caruncula alba recurva. Herba tenera subglauca. fl. vere. Ad limites agrorum, in vineis, et pascuis, collium.

## 472. MYAGRUM.

PERFOLIATUM. M. *Annua glabra erecta usque pedalis et ultra foliis inferioribus in petiolum longe attenuatis oblongis caulinis sagittatis amplexicaulibus integris, vel subdentatis floribus racemosis, racemis elongatis oppositifoliis terminalibus erectis pedicellis brevibus filiformibus erectis post nuptias obconicis fistulosis floribus parvis pallide flavis.*

M. litorale. Scop. carn. 2. 12. t. 33. M. amplexicaule. Moen. meth. 221. M. perfoliatum a Lam. enc. 1. 369. Cakile perfoliata. Cand. fr. 4. 720. Rapistrum. perfoliatum Berg. phyt. 3. t. 167. Ic. Moris. s. 3. t. 21. f. antepenult. Sabb. hor. rom. 4. t. 3. Chabr. sciagr. 283. f. 6. Bah. hist. 864. f. 2. Schk. hand. t. 178. Reich. ic. cent. 12. f. 4176. C. Bah. prodr. 51. Gaertn. fruct. t. 141. Lam. ill. t. 333. Reich. flor. germ t. 4. Nees. gen. 10. t. 10. Folia radicalia rosulata. Petala aliquando albida. semina laevia. fl. vere. Inter segetes collium agri *taurin.* et *segus.*

## 673. CRAMBE.

MARITIMA. Cr. *Herba perennis glaberrima laevis glauca subcarnosa usque bipedalis radice crassa caule tereti, ramoso foliis magnis inferiori-*

*bus petiolatis subrotundis vel ellipticis undulatis sinuatis dentatis summis sessilibus oblongis acutis integris floribus racemosis racemis elongatis pedicellis filiformibus erectis ebracteatis floribus albis silicula ovato-subglobosa pedicellata fungosa crassa astyla.*

Ic. Lobel ic. 245. f. 2. Chabr. sciagr. 270. f. 3. Bah. hist. 2. 830 f. 2. Moris. s. 3. t. 2. f. 16. Petiv. H. br. t. 48. f. 12. Flor. dan. t. 316. Engl. bot. t. 944. Svens. bot. t. 493. Baxter brit. bot. t. 107. Sturm. deut. flor. hef. 5. t. 18. Reich. flor. germ. t. 2. Schubert naturgesis. t. 33. f. 10. Fl. vere. in litoribus maris *nic.* Angli edunt turiones teneros chlorosi dealbatos, ut asparagos in acetariis.

### 474. CAKILE.

a. *Maritima, annua: flores albi vel rubidi.*

1. MARITIMA. Scop. carn. 2. 33. C *Glabra carnosa articulis fructus ancipitibus superiori sagittato foliis pinnatifidis subdentatis carnosis caule ramoso floribus racemosis racemis oppositifoliis et terminalibus erectis pedicellis filiformibus ebracteatis.*

Rapistrum maritimum. Berg. phyt. 3. 173. ic. Bunias Cakile. L. sp. pl. 936. Flor. dan. t. 1168. Sab. hor. rom. 4. t. 49. B. litorale Salisb. prodr. 273. Cak. pinnatifida Stock. bot. man. med. 3. 485. C. Serapionis. Gaertn. fr. 2. 287. Ic. Bah. hist. 2. 868. f. 1. Chabr. sciagr. 277. f. 1. C. Bah. prodr. 40. Ger. em. 248. Lobel ic. t. 223. f. 1. Dalech. lugd. 1394. f. 3. 1393. f. 1. Zannich. ist. t. 13. Petiv. h. br. t. 46. f. 6. Moris. s. 3. t. 7. f. 21. Hayn. term. bot. t. 17. f. 3. Lam. ill. t. 554. f. 1. Engl. bot. t. 231. Svens. bot. t. 407. Reich. ic. cent. 12. f. 4158. Donati de sempl. 33. Curtis lond. 5. t. 160. Baxter brit. bot. 238. Reich. fl. germ. t. 1. — Var. *latifolia foliis dentato-sinuatis* quae est. C. latifolia Poir. en. suppl. 2. 88. C. aegyptiaca Wild. sp. 3. 417. Rapistrum Cakile. Berg. phyt. 3. 165. cum. ic. Isatis aegyptia Fork. fl. aegyp. in cent. 4. 121. Bun. Cakile. b. d. L. sp. Cak. sinuatifolia Stok. bot mat. med. 3. 485. Ic. Chabr. sciagr. 277. f. 6. Moris. s. 3. t. 7. f. 20. Bah. hist. 868. f. 2. Lam. l. c. t. 254. f. 2. Hook in curt. fl. lond. ed Grav. 5. t. 47. Occurrit etiam in litoribus maris *nic.* et *ligust.* cum priore.

aa. *Mediterraneae*
*Floribus flavis.*

b. *Radice perenni: foliis pinnatifidis.*

2. PERENNIS. Cand. fr. 4. 719. C. *Siliculis glabris articulo superiore ovato subcompresso stylo longiore foliis inferioribus pinnatifidis supremis oblongis dentatis lobis dentato-incisis acutis caule ramoso erecto ramis divaricatis racemis paniculatis pedicellis ebracteatis erectis.*

Rapistrum perenne All. ped. 1. 238. Berg. phyt. ic. R. diffusum Crant. cruc. 115. Myagrum biarticulatum. ejusd. a. 6. M. perenne L. sp. 893. Jacq. a. t. 414. Schkrankia divaricata. Moench. meth. suppl. 86. Bunias perennis. Smith. fl gr. prodr. 2. 2. Ic. Gessn. op ed. Schm. t. 14. f. 125. Reich. ic. cent. 12. t. 2. f. 4. 170. Folia glabra raro in nervis scabra. Stigma bilobum. silicula longitudinaliter sulcata. Caulis pedalis et ultra inferne hirsutiusculus superne glaber. Fl. aest. In arenosis: secus *Sturam* amnem.

bb. *Radice annua: Foliis indivisis.*

3. RUGOSA. Cand. l. c. C. *Siliculis pubescentibus articulo superiore globoso rugoso abbreviato stylo breviore foliis obtusis dentatis radicalibus sublyratis.*

Myagrum rugosum Lin. sp. 893. M. perenne Scop. carn. 2. 10. Rapistrum. rugosum. Berg. phyt. 3. 171. ic. All. ped. t. 78. Reich. ic. crit. cent. 12. t. 2. f. 4168. Schkrankia rugosa. Medik. in Uster. nev. annal. 2. 39. Ic. Bah. hist. 2843. Mapp. als. 266. C. Bah. prodr. 37.

### 479. CORONOPUS.

RUELLII. All. ped. 1. 236. C. *Herba annua vel biennis prostrata ramosa fructibus compressis reticulato-cristatis coriaceis basi subcordatis racemis axillaribus sessilibus brevibus multifloris foliis pinnatifidis floribus parvis albis sepalis subrotundis albido-marginatis petala aequantibus filamentis edentulis antheris fuscis.*

Cochlearia Coronopus. Lin. sp. 904. Fl. dan. t. 202. Schk. hand. t. 181. C. repens. Lam. fr. 2. 475. C. tenuifolia Salisb. prodr. 267. Carara Coronopus. Medik. in Ust. nev. an. 2. 58. Coronopus depressus. Moench. meth. 220. Svens. bot. t. 755. C. cristata Clairv. herb. val. 215. C. vulgaris. Desf. cat. hor. par. ed. 4. 152. C. coadunatus. Stok. bot. mat. med. 5. 440. Lepidium squamatum Fors. descript. 117. L. cristatum. Lapeyr. abr. 366. Nasturtium verrucarium Gars. fig. pl. t. 402. Bunias glomerata Lapeyr. ibid. Senebiera. Coronopus. Poir. enc. 7. 76. Sturm. deut. fl. hef. 68. Reich. ic. cent. 12. t. 9. f. 4210. Ic. Matth. com. 368. f. 2. Moris. s. 3. t. 19. f. 9. Chabr. sciagr. 290. f. 4. Bah. hist. 2. 919. f. 2. Stapel ed. Theophr. 831. f. 2. Blackw. herb. t. 120. Dalech. lugd. 670. f. 1. 671. f. 1. 1148. f. 1. Tabernam. ic. 502. Camer. epit. 396. Dodon. pempt. 110. Gess. ed. Schm. t. 14. fig. 119. Lob. ic. 238. f. 1. Weinm. phyt. t. 752. f. e. Sab. hor. rom. 4. t. 9. Petiv. h. br. t. 50. f. 6. Gaertn. fruct. t. 142. f. 5. Ger. em. 427. Lam. ill. t. 558. Zannich. ist. t. 115. Mart. fl. rust. t. 92. Baxter brit. bot. t. 520. Engl. bot. t. 1660. Herba leniter glauca. laciniae foliorum ut plurimum antice dentato-pectinatae. flores primum corymbosi demum racemosi. fl. vere. In ruderatis et arenosis secus vias, passim. Herba culta tenerrima fit et gratissima, et salubris in acetariis.

## 476. BUNIAS.

Erucago. B. *Herba annua caule erecto pedali, et ultra tereti glanduloso glandulis fuscis seabriusculo pilis rigidis apice divisis foliis radicalibus petiolatis rosulatis runcinatis superioribus oblongis linearibusque basi dentatis floribus racemosis racemis elongatis pedicellis ebracteatis floribus flavis fructus irregularis tetragoni quadrilocularis angulis bicristatis.*

B. aspera. Retz. obs. 3. 21. Erucago aspera. Hornem. hor. hafn. 2. 592. Myagrum asperum. Poir. enc. sup. 2. 47. Bunias cristata Desv. journ. 3. 163. var. *fol. integris.* var. etiam *foliis inferioribus sinuato-dentatis* quae est Bun. aspera Brot. lus. 1. 562. Erucago dentata Moench. meth. 278. E. monspeliaca Jeaum. S.t Hil. famil. 1. 310. E. campestris Desv. journ. 3. 168. E. runcinata. Hornem l. c. E. glandulosa Rohl. deut. fl. 2. 355. Bunias macroptera Reich. exc. 3. 654. et ic. cent. 12. t. 1. f. 4160. Myagrum clavatum Lam. fr. 2. 482. M. Erucago eiusd. enc. 1. 571. Ic. Moris. s. 3. t. 6. f. 24. Gesn. tab. t. 13. f. 115. Dalech. lugd. 647. f. 1. Park. theatr. 821. f. 3. Bah. hist. 2. 856. f. 4. Chabr. sciagr. 275. f. 3. Boiss. Fl. d'Europ t. 460. Jacq. a. t. 340. Schk. hand. t. 189. C. Bah. prodr. 41. Sab. hor. rom. t. 48. Reich. cent. 12. t. 1. f. 4159. Gaertn. fruct. t. 142. Braune flor. 2. t. 2. Fl. vere. Vulgatissima atque infesta segetibus praesertim agris avena satis cum cujus seminibus mixta nocet equis gingivas cristis corneis vulnerando. Agricolae pauperes herba tenera in jusculis, et placentis vescuntur quae illis grata et salubris est. vocant *crousc.*

## 477. RAPHANUS.

a. *Radice annua, floribus albis, vel rubentibus.*

b. *Siliquis bilocularibus.*

1. sativus. R. *Siliquis teretibus acuminatis bilocularibus fungosis septatis pedicellos aequantibus.*

Ic. Gars. fig. pl. t. 487. Bah. hist. 2. 846. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 275. f. 5. Camer. epit. 233. Lam. ill. t. 566. Sab. hor. rom. 4. t. 40. 41. 42. Hayne. 11. t. 41. Gaertn. fruct. t. 143. Annal. des scienc. nat. 21. t. 5. Plée types t. 22. Reich. flor. germ. t. 5. Nees gener. 10. t. 10. Webb. canar. t. 8. Hoeven Tijaschr. 5. t. 7. Herba notissima ubique culta in hortis ob radicem carnosam tenerrimam et acrem quae grata et salubris est praesertim cum carnibus elixatis. Varr. innumerae cultu ortae radice subglobosa alba, vel rosea, vel rubra, vel violacea, vel nigra, radice olongata alba, rosea, rubra, violacea, nigra etc. radices cortice nigrae acerrimae sunt gratissimae et saluberrimae quae aestate primis mensis nostris imponuntur. Patria ejus *Persia, China, Japonia.*

b. *Siliquis unilocularibus.*

2. Raphanistrum. R. *Siliquis unilocularibus articulatis strictis 3-8spermis stylo longioribus foliis simpliciter lyratis calyce colorato.*

R. sylvestris Lam. fr. 2. 495. R. infestus Salisb. prodr. 273. R. articulatus Stok. bot. med. 3. 482. Rapistrum arvense. All. ped. 1. 258. Raphanistrum innocuum. Medik. in Uster. neu. an. 2. 59. R. segetum. Baugm. fl. trans. 2. 280. Reich. ic. cent. 12. t. 3. f. 4172. R. Lampsaka. Gaertn. fruct. 2. 500. t. 143. f. 6. Durandea unilocularis Delarb. fl. auv. ed. 2. 1. 565. Sinapis arvensis. Flor. dan. t. 678. Ic. Winterl. ind. t. 13. Baxter brit. bot. t. 559. Hayne 2. t. 15. Webb. canar. t. 8. Schubert naturgesis, t. 34. f. 13. Tabern. ic. 407. Lob. ic. 199. f. 1. Bah. hist. 2. 851. f. 1. Column. ecphr. 1. 261. t. 263. Chabr. sciagr. 273. f. 2. Weinm phit. t. 862. f. 6. Moris. s. 3. t. 13. f. 1. 2. 4. Schk hand. t. 188 Engl. bot. t. 856. Curt. lond. 2. t. 67. ed. Grav. 3. t. 104. Lin. am. acad. 6. t. 3. Plenck. ic. med. t. 519. Svens. bot. t. 623. Sabb. hor. rom. 4. t. 43. *mala.* folia enim caulina pinnatifida sunt. — Var. etiam *floribus flavis* quorsum spectant icc. Bah. hist. 2. 844. Tabern. 408. Flores ut plurimum albi, aliquando violacei semper venis rubris exarati. Semina in loculis solitaria ferruginea granulata. flor. vere. vulgaris inter segetes.

aa. *Radice perenni:*

3. maritimus. Smit. Engl. bot. t. 1643. R. *Siliquis unilocularibus crassis paucilocellatis moniliformibus, articulatis striatis 2-6spermis stylo subulato longioribus longe pedicellatis calice virescente foliis interrupte lyratis, caule inferne hispido.*

R. Landra Moretti apud Cand syst. 2. 668. est omnino var. Ic. Moris. s. 3. t. 13. f. 3. Petiv. h. br. t. 46. f. 11. Delessert. ic. select. 2. 27. t. 94. Poll. ver. 3. t. 4. f. 9. Reich. cent. 12. t. 3. f. 4173. Engl. bot. t. 1643 Flores etiam albidi vel pallide violacei venis rubris. radix non raro annua. Caulis ut plurimum decumbens. Stylus aliquando siliquam excedit. Fl. vere. passim in agris inter segetes.

478. CLYPEOLA.

Jonthlaspi. Cl. *Herba annua pube stellata tomentosa vix spithamea caulibus caespitosis prostratis foliis oblongo-linearibus integerrimis petalis flavis minimis calycem margine scariosum vel coloratum aequantibus staminibus unidentatis siliculis glabriusculis ciliatis pendulis.*

Fosselinia. All. ped. 1. 246. Allyssum Clairv. herb. val. 216. Naccar. ven. 3. 152. Clyp. monosperma. Lam. fl. fr. 2. 462. 484. Ic. Column. ecphr. 1. 284. Dalech. lugd. 1183. f. 1. Lobel advers. 74. f. 2. ejusd. ic. t. 215. f. 1. Bah. hist. 2. 935. f. 2. Chabr. sciagr. 294. f. 3. Moris. s. 3. t. 9. f. 9. Gaertn. fruct. t. 141. Desv. journ. 3. 161. t. 25. f. 7. Lam. ill. t. 560. f. 1. Cavanill. ic. et descript. 1. 22. t. 32. f. 2. Zannichel. ist. t. 274. Reich. ic. cent. 12. t. 12. f. 4250. et flor. germ. t. 12. Folia aliquando lineari-spatulata. Flores demum albidi. siliculae aliquando margine laeves orbiculatae emarginatae. semina ovata vel subrotunda fusca. Fl. vere. In agro *nic.* locis arenosis.

479. ISATIS.

a. *Siliculis oblongis foliaceo-alatis: radice perenni.*

1. alpina. All. ped. 1. 259. t. 86. f. 2. I. *Glauca glabra caule humili superne paniculato-ramoso siliculis ovali-oblongis utrinque obtusis margine subfoliaceo alatis erectis demum rufis foliis acute sagittatis.*

I. Villarsii Gaud. helv. 4. 201. videtur var. Ic. Reich. ic. cent. 12. t. 4. f. 4. 180. et fl. germ. t. 4. Caulis vix semipedalis. folia ima oblonga. flores flavi. Fl. aest. In monte *Vesulo.*

aa. *Siliculis spatulato-cuneatis.*

b. *Glabra, radice bienni.*

2. tinctoria. *Glabra caule elato superne ramoso-paniculato siliculis spathulato-cuneatis obtusis glabris demum fuscis deflexis petalis calyce vix longioribus.*

I. campestris. Stev. ap. Cand. syst. 2. 271. est var. *siliculis lineari-cuneatis apice rotundatis.* — I. praecox. Kit. apud Cand. l. c. var. *siliculis ovalibus vel oboratis apice vel truncatis*

*vel rotundatis basi aliquando obtusis.* Ic. Fuchs. hist. 531. 532. Arduin. mem. 1. t. Sabb. hor. rom. 4. t. 5. Moris. s. 3. t. 15. f. ult. Weinm. phyt. t. 614. f. a. Bah. hist. 2. 989. f. 2. Chabr. sciagr. 288. f. 2. Lob. advers. 190. f. 1. eiusd. ic. 332. f. 1. Camer. epith. 410. Dodon. pempt. 79. f. 1. 2. Dalech. lugd. 497. f. 1. 2. Blakw. herb. t. 246. Lam. ill. t. 554. f. 1. Mart. fl. rust. t. 41. Svens. bot. t. 35. Schk. hand. t. 188. Trattin arch. t. 67. et 67. bis. Sturm. deut. fl. hef. 2. t. 3. Baxter brit. bot. t. 210. Gaertn. fruct. t. 142. Nees gener. 10. t. 10. Schubert naturgesis. t. 33. f. 8. Engl. bot. t. 97. Reich. ic. cent. 12. t. 4. f. 4. 177. et fl. ger. t. 4. Caulis usque tripedalis in pinguibus usque orgyalis valde foliosus. folia ima grandia oblonga, caulina sagittata. non raro folia ima pilosa sunt pilis raris sparsis. flores flavi. floret vere. Spontanea in montanis. in valle *Augustae praetoriae*: *Sabaudia:* in monte *Vesulo*: monte *Musinè*: supra *Giaveno*: circa *Segusium;* prope *Vinadium*: in mont. agri *nic.* etc. ubique culta. ex foliis ejus faecula expromitur quae colorem coeruleum largitur.

bb. *Radice aunua,*
*foliis praesertim imis pubescentibus.*

3. CANESCENS. Cand. fr. sup. 5. 598. I. *Foliis imis canescentibus oblongis caulinis sagittatis ciliatis caule elato superne ramoso siliculis spathulato-linearibus obtusis apice lingulatis basique incano-villosis demum fuscis deflexis corolla calycem superante.*

I. iberica Stev. mem. mosq. 3. 267. Ic. Buxb. cent. 1. t. 5. Caulis pedalis, et ultra. Ceterum similis. fl. majo in *Liguria occidua*, in collibus di *Caprazoppa*. Mihi videtur. var. Isat. tinctoriae *foliis pilosis siliculis apice lingulatis.* plantae enim glabrae in plagis aridis, et calidioribus ut plurimum pilosae, et strigosae fiunt.

## 480. BISCUTELLA.

Flores omnium flavi.

a. *Calycibus basi bisaccatis: radice annua.*

b. *Siliculis scabris.*

1. HISPIDA. Cand. diss. n. 3. t. 1. f. 1. B. *Calycibus longe corniculatis siliculis utrinque subrectilineis emarginatis scabris stylo subaequalibus foliis oblongis sinuatis hispidis caule hirto.*

B. dilatata Vis. stirp. dalmat. 14. t. 5. Ic. Moris. s. 3. t. 9. f. 7. Barrel. ic. 1219. Reich. ic. cent. 7 t. 604. f. 825. et cent. 12. t. 8. f. 4208. Ann. du Mus. 18. t. 7. Botanic. mag. t. 2144. fl. majo. In Mihi non videtur firmis characteribus differre a sequente. Siliculae enim scabrae, corniculi calycis longiores et folia profundius serrata lusus esse possunt. Silicula insuper in sequente plerumque scabra est.

bb. *Siliculis glabris.*

2. AURICULATA. B. *Calycibus breviter corniculatis siliculis glabriusculis apice confluentibus stylo brevioribus foliis oblongo-lanceolatis dentatis vel subsinuatis glabriusculis caule hispido.*

B. erigerifolia Cand. dissert. n. 2. est procul dubio var. *siliculis glabris*. Clypeola auriculata Crantz. cruc. 93. Jondraba sulphurea. Medik. gen. pl. 1. 25. t. 1. f. 14. Thlaspidium saccatum. Moench. meth. 218. Ic. Lam. ill. t. 570. f. 2. Gaertn. fr. 2. t. 182. Schk. hand. t. 182. Reich. cent. 12. t. 8. f. 4207. Ann. du mus. 18. t. 7. Caulis usque bipedalis superne ramosus. folia radicalia aliquando sinuato-pinnatifida omnino sunt. Siliculae non raro scabrae. fl. maio. In collibus agri *segus* et *nic.*: in apricis di *Alagna*, *Scopa* etc. in agro *novar.*

aa. *Calycibus basi aequalibus.*

b. *Radice perenni: siliculis glabris.*

3. LAEVIGATA. B. *Siliculis utrinque emarginatis laevibus foliis caulinis lineari-lanceolatis vel semiamplexicaulibus subdentatis inferioribus lanceolatis dentatis vel sinuato-pinnatifidis cauleque inferne pubescentibus.*

B. glabra. Clairv. herb. val. 216. Clypeola didyma Crantz a. 20. Thlaspidium laevigatum Medik. in Uster. neu. an. 2. 38. Bisc. obcordata Reich. ic. cent. 7. t. 615. f. 836. et cent. 12. t. 8. fig. non numer. B. alpestris. W. et Kitaib. hung. 3. 253. t. 228. B. didyma. All. ped. 1. 247. B. apula. Poll. viag. al lago di Garda 80. et 125. — Var. *foliis hispidissimis margine revolutis est.* B. coronopifolia. All. ped. 1. 247. B. ambigua. Cand. diss. n. 23.

t. 11. f. 1. — Var. glabra est B. lucida. Cand. diss. n. 20. t. 7. — *fructibus glabris*, est B. saxatilis. Cand. diss. n. 24. t. 10. Reich. ic. t. 619. f. 840. et cent. 12. t. 8. f. 4205. B. auriculata Tenor. neap. 2. 76. B. incana ejusd. l. c. t. 162. f. 2. B. didyma Scop. carn. 2. 14. — *foliis inferioribus sinuato-pinnatifidis superioribus semiamplexicaulibus*, est B. coronopifolia L. man. alt. 255. Cand. diss. n. 22. t. 18. Reich. cent. 12. t. 8. f. 4206. Ic. Barrel. ic. 253. f. 2. 254. Columm. ecphr. 1. 285. Reich. ic. t. 516. f. 807. et cent. 12. t. 8. f. 4203 et fl. germ. t. 8. Jacq. a. t. 559. Clus. pan. 471. Cand. ic. rar. 11. t. 38. Sckr. fl. mon. 1. t. 94. Bois. fl. eur. t. 147. — ad var. B. saxatilem. suam refert Candol. icc. seq. Lob. advers 74. f. 1. eiusd. ic. t. 214. f. 2. Bah. hist. 2. 935. f. 1. Chabr. sciagr. 294. f. 2. Moris. s. 3. t. 9. f. 10. Barrel. ic. t. 900, et 1227 Species valde ludibunda. Caulis ut plurimum humilis vix dodrantalis superne ramosus ramis subfastigiatis parce foliosus. semina reniformia maiuscula. fl. vere. Vulgaris in pratis alpinis, oris sylvarum, locis collinis, aridis et calidis.

bb. *Radice annua*: *siliculis villosis*.

4. APULA. B. *Siliculis margine pubescenti-glandulosis foliis lanceolatis serratis cauleque folioso ramoso hirsutis*.

B. didyma var. Lin. sp. 911. B. didyma W. enum. 2. 673. B. ciliata. Cand. diss. n. 9. B. coronopifolia. W. sp. 3. 474. Cand. ic. rar. 1. 12. t. 39. Reich. ic. t. 610. f. 831. et cent. 12. t. 8. f. 4202. — Var. *Caule subnudo siliculis magnis*. est B. Columnae Tenor. neap. t. 162. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 629. Reich. ic. t. 612. f. 833. Columm. ecphr. 1. 284. f. 1. Moris. s. 3. t. 9. f. 12. Barrel. ic. t. 255. f. 1. B. rupestris, Coll. her. ped 1. 134. — Var. *Caule folioso siliculis minimis* est B didyma b. Lin. spec. 911. Ic. Lam. ill. t. 566. f. 1. Reich. ic. t. 613. f. 834. Schk. hand. t. 182. Barrel. ic. t. 253. f. 2. Thlaspidium hieracifolium Medik. gen. pl. 1. 29. t. 1. f. 5. Caulis altitudine varius, ut plurimum humilis aliquando tamen pedalis. fl. vere. In pratis di *Intrasca* et *Canobbio* agr. *novar.*

## 481. PELTARIA.

ALLIACEA. P. *Herba perennis glabra pedalis et ultra caule erecto superne parce ramoso foliis inferioribus longe petiolatis cordato-ovatis caulinis sessilibus oblongis amplexicaulibus sagittatis floribus racemosis, racemis terminalibus compositis corymbosis petalis albis fructibus suborbiculatis tenuibus foliaceis laevibus*.

Boadschia Crantz. a. 5. t. 1. f. 1. B. alliacea All. ped. 1. 248. Clypeola Lam. enc. 2. 55. ejusd. ill. t. 560. f. 2. Cl. perennis Arduin. spec. 26. t. 6. Ic. Clus. hist. 2. 130. f. 2. Lobel. ic. t. 219. f. 2. Bah. hist. 2. 932. f. 1. Chabr. sciagr. 293. f. 4. Moris. s. 3. t. 18. f. 34. Boiss. fl. eur. t. 446. Jacq. a. t. 123. Sab. hort. rom. 4 t. 21. Reich. ic. cent. 12. t. 12. 4. 4231. fl. vere. Circa arcem di *Fenestrelle*.

## 482. LUNARIA.

REDIVIVA. L. *Herba perennis usque pedalis et ultra foliis villosis imis petiolatis oppositis superioribus alternis cordato-ovatis grosse dentato-serratis dentibus mucronatis floribus maiusculis roseis, vel rubris odoratis siliculis longe stipitatis lanceolatis utrinque attenuatis*.

L. alpina Berg. phyt. 3. 115. L. odorata Lam. fr. 2. 457. L. perennis. Gmel. bad. 3. 48. L. lanceolata. Stok. bot. mat. med. 3. 442. L. Ricotia. Gaertn. fruct. 2. 289. t. 142. excl. syn. et in ic. excl. sem. Ic. Moris. s 3. t. v. f. 3. Chabr. sciagr. 281. f. 6. Lob. ic. 2. t. 278. f. 1. Bessl. hor eyst. vern. ord. 1. t. 7. f. 1 Tabernam. ic. 314. Hill. syst. 12. t 38. f. 1. Lam. ill. t. 561. f. 1. Sturm. deut. fl. hef. 48. Reich. ic. cent. 12. t. 23. f. 4290. Clus. hist. 1. 297. fl. vere. In montibus *Javeni*, *Cumianae*, *Avilianae S. Michaelis*, *Vinadii* etc.

L. *annua* non differt nisi *foliorum dentibus acutis siliculis ellipticis rotundisve utrinque obtusis glaucis, Stigmate profunde bilobolo floribus maiusculis inodoris*.

L. biennis Moench. meth. 261. Ic. Dalech. lugd. 805. Sab. hor. rom. t. 23. Durante herb. 267. Reich. cent. 12. t. 23. f. 4289. Dodon pempt. 161.

Schubert. naturges. t. 33. f. 11. Biennis. spontaneam vidi in collibus *taurin*. Sed ubique culta. unicum itaque discrimen in radice perenni, et siliquis angustioribus est.

### 283. ALYSSUM.

a. *Floribus flavis, filamentis appendiculatis.*

b. *Suffruticosa.*

c. *Caulibus subherbaceis diffusis, siliculis orbiculatis.*

1. MONTANUM. A. *foliis spathulatis candido-tomentosis inferioribus obovatis ramis diffusis ascendentibus racemis simplicibus canescentibus stylum subaequantibus petalis bilobis medio subconvexis subemarginatis calycem duplo excedentibus.*

A. arenarium. Loisl. gal. 401. Sturm. deut. fl. 15. 66. Reich. fl. germ. 2. 19. A. cuneifolium. Tenor. prodr. 38. t. 161. f. 2. A. diffusum eiusd. app. catal. hor. neap. 1815. 58, et t. 161. f. 1. Adysetum montanum. Scop. carn. 2. 14. Clypeola montana. Crantz. a. 19. Ic. Lobel. ic. t. 220. f. 1. C. Bah. prodr. 49. f. 2. Moris. s. 3. t. 16. f. 5. J. Bah. hist. 2. 999. f. 1. Chabr. sciagr. 292. f. 4. Weinm. phyt. t. 974. f. a. Curt. bot. magaz. t. 419. Jacq. a. t. 37. Reich. cent. 12. t. 19. f. 4274. Lam. ill. t. 559. Sturm. deut. flor. 15. 66. Reich. pl. critic. 1. 5. Dietr. flor. bor. t. 453. Jord. obs. 1. 1. Caules caespitosi prostrati. stylus aliquando longissimus. Siliculae aliquando subovatae subretusae ut in A. cuneifolio Tenor. fl. vere. Locis montanis arenosis, incultis calidis.

cc. *Caulibus suffruticosis erectis*

d. *Siliculis suborbiculatis seminibus submarginatis caulibus pedalibus.*

2. ARGENTEUM. Vitm. sum. plant. 4. 30. A. *Foliis obovato-spathulatis supra stellato-pubescentibus incanis subtus lepidoto-argenteis siliculis suborbiculatis villosis compressis seminibus submarginatis caulibus apice racemoso-ramosis racemis corymbosis.*

Lunaria argentea. All. ped. 1. 245. t. 55. f. 3. A. Bertolonii Desv. journ. 3. 172. A. murale Wald. et Kitaib. hung. t. 6. Reich. cent. 12. t. 20. fig. numero non signata. Ic. Zanon. hist. ed. Monti. t. 11. Reich. 1. c. t. 20. f. 4277. Sturm. deut. flor. 12. 48. 15. 66. Fl. vere. In montibus. ditionis *bobiensis*: *August. praetoriae*: *Piossaschi*: S. *Michaelis della Chiusa*: *di Bussoleno*, *Musinè*, etc.

dd. *Siliculis ovato-oblongis, seminibus immarginatis caulibus humillimis.*

3. ALPESTRE. A. *Foliis obovato-spathulatis stellato-pubescentibus sublepidotis incanis siliculis ovato oblongis planis canescentibus caulibus apice racemoso-ramosis racemis corymbosis.*

A. tortuosum. W. et Kit. hung. 1. 94. t. 91. A. serpyllifolium. Desf. atl. 2. 70. et M. Bieb. taur. cauc. 2. 103. Ic. Ger. galloprov. t. 13. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 623. Reich. l. c. cent. 12. t. 20. f. 4275. All. ped. t. 18. f. 2. Jacq. collect. 4. 4. Sturm. flor. 15. 66. Lodd. bot. cab. t. 1565. SufRuticulus. Caules caespitosi palmares tortuosi prostrati. Semina compressa uno latere aliquando brevissime marginata. Fl. aest. In alpibus e fissuris rupium: monte *Cenisio*: monte *Rosa*: ad rupes vallis *di Vedria* etc.

bb. *Herbacea*: *radice annua.*

4. CALYCINUM. A. *Foliis lineari-lanceolatis basi attenuatis pube stellata canescentibus calycibus persistentibus ungues petalorum marcidorum aequantibus filamentis longioribus edentulis siliculis orbiculatis pubescentibus seu glabriusculis convexis, stylo brevi coronatis seminibus marginatis.*

Adyseton. Scop. carn. 213. A mutabile. Moench. meth. 267. Alyss. campestre. Hoffm. germ. 4. 43. Schk. hand. t. 181. Clypeola alyssoides. Lin. sp. ed. 1. 652. Ic. Lob. ic. 213. f. 2. Bah. hist. 2. 928. Camer. epit. 538. f. 1. Clus. hist. 3. 133. f. 2. Tabern. ic. 853. Barrel. ic. 908. f. 2. 912. f. 12. Lam. ill. t. 559. f. 1. Krok. sil. 2. 2. 39. t. 32. Reich. 1. c. cent. 12. t. 18. f. 4269. Jacq. a. t. 338. Flor. dan. t. 1704. Engl. bot. t. 2853. Sturm. flor. 12. 48. *Reich. flor. germ.* 2. 18. Schubert naturges. t. 33. f. 1. Flores demum albi. Caulis humilis vix dodrantalis. Fl. aest. In montanis apricis lapidosis etc. A. minimum. W. sp. 3. 464. Trattin thes. 53. Sturm. deut. flor. 2. 48. Act. acad. peters. 6. 2. non videtur differre nisi *Sta-*

*tura minore calycibus deciduis*, et hoc in patria sponte nasci probabile est. Cf. Colla her. ped. 1. 140.

aa. *Floribus albis: filamentis edentulis, caulibus suffruticosis.*

b. *Ramis demum spinescentibus.*

5. SPINOSUM. A. *Foliis minutis oblongo-linearibus oppositis pube stellata tomentosis argenteis ramis pedunculisque demum spinescentibus siliculis subrotundis stellato-pubescentibus seminibus ovatis margine membranaceis.*

Draba spinosa. Lam. fr. 2461. Ic. Barrel. ic. t. 808. Lob. ic. t. 217. ejus obs. 109. f. 2. Dalech. lugd. 1182. f. 1. Tabern. 824. Bah. hist. 2. 931. f. 3. Chabr. sciagr. 293. f. 3. Jord. obs. 1. 1. Caules caespitosi duri tortuosi rubri glabri ramosissimi ramis demum spinescentibus horridi. Rami foliaque utrinque albo-squamata. Siliculae aliquando laeves. fl. vere. In agro *monreg?*

bb. *Ramis inermibus.*

c. *Seminibus margine membranaceis.*

6. HALIMIFOLIUM. W. sp. 3. 460. A. *Foliis obovato-spathulatis candido tomentosis floribus corymbosis siliculis suborbiculatis apice emarginatis planis glabris stylo coronatis.*

Lunaria halimifolia. All. ped. 1. 245. t. 54. f. 1. et t. 86. f. 1. Koniga. Reich. ic. cent. 12. t. 18. f. 4267. Ic. Boccon. mus. t. 39. Jord. obs. 1. 1. Caulis teres fuscus tortuosus ramosissimus spithameus. fl. vere. In agro *nic.* prope *Sospello*: in collibus editioribus *Garexii*, et *Uneliae*: in aridis calidioribus vallis *Macrae*: inter *Valderium* et *Cunevas* etc.

cc. *Seminibus immarginatis.*

7. MARITIMUM. Lam. enc. 1. 98. A. *Foliis lineari-lanceolatis acutis canescentibus racemis elongatis siliculis ovato-orbiculatis glabris.*

A. arenarium. Presl. sic. 1. 59. A. minimum. L. sp. 908. A. Viviani de Not. prosp. 19 et 51. et Bertol. H. ital. 7. 631. Quod non differt nisi partibus proportione minoribus. A. halimifolium. L. sp. 907. Curt. bot. mag. t. 101. Clypeola maritima. L. mant. 426. Draba. Lam. fr. 2. 461. Lobularia. Desv. journ 3. 162. Koniga. R. Br. in Dnah. et Clap. trav. ap. 214. Sibt. fl. gr. t. 621. Lepidium fragrans. W. in Ust. bot. mag. 11. 37. Ic. Sab. hort. rom. 4. t. 19. Moris. s. 3. t. 16. f. 1. Barrel. ic. t. 844. 907. f. 1. 908. f. 1. 911. f. 1. Boccon. mus. t. 130. Gessn. ic. t. 14. f. 120. Dalech. lugd. 1393. f. 2. Tabern. ic. 461. Lob. ic. 215. f. 2. ejusd. adv. 75. f. 1. Engl. bot. t. 1729. Reich. ic. cent. 12. t. 18. f. 4266. Bonan. panph. t. 61. Sturm. deut. fl. 2. 48. Caules basi suffruticulosi caespitosi prostrati vel ascendentes pedales et ultra. Calyx ut plurimum rubidus. fl. vere. In arenosis lit. maris *nic.* et *Liguriae occid.*

### 484. PTEROCALLIS.

PYRENAICA. R. Br. hor. hew. ed. 2. 4. 93. Pt. *Herba perennis basi suffruticosa humillima caulibus caespitosis a basi ramosissimis inferne nudis foliis sessilibus cuneatis inferioribus quinquefidis superioribus trifidis in apice ramorum confertis ciliatis rigidis floribus subcorymbosis roseis siliculis glabris.*

Draba. L. sp. 896. Crant. a. t. 1. f. 5. All. fl. ped. t. 8. f. 1. Curt. bot. mag. t. 713. Jacq. a. t. 228. D. rubra. Crantz. cruc. 92. Ic. All. spec. t. 6. f. 1. Fl. aest. In alpium cacuminibus: montis *Rosae*: *Cenisii*: *Assiette*: la *Croix* supra *Mirabouc*. etc.

### 485. HUTCHINSIA.

a *Foliis indivisis: radice perenni.*

1. ROTUNDIFOLIA. R. Br. Kew. ed. 2. 4. 82. H. *Glabra caule prostrato foliis subcarnosis glaberrimis inferioribus subrotundis petiolatis integerrimis denticulatisve superioribus oblongis amplexicaulibus petalis calyce staminibusque valde longioribus siliculis sub emarginatis elliptico-oblongis utrinque angustatis 1-4spermis stylum superantibus.*

Iberis. L. sp. 905. Scop. carn. t. 37. Sturm. deut. fl. hef. 20. Ib. repens Lam. fr. 2. 464. Lepidium rotundifolium All. spec. 27. t. 4. f. 1. et flor. ped. t. 55. f. 2. Thlaspi Robl. cum Koch. etc. deutfl. fl. 4. 532. Reich. ic. cent. 12. t. 6. f. 4224. a. 6. Noccaea rotundifolia. Moench. suppl. 89. — Var. *foliis imis oblongo-*

*obovatis apice denticulatis* est. H. Cepaefolia. Cand. syst. 2. 386. Iberis. Wulf. in Jacq. misc. 2. 28. t. 1. Nocaea Reich. excurs. 3. 663. Thlaspi. id. l. c. Reich. ic. cent. 12. t. 6. f. 4225. Barrel. ic. 848. Caules caespitosi vix palmares. flores purpurei vel rosei grandiusculi odorati. Semina pendula oblonga ferruginea. Fl. aest. In rapium fissuris summorum alpium cacuminum.

aa. *Foliis pinnatifidis sinuatis integrisve: radice annua.*

2. PROCUMBENS. Desv. Journ. 3. 168. H. *Glabra caule prostrato foliis sinuato-pinnatifidis integrisque petalis calycem aequantibus siliculis ovalibus sub*10-*spermis stigmate sessili.*

Lepidium. L. sp. 898. Lam. ill. t. 555. f. 2. L. pusillum a. Lam. fr. 2. 468. Thlaspi procumbens Wallr. sched. 349. t. 5. Capsella. Fries. nov. fl. svec. mant. 1. 14. Koch sin. 2. 79. Reich. cent. 12. t. 11. f. 4221. C. elliptica Meyer in fl. altaica. 199. Sturm. deut. fl. hef. 66. Noccaea procumbens. Reich. excurs. 663. Ic. Magnol. bot. monsp. 183. Caules caespitosi vix spithamei. Sepala margine scariosa. Petala alba. Semina ovoidea straminea. Laciniae foliorum lanceolatae integrae terminali maiore. folia aliquando omnia integra sunt. Aliquando ima pinnatifida sup. integra. Fl. vere circa *Genuam*: in aridis agri *nic.* Ad viam inter *Alicem* et *Cavaglià* etc.

aaa. *Foliis pinnatis.*

b. *Radice annua.*

3. PETRAEA. R. Br. l. c. H. *Puberula caule prostrato foliis decursive pinnatis foliolis oblongo-linearibus petalis calycem aequantibus siliculis ovalibus utrinque rotundatis tetraspermis stigmate sessili.*

Teesdalia. Reich. exc. 659. ejusd. ic. cent. 12. t. 6. f. 4190. Lepidium petraeum. Lin. sp. 899. Jacq. a. t. 131. Engl. bot. t. 111. Boiss. fl. eur. t. 440. f. 1. L. Linnaei Crant. a. t. 2. f. 4. 5. Nasturtium petraeum. ejusd. cruc. t. 2. f. 4. 5. Lepidium pusillum b. Lam. fr. 2, 468. Ic. Petiv. h. br. t. 50. f. 4. Moris. s. 3. t. 19. f. 6. Pluk alm. t. 206. f. 4. mala. Columm. ecphr. 1. 273. Caules vix palmares ramosi foliosi: sepala margine scariosa alba. Petala calycem ut plurimum paulo superant. Semina ovata straminea. fl. vere, et aest. In rupibus aridis agri *nic.*: circa *Segusium*: prope *Domum ossulae* etc.

bb. *Radice perenni.*

4. ALPINA. R. Br. l. c. H. *Caulibus prostratis ramosis scabris foliis confertis decursive pinnatis glabris foliolis obovato-linearibus petalis calyce multo maioribus siliculis oblongis utrinque attenuatis stylo abbreviato coronatis* 1-2*spermis.*

Lepidium alpinum. L. spec. 898. Schk. flor. monac. t. 216. Jacq. a. t. 137. Sturm. deut fl. h. 20. L. Halleri Crantz. a. 1. t. 1. f. 3. Nasturtium alpinum. ejusd. cruc. t. 1. f. 3. Draba Nasturtiolum. Scop. carn. 2. 8. Dr. alpina. Baugm. fl. trans. 2. 252. Noceaea alpina. Reich. enc. 663. Ic. Clus. hist. 2. 128. f. 1. Dalech. lugd. 1180. f. 2. Moris. s. 3. t. 19. f. 10. Bah. hist. 2. 919. f. 1. Chabr. sciagr. 290. f. 2. Caules caespitosi nudi apice foliiferi et scapigeri, vix dodrantales. folia pauci-pinnata sepala margine scariosa. flores albi. Semina oblonga pendula straminea. Fl. aest. In summis alpium jugis, ad nives deliquescentes.

## 486. IBERIS.

a. *Caule fruticoso.*

1. SAXATILIS. I. *Foliis linearibus acutiusculis integerrimis subciliatis floribus corymbosis siliculis ovalis foliaceo-marginatis obtuse auriculatis.*

I. vermiculata W. sp. 3. 454. I. Garexiana. Scop. del 1. 16. t. 7. Ic. Garid. aix. t. 101. Lam. ill. t. 557. f. 2. Lob. ic. 217. f. 1. Observ. 109. f. 1. Dalech. lugd. 1181. f. 2. Moris. s. 3. t. 18. f. 31. 32. 33. Columm. ecphr. 1. 277. f. 1. Gouan. fl. monsp. t. 1. Bah. hist. 2. 931. f. 1. Chabr. sciagr. 293. f. 2. — Reich. fl. germ. 2. 8. Jord. obs. 6. 1. var. *foliis obtusis glabris.* Quorsum spectant icc. Clus. hist. 2. 132. Simpl. bot. magaz. t. 1642. Caules caespitosi prostrati ramosi, tortuosi, duri, vix spithamei. Sepala margine scariosa. Petala alba vel rosea calyce valde longiora. Semina ovata vix marginata. Fl. aest. Amat loca alpina lapidosa humentia

secus torrentes: in monte *Cenisio*: circa *Segusium*, *Exilles*, et *Fenestrellas*: in rupibus di *Foresto*: in rupibus vallis *Ossulae* versus *Pallanzano*: al col di *Tenda* etc.

aa. *Caule suffruticoso.*

2. SEMPERVIRENS. I. *Glabra foliis oblongo-linearibus obtusis integerrimis floribus racemoso-corymbosis siliculis subrotundo ovatis auriculis brevibus acutis.*

I. Garexiana. All. ped. 1. 250. t. 40. f. 5. et t. 54. f. 2. Reich. ic. cent. 12. t. 7. f. 4198. 4199. est procul. dubio var. — Ic. Barrel. ic. 214. et 734. Sibt. fl. gr. t. 620. Moris. s. 5. t. 18. f. 26. Rivin. tetrap. t. 110. f. 1. Rouss. bot. 11. Caulis superne herbaceus palmaris ramosus. folia scabrida margine cartilagineo. Sepala margine scariosa. Petala alba rosea vel alba calyce valde longiora. semina oblonga compressa anguste marginata glabra. Fl. vere et aut. In agro *nic.* in sabulosis fluminis *Paillon*: al *Col di Tenda*, et al *Col delle finestre*: in valle *Macrae*: circa *Garexium*: etiam in montibus *Liguriae orient.*

aaa. *Caule herbaceo. radice annua.*

b. *Foliis indivisis.*

c. *Glabris.*

d. *Foliis imis subrotundo-spathulatis longe petiolatis integris.*

3. AUROSICA. Vill. delph. 1. 349. I. *Humilis glabra foliis subrotundo-spathulatis integerrimis subcarnosis siliculis ovatis auriculis profundis acutis.*

I. nana All. auct. 13. t. 2. f. 1. Ic. Reich. ic. cent. 12. t. 7. f. 4191. Jord obs. 6. 1. Caules caespitosi prostrati ut plurimum pollicares vix palmares, ramosi. folia aliquando apice bi-tridentata. flores corymbosi. Sepala margine scariosa. Petala calyce valde longiora alba vel rosea. Vix differt. ab. I. carnosa W. Fl. aest. In monte *Carlin*: in alpibus *della Raschiera* agri *monregal.*

dd. *Foliis imis obverse lanceolatis longe petiolatis remote serratis.*

4. AMARA. I. *Foliis lanceolatis apice dilatatis acutis glabris dentatis floribus racemosis siliculis subrotundo-ovatis auriculis triangularibus acutis.*

Ic. Moris. s. 3. t. 17. f. 18. Bah. hist. 2. 925. Riv. tetrap. t. 112. Engl. bot. t. 52. Lam. ill. t. 557. f. 1. Reich. ic. cent. 12. t. 7. 4197. Sab. hor. rom. 4. t. 7. Tabern. ic. 462. Medikus gattungen 2. Jord. obs. 6. 1. Baxter brit. bot. 331. Dietr. flor. bones. t. 855. Caulis ut plurimum decumbens humilis raro pedalis superne paniculato-ramosus. Sepala margine scariosa subciliata. petala alba vel rosea calyce multo longiora. Herba amara. fl. vere. In arvis agri *taur.* secus *Duriam.*

ddd. *Foliis imis ovato-lanceolatis longe petiolatis serratis.*

5. UMBELLATA. I. *Glabra foliis lineari-lanceolatis acuminatis inferioribus serratis superioribus integerrimis floribus corymbosis silicula ovata auriculis triangularibus acuminatis.*

I. pulchra Salisb. 267. I. corymbosa. Moench. meth. 269. Thlaspi umbellatum. Crant. a 25. Ic. Barrel. ic. 893. f. 1. Rivin tetrap. t. 111. Bah. hist. 2-924. Chabr. sciagr. 291. f. 3. Moris. s. 5. t. 17. f. 21. Lob. ic. 216. f. 1. ejusd observ. 108. f. 3. Dodon. pempt. 713. f. 2. Camer. epit. 339. Bessl. hor. eyst. aest. ord. 7. 11. f. 2. 3. Curtis bot. mag. t. 106. Reich. ic. cent. 12. t. 7. f. 4194. Medikus gattung. 2. Schk handb. t. 179. Gaertn. fruct. t. 141. Lam ill. t. 557. Jord. obs. 6. 1. Caulis subangulatus erectus superne ramosus ramis subfastigiatis ut plurimum rubidus humilis usque tamen pedalis et ultra. Corymbi solitarii terminales haemisfaerici densiflori. flores odorati albi, rosei, rubri sepala margine scariosa petala calyce valda longiora radiantia. semina oblonga. Fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

dddd. *Foliis imis lanceolato-linearibus, angustis integerrimis.*

6. LINIFOLIA. I. *Glabra foliis linearibus sparsis integerrimis glabris floribus corymbosis silicula oblonga auriculis subulatis corniculiformibus acuminatis apice recurvis.*

Ic. Dalech. lugd. 663. f. 1. Garid. aix. t. 105. Reich. ic. cen. 12. t. 7. f. 4193. Schk. handb. t. 179. Jord. obs. 6. 1. Caulis erectus subangulatus ramosus ramis subfastigiatis us-

que bipedalis inferne subnudus ob folia facile decidua. folia ima aliquando serrulata. Corymbi haemisphaerici. Sepala margine scariosa. petala rosea vel rubra raro alba calyce multo longiora radiantia. Fl. aest. In collibus apricis agri *nic.* versus *Varum* fluvium et in *Liguria occidua.*

cc. *Foliis ciliatis.*

7. CILIATA W. sp. 3. 445. I. *Foliis subcarnosis spathulato-linearibus subintegerrimis ciliatis siliculis ovatis auriculis truncatis floribus corymbosis.*

I. Molinerii Balb. cat. taur. 1813. 43. I. taurica Cand. syst. 2. 402. est procul dubio var. *Stylis paulo longioribus* Reich. ic. cent. 12. t. 7. f. 4192 Bot. magaz. t. 1030. Jord. obs. 6. 1. Caulis erectus subangulatus angulis pilosis pilis albis apice glanduliferis, ramosus ramis fastigiatis. Sepala margine scariosa ciliata: petala alba vel rosea calyce valde longiora radiantia. Fl. aest. In pascuis collium, in incultis et ad oras sylvarum agri *nic.* etc.

bb. *Foliis pinnatifidis; radice annua.*

8. PINNATA. I. *Caule erecto ramosissimo foliis pinnatifidis, laciniis linearibus integris racemis fructus brevissimis siliculis parvis orbiculato-ovatis auriculis acutis.*

I. crenata Lam. enc. 3. 213. I. panduraeformis. Pour. acta tolos. 3. 320. Ic. Bah. hist. 2. 925. Chabr. sciagr. 291. f. 4. Moris. s. 3. t. 17. f. 19. *mala.* Barrel. t. 1306. *mala.* Dalech. lugd. 658. f. 2. *bona.* 1183. f. 2. *mala* Lobel ic. 217. f. 2. ejusd. adv. 75. f. 2. *bonae.* Reich. cent. 12. t. 7. f. 4195. Jord. obs. 6. 1. Caulis subangulatus scaber jam a basi ramosissimus ramis erecto-patulis subfastigiatis in pinguibus usque pedalis. folia subcarnosa glabra ciliata: sepala ut plurimum rubella margine scariosa: petala alba vel rubra calyce multo longiora radiantia. flores speciosi suaveolentes. Fl. aest. In arvis, et incultis agri *canapic.* et *taurin.* secus *Sturam.* in arvis inter *Lucengo*, et la *Veneria*: in arvis agri *segus.* in *Liguria occidua* etc. Herba acris bona in acetariis et jusculis.

487. TEESDALIA.

Herbae annuae humiles scapo erecto nudo saepe acuto cauliculis lateralibus parce foliosis foliis radicalibus rosulatis floribus corymbosis albis parvis fructibus laxe racemosis.

a. *Petalis aequalibus.*

1. LEPIDIUM. Cand. syst. 2. 392. T. *Foliis radicalibus pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis acutis impari elongata petalis aequalibus calycem excedentibus.*

Teesd. regularis. Smith. trans. soc. lin. 11. 283. Thlaspi nudicaule Desf. atl. 2. 67. Lepidium nudicaule. Lin. sp. 898. Guepinia Lepidium. Cand. fr. sup. 596. Ic. Magnol. bot. monsp. 186. Guss. plant. var. t. 46. f. 1. Reich. ic. t. 398 f. 583. 584. et cent. 12. t. 6. f. 4188. — Var. etiam *foliis integris.* Herba humillima vix tripollicaris. Petala calycem vix excedentia. Stamina ut plurimum 4. Fl. vere. Ad viam inter *Alice* et *Cavaglià*: in ericetis di Romentino agri *nov.*

aa. *Petalis inaequalibus.*

2. IBERIS. Cand. l. c. T. *Foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis laciniis subrotundis superioribus maioribus petalis inaequalibus calyce valde longioribus.*

T. nudicaulis R. Br. kew. 4. 83. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 87. Iberis nudicaulis. Lin sp. 907. Engl. bot. t. 327. Schk. hand. t. 179. Sturm. deut. fl. 4. 11. Flor. dan. t. 323. Svens. bot. t. 732. Krok. sil. 2. t. 31. Curt. lond. 6. t. 42. Iberis bursifolia. Berg. phyt. ic. Guepinia nudicaulis. Bast. sup. 35. G. Iberis. Cand. fr. sup. 596. Thlaspi nudicaule a. Cand. fr. 4. 708. Lepidium scapiferum. Wallr. sched. 1. 344. Ic. Dodon. pempt. 103. f. 2. Lob. ic. 221. f. 2. Moris. s. 3. t. 19. f. 5. t. 20. f. 4. Bah. hist. 2. 937. f. 1. Dietr. flor. borus t. 676. Chabr. sciagr. 295. f. 2. Petiv. h. br. t. 50. f. 2. Caules caespitosi vix spithamei. folia prima indivisa ovata integra. Sepala albo-marginata. Silicula subrotunda supra concava subtus convexa emarginata. semina ovata compressa straminea. Fl. vere. In arenosis di *Confienza* in *Laumellina.*

### 488. LEPIDIUM.

Herbae floribus parvis, albis.

a. *Siliculis exauriculatis.*

b. *Foliis indivisis.*

c. *Radice annua: foliis omnibus sessilibus.*

1. Draba. L. *Pubescens foliis cordato sagittatis amplexicaulibus oblongis dentatis racemis corymbosis corymbis compositis siliculis turgidis cordato-triangularibus stylo dissepimentum aequante coronatis.*

Cochlearia. Lin. sp. ed. 2. 904. Jacq. a. t. 315. Cordaria Desv. journ. 5. 165. Reich. ic. cent. 12. t. 9. f. 4211. Nasturtium. Crant. cruc. 21. Draba ruderalis. Baugmar. fl. trans. 2. 252. Cardialepis dentata. Wallr. sched. 1. 340. Ic. Lobel. ic. 224. ejusd. obs. 111. f. 2. Camer. epit. 341. Dalech. lugd. 664. f. 2. Gesn. op. ed. Schimid. t. 14. f. 126. Clus. hist. 124. f. 1. Moris. s. 3. t. 21. f. 1. Bah. hist. 2. 939. f. 2. Chabr. sciagr. 295. f. 6. Barrel ic. t. 215. f. 1. 2. Engl. bot. t. 2683. Zannich. ist. t. 148. f. 2. Sturm. deut. fl. heft. 68. Caulis humilis raro pedalis superne ramoso-corymbosus. folia ima subpetiolata. Corymbus compositus ramis subfastigiatis. Sepala colorata margine alba. Petala calyce valde longiora. Semen solitarium obovatum demum obscure ferrugineum. Herba raro glabra est. Fl. vere. In arvis, et incultis agri nic: etiam circa *Taurinum.*

cc. *Radice perenni: foliis imis longe petiolatis.*

2. latifolium. L. *Foliis sucoriaceis ovato-oblongis dentato-serratis infimis longe petiolatis summis subsessilibus racemis paniculatis siliculis subrotundo-ovatis obtusis stigmate apiculatis radice repente.*

Ic. Dodon. pempt. 716. f. 1. Camer. epit. 379. Dalech. lug. 666. f. 2. Chabr. sciagr. 293. f. 5. 6. Lob. Ic. 518. f. 2. ejusd. observ. 172. f. 4. Blackw. t. 448. Moris. s. 3. t. 21. f. 1. Bah. hist. 2. 940. f. 1. 2. Weinm. phyt. t. 647. f. a. Gars. fig. pl. t. 337. Engl. bot. t. 182. Fl. dan. t. 557. Hill. syst. veg. 11. t. 43. f. 3. Sab. hor. rom. 4. t. 15. Svens. bot. t. 638. Reich. cent. 12. t. 10. f. 4219. Sturm. deut. flor. 16. 68. Baxter brit. bot. t. 236. Caulis usque bipedalis erectus teres laevis. folia ima puberula. Sepala albo-marginata. Petala calyce multo longiora. flores numerosissimi. Herba acerrima optima in jusculis et acetaris. Fl. aest. Circa *Segusium* et *Sarzanam.*

bb. *Foliis divisis: radice annua.*

3. Iberis. L. *Foliis inferioribus lanceolatis subpinnatifidis vel inciso-serratis superioribus linearibus integerrimis caule ramosissimo erecto siliculis tumidis ovatis acutis stigmate apiculatis.*

L. graminifolium. L. sp. 900. Sibt. fl. gr. t. 617. Reich. cent. 12. t. 10. f. 4218. L. gramineum. Lam. fr. 2. 469. L. diandrum Medik. in Ust. an. 2. 45. L. exiguiflorum. Clairv. her. val. 214. Nasturtium diandrum. Moench. meth. 270. Ic. Dodon. pempt. 714. Taber. ic. 846. Sab. hor. rom. 4. t. 4. Zannich. ist. t. 43. Lob. ic. t. 225. f. 2. ejusd. observ. 111. f. 1. Moris. s. 3. t. 21. f. 1. Bah. hist. 2. 918. f. 1. Blackw. t. 512. Camer. epit. 184. Lam. ill. t. 556. f. 1. Bonan. panph. t. 95. Sturm. deut. fl. hef. 68. Schk. hand. t. 180. Descor. antil. 1. 41. Caulis ut plurimum humilis raro usque bipedalis teres erectus. Sepala plerumque colorata albo-marginata. Petala calycem multo excedentia. flores parvi. Stamina aliquando duo. Silicula punctulato-scabrida aliquando suborbiculata. Fl. aest. vulgatissimum in locis siccis ad vias, muros, rudera etc.

aa. *Siliculis auriculatis*

b. *Foliis incisis.*

c. *Radice annua.*

4. campestre. R. Br. l. c. L. *Foliis radicalibus lyratis caulinis sessilibus sagittatis subdentatis pubescentibus siliculis subrotundo-ovatis concavis subalatis lepidoto-punctatis.*

Iberis campestris. Vallr. sched. 1. 341. Thlaspi campestre. Lin. sp. 902. Fl. dan. t. 1221. Curt. lond. 5. t. 45. Engl. bot. t. 1385. Schk. hand. t. 180. Thl. montanum. Poir. enc. 7. 536. excl. syn. Lepia montana. Desv. journ. 2. 165. Ic. Tabern. ic. 458. 462. Fuchs hist. 306. Bah. hist. 2. 921. fig. sup. Chabr. sciagr. 290. f. 5. Gars. fig. t. 584. f. A. Moris. s. 3. t. 17. f. 13. 14. Camer epit. 336. Dalech. lugd. 662.

f. 1. Dodon. pempt. 712. f. 3. Lob. ic. 213. f. 1. ejusd. obs. 108. f. 2. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 86. Reich. ic. cent. 12. t. 9. f. 4014. Caulis humilis raro pedalis superne paniculato-ramosus: flores parvi. petala vix calycem superant. Semen ferrugineum. Fl. vere Vulgare ad vias et in arvis, incultis, sterilibus.

cc. *Radice bienni.*

5. HIRTUM. Hook. ap. Smith. comp. fl. br. ed. 3. 98. L. *Foliis radicalibus glabriusculis petiolatis obovatis obtusis dentatis caulinis sessilibus sagittatis villosis subintegris siliculis oblongis laeviter emarginatis hirsutis alatis concavis.*

Thlaspi. Lin. sp. 901. Medik. nov. gen. t. 2. f. 18. in Ust. nev. annal. 2. 34. Engl. bot. t. 1803. Lepia hirta. Desv. jour. 3. 166. Ic. Bah. hist. 2. 922. Chabr. sciagr. 291. f. 1. Moris s. 3. t. 18. f. 27. Reich. fl. germ. 2. 9. Ceterum similis praecea. flores paulo majores. Fl. vere. In arvis, incultis, sterilibus, et ad vias in agro *nic.* et *unel.*

bb. *Foliis divisis: radice annua.*

c. *Floribus diandris apetalis: siliculis ellipticis apteris.*

6. RUDERALE. L. *Foliis glabris subcarnosis infimis pinnatifidis bipinnatifidisque superioribus linearibus integerrimis floribus diandris apetalis siliculis subrotundo-ovatis emarginatis compressis apice anguste alatis stigmate subsessili.*

Thlaspi All. ped. 1. 250. Nasturtium Scop. carn. 2. 13. Iberis. Crant. a. 21. Thlaspi tenuifolium Lam. 2. 467. Lepidium apetalum Gilb. fl. lithuan. in Ust. del. op. 359. Senekembergia ruderalis Fl. Wetterav. 2. 432. Ic. Lob. ic. 214. f. 1. Moris. s. 3. t. 19. f. 7. Bah. hist. 2. 914. Chabr. sciagr. 289. f. 4. Petiv. h. br. t. 50. f. 1. Dodon. pempt. 713. f. 1. Camer. epit. 377. Fuchs hist. 307. Dalech. lug. 662. f. 3. Engl. bot. t. 321. Krok. sil. 2. t. 29. 30. Reich. cent. 12. t. 10. f. 2215. Flor. dan. t. 484. Svens. bot. t. 521. Engl. bot. t. 1595. Trattin. archiv. 217. Sturm. deut. flora ic. 12. 68. Dietr. Fl. bor. t. 624. Nees gen. 10. 10. Caulis ramoso-paniculatus usque pedalis. Semina straminea. Herba acris antiscorbutica salubris et grata in acetariis et jusculis. fl. verc. Vulgare in ruderatis praesertim circa domos: etiam in agrorum marginibus.

cc. *Floribus hexandris corollatis, siliculis orbiculatis alatis.*

7. SATIVUM. L. *Foliis glabris glaucis pinnatifido-incisis integrisve siliculis orbiculatis alatis emarginatis.*

Thlaspi Crant. a. 1. 21. Lepia sativa. Desv. journ. 3. 165. — var. etiam *foliis crispis* Sturm. deut. fl. 3. 9. Ic. Bah. prodr. 43. f. 1. 1211. *foliis indivisis.* Moris. s. 3. t. 19. f. 2. 3. Bah. hist. 2. 912. 913. f. 2. Chabr. sciagr. 289. f. 1. 2. Lob. ic. 212. f. 1. ejusd obs. 107. f. 2. Camer. epith. 533. Fuchs. hist. 362. Dodon. pempt. 711. Dalech. lugd. 655. f. 1. Weinm. phyt. t. 751. f. 6. Blackw. t. 23. Gars. fig. pl. t. 101. Schk. hand. t. 180. Bois. fl. eur. t. 440. f. 2. Zorn. ic. 16. Sibt. fl. gr. t. 616. Ludw. ect. t. 166. Hill. syst. veg. 11. t. 42. f. 4. Gaertn. fruct. t. 141. Hayne. 6. 11. Flor. dan. t. 1761. Reich. flor. germ. 2. 9. Wight. ill. t. t. 12. Nees gen. 10. 10. Schubert naturges. t. 33. f. 4. Herba usque pedalis superne ramosa ramis erecto-patulis. Flores parvi albi. Semina stramineo-rubida. Patria ejus *Persia*, et *Cyprus* insula *Archipelagi*, quibus locis in hortos nostros migravit. Herba acris, tenera gratissima et salubris antiscorbutica. in acetariis praesertim et jusculis.

## 489. AETHIONEMA.

Herbae humiles annuae vel perennes foliis imis brevi-petiolatis subcarnosis integerrimis floribus roseis vel rubris petalis calycem excedentibus.

a. *Siliculis subrotundo-obovalis oligospermis, seminibus echinatis.*

1. SAXATILE. R. Br. h. kew. I. 4. 80. Aet. *Glabra foliis imis subrotundis oblongisve obtusis superioribus lanceolatis acutis siliculis subrotundo-obovatis bilocularibus oligospermis seminibus echinatis.*

Thlaspi peregrinum. Scop. carn. 2. 17. Aeth. gracile Cand. syst. 2. 559. Thl. saxatile Lin. sp. 901. Jacq. a. t. 236. Schk. hand. t. 180. Lepidium marginatum Lapeyr. abr. 365. Thl. ejusd. sup. 90. Ic. Zanon. ed. Monti.

t. 164. Hebenstreit. in cat. petrop. 3. 330. f. 6. Barrel. ic. t. 845. Bah. hist. 2. 927. f. 1. et 918. f. 2. Chabr. sciagr. 292. f. 1. et 290. f. 1. Moris. s. 3. t. 18. f. 29. 30. Columm. ecphr. 1. 277. f. 2. Reich. cent. 12. t. 11. f. 4227. 4228. Bonan. panph. t. 63. Boiss. espagn. 14. Semina echinulis albis, diaphanis cito deciduis demum granulata. Fl. vere. Amat loca montana sabulosa et lapidosa: in agro *segus: nic.* alla *Briga*, *Sospello*: *Fenestrelle*, *Ussey*, etc.

aa. *Siliculis orbiculatis basi cordatis monospermis seminibus laevibus.*

2. THOMASIANUM. Gay in annal. des scienc. natur. 4. 81. Aeth. *Glabrum glaucum foliis ellipticis obtusis racemo fructifero condensato siliculis orbiculatis basi cordatis monospermis seminibus laevibus.*

Forte non differt a praecedente. Solum discrimen in semine est. Siliculae enim abortu monospermae esse possunt. atque ex hoc forte differentia formae. et siculi aculei seminis facile decidui sunt, observatoris oculum fugere potuerunt. Ceterum species loco natali denuo diligenter inspicienda et ex vivo vario vitae tempore et loco describenda. Fl. aest. In vallis *Augustae Praetoriae* superna parte vallecula dicta di *Cogne*.

## 490. FARSETIA.

*Herbae biennes usque bipedales erectae superne ramosae.*

a. *Petalis bifidis albis.*

1. INCANA. R. Br. 1. c. 497. F. *Foliis lanceolatis incanis petalis bifidis siliculis ovali-oblongis subventricosis pubescentibus seminibus planis submarginatis.*

Alyssum. Lin. spec. 978. Flor. dan. t. 1461. Svens. bot. t. 675. Berteroa. Cand. syst. 2. 290. Draba cheiriformis Lam. fr. 2. 462. Dr. cheirantifolia. ejusd. enc. 2. 528. Moenchia incana Roth. germ. 1. 275. Vesicaria. Desv. journ. 3. 171. Ic. Sturm. deut. flor. 12. 48. Ic Clus. hist. 2. 132. f. 3. Lob. ic. 216. f. 2. ejusd. obs. 108. f. 4. Dalech. lugd. 1181. f. 2. Barrel. ic. t. 893. f. 2. Weinm. phyt. t. 973. f. d. Bah. hist. 2. 929. f. 2. Chabr. sciagr. 292. f. 5. Moris. s. 3. t. 16. f. 4. Sabbat. hor. rom. 4. 17. filamenta duo minora basi dentata. fl. vere et aest. Vulgaris in arenosis montosis. etiam in agro *nic.* Herba pube stellata incana, in umbrosis glabriuscula.

aa. *Petalis integris flavis.*

2. CLYPEATA. R. Br. 1. c. 4. 96. F. *Foliis oblongis repandis stellato pubescentibus hirsutiusculis petalis integris siliculis planis oblongis pubescentibus compressis alatis.*

Draba. Lam. enc. 2. 328. Fibigia. Medik in Ust. neu. an. 2. 47. Lunaria. All. ped. 1 245. L. canescens W. enum. 2. 675. Alyssum clypeatum. Lin. sp. 909. Schk. han. t. 181. Ic. Dalech. lug. 1141. f. 1. Bah. hist. 2. 934. Chabr. sciagr. 294. f. 4. Moris. s. 3. 9. f. 4. Dodon. pempt. 89. Lob. ic. 323. f. 1. ejusd. observ. 174. f. 3. Reich. ic. cent. 12. t. 23. f. 4287. Fl. vere. In agro *nic.*

## 491. VESICARIA.

UTRICULATA. Lam. ill. t. 559. f. 1. V. *Fruticulus 6-pollicaris ramosus ramis elongatis usque pedalibus foliis glaucis oblongis integerrimis glabris inferioribus ciliatis subspathulatis calyce bisaccato floribus flavis siliculis glabris seminibus compressis fuscis marginatis.*

Alyssoides. Moench. meth. 265. Alyssum Lin. mant. 92. Curt. botan. mag. t. 130. Sibt. fl. gr. t. 627. W. et Kit. hung. t. 196. Alys. Oederi. Durand. fl. bourg. 1. 161. Myagrum utriculatum Berg. phyt. univ. ic. Alyssoides leucoi folium. Medik. in Ust. neu. an. 2. 41. Ic. Boccon. mus. 2. t. 67. 68. Barrel. ic. t. 883. Bah. hist. 2. 921. f. 2. Reich. ic. cent. 12. t. 22. f. 4283. Sturm. deut. fl. hef. 48. Stylus elongatus persistens. stamina breviora basi intus unidentata dente obtuso. Silicula demum acuta semina in quovis loculo 4-6 fusce rubida subvitro crebre et minute punctulata. Fl. vere. In agro segus.: circa *Viù.*: *Spigno*: *St. Jean de Mourienne.* etc.

## 492. DRABA.

a. *Scapigerae.*

b. *Floribus flavis: perennes.*

c. *Stylo filiformi: foliis rigidis ciliatis pedunculis elongatis scapiformibus.*

1. AIZOIDES. Dr. *Foliis confertis lineari-lanceolatis carinatis rigidis glabris setis rigidis pectinato-ciliatis staminibus petala aequantibus stylo eadem superante scapo aphyllo glabro caulibus sterilibus plurimis apice foliis rosulatis.*

Dr. alpina Crant. a. t. 13. Hill. syst. 12. t. 36. f. 1. Dr. ciliaris. Lin. mant. 91. — Var. *Caule ramoso diffuso* Ger. galloprov. 344. t. 13. f. 1. — Dr. elongata Host. fl. a. 2. 237. Sturm. deut. fl. 4. 60. non videtur differre nisi *pedicellis elongatis.* Dr. affinis. Host. l. c. Sturm. deut. fl. hef. 60. Moenchia aizoides. Roth. germ. 1. 273. Alyssum ciliatum Lam. fr. 2. 479. Dr. montana. Berg. phyt. univ. ic. — var. etiam *siliculis linearibus, vel subrotundis.* — Ic. Sturm. deut. fl. hef. 20. Jacq. a. t. 192. Engl. bot. t. 1271. Moris. s. 3. t. 20. f. 9. Lob. ic. 381. f. 1. Gessn. op. ed. Sch. t. 13. f. 112. Reich. ic. cent. 12. t. 15. f. 4234. a. 6. 9. Clus hist. 1. 62. Botan. magaz. t. 170. Engl. bot. t. 1271. Caulis basi lignosus. cauliculi inde surgunt aphylli decumbentes vix spithamei. flores odorati. petala calycem longe superant. Silicula aliquando ciliata viridis. vel subcoerulea. semina pendula ferruginea laevia ovoidea longitudinaliter unisulcata. Fl. aest. vulgatissima inter fissuras rupium summarum alpium.

cc. *Stylo subnullo: scapigerae: molles.*

2. NIVALIS. W. sp. 3. 427. non Liliebl. Dr. *Foliis olongo-lanceolatis ciliatis enerviis integerrimis serratisque scapoque paucifloro pilosis pilis simplicibus ramosisve siliculis oblongis glabris scapo subbifolio superne pedicellisque glabris.*

Dr. hirta. All. ped. 1. 244. Dr. carinthiaca. Reich. ic. cent. 4 t. 386. f. 567-69. et cent. 12. t. 13. f. 4246. Dr. Johannis. Host. aust. 2. 240. Dr. stellata. Oed. Fl. dan. t. 142. Ic. Wahlemb. lap. t. 11. f. 4. Reich. ic. cent. 8. t. 778. f. 1045-47 et cent. 12. t. 13. f. 4238. Suffruticulus pusillus radice stolonifera, caule ramoso, ramis caespitosis decumbentibus apice scapiferis scapis erectis filiformibus bipollicaribus. Petala albida. Silicula in aprico rubida: semina flavida ovoidea parva pendula. Fl. aest. In summis cacuminibus alpium: monte *Cenisio: Turlo: Moro:* in alpibus marittimis: al *Col delle finestre* etc.

bb. *Floribus albis.*

c. *Petalis indivisis: perennis.*

3. STELLATA. Jacq. vind. 113. obs. n. 54. t. 4. f. 3. Dr. *Foliis obovatis oblongisve obtusiusculis integerrimis pube stellata ramosa tomentosis scapo subdiphyllo pubescente siliculis oblongis glabriusculis stylis elongatis.*

Dr. austriaca Crant. a. 1. 12. t. 1. f. 4. Reich. ic. cent. 3. t. 213. f. 337. 338. Dr. dubia. Suter. helv. 2. 46. Dr. laevipes Cand syst. 2. 346. Dr. tomentosa Wahlemb. helv. 223. t. 3. Dr. hirta Towns. it. hung. 490. Jacq. a. t. 432. Dr. hirsuta Crant. crucif. 93. t. 1. f. 4. Huc traho etiam Dr. frigidam Sant. bot. zeit. 8. 1. 72. quae non differt nisi *stylo abbreviato.* Ic. Moris. s. 2. t. 20. f. 8. Reich. ic. cent. 12. t. 13. f. 4243. Sturm. deut. flor. 14. 60. Delessert. ic. 2. 46. Lodd. bot. cab. t. 32. Herba humillima caespitosa. Radix fibrosa. folia rosulata enervia. Petala emarginata Fl. aest. Habitat in rupium fissuris summarum alpium: in monte *Cenisio:* in alpibus di *Fenestrelle: Grassoney:* in pascuis di *Allagna* et circa *Crodum:* supra thermas *Valderias* etc.

cc. *Petalis bipartitis: annua.*

4. VERNA Dr. *Foliis rosulatis oblongis subdentatis pube stellata pilosiusculis scapo nudo racemifloro siliculis oblongis glabris.*

Dr. spathulata Sturm, deut. fl. hef. 63. Dr praecox Stev. mem. Mosc. 3. 269. Erophila praecox Cand. syst. 2. 373. E. vulgaris ejusd. l. c. Ic. Dalech. lugd. 1214. f. 1. Bah. hist. 2. 937. f. 2. Chabr. sciagr. 294. f. 3. Moris. s. 3. t. 20. f. 6. 7. Seg. ver. 2. t. 4. f. 5. Weinm. phyt. t. 274. f. a. Lob. ic 469. f. 1. ejusd. observ. 249. f. 2. Thal. herc. t. 7. f. E. Dodon. pempt. 112. f. 2. Lam. ill. t. 556. f. 1. Engl. bot. t. 586. Schk. hand. t. 179. Fl. dan. t. 983. Gaertn. fruct. t. 141. Curt. lond. 1. 97. Usteri annal. 5. 2. Dreves. 4. 115. Svens. bot. t. 298. Barton fl. 3. 88. Liboschit. petersb. 13. Schrank. flor. mon. t. 359.

Sturm. deut. flor. 2. 4. 15. 65. Reich. fl. germ. 2. 12. Baxter britis. bot. 1. 38. Gray gener. 69. Schubert naturges. t. 33. f. 2. Herba humillima vix palmaris. fl. primo vere. Ubique in agris, arvis, inter segetes etc.

aa. *Caule folioso: annuae, seu biennes.*

b. *Floribus flavis.*

5. NEMOROSA. Dr. *Caule ramoso folioso foliisque subovato-oblongis sessilibus dentatis ramuloso-pubescentibus siliculis oblongis pilosiusculis demum glabratis.*

Dr. nemoralis Ehrh. beitr. 7. 154. Dr. muralis. Thunb. jap. 259. Stev. Mosq. 29. Dr. lutea. Gilb. fl. lithuan in Ust. del. opusc. 2. 357. Dr. pontica Desf. cor. Tournef. 67. t. 51. Ann. du mus. 11. 381. t. 38. Ic. Houtt. pfl. syst. 4. t. 60. f. 1. Svens. bot. t. 767. Reich. ic. cent. 12. t. 12. f. 4236. fl. vere. supra *Bussolino* et *Balmaforte* in agro *segus.*: prope *Lanslebourg* in *Sabaudia.*

bb. *Floribus albis.*

7. MURALIS. Dr. *Caule subramoso foliisque dentatis pube stellata hirsutiusculis infimis spathulatis caulinis subcordato-ovatis amplexicaulibus siliculis oblongis glabris pedicello multo brevioribus.*

Dr. nemorosa All. ped. 1. 244. Dr. ramosa. Gat. fl. mont. 114. Ic. C. Bah. prodr. 50. *bona* Petiv. h. br. t. 48. f. 5. Bah. hist. 2. 939. f. 1. Chabr. sciagr. 293. f. 5. Barrel. ic. t. 816. Moris. s. 3. t. 20. f. 5. Columm. ecphr. 1. 272. Lam. ill. t. 156. f. 2. Hill. veg. syst. 12. t. 57. f. 1. Scop. del. insubr. fas. 2. t. 15. Engl. bot. t. 912. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 76. Reich. ic. cent. 12. t. 12. f. 4235. Gmel. flor. badens. 3. 1. Dietr. flor. borus. t. 452. Caules usque dodrantales. flores minimi. Racemi demum longissimi. fl. vere. Circa *Taurin.* in collibus di *Superga*: in montibus *monregalensibus* etc.

### 493. COCHLEARIA.

Herbae acres floribus corymbosis albis.

a. *Genuinae: siliculis subglobosis seu ovatis.*

b. *Foliis glaberrimis nitidis.*

1. OFFICINALIS. C. *Foliis dentato-angulatis glaberrimis radicalibus cordatis petiolatis caulinis amplexicaulibus siliculis globosis pedicello brevioribus.*

C. pyrenaica. Cand. syst. 2. 365. C. renifolia. Stock. mat. med. 3. 355. C. danica Gunn. norv. n. 187. C. groenlandica. L. sp. 904. est var. minor. Ic. Moris. s. 3. t. 20. f. 1. Dalech. lugd. 1320. f. 1. Bah. hist. 2. 942. Chabr. sciagr. 297. f. 1. Gars. fig. pl. t. 229. Dodon. pempt. 594. f. 1. Camer epit. 271. Lob. observ. 156. f. 4. Ic. 293. f. 2. Blakw. t. 227. Flor. dan. t. 135. Ludw. ect. t. 153. Woodw. med. bot. 1. t. 29. Savi. mat. med. t. 18. Trattin. arch. t. 256. Lam. ill. t. 558. f. 1. Engl. bot. t. 551. Fl. med. t. 125. Curt. lond. 5. 148. Ross. bot. 10. Svens. bot. t. 87. Hayne 5. 28. Guimp. et Schl. t. 50. Nees dusseld. t. 397. Wagner. t. 176. Baxter brit. bot. t. 575. Reich. fl. germ. 2. 16. Schubert naturges. t. 53. f. 3. Herba usque pedalis: folia superiora ovata grosse dentata vel subincisa. flores speciosi. Fl. aest. In pascuis lapidosis alpium di *Lantosca.*

bb. *Foliis pilosis: perennis.*

2. SAXATILIS. Cand. fr. 2. 471. C. *Foliis radicalibus spathulato-oblongis dentatis incisisve petiolatis rosulatis caulinis spathulato linearibus siliculis laevibus tumido-lentiformibus.*

C. auriculata Lam. enc. 2. 165. Myagrum auriculatum. Cand. fr. sup. 597. M. alpinum Lapeyr. abr. 362. M. montanum Berg. phyt. 3. 140. Cheiranthus auriculatus Lapeyr. abr. 562. et sup. 92. est var. *foliis radicalibus inciso-sublyratis caulinis cordato-sagittatis.* — Myagrum saxatile L. sp. 894. Jacq. ac t. 128. Nasturtium Crant. a. 1. 14. t. 1. f. 2. Alyssum alpinum. Scop. carn. 2. 9. A. rupestre W. enum. 2. 612. A. myagroides All. ped. 1. 241. Kernera. Medik. in Ust. neu. annal. 2. 42. K. auriculata. Reich. excurs. 669. Camelina saxatilis. Pers. ench. 2. 191. C. myagroides. Moret in giorn. di fisic. 1820. varietas *foliis lyratis pinnatifidisque* Moris. s. 3. t. 17. f. ult. Ic. Reich. cent. 12. t. 17. f. 4265. Moris. s. 3. t. 16. f. 9. 10. Bah. prodr. 48. f. 2. et 49. f. 1. Clus. hist. 1. 338. Aliquando fruticulosa. Caules caespi-

tosi plerumque humiles aliquando tamen usque pedales. Semina ovata laevia straminea. flor. vere exeunte. In summis alpium jugis locis lapidosis, et humidiusculis.

aa. *Siliculis oblongis: radice crassa, magna carnosa, acerrima.*

3. Armoraciа. C. *Foliis petiolatis radicalibus oblongis crenatis caulinis lanceolatis elongatis inciso-serratis pinnatifidisque sepalis patulis siliculis elliptico-oblongis radice carnosa maxima.*

C. rusticana. Lam. fr. 2. 471. C. variifolia Salisb. prodr. 267. Armoracia lapatifolia. Gilb. fl. lith. A. rusticana Baugmar. fl. trans. 2. 239. Raphanis magna. Moench. meth. 267. Ic. Lob. ic. t. 320. f. 1. ejusd. observ. 173. f. 1. Dodon. pempt. 678. Camer. epit. 225. Matt. com. 337. Gars. pl. fig. t. 488. Moris. s. 3. t. 7. f. 2. Petiv. h. br. t. 49. f. 11. Weinm. phyt. 170. f. 11. Bah. hist. 2. 852. Chabr. sciagr. 274. f. 1. Dalech. lugd. 636. f. 2. Blackw. t. 415. Fuchs. hist. 660. Dorst. bot. 244. Woodw. med. bot. 3. t. 150. Engl. bot. t. 2323. Schk. hand. t. 181. Plenck. ic. t. 513. Hayne 3. 29. Guimp. et Schl. 31. Nees dusseld. 398. Wagner 193. 196. Svens bot. t. 242. Reich. ic. cent. 12. t. 17. f. 4262. Herba glabra obscure virens. Caulis erectus sulcatus superne ramosus usque bipedalis fistulosus. Semina subglobosa laevia straminea. Herba antiscorbutica. Optima et salubris radix ejus sale oleo, atque aceto condita praesertim hyeme cum carne elixata. Fl. aest. Ubique culta in hortis. Spontanea nascitur circa *Miense* in agro *aquens.* Raro semina perficit.

## 494. THLASPI.

Herbae floribus parvis albidis.

a. *Fructibus oligospermis, seminibus 4: 8.*

b. *Radice annua.*

c. *Foliis radicalibus indivisis ovatis.*

1. perfoliatum. Thl. *Caule ramoso foliis subdentatis radicalibus petiolatis ovatis caulinis sessilibus cordato-sagittatis petalis calycem subaequantibus siliculis obcordatis 8-spermis stigmate subsessili.*

Thl. alpestre. Huds. angl. 282. — Var. *caule simplici* — Ic. Barrel. ic. t. 815. *bona.* Bah. hist. 2. 938. Chabr. sciagr. 293 f. 1. *malae.* Moris. s. 3. t. 17. f. 15. 16. Valerian. Cord. hist. 108. Thal. herc. t. 7. f. c. Tabernam. ic. 462. Column. ecphr. 276. f. 2. Weinm. phyt. t. 974. f. I. Ger. em. 266. Sab. hor. rom. 4. t. 6. *mala foliis caulinis nimis longis, et floribus luteis.* Jacq. a. t. 337. Engl. bot. t. 2354. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 73. Reich. ic. cent. 12. t. 5. f. 4183. Sturm. deut. fl. hef. 63. Jord. obs. 3. 1. Dietr. flor. borus. t. 451. Baxter brit. bot. t. 240. Herba glauca glabra. Caules caespitosi humiles raro pedales. petala calyce longiora. Sepala albo-marginata. Silicula superne alata. Semina etiam 12-ovata, compressa laevia straminea. Fl. vere. Vulgare in arvis praesertim collinis.

cc. *Foliis radicalibus sublyratis repandis.*

2. alliaceum. Thl. *Caule simpliciusculo foliis radicalibus petiolatis oblongis repandis sublyratis caulinis sagittatis obtusis petalis calycem subaequantibus siliculis subovatis ventricosis retusis 8-spermis stylo nullo.*

Ic. Bah. hist. 2. 933. f. 3. Chabr. sciagr. 291. f. 1. Moris. s. 3. t. 18. f. 28. Barrel. ic. t. 794. f. 2. Gars. fig. pl. t. 584. f. B. Jacq. ic. rar. t. 121. Reich. ic. t. 783. f. 1058. et cent. 12. t. 5. f. 4182. Sturm. deut. flor. 15. 63. Herba glabra glauca odore Alii. Caulis humilis aliquando tamen usque tripedalis. semina ferruginea glabra obovata compressa longitudinaliter rugosa. Silicula marginata. Fl. vere. In vinetis inter *Montemregalem* et *Garexium*: ad vias collium in agro *novar.*

bb. *Radice perenni.*

c. *Stolonifera.*

3. montanum. Th. *Surculis repentibus foliis subcarnosis radicalibus spathulato-oblongis integerrimis caulinis sagittatis amplexicaulibus petalis calyce maioribus siliculis obcordatis tetraspermis superne late foliaceo-alatis stylo filiformi.*

Var. *siliculis angustius alatis* quae est Thlaspi praecox Wulf. in Jacq. coll. 2. t. 9. Sturm. deut. fl. hef. 63. Reich. ic. cent. 12. t. 5. f. 4185. Th.

alpinum Jacq. a. 3. 22. t. 238. Sturm. deut. fl. hef. 65. Crant. a. 1. t. 3. fig. 1. et cruc. t. 3. f. 1. ead. Reich. l. c. t. 4186. Thl. sylvium. Gaud. flor. helv. 4. 251. — Thl. spathulatum. Gater. fl. Mont. 115. Lepidium thlaspioides. Pallas. it. 3. 161. Ic. Moris. s. 3. t. 18. f. 24. Bah. hist. 2. 926. Chabr. sciagr. 291. f. 6. Barrel. ic. t. 1305. f. 2. Clus. hist. 2. 131. f. 1. Columm. ecphr. 2. 6. Boiss. fl. eur. t. 441. f. 1. Schk. hand. t. 180. Jacq. a. t. 237. Reich. ic. cent. 12. t. 5. f. 4187. Arduin specim. alt. t. 15. f. 2. Sturm. deut. fl. 15. 65. Jord. obs. 3. 16. Herba glabra. surculi apice foliis rosulatis, ex cuius centro prodeunt caules floriferi humiles vix spithamei. Corollae grandiusculae. Calyces albo-marginati. Semina usque octo ferruginea laevia oblonga obtusa. Fl. vere: in alpinis aest. In pascuis lapidosis montanis, et alpinis: raro in planitie.

cc. *Fibrosa.*

4. ALPESTRE. Thl. *Foliis radicalibus petiolatis ellipticis repandis caulinis sagittatis amplexicaulibus petalis calycem aequantibus siliculis retusis superne alatis octospermis stylo filiformi brevi.*

Thl. montanum. Huds. angl. 282. Ic. Moris. s. 3. t. 18. f. 25. Engl. bot. t. 84. Reich. ic. cent. 12. t. 5. f. 4184. Gmel. bad. 3. 1. Sturm. deut. flor. 15. 65. Calyces ut plurimum colorati. Petala aliquando rosea vix calyce longiora. Antherae demum coeruleae. Siliculae aliquando 12. semina ferunt. Fl. aest. In pratis montis *Cenisii*: in montibus Liguriae *orientalis.*

aa. *Fructibus polyspermis: radice annua.*

b. *Siliculis obcordatis.*

5. BURSAPASTORIS. Thl. *Foliis radicalibus subruncinato-pinnatifidis caulinis sagittatis dentatis siliculis obcordatis.*

Capsella. Moench. meth. 271. Reich. ic. cent. 12. t. 11. f. 422? Iberis Crant. a. 20. Nasturtium. Roth. germ. 1. 281. Rodschiedia. flor. weter. 2. 435. Th. infestum Salisb. prodr. 267. Th. cuneatum. Stok. bot. man. med. 3. 434. — var. *foliis integris.* Moris. s. 3. t. 20. f. 1. Ic. Petiv. h. br. t. 49. f. 4. 7. Fuchs. hist. 611. Dalech. lugd. 1097. f. Dodon. pempt. 103. f. 1. Lob. ic. 221. f. 1. ejusd. obs. 110. f. 1. Bah. hist. 2. 936. Chabr. sciagr. 295. f. 1. Moris. s. 3. t. 20. f. 2. Weinm. phyt. t. 274. f. b. c. d. e. Camer. epit. 340. Boiss. fl. eur. t. 441. f. E-L. Engl. bot. t. 1485. Lam. ill. t. 557. f. 2. Curt. lond. 1. t. 50. ed. Grav. 2. t. 88. Flor. dan. t. 729. Schk. hand. t. 180. Zannich. ist. t. 244. Sab. hor. rom. 4. t. 46. Plenck. ic. med. t. 516. Bull. herb. t. 223. Svens. bot. t. 273. Gaertn. fruct. t. 141. Rouss. bot. 13. Schubert naturges t. 33. f. 5. Herba pilosa. Caules caespitosi erecti superne ramosi. folia radicalia rosulata aliquando indivisa. Sepala albo-marginata. Petala vix calyce longiora. Semina ovali-oblonga punctulata. fl. toto anno. Vulgatissima ubique: in ruderatis, hortis, agris, pinguibus, ad vias, et ambulacra etc. Veteres utebantur eo in sanguinis fluxibus; sed obsolevit. Experientia enim virtutem ejus adstringentem non comprobavit. Scopoli tamen scribit sanare in bobus haematuriam (in febri gravissima nervosa) si tempestive adhibeatur: verum ego nullomodo profuisse vidi.

bb. *Siliculis suborbiculatis.*

6. ARVENSE. Thl. *Foliis omnibus sagittato-oblongis sinuato-dentatis siliculis suborbiculatis grandibus profunde emarginatis late foliaceo-alatis, racemis densis.*

Ic. Blakw. t. 68. Moris. s. 3. t. 17. f. 12. Bah. hist. 2. 923. Chabr. sciagr. 291. f. 2. Gars. fig. pl. t. 585. Barrel. ic. t. 1015. Weinm. phyt. t. 973. f. 6. Tabern. ic. 458. Dalech. lugd. 662. f. 2. Camer. epit. 337. Dodon. pempt. 712. f. 2. Lob. ic. 212. f. 2. ejusd. obs. 108. f. 1. Fuchs. hist. 306. Ludw. est. t. 175. Curt. lond. 6. t. 43. ed. Grav. 1. t. 88. Schk. hand. t. 180. Boiss fl. eur. t. 440. f. 2. Svens. bot. t. 214. Engl. bot. t. 1659. Fl. dan. t. 793. Plenck. ic. med. t. 515. Reich. ic. cent. 12. t. 5. f. 4181. Gaertn. fruct. t. 141. Liboschitz petersb. 9. Spach. suit. 54. Nees gener. 10. 10. Dietr. flor. borus. t. 825. fl. vere in montib. aest. Vulgare in agris, arvis praesertim montanis, ad vias etc. Caulis usque semipedalis. Sepala albo-marginata. semina obovata subcompressa obtusa, nitida, striata, straminea.

## 495. CAMELINA.

SATIVA. Crant. a. 10. C. *Herba annua virens pubescens pedalis et ultra foliis sagittatis lanceolatis subdentatis inferioribus oblongis petiolatis floribus ochroleucis vel albidis petalis calyce longioribus siliculis pyriformibus bicostatis stylo coronatis.*

Var. *Foliis inferioribus pinnatifidis vel denticulatis.* quae est. C. dentata Pers. ench. 2. 191. Reich. ic. cent. 12. t. 24. f. 4294. — Cam. sagittata Moench. meth. 255. Moenchia Roth. germ. 1. 274. — Myagrum sativum. L. spec. 894. Cav. ic. et descript. 1. t. 60. Schk. hand. t. 78. Alyssum Scop. carn. 2. 9. All. ped. 1. 245. Engl. bot. t. 1254. Ic. Moris. s. 3. t. 21. f. 1. Bah. hist. 2. 892. et 921. f. 2. Petiv. h. br. t. 48. f. 11. Lob. ic. 224. f. 2. ejusd. obs. 111. f. inf. Camer. epit. 902. f. 1. Dalech. lugd. 1156. 1157. f. 2. Dodon. pempt. 532. Chabr. sciagr. 285. f. 5. Gars. fig. pl. t. 394. Sab. hor. rom. 4. t. 4. Arduin. mem. 89. t. 17. Reich. l. c. fig. 4292. Medikus. Gatt. 1. Curt. lond. 4. 70. Sturm. deut. flor. 2. 4. Baxter brits. bot. t. 447. Dietr. flor. borus. t. 757. Scubert naturges t. 33. f. 9. Fl. vere. In agro *nic.* et circa *Genuam*: in agris collium. *taur.* etiam in planitie inter *Venariam* et *Duriam*. Seritur in agro *Viglevanensi.* ex ejus semine oleum exprimunt in usum domesticum.

## 496. NASTURTIUM.

a. *Foliis pinnatis.*

b. *Omnibus pinnatis: radice repente: floribus albis: siliquis tandem deflexis. caule fistuloso: aquaticum.*

1. OFFICINALE. R. Br. h. Kew. 4. 110. N. *Foliolis subcordatis-oblongis obtusis repandis impari maiore cordato-subrotundo superioribus lanceolatis oblongisve siliquis teretiusculis demum declinatis.*

N. microphyllum. Reich. exc. 653. et ic. cent. 12. t. 50. f. 4360. N. aquaticum. Svens. bot. t. 624. Sisymbrium Nasturtium. L. sp. 916. Plenck. ic. t. 52. 5. Bull. herb. t. 44. Engl. bot. t. 854. Wood. med. bot. 1. t. 48. Savi. mat. med. t. 54. Schk. hand. t. 187. Flor. dan. t. 690. Cardamine fontana. Lam. enc. 2. 185. Cardaminum Nasturtium. Moench. meth. 262. Baeumerta Nasturtium. fl. Wett. 467. Arabis Clairv. h. val. 225. Sisymbrium amarum. Salisb. prodr. 270. Ic. Petiv. h. br. t. 47. f. 3. Dorst. sin. 266. Fuchs hist. 723. Lobel ic. 209. f. 1. ejusd. advers. 71. Tabernam. Kraut. 846. Dalech. lugd. 568. f. 1. Moris. s. 3. t. 4. f. 8. Gars. fig. pl. t. 403. Blackw. herb. t. 260. Weinm. phyt. t. 751. f. a. Chabr. sciagr. 282. f. 1. Bah. his. 2. 884. Trag. hist. 82. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 97. Reich. ic. cent. 12. t. 50. f. 4359. Sab. hor. rom. 4. t. 51. Sturm. deut. flor. 11. 43. Baxter brit. bot. t. 271. Dietr. flor. boruss. t. 788. Schubert naturges. t. 34. f. 4. Caulis longitudine varius inferne radicans. Siliqua oblonga subcompressa. Semina ferruginea subrotunda compressa aptera sulcata granulata. Herba glabra, in sicco pubescens. flor. vere exeunte. Vulgare in fossis, et palustribus. et si paludes et fossae demum exaruerint, malignius vivit, et pubescit. Herba vere grata. et salubris praesertim in acetariis. Antiscorbutica est.

bb. *Inferioribus simplicibus, superioribus pinnatis: radice perenni repente: floribus luteis: siliquis erectis: caule farcto. Terrestre.*

2. PYRENAICUM. R. br. l. c. N. *Foliis radicalibus petiolatis obovatis lyratisque caulinis amplexicaulibus decursive pinnatis laciniis linearibus integerrimis siliculis ovalibus stylo capillari terminatis, caule tenui stricto.*

Sisymbrium pyrenaicum. L. sp. 916. Myagrum. Lam. enc. 1. 571. Brachiolobos. All. ped. 1. 278. t. 18. f. 1. Alyssum Clairv. h. val. 215. Lepidium stylosum. Pers. ench. 2. 187. Ic. Al. spec. t. 7. Lachenal act. helv. 4. 288. t. 15. Reich. ic. cent. 12. t. 54. f. 4366. Rochel. bannat. 15. Sturm deut. flor. 12. 45. Caules caespitosi flexuosi pilosi supeme ramosi usque pedales folia radicalia longe petiolata. inferiorum foliola subrotunda vel oblonga aliquando linearia: folia basi biauriculata. Sepala flava albo marginata. semina ferruginea subrotunda 12-16. Flor. vere. In pratis et arvis, et ad vias locis arenosis calidis, praesertim collinis. Vulgare apud nos. Ego legi a *Pollone*, et *Candelo*.

aa. *Foliis pinnatifidis: floribus luteis.*
b. *Petalis calycem aequantibus: radice annua: caule farcto crasso: siliquis demum deflexis.*

3. PALUSTRE. Cand. syst. 2. 191. N. *Foliis lyrato-pinnatifidis glabris laciniis ovato-oblongis obtuse dentatis dentibus apice callosis callo albo auriculis amplexicaulibus ciliatis petalis calycem aequantibus siliquis ovalo-oblongis turgidis radice fusiformi.*

Sisymbrium Leys. fl. hal. Schk. hand. t. 187. Pollich. palat. 2. 230. S. amphibium a. Lin. sp. 917. et flor. svec. 551. 593. S. islandicum Flor. dan. t. 409. G. terrestre With. brit. 582. Curt. lond. 5. t. 49. Engl. bot. t. 1747. G. pusillum. Vill. delph. 3. 341. t. 39. N. terrestre R. Brown. l. c. 4. 110. Reich. Curt. lond. ed. Grav. 3 t. 96. Myagrum pumilum et M. palustre. Lam. enc. 1. 572. Radicula palustris. Moench. meth. 263. Sisymbrium hybridum Thuil. par. ed. 2. 1. 331. Brachylobos palustris. Clairv. h. val. 218. Ic. Bah. hist. 2. 866. f. 1. Chabr. sciagr. 274. f. 2. Moris. s. 3. t. 7. f. 3. Svens bot. t. 694. Reich. ic. cent. 12. t. 54. f. 4362. Dietr. flor. borus t. 627. Caulis humilis non raro pedalis et ultra flexuosus crassus, sulcatus fistulosus superne ramosus. Petala ochroleuca. fl. vere exeunte. In valle *Angustae praetoriae* circa lacum montis *Chamollet.* Stirps nullo modo dubia ut scripsit Colla her. pedem. 1. 167. Optime descripta a Pollichio l. c. Descript. Cand. fr. 4. 662. etiam bona est. Brevis nimis descriptio Smith. brit. 2. 701. sub. Sis. terrestri. Herba glabra. Radix annua fusiformis intus extusque alba. Caulis crassiusculus sulcatus cubitalis et ultra a basi ramosus ramis strictis erecto-patulis ramosis. folia inferiora maiora laete virentia omnia conformia, pinnatifida pinnis ovato-subrotundis serratis inferioribus alternis versus basim minoribus demum minimis ad apicem maioribus impari maxima. Pinnae foliorum superiorum ovato-oblongae. folia basi auriculata auriculis parvis. flores minimi lutei. petala calyce minora pallide flava. Sepala tota obscure flava. Antherae subrotundae minimae albae. Siliqua breviuscula torosa-nodosa viridis stylo brevi apiculata. Pedicelli siliquarum declinati: siliquae vero erectae subincurvae. Racemi fructiferi longissimi. floret augusto. suspicor in patria abundare. Ego legi *Verroni* in fossis prati dicti *della Valle* et alla Cassina *Margone;* etiam circa *Bugellam* urbem locis humentibus in fossis etc.

bb. *Petalis calyce maioribus: radice perenni.*

c. *Caule basi radicante fistuloso: siliquis ovatis erectis.*

4. AMPHIBIUM. R. Br. l. c. N. *Foliis emersis oblongis pinnatifidisque serratis immersis pectinato-capillaceis petalis calyce maioribus siliquis ellipticis stylo coronatis caule basi radicante.*

Sisymbrium. L. sp. 917. 6. Engl. bot. t. 1840. Schk hand. t. 187. S. Roripa. Scop. carn. 2. 25. Brachiolobos amphibius. All. ped. 1. 278. Radicula lancifolia. Moench. meth. 262. Camelina aquatica. Brot. lus. 1. 544. Ic. Bah. hist. 2. 867. f. 4. Chabr. sciagr. 275. f. 5. Dalech. lugd. 1090. f. 1. Tabern. ic. 408. Svens. bot. t. 697. Reich. ic. cent. 12. t. 51. f. 4365. a. et t. 52. f. 4363. g. Dietr. flor. borus. t. 625. Caulis crassus striatus usque tripedalis Herba glabra. Vivit etiam in exsuccis: tunc macrior est, pilosa fit, et folia habet conformia aliquando omnia indivisa subserrata. fl. vere exeunte. Locis inundatis: in ripis fluviorum et amnium. etc. passim.

cc. *Radice repente: caule farcto: siliquis teretiusculis demum deflexis.*

5. SYLVESTRE. R. Br. l. c. N. *Foliis pinnatifidis laciniis oblongo-lanceolatis inciso-serratis petiolis exauriculatis petalis calyce maioribus siliquis subteretibus stylo coronatis.*

Sisymbrium L. sp. 916. Engl. bot. t. 2324. Fl. dan. t. 931. Schk. hand. t. 187. S. vulgare. Pers. ench. 2. 196. Radicula pinnata. Moench. meth. 263. Brachiolobos sylvestris. All. ped. 1. 278. t. 56. f. 2. Ic. Bah. hist. 2. 866. Chabr sciagr. 277. f. 2. Moris. s. 3. t. 7. f. 3. et 4. 6. f. 17. Svens. bot. t. 695. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 95. Reich. ic. cent. 12. t. 55. f. 4368. et t. 53. f. 4363. Columnn. ecphr. 1. 269. Flor. dan. t. 1881. Dietr. flor. borus t. 626. Herba glabra. Caulis pedalis

et ultra ascendens flexuosus subangulatus superne ramosus. fl. vere exeunte. Amat loca humentia, arenosa, umbrosa, praesertim fontium scaturigines. Ic. Chabraei mihi videtur pertinere ad N. palustre.

### 497. DENTARIA.

Herbae sylvaticae perennes rhizomate horizontali carnoso squamato-dentato inter squamas fibrillis radicante caulibus erectis inferne teretibus nudis superne subangulatis foliatis.

a. *Foliis verticillatis: stylo elongato: floribus ochroleucis siliquis brevi rostratis.*

b. *Foliis pinnatis.*

1. POLYPHYLLA. W. et Kit. hung. 2. 174. t. 160. D. *Foliis ternis alternisque petiolatis subdecursive pinnatis foliolis lanceolatis grosse serratis ciliatis floribus corymbosis petalis late obovatis staminibus corolla dimidio brevioribus.*

Ic. Reich. ic. cent. 12. t. 32. f. 4320. Squamae rhizomatis apice rudimentum folii gerunt. Caulis fistulosus usque pedalis. flores pauci, magni, penduli. fl. vere. In valle *Stafora* circa *Boglelio* in agro *bobiensi.*

bb. *Foliis ternatis.*

2. ENNEAPHYLLA. D. *Foliis ternis petiolatis ternatis foliolis oblongis acuminatis inaequaliter serratis glabris floribus corymbosis staminibus petala oblongo obovata subaequantibus.*

Cardamine Crant. cruc. 27. Ic. Clus. hist. 2. 121. f. 2. Bah. hist. 2. 902. f. 1. Chabr. sciagr. 285. f. 4. Moris. s. 3. t. 10. f. 1. Columm. 1. 308. 307. fig. Lob. ic. t. 687. f. 1. Gessn. tab. ed. Schm. fas. 4. t. 2. f. 4. Jacq. a. t. 316. Reich. ic. cent. 12. t. 31. f. 4314. Sturm. deut. flor. 12. 48. Caulis farctus usque pedalis ut plurimum rubro-maculatus. flores albidi. fl. vere exeunte. In montibus *bugellens.* Ego legi in dumetis et senticetis di *Pralungo.*

aa. *Foliis caulinis alternis digitatis: floribus violaceis: siliquis longissime rostratis.*

3. DIGITATA. Lam. enc. 2. 268. D. *Foliis digitato-palmatis foliolis lanceolatis serratis ciliatis caule flexuoso floribus corymbosis staminibus corolla brevioribus.*

D. pentaphyllos All. ped. 1. 239. Reich. ic. cent. 12. t. 31. f. 4316. Cardamine. R. Br. hor. kew. 4. 101. Ic. Garid. aix t. 29. Bah. hist. 2. 900. et 901. Chabr. sciagr. 285. f. 2. Tabern. ic. 523. 524. Dodon pempt. 162. f. 1. Clus hist. 2. 122. f. 1. 2. Moris. s. 3. t. 10. f. 2. 3. Lob. ic. 686. f. 1. ejusd. ad. 505. Dalech. lugd. 1297. f. 1. Camer. epith. 704. Matth. com. 627. f. sine caule Lodd. bot. cab. t. 737. Sturm. deut. flor. 12. 48. Sweet. flor. g. 2. 72. Caulis farctus inferne pilosus pedalis et ultra apice foliosus. flores pulchri rubro-violacei raro albidi. fl. vere. In montibus et collibus passim: in monte *Musinè:* in collibus *taurin.:* *segus* etc.

aaa. *Foliis caulinis alternis pinnatis.*

b. *Axillis nudis: floribus albis.*

4. PINNATA. Lam. enc. 2. 268. *Foliolis oblongo-lanceolatis remote serratis ciliatis floribus corymbosis longe pedicellatis staminibus corolla brevioribus.*

Cardamine. R. Br. l. c. D. pentaphyllos a. L. sp. 912. D. heptaphyllos. Bellard. in mem. acad. Taur. 5. 239. Reich. ic. cent. 12. t. 32. f. 4319. D. canescens. Tenor. syllab. 91. tab. 241. f. 1. Ic. Lob. ic. 686. f. 2. Dodon. pempt. 182. f. 2. Tabern. ic. 524. Bah. hist. 2. 899. f. 2. Chabr. sciagr. 285. f. 3. Swert. fl. 2. t. 23. Gessn. tab. ed. Schm. 2. t. 1. f. 2. Clus. hist. 2. 123. Lam. ill. t. 562. f. 1. Boiss. fl. eur. t. 449. Garid. aix. t. 28. Sturm. deut. flor. 12. 48. Caulis farctus glaber usque pedalis. flores albi, rarius rosei vel violacei. fl. vere et aest. In sylvis collium passim. forte ad Linnaeum redeundum est, et D. digitata cum pinnata conjungenda.

bb. *Axillis bulbiferis: floribus rubris.*

5. BULBIFERA. D. *Foliis inferioribus pinnatis superioribus ternatis summis simplicibus foliolis lanceolatis serratis axillis bulbiferis floribus corymbosis staminibus corollam aequantibus.*

Cardamine R. Br. l. c. Ic. Lob. ic. t. 687. f. 2. Clus. hist. 2. 121. f. 1. Tabernam. ic. 524. Gessn. ic. ed. Schm. 3. t. 2. n. 3. Moris. s. 3. t. 10.

f. 4. Schk. hand. t. 183. Trattin arch. 4. t. 188. Fl. dan. t. 561. Engl. bot. t. 309. Svens. bot. t. 556. Reich. ic. cent. 12. t. 51. f. 4318. Baxter. brit. bot. t. 143. Sturm. deut. flor. 12. 48. Schubert. natur. t. 54. f. 1. Caulis pedalis et ultra. Bulbilli globosi crassiusculi obscure rubri demum nigri, decidui, vivipari, rarissime nulli. Cor. raro albae fl. vere exeunte. In sylvis collinis, et montanis: collium *taurin.*: agri *nov. bobiens* et *Liguriae orientalis* passim.

### 498. CARDAMINE.

a. *Foliis indivisis.*
b. *Radicalibus ovatis.*

1. BELLIDIFOLIA. C. *Caule humili caespitoso farcto foliis subcarnosis glabris radicalibus longe petiolatis ovatis integerrimis caulinis subnullis vel oblongis subdentatis sessilibus siliquis strictis elongatis radice fibrosa perenni.*

Folia aliquando sublobata sunt. — C. alpina. W. sp. 3. 481. C. heterophylla. Baugm. fl. trans. 2. 272. Arabis bellidifolia. Scop. carn. 2. 51. A. bellidioides. Lam. enc. 1. 220. Ic. Moris. s. 3. t. 4. f. ult. Jacq. misc. t. 17. f. 2. All. ped. t. 18. f. 3. Flor. dan. t. 20. Lin. lap. g. Svens. bot. t. 772. Engl. bot. t. 2355. Caules caespitosi vix sesquipollicares. flores parvi, albi. Videtur var. humillima C. resedifoliae. Fl. aest. In summis alpium jugis.

bb. *Foliis radicalibus cordato-reniformibus.*

2. ASARIFOLIA. C. *Caule erecto fistuloso foliisque glabris petiolatis reniformi-cordatis repando-obtuse dentatis superioribus subpeltatis siliquis elongatis radice repente crassa granulata.*

Ic. Boccon. sic. 5. t. 3. Herman. parad. batav. t. 68. Zanon. ist. t. 72. ed. Monti. t. 44. Moris s. 3. t. 25. Botanic. magaz. t. 1735. Reich. ic. cent. 12. t. 25. f. 4297. Caulis pedalis et ultra simpliciusculus non raro prostratus. flores albi. Fl. aest. In rivulis saxosis summarum alpium: in monte *Cenisio*: in alpibus *Valdensium*. *Vinadii*. et *Valderii*: supra *Tendam*: in valle *Ussey* etc.

aa. *Foliis plerisque tripartiti seu ternatis.*
b. *Radice annua.*

3. THALICHTROIDES. All. ped. 1. 261. t. 57. 1. exclus syn. Gmel. C. *Caule debili flexuoso foliisque glabris, radicalibus simplicibus subrotundo-reniformibus ovatisque superioribus ternatis subpinnatisque foliolis subrotundis ~~obtuse~~ lobatis siliquis elongatis stylo brevi compresso.*

C. Plumerii. Vill. delph. 3. 359. t. 38. C. Bocconii. Vivian. app. ad flor. cors. 4. Ic. Boccon. mus. t. 116. Reich. ic. cent. 12. t. 25. f. 4299. Herba glauca pusilla vix palmaris. Caules caespitosi ut plurimum prostrati flores majusculi albi. folia radicalia aliquando lobata sunt. Fl. aest. In montibus editis: *Cenisio*: *S. Bernardo*. sopra *Giaveno*. prope *Mirabouc*: in alpibus *Sessitis*. etc. in montibus supra *Clavarum* etiam in planitie; in lapidosis circa la *Veneria*, secus *Cerundam* etc.

bb. *Radice perenni.*

4. RESEDIFOLIA. C. *Foliis petiolatis glabris membranaceis radicalibus subrotundis integris caulinis ternatis seu lyrato-pinnatis petiolis basi bidentatis siliquis erectis.*

Arabis. Lam. fr. 2. 511. Ic. Bah. prodr. 45. f. 2. Boccon. mus. t. 40. Moris s. 3. t. 4. f. 3. All. ped. t. 57. f. 2. Jacq. a. ap. t. 21. Reich. ic. cent. 12. t. 26. f. 4300. Hook. exot. flor. 54. Sturm. deut. flor. 7. 28. Caules caespitosi usque dodrantales. Fl. albi. Fl. aest. In summis alpium jugis ad nives. etiam in montibus demissioribus. Ego legi supra *Quittengo* in valle *Andurni*, ubi altior est. etiam annua est.

aaa. *Foliis radicalibus simplicibus, reliquis pinnatis: radice perenni stolonifera.*
b. *Radice granulata.*
c. *Floribus albis.*

5. GRANULATA. All. auct. 16. excl. syn. C. *Radice tuberoso-granuloso-squamosa foliis radicalibus longe petiolatis subrotundis integris caulinis pinnatis foliolis subrotundo-ellipticis repandis siliquis erectis.*

Ic. Reich. ic. cent. 12. t. 28. f. 4307. Herba glabra Caulis fistulosus pedalis et ultra. Radix squamata squa-

mis in axilla bulbiferis. Mea sententia est var. C. pratensis. fl. vere. In pratis collium *taurinens.*

cc. *Floribus rubris, vel violaceis.*

6. PRATENSIS. C. *Caule erecto fistuloso foliis inferioribus subrotundo-ovatis dentatis superioribus pinnatis inferiorum foliolis subrotundis superiorum lanceolatis vel linearibus siliquis stylo brevissimo stigmateque capitato-apiculatis petalis basi utrinque unidentatis.*

Ic. Fuchs. hist. 524. Clus. hist. 2. 120. f. 2. Dodon. pempt. 592. f. 2. Dalech. lugd. 659. f. 1. Moris. s. 3. t. 4. f. 6. Blackw. t. 225. Chabr. sciagr. t. 282. f. 6. Weinm. phyt. t. 752. f. c. Curt. lond. 5. t. 40. Ed. Grav. 3. t. 94. Svens. bot. t. 330. Plenck. ic. med. t. 517. Flor. dan. t. 1093. Reich. ic. cent. 12. t. 28. f. 4308. a. 6. Mart. fl. rust. t. 95. Wood. bot. med. 1. t. 50. Schk. hand. t. 187. Engl. bot. t. 776. Sturm. 1. 8. Lam. ill. t. 502. f. 1. Dreves. 1. 15. Hayne 3. 30. Sckrank. flor. monac. 3. 219. Dietr. flor. borus. t. 678. Baxter brit. bot. t. 141. Roem. arch. 2. 1. 2. Godron. descript. monstr. 1. Schubert. naturges. t. 34. f. 2. Inter hasce icc. latet etiam C. Matthioli Bert. Herba glabra raro pilosula. Caulis usque pedalis. Differt a C. Matthioli apud nos vulgatissima radice granulosa foliis radicalibus simplicibus floribus rubentibus. Qui characteres forte perpetuo non constant. Radix raro stolonifera. fl. vere. Talem legit Bertoloni circa *Sarzanam.*

bb. *Radice non granulata, floribus albis.*

7. AMARA. C. *Caule farcto basi radicante flexuoso crasso foliis imi simplicibus duris subrotundo-reniformibus longe petiolatis lobatis superioribus pinnatis foliolis ovato-lanceolatis paucijugis repando-angulato-dentatis glabris floribus corymbosis petalis integerrimis antheris fuscis siliquis stylo filiformi coronatis.*

C. parviflora. Lam. enc. 2. 183. C. pratensis b. ejusd. fr. 1. 501. C. melananthera. Stok. bot. mat. med. 3. 445. C. nasturtiana. Thuil. fl. par. ed. 2. 1. 330. C. dentata Guss. prodr. 2. 234. C. uliginosa ejusd. syn. 168. — Aliquando villosa est. C. hirsuta Fl. dan. t. 148. C. umbrosa Lejeun. fl. spa 2. 63. — Aliquando foliola trisecta habet: C. trifolia Wahlemb. carp. n. 656. Ic. Petiv. h. br. t. 47. f. 1. Weinm. phyt. t. 751. f. 6. Chabr. sciagr. 282. f. 2. Curt. lond. 3. t. 39. ed. Grav. 1. t. 89. Vill. delph. 3. t. 39. Schk. hand. t. 187. Engl. bot. t. 1000. Zanon hist. ed. Monti t. 43. All. ped. t. 56. f. 1. Reich. ic. cent. 12. t. 27. f. 4303. a. Schubert naturges. t. 34. f. 3. Caulis usque-bipedalis. Radix aliquando neutiquam stolonifera. folia aliquando grandia. flores maiusculi. antherae purpureae, in locis umbrosis luteae. Herba amara aliqando villosa. Fl. aest. Locis alpinis, et montanis ad scaturigines fontium, et rivulorum oras.

aaaa. *Foliis omnibus pinnatis.*

b. *Radice annua.*

c. *Floribus apetalis.*

8. IMPATIENS. C. *Caule erecto glabriusculo crasso angulato sulcato flexuoso fistuloso foliis pinnatis multijugis foliolis incisis stipulatis lanceolatis ciliatis reflexis floribus subapetalis.*

C. apetala Moench. meth. 259. C. saxatilis Salisb. prodr. 269. C. dasycarpa. M. Bieberst. sup. 437. C. parviflora b. Lam. fr. 2. 500. Ic Bab. hist. 2. 866. f. 1. Moris. s. 3. t. 4. f. 1. Barrel. ic. t. 55. Engl. bot. t. 80. Fl. dan. t. 1359. Reich. ic. cent. 12. t. 26. f. 4302. Schk. handb. t. 187. Sturm. deut. fl. 12. 45. Caulis usque bicubitalis. flores raro corollati petalis parvis angustis ochroleucis. Calyces flavo-virentes. Herba acris glabra siliquis nonnumquam pilosiusculis. fl. vere. Vulgaris in hortis, ruderatis, sepibus, dumetis etc. locis frigidis et umbrosis.

cc. *Floribus corollatis albis.*

d. *Hirsuta, caule farcto.*

9. HIRSUTA. C. *Caule erecto subflexuoso foliisque pinnatis hirsutiusculis foliolis subdentatis radicalibus subrotundis superioribus oblongis lanceolatisve terminali maiore omnibus subpetiolatis petiolis inferne ciliatis exauriculatis.*

C. flexuosa Wither brit. 578. C. parviflora Ligtf. scot. 404. All. ped. 1. 161. et Balbis. Colla, Biroli. Re etc. C. sylvatica Link in Hoffm. phyt. 6.

catt. I. 30. Reich. ic. cent. 12. t. 26. f. 4303. C. impatiens. Flor. dan. t. 735. Huc etiam traho C. umbrosam. Andr. apud. Cand. syst. 2. 260, quae nullis firmis characteribus circum scribitur. Ic. Bah. hist. 2. 888. Chabr. sciagr. 282. f. 4. Moris. s. 3. t. 4. f. 10. Barrel. ic. t. 455. Petiv. h. br. t. 47. f. 4 Zannichel. ist. t. 225. Cam. epit. 270. Dalech. lugd. 658. f. 1. 659. f. 2. Scop carn. t. 38. Curt. lond. 4. t. 48. Ed. Grav. 2. t. 89. Schk. hand. t. 187. Engl. bot. t. 492. Reich. ic. cent. 12. t. 26. f. 4304. Sturm. deut. fl. 12. 45. Herba humilis laete virens hirsuta aliquando. tamen usque bipedalis et glabra. Stamina 4-6. Calyces aliquando triflori staminibus binis in flores abeuntibus. Caulis etiam fistulosus. petala linearia spathulata vel oblonga grandiuscula candida. Sepala rubida albo marginata. Stamina in plantis apud nos 4. aequalia. filamenta alba. antherae sulphureae. germen fuscum. Stylus nullus. stigma sessile luteum latitudine germinis. folia longe petiolata petiolis superne sulcatis. foliola omnia petiolata versus basim descrescendo, minora demum minima alterna. supremo semper majore. Foliola superiora triloba. Fl. etiam initio februarii. Apud. nos in muris ante Primulam acaulem, et Veronicam didymam. Herba grate odorata odore Sinapis, acris, antiscorbutica gratissima in jusculis, et acetariis. Rustici tamen non comedunt illam. Ego primo vere quotidie edo illam in acetariis et salubris et gratissima est. vulgatissima ubique preasertim in collibus agris pinguibus, et arvis, ruderalis, hortis etc.

dd. *Glabra. Caule fistuloso.*

10. PARVIFLORA. C. *Caule erecto flexuoso foliisque pinnatis glabris foliolis inferiorum oblongis obtusis superiorum linearibus omnibus conformibus sessilibusque multijugis petiolis exauriculatis petalis angustis pedicellis patulis siliquis angulo recto erectis.*

C. hirsuta b. Lam. enc. 2. 184. Ic. Gmel. sibir. 3. t. 64. Svens. bot. t. 568. Reich. ic. cent. 12. t. 26. f. 431. Sturm. deutl. fl. hef. 45. Caulis. vix dodrantalis. flores parvi. siliquae lineares angustissimae. Fl. vere. In fossis pratorum spongiosorum : Ego legi in fossis pratorum *Bennae* et *Massazzae*. Habitu adeo accedit ad C. hirsutam ut eandem speciem facile dixeris. Et re quidem vera non differt nisi statione foliolis subconformibus, imis oblongis. vix species diversa mihi videtur.

bb. *Radice perenni.*

c. *Floribus albis majusculis.*

11. MATTHIOLI. Moret. ap. Comol. com. 5. 157. C. *Caule erecto foliis pinnatis multijugis caulinis numerosis imorum foliolis obovatis superiorum lanceolatis linearibusque.*

C. pratensis. All. ped. 1. 261. aliique botanici nostrates. Ic. Lob. obs. 106. ejusd. ic. 210. Ger. em. 259. Tabern. ic. 453. Reich. l. c. f. 4308. 9. ic Matth. 359. f. 2, omnino mala atque aliena. flores enim a vero adeo abhorrent, ut icon fictitia omnino sit. Caules caespitosi pedales et ultra. Differt a C. pratensi radice non granulata foliis omnibus pinnatis floribus albis etiam facie. floret vere. Vulgaris in pratis pinguibus et irriguis. Card. granulatam. C pratensem, et Card. Mathioli esse varr. unius speciei pro certo habeo. probat species (varietas) quae copiose crescit in pratis pinguibus et irriguis circa *Bugellam* cujusquem descriptionem ex vivo saepe repetitam heic subiicio.

Herba undique glaberrima. Caules caespitosi uno majore et a basi ramosus ramis distantibus erectis fistulosus angulatus subflexuosus. folia remota erecta : prima radicalia parva simplicia longe petiolata subrotundo-reniformia crenata, successiva pinnata lobo impari maximo subrotundo-reniformi allis foliolis paucis rotundis brevissime petiolatis minimis, inaequalibus decrescentibus ultimis alternis abortivis. haec omnia cum planta floret omnino evanuerunt. Reliqua pinnata 5-10. juga impari majore rotundo vel cuneato: impari tamen supremorum foliorum conformi. Foliola opposita brevi petiolata ima subrotunda media obovato-cuneata superiora lanceolata summa linearia flores primum dense corymboso-racemosi demum laxe racemosi longe pedunculati pedunculis filiformibus basi neutiquam bracteatis flore duplo longioribus. flores horizontales vel penduli magni

speciosi. sepala primum luteo-viridia demum rubida oblonga obtusa basi paulo attenuata intus concava albo-marginata. Petala sepalis duplo majora obovata integra venosa venis primum luteo-viridibus demum rubidis, candida ungue neutiquam utrinque unidentato primum luteo-virente demum rubro. filamenta alba demum rubida. Antherae virides demum profunde bipartitae. Stylus fusco-ruber stigmate capitato luteo-virente apiculatus. siliquae lineares usque bipollicares. semina subdifformia compressa hinc plana, illinc convexa subovata, obtusa, straminea hilo albo, fusco marginato subvitro punctato-granulato, margine altero recto, altero convexo. Radix parce surculifera fibrosa, fibris albis parvis neutiquam granulata. Hanc speciem dico intermediam: verum credo var. esse C. pratensis, et C. pratensem cum C. granulata, et C. Matthioli conjungere.

cc. *Floribus parvis rubris.*

12. CHELIDONIA. C. *Caule erecto ramoso flexuoso angulato foliis pinnatis bipinnatisque subsexjugis foliolis subrotundo-ovatis inciso-dentatis vel lobatis petiolis basi auriculatis siliquis junioribus hirsutis.*

Ic. Bah. hist. 2. 860. f. 1. Chabr. sciagr. 275. f. 4. Columm. phytob. 119. t. 25. Wal. et. Kitaib. hung. t. 140. Barrel. ic. 146. Reich. l. c. fig. 436. Herba humilis aliquando tamen pedalis et ultra demum glabra. Fl. vere et aest. In montibus *Liguriae*: in monte *S. Giacomo*, et supra *Spotorno*.

## 499. ARABIS.

a. *Seminibus immarginatis.*
b. *Foliis subamplexicaulibus.*
c. *Glabrae.*
d. *Foliis radical. petiolatis: radice perenni: floribus albis.*

1. BRASSICAEFORMIS. Wallr. sched. crit. 359. A. *Caule simplici foliisque membranaceis glaucis glaberrimis radicalibus petiolatis spathulato-obovatis caulinis cordato-sagittatis acutis integerrimis.*

Brassica alpina. Lin. mant. 95. Vill. delph. 3. t. 36. Turritis pauciflora Grim. isen. in. nov. act. natur. curios. 3. app. 348. T. Brassica. Leers herb. n. 518. Erysimum alpinum Baugm. fl. trans. 2. 265. Coringia alpina. Link. Reich. ic. 2. f. 353. Radix dura tortuosa. Caulis pedalis et ultra Fl. aest. Locis umbrosis alpinis praesertim in agro *nic.* et *segus.*

dd. *Radicalibus subsessilibus: radice bienni: floribus albis.*

2. CILIATA. R. Br. h. kew. 4. 107. A. *Caule simpliciglaberrimo foliis ciliatis subdentatis radicalibus obovatis caulinis semi-amplexicaulibus siliquis erectis.*

Turritis Regn. mem. suiss. 1. 171. Tur. alpina Lin. syst. ed. 13. Engl. bot. t. 1746. Arab. stricta b. Cand. fr. 4. 667. — var. *hirsuta.* quae est A. serpillifolia pubescens. Poll. ver. 2. 391. Reich. ic. cent. 12. t. 40. f. 4338. 6. A. alpestris. Reich. l. c. fig. 4338. Caules caespitosi palmares in humidis glabri in apricis hirsuti. folia radicalia rosulata: semina orbiculata. Fl. vere et aest. In alpinis: in alpibus *della Valle d'Ala:* maritimis *Lig. orient:* in monte *Cenisio:* in valle *Intrasca* agri *nov.* etc.

cc. *Pubescentes.*
d. *Radice annua.*
e. *Corolla rubida.*

3. VERNA. R. Br. l. c. A. *Caule erecto superne nudo foliisque pube tripartita hirsutis radicalibus spathulato-oblongis crasse serratis caulinis profunde cordatis inequaliter dentatis calycibus hispidis brevissime pedicellatis siliquis linearibus compressis.*

Hesperis. Lin. spec. 928. Turritis purpurea. Lam. fr. 2. 491. Arabis violacea. Moench. mett. 259. Ic. Barrel. ic. 875. 876. Bah. hist. 2. 880. f. 1. Chabr. sciagr. 279. f. 5. Moris. s. 3. t. 8. f. 5. Tabernam. ic. 511. Lobel. ic. 335. f. 2. ejusd. obs. 180. f. 2. Ger. em. 460. Park. theat. 623. Weinm. phyt. t. 470. f. d. Sibt. fl. gr. t. 641. Reich. ic. l. c. fig. 4321. Caulis humilis palmaris vix dodrantalis. folia radicalia rosulata. Fl. vere. In agro *nic.*

ee. *Cor. alba.*

4. SAXATILIS. All. ped. 1. 268. A. *Caule simplici erecto foliisque subdentatis pube stellata scabris radicalibus petiolatis obovato-oblongis cau-*

*linis cordatis amplexicaulibus siliquis patulis subtetragono-compressis striatis.*

A. nova. Vill. delph. 3. 319. t. 37. Ic. Reich. l. c. f. 4353. Caulis usque bipedalis. Videtur var. Arab. auriculatae Lam. *pedicellis calyce valde longioribus.* fl. aest. Amat. loca lapidosa et inculta montium: in *Sabaudia*: circa *Segusium*: la *Novalesa* et *Cesana* etc.

5. Auriculata. 5. Lam. enc. 1. 219. A. *Caule simpliciusculo erecto foliisque pube ramosa hirsutis radicalibus petiolatis ovalibus subintegerrimis caulinis cordato-oblongis dentatis pedicellis calycem subaequantibus siliquis linearibus patulis valvis carinatis.*

A aspera. All. auct. 13. t. 2. f. 2. A-E. A recta Vill. delph. 3. 319. t. 37. A. patula Wallr. sched. crit. 354. Turritis patula Ehrh. beitr. 7. 259. Wald. et Kitaib. hung. t. 59. Caulis humilis raro dodrantalis: folia radicalia rosulata: siliqua sublomentosa filiformis saepe sursum curvata Fl. vere. Circa *Segusium*: supra *Tenda*: in pascuis et declivibus *Ticini* etc.

dd. *Radice bienni: floribus albis.*

6. Hirsuta. Scop. carn. 2. 30. A. *Caule simplici stricto erecto foliisque pube ramosa hirsutis radicalibus obovato-oblongis repando-dentatis petiolatis caulinis cordato-sagittatis subdenticulatis acutis petalis spathulatis erecto-patulis siliquis strictis.*

A. sagittata Cand. syst. 2. 221. a. Turritis Bertol. pl. gen. 79. T. hirsuta Lin. sp. 956. Engl. bot. t. 587. Jacq. ic. var. t. 126. Flor. dan. t. 1040. Schk. hand. t. 185. Ic. Moris. s. 3. t. 3. f. 5. Bah. prodr. 42. f. 2. Petiv. h. br. t. 47. f. 12. Schkrank flor. monac. t. 248. Caulis palmaris, aliquando usque bipedalis. fl. primo vere. vulgaris in agris, et arvis aridis etc.

ddd. *Radice perenni: floribus albis.*

7. Alpina. A. *Caule subramoso foliisque sinuato-dentatis pube ramosa villosis radicalibus obovato-oblongis (interdum sublyrato-runcinatis) caulinis profunde cordatis amplexicaulibus siliquis compressis linearibus subincurvis seminibus compressis submarginatis.*

A. incana. Moench. meth. 257. Turritis verna Lam. fr. 2. 490. A. crispata W. enum. 2. 684. Reich. ic. f. 4328. — var. *floribus majoribus* est A. albida. Steven. in catal. hor. Gorens. 1812. 54. Jacq. fil. egl. 1. t. 71. A. caucasica W. enum. sup. 45. Cheiranthus mollis. Hornem. hor. hafn. 615. — Ic. Bah. hist. 2. 880. f. 2. Chabr. sciagr. 281. f. 1. Moris. s. 3. t. 7. f. 5. 11. Clus. hist. 2. 125. f. 1. 2. Lob. ic. 2. 207. f. 1. ejusd. adn. ap. 463. f. 1. Dalech. lugd. 664. f. 3. Fl. dan. t. 62. Lam. ill. t. 563. f. Boiss. fl. eur. t. 455. Schkrank. flor. mon. t. 244. Botan. magaz. t. 226. Svens. bot. t. 723. Bonann. panph. t. 65. Reich. l. c. f. 4327. Caules caespitosi et a basi ramosi palmares usque pedales. folia radicalia rosulata. Fl. vere. vulgaris locis lapidosis. umbrosis summarum alpium: ad convalles torrentium. etc.

bb. *Foliis sessilibus.*

c. *Glabriusculis.*

d. *Radice fibrosa perenni: floribus albis.*

8. Allionii. Cand. syst. 2. 224. A. *Caule ascendente subramoso flexuoso foliis radicalibus subovatis subintegerrimis brevipetiolatis caulinis sessilibus ovato-lanceolatis serratis subciliatis petalis linearibus.*

Turritis stricta All. auct. 18. Ic. Reich. l. c. fig. 4340. Caulis pedalis et ultra ramis brevibus strictis. folia viridia radicalia rosulata utplurimum ovato lanceolata. Fl. aest. In pratis et pascuis humentibus alpinis: supra *Limone*, et *Casotto*: prope thermas *Valderias*.

dd. *Radice stolonifera: floribus albis, raro roseis.*

9. Halleri. A. *Caule ramoso basi pubescente stolonifero foliis radicalibus petiolatis lyratis glabriusculis caulinis oblongis inciso-dentatis siliquis torulosis stylo coronatis strangulatis.*

A. stolonifera. Hornem. hor. hafn. 618. Cardamine. Scop. car. 2. 22. t. 39. est procul dubio var. Exemplaria enim legi in valle *Andurni* super muris siccis qui viae adstant inter *Passobreve* et *Sagliano* quae characteres utriusque speciei ferant; floribus pulchre roseis. Huc etiam duco fide Kochii A. ovirensem Wulf. Jacq. ic. rar. t. 125. Roem. fl. eur. 7. t. 6. A. tenellam. Host. a. 2. 275. Cardaminem diversi-

foliam Sternb. Ic. Haller. opusc. t. 1. f. 1. bona. Walds. et Kitaib. hung. t. 120. Caulis usque pedalis superne ramosus. surculi repentes flores utplurimum albi apud nos in varr. pulchre rosei stylo brevissimo. Fl. aest. In monte *Sylvio*: prope *Belgirate*, *Stresa*, et *Borgomanero*, in lapidosis montium agri *bugel.* praesertim di *Pettinengo*, et *Mosso*: rarissima aliis locis. Deest in *Gallia*.

cc. *Pubescentes.*

d. *Radice annua.*

e. *Floribus rubidis.*

10. ARENOSA. Scop. carn. 2. 32. A. *Caule hispido, foliis radicalibus caulinisque inferioribus lyratis pube bifurca hispidis siliquis patentibus planiusculis.*

Turritis Lapeyr. abr. 387. Sisymbrium arenosum. L. sp. 919. S. coeruleum. Gilb. fl. lith. Cardamine petraea. Towns. it. hung. 490. Ic. Loes. prus. t. 13. Bah. hist. 2. 865. C. Bah. prodr. 40. f. 1. Moris. s. 3. t. 5. f. ult. Weinm. phyt. t. 752. f. a. Schkran. flora mon. t. 256. Schubert naturges. t. 34. f 5. Caulis ramosus subpedalis. semina ovata rufa. Fl. vere et aest. Habitat in rupestribus montosis et alpinis, muris, ruderatis etc. prov. *bugel.*

ee. *Floribus albis.*

11. THALIANA A. *Caule gracili subramoso foliisque pube brevissima ramosa pubescentibus, scabrisque radicalibus spathulato-oblongis subdentatis caulinis paucis oblongis siliquis patulis pedicellis calyce multo longioribus.*

A. ramosa. Lam. fr. 2. 510. A. muralis Salisb. prodr. 272. Ic. Pluk. almagest. t. 80. f. 2. Barrel. ic. t. 269. 270. Petiv. h. br. t. 48. f. 1. 2. Thal. herc. 84. t. 7. Bah. hist. 2. 870. f. 2. Chabr. sciagr. 277. f. 4. Moris. s. 3. t. 7. f. 5. Weinm. phyt. t. 470. f. c. et e. Schk. hand. t. 193. Engl. bot. t. 901. Curtis. lond: 2. t. 49. Fl. dan. t. 1106. Caulis dodrantalis usque pedalis superne glaber. folia radicalia petiolata rosulata, ciliata basi non raro rubro-violacea. Rami in axilla foliorum. folia caulina 3. 4. ungues petalorum luteoli. antherae breves sulphureae. Calyces aliquando colorati apice rubro-violacei, ceterum luteoli. Fl. vere. Vulgatissima in agris, arvis, praesertim super muris et ruderibus.

dd. *Radice bienni: floribus albis.*

12. SERPYLLIFOLIA. Vill. delph. 3. 318. t. 37. A. *Caule caespitoso ascendente flexuoso foliis omnibus oblongis subintegerrimis pube stellata sparsa scabris racemo laxo siliquis elongatis.*

A. scabra. All. ped. 1. 268. A. nivalis Guss. pl. rar. 289. Tenor. neap. t. 164. f. 1. Ic. Reich. l. c. fig. 4336. Caules spithamei. forte est var. A. Thalianae. Fl. aest. legi in lapidosis alpinis supra *Graglia*: in aridis vallis pisii supra *Cartusiam*.

ddd. *Radice perenni: floribus albis.*

13. STRICTA. Huds. angl. 292. A. *Caulibus ascendentibus hispidis caespitosis foliis pube simplici bifurcaque hispidiusculis ciliatis, radicalibus sinuato-pinnatifidis sublyratis caulinis sessilibus serratis racemo stricto paucifloro, siliquis scabris, seminibus argute marginatis apice alatis.*

A. hirta. Lam. enc. 1. 220. A. hispida. Ait. kew. 2. 400. Turritis Raii Vill. delph. 3. 326. t. 38. Ic. Engl. bot. t. 614. Caulis vix palmaris. folia superiora utplurimum glabra omnia obscure virentia inferiora plerumque subtus rubida. pedicelli imi basi 1-2 bracteati. Calyx glaber. siliquae erectae lineares compressae. Fl. aest. In monte *Vesulo*: circa Ussey. in *valle ulciensi.*

14. MURALIS. Bertol. am. 79. A. *Caulibus caespitosis ascendentibus inferne foliisque hispidis radicalibus spathulatis dentatis caulinis ovatis denticulatis sessilibus racemo elongato siliquisque strictis linearibus compressis.*

Ic. Reich. ic. fig. 4339. Charactere sfirmos quibus a priore recte discriminetur non video. Planta enim admodum ludibunda est: folia radicalia esse lyrato-pinnatifida scribit Candolle. In hac folia subincana sunt, in illa viridia. semina sunt vel alato-marginata vel nuda. Radix sublignosa. in hac pedicelli imi non sunt basi bracteati. Verum quam infideles ac lusorii characteres isti! A. collina. Tenor. est omnino var. *seminibus marginatis floribus majoribus.* Huc etiam spectare. A. pubescentem Poir. enc. sup. 1. 413. (Turritis pubescens Desf. atl. 2. 92. t. 165.) omnino pro

certo habeo. Fl. vere et aest. In rupibus montium *Sabaudiae*, et *Liguriae*.

aa. *Seminibus marginato-alatis.*

b. *Foliis amplexicaulibus, radice bienni, floribus ochroleucis.*

15. Turrita. A. *Caule simplici foliisque denticulatis pube ramosa hirsutis radicalibus petiolatis oblongis caulinis cordato-lanceolatis siliquis medio torulosis margine incrassatis recurvis secundis.*

A. rugosa. Moench. meth. 259. A. elongata. Salisb. prodr. 272. A. ochroleuca. Lam. enc. 1. 218. A. umbrosa Crantz. a. 59. Turrita major. Wallr. sched. crit. 1. 352. Ic. Bah. hist. 2. 881. f. 2. Chabr. sciagr. 281. f. 3. Moris. s. 3. t. 2. f. 23. Barrel. ic. 853. Boccon. mus. 2. 81. t. 72. Petiv. h. br. t. 47. f. 11. Clus. hist. 2. 126. f. 2. Jacq. a. t. 11. Engl. bot. t. 178. Caulis simpliciusculus usque sesquipedalis foliaque demum glabriuscula. flores conferti semina orbiculata compressa rufa. Fl. vere exeunte. In sylvis, et nemoribus: in agro *taur. novar.* etiam apud nos.

bb. *Foliis sessilibus.*

c. *Radice suffruticosa, repente: floribus albis.*

16. bellidifolia. A. *Caule ascendente foliisque subintegerrimis nitidis subcoriaceis glabris, radicalibus rosulatis obovato-oblongis caulinis ovatis racemo nutante siliquis erectis elongatis medio torulosis margine subincrassatis.*

Turritis All. ped. 1. 270. t. 40. f. 1. — var. *Foliis ciliatis caulinis subdentatis* est. A. intermedia. Hop. — var foliis scabris subdentatis videtur. A scabra All. ped. 1. 268. (conf. A. serpyllifoliam Vill.) A. nutans. Moench. meth. 258. A. serpyllifolia glabra. Poll. ver. 2. 391. Turritis alpina. Braun. flor. salisb. 2. t. 2. f. 1. A. pumila Wulf. ap. Jacq. collect. 2. 59. ejusd. a. t. 281. A. ciliaris. W. enum. 684. Ic. Crantz. a. 42. t. 2. f. 3. Bah. hist. 2. 870. Chab. sciagr. 275. f. 6. Jacq. obs. 1. t. 12. ejus. a. t. 280. Giseck. ic. fas. 1. t. 15. Clus. hist. 2. 129. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 20. Reich. ic. cent. 12. t. 58. fig. 4331. Caules caespitosi simplices pedales et ultra Fl. aest. In lapidosis alpinis locis humentibus, ad rivulos etc.

cc. *Radice fibrosa perenni: floribus coeruleis.*

17. coerulea. Haenke in Jacq. coll. 2. 56. A. *Caulibus caespitosis erectis foliisque glabriusculis nitidis ciliatis radicalibus spathulatis antice 3-5 subdentatis caulinis subbinis oblongis racemis cernuis siliquis erectis abbreviatis medio torulosis margine subincrassatis.*

Turritis All. ped. 1. 270. t. 40. f. 2. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 20. Reich. ic. cent. 12. t. 57. fig. 4330. Caules vix palmares. Calyces subviolacei. Semina plana orbiculata. Fl. aest. In cacuminibus editissimarum alpium ad nives aeternas deliquescentes: ad rivulos, et scaturigines fontium.

## 500. TURRITIS.

a. *Foliis superioribus runcinatis: radice annua: floribus luteis.*

1. Loeselii. R. Br. hor. kew. 4. 109. Tur. *Caule retrorsum hirto ramoso foliis runcinatis imis lyrato-pinnatifidis lobo impari maximo sagittato pilosis siliquis patentibus gabris tereliusculis filiformibus.*

Sisymbrium. L. sp. 921. Schk. hand. t. 187. Jacq. a. t. 524. Reich. l. c. f. 4409. S. hispidum. Moench. sup. 83. Sisymbrium hirsutum. Gilb. flor. lituan. Leptocarpea Loeselii Cand. syst. 2. 202. Ic. Loesel. pruss. t. 54. Columm. Ecph. 1. 268. Caulis cubitalis et ultra. calyces patuli luteoli. semina parva ferruginea in quovis loculo plura uniserialia. fl. ver. *In Liguria Occid. a Finale*: a *Loano* etc.

aa. *Foliis superioribus indivisis: radice bienni: floribus ochroleuco-viridulis vel albidis.*

2. glabra. T. *Caule elato stricto simpliciusculo foliis radicalibus lanceolatis sinuato-dentatis hirsutiusculis caulinis sagittatis amplexicaulibus glaberrimis siliquis strictissimis elongatis subancipitibus.*

T. stricta. Host. a. 2. 268. T. perfoliata. Nek. gallo prov. 283. Arabis. Lam. enc. 1219. ill. t. 543. f. 4. A. Turritis Clair. her. val. 225. A. glabra. Wein. cat. h. dorp. 1810. 18. Erysimum glastifolium. Crant. crucif. 117.

Sisymbrium simplicissimum. Lapeyr. abr. 382. Ic. Moris. 3. t. 2. f. 22. Dalech. lugd. 1168. f. 1. Clus. hist. 2. 126. f. 5. Lob. ic. 229. f. 2. Gaertn. fruct. t. 143. Boiss. fl. eur. t. 456. f. 2. Schk. hand. t. 185. Sturm. deut. flor. hef. 45. Petiv. 4. br. t. 47. f. 10. Engl. bot. t. 777. Curt. lond. 4. t. 47. ed. Grav. 3. t. 98. Svens. bot. t. 346. Flor. dan. t. 809. Reich. ic. cent. 12. t. 44. f. 4346. Schubert naturges. t. 34. f. 6. Herba glauca inferne hirta. Caulis simplex erectus usque quadripedalis raro superne ramosus. folia radicalia petiolata hirsuta pilis trifurcatis. Racemus fructifer longissimus. Flores apud nos sunt luteo-viriduli. siliquae longissimae basi dehiscentes. Floret vere exeunte. Vulgaris in sepibus dumetis senticetis oris sylvarum et nemorum.

### 501. BARBAREA.

Herbae perennes caulibus erectis angulatis superne ramosis floribus parvis luteis seminibus echinulatis.

a. *Foliis superioribus indivisis.*

1. VULGARIS. R. Br. hor. kew. 4. 109. B. *Caule sulcato foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis crenatis basi auriculatis lobo terminali majusculo cordato-subrotundo lateralibus obovatis supremis indivisis obovatis dentatis petalis spathulato-linearibus siliquis strictis abbreviatis erecto-patulis.*

Erysimum Barbarea. L. sp. 922. a et g. Schkr. flor. mon. t. 128. Schk. hand. t. 183. Svens. bot. t. 194. Fl. dan. t. 985. Engl. bot. t. 443. Plenck. ic. med. t. 522. Barbarea stricta Andrzejowsci. ap. Bess. enum. plan. Wohl. 72. Reich. l. c. f. 4355. Cheiranthus ibericus W. enum. 2. 681. Barbar. iberica. Cand. syst 2. 208. B. parviflora Fries. nov. ed 2. 207. — var. siliquis subarcuatis est B. arcuata Reich. bot. zeit. 1820. ejusd. ic. cent. 12. t. 48. — B. taurica Guss. prodr. 2. 255. Sisymbrium Barbarea. Crant. a. 54. Gars. fig. pl. t. 562. Eruca Lam. fr. 2. 497. Erysimum lyratum. Gater. fl. montb. 117. E. lyrifolium. Stok. bot. mat. med. 3 459. E. lucidum. Salisb. prodr. 270. Ic. Dalech. lugd. 650. f. 2. Bah. hist. 2. 868. 869. Chabr. sciagr. 278. f. 3. Tabern. ic. 813. Weinm. phyt. t. 230. f. 6. Petiv. h. br. 4. 46. f. 1. Moris. s. 3. t. 5. f. 11. 12. Dodon. pempt. 712. f. 1. Lobel. ic. 207. f. 2. ejusd. obs. 112. f. 2. Stapel ed. Theophr. 149. f. 2. Fuchs hist. 146. Lonic. bot. 165. vers. f. 1. Sturm. deut. fl. hef. 43. Reich. l. c. fig. 4356. Schubert naturgesis. t. 34. f. 8. Herba amara glabra obscure viridis lucida usque bipedalis et ultra. Fl. vere. Vulgatissima ubique in hortis, ruderatis etc.

aa. *Foliis superioribus pinnatifidis.*

2. PRAECOX. R. Br. l. c. B. *Foliis inferioribus lyrato-interrupte pinnatis superioribus pinnatifidis laciniis lineari-oblongis integerrimis auriculis ciliatis petalis obovatis siliquis erecto-patulis longissimis.*

Erysimum. W. sp. 1. 510. Engl. bot. t. 1229. E. tenuifolium. Stok. bot. mat. med. 3. 460. E. vernum. Mill. dict. n. 3. Ic. Petiv. h. br. t. 46. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 66. Reich. l. c. fig. 4358. Species omnino distincta etiam facie. In aggeribus, et marginibus agrorum; in *Liguria*. Herba neutiquam amara sed acriuscula grata et salubris in acetariis et jusculis. ab Anglis culta.

### 502. CHEIRANTHUS.

a. *Caule suffruticoso, floribus luteis.*

1. CHEIRI. Ch. *Caule erecto ramosissimo foliis lanceolatis integerrimis acutis glabris vel pube appressa bipartita subtus canescentibus siliquis linearibus subancipitibus stigmatis lobis recurvis.*

Ch. fruticulosus. L. mant. 94. Engl. bot. t. 1934. Ch. muralis Salisb. prodr. 271. Cheiri vulgare. Clairv. herb. var. 221. Erysimum murale. a. Lam. fr. 2. 514. Ic. Lob. ic. 330. f. 1. 331. f. 2; Ejusd. obs. 179. f. 1. Dalech. lugd. 802. f. 3. 803. f. 1. Dodon. pempt. 160. f. 2. Ejusd. coron. 22. Weinm. phyt. t. 646. f. a. b. d. Gars. fig. pl. t. 313. Bah. hist. 2. 872. f. 1. Chabr. sciagr. 278. f. 4. 5. Matth. com. 579. f. 2. Durant. herb. 254. Moris. s. 3. t. 8. f. 13. Barrel. ic. 1228. Fuchs. hist. 458. tab. ic. 503. Sturm. deut. fl. hef. 45. Knor. del. 1. t. Y. 1. Bull. herb. t. 349. Schk. hand. t. 181. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 49. Blackw.

her. t. 179. Brunsf. herb. 1. 156. Dorst. bot. 81. Lam. ill. t. 564. f. 1. Reich. l. c. t. 4347. Rouss. bot. t. 8. Dict. des scienc. nat. t. 185. Mem. de l'Inst. 1830. 9. Dietr. flor. bor. t. 853. Webb. canar. 8.a Schweizer denksch. s. t. 5. Baxter brit. bot. t. 257. Planta usque bicubitalis valde ramosa ramis erectis. notissima ubique culta in hortis ob florum elegantiam. floret vere. In ollis toto anno. vivit super muris et ruderibus etc.

aa. *Caulibus caespitosis herbaceis decumbentibus: floribus ochroleucis.*

2. OCHROLEUCUS. Hall. fils. ex Scheich. cat. 16. Ch. *Caulibus basi prostratis foliis lineari-lanceolatis subdentatis glabriusculis seu pube appressa scabridis siliquis stylo filiformi apiculatis.*

Cheir. decurbens. W. enum. 680. Ch. dubius. Suter. helv. 2. 65. Cheiri montanum. Clairv. her. val. 221. Ic. Hall. helv. t. 14. Fl. vere. Kn. et Westl. t. 120. In montibus *Sabaudiae: alta Maurien.*

## 505. MATTHIOLA.

a. *Siliquis dorso incrassatis ecornibus.*

b. *Floribus raro albis, plerumque rubris.*

c. *Suffrutex.*

1. INCANA. R. Br. h. kew. 4. 119. M. *Caule suffruticoso raro herbaceo annuo foliis lanceolatis obtusis incanis integris sinuatisque sessilibus, siliquis subcylindricis stigmate utrinque breviter gibberoso.*

Ch. incanus. L. sp. 924. Engl. bot. t. 1935. Ch. annuus. Lin. sp. 925. Schk. hand. t. 184. Ch. hortensis. Lam. fr. 2. 506. Ch. fenestralis. L. fil. dec. 54. t. 16. Hesperis violaria. Lam. enc. 3. 323. Lecuojum incanum. Moench. meth. 257. Ic. Matth. com. 579. f. 1. Lob. ic. 329. f. 2. Ejusd. obs. 178. f. 4. Dalech. lugd. 802. f. 2. Dodon. pempt. 159. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 874. Chabr. sciagr. 279. f. 1. Moris. s. 3. t. 8. f. 1-4. Weinm. phyt. 642. f. 9. 645. f. a-e 644. f. a. b. Sab. hor. rom. t. 26. Reich. l. c. f. 4354. Baxter brit. bot. t. 445. Hook. journ. 1849. t. 4. Planta notissima ubique culta in hortis et ollis ob florum elegantiam, et odorem suavissimum. Vivit spontanea in rupibus mari proximis in agro *nic.* et *ligustico.*

2. VARIA. Cand. syst. 2. 171. M. *Caule simpliciusculo subnullo foliis linearibus obtusis integerrimis incano-villosis floribus subsessilibus siliquis compressis scabris apice bifurculatis.*

Ch. tristis Sturm. deuts. flor. hef. 22. Ch. varius. Sibt. fl. gr. prodr. 2. 25. Caudex radiciformis inferne nudus apice foliosus foliis fasciculatis quibus prodeunt cauliculi annotini floriferi basi foliosi superne nudi pauciflori. flores majusculi sordide purpurei vel variegati. planta vix dodrantalis. Fl. aest. In *Sabaudia* ad vias inter *Termignon*, et *Modane.* Ic. Sibt. fl. gr. t. 636. Reich. l. c. fig. 4349. Gaud. helv. 4. t. 3.

cc. *Radice bienni: floribus purpureis.*

3. SINUATA. R. Br. l. c. M. *Caule ramoso foliis siliquisque glandulosis flocco-tomentosis foliis oblongis inferioribus sinuatis.*

Ch. sinuatus. L. sp. 926. Engl. bot. t. 462. Sib. fl. gr. t. 640. Ch. tricuspidatus. Huds. angl. 450. Ch. muricatus. Lam. fr. 2. 507. Hesperis sinuata ejusd. enc. 3. 525. Ic. Bah. hist. 2. 876. f. 1. Chabr. sciagr. 279. f. 4. Lob. ic. 330. f. 2. Ejusd. adv. 141. Caulis usque bipedalis. siliquae stigmate bigibberoso terminatae. Fl. majo. In arenosis ad *Varum* in agro *nic.*

bb. *Floribus luteis noctu odoratissimis: suffrutex.*

4. TRISTIS. R. Br. l. c. M. *Caule basi suffruticoso ramoso foliis linearibus subdentatis tomentosis floribus subsessilibus siliquis teretiusculis incanis apice bifurculatis.*

M. coronopifolia. Sibt. fl. gr. 7. 55. t. 637. Cheirantus tristis L. sp. 925. Ch. fruticulosus. Ejusd. sp. ed. 1. 662. Hesperis provincialis Ejusd. sp. ed. 1. 664. H. angustifolia. Lam. enc. 3. 322. Ic. Boccon. mus. t. 111. Barrel. ic. t. 805. Reich. l. c. t. 4348. Caulis usque pedalis superne nudus. folia ima aliquando pinnatifida. Fl. vere. In lapidosis apricis *Sabaudiae*, et *Pedem.*

aa. *Siliquis apice tricuspidatis: radice annua: floribus roseis.*

5. TRICUSPIDATA. R. Br. l. c. M. *Caule*

*erecto ramoso foliisque lanceolatis sinuato-pinnatifidis villoso-tomentosis siliquarum cuspidibus subaequalibus.*

Cheiranthus tricuspidatus. L. sp. 926. Schk. hand. t. 184. Sibt. fl. gr. t. 639. Hesperis. Lam. enc. 3. 325. Ch. villosus. Forsk. aegypt. 120. Ic. Camer. hor. t. 23. Bah. 2. 876. f. 2. Chabr. sciagr. 280. f. 2. Moris. s. 3. t. 8. f. 13. Sab. hor. rom. t. 25. Caulis aliquando usque pedalis. semina aptera oblonga compressa ferruginea Fl. vere, et aest. In arenis litoris maris *nic.*

## 504. MALCOLMIA.

a. *Foliis imis integerrimis.*

1. MARITIMA. R. Br. l. c. M. *Caule ramoso foliisque obovato-oblongis subintegerrimis pube divisa appressa scabris siliquis pubescentibus stylo longo cuspidatis.*

Hesperis. Lam. enc. 3. 321. Cheiranthus maritimus. L. sp. 924. Botan. magaz. t. 116. Ic. Barrel. t. 1127. Moris. s. 3. t. 7. f. 6. Bab. hist. 2. 879. Chabr. sciagr. 280. f. 1. Dalech. lugd. 1360. f. 1. Reich. l. c. fig. 4372. Radix annua parva. Caulis palmaris aliquando tamen usque pedalis utplurimum ab imo ramosus ramis inferioribus longioribus. folia pauca remota. Flores rosei majusculi. Antherae longissimae sagittatae flavae. Herba pulchre virens. Fl. vere. In agro *nic.*

aa. *Foliis imis repando-dentatis.*

2. LITOREA. R. Br. l. c. M. *Ramis virgatis foliisque lineari-lanceolatis obtusis subintegerrimis albo-tomentosis imis repando-dentatis siliquis pedicellatis incanis teretibus erecto-patulis longe mucronatis.*

Cheiranthus litoreus. Lin. sp. 925. Hesperis litorea en. 3. 322. Ic. Lob. ic. t. 331. f. 1. Ejusd. obs. 179. f. 2. Bah. hist. 2. 876. f. 3. Chabr. sciagr. 279. f. 6. Dod. pempt. 161. f. 1. Clus. hist. 1. 298. f. 2. Tabern. ic. 311. Reich. l. c. f. 4373. Radix annua vel biennis. aliquando suffruticulus subpedalis. flores rubro-violacei grandiusculi. Fl. vere et aest. etiam aut. In litoribus maris *nic.* flores exsiccati ochroleuci fiunt.

## 505. HESPERIS.

a. *Floribus sulphureis: siliquis hirto-glandulosis.*

1. LACINIATA. All. ped. 1. 271. t. 82. f. 1. H. *Caule ramoso siliquisque subtorulosis ancipitibus glanduloso-hirsutiusculis foliis dentatis imis longe petiolatis pinnatifidis vel sinuato-dentatis superioribus ovato-lanceolatis sessilibus.*

H. hieracifolia Vill. delph. 3. 317. H. glutinosa. Vis. pl. rar. in bot. zeit. 1829. H. suaveolens. Bess. H. villosa. Cand. syst. 2. 449. Cheir. lancinialus Poir. sup. enc. 2. 780. Ic. Columnn. ecphr. 1. 262. Reich. l. c. fig. 4375. Herba biennis pedalis et ultra. Glandulae brevi stipitatae. flores aliquando luteo-rubidi: Antherae sulphureae sagittatae elongatae. Fl. vere exeunte. In agro *nic.*: circa la *Briga* et *Sospello* locis lapidosis, et apricis. H. runcinata Walds. et Kitaib. hung. 2. 220. t. 200. videtur media inter laciniatam et matronalem. nam in laciniata folia radicalia sunt lyrata aliquando etiam runcinata: et siliquae in matronali aliquando neutiquam strangulatae. Color florum valde ludibundus character est.

aa. *Floribus rubro-violaceis, raro albis: siliquis glabris.*

2. MATRONALIS. H. *Caule villosiusculo subramoso foliis ovato-lanceolatis acuminatis sinuato-dentatis siliquis erectis teretibus strangulato-torulosis glabris.*

H. inodora. L. sp. 927. Jacq. a. t. 342. Engl. bot. t. 731. Flor. dan. t. 924. Reich. l. c. fig. 4378. H. hetero phylla. Tenor. prodr. 39. H. sylvestris Crantz. a. 32. H. sibirica. L. sp. 927. H. obtusa. Moench. meth. sup. 86. Ic. Moris. s. 3. t. 10. f. 1. Weinm. phyt. t. 372. f. a. b. c. Dalech. lugd. 804. f. 1. 2. Dodon. pempt. 161. f. 1. Lob. ic. 323. f. 2. Ejusd. obs. 175. f. 1. Bah. hist. 2. 879. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 280. f. 3. 4. Gars. fig. pl. t. 623. Fuchs hist. 437. 439. Tabern. Kraut. pl. t. 692. f. 1. 2. Lonic. bot. fol. 180. f. 1. Lam. ill. 4. 564. f. 1. Sab. hor. rom. 4. t. 27. Hall. in Rup. fl. jen. t. 1. Clus. hist. 3. 29. Reich. l. c. fig. 4377. Linnaea. 10. t. 5. Baxter. brit. bot. t. 425. Rousseau bot. t. 9.

Herba biennis, quae perennis fit gemmis in radice lateralibus, quibus caules novi progerminant, usque bicubitalis. flores rubro-violacei, vel albi. Varr. floribus candidis plenis elegantissimae pulcherrimae suaveolentes praesertim noctu fragrantissimae ubique coluntur in hortis. Fl. junio. spontanea vivit in collibus apricis, lapidosis.

## 506. SISYMBRIUM.

a. *Foliis indivisis: radice perenni: floribus aureis.*

1. STRICTISSIMUM. S. *Caule elato foliisque numerosis oblongo-lanceolatis denticulatis pubescentibus pilis simplicibus racemis ebracteatis siliquis strictis glaberrimis demum deflexis sepalis tandem horizontaliter patentibus.*

Ic. Moris. s. 3. t. 7. f. 1. Camer. epit. 542. Jacq. a. t. 194. Reich. l. c. fig. 4414. Caulis usque quadripedalis erectus apice paniculato-ramosus. folia supra obscure virentia. Antherae rubidae. Stigma bilobum. siliquae aliquando hirsutae. Fl. aest. In valle *Aug. praetoriae*: in *Sabaudia* circa *Moutiers*: locis lapidosis asperis incultis agri *nic.*

aa. *Foliis pinnatifidis. vel runcinatis.*

b. *Siliquis axillaribus: radice annua: floribus flavis.*

2. POLYCERATON. S. *Caule diffuso foliisque glabris inferioribus lyrato-runcinatis superioribus repando-dentatis hastatis siliquis subaggregatis brevissime pedicellatis arcuatis scabris.*

S. coruscculatum Lam. fr. 2. 520. Ic. Dalech. lag. 1114. f. 2. Ejusd. 653. f. 2. Camer. epit. 544. Lobel ic. 206. f. 2. Ejusd. observ. 105. Moris. s. 3. t. 5. f. 2. Bah. hist. 2. 864. Chabr. sciagr. 278. f. 2. Jacq. hor. vindob. t. 79. Sab. hor. rom. 4. t. 58. Reich. l. c. f. 4403. Matth. com. 403. Caules caespitosi non raro erecti humiles, aliquando tamen usque pedales. flores parvi pallide sulphurei, petalis vix calycem superantibus. siliquae teretes torulosae crassiusculae apice subulatae valvis ab apice dehiscentibus. Semina laevia parva ovata straminea. herba foetida. Fl. vere. In *Liguriae orientalis* ruderatis: circa *Rapallum*: circa *Clavarum* etc.

bb. *Siliquis racemosis.*

c. *Foliis pubescentibus: radice annua, floribus flavis.*

d. *Foliis runcinatis. siliquis appressis.*

3. OFFICINALE. Scop. carn. 2. 26. S. *Caule erecto ramoso foliis runcinatis pubescentibus siliquis cauli appressis subvillosis subulatis, racemis fructiferis elongatis.*

Erysimum L. sp. 922. Gars. fig. pl. t. 263. Ludw. ect. t. 187. Bull. herb. t. 259. Curt. lond. 5. t. 50. Woodw. mat. med. bot. t. 244. Svens. bot. t. 158. Engl. bot. t. 723. Schk. hand. t. 183. Drev. et Hayn. choix. pl. Eur. 2. t. 29. Fl. dan. t. 560. Ic. Lob. ic. 206. f. 1. Ejusd. advers. 69. Dodon. pempt. 714. Petiv. h. br. t. 46. f. 3. Zannich. ist. t. 287. Moris. s. 3. t. 5. f. 1. Bab. hist. 2. 863. Chabr. sciagr. 278. f. 1. Weinm. phyt. t. 487. f. a. Fuchs. hist. 592. Tabern. ic. 448. Ger. his. 2510. Brunsf. herb. 1. 120. Trag. hist. 102. Lonic. bot. 165. f. 1. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 90. Reich. l. c. f. 4401. Sturm. deut. flor. 2. 5. Linnaea. t. 9. Schubert. naturges. t. 34. f. 10. Caulis pedalis et ultra valde ramosus. folia suprema tripartita hastata flores exigui. siliquae virentes. Fl. vere et aest. Vulgare ad vias et rudera circa domos. et casas etc. Herba veteribus magni facta atque immerito nostra aetate neglecta. Acris est et salsa utilissima in catharro diuturno et superstite infarctu pulmonum ac bronchiorum qui catharrum et peripneamoniam excepit. Expectorationem enim vehementer ciet. praesertim si cum Scilla et Gummi Ammoniaco jungatur. Etiam in asthmate syrupus vel infusum Erysimi cum Scilla, et Gummi Ammoniaco additis lenibus antimonialibus optimum remedium est. Atque haec et in incipiente hydrope pectoris. In diathesi verminosa optime Erysimum adhibetur. Mucum enim et pituitam abigit et partes secernentes ita mutat ut copia muci minuatur et normalis secretio fiat. Quo et vermium generatio impeditur. pellit etiam menses, et urinam: unde eximie prodest hydropicis praesertim Scillae junctum. Cave tamen ne illud adhibeas si febris ad est fervida. Recens contusum et cuti

impositum illam adurit. Tumores etiam discutere veteres medici scripserunt. Quod et de Scirrho mammarum medici Berolinenses statuerunt. (Acta berol. dec. 3. vol. 1. 59.) Quae forte vera sunt cum tumor scrophulosus est, neutiquam vere scirrhosus: nullam enim tunc medelam admittit.

dd. *Foliis lyrato-pinnatifidis.*

e. *Siliquis erectis strictis.*

4. OBTUSANGULUM. W. sp. 3. 504. S. *Caule inferne retrorsum hispido foliis lyratis pubescentibus lobis obtusis dentatis superiorum angustis acutius dentatis siliquis patulis subtorulosis glabris.*

S. Jacobaeefolium Berg. ap. Candol. Synapis nasturtiifolia. Lam. enc. 4. 346. Sis. hispanicum Ejus. fr. 3. 645. Erysimum obtusangulum. Clairv. her. val. 219. Ic. Moris. s. 3. t. 5. f. 10. Bah. hist. 2. 862. f. 3. Chabr. sciagr. 276. f. 6. Caulis teres ramosus erectus pedalis et ultra. semina oblonga rubro-ferruginea. Fl. vere et aest. In arenosis cultis et ruderatis etiam Pedemontii vivere scribit Candol. syst. 2. 465. Ego numquam vidi.

ee. *Siliquis patulis subtorulosis.*

5. COLUMNAE. Jacq. a. 4. 12. t. 323. S. *Caule incano-villoso foliis lyrato-pinnatifidis vel runcinatis pubescentibus laciniis superiorum linearibus siliquis patentibus strictis longissimis glabris vel pubescentibus.*

S. villosum. Moench. meth. 251. Ic. Columna. ecphr. 1. 268. Moris. s. 3. t. 3. f. 4. Buxb. cent. 5. t. 51. Caulis palmaris usque tamen bipedalis et ultra. semina scabrida oblonga parva straminea. petala calyce duplo longiora. Fl. vere exeunte. In pratis *Burgimaneri*, et *Maggiate*: in olivetis supra *Varigotti* in *Liguria occidua*.

ddd. *Foliis profunde pinnatifidis siliquis filiformibus.*

6. ALTISSIMUM. S. *Caule elato erecto inferne retrorsum hirsuto foliis profundissime pinnatifidis inferiorum laciniis lanceolatis subdentatis superiorum linearibus elongatis subintegerrimis flavidis antheris longissimis siliquis filiformibus demum glabris elongatis.*

Ic. Walth. hor. 135. t. 22. Caulis usque quadripedalis. sepala patentia demum flavo-virentia angusta margine albo-scariosa. petala calyce duplo longiora. stigma crassum bilobum. Semina parva omni loculo plura uniserialia fusca. Flor. majo. Circa *Genuam* in herbidis *all'Acquasola*.

cc. *Foliis glabris.*

d. *Suffrutex: floribus albis.*

7. PINNATIFIDUM. Cand. fr. 4. 667. S. *Caulibus caespitosis ascendentibus inferne pubescentibus foliis primordialibus obovatis subdentatis lyratisve glabris superioribus angustioribus siliquis patulis stigmate sessili obtuso terminatis.*

S. bursifolium Gouan. ill. 42. Will. delph. 3. t. 39. S. dentatum. All. ped. 1. 275. t. 57. f. 3. Arabis pinnatifida Lam. enc. 1. 221. Ill. t. 563. f. 3. A. dentata. Clair. her. vales. 223. Braja pinnatifida. Koch. syn. 54. Ic. Mont. in Zanon. hist. t. 75. Zanon. ist. t. 54. Reich. lib. c. l. 4404. Caules flexuosi humiles raro pedales. folia ima petiolata. foliola ima subrotunda vel ovata. Fl. aest. In summis alpium jugis: montis *Cenisii*: in pratis di *St. Remis magni S. Bernardi*: inter *Ceresole*, et *Baucaral* etc.

dd. *Radice bienni: floribus flavis.*

e. *Siliquis scabris erecto-contortis.*

8. ACUTANGULUM. Cand. fr. 4. 670. S. *Caule subramoso foliis runcinato-pinnatifidis glabris laciniis sinubusque acutis pedicellis filiformibus calyce patentissimo siliquis scabris erecto-contortis vel deflexis.*

S. austriacum. J. a. 3. 35. t. 362. Reich. l. c. fig. 4410. S. erysimifolium. Pourr. act. tolos. 3. 329. S. Tillieri: Bellard. ap. W. sp. 3. 497. S. eckartsbergense. W. sp. 3. 502. S. compressum. Moench. sup. 83. S. multisiliquosum. Hoffm. germ. 4. 50. Reich. l. c. f. 4411. S. sinapioides R. Br. hor. kew. 4. 112. S. pyrenaicum. Vill. delph. 3. 341. t. 38. Erysimum pyrenaicum. Ejusd. prosp. 39. t. 21. f. 2. Sinapis pyrenaica. Lin. sp. 934. Jacq. hor. vind. 3. t. 97. All. ped. t. 55. f. 1. S. maritima. All. ped. 1. 264. — Ic. Reich. l. c. fig. 4412. Mutel. fr. t. 3. Caulis angulatus usque bipedalis superne ramosus. siliquae imbricatae. Fl. vere et aest. In alpibus di *Viù*: *Valdensium*: in monte *Cenisio* etc. circa casas: in agro *nic.* etc.

ee. *Siliquis glabris declinatis.*

9. TARAXACIFOLIUM. Cand. fr. 4. 670. S. *Caule inferne piloso foliis runcinato-pinnatifidis glabris laciniis acutissimis subdentatis calyce erectiusculo siliquis glabris declinatis.*

Ic. Cand. ic. rar. plant. 11. t. 37. Caulis simplex pedalis et ultra. flores exigui. Fl. vere exeunte. In *Sabaudia.*

ddd. *Radice annua: floribus pallide flavis.*

e. *Foliis pinnatifido-sinuatis; siliquis asperis.*

10. ASPERUM. S. *Caule ramoso humili foliisque pinnatifido-sinuatis glabris laciniis obtusis subdentatis pedicellis rigidis siliquis asperis stylo brevi terminatis floribus ochroleucis.*

Ic. Bah. hist. 2. 858. Chabr. sciagr. 275. f. 2. Caules caespitosi subdiffusi palmares vel semipedales nudiusculi. Fl. vere et aest. In *Sabaudia*: in agro di *Vidonne* prope *Chambery.*

ee. *Foliis runcinatis: siliquis laevibus.*

11. IRIO. S. *Caule erecto foliisque runcinatis glabris laciniis lanceolatis dentato-cristatis siliquis erectis gracilibus laevibus.*

Ic. Petiv. h. br. t. 46. f. 4. Columnn. ecphr. 2. 265. Moris. s. 3. t. 3. f. 3. Curt. lond. 5. t. 48. Ed. Grav. 3. t. 101. Tabern. ic. 840. Jacq. a. t. 322. Engl. bot. t. 1631. Zannich. ist. t. 32. fig. media. Monti in Zanon. hist. t. 75. f. 1. Reich. l. c. fig. 4408. Baxter brit. bot. t. 146. Caulis humilis vix semipedalis. flores parvi. petala vix calycem excedunt, ochroleuca. Semina ovata laevia straminea parva numerosissima. Herba glabra acris. Fl. vere. Amat loca lapidosa in convallibus montium: in valle *Exiliarum*: secus muros, et in ruderatis in *Monteferrato*, agro *derthon. segus. ligustico* etc.

aaa. *Foliis pinnatis; radice perenni: floribus aureis.*

12. TANACETIFOLIUM. S. *Caule angulato erecto simplici foliisque pinnatis petiolatis subpubescentibus foliolis lanceolatis inciso-serratis extimis confluentibus racemis corymbosis corymbo composito fastigiato siliquis pedicello brevioribus subclavatis glabris erectis lanceolato-linearibus.*

Erysimum. Clairv. h. val. 219. Hugueninia tanacetifolia Reich. exc. 3. 691. et. ic. fig. 4415. Ic. Zanon. ist. 86. t. 33. Monti in Zanon. hist. t. 72. Moris. s. 3. t. 6. f. 19. Caulis spithameus usque semipedalis. semina pauca 3. 4. glabra oblonga ferruginea. folia facie referunt folia Tanaceti vulgaris. Fl. aest. Amat loca lapidosa summorum jugorum alpium. in monte *Cenisio*: al *col delle finestre*: in monte *Vallasco* alpium *Valderiarum*: in alpibus *Valdensium* et *Sabaudiae* etc.

aaaa. *Foliis decompositis: radice annua: floribus ochroleucis.*

13. SOPHIA. S. *Caule erecto foliis bipinnatis glauco-pubescentibus laciniis linearibus terminali longiore petalis calyce brevioribus siliquis pedicellatis erectis glabris.*

S. tenuifolium. Salisb. prodr. 276. S. parviflorum. Lam. fr. 2. 519. Ic. Bah. hist. 2. 886. f. 2. Chabr. sciagr. 282. f. 5. Weinm. phyt. t. 941. f. a. Moris. s. 3. t. 4. f. 6. Tabernam. ic. 20 Gars. fig. pl. t. 533. Dodon. pempt. 133. f. 2. Fuchs hist. 2. Lob. ic. 738. Blackw. herb. t. 440. Mart. fl. rust. t. 37. Engl. bot. t. 963. Svens. bot. t. 203. Ludw. ect. t. 73. Fl. dan. t. 528. Bull. herb. t. 271. Plenck. ic. med. t. 526. Zannich. ist. t. 305. Reich. l. c. fig. 4405. Hayne 3. t. 33. Dietr. flor. bor. t. 429. Schubert. naturges. t. 34. f. 9. Caulis humilis raro semipedalis semina numerosa straminea oblonga parva. Fl. vere et aest. Vulgare locis aridis et arenosis, in ruderatis muris, viis etc.

## 507. ERYSIMUM.

a. *Genuina. Calyce erecto deciduo siliquis exacte tetragonis: floribus flavis.*

b. *Radice annua.*

c. *Foliis radicalibus lanceolatis.*

1. CHEIRANTHOIDES. E. *Caule ramoso angulato stricto pube bipartita foliisque lanceolatis subdentatis pube tripartita scabris siliquis abbreviatis erecto-patulis stigmate parvo subsessili coronatis.*

E. cheirantifolium. Gilber. E. parviflorum Pers. en 2. 199. Cheiranthus erysimoides Huds. angl. 287. Ch. turritoides. Lam. enc. 2. 716. Ic. Dalech. lugd. 1137. f. 3. 647. f. 2. mala. Tabernam. ic. 840. 866. Bah. hist. 2. 894. Petiv. h. br. t. 45. f. 2. Weinm.

phyt. t. 483. f. 3. Lob. ic. 225. f. 1. Ejusd. obs. 112. f. 1. Jacq. a. t. 23. Gaertn. fruct. t. 143. Schk. hand. t. 183. Engl. bot. t. 942. Fl. dan. t. 731. et 924. Reich. l. c. f. 4383. Baxter brit. bot. t. 62. Spach. suites. t. 54. Caulis usque bipedalis. pedicelli elongati. flores odorati. Semina glabra oblonga ferruginea. Fl. aest. In agro *nic.*

cc. *Foliis radicalibus runcinatis.*

2. REPANDUM. E. *Caule erecto angulato ramoso foliis radicalibus runcinatis caulinis lineari-lanceolatis canaliculatis sinuato-dentatis pube appressa bipartita scabris, petalis spathulato-linearibus siliquis patentissimis subsessilibus elongatis obtusis torulosis.*

E. ramosissimum. Crantz. a. 29. E. tenellum. Cand. syst. 2. 500. huc certo pertinet. Cheiranthus ramosissimus Lam. enc. 2. 717. Ic. Jacq. a. t. 22. Reich. l. c. fig. 4384. Caulis usque pedalis folia radicalia petiolata. siliquae tetragono-compressae. Semina laevia ferruginea ovata parva. Fl. aest. In agris vallis di *Fenestrelle.*

bb. *Radice bienni.*

3. HIERACIFOLIUM. E. *Caule angulato ramoso stricto foliis lanceolatis patulis remote dentatis pube tripartita scabriusculis viridibus unguibus petalorum calycem aequantibus siliquis erectis elongatis stigmate subsessili bilobo coronatis.*

E. strictum. Gaertn. fl. weter. 2. 451. E. odoratum W. sp. 3. 512. etiam. Ehrh. beitr. 7. 157. var. *lamina petalorum subrotunda stigmate bilobo foliis inciso-dentatis.* E. cheiriflorum. Wallr. sched. erit. 367. E. lanceolatum. B. Reich. ic. fig. 1393. 6. Ic. Jacq. a. t. 73. Caulis usque bipedalis et ultra. flores majusculi succulentes. Fl. aest. Amat loca montana aprica. In valle *Sturae* circa *Bovrè* in montibus *Vinadiens.* in *Sabaudia* inter *Termignon* et *Lanslebourg* etc.

4. LANCEOLATUM. R. Br. hor. kew. 4. 116. E. *Caulibus angulatis sulcatis simplicibus ascendentibus caespitosis foliis sublanceolatis sinuato-dentatis pube tripartita scabriusculis petalorum lamina ampla obovata siliquis elongatis erecto-patulis stylo stigmateque crasso bilobo coronatis.*

E. cheiranthus. Pers. ench. 2. 199. Reich. ic. f. 274. 275. 266. 267. et 4395. E. helveticum. Cand. fr. 4. 658. Cheiranthus helveticus Jacq. hor. vind. t. 9. Er. linearifolium. Moench. sup. 85. E. canescens. Roth. catal. 1. 76. E. diffusum. Ehrh. beitr. 7. 157. E. sylvestre. Scop. carn. n. 830. Ch. alpinus Jacq. a. 1. 48. t. 75. Ch. Bocconi All. ped. 1. 272. t. 58. f. 2. Ch. erysimoides Jacq. a. 1. 48. t. 74. Ic. Zanon. ist. t. 45. Monti in Zan. hist. t. 86. 87. Boccon. mus. t. 111. Bonan. panph. t. 56. et. 78. Clus. hist. 1. 299. f. 1. Botan. regist. t. 388. Bot. mag. t. 2423. Herba valde ludibunda. Caules humiles non raro tamen usque pedales et ultra. flores suaveolentes majusculi. Antherae virides. semina ferruginea compressa glabra oblonga. Fl. vere et aest. Habitat rupes alpium: in agro *nic.*: circa *Angustan praetoriam*: *Segusium* etc. etc.

bbb. *Suffrutex.*

5. PUMILUM. Gaud. helv. 4. 365. E. *Caulibus caespitosis ascendentibus simplicibus angulatis scabris pilis simplicibus foliis inferioribus spathulato-lanceolatis obtusis integris sinuatisve superioribus linearibus acutis integerrimis pedicellis brevissimis siliquis elongatis crassiusculis.*

Cheir. alpinus. All. ped. 1. 271. exclus. syn. et ic. Ic. All. specim. t. 9. f. 2. 3. Reich. l. c. f. 4392. Lodd. bot. cab. t. 899. Caules humiles, raro semipedales. flores majusculi. Fl. aest. Frequens in alpibus *pedem.* et *ligusticis* locis lapidosis apricis, et rupium fissuris.

aa. *Desciscentia glabra: floribus albis: radice annua.*

b. *Foliis petiolatis.*

6. ALLIARIA. E. *Caule erecto foliisque petiolatis cordatis dentatis glabris siliquis erectis tetraedris subprismaticis pedicello demum incrassato multo longioribus.*

Hesperis. Lam. fr. 2. 503. Sisymbrium Scop. carn. 2. 26. E. alliaceum. Salisb. prodr. 270. Alliaria officinalis Andrzes. ap. Cand. syst. 2. 489. Reich. l. c. f. 4379. Ic. Matth. com. 563. f. 2. Dodon. pempt. 686. Camer. epit. 589. Tabern. kraut. 1144. Bah. hist. 2. 889. Chabr. sciagr. 281. f. 4. Moris. s. 3. t. 10. f. 6. Weinm. phyt. t. 57.

f. 6. c. Ludw. ect. t. 77. Bull. herb. t. 338. Schk. hand. t. 183. Svens. bot. t. 208. Fl. dan. t. 935. Engl. bot. t. 796. Drev. et Hayn. choix de pl. etc. 3. t. 58. Fuchs hist. 104. Curt. lond. 2. t. 48. ed. Grav. 3. t. 100. Woodw. mat. med. sup. t. 244. Plenck. ic. med. t. 521. Fl. med. t. 17. Schranck. flor. mon. t. 128. Schubert naturges. t. 54. f. 7. Caulis simpliciusculus usque quadripedalis fistulosus. folia pulchre virentia radicalia reniformia. siliquae longissimae subulatae. semina oblonga striata ferruginea. Fl. vere. Herba vulgaris in ruderatis et sepibus. Digitis contrita Allium redolet.

bb. *Foliis amplexicaulibus.*

7. PERFOLIATUM. Crant. a. 27. E. *Glaberrimum glaucum foliis sessilibus radicalibus obovatis caulinis cordatis obtusis amplexicaulibus integerrimis siliquis tetragonis venosis patentibus elongatis.*

E. campestre. Scop. carn. 2. 27. E. orientale. R. Br. hor. kew. 4. 11. Brassica orientalis. L. sp. 931. Jacq. a. t. 282. Engl. bot. t. 1804. Schk. hand. t. 186. Br. turrita Weig. obs. 32. Br. campestris. Matt. sil. h. 500. Br. perfoliata Lam. enc. 1. 748. var. a. Br. alba. Gilb. lith. Coringia austriaca. Reich. excurs. 3. 686. et ic. f. 4381. C. orientalis Andrz. apud. Cand. syst. Reich. l. c. f. 4382. Gowinkia orientalis Presl. cech. 41. Erys. austriacum. Baugm. fl. trans. 2. 263. Brassica lutea Gilb. lith. Br. perfoliata b. Lam. l. c. Br. orientalis b. Pers. ench. 2. 206. Br. austriaca. Jacq. a. t. 283. Ic. Dodon. pempt. 626. f. 2. Bah. hist. 2. 855. f. 2. 3. Chabr. sciagr. 272. f. 2. Petiv. her. br. t. 45. f. a. Moris. s. 3. t. 2. f. 19. Lcb. ic. 396. f. 2. Ejusd. observ. 215. f. 3. Clus. hist. 1. 127. Dalech. lugd. 525. f. 1. Weinm. phyt. t. 267. f. a. Caulis erectus simplex usque bipedalis. flor. albido-luteoli. Semina ferruginea hinc concava inde convexa scabra elliptico-oblonga Fl. aest. In agro *nic.*

## 508. BRASSICA.

a. *Siliqua stylo tereti immutato terminata.*

b. *Foliis superioribus amplexicaulibus; radice annua: floribus flavis.*

c. *Tota glaberrima glauca.*

1. OLERACEA. Br. *Glaberrima glauco-pruinosa foliis subcarnosis radicalibus lyratis vel indivisis caulinis superioribus cordato-oblongo-lanceolatis denticulatis.*

Herba vulgatissima ubique culta omnibus nota jam antiquissimis temporibus in usum domesticum adhibita quae in varr. innumeras abiit difficillime disciminandas. Planta sylvestris pingitur in Engl. bot. t. 637. Ic. Gaertn. fruct. t. 143. Lam. ill. t. 565. Flor. dan. t. 2056. Reich. germ. 2. t. 97. Engelm. anthol t. 4. var. *costata* hort. tr. 5. 1. *costata nepenthiformis*. Cand. Hoeven. tijd. Schr. 5. 4. Dicitur sponte nasci in agro *nic.* in rupibus mari proximis inter *Monaco* et *Villafranca*. Fl. vere.

cc. *Caule foliisque inferne hispidis.*

d. *Foliis radicalibus subcarnosis glaucis.*

2. CAMPESTRIS. Br. *Foliis radicalibus lyratis subcarnosis glaucescentibus cauleque inferne hispidis caulinis superioribus oblongis inciso-dentatis ramisque glaucis glabris.*

Br. napobrassica est var. *radice carnosa esculenta.* Ic. Dalech. lugd. 523. f. 1. Dodon. pempt. 623. fig. 1. Moris. s. 3. t. 2. f. 17. Fl. dan. t. 550. Engl. bot. t. 2224. Sponte nasci dicitur in *Sabaudia*. sed ubique culta praesertim in agro *novar. vercellens. bugel. Laumellina* etc. ut species oleifera. Vulgo *Ravizzone*. Fl. vere. Seritur aest et autumno.

dd. *Foliis radicalibus viridibus setoso-scabris.*

3. RAPA. Br. *Foliis radicalibus sublyratis viridibus setoso-scabris caulinis summis cordato-lanceolatis subintegerrimis glabris calyce patente.*

Sinapis. Broter. lus. 1. 586. *S.* tuberosa Poir. enc. 4. 346. Brassica. Salisb. prodr. 272. Herba vulgatissima ubique culta ob radicem crassam carnosam esculentam, quae variat miris modis colore et forma. Icc. varr. videbis apud scriptores veteres Fuchsium. Lobelium. Dalechampium. Dodonaeum Morisonum. Bahuinum. Chabraeum, et Weinmannum etc. Reich. germ. 2. 96. Engl. bot. t. 2176. Baxter brit. bot. t. 438. Guimp. et Schl. t. 283. 284.

Nees. Dusseld. Suppl. t. 70. 71. Schubert. naturgesis. t. 54. f. 11. Et haec ut planta oleifera colitur praesertim locis montanis, Delphinatu etc.

bb. *Foliis superioribus sessilibus, vel nullis: floribus flavis.*

c. *Radice perenni.*

d. *Foliis strigosis petalis venoso-reticulatis caulibus foliosis.*

4. Erucastrum. Br. *Caule erecto herbaceo foliisque pinnatifidis strigosis laciniis oblongis obtusis irregulariter dentatis calycibus patulis siliquis glabris stylo crassiusculo terminatis.*

Ic. Bull. herb. t. 351. Sisymbrium. Vill. delph. 3. 342. Erysimum Scop. carn. 2. 27. Eruca. Baugmar. trans. 2. 265. Ic. Gaud. helv. 4. t. 4. Caulis usque bipedalis ramosus pilosus pilis retrorsis. Fl. vere. In alveis amnium, et torrentium, et locis collinis calidis arenosis: ad fossas prope *Venariam*: in arenosis secus *Padum* fluvium, et *Sturam* amnem: in pascuis collium *Verbani* etc.

dd. *Foliis radicalibus carnosis: petalis unicoloribus: caulibus nudis.*

5. repanda. Br. *Foliis radicalibus carnosis spathulatis repando-dentatis glabris scapo corymbifero siliquis elongatis applanatis stylo terminatis.*

Sisymbrium repandum. W. sp. 3. 497. S. monense. Vill. delph. 3. 350. t. 35. Caules caespitosi humillimi. Fl. aest. In monte de *Chaucin* apud *Arves* in *Sabaudia*.

cc. *Suffruticulus.*

6. balearica. Pers. ench. 2. 206. Br. *Glabra glauca foliis inferioribus petiolatis sinuatis subpanduraeformibus subcarnosis caule basi suffruticoso siliquis rostro quintuplo longioribus.*

Ic. Delessert. ic. 2. 86 Reich. fl. germ. 2. 98. Mem. da Mus. 14. t. 10. Caulis ramosus ramis elongatis teretibus. Calyces flavidi. petala ochroleuca. Siliquae erectae basi angustatae rostro crassiusculo. Apud *Nicaeam* in rupe dicta *rubra*.

aa. *Siliqua stylo dilatato (rostro subancipiti) coronata.*

b. *Radice annua: floribus albis fusce reticulato-venosis.*

7. Eruca. Br. *Caule foliisque lyrato-pinnatifidis hirsutiusculis racemi pedicellis abbreviatis calyce deciduo petalis venosis siliquae glabrae rostro lato ancipiti.*

Br. hispida. Tenor. app. catal. h. neap. 59. Sinapis Eruca. Clairv. h. val. 220. Eruca sativa Lam. fr. 2. 496. E. foetida. Moench. meth. 256. E. grandiflora Cavan. praelect. 426.—var. *floribus flavis*, et *siliquis pilosis*. Ic. Gars. fig. pl. t. 259. Dodon. pempt. 708. f. 1. Lob. ic. t. 204. fig. 1. Ejusd. obs. 101. f. 2 Dalech. lugd. 649. Chabr. sciagr. 276. f. 1. Moris. s. 3. t. 5. f. 1. Bah. hist. 2. 859. Blackw. herb. t. 242. Bull. herb. t. 545. Schk. hand. t. 186. Sibt. fl. gr. t. 646. 647. Floret vere. Nascitur spontanea in incultis agri *nic.* ubique culta in hortis. Gratissima enim et salubris in acetariis. vulgo *Ricolone*.

bb. *Radice perenni: floribus flavis.*

c. *Petalis venosis.*

8. Cheiranthus. Will. delph. 3. 332. t. 36. fruct. Br. *Caule ramoso basi foliisque inferioribus hirtis foliis pinnatifidis subruncinatis laciniis distantibus linearibus subintegerrimis calycibus clausis petalis venosis rostro siliquae monospermo.*

Br. montana. Cand. f. 4. 651. Br. erysimoides Pour. Br. cheiranthiflora. Cand. syst. 2. 601. Br. Erucastrum Pollich. pal. 2. 249. Arabis sylvestris. Scop. carn. 2. 32. Sinapis Tournefortii. All. ped. n. 962. excl. syn. S. recurvata ejusd. l. c. t. 57. S. Cheiranthus. Koch. deut. fl. 4. 717. Sisymbrium monense Gilb. lith. Erysim. arvense. Thor. chl. land. 284. Raphanus cheirantiflorus. W. enum. sup. 46. Dietr. flor. bor. t. 450. Reich. flor. germ. 2. 91. Caulis pedalis et ultra ramosus. Fl. aest. In alpibus maritimis: prope il *col delle finestre:* ad thermas *Vinadii*, locis incultis: circa *Rochemelon* in agro *segus*.

cc. *Petalis unicoloribus.*

9. Richerii. Vill. delph. 3. 331. f. 36. Br. *Caule foliisque glabris glaucis inferioribus petiolatis ovalibus caulinis paucis lineari-lanceolatis integerrimis siliquae rostro compresso dispermo.*

Ic. All. ped. t. 58. f. 1. t. 76. f. 2. Reich. germ. 2. 98. Radix lignosa. Caules caespitosi herbacei quotannis pereuntes pedales erecti glabri superne nudiusculi teretes. Fl. aest. Amat loca

lapidosa alpina altissima: in parvo *Cenisio*: in jugis di *Fossimagna* et *Vania* in agro *segus*: in valle *Queiras* etc.

## 509. SINAPIS.

Herbae annuae floribus parvis luteis.

a. *Folia ramulorum pendula siliqua glabra stylo parvo brevi non rostriformi apiculata.*

1. NIGRA. S. *Glabriuscula foliis petiolatis inferioribus lyratis superioribus lanceolatis siliquis erectis axi adpressis subtetragonis stylo breviusculo coronatis.*

S. torulosa Pers. ench. 2. 207. Ic. Lob. ic. t. 202. f. 2. Ejusd. obs. 100. f. 1. Dodon. pempt. 706. f. 2. Bah. hist. 855. Chabr. sciagr. 274. f. 3. mala. Camer. epit. 532. Blackw. t. 446. Gars. fig. pl. t. 546. Weinm. phyt. t. 923. f. c. Mart. fl. rust. t. 51. Rozier. dict. b. t. 23. Engl. bot. t. 969. Woodw. mat. med. bot. t. 151. Flor. dan. t. 1582. Baxter br. bot. t. 556. Descourl. ant. t. 430. Svens. bot. t. 85. Hayne. 8. 40. Nees. Dusseld. t. 401. Guimpll. et Schl. t. 54. Wagner. t. 200. Dietr. flor. bor. t. 524. Reich. germ. 2. 88. Schubert. naturgesis. t. 34. f. 12. Caulis usque tripedalis ramosus. Semina nigra acerrima. Fl. aest. Amat colles apricos, et ruderata. Ubique culta in usum medicum et domesticum. Medici adhibent semina pulverata cum fermento panis ad vires pereuntes resuscitandas in maximis vitae periculis. Semina integra comesta non raro febrem intermittentem auferunt.

aa. *Siliqua rostro conico subancipiti aspermo terminata.*

b. *Glabra.*

2. ARVENSIS. S. *Caule foliisque inferioribus lyratis superioribus oblongis dentatis pilosis siliquis erectis angulatis torulosis.*

Ic. Dodon. pempt. 675. f. 1. Flor. dan. t. 653. Curt. lond. t. 32. Engl. bot. t. 1748. Schk. hand. t. 186. Lob. ic. 198. f. 2. Ejusd. obs. 99. f. 1. Hayne 2. 14. Dietr. flor. bor. t. 451. Reich. germ. 2. 86. S. arvensis. Muller. Flor. dan. t. 678. Caulis bipedalis et ultra Fl. vere et aest. Vulgaris in arvis.

bb. *Hispida.*

3. ORIENTALIS. S. *Caule siliquisque erectis retrorsum hispidis subtetragonis rostro tenui brevioribus foliis inferioribus lyratis superioribus oblongis incisis.*

S. hispida. Balb. misc. 33. Ic. Schk. hand. t. 186. Reich. germ. 2. 88. Caulis bipedalis et ultra. Cornu siliquae glabrum. Similis omnino. S. arvensi cujus var. mea sententia est. exemplaria enim leguntur quae subglabra sunt, et de arvensi siliquae etiam subhirsutae pilis retrorsis. Fl. aest. Circa *Breglio* loco dicto la *Mauriana* in alpibus maritimis.

aaa. *Siliqua rostro ovato monospermo laevi indehiscente glabra.*

4. INCANA. S. *Caule foliisque inferioribus lyratis villosis siliquis appressis oligospermis rostro ovato coronatis.*

Myagrum hispanicum. L. sp. 893. Condylocarpus pubescens Smith. prodr. fl. gr. 2. 53. Hirschfeldia appressa Moench. meth. 264. Ic. Jacq. hor. vind. t. 469. Brotero phyt. t. 172. Reich. germ. 2. 85. Caulis usque tripedalis Fl. vere et aest. Radix biennis? In rupibus mari proximis in litor. *nic.*

aaaa. *Siliqua hispida, rostro ensiformi.*

5. ALBA. S. *Caule foliisque lyrato-pinnatifidis glabriusculis siliquis torosis hispidis patulis oligospermis rostro ancipiti brevioribus.*

Ic. Camer epit. 335. Blackw. t. 29. Gars. fig. plan. t. 547. Lob. ic. 277. f. 2. Ejusd. obs. t. 100. f. 2. Lonic. bot. fol. 164. vers. f. 1. Bah. hist. 2. 858. Weinm. phyt. t. 923. f. 6. c. Petiv. h. br. t. 45. f. 10. Moris. s. 3. t. 5. f. 2. Chabr. sciagr. 274. f. 4. Dalech. lugd. 646. f. 2. Fuchs. hist. 558. Lam. ill. t. 566. Mart. fl. rust. t. 70. Curt. lond. 5. t. 46. Engl. bot. t. 1677. Gartn. fruct. t. 143. f. 11. Schk. hand. t. 186. Hayne 8. 39. Nees Dusseld. t. 400. Guimpel. et Schl. t. 55. Sturm. deut. flor. 2. 8. Dietr. flor. bor. t. 523. Reich. germ. 2. 85. Caulis usque tripedalis. semina majuscula alba acerrima: Quae si integra ingerantur praestant in asthenia ventriculi et viscerum sanguini parando dicatorum dummodo absit nimia teneritudo nervorum. Fl. majo. In locis pinguibus, et ruderatis praesertim in argo *nic.*

## 510. MORICANDIA.

ARVENSIS. Cand. syst. 2. 626. M. *Herba biennis pedalis et ultra caule basi duro suffruticoso erecto ramoso tereti albido foliis oblongis repandis glabris glaucis superioribus cordatis amplexicaulibus imis obovatis basi attenuatis pinguibus floribus majusculis purpureis speciosis siliquis subtetragonis stylo conico brevi crasso acuto terminatis.*

Turritis. R. Brow. hor. kew. 4. 108. Brassica Lin. mant. 95. Sibt. flor. gr. t. 644. Br. suffruticosa Dest. atl. 2. 94. Br. purpurea. Mill. dict. n. 6. Ic. Boccon sicul. t. 25. f. 3. 4. Weinm. phyt. t. 265. Reich. ic. crit. s. t. 403. Ejusd. flor. germ. 2. 90. Botan. magaz. t. 3007. Sweet fl. G. t. 278. Fl. aest. In agro *nic.* circa *Alassium*, et *Nicaeam*: et circa *Ventimiglia* ad muros. et vias.

## 511. DIPLOTAXIS.

a. *Radice annua.*

b. *Floribus flavis, scapigera.*

1. VIMINEA. Cand. syst. 2. 633. D. *Scapo nudo decumbente folia radicalia lyrata obtusissima laevia glauca aequante lobis foliorum repandis petalis angustis calycem subaequantibus siliquis subsessilibus patulis stylo brevi coronatis.*

Sisymbrium vimineum. L. sp. 919. S. pumilum. Lam. fr. 2. 516. S. vineale. Gat. fl. mont. 120. Ic. Moris. s. 3. t. 5. f. 8. Boccon. sicul. t. 10. Bah hist. 2. 862. f. 2. Bonan. panph. t. 45. Reich. ic. f. 4416. Sturm. deut. fl. 11. 68. Scapi caespitosi raro erecti ramosi. folia radicalia rosulata, aliquibus nonnumquam indivisis. Fl. hyeme et vere. Circa *Sospello.*

bb. *Floribus albis demum roseis: caulescens.*

2. ERUCOIDES. Cand. l. c. D. *Caule ramoso scabro foliis sublyrato-pinnatifidis laciniis oblongis dentatis siliquis patentibus stylo ensiformi coronatis.*

Sinapis. L. amoen. 4. 522. Jacq. hor. vind. t. 170. S. alba ab Ucria hor. panorm. 281. Sisymbrium erucoides. Desf. atl. 2. 83. Eruca. Reich. excurs. 3. 692. Ic. Barrel. ic. t. 132. Reich. ic. fig. 4422. Bonan. panph. t. 9. et t. 52. Sab. hor. rom. 4. t. 35. Caulis vix semipedalis. flores majusculi. Calyces rubidi. siliquae subcompressae. semina parva ovata. Fl. toto fere anno. In olivetis agri *nic.*

aa. *Radice perenni dura lignosa: floribus luteis.*

3. TENUIFOLIA. Cand. l. c. D. *Caule ramoso inferne folioso foliis glabris subbipinnatifidis pinnatifidisque laciniis distantibus sublinearibus integerrimis racemis elongatis nudis pedicellis patulis siliquis stylo brevi coronatis erectis.*

Sinapis. R. Br. hor. kew. 4. 128. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 90. Eruca. Moench. meth. 257. Erysimum tenuifolium. Clairv. h. val. 220. Diplotaxis muralis. Sturm. deut. fl. hef. 2. Sisymbrium tenuifolium. Lin. sp. 917. Engl. bot. t. 525. Bull. herb. t. 333. S. erucastrum. Gouan. ill. 42. t. 20. Brassica muralis Huds. angl. 290. Sisymbr. sylvestre Burm. pr. fl. cap. 17. S. acre. Lam. fr. 2. 520. Ic. Zannich. ist. t. 178. Chabr. sciagr. 276. f. 3. Bah. hist. 2. 861. Moris. s. 3. t. 3. f. 3. Dodon. pempt. 70?. f. 2. Dalech. lugd. 646. f. 3. Lob. ic. 203. f. 2. Ejusd. obs. 101. f. 1. Petiv. h. br. t. 46. f. 8. Blackw. herb. t. 266. Gars. fig. pl. t. 260. Regn. bot. t. 254. Sturm. deut. flor. 16. 68. — D. muralis Cand. l. c. 2. 634. Sisymbrium murale Lin. sp. 918. Engl. bot. t. 1090. Schk. hand. t. 187. Sinapis muralis R. Br. hor. kew. 4. 128. Eruca decumbens Moench. meth. 257. est var. — *Caulibus subnudis foliis indivisis serratis imis lyratis.* — Quae pingitur in Barrel. ic. t. 131. Bonan. panph. t. 46. et t. 89. Chabr. sciagr. 276. f. 2. — Caulis usque bipedalis. folia obscure virentia subcarnosa acria, contrita suaveolentia odore Brassicam Erucam aemulante sapore etiam gratissimo simili. Radix in muris crassa, dura, lignosa, caulibus omnino suffruticosis. semina ovata rufa. Siliquae saepe abortivae. flores aurei, majusculi. Fl. vere et aest. Vulgaris et culta in hortis, ruderalis, muris etc. Vulgatissima ubique in valle *Augustae Praetoriae.* Amat loca arenosa, lapidosa, praecipue solum calcarea foetum. folia gratissima et saluberrima in acetariis. vulgo *Ricola gentile.*

512. CORYDALIS.

Herbae perennes glabrae glaucae foliis compositis floribus racemosis racemis terminalibus aut oppositifoliis pedunculis unifloris basi bracteatis, siliquis compressis, lanceolatis seminibus reniformibus nitidis nigris laevibus, hinc rostellatis tumentibus.

a. *Radice tuberosa: caule simplici: foliis paucis alternis, cotyledone unica siliquis lanceolatis.*

b. *Radice cava.*

1. BULBOSA. Pers. ench. 2. 69. C. *Caule erecto diphyllo basi nudo foliis biternatis foliolis cunealis inciso-multifidis bracteis oblongis integerrimis pedunculo longioribus racemo fructifero erecto pedicellis capsula triplo brevioribus radice cava.*

C. cava. Scheigg. et Koect. fl. erlang. 2. 44. C. tuberosa Cand. fr. 4. 637. Fumaria bulbosa a. Lin. sp. 983. Gtlb. hist. pl. 2. 228. F. dan. t. 603. Plenck. Ic. med. t. 546. Fumaria major Roth. germ. 1. 300. Fumaria cava. Mill. dict. n. 7. Sturm. deut. fl. hef. 11. Schkran fl. mon. 1. t. 43. Schk. hand. t. 194. Curt. bot. mag. t. 252. et t. 2240. Capnoides cava. Moench meth. 52. Ic. Dodon. pempt. 327. f. 1. Durant. herb. 383. Dalech. lugd. 1293. f. 2. Lob. ic. 759. f. 1. Ejusd. obs. 439. f. 1. Swert. flor. 2. t. 7. f. 6. Lauremb. hor. 167. Debry. fl. nov. t. 100. Garid. aix t. 40. Bah. hist. 1. 204. f. 2. Chabr. sciagr. 378. f. 4. Weinm. phyt. t. 520. f. c. d. e. et t. 521. f. 6. Valerian. Cord. hist. lib. 2. cap. 4. Matth. com. 728. f. 2. Camer. epit. 591. f. 1. 2. Fuchs hist. 91. f. 1. Brunsf. simpl. 1. 47. Herb. im. viv. t. 2. Bessl. hor. eyst. vern. ord. 1. t. 2. f. 4. Dorst. bot. fol. 3. Moris. s. 3. t. 12. f. 6. Rivin tetrap. t. 73. Blackw. herb. t. 534. Schubert naturges. t. 30. f. 1. Herba glauca. tuber radicis nudique fibris onustus aliquando solidus fide Cand. fr. 4. 627. folia radicalia 2. 3. Caulis semipedalis inferne neutiquam squamatus. folia caulina 2. Racemus simplex erectus. flores majusculi horizontales purpurei, raro albi. Calcar unicum obtusissimum. Fl. vere. In sylvis, et sepibus, dumetis, et senticetis praesertim collium. Ego legi in collibus di *Cavaglià*.

bb. *Radice solida.*

c. *Caule simplici bracteis apice incisis.*

2. HALLERI. W. enum. 740. C. *Caule simplici basi squamigero foliis 3-4. biternatis foliolis bracteisque pedunculo longioribus cunealis inciso-digitatis racemo fructifero elongato erecto fructibus remotis pedunculis capsulam aequantibus radice solida.*

C. digitata Pers. ench. 2. 269. C. bulbosa. Cand. fr. 4. 637. Reich. germ. 3. 8. Hayne 3. 1. Nees dusseld supplem. 91. Sveet brit. bot. 1. 2. Fumaria bulbosa g. L. sp. 983. Fumaria bulbosa a. Lin. fl. sv. n. 585. Fumaria bulbosa b Lam. Enc. 2. 570. F. minor. Roth. germ. 1. 300. Capnoides solida. Moench. meth. 52. Fumaria solida Ehrh. beitr. 6. 146. Engl. bot. t. 1471. Curt. bot. magaz. t. 231. Svens. bot. t. 581. f. 2. Ic. Fl. dan. t. 1224. Fuchs hist. 91. f. 2. Lob. ic. t. 759. f. 2. Ejusd. obs. 439. f. 2. Swert. fl. 2. t. 7. f. 5. Dodon. pempt. 327. f. 2. Debry fl. nov. t. 100. Dalech. lugd. 1294. f. 2. Tabernam. Kr. 94. Park. par. 275. f. 2. Bah. hist. 3. 205. f. 2. Chabr. sciagr. 378. f. 5. Weinm. phyt. t. 521. f. a. Moris. s. 3. t. 12. f. 8. Hayne 3. 3. Nees dusseld. supplem. 91. var. *floribus virentibus*. Lob. ic. t. 760. f. 1. Swert, fl. 2. t. 7. f. 4. Bah. hist. 3. 205. f. 1. Chabr. sciagr. 578. f. 3. Moris. s. 3. t. 12. f. 7. Bulbus tunicatus rotundus basi fibrosus. folia radicalia utplurimum deficientia. Caulina 3-4. Caulis dodrantalis raro ramosus: flores purpurei raro albi, vel virentes parvi. Calcar plerumque rectum. stylus in anthesi basi refractus. Fl. vere. In monte *Cenisio*: ad radices montium vallis *di Vegezzo*.

cc. *Caule subbifido bracteis integris.*

3. FABACEA. Pers. l. c. C. *Caule subbifido foliis 3-4 biternatis foliolis trifidis obtusis petiolo inferiori aphyllo squamaeformi bracteis ovatis acutis integris pedunculo longioribus racemo fructifero conferto nutante pedicellis capsula triplo brevioribus radice solida.*

C. intermedia. Merat. par. 272. C. alpina Gay ap. Merat. fl. paris. 2. t. 2. 521. (Brux. 1841.) Fumaria Ehrh. beitr. 6. 146. Schk. hand. t. 194. F. bulbosa. b. Lin. sp. 983. F. fabacea.

Retz. prodr. 2. 839. F. solida. Svens. bot. t. 45. — var. *bracteis digitato-partitis*. quae est C. pumila Host. a. 2. 304 Reich. ic. 4461. Quod abunde probat esse var. C. Halleri nam character unicus cui innititur determinatio speciei est bractea integra et caulis subbifidus. Verum et in C. Halleri caulis aliquando subbifidus est. et in C. fabacea bracteae quandoque, praesertim si planta junior non est, incisae sunt. Ergo characteres solidi, et firmi quibus species nova constituatur nulli funt. Quod forte et ed C. Halleri dicendum: quae probabili coniectura cum C. bulbosa jungenda; in hac enim non raro, fide Candoll., radix solida est. Ad Linnaeum itaque forte redeundum. — Ic. Flor. dan. t. 1594. Hayne 5. 2. Reich. germ. 5. 7. Fl. vere. In *Sabaudia* ad pagum *Serboz*. Cand. syst. veg. 2. 119.

aa. *Radice fibrosa; caule ramoso: foliis caulinis plurimis alternis: cotyledonibus binis: siliquis linearibus.*

4. CAPNOIDES. Pers. l. c. C. *Caule diffuso angulato foliis bipinnatis foliolis obovatis integris trifidisque bracteis lineari-subulatis eroso-denticulatis pedunculo brevioribus fructibus linearibus compressibus.*

Fumaria. Lin. sp. 984. F. alba. Mill. dict. n. 3. — var. *floribus luteis* est Fum. lutea Lin. mant. 258. Mill. ic. t. 136. f. 1. Engl. bot. t. 588. Borkhausenia lutea. fl. wett. 3. 19. Fum. capnoides, Mill. dict. n. 4. All. ped. 1. 299. Corydalis lutea Pers. l. c. Capnoides lutea. Gaertn. fruct. 2. 163. t. 115. f. 5. Ic. Matth. com. 729. Sturm. deut. fl. hef. 62. Reich. ic. f. 4450. Rivin. tetrap. t. 74. Herba glauca glabra. Bracteae caducae. Racemi terminales et oppositifolii. Calcar breve obtusum. flores albi vel lutei. Semina nigra compressa nitida subtilissime granulato-rugolosa caruncula patente granulato-lobata denticulata. — Var. *Seminum caruncula adpressa subintegerrima* est C. ochroleuca Koch in Sturm. deut. fl. hef. 62. Pluk. phyt. t. 190. f. 2. Reich. ic. f. 4458. — Floret toto anno In montibus editioribus agri *nic*.

## 313. FUMARIA.

Herbae annuae tenerae ramosae foliis alternis decompositis floribus racemosis roseis apice atro-purpureis racemis terminalibus vel oppositifoliis.

a. *Caule erecto.*

b. *Foliolis lineari-lanceolatis apice dilatatis incisis.*

1. OFFICINALIS. F. *Caule erecto diffuse ramoso foliis decompositis glaucis foliolis lineari-lanceolatis apice dilatatis incisis racemo laxiusculo sepalis corolla triplo brevioribus pedicello latioribus siliculis subrotundis transverse latioribus antice truncatis subemarginatis.*

F. media Loisl. not. 101. Reich. ic. f. 4453. F. capreolata. Light. scot. 380. Wither. brit. t. 30. Curt. lond. 6. t. 47. Engl. t. 945. F. agraria. Lagas. cat. hor. Madrit. 1815. 21. est var. *petiolis subcarnosis foliis sublatioribus fructibus tuberculato-scabris*. Vaill. paris. t. 10. f. 4. Reich. ic. fig. 4455. F. densiflora. Cand. cat. hor. monsp. 113. est var. *foliis crassiusculis racemis confertis*. F. Vaillanti. Tenor. neap. 2. 119. F. scandens var. *petiolis subcyrrhosis* Reich. ic. f. 4454.

Bene Cand. syst. 2. 134. Suspicatur Fum. mediam. officinalem, parvifloram, Vaillantii, et densifloram probabili conjectura esse varr. unius speciei et soli diversitate ortas. Ic. Lob. ic. t. 757. f. 1. Ejusd. observ. 437. f. 3. Matth. com. 728. f. 1. Durant. herb. 194. Dalech. lugd. 1291. 1292. f. 1. 2. Trag. stirp. 110. Fuchs. hist. 338. Dodon. pempt. 59. Camer. epit. 890. Tabern. ic. 52. Park. th. 287. Brunsf. herb. 1. fol. 199. Dorst. bot. 152. Regnault. bot. Mill. ic. t. 136. f. 2. Ludw. ect. t. 88. Blackw. t. 237. Savi mat. med. t. 1. f. 2. Fl. med. 4. 175. Spreng. ent. gell. d. nat. t. 19. f. 6. 7. Woodw. med. bot. t. 88. Mart. fl. rust. t. 68. Curt. lond. 2. t. 52. ed Grav. 2. t. 94. Sturm. deut. fl. hef. 2. et 62. Kern. pl. oecon. 1. t. 60. Engl. bot. t. 589. Fl. dan. t. 940. Svens. bot. t. 42. Plenck. ic. med. t. 545. Bull. herb. t. 189. Albert. fl. med. t. 269. Reich. ic. fig. 4452. Zannich. ist. t. 247. Rivin. tetrap. ireg. t. 4. Lam. ill. t. 597. Dreves l. 16. Hayne 5. 4. Guimp. et Schl. 94. Nees dusseld. t. 408. Wa-

gner. t. 59. Dietr. flor. bor. t. 548. Baxter brit. bot. t. 278. Ann. scien. nat. III. 48. 16. Schubert. naturgesis. t. 36. f. 2. Folia bipinnata. Racemi oppositifolii solitarii laxi multiflori. Flores rosei apice sanguinei, petalorum carina virente. Calcar breve obtusum. Semen solitarium globosum. Fl. vere. et aest. Herba ubique vulgaris in agris pinguibus, hortis, ruderatis.

bb. *Foliolis linearibus canaliculatis.*

2. Parviflora. Lam. enc. 2. 567. F. *Caule erecto diffuso foliis supra decompositis laciniis linearibus canaliculatis racemis laxis sepalis corolla sexies brevioribus latitudine illam aequantibus siliculis ovato-subrotundis antice acutiusculis.*

F. diffusa. Moench. meth. 215. F. spicata ejusd. l. c. 51. F. Vaillantii Loisl. et Babing. man. 14. et in Engl. bot. t. 2877. Svens. bot. t. 574. Sturm. deut. fl. hef. 62. Reich. ic. cent. 1. t. 50. f. 103. et cent. 13. t. 1. f. 4452. Vaill. par. t. 10. f. 6. Fum. leucantha Viv. fl. cors. diagn. 12. F. tenuifolia. Sym. syn. 200. F. sicula. Pisan. cat. hor. panorm. 1816. Ic. Vaill. paris. t. 10. f. 5. Bessl. hor. eyst. ord. 1. t. 11. f. 3. Engl. bot. t. 590. Fl. pallidiores, aliquando albi. fructus tuberculatus. ceterum similis priori, cujus forte var. est. Characteres tamen et formam constanter servat. Fl. vere. et aest. In agris, et arvis agri *nic.* et *taur.*

BB. *Caule scandente.*

3. Capreolata. F. *Caule scandente ramoso petiolis subcirrhosis foliis ternato-compositis foliolis cuneato-trifidis racemis oblongis pedunculis fructiferis reflexis sepalis corollam dimidiam aequantibus fructibus subrotundis obtusissimis.*

Ic. Cand. ic. rar. plant. 1. t. 54. Savi mater. med. t. 1. f. 1. Wither. angl. t. 50. Curt. lond. 6. t. 47. Engl. bot. t. 943. Gaertn. fruct. t. 115. Lam. ill. t. 597. Reich. germ. 5. 4. Sturm. deut. fl. 14. 62. Caulis usque tripedalis. flores majusculi carnei apice atrosanguinei. Semen solitarium subrotundum. Fl. vere et aest. In arvis. rupibus maris locorum calidiorum: in *Liguria:* inter *la Prea*, et *Rastello:* et prope *Ormeam.*

Fumaria officinalis, parviflora, capreolata virtute omnino congruunt. Amarae sunt, et multo kali muriatico, et calcarea malica abundant. Praestantissimum remedium sistit extractum earum maxime si cum extracto Taraxaci jungatur in obstructionibus hepatis et lienis quae febres intermittentes diuturnas vel comitantur vel exceperunt, in aurigine, et hydrope qui inde profluxerunt: in hypochondriasi, morbo haemorrhoidario, podagra et calculis renum. Stases abdominales sanat, et bilem atram expurgat. Magnam etiam vim exserit in curandis diuturnis et gravissimis cutaneis efflorescentiis, scabie veteri, et rebelli, herpetibus etiam inflammatis et exedentibus, et quod mirabile est, sed testimonio veterum confirmatum, in lepra, et elephantiasi. Addendus in curandis his morbis usus carnium reptilium, lacertarum praesertim, et viperarum, sive siccatae et pulveratae sint, sive decoctae quae in his gravissimis morbis remedium sistunt incomparabile. Succus earum cum succo Taraxaci forma melior est. Post eam extractum: et in herpeti gravi cum carnibus lacertarum, aut viperarum siccatis et pulveratis. Corydales virtute sua accedunt ad Aristolochias.

## 514. ARISTOLOCHIA.

Herbae perennes erectae caulibus simplicibus foliis alternis simplicibus petiolatis cordatis pedunculis axillaribus unifloris.

a. *Pedunculis aggregatis: radice repente.*

1. Clematitis. A. *Foliis longe petiolatis cordato-ovatis sinu amplo obtusiusculis retusisve pedunculis aggregatis perigonii erecti labio oblongo.*

Ic. Mill. ill. t. 75. Woodw. sup. t. 238. Engl. bot. t. 398. Savi mat. med. t. 10. Clus. hist. 2. 71. t. 1. Lob. ic. 607. fig. 2. Ejusd. obs. 332. f. 2. Bull. herb. t. 59. Sturm. deuts. fl. hef. 6. Hook. in Curt. lond. 5. t. 58. Plenck. ic. med. t. 650. Fl. dan. t. 1255. Matth. com. 448. f. 2. Durant. herb. 44. Zannich. ist. t. 180. Sab. hor. 2. t. 81. Dodon. pempt. 326. f. 1. Ejusd. purg. 21. Fuchs. hist. t. 90. Camer epit. 421. Alber. flor. med. t. 58. Reich. ic.

fig. 1540. Dalech. lugd. 979. f. 3. Tabernam. ic. 760. f. 1. Trag. hist. 178. Lonic. hist. 154. f. 2. Bah. hist. 3. 560. f. 2. Blackw. t. 255. Moris. s. 12. t. 17. f. 5. Kniph. cent. 1. t. 8. Rocq. phyt. med. t. 23. Schk. handb. t. 276. Hayne 9. 24. Nees dusseld. t. 147. Mem. de l'inst. 1830. 5. Annal. des scienc. nat. 17. 14. Plee types 21. Dietr. flor. borus. t. 343. Reich. germ. 12. 669. Nees. gener. 4. 50. Schnizl. ic. 2. 114. Baxter brit. bot. 28. Schubert. naturges. t. 45. f. 12. Herba glabra laete virens, usque bipedalis. Caules caespitosi subflexuosi teretes striati simplices, folia integerrima venosa venis pedato-ramosis. Cor. sulphurea lineis virentibus medio constricta basi globosa. pedunculi 3-7 in quavis axilla. Fl. vere. frequens in agris, et arvis, et vineis. Herba agris infesta ob radicem longe lateque repentem difficillime abigendam. ferunt in vineis pessimum saporem uvis impertire.

aa. *Pedunculis solitariis unifloris.*

b. *Tubere radicis elongato subcylindrico.*

2. LONGA. A. *Radice perpendiculari crassa cylindrico-fusiformi caulibus debilibus subscandentibus foliis brevi petiolatis cordato-ovatis sinu aperto retusis perigonii recti brevissime pedunculati labio lanceolato acuto capsula pyriformi globosa.*

Ic. Camer. epit 420. Mill. ill. t. 51. f. 2. Clus. hist. 2. 70. f. 2. Ejus. hisp. 320. Dodon. pempt. 524. f. 1. Ejusd. purg. 14. Lob. ic. bob. fig. 1. Dalech. lugd. 979. f. 1. 2. Moris. s. 12. t. 17. f. 3. Blackw. t. 257. Sim. Paul. dan. t. 21. Lam. ill. t. 733. f. 1. Flor. med. t. 36. Bah. hist. 3. 560. f. 1. Chabr. sciagr. 512. f. 1. Plenck. ic. med. t. 649. Albert fl. med. t. 57. Reich. ic. fig. 1344. Hayne 9. 20. Woodw. med. 1. 60. Nees gener. 4. 50. Nees dusseld. t. 146. Caules caespitosi usque sesquipedales ramosi prostrati angulati foliosi flexuosi. folia integra vel repando denticulata glabra subtus reticulato-venosa. flores susphurei rubro striati, labio erecto acuto, vel retuso intus sanguineo. Capsula demum deflexa ab apice dehiscens. Ejus valvae sessiles. Fl. vere. In agro nic. Bertol. fl. ital. 9. 646. negat ibi nasci sed Italiam calidiorem habitare, praesertim in Apulia, Calabria, Sicilia.

bb. *Tubere radicis subgloboso.*

c. *Capsula subrotunda: foliis subsessilibus.*

3. ROTUNDA. A. *Foliis brevipetiolatis amplexicaulibus cordato-ovatis obtusis perigonii erecti labio oblongo obtuso vel retuso tubum aequante capsula subrotunda.*

Ic. Durant. herb. 43. Lob. ic. 606. f. 2. Ejusd. obs. 332. f. 1. Dodon. pempt. 524. f. 2. Camer epit. 419. Dalech. lugd. 978. f. 1. Clus. hist. 2. 70. Sab. hor. rom. 2. t. 80. Plenck. ic. med. t. 648. Savi mat. med. t. 22. Reich. ic. fig. 1342. Hayne 9. 22. Nees dusseld. t. 145. Caules caespitosi angulati prostrati vel ascendentes inferne ramosi usque bipedales. folia basi cordata sinu clauso. Flores perigonio vix longiores, ochroleuci rubrostriati labio sanguineo. Fl. vere et aest. vulgaris in agris, arvis, viaeis, praesertim argillosis.

cc. *Capsula pyriformi ovali: foliis longe petiolatis.*

4. PALLIDA. W. sp. 4. 162. A. *Foliis cordato-ovatis sinu aperto longiuscule petiolatis retusis glabris petiolis pedunculum aequantibus vel superantibus perigonii labio oblongo-lanceolato acutiuscula apice ipso obtuso tubo dimidio breviore capsula pyriformi ovali reflexa.*

Ic. Matth. com. 448. f. 1. Dalech. lugd. 977. f. 1. Boccon. sic. t. 3. f. F. G. Waldst. et Kitaib. hung. t. 240. Sibt. fl. gr. t. 936. Reich. ic. f. 1345. Hayne 9. 23. A. rotunda. All. ped. 2. 362. ut Balb. et Re. A. lutea. Desf. Annal. du mus. 10. 295. t. 19. Flores ochroleuci rubro-striati, labio basi sanguineo-maculato acumine inflexo. Capsula reflexa. Ceterum similis A. rotundae, cujus forte var. est. Characteres enim laeves sunt et probabili conjectura perpetuo non constant. Fl. vere In sylvis collium.

bbb. *Radice fibrosa.*

5. PISTOLOCHIA. A. *Caulibus infirmis prostratis foliis parvis cordato-ovatis sinu aperto longiuscule petiolatis crenulato-denticulatis subtus reticulato-venosis scabris perigoniis erectis extus hirtis, labio ovali oblongo acuto inflexo tubum subaequante.*

A. longa. All. ped. f. 481. Colla h. p. 5. 97. Ic. Clus. hist. 2. 72. f. 1. Camer. epit. 422. Bah. hist. 2. 561. Chabr. sciag. 512. f. 4. Reich. ic. f. 1541. Dodon. pempt. 325. Ejusd. purg. 19. Lob. ic. 607. f. 1. Dalech. lug. 980. f. 24. Moris. s. 12. t. 17. f. 12. Caules caespitosi usque pedales. flores luteoli rubro striati labio sanguineo. Capsula parva subglobosa. Fl. vere. In agro *nic.* locis mari proximis. Radices, et herba Aristolochiarum nostrarum virtute congruunt, odore gravi pollent, et sapore acri amaro peculiari. Veteres scriptores Hippocrates, Dioscorides, Galenus, Trallianus, etc. etiam Arabes Rhases, et Mesue cancrum nasi, et forte faciei impositas, et contusas sanare, ulcera mali moris purgare atque implere, cathamenia pellere, secundinas excutere, lochia revocare, et in fluoribus mulierum albis proficere. Resolvit obstructiones viscerum hepatis, et lienis, et prod est cum mucus exundat, et vermes molesti sunt. Asthmati succurrit, et hydropi, ut Scilla. Etiam in scorbuto opem attulisse scriptum est. Remedium specificum in podagra, et cum Colchicho forte unicum. Si vires non sunt incitatae et viscera infirma experientia omnino confirmatum esse videtur. Et ego magna beneficia in podagra praesertim atonica attulisse vidi. Non adhibui in connubio aliorum amarorum, Gentianae, Centaurii minoris, Chamedrii, et Chamepytios. Sed solam radicem et herbam pulveratam ad drachmam dimidiam omni mane in vino albo. Urina aucta fuit digestionis vires erectae, vermes ejecti sunt, vires refectae et dolores vel evanuerunt, vel mitiores facti. In sene etiam valde infirmo omnino siluerunt. Etiam contusa herba cum radicibus et pane cocto artubus dolentissimis imposita dolorem saevissimum lenierunt, et demum absque periculo dispulerunt. Verum utinam haec in omnibus evenirent! In infarctu uteri cum morbus non acutus est, neque inflammatio subest, si dosis augeatur usque dum diarrhoea excitetur eximie profuisse vidi. Herbae itaque nequaquam inertes et novis medicorum experimentis dignissimae. Suspicor utilissimas fore, ut multae ejusdem generis species in morsibus animalium venenatorum. Novissime in doloribus podagricis diuturnis etiam calidis mirum auxilium attulisse oleum lumbricorum, ut Matthiolus imperat (com. in Diosc. 288. sq.) multoties vidi.

### 515. SMILAX.

ASPERA. Sm. *Suffrutex scandens caulibus tenuibus angulatis flexuosis aculeatis foliis alternis hastato-cordatis lanceolatis laevibus laete virentibus albo-maculatis 7-9 nervis aculeato-dentatis coriaceis petiolis basi cirrhiferis floribus racemosis, racemis terminalibus baccis rotundis rubris.*

var. *baccis nigris.*

Ic. Clus. hist. 1. 122. f. 2. et var. *nigra* 115. Pluk. t. 110. f. 3. Duham. arb. ed. nov. 1. t. 53. edit. 1 a 2. 268. t. 71. Chabr. sciagr. 115. f. 4. Bah. hist. 2. 115. Camer. epit. 931. Dodon. pempt. 398. f. 2. Ejusd. purg. 217. Ejusd. herb. belg. 383. Lob. ic. 617. f. 2. Ejusd. obs. 339. f. 2. Tabernam. ic. 894. f. 2. et var. 895. f. 1. 2. Fuchs. hist. 218. Trag. hist. 814. Ruell. in Dioscorid. 553. f. 3. Lonicer. hist. 209. f. 1. Schk. hand. t. 328. Sibt. flor. gr. t. 959. Lam. ill. t. 817. Spach. suites t. 108. Nees gener 2. 65. Reich. germ. 10. 458. Schnizl. icon. 1. 56. Fl. vere. vulgaris in sepibus et dumetis agri *nic.*

### 516. TAMUS.

COMMUNIS. T. *Herba perennis glabra altissima scandens caulibus volubilibus ramosis teretiusculis annuis foliis alternis petiolatis cordatis acutis sinu aperto, integerrimis nervosis glaberrimis nitidis stipulis parvis acutis reflexis racemis axillaribus masculis longioribus floribus parvis virentibus baccis croceis seminibus ovatis fuscis laevibus radice carnosa extus nigra.*

Ic. Matth. 799. perperam cum cirrhis. planta mascula. Tabernam. ic. 892. f. 1. Camer. 988. Lob. ic. 625. f. 1. Ejusd. observ. 344. f. 1. Dalech. lugd. 1412. f. 1. Dodon. pempt. 401. Ejusd. purg. 234. Bah. hist. 2. 148. f. 1. Moris. s. 1. t. 1. f. 6. Blackw. herb. t. 457. Giseck. ic. t. 22. Sab.

hor. rom. 1. t. 39. Regnaul. bot. Lam. ill. t. 817. Mill. ill. t. 89. Engl. bot. t. 91. Baxter. brit. bot. t. 291. Descour. ant. t. 536. Schk. handb. t. 327. Reich. germ. 10. 459. Annal. des scienc. nat. II. 9. 15. Nees gener. 5. 10. Schnizl. iconogr. 1. 57. Fl. vere. Vulgaris ubique in sepibus, et dumetis.

### 517. ORYZA.

SATIVA. O. *Gramen annuum scabrum usque bipedale foliis linearibus elongatis paniculae contractae ramis sparsis flexuosis vaginis glabris ligula obtusa spiculis ellipticis.*

Var. *mutica*. Vulgo *riso bertone*. Var. *aristis nigris*. Vulgo *riso della Carolina* ecc. Varr. plurimae coluntur in India. Cf. Roem. et Schult. syst. 7. 1567. Ic. Matth. com. 514. Camer. epit. 192. Dalech. lugd. 407 f. 1. Bah. hist. 451. f. 1. Ejusd. theatr. 479. Chabr. sciagr. 174. f. 5. Moris. s. 8. t. 7. f. 1. Tournef. inst. rher. t. 296. Catesb. carol. 1. t. 14. Ger. hist. 79. Lob. ic 35. f. 2. Ejusd. obs. 23. f. 3. Dodon. pempt. 509. f. 1. Tabernam. ic. 277. f. 1. Mill. ill. t. 19. Beauvois agr. t. 7. f. 7. 8. Lam. ill. t. 264. Gaertn. fruct. t. 80. Plenck. ic. med. t. 278. Trattin. t. 622. Fl. med. t. 299. Rumph. herb. amboin. 5. t. 74. Mirb. ann. du Mus. 15. t. 3. f. 26. Rich. l. c. 17. t. 4. Host. gram. a. t. 325. Tidyman diss. 1. 2. Metzg cereal. 13. Nees dusseld. t. 56. Descor. ant. t. 547. Lin. am. ac. 7. 5. Lam. ill. t. 264. Ann. du Mus. 17. 10. Spach. suites. t. 127. Nees gener. 1. 2. Schubert naturgesis. t. 19. f. 2. Patria ejus India orientalis ubi colitur longe lateque locis paludosis, et inundatis. Apud nos late culta in agro *bugel. vercel. nov.* etc. Oryza jam Theophrasto nota (hist. 4. 5.) De cultura Oryzae apud Indos prima relatio Aristobuli apud Strabonem (Geogr. 15. 1014. Ed. Caus. Spreng. hist. rei. herb. 1 88. 89.) Dioscoridi (mat. med. lib. 2. cap. 117. tom. 1. 239.) notissima.

### 518. OXYRIA.

DIGYNA. Campd. mon. 155. t. 6. f. 3. O. *Herba facie Rumicis perennis glabra nitida acida vix epilhamea radice lignosa fusca caulibus caespitosis superne ramosis nudiusculis foliis pallide virentibus radicalibus numerosis longe petiolatis reniformibus integris aut subrepandis radiatim nervosis caulinis brevi petiolatis floribus racemosis racemis terminalibus ramosis aphyllis valvulis ovatis emarginatis integerrimis rubicundis granulo destitutis stigmatibus pennicilliformibus.*

O. reniformis. Hook. brit. ed. 2. 2. 167. Rafn med. 70. Baxter. brit. bot t. 311. Sturm. deut. flor. 19. 88. Nees gener. 4. 55. Rumex digynus Lin. sp. 480. Gaertn. fruct. t. 119. Plenck. ic. med. t. 288. Engl. bot. t. 910. Trattin. t. 522. Flor. dan. t. 14. Rheum digynum. Whalemb. lap. 101. t. 9. f. 2. Acetosa digyna. Mill. dict. n. 4. Lapathum digynum. Lam. fr. 3. 6. Ejusd. ill. t. 271. f. 6. Donia digyna. D. sapida. R. Br. in app. Ross. voy. Ic. Pluck. almag. t. 252. f. 2. Petiv. h. br. t. 3. f. 4. Blair. observ. t. 67. Moris. s. 5. t. 36. fig. penult. Ambr. hor. 94. Ejusd. phyt. 9. Mutel fl. fr. t. 58. Pedunculi aggregati subverticillati articulati basi bractea brevi scariosa fusca. Flores parvi nutantes aliquando omnes hermaphroditi plerumque superne masculi. Petala sepalis majora obovata obtusa integerrima margine membranaceo pallidiora vel rubentia obsolete palminervia. Stamina plerumque 4. antherae rubidae. Stigmata purpurea. Semen magnum suborbiculare compressum apice emarginato bifidum alis binis membranaceis rubidis. Fl. aest. In summarum alpium locis irriguis, frigidis, umbrosis, spongiosis, prope nives aeternas vulgaris.

### 519. BULBOCODIUM.

VERNUM. B. *Herba perennis glabra facie Colchici acaulis bulbosa bulbo ovato tunicato tunicis ferrugineis vagina radicali oblique secta tubulosa acutiuscula ora marginali arcuata obvallante foliis 2-3bus synanthiis lanceolato-linearibus obtusis striatis canaliculatis flore brevioribus ultra medium reflexis flore radicali subsolitario usque tripollicari laciniis lanceolatis obtusis violaceis, antheris luteis*

*stylis longissimis connatis stigmate trisecto capsula obtuse trigona acuta parva.*

Merendera Bulbo codium. Balb. misc. alt. 14. non Ram. Colchicum. Gawl. in bot. reg. 541. Flores pallide lilacini. Ic. Clus. exot. 2. 267. Bah. hist. 2. 652. f. 5. Retz. obs. 2. 17. t. 1. Lill. delph. 2. t. 2. Lam. ill. t. 250. Chabr. sciagr. 220. f. 5. inter. Rudb. elys. 2. 128. f. 2. Bot. magaz. t. 155. Redout. lil. t. 197. Trattin. t. 558. Reich. germ. 10. 428. Nees gener. 2. 53. Fl. primo vere. In agro *nic.*: in valle *Queiras*: in agro *segus.* circa il *bosco nero*: in monte *Cenisio* supra *la posta.*

### 520. COLCHICUM.

Herbae perennes bulbosae bulbo dimidiato hinc plano canaliculato scapo laterali et basi bulbi brevissimo folioso in anthesi subterraneo fructifero elongato foliis in vagina communi tubulosa inferne contentis floribus roseo-violaceis.

a. *Foliis hysteranthiis.*

1. AUTUMNALE. C. *Foliis lanceolatis hysteranthiis perigonii laciniis oblongis subavenijs antheris ob ongo-linearibus.*

C. neapolitanum. Tenor. neap. 5. 598. 1. t. 138. f. — var. *floribus vernalibus foliis synanthiis.* — var. *minus, foliis lanceolato-linearibus floribus minoribus laciniis lanceolato-linearibus recto-venosis* est. C. arenarium. W. et Kit. hung. 2. 195. t. 179. C. montanum. All. ped. 1. 117. t. 74. f. 2. C. parvulum. Tenor. l. c. t. 221. f. 2. C. alpinum. Cand. fr. 5. 195. Ic. Redout. lil. t. 228. et t. 468. Bull. herb. t. 18. Plenck. ic. med. t. 279. Alber. fl. med. 1. 290. *mala.* Engl. bot. t. 133. Fl. dan. t. 1042. Vietz. ic. t. 64. Mart. fl. rust. t. 60. Bois. fl. eur. t. 272. *Trattin.* t. 259. Woodw. med. bot. t. 177. Hayn. term. bot. 3. f. 15. Ejusd. getr. darst. 4. t. 45. Kerner. t. 318. Schk. hand. t. 101. Blackw. t. 566. Rudb. elys. 2. 125. f. 2. Trag. hist. 729. Dodon. pempt. 460. f. 2. Moris. s. 4. t. 5. f. 1. Brunsf. herb. 3. 115. Fuchs. hist. 356. 357. Tabernäm. ic. 620. f. 2. et 621. f. 1. Matth. com. 704. f. 1. Sturm. deut. fl. 3. Camer. epit. 845. Valer. Cord. hist. 165. Lob. ic. 145. f. 1. Ejusd. observ. 69. f. 5. Dalech. lugd. 1574. f. 1. Bah. hist. 2. 649. f. 1. Chabr. sciagr. 225. f. 4. Swert. fl. t. 56. f. 6. Knor. del. 1. t. 7. f. Ruell. in Dioscor. 529. Lonic. hist. 197. Gaertn. fruct. 18. Lam. ill. t. 267. Hedwig. samml. 1. 4. Roem. archiv. u. 2. 7. Kerner gener. 1. Diction. des scienc. nat. t. 45. Guimp. et Schl. t. 95. Brandt. und. Ratzel. 4. Nees dusseld. t. 49. Schrank flor. monac. t. 47. Dietr. flor. bor. t. 50. Reich. flor. germ. t. 426. Baxter. brit. bot. t. 17. Nees gener. 3. 54. Meyer. flor. hann. 4. Schubert. naturges. t. 19. f. 5. Flos carneo-violaceus unicolor aliquando tessellatus nudus e terra erumpit autumno. Vere prodeunt folia et cum his scapus capsula terminatus: flos raro erumpit vere cum foliis. Antherae luteae. De ratione qua bulbi multiplicantur Cf. Tristan — *Sur le dévelop. des germes bulbifer. du Colchich.* in mem. du Mus. 5. an. 7. can. 36. et descript. apud Bertol. fl. ital. 4. 274. Fl. autumno. Vulgatissimum in pratis montanis, et subalpinis. Hyemem appropinquari nuntiat: ideo apud nos dicitur *freidolina.*

aa. *Foliis synanthiis.*

2. MONTANUM. *Foliis lanceolato-linearibus ciliatis nudisve reflexis synanthiis perigonii laciniis nervosis avenjis antheris oblongis.*

C. Cupani. Guss. flor. sicul. prodr. 1. 452. C. Bertolonii. Stev. in acta mosq. 7. 72. Reich. flor. germ. t. 424. Ic. Vis. stirp. dalmat. t. 6. f. 1. Clus. hist. 1. 200. f. 2. et 201. fig. 1. Lobel. ic. 145. f. 1. 2. Ejusd. obser. 70. fig. 2. 5. Ger. hist. 150. Tabern. ic. 621. f. 2. et 622. fig. 1. Camer. epit. 846. Bah. hist. 2. 656. f. 1. Chabr. sciagr. 224. fig. 2. Folia angusta, flores usque septem, parvi, purpurei. Antherae rubrae polline luteo. Fl. autumno. Circa *Genuam* in collibus *del Zerbino.* Colchicum remedium magni momenti est. Jam Dioscoridi notum qui primus comperit bulbos autumno effossos dulciores ac minus actuosos esse. Strangulando interficere ut fungi faciunt et lac bubulum prae aliis subvenire ut in illis. Storkius in hydrope pro-

ficere ut Scilla, et cum illa nocet, scribit. scilicet praecipit Colchichum etiam si incitatio vasorum et febris non constiterint. Raro tamen magnum levamen affert. Recentiores medici angli praesertim in podagra, rheumatismo et arthritide praecipue diuturnis remedium esse fere specificum scripserunt. paroxismos podagrae illico lenire, vel auferre, etiam praecavere memoriae tradiderunt. Eventu tamen non semper certissimo: etiam cum morbus acutus est, dummodo dosis non nimia sit, prodest. Quae ut plurimum vera esse experientia mihi exploratum est. teniam etiam interficere atque eiicere. Morbis nervorum gravissimis mederi, hypochondriasi hystericis convulsionibus choreae, et epilepsiae, medici recentiores susceptis experimentis comprobarunt. Tinctura seminum, florum, et bulbi vere tamen effossi adhibenda est. In hydrope et asthmate humido etiam forma oxymellitis, et vini. Cavendum tamen in podagra ne dosi nimia morbus supprimatur potius quam sanetur. Converso tum ad nobiliora viscera impetu mors cita, et certa consequetur. Quae si accidunt curandum est ut multis acerrimisque epispasticis morbus ad primam sedem revocetur. experimenta medicorum homiopathicorum haec omnia confirmant. adhibent enim in hydrope praesertim pectoris, asthmate humido, cardialgia, dysenteria, stranguria cum torminibus et tenesmo, in ischiade nervosa, arthriticis et rheumaticis doloribus qui myrmechiasi juncti sunt, et noctu gravius excruciant. Omnino magnum remedium est. experimenta a me instituta in exercitio artis medicae per triginta annos in octoginta et quod excurrit aegris mihi abbunde probarunt esse remedium omnium certissimum contra hydropem praesertim ascitem illum praecipue qui a virium infirmitate est post diuturnas febres intermittentes, et obstructiones hepatis et lienis, vel magnas sanguinis jacturas. atque omnino confirmatas vidi observationes clarissimi viri Henrici Josephi Collin (observat. circa morbos acutos, et chronicos, par. 2. Viennae 1772. pag. 1-150.) Oximel et vinum ad modum et mentem optimi viri adhibui prospero fere semper eventu. Scillam mihi videtur superare. convenit tamen iisdem casibus quibus illa. hepar, et lienem etiam liquat. Optimum denique est hydropem forte rediturum praecavere vel pillulis Bacheri vel remedio Collini quod conficitur ex conserva Cochleariae, oxymellis colchici aa unc. 1. et limatura ferri gran 10. intra biduum sumendum. Doloribus podagricis, et rheumaticis diuturnis etiam eximie mederi experiundo comprobavi. si tamen in hydrope hepar vel lien tumidi doleant ad attactum et febris continua urgeat adhibeantur primum globuli ex Aconito, ut inflammatio, et febris prius subsistant. aliquando tamen in doloribus diuturnis podagricis tincturam frustra omnino adhibui.

## 521. RUMEX.

I. Lapathum. Tournef. *Flores hermaphroditi vel polygami. Styli liberi. Folia basi attenuata rotundata vel cordata: sed neque hastata neque sagittata.*

a. *Valvis internis granulo notatis.*

b. *Floribus hermaphroditis: radice perenni.*

c. *Valvis internis integerrimis.*

d. *Omnibus graniferis.*

e. *Cordato-ovatis.*

1. crispus. R. *Valvis subcordato-ovatis omnibus graniferis floribus verticillato-racemosis foliis oblongis lanceolatisve acutis undulato-crispis.*

Lapathum. Lam. fr. 3. 5. var. *Foliis angustioribus granulo uno vel altero abortiente* quae est R. elongatus. Guss. pl. rar. 150. t. 28. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 17. 73. Brunsf. herb. t. 84. Fuchs. hist. 462. Tabernam. ic. 456. f. 2. Munt. herb. brit. 104. Petiv. h. br. t. 2. f. 2. Lam. ill. t. 271. f. 1. Curt. lond. 2. t. 20. Ed. Grav. 1. t. 39. Plenck. ic. t. 287. Reich. ic. f. 785. Savi. mat. med. t. 59. Engl. bot. t. 1998. Kerner. t. 576. f. 1. Fl. dan. t. 1554. Hayne 13. 5. Nees dusseld. t. 107. 109. Mutel. fl. fr. 57. Nees gener. 4. t. 54. Facies quadammodo R. Patientiae. Radix profunde descendens crassa fusiformis oblonga ramosa intus fusca extus sulphurea amaro sapore rhabarbarino adstringente, in-

tus aliquando albida, vel rubra est; apud nos tamen semper sulphurea. Caulis usque tripedalis angulatus sulcatus strictus glaber rubro-striatus superne ramosus, ramis inferioribus alternis. Folia radicalia longe petiolata suprema subsessilia. Verticilli numerosi approximati superiores aphylli floribus triplici serie pallide virentibus nutantibus. pedicelli articulati cernui. Antherae ochroleucae filamentis longiores. stigmata alba exserta. Fl. aest. Vulgaris in pratis pinguibus, agris, ruderatis, et secus fossas et aggeres. Apud nos dicitur *Manoette*. Folia edunt rustici cocta in jusculis, et placentis.

ee. *Valvis ovato-triangularibus.*

2. HYDROLAPATHUM. Huds. angl. 154. R. *Valvis ovato-triangularibus subcartilagineis obtusiusculis omnibus graniferis reticulato-venosis foliis radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus margine eroso-crispis verticillis subaphyllis.*

R. aquaticus. Smith. 1. 394. Engl. bot. t. 2104. Reich. ic. f. 554. R. britannica. Huds. 1. 155. R. palustris. Smith. comp. fl. brit. ed. Hoffm 118. R. maximus Gmel. bad. 2. 99. R. longifolius. Cand. fr. sup. 368. R. acutus. Krok. sil. 1. 576. Ic. Tabern. kran. 824. f. 2. 3. Bah. hist. 2. 987. Chabr. sciagr. 309. 4. Woodw. med. bot. t. 229. Sturm. deut. flor. 17. 73. Hayne 13. 4. Mutel fl. fr. t. 57. Radix praecedentis. Caules etiam caespitosi orgyales fistulosi rubro-striati alterne ramosi ramis erectis. Folia radicalia usque 1-2. pedalia petiolis planis dilatatis. Racemi superne aphylli: verticilli approximati. folia suprema lanceolato-linearia subsessilia. flores nutantes. pedicelli apice incrassati inferne articulati inaequales. granula valvarum saepe inaequalia. Fl. vere exeunte. Vivit in paludibus et ad oras lacuum, amnium, fluviorum, et fossarum etc.

eee. *Valvis oblongis angustis.*

3. GLOMERATUS. Schreb. spic. ed. 2. 64. R. *Valvis oblongis obtusis angustis integerrimis omnibus graniferis floribus glomerato-verticillatis foliis inferioribus ovato-oblongis undulatis longe petiolatis superioribus cordato-lanceolatis brevi petiolatis ramis patentissimis ascendentibus verticillis remotis superioribus aphyllis pedicellis abbreviatis fructiferis recurvato-refractis.*

R. conglomeratus. Murr. prodr. flor. gott. 52. Reich. ic. fig. 552. R. Nemolapathum. Ehrh. beitr. 1. 181. R. acutus Smith. br. 391. Engl. bot. t. 724. R. paludosus Wither. br. 351. R. undulatus Schkrank. bayer flor. 1. 625. R. crispus. b. Poll. palat. 358. R. sanguineus L. sp. 476. R. nemorosus Meyer. chl. hannov. 479. Sunt. varr. *valva unica granifera aliis granulo exiguo vel nullo donatis.* — R. divaricatus Thuill. par. ed. 2. 1. 182. exclus. syn. R. campestris Savi fl. pis. 1. 372. R. condylodes. Mar. Bieb. taur. cauc. 1. 288. Species vexatissima atque in multas falsas species discerpta quae sub unica facile cohibentur si ratio habeatur valvis binis quae aliquando vel granulum nullum ferunt vel exiguum. synonimia hic intricatissima. Perperam mihi videtur egisse Cl. Bertol. qui R. acutum. L. cum hac specie consociavit: quamquam nititur testimonio Smithii, qui archetypa exemplaria L. prae manibus habuit. Ic. R. Nemolapathi. Svens. bot. t. 363. Reich. ic. f. 551. Petiv. h. br. t. 2. f. 6. R. sanguinei b. Smith. Engl. bot. t. 1533. R. sanguinei ibid. Gaertn. fruct. t. 112. f. 2. Plenck. ic. med. t. 283. Blackw. t. 492. Munt. herb. br. t. 113. Chabr. sciagr. 310. f. 5. Petiv. h. br. t. 2. f. 5. Moris. s. 5. t. 27. f. 6. R. conglomerati Reich. ic. f. 552. Huc. etiam faciunt. Tabern. kraut. 824. f. 1. Munt. herb. br. t. 15. Moris. s. 5. t. 27. f. 9. Petiv. h. br. t. 2. f. 4. Lob. ic. 284. Bah. hist. 2. 985. Herba glabra. Radix priorum: caulis similis usque quadripedalis. flores parvi. Sepala exteriora linearia. Fl. aest. Vulgaris ad fossas, et prata pinguia.

dd. *Valva unica granifera.*

4. PATIENTIA. R. *Valvis cordato-orbiculatis obtusis venoso-reticulatis subdenticulatis unica minute granifera granulis oblongis foliis cordato-ovatis undulatis longe petiolatis petiolis canaliculatis supremis lanceolatis subsessilibus verticillis fructiferis indistinctis superioribus nudis.*

R. confertus. W. enum. 397. Campd. monogr. t. 2. f. 2. differt. *floribus polygamis* qui et aliquando dioici sunt. Roth. nov. pl. 202. Quae var. facie accedit quodam modo ad R. alpinum. Lapathum hortense Lam. fr. 3. 5. Ic. Dodon. pempt. 648. f. 5. Lob. ic. 285. f. 2. Ejusd. obs. 151. f. 1. Moris. s. 5. t. 27. f. 4. Blackw. t. 489. Gaert. fruct. t. 119. f. 2. Fl. med. t. 264. Bah. hist. 2. 985. Chabr. sciagr. 309. f. 2. Munt. herb. br. t. 5. St. Hil. gall. t. 328. Selik. hand. t. 100. Regnaul botan. Plenck ic. med. t. 282. Kern. t. 720. Mut. fl. fr. t. 57. Radix priorum. Caulis caespitosus in pinguibus etiam humanae altitudinis angulatus sulcatus superne ramosus ramis erectis alternis. folia ima usque pedalia. pedicelli subcapillares prope basim articulati. granulum aliquando crassiusculum. Fl. aest. Vulgaris apud nos in hortis et pratis cum R. crispo. Vulgo dicitur *Slavassa*. Folia non comedunt apud nos rustici. Radicem et herbam ejus quotidie ego adhibeo in febribus intermittentibus rebellibus et obstructionibus inde natis: atque in herpete et scabie pertinaci: in primis Verbenae officinali junctam, in posterioribus morbis cum herba, et radice Arctii Lappae. Radix in decocto vel extracto adhibenda. summum remedium est et Rhabarbari quodammodo aemulum. Quae et de radicibus ceterarum hujus sectionis specierum dicenda sunt. Semina contusa et decocta, etiam meo experimento, diarrhoeas, et dysenterias diuturnas, et rebelles aliquando brevi, et feliciter sanant.

cc. *Valvis dentatis serratis.*

d. *Unica granifera.*

e. *Unica maxima triangulari inciso-dentata.*

5. ACUTUS. R. *Valvis inaequalibus unica maxima triangulari inciso-dentata granifera, reliquis minoribus obsolete callosis dentatisque foliis inferioribus subcordato-oblongis acuminatis.*

Si hi characteres firmi sunt profecto species distincta est. De quo incertus sum, talem enim numquam vidi. Quae species apud nos vivit ad fossas et prata humida locosque pingues valvas habet subaequales omnes minute graniferas. Ic. Svens. bot. t. 161. Wagner t. 126.

ee. *Omnibus aequalibus triangulari-oblongis basi ciliatis.*

6. OBTUSIFOLIUS. R. *Valvis triangulari-oblongis obtusiusculis basi profunde dentatis omnibus graniferis unica granulo majore reliquis granulo sub-obsoleto foliis radicalibus cordatis obtusiusculis summis lanceolatis brevius petiolatis subtus cauleque ramoso hirsutis racemis superne nudis verticillis remotiusculis.*

R. acutus. All. ped. 2. 202. Lapathum sylvestre Lam. fr. 3. 4. Lap. obtusifolium. Moench. meth. 356. Ic. Lob. ic. 185. Camer. epit. 228. Ger. his. 388. Munt. herb. br. t. 68. Petiv. h. br. t. 2. f. 9. Lam. ill. t. 271. f. 5. Curt. lond. 5. t. 22. Edit. Grav. 2. t. 40. Plenck. ic. med. t. 284. Reich. ic. f. 550. Flor. dan. t. 1335. Curt. lond. 2. t. 124. Engl. bot. t. 1999. Baxter brit. bot. t. 434. Reich. flor. germ. t. 366. Sturm. deut. flor. 17. 75. Nees dusseld. t. 106. 109. Guimp. et Schl. t. 57. Hayne 13. 1. Mutel. fl. fr. t. 57. Nees. gener. 4. t. 54. var. *Caule petiolis venisque foliorum racemisque sanguineis* occurrit etiam apud nos quae est R. discolor. Wallr. sched. 1. 168. et R. purpureus Poir. enc. 5. 165. Radix priorum. Caulis usque tripedalis et ultra sulcatus ramosus ramis alternis erectis strictis. folia radicalia magna longe petiolata. flores in genere majusculi. sepala reticulato-venosa. Verticilli numerosi multiflori. Fl. aest. In pratis et agris pinguibus, et humidis praesertim ad fossarum oras, et aggeres etc.

dd. *Omnibus graniferis.*

e. *Foliis radicalibus panduraeformibus.*

7. PULCHER. R. *Valvis triangulari-ovatis acutis serrato-dentatis inaequaliter graniferis foliis radicalibus faveolato-reticulatis cordato-oblongis panduraeformibus subpubescentibus supremis lanceolatis ramis patentissimis verticillis remotis foliatis ramis divaricatis.*

R. divaricatus L. sp. 478. est var. *Procerior foliis cordato-oblongis non panduraeformibus, petiolisque pubescentibus.* R. obtusifolius. Gaertn. fr. 2. 179. t. 119. f. 2. Lapathum sinuatum. Lam. fr. 3. 6. Lap. pulchrum.

Moench. meth. sup. 121. Ic. Bah. hist. 2. 988. Chabr. sciagr. 310. f. 5. Petiv. h. br. t. 2. f. 10. Moris. s. 5. t. 27. f. 15. Mich. in Till. cat. hor. pis. t. 37. f. 2. Engl. bot. t. 1576. Reich. ic. f. 679. t. 486. f. Mutel fl. fr. t. 57. Radix priorum. Caulis vix pedalis flexuosus ramosus ramis alternis patentibus flexuosis. sepala exter. linearia interioribus duobus obsolete graniferis pedicelli demum recurvati. granulum rubens. Fl. vere et aest. Vulgaris in ruderatis, collibus, viis, pascuis, praesertim apricis, et collinis pinguibus.

ee. *Foliis lanceolato-linearibus.*

f. *Valvis interioribus subrhombeis, utrinque setaceo-bidentatis dentibus latitudinem valvae longe superantibus.*

8. MARITIMUS. R. *Valvis ovato-lanceolatis omnibus graniferis subulato-dentatis subulis longissimis verticillis axillaribus densis foliosis foliis lanceolato-linearibus.*

R. anthoxanthum. Macr. prodr. 52. R. aureus. With. 556. Lapathum minus. Lam. f. 3. 4. L. maritimum. Moench. meth. 556. Ic. Bah. hist. 2. 987. Chabr. sciagr. 310. f. 1. Dalech. lugd. 605. Petiv. h. br. t. 2. f. 8. Campd. rum. t. 1. f. 3. Engl. bot. t. 725. Flor. dan. t. 1208. Schk. handb. t. 200. Svens. bot. t. 706. Sturm. deut. flor. 17. 75. Mutel fl. fr. t. 57. Herba demum fulvo-aurea. Caulis humilis vix pedalis raro usque tripedalis ramosus ramis ramosis alternis subfastigiatis. Sepala post nuptias aucta. Fl. vere exeunte. In palustribus maritimis: in litore maris *nic.*

ff. *Valvis interioribus ovato-oblongis utrinque setaceo-bidentatis dentibus latitudine valvae brevioribus.*

9. PALUSTRIS. Smith. brit. 1. 394. R. *Valvis ovato-lanceolatis acutiusculis basi subulato-dentatis omnibus graniferis foliis radicalibus lanceolato-linearibus acuminatis margine crispo-undulatis racemis totis foliosis verticillis distantibus axillaribus.*

R. limosus. Thuill. par. ed. 2. 182. R. uliginosus. Guss. pl. rar. t. 29. R. maritimus. Tenor. neap. 3. 390. Ic. Lob. ic. 286. Boccon. mus. t. 104. Dalech. lugd. 605. Ger. his. 389. Petiv. h. br. t. 2. f. 7. Schk. hand. t. 100. Curt. lond. 3. t. 23. Edit. Grav. 2. t. 41. Engl. bot. t. 1932. Fl. dan. t. 1873. Sturm. deut. fl. 17. 73. Radix intus rubra. Caulis plerumque humilis raro usque bipedalis ramosus ramis alternis. Ceterum similis R. maritimo, cui etiam facie accedit. Fl. vere exeunte. In agro *taur.* praesertim in collibus locis spongiosis et palustribus. inter *Altessanum* et portum di *Casselle.*

aa. *Valvis interioribus nudis seu granulo destitutis.*

b. *Floribus polygamis monoecis: radice repente: valvis cordatis acutiusculis integerrimis.*

10. ALPINUS. R. *Valvis demum cartilagineo-membranaceis cordatis acutiusculis verticillis multifloris paniculatis subaphyllis foliis inferioribus magnis cordato-ovatis obtusis undulatis rugosis longe petiolatis superioribus lanceolatis racemo thyrsoideo condensato.*

Lapathum alpinum. Lam. fr. 3. 7. Acetosa alpina. Moench meth. 357. Rheum Rhaponticum Delarb. fl. au. ed. 2. 527. Ic. Tabernam. Kraut. 823. f. 1. Bah. hist. 2. 987. Chabr. sciagr. 309. fig. 6. Moris. s. 5. t. 27. f. 2. Zorn. ic. 261. Blackw. t. 262. Meisn. monogr. polyg. t. 2. E. f. 1-13. Campd. rum. t. 2. f. 1. Kern. t. 203. Plenck. ic. med. t. 286. Engl. bot. t. 2694. Lob. ic. 287. f. 2. Ejusd. obs. 152. f. 2. Dalech. lugd. bob. f. 3. Sturm. deut. flor. 17. 74. Hayne 13. 7. Nees dusseld. t. 110. 111. Mutel. fl. fr. t. 57. Nees gener. 4. t. 54. Radix crassa transversa repens brachialis Rheorum aemula extus fusca intus lutea. Caulis glaber usque orgyalis rubidus superne ramosus sulcatus fistulosus. Racemus terminalis ramosus strictus densus inferne foliolatus. sepala virentia reticulato-venosa exteriora linearia demum reflexa. Fl. aest. Vulgaris in alpinis, pratis et pascuis humidiusculis stercoratis: frequens circa casas pastorum locis quibus stercora cumulantur.

bb. *Floribus hermaphroditis: radice annua: valvis ovato-lanceolatis utrinque tridentatis.*

11. BUCEPHALOPHORUS. R. *Valvis ovato-triangulari-lanceolatis utrinque tri-*

*dentato-spinulosis floribus racemosis pedicellis reflexis incrassatis compresso-dilatatis bracteis scariosis foliis ovato-ellipticis integerrimis imis obovato-spathulatis caule simpliciusculo verticillis subtrifloris valvis interioribus obsolete graniferis.*

Var. *Foliis lineari-subspathulatis.* — Lapathum bucephalophorum. Lam. fr. 3. 7. Ic. Munt. herb. br. 189. et 227. Moris. s. 5. t. 28. f. 14. Mirb. an. du Mus. 13. t. 4. f. 43. Columnn. ecph. 1. 150. Gaertn. fruct. t. 119. Cavan. ic. t. 41. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 345. Campd. rum. t. 3. f. 2. Ann. des scien. na. II. 9. 7. Mutel. fl. fr. t. 57. Herba glabra acida. Caulis humilis raro pedalis a basi ad apicem totus fere floriger. folia radicalia caespitosa longiuscule petiolata. Bractae grandes superiores verticillos tegentes stigmata alba. Valvae interiores granulo obsoleto uno alterove evanido. Nux acute triquetra mucronata. Fl. vere. Circa *Augustam praetoriam*: in arvis et sabulosis agri *nic.* et *Liguriae.*

II. Acetosa. Tournef. *Flores polygami vel dioici. Styli ovarii angulis superne accreti. folia hastata vel sagittata. Valvae perigonii interiores in omnibus integerrimae vel leniter repando-crenulatae.*

a. *Floribus polygamis monoecis.*

12. scutatus. R. *Valvis suborbiculatis membranaceis reticulato-venosis verticillis laxis remotis aphyllis foliis hastatis panduraeformibus oleraceis glaucis caule decumbente nucibus trigono-alatis radice repente.*

R. hastifolius. M. Bieb. taur. cauc. 1. 290. est. var. *Floribus hermaphroditis.* — R. alpestris Jacq. enum. 62. est var. *Floribus dioicis.* — R. glaucus. Jacq. coll. 1. 64. ic. var. 1. t. 67. est var. *Floribus hermaph. caule suffruticoso.* — R. oxyotus. Camp. rum. 114. var. *Flor. hermaphr.* Regnaul. bot. t. 233. Munt. phyt. 73. — Lapathum scutatum. Lam. 3. fr. 6. Rum. aetnensis Presl. del. prag. 68. Ic. Bah. hist. 2. 991. f. 2. Chabr. sciagr. 311. f. 5. Dalech. lugd. 605. f. 3. Tabernam. ic. 826. f. 3. et 827. f. 2. Dodon. pempt. 649. Lob. ic. 292. Zorn. ic. 99. Moris. s. 5. t. 28. f. 9. Zanon. ed Mont. 10. t. 7. et 11. t. 8. Munt. herb. br. t. 22. Camp. rum. t. 2. f. 6. Plenck. ic. med. t. 285. Triunf. obs. 68. t. 3. Boccon. mus. t. 126. Caulis pedalis et ultra ascendens teres flexuosus fistulosus, flores semiverticillati. Pedicelli inferne articulati nutantes. Sepala exter dorso virentia margine albo-scariosa ovata demum reflexa, interiora in fructu majuscula alba vel rosea. Herba glabra raro puberula gratissime acida saluberrima in acetariis et obsoniis. fl. aest. In apricis, et lapidosis.

aa. *Floribus dioicis.*

b. *Valvis internis nudis.*

c. *Foliis hastato-lanceolatis.*

12. Acetosella. R. *Valvis ovatis acutiusculis reticulatis calycibus appressis foliis hastatis lanceolato-linearibus.*

R. multifidus. L. sp. 482. Sibt. flor. gr. t. 349. Boccon. mus. t. 126. Bonan. panph. t. 75. est var. *Foliorum auriculis palmatis.* Acetosa Acetosella. Mill. dict. n. 2. A. hastata. Moench. meth. 357. Lapathum Acetosella. Scop. carn. 1. 261. Ic. Munt. br. t. 21. Dodon. pempt. 639. Bah. hist. 2. 992. Chabr. sciagr. 312. f. 1. Moris. s. 5. t. 28. f. 11. 12. Lob. ic. 291. Dalech. lugd. 604. Matth. com. 340. f. 1. Camer. epit. 231. Hayne term. bot. t. 2. f. 13. t. 19. f. 5. Knor. del. 2. t. A. 14. Plenck. ic. med. t. 281. Curt. lond. 5. t. 29. ed. Grav. 2. t. 42. Engl. bot. t. 5674. Sturm. deut. fl. 17. 74. Mutel. fl. fr. t. 57. Flor. dan. t. 1161. Radix subrepens dura extus fusca. Caules caespitosi ramosi ramis erectis vix pedales. Verticilli distantes nudi. Pedicelli apice articulati decidui. Herba demum rubens acida glabra. Fl. vere exeunte et aest. Vulgaris ubique in agris, arvis, viis praesertim locis lapidosis, et apricis.

cc. *Foliis hastato-ovatis.*

14. montanus. Desf. tab. ed. 2. 48. R. *Glaber-foliis basi radiatim nervosis planis inferioribus hastato-ovatis obtusis superioribus hastato-triangularibus acuminatis omnibus late breviterque auriculatis bracteis integris truncatis sepalis internis cordato-orbiculatis obtusis reticulato-venosis granulis obsoletis verticillis subconfertis paucifloris demum distantibus aphyllis.*

R. arifolius. All. ped. 2. 204. Ic. Boccon. mus. t. 125. Radix lignosa crassa brevis. Caulis usque bipedalis erectus sulcatus fistulosus. folia inferiora petiolata maxima. super. subsessilia. sepala exteriora oblonga. Ceterum accedit ad R. Acetosam. Lin. Fl. aest. In pratis alpinis.

bb. *Valvis internis graniferis.*

c. *Valvis internis bilobis.*

15. THYRSOIDES. Desf. atl. 1. 321. R. *Foliis sagittatis longe petiolatis superioribus amplexicaulibus racemo conferto thyrsoideo acuto sepalis internis fructus subcordatis late bilobis omnibus basi graniferis.*

R. intermedius. Cand. fr. 5. 369. Campd. rum. t. 2. f. 3. Facies omnino R. Acetosae cui ceterum similis est. R. multifidus. All. ped. 2. 205. Super rupibus circa *Nicaeam.*

cc. *Valvis internis integris.*

d. *Radice tuberosa, tuberibus filipendulis.*

16. TUBEROSUS. R. *Tuberibus radicalibus parvis ovatis filipendulis aequidistantibus foliis hastato-lanceolatis sepalis internis cordato-orbiculatis obtusis granis baseos obtusis oblongis.*

Ic. Bah. hist. 2. 992. Chabr. sciagr. 34. f. 4. Moris. s. 5. t. 28. f. 6. Dalech. lugd. 605. Tabern ic. 439. Dodon. pempt. 658. Sibt. fl. gr. t. 348. Ceterum similis. R. Acetosae. Fl. aest. In pratis agri *nic.*

dd. *Rhizomate crasso lignoso.*

e. *Valvis interioribus ovatis aequalibus callo oblongo ultra dimidiam laciniam excurrente.*

17. HISPANICUS. Koch. syn. 709. R. *Valvis ovatis callo oblongo ultra dimidiam laciniam excurrente exterioribus refractis foliis sagittatis hastatisque venosis.*

R. Acetosa Bertol. flor. ital. 4. 255. Ic. Engl. bot. t. 127. Bonan. panph. t. 37. *Acetosa hispanica maxima.* Munt. herb. br. 225. Knor. del. 2. t. A. 15. Kerner. t. 203. Woodw. med. bot. t. 69. Svens. bot. t. 190. Plenck. ic. med. t. 280. R. Acetosa. b. Lin. fl. svec. 118. Culta in hortis in usum domesticum. Etiam facie differt. a seq.

ee. *Valvis interioribus ovato-subrotundis basi truncatis cordatisve callo squamaeformi brevi rotundato vel subquadrato, deflexo, exterioribus dimidiam longitudinem interiorum attingentibus.*

18. ACETOSA. R. *Valvis cordato-subrotundis reticulatis basi squama reflexa munitis calycibus reflexis floribus paniculatis foliis sagittatis ovato-lanceolatis venosis stipulis laciniato-dentatis radice fibrosa.*

R. triangularis Cand. fr. 5. 368. R. pseuda Acetosa Bert. l. c. 252. Lapathum Acetosa. Scop. carn. n. 438. Lap. pratense. Lam. fr. 3. 8. Acetosa pratensis. Mill. dict. n. 1. Ic. Mont. in Zanon. hist. t. 5. Zannichel. ist. t. 253. Boccon. mus. t. 126. Fuchs hist. 464. Dalech. lugd. 601. Camer. epit. 230. Chabr. sciag. 311. fig. 2. Moris. s. 5. t. 28. f. 2. Munt. herb. br. t. 19. Schubert naturgesis. t. 19. f. 3. Caulis erectus simplex sulcatus in pratis apricis rubidus usque orgyalis. Verticilli pauciflori demum distantes sepala alba vel rosea. stigmata purpurea. Bracteae deciduae scariosae ferrugineae lanceolatae. Sepala exteriora linearia obtusa reflexa. Granulum aliquando globulosum non squamae forme est. flor. majo, junio. Vulgaris ubique in pratis. Videtur probe distinctus ab hispanico. In hortos enim hic translatus characteres suos, et faciem servat.

## 522. TOFIELDIA.

CALYCULATA. Wahlemb. suec. 1. 225. T. *Herba glabra perennis radice lignosa crassa brevi transversa fusca praemorsa caule humili vix pedali simplici erecto tereti 1-4 foliato foliis radicalibus multis distiche caespitosis ensiformibus acutissimis striatis margine ciliolato-scabris caule brevioribus floribus flavidis racemosis racemo denso spicaeformi brevi pedunculis simplicibus vel multifloris basi bracteatis sepalis luteis obverse lanceolatis involucro calyciformi monophyllo 2-3 fido longioribus antheris cordato-ovatis mucronatis capsula subglobosa obsolete trifida transverse rugulosa.*

T. palustris. Cand. fr. 5. 193. Hopp. et Sternb. denschr. 1815. 155. Redout. lil. t. 256. Lam. ill. t. 268. T. alpina. Smith trans. soc. lin. 12. 241. T. gla-

cialis. Gaud. helv. 2. 596. Sturm. deut. fl. heft. 787. Anthericum calyculatum a. Lin. fl. svec. 107. Re. flor. segus. 30. Ant. pseudo Asphodelus Jacq. enum 233. Heritiera anthericoides. Schkr. bayer. flor. 1. 629. Hebelia alleman-nica. H. collina. Gmel. bad. 2. 117. 118. t. 1. Helonias borealis. W. sp. 2. 274. Bir. ac. 1. 125. excl. syn. Fl. dan. Narthecium. calyculatum. All. ped. 2. 165. N. iridifolium. Vill. delph. 2. 225. Scheuzeria pseudo Asphodelus: Scop. carn. 1. 263. Ic. Clus. hist. 2. 198. f. 2. Seguier. ver. 2. t. 14. Svens. bot. t. 482. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 78. 6. Dietr. flor. borus. t. 29. Reich. flor. germ. t. 420. Nees gener. 2. t. 51. Schubert. naturges. t. 19. f. 5. synonimia hic intricata et mea sententia non recte adhuc definita Cf. R. et Schult. syst. 7. 1575. et Koch. syn. 837. Fl. aest. Vulgatissima in pascuis, et pratis lapidosis humentibus alpium.

### 523. TRIGLOCHIM.

Herbae glabrae perennes palustres foliis omnibus radicalibus fasciculatis subcarnosis scapo laterali floribus ebracteatis virentibus parvis racemosis, racemis terminalibus simplicibus spicaeformibus confertis demum laxis.

a. *Capsulis sexlocularibus.*

1. MARITIMUM. Tr. *Scapo folia subexcedente floribus racemoso-spicatis fructu ovato angulato stylis persistentibus curvis coronato foliis semicylindricis rhizomate transverso sublignoso.*

Ic. C. Bah. theatr. 82. J. Bah. hist. 2. 508. Moris. s. 8. t. 2. f. 19. Lobel. 16. f. 2. Tabernam. ic. 215. f. 1. Gaertn. fruct. t. 84. f. 9. Lam. ill. t. 270. f. 2. Lin. act. holm. 1742. t. 6. f. 4. 5. Svens. bot. t. 112. Hook. lond. t. 99. ed. Grav. 4. t. 48. Zannich. ist. t. 273. f. 2. Engl. bot. t. 255. Flor. dan. t. 306. Sturm. deut. flor. 18. 78. Dietr. flor. bor. t. 50. Reich. flor. germ. t. 52. Nees gener. 2. t. 25. Schnizl. iconogr. 1. 49. Rhizoma tranversum sublignosum. Scapus crassus usque bipedalis. Racemus elongatus multiflorus. flores roseo-virentes. Fl. primo vere. In palustribus maritimis.

aa. *Capsulis trilocularibus.*

2. PALUSTRE. Tr. *Scapo elongato floribus racemosis fructu lineari angulato basi attenuato apice nudo bulbo surculifero foliis distiche fasciculatis anguste linearibus acutis.*

Juncago palustris. Moench. meth. 644. Ic. Trag. hist. 679. Tabern. ic. 224. ejus. kraut. 535. f. 4. Lob. ic. 17. f. 1. Moris. s. 8. t. 2. f. 18. Dalech. lugd. 431. f. 2. Triumfet. inst. t. 142. Bah. theatr. 81. J. Bah. hist. 2. 508. Ger. hist. 20. Park. theatr. 1279. Deers. herb. t. 12. f. 3. Flor. dan. t. 490. Lin. act. holm. 1742. t. 6. f. 1. 2. 3. Hook. lond. t. 98. ed. Grav. 4. t. 47. Kops. et van. Hall. flor. bat. t. 74. Svens. bot. t. 111. Sturm. deut. flor. hef. 4. 13. Schk. hand. t. 102. Engl. bot. t. 366. Lam. ill. t. 270. f. 1. Baxter brit. bot. t. 60. Dietr. flor. bor. t. 49. Reich. flor. germ. t. 51. Nees gener. 2. t. 25. Schnizl. iconogr. 1. 49. Caulis vix pedalis. fructus remoti rachi appressi in tres capsulas secedentes. flor. sero autumno. Vulgatissimum in spongiosis montium et oris lacuum.

### 524. CHAMAEROPS.

HUMILIS. Ch. *Planta acaulis vel caudice ut plurimum humili in cultis tamen usque 20 pedali frondibus fasciculatis flabellatis rigidis plicatis palmatis laciniis linearibus longe petiolatis petiolis margine spinosis stipitibus spinosis spadicibus axillaribus crassis compressis palmaribus floribus sessilibus ochroleucis spatha simplici margine pilosa antheris linearibus didymis baccis globosis basi subtrigonis fuscis.*

Chamaeriphes major Gaertn. fruct. 1. 9. t. 9. Ch. minor ejusd. l. c. 26. t. 9. f. 4. Phoenix humilis. Cavan. ic. et descript. 2. 12. t. 115. Ic. Pontedder. ant. t. 8. Bot. mag. t. 2152. Matth. com. 180. f. 1. Lobel. ic. 235. f. 1. Ejusd. obs. 640. f. 1. Camer. epit. 125. Dalech. lugd. 369. f. 2. Bah. hist. 1. 369. f. 2. Dodon. pempt. 820. f. 1. Tabernam. ic. t. 960. f. 2. Lam. ill. t. 900. Chabraeus sciagraphia 27. t. 1. 2. Andry botanical. repos. t. 599. Kerner gener. t. 198-201. Mart. palm. t. 120. 124. X. Z. 9. Z. 23. Linnean. transact. 10. 8. Preuss. Gaertn. Verein 1. 2. Risso fl. de Nic. 18. Nees gener.

5. 20. flores monstrosi Mart. palm. Z. 20. Circa *Nicaeam*, forte ibi quondam culta erat.

### 525. VERATRUM.

a. *Petalis atro-purpureis.*

1. NIGRUM. V. *Panicula supra decomposita bracteis elongatis pedicellis tomentosis petalis patentissimis subintegerrimis foliis ovato-oblongis plicatis.*

Helonias nigra. Ker. in recens. rev. journ. of scia. 2. 184. Melanthium nigrum. Tumb. diss. de melant. 4. Ic. Lobel. ic. 511. f. 2. Ejusd. obsew. 167. f. 3. Tabern. ic. 720. f. 2. Bah. hist. 3. 634. f. 2. Moris. s. 12. t. 4. f. 2. Jacq. a. t. 336. Bull. herb. t. 149. Park. Theat. t. 217. f. 2. Bessl. hor. eyst. ord. aest. 8. t. 9. Ger. his. 440. f. 2. Redout. lil. t. 416. Bot. mag. t. 963. Hayn. term. bot. t. 40. f. 7. Schk. hand. t. 341. Reich. flor. germ. t. 423. Nees gener. 2. 32. Ceterum simile seq. Rarior tamen illo. In montanis. Fl. aest.

aa. *Floribus albis dorso virentibus.*

2. ALBUM. V. *Panicula decomposita bracteis flores subaequantibus pedicellis pubescentibus petalis suberectis obtusiusculis serrulatis foliis ovato-oblongis plicatis.*

V. Lobelianum. Bern. in Trommsd. journ. 16. 206. Mill. ill. t. 267. Gunn. now. 2. t. 1. V. viride Roehl. deutfl. fl. ed. 2. 257. non videtur characteribus firmis differre. — Melanthium album. Thumb. l. c. Ic. Bessl. eyst. l. c. f. 9. Moris. s. 12. t. 4. f. 1. Lam. ill. t. 843. Gaertn. fruct. t. 18. f. 4. Bull. herb. t. 155. Nees ab Esemb. arzn. etc. 15. t. 21. Woodw. mat. bot. t. 100. Redout. liliac. t. 447. Schk. hand. t. 341. Jacq. a. t. 335. Flor. dan. t. 1120. Matth. com. 760. Fuchs hist. 272. Trag. hist. 409. Camer epit. 939. Valerian. Cord. 165. f. 2. Dalech. lugd. 1632. f. 1. Dodon. pempt. ejusd. purg. 184. Ejusd. herb. belg. 551. Lob. ic. 511. f. 1. Ejusd. observ. 167. f. 1. Tabernam. ic. 721. f. 1. Clus. hist. 1. 274. f. 1. Bah. hist. 3. 634. f. 1. Chabr. sciagr. 527. t. 34. Blackw. herb. t. 74. Ludw. ect. t. 137. 138. Rocq. phyt. med. t. 6. Fl. med. t. 156. Nees dusseld. t. 46. Brand. und. Ratzeb. 3. Guimp. et Schl. t. 102. Hayne 13. 26. Reich. flor. germ. t. 422. Radix subhorizontalis extus nigra praemorsa. Caulis usque quadripedalis. Folia magna basi vaginantia. Panicula pedalis, et ultra. Fl. aest. In pascuis, et pratis alpinis lapidosis humidiusculis. Apud nos alpicolae vocant *Laro, vel Aulero*. est procul dubio Helleborus albus Dioscoridis. (Mat. med. lib. 4. cap. 148. tom. 1. 627. ed. Spren). et veterum. Caulem palmarem dicit Dioscorides, in quo certe fallitur, vel aliam Veratri speciem intelligit Graeciae indigenam. Caetera conveniunt. Herba acris est, amara, nauseosa, vomitum, et alvum ciet et si dosis magna est horrendis cruciatibus, et nervorum distensionibus strangulando necat. Eo utebantur veteres in mania, et melancholia forte cum Helleboro orientali Lam, qui mea sententia est var. Helleb. viridis. peculiari ratione, et maximis cautelis adhibebant veteres. (cf. Dioscorid. l. c. Schul. de Helleborismo veterum. Halae. 1717. Hanhemam. de Helleb. veterum. Lipsiae 1812. etc. etc. Celsus. Aretaeus. Aetius. etc.) Recentiores medici vim ejus egregiam in moribus nervorum gravissimis confirmaverunt. In delirio, epilepsia, et mania etiam melancholia. Vulneri vel ulceri impositum celerius necat. In astmate nervoso, in apoplexia paralysi, vertigine, menostasia scrophula, hydrope, ac physconia viscerum abdominalium. In morbis cutaneis scabie praesertim pulvis cum adipe cuti illitus quod circumforaneorum remedium est. Intus sumptum medetur impetigini. Magnum omnino remedium est, quod novis, et accuratissimis medicorum experimentis indiget. Medici homiopathici Veratrum remedium actuosissimum habent. Et protinus in teterrimo atque horrendo morbo Cholera asiatico divinum prope remedium est, si antequam ingruat morbus ingeratur. Illum enim omnino averruncat, atque avertit, si morbus jam haesit certo sanat si vomitus ac diarrhoea sunt, et crampi surarum, et viscerum ardor intolerabilis. Magnum, atque incomparabile remedium in febribus algidis, et maxima virium ruina. Ceterum morbis gravidarum fere

specificum est: medetur facile maniae quae cum laetitia est, aliisque insaniae generibus. In scarlatina, rheumaticis doloribus, hemeralopia, impetigine, dysenteria febribus gastricis, febribus intermittentibus perniciosis praesertim algidis, hypochondriasi, nymphomania, odontalgia, diarrhoea, haematemesi, hemicrania, lypothimia, vomitu, convulsionibus hystericis, et alvo stricta: etiam in palpitatione cordis, peripneumonia, bulimia, scabie. In omnibus morbis quibus frigus ingens eminet, et universum corpus torquet.

526. ALISMA.

Herbae perennes glabrae palustres radice fibrosa foliis radicalibus simplicibus petiolatis scapo nudo floribus paniculato-verticillatis vel umbellatis.

a. *Foliis subcordato-ovatis; floribus paniculatis.*

1. PLANTAGO. A. *Foliis subcordato-oblongis acutis 5-7 nerviis scapo capsulisve compresso-trigonis obtusissimis orbe simplici circumpositis floribus paniculato-verticillatis.*

Var. *Foliis lanceolatis vel linearibus*, quae est. A. graminifolia Ehrh. A. natans. Poll. palat. 3. 519. A. ranuncoloides. All. ped. 1. 255. Balb. et Nocca tic. 176. Quorsum pertinent icc. Barrel. ic. 1157. Lob. ic. 300. f. 1. Ger. em. 417. Tabern. ic. 734. Loes. pruss. t. 62. Ic. Matth. com. 356. f. 2. Durante herb. 337. Lam. ill. t. 272. Redout. liliac. t. 432. Engl. bot. t. 837. Svens. bot. t. 440. Plenck. ic. med. t. 292. Flor. dan. t. 561. Curt. lond. 5. t. 27. ed. Grav. 1. t. 44. Mill. ill. t. 22. Kops et van Hall. fl. batav. t. 247. Gaertn. fruct. t. 84. f. 4. Schk. hand. t. 102. Dalech. lugd. 1057. Camer. epit. 264. Petiv. h. br. t. 43. f. 6. Baxter brit. bot. t. 337. Diction. des scienc. nat. t. 43. Schrank. flor. mon. t. 198. Dier. flor. borus. t. 61. Nees gener. 2. t. 23. Reich. flor. germ. t. 57. Schnizl. iconogr. t. 49. Schubert. naturges. t. 19. f. 2. Scapus usque tripedalis fistulosus. Petioli basi dilatati. Panicula terminalis supra decomposita verticillis remotis ramis patentibus: pedicelli uniflori. Bracteae scariosae, ferrugineae. Sepala margine scariosa petala longiora rosea utplurimum alba. Ovaria introrsum supra basim styligera. Capsulae dorso 1-2. sulcatae. Fl. aest. ubique in fossis, paludibus, oris amnium, fluviorumetc. Herba novissime (1817.) ad hydrophobiam laudata, quam non solum praecidit, sed presentem etiam averruncat testimonio P. Swinijnii, Juchii, Orfilae etc. (Gazzetta med. chir. 1828. n. 78.) Non raro tamen fefellit spem medicorum (Hufel. Journ. vol. 52. f. 2. 89.) quo factum est ut denuo obsoleverit forte immerito. Multas enim vires promittit acris, et caustica natura ejus. Tinctura homiopathicorum more adhibita in hydrophobia forte levamen vel medelam adfert.

aa. *Foliis lineari-lanceolatis scapo apice umbellato, vel verticillato-biumbellato.*

2. RANUNCOLOIDES. A. *Foliis lineari-lanceolatis scapo umbellifero fructibus globoso-squarrosis capsulis oblique ellipticis quinqueangularibus acutis mucronatis subincurvis.*

Ic. Lobel. ic. 300. f. 2. Bah. hist 3. 778. f. 2. Ger. em. 417. Petiv. gazoph. t. 26. f. 12. Ejusd. h. br. t. 43. f. 8. Engl. bot. t. 326. et 2722. Reich. ic. f. 79. Redout. liliac. t. 268. Trattin. t. 737. Kops et van Hall. fl. bat. t. 283. Hook. lond. t. 28. ed. Grav. 4. t. 49. Fl. dan. t. 122. Folia trinervia. Petioli trinervos. Petala calyce etiam triplo longiora. Fl. aest. In aquis lente fluentibus et ad oras lacuum: *Sarzanae* alla *Marinella* in portu *Lunae* etc.

aaa. *Foliis cordato-subrotundis, floribus paniculato-verticillatis.*

3. PARNASSIFOLIUM. A. *Foliis cordato-subrotundis 7-9nerviis petiolis arefactione nodulosis capsulis obovatis apice extrorsum rotundatis introrsum aristatis multistriatis scapo verticillato-racemoso vel basi subpaniculato.*

A. Damasonium. W. prodr. n. 415. A. dubium. Ejusd. l. c. n. 416. Ic. Bassi com. bonon. 6. t. 1. Tilli pis. t. 46. f. 1. Reich. ic. f. 377. Scapus humilis vix dodrantalis. Folia acutiuscula: petala alba calycem vix superantia. Fl. aest. In paludosis alpinis: ad fossas circa *Verolengo*; ad oras lacuum di *Candia*, et *Viverone*.

# CLASSIS SEPTIMA

## 527. AESCULUS.

Hippocastanum. Aesc. *Arbor speciosa procera caudice recto superne ramoso foliis longe petiolatis patentibus flabelliformibus septenato-digitatis foliolis magnis obovato-oblongis denticulatis subtus glabris floribus thyrsoideis ochroleucis petalis basi sanguineo-punctatis capsulis echinatis.*

Ic. Clus. hist. 1. 8. Lobel. ic. 2. 161. Dodon. pempt. 814. Bah. hist. 1. 128. Gaertn. fruct. t. 41. Duham. arb. ed. 2. t. 13. 14. Fl. med. t. 223. Schk. handb. t. 104. Hayne 1. 42. Trattin. arch. 63. 63a. Schran. flor. mon. t. 15. Nees dusseld. t. 373. Guimp. et Schl. t. 83. Hartig. t. 95. Wagner. 7. Woodw. med. bot. t. 217. Reich. flor. germ. t. 161. Fl. vere. Patria ejus *India borealis.* Nunc ubique culta in ambulacris, et hortis. Arbor pulcherrima, fructus largitur multo amylo foetos amaros tamen. farina eorum saponacea purgat pannos unguine foedos. Cortex amarus febres intermittentes raro sanat. colorem tamen luteum largitur. fructibus coctis vescuntur gallinae. Lignum molle, nullis artibus idoneum. Primus meminit ejus Matthiolus. In Galliam, et Austriam introducta exeunte seculo decimo sexto, atque initio decimi septimi.

# CLASSIS OCTAVA

## 528. CHLORA.

perfoliata. Ch. *Herba annua glauca glabra amara caule tereti erecto humili vel usque bipedali simpliciusculo superne plerumque ramoso ramis erectis foliis radicalibus rosulatis obtusis cuneato-oblongis subpetiolatis caulinis oppositis raro ternis vel quaternis ovatis acutis basi connato-perfoliatis integerrimis trinerviis panicula terminali bi-trichotoma floribus aureis corollae laciniis 8-12 oblongis obtusis vel acutiusculis calycis linearibus involuto-filiformibus vel lanceolato-linearibus stylo indiviso vel bifido stigmatis miniati laciniis duabus bifidis capsulis ovatis utrinque unisulcatis seminibus parvis numerosis angulatis.*

Chl. serotina. Koch. ap. Reich. ic. f. 351. Chl. acuminata. Ejusd. l. c. f. 350. Chl. sessilifolia Desv soc. am. 1. t. 3. f. 2. Quae est eadem ac Chl. imperfoliata. L. fil. sup. 218. et Chl. dubia Lam. est var. *humilis floribus paucis vel solitariis 6-8fidis laciniis calycis lineari-lanceolatis.* — Chl. grandiflora Viv. ap. alt. 4. (Chl. perfoliata Desf. atl. 1. 327.) est var. luxurians. Chl. intermedia Tenor. neap. 4. 175. Gentiana perfoliata Lin. sp. 335. Blachstonia. Huds. angl. 1. 146. Ic. Ambros. hor. stud. 86. Ejusd. phyt. 145. Zannichel. ist. t. 20. f. 1. et t. 181. f 1. Camer. epit. 427. Reneaud. spec. 76. Dalech. lugd. 1291. f. 1. Mala. Bah. hist. 3. 355. f. 1. Chabr. sciagr. 447. f. 6. bona. Moris. hist. s. 5. t. 26. f. 1. Lam. ill. t. 296. f. 1. Barrel. ic. 515. f. 1. et 516. f. 2. 3. Engl. bot. t. 60. Hook. brit. ed. Grav. 4. t. 50. Schk. handb. t. 106. Roemer fl. eur. 4. 5. Trattin. archiv. t. 228. Soc. des amat. 1. 5. Reich. ic. crit. t. 206. Baxter brit. bot. t. 69. Nees gener. 10. t. 10. Fl. aest. Vivit in montanis et demissis aridis, etiam paludosis tamen arenosis.

## 529. ERICA.

a. *Corollis tubulosis apice constrictis.*
Coniflorae.
b. *Antheris appendiculatis, foliis ternis.*

1. cinerea. E. *Foliis lineari-setaceis fasciculatis glabris ramis pubescentibus floribus basi bibracteatis axillaribus aggregatis suberectis ovato-oblongis limbo abbreviato subrevoluto staminibus inclusis stigmate capitato subexserto racemis terminalibus simplicibus caule abortive ramuloso.*

E. humilis. Nek. gall. 182. E. mutabilis. Salisb. soc. lin. 6. 369. Ic. Ger. em. 1382. Clus. hist. 1. 43. f. 2. Lob. ic. 2. t. 212. f. 2. Ejusd. obs. 620. f. 1. Dalech. lugd. 189. f. 2. Tabern. ic. 1116. f. 2. Bull. herb. t. 237. Flor. dan. t. 38. Lin. am. ic. 8. t. 1. f. 29. Curt. lond. 2. t. 25. ed. Grav. 2. t. 43. Engl. bot. t. 1015. Dietr. fl. bor. t. 235. var. *atropurpurea.* Lodd.

bot. cab. t. 1409. var. *pallida*. Lodd. bot. t. 1505. Fruticulus vix pedalis, et a basi ramosus ramis cinereis erectis foliosis. folia triquetro-linearia dorso canaliculata margine cartilaginea elongata. Bracteae subflore ciliolatae. Flores pedicellati scariosi majusculi nutantes primum purpurei demum rubro-coerulei, raro albi. Laciniae calycis lineari-lanceolatae ciliolatae margine scariosae dorso virentes. Cristae antherarum serratae. Racemi verticillati foliosi. Capsula quadrivalvis dissepimentis e medio valvarum. Fl. aest. et aut. In montibus di *Intra* et *Canobbio*. In montibus *Liguriae occiduae*: etiam *Sabaudiae*.

bb. *Antheris basi nudis*: *foliis quaternis*.

2. HERBACEA. E. *Foliis linearibus acutis patulis glabris carinatis floribus axillaribus racemosis subsecundis nutantibus calycibus coloratis acuminatis corolla tubuloso-campanulata apice constricta genitalibus exsertis caule prostrato antheris apice bifidis basi cum apice filamenti confluentibus rima longa dehiscentibus sepalis lineari-lanceolatis.*

E. carnea. Lin. sp. 504. Jacq. a. t. 52. E. purpurascens. Ejusd. sp. 505. E. saxatilis Salisb. lin. trans. 6. 545. Ic. Clus. hist. 1. 25. 24. Dalech. lugd. 188. f. 2. et 190. fig. 2. 2. Zannich. ist. t. 46. et 152. Lin. am. ac. 8. t. 1. f. 57. Botan. magaz. t. 11. Wendland eric. t. 51. Guimp. holzgen t. 47. Schrank. flor. monac. t. 58. Sturm. deuts. fl. 7. 26. Trattin. arch. t. 293. Caules caespitosi ramis erectis usque bipedales plerumque humiliores. folia cum exarescunt nigrescunt fragillima fiunt, et facile decidunt, margine aliquando ciliata: sepala virentia. Corollae roseae vel rubrae pulcherrimae dentibus obtusis erectis, antheris atrosanguineis. Racemi aliquando apice galliferi comantur strobilo foliorum latiorum. flores prodeunt autumno, calyce virente involuti, vere explicantur pulcherrime rubri. Pedunculi solitarii vel aggregati 2-3 bracteati bracteis membranaceis obtusis oblongis ciliolatis. In montanis *Sabaudiae*: in montibus *Liguriae orientalis*: supra *Tendam*: in valle *Macrae*: in rupibus di *Scopa*, *Picdi Mullera*, et alla *Grotta Cusana d'Intra*. Ego legi apud nos in montibus di *Trivero* et *Crevacuore*: in sylvis di *Pettinengo*, et *Camandona*: alla *Roella* locis ad semptentrionem positis versus *Mosso*: et in nemoribus di *Mottalciata*.

aa. *Corollis basi ventricosis ovato-subglobosis ore constricto, limbo patulo antheris basi nudis, foliis ternis.* URCEOLATAE.

3. SCOPARIA. E. *Foliis lineari-lanceolatis glabris rigidiusculis elongatis floribus racemosis secundis genitalibus inclusis stigmate peltato subexserto caulibus caespitosis strictis ramulis glabris.*

Ic. Clus. hist. 1. 42. f. 3. Lob. ic. 2. t. 215. f. 2. Ejusd. observ. 622. f. 3. Tabernam. ic. 1115. f. 2. Lin. am. ac. 1. t. 1. f. 15. Bauer eric. t. 8. Caulis usque quadripedalis ramosissimus ramis erectis albidis, pedicelli medio tri, basi multibracteati. Racemi utplurimum apice galliferi comati ramulo foliifero. flores pauci nutantes herbacei vel luteo-virentes. filamenta brevissima rubra. Antherae ferrugineae. Fl. vere exeunte. In *Liguria occidua* et agro *nic.*

aaa. *Corollis sensim in limbum dilatatis.* CAMPANULATAE.

b. *Antheris basi appendiculatis.*

c. *Foliis oppositis*: *calyce duplici.*

4. VULGARIS. E. *Foliis lineari-triquetris sagittatis quadrifariam imbricatis floribus secundis confertis carneis, racemosis, racemis terminalibus foliatis calyce duplici laciniis exterioribus viridibus margine scariosis ciliatis interioribus coloratis stylo exserto.*

E. ciliaris. Huds. angl. ed. 1. 144. Calluna vulgaris. Salisb. in lin. trans. 6. 317. Hook. lond. 5. t. 67. Call. Erica. Cand. fr. 6. 380. — In locis humentibus aliquando variat *foliis ramisque junioribus hirtis* quae est. E. ciliaris Huds. Ic Matth. com. 137. f. 1. Fuchs. hist. 255. Trag. hist. 952. Dalech. lugd. 186. f. 1. Camer. epit. 75. Dodon. pempt. 767. f. 1. Tabernam. ic. 1111. f. 1. 2. Bull. herb. t. 341. Flor. dan. t. 677. Lam. ill. t. 287. f. 1. Lin. am. ac. 8. t. 1. f. 1. Svens. bot. t. 55. Plenck. ic. offic. t. 301.

Engl. bot. t. 1013. Sturm. deut. fl. hef. 1. 1. Dietr. flor. bor. t. 159. Gaertn. fruct. t. 63. Schk. handb. t. 107.a Schrank. flor. mon. t. 381. Schubert. naturges, t. 20. f. 3. Caulis basi tortuosus prope radicem incrassato-nodosus ascendens raro erectus ramosissimus. flores purpurei rosei, vel lilacini raro albidi, vel carnei, persistentes demum scariosi. Stirps pulcherrima. vulgatissima apud nos in sylvis, et arvis, et pascuis, quae inde Ericeta dicta sunt. Hyeme, et vere occurrunt exemplaria caule ramis foliis totis pulcherrime coccineis, corallinis, vel aureis. Fl. aest. et aut. Herbam teneram comedunt caprae oves, et boves. Equis noxia est. Haematuriam enim illis, et inflammationem vesicae orinariae ac genitalium infert. Male alit pecora. Apud nos secta tenera cum herba Moliniae coeruleae solo fere gramine quod cum illa vivat pravum alimentum bobus, et pecoribus hyeme suppeditat. Ipsis strata malum laetamen parit humo argillosa et rubricosa idoneum. In solo arenoso, et montano demum humum facit nigram pinguem levissimam plantis quae radices capillares habent alendis aptissimam. Quod neutiquam fit in solo rubricoso. Apes ex floribus ejus mel improbum hauriunt. in septentrione tamen bonum esse et flavidum memoriae prodidit Linnaeus. Contra serpentum venenatorum morsum plurimum Ericam valere Dioscorides, et Plinius scripserunt. Quod bonis experimentis explorandum est. Matthiolus bonae fidei scriptor Ericam in decocto sumptam ad quinque uncias mane et vesperi tribus ante cibum horis per triginta dies calculos renum et vesicae cominuere atque expellere scripsit se expertum esse. Quod et Fulvii Gherli optimi atquae experti viri (cent. di rare osserv.) multiplici testimonio confirmatur. Quod neutiquam fieri posse, et magnos viros falsa scripsisse multi nostrae aetatis medici thrasonica audacia scripserunt. Lactis proventum augere in feminis, etiam flores pulveratos narravit Pancov (apud Vogel. hist. mater med. 101.) Rondeletius (apud Dalech. lugd. 191.) oleum parabat ex floribus Ericae quo herpetes foedi totam faciem occupantes facile delebantur. ego ex rusticis didici foliis Ericae igne arefactis et subcombustis diarrhaee, et dysenteriae pecorum mederi: quod remedium in homines transtuli felici omnino eventu, modo tamen inflammatio et fibrae teneritas, et in nervorum distensiones proclivitas absint, quae adstringentium remediorum usum prohibere omnes norunt.

cc. *Foliis quaternis: calyce simplici.*

5. ARBOREA. E. *Foliis lineari-setaceis scabriusculis patulis ramis incano-tomentosis floribus racemosis subglobosis staminibus inclusis stylo exserto peltato caule arborescente.*

E. procera. Salisb. trans. lin. 6. 328. Ic. Clus. hist. 1. 41. f. 1. Lob. ic. 2. 214. f. 1. Ejusd. observ. 621. f. 2. Tabernam. ic. 1114. f. 1. Parkins. theatr. t. 1480. Ger. hist. 1380. f. 2. Lin. am. ac. 8. t. 1. f. 14. Sibt. fl. gr. t. 351. Arbuscula usque biorgyalis et ultra caule rufo-ferrugineo ramoso, ramis erectiusculis sparsis. folia brevi petiolata petiolo basi calloso obtuso margine scabriuscula apice callosa. Pedicelli laterales multiflori basi 2-3bracteati bracteis scariosis oblongis obtusis ciliatis. Flores parvi numerosi nutantes albi odoratissimi facie quodammodo flores Convallariae majalis referentes. Antherae bifidae. Stigma supra 4glanduloso-lobatum. Flor. vere. In collibus et nemoribus *Liguriae.*

bb. *Antheris basi nudis.*

6. VAGANS. E. *Foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis glabris floribus axillaribus subgeminis campanulato-abbreviatis genitalibus exsertis antheris profunde bipartitis in apice filamenti lateraliter adnexis apice poro lateraliter dehiscentibus sepalis ovatis corolla triplo brevioribus.*

E. vaga. Salisb. soc. lin. 6. 329. E. purpurascens Lam. enc. 1. 488. Ic. Engl. bot. t. 3. Ceterum similis E. herbaceae. Caules caespitosi vel a basi ramosi ramis tortuosis sulcatis 1-4 pedales in locis calidioribus usque 10pedales. Flores erecti vel cernui. Antherae atro-sanguineae. Dentes corollae demum reflexi. Folia oblique quaterna petiolata lineari-triquetra dorso canaliculata: pedun-

culi colorati medio bracteati. Multa habet communia cum E. multiflora cum qua forte jungenda est. Fl. aest. et aut. In collibus agri *nic.* juxta Cand. fr. 5. 330.

### 330. VACCINIUM.

a. *Foliis deciduis.*

b. *Caule ramisque angulatis.*

1. Myrtillus. V. *Caule ramisque angulatis patentibus foliis membranaceis ovatis mucronatis serrulatis glabris pedunculis ebracteatis solitariis unifloris nutantibus corollis urceolatis calyce repando-dentato antheris aristatis.*

Vitis Idaea. Moench. meth. 47. Ic. Matth. com. 186. f. 2. Schk. hand. t. 107. Camer. epit. 155. Lob. ic. 2. 109. f. 1. Ejusd. obs. 546. f. 2. Dodon. pempt. 768. f. 2. Dalech. lugd. 192. f. 1. 191. f. 1. Tabernam. ic. 1078. f. 2. Ger. hist. 1415. Park. theatr. 1456. Blackw. t. 465. Duham. arb. 2. t. 107. ed. nov. 2. t. 29. Gaertn. fruct. t. 28. Lam. ill. t. 286. f. 1. Flor med. t. 11. Plenck. ic. med. t. 298. Svens. bot. t. 165. Engl. bot. t. 456. Fl. dan. t. 974. Dict. des. scienc. nat. t. 69. Liboschitz petersb. t. 38. Dreves. 4. t. 113. Schrank. flor. mon. t. 267. Guimp. holzgew. t. 41. Nees. dusseld. t. 219. Guimp. et Kl. 6. Dietr. flor. bor. t. 543. Schubert. naturges. t. 19. f. 9. Fruticulus vix pedalis ramosissimus ramis tortuosis virentibus erecto-patulis. Folia alterna petiolata pallide virentia. Cor. pallide carneo-virentes dentibus 5 reflexis. Stamina inclusa saepe 10. Antherae superne bicornes. Bacca nigro-coerulea globosa umbilicata acida succo rubro farcta edulis. Fl. vere exeunte. Aestatae baccae maturae sunt, quae apud nos vocantur *Brisson.* vulgare in sylvis umbrosis montium, pascuis, dumetis, senticetis.

bb. *Caule ramisque teretibus.*

2. uliginosum. V. *Caule ramisque teretibus foliis subcoriaceis obovatis mucronatis integerrimis subtus reticulato-venosis glaucescentibus subpubescentibus pedunculis bracteatis basi articulatis axillaribus aggregatis abbreviatis unifloris corollis urceolato-campanulatis antheris aristatis.*

V. pubescens. Fl. dan. Ic. Clus. hist. 1. 62. f. 1. Ejus. pan. 79. Bah. hist. 1. 518. fig. 1. Engl. bot. t. 581. Flor. dan. t. 231. Jacq. hor. vind. t. 239. Sturm. deut. fl. hef. 5. 12. Chabr. sciagr. 40. f. 6. Svens. bot. t. 331. Guimp. holzgew. t. 42. Caulis altior. folia margine subrevoluta: stamina ut plurimum 8. Antherae aristatae. Cor. albae vel carneae parvae 4-5 dentatae. Caulis decumbens vel ascendens in solo coenoso radicans. Baccae globosae umbilicatae nigro-coeruleae rore caesio. Semina striata. floret vere exeunte. Locis alpinis humidis spongiosis, et frigidis, Baccae edules.

aa. *Foliis sempervirentibus.*

3. Vitis Idaea. V. *Caule basi repente foliis obovatis emarginatis subserrulatis coriaceis supra lucidis, subtus, resinoso-punctatis racemis terminalibus nutantibus bracteatis corollis campanulatis antheris muticis pedunculis pubescentibus basi vel medio bibracteatis brevissimis unifloris.*

V. punctatum. Lam. fr. 2. 396. Vitis Idaea punctata Moench meth. 47. Ic. Camer. epit. 156. Dodon. pempt. 770. f. 1. Flor. dan. t. 40. Lam. ill. t. 286. f. 2. Engl. bot. t. 598. Chabr. sciagr. 40. fig. 40. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 30. Plenck. ic. med. t. 299. Svens. bot. t. 116. Liboschitz petersb. t. 39. Baxter brit. bot. t. 383. Dreves. 2. 65. Hayne 4. 19. Guimp. holzgew. t. 43. Guimp. et Kl. 8. Dietr. flor. bor. t. 550. Nees dusseld. t. 220. Schrank. flor. monac. t. 203. Schubert. naturges. t. 19. f. 10. Girard. de Uva urs. t. 2. et in Sandifort thes. t. 2. 455. t. 2. Emitur ubique a pharmacopolis pro Arctostaphylo Uva ursi, cum quo ab herbarum venditoribus confunditur. praeter characteres classis, et generis dignoscitur. 1. minor est. 2. folia habet obovata, margine revoluta obsolete crenulata. 3. baccas parvas, paulo depressas, et subumbilicatas. Apud nos alpicolae vocant *Grivette.* Fruticulus ascendens subherbaceus ramis tortuosis angulatis. folia multa densa. Bracteae majusculae ovatae concavae utplurimum ciliatae membranaceae carneae vel albidae. Calycis laciniae ovatae ciliatae saepe carneae. cor. 4fidae carneae. Stamina 8. Baccae

parvae ruberrimae amarae subacidae. Fl. aest. In montanis.

531. OENOTHERA.

BIENNIS. O. *Herba biennis caule elato angulato erecto usque quinquepedali superne ramoso valde folioso hirsutiusculo foliis obovato-lanceolatis dentatis floribus sessilibus subspicatis staminibus corollam subaequantibus petalis obcordatis sulphureis capsulis subcylindricis apice quadridentatis.*

Onagra. Scop. carn. 1. 269. Oenot. muricata. L. syst. natur. 2. 263. Flor. dan. t. 1752. O. parviflora Gmel. bad. 4. 263. Ic. Zannich. ist. t. 47. et t. 112. Sturm. deut. fl. hef. 1. 5. Lam ill. t. 279. f. 1. Plenck. ic. med. t. 295. Svens. bot. t. 549. Engl. bot. t. 1534. Fl. dan. t. 446. Mill. ill. t. 89. f. 2. Alpin. exot. t. 524. Moris. s. 3. t. 11. f. 7. Baxter brit. bot. t. 237. Plée types 52. Schrank flor. monac. t. 50. Dietr. flor. bor. t. 214. Schubert naturges. t. 20. f. 1. Fl. aest. Vulgaris in arenosis fluminum amnium et torrentium, atque, arvis lapidosis. Patria ejus Virginia, nunc ubique spontanea. var. O. grandiflora. Ait. h. kew. 2. 2. Botan. regist. t. 1604. *glabriuscula, staminibus declinatis* (apud nos molliter villosa) vulgaris etiam cum priore (forte ex hortis in agros migravit) floribus noctu apertis suaveolentibus. In planta annotina caules, et petioli rubri.

532. EPILOBIUM.

Herbae perennes caulibus ramosis foliis simplicibus floribus inodoris racemosis roseis vel rubris racemis terminalibus.

a. *Petalis integris: stigmate quadrifido demum declinato.*

b. *Radice stolonifera, stolonibus subterraneis repentibus.*

1. ANGUSTIFOLIUM. E. *Radice repente caule glabro foliis sparsis lineari-lanceolatis, integerrimis vel obsolete glanduloso-serrulatis transversim venosis glabris racemo terminali pyramidato bracteato floribus inaequalibus explanatis calycis tubo subnullo staminibus ex basi connivente reflexis petalis unguiculatis obovatis duobus inferioribus minoribus diductis genitalibus declinatis.*

E. Gessneri. All. ped. 1. 259. Vill. prosp. 45. E. spicatum Lam. Enc. 2. 373. Schubert naturges. t. 20. f. 2. — Var. *Foliis elliptico-lanceolatis est* E. latifolium. Roth. tent. 2. 1. 434. Schm. 6. 4. n. 372. Chamaenerion angustifolium. Scop. car. 1. 271. Ic. Bah. hist. 2. 907. f. 1. Chabr. sciagr. 287. f. 2. Dalech. lugd. 865. f. 1. Moris. s. 3. t. 11. f. 3. Curt. lond. 2. t. 24. ed. Grav. 1. t. 45. Schk. hand. t. 106. Svens. bot. t. 134. Engl. bot. t. 1947. Fl. dan. t. 289. Schrank. flor. mon. t. 107. Dietr. flor. borus. t. 370. Sturm. deut. flor. 18. 81. Baxter brit. bot. t. 14. Radix latissime repens in hortis infesta extus intusque alba, ramosa. Caules rubri simpliciusculi orgyales et ultra. Folia brevi petiolata patentia distantia supra viridia subtus glauca. pedicelli patentes basi unibracteati bractea lineari. Flores speciosi grandes inferiores majores suprema racemi parte flores innuptos ferente nutante. Petala roseo-violacea, vel lilacina raro alba, duo ima minora diducta. Antherae rubrae polline coeruleo. Calyx ruber. Stylus basi pilosus. Germen incanum superne rubicundum. Fl. aest. Vulgare in alveis arenosis amnium, fluviorum, torrentium, et ad eorum oras. Cultum in hortis quibus infestissimum radice stolonifera tanta celeritate plantam multiplicante ut alias paene interficiat.

bb. *Radice fibrosa.*

c. *Stylo stamina excedente.*

2. ANGUSTISSIMUM. Ait. kew. ed. 2. 4. 345. E. *Foliis linearibus eveniis subintegerrimis apice callosis caule ramosissimo ramis inferioribus abortivis stylo filiformi basi villoso petalis aequalibus sessilibus elliptico-oblongis floribus explanatis tubo calycis subnullo staminibus ex basi connivente reflexis genitalibus declinatis, pedunculis sopra basim bracteatis bracteis foliiformibus.*

E. Dodonaei. Vill. prosp. 45. E. rosmarinifolium. Haenk. in Jacq. coll. 2. 50. Reich. ic. f. 522. E. angustifolium. Lam. Enc. 2. 370. E. angustifolium. g. Lin. sp. 494. Chamaenerium palustre. Scop. carn. 1. 271. Ic.

Clus. his. 2. 51. f. 5. Lob. ic. 345. f. 2. Dodon. pempt. 85. f. 2. Bah. hist. 2. 907. f. 5. Moris. s. 3. t. 11. f. 2. Chabr. sciagr. 287. f. 4. Curt. bot. mag. t. 76. Walds. et Kitaib. hung. t. 76. Caulis usque tripedalis ramique rubri superne puberuli: corollae roseae vel carneae grandes pulchrae. filamenta rosea. Antherae cinereae. Stylus demum recurvatus. Capsula incana appresse pilosa superne rubra. Fl. vere exeunte. Vulgare in alveis arenosis amnium, torrentium etc. praesertim in montibus.

cc. *Stylo crasso, staminibus dimidio breviore.*

3. Fleischeri. Hoschst. bot. zeit. 1826. 85. E. *Foliis sparsis linearibus, vel lineari-lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis vel obsolete denticulatis avenîis petalis sessilibus elliptico-oblongis versus basim attenuatis stylo crasso ultra medium pubescente staminibus dimidio breviore denique recurvato caule prostrato.*

E. denticulatum. Wender. cat. sem. hor. Marbur. 1826. E. angustissimum. Reich. ic f. 523. Ceterum simile priori cujus forte est var. Fl. aest. In alveis torrentium montium et alpium: in *Cenisio* etc.

aa. *Petalis emarginatis seu obcordatis, stigmatibus rectis.*

b. *Stigmate quadrifido.*

c. *Radice late repente: hirsutum. majusculum.*

4. hirsutum. E. *Caule tereti ramosissimo villoso foliis oblongis semiamplexicaulibus utrinque attenuatis denticulato-serratis serraturis inflexis subtus hirsutis inferioribus oppositis floribus amplis infundibuliformibus staminibus erectis sepalis aristatis.*

E. grandiflorum. All. ped. 2. 179. E. amplexicaule Lam. enc. 2. 374. E. ramosum. Huds. angl. 142. E. aquaticum. Thuill. paris. 1. 191. Chamaenerion hirsutum. Scop. carn. 1. 270. Ic. Chabr. sciagr. 287. f. 1. Moris. s. 3. t. 11. f. 5. Fuchs. hist. 491. Dalech. lugd. 1059. f. 3. Bah. hist. 2. 905. f. 3. Curt. lond. 2. t. 21. Ed. Grav. 1. t. 46. Engl. bot. t. 838. Flor. dan. t. 326. Schrank. flor. monac. t. 61. Sturm. deut. flora 18. 81. Dietr. flor. bor. 571. Plée types t. 33. Cosson et Germ. atlas 12. Caules usque orgyales erecti pilis horizontalibus longioribus simplicibus, brevioribus apice glanduliferis. Racemi foliosi. Flores magni rosei. Petala conformia obcordata. Capsula villosa. Fl. aest. In paludosis, oryzetis: in fossis, et dumetis humidis praesertim montanis.

cc. *Radice parce repente: glabrum humile.*

5. montanum. E. *Caule tereti glabro foliis ovato-oblongis acutis subsessilibus inaequaliter dentatis basi rotundatis brevi petiolatis margine venisque pubescentibus racemo patulo corollis limbo calycino longioribus stigmate abbreviato quadripartito.*

Chamaenerion. Scop. l. c. Non video cur sejungendum sit E. lanceolatum. Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 138. t. 1. f. 2. et Sturm. 18. 72. Quod non differt nisi *foliis angustioribus*, quae, var. etiam vulgaris est in sepibus nostrorum collium. Huc etiam. E. nitidum. Host. fl. a. 1. 469. E. nutans. Lej. ver. 76. E. collinum Gmel. bad. 4. 263. — Var. etiam *foliis ternis verticillatis* Sturm. deut. fl. 17. 72. Quae transitum facit ad E. trigonum. Schkran. bayer. flor. 1. 644. Sturm. deut. fl. 18. 81. Quod non differt nisi *caule obtuse angulato angulis pubescentibus stigmate indiviso clavato*. Quae magis confirmantur characteribus. E. rosei Schreib. spic. flor. lips. 147. Fl. dan. t. 1815. Engl. bot. t. 693. Svens. bot. t. 742. Sturm. deut. fl. 18. 81. Reich. ic. crit. t. 190. Cosson et Germ. atl. 12. Quod habet *caulem ramosissimum obtuse angulatum superne tantum pubescentem stigma clavatum vel denique divisum folia longius petiolata*. Nullus igitur character firmus quo innitantur hae species, cum stigma modo divisum modo indivisum inter aequivocas notas habendum sit.—Bertol. Ad E. trigonum reducenda. E. montanum. Svens. bot. t. 707. f. 2. E. alpestre. Reich. ic. f. 542. Ic. Boccon. mus. t. 5. Gaertn. fruct. t. 31. Lam. ill. t. 278. Curt. lond. 1. 85. Engl. bot. t. 1177. Flor. dan. t. 922. Reich. ic. ritic. t. 189. Sturm. deut. flor. 17. 72. Cosson et Germ. atl. 12. Radix parce repens. Caulis laevis teres vel obscure angulatus simplex vel ramosus fistulosus

glabriusculus, vel angulis pilosus, rubidus humilis, aliquando tamen usque bipedalis. folia ima minora. Cor. rosea mediocris: stigma quadripartitum vel clavatum. Capsulae valvae demum revolutae. Semina punctulato-scabra. Fl. aest. Vulgare in viis, sepibus, et oris sylvarum locis umbrosis, et frigidis, praesertim in collibus, et montibus. Legi exemplaria, quae characteres habent E. montani, trigoni, et rosei.

ccc. *Radice fibrosa, caule foliisque molliter pubescentibus.*

6. MOLLE. Lam. enc. 2. 175. E. *Caule tereti simpliciusculo villoso foliis lanceolatis sessilibus denticulatis pubescentibus floribus corymbosis petalis calycem muticum superantibus.*

E. hirsutum. All. ped. 1, 179. et Huds. angl. 161. et Roth. germ. 1. 167. E. pubescens. W. sp. 2. 515. E. parviflorum. Schreib. spic. fl. lips. 146. Smith. br. 410. Lin. sp. 494. b. Engl. bot. t. 795. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 47. Flor. dan. t. 547. Sturm. deut. flor. 18. 81. Schrank flor. mon. t. 327. Dietr. flor. bor. t. 572. E. villosum Ait. hor. kew. 2. 5. Curt. lon. 2. t. 22. Ic. Bah. hist. 2. 906. Chabr. sciagr. 286. f. 6. Moris. s. 3. t. 11. f. 4. Bonan. panph. t. 85.— Var. etiam *glabriuscula*. Quae est E. rivulare Whalemb. ups. 245. Reich. ic. fig. 501. *Floribus grandioribus*. Ic. Cosson et Germ. atl. 12. Caulis aliquando spithameus, aliquando etiam orgyalis. Ceterum simile praeced. flores parvi. Corollae pallide roseae vel albidae. Fl. aest. Locis palustribus, etiam in oryzetis. ad scrobes, aggeres, sepes, dumeta, locis, quibus aquae circumfluunt, et ad rivulos in montanis.

bb. *Stigmate indiviso.*

c. *Radice fibrosa.*

7. TETRAGONUM. E. *Caule ramosissimo subtetragono lineis elatis decurrentibus foliis anguste lanceolatis serratis sessilibus mediis adnato-decurrentibus inferioribus subpetiolatis floribus racemosis seminibus granulato-scabris stigmatibus clavatis.*

E. obscurum. Reich. ic. t. 199. Chamaenerion tetragonum. Scop. carn. 1. 271. Ch. obscurum. Schreb. spic. fl. lipis. 147. Ch. ramosissimum. Moench. meth. 678. Ic. Reich. ic. t. 198. f. 340. Curt. lond. 2, t. 23. Ed. Grav. f. t. 49. Engl. bot. t. 1948. Coss. atlas t. 12. Fl. dan. t. 1029. et t. 1267. Sturm. deut. fl. 18. 81. Caulis ramosus usque bipedalis. folia ima opposita. Racemus foliatus. flores mediocres pedicellati. Cor. longior calyce rosea, vel lilacina. rami saepius abortivi. Fl. aest. Ad fossas, et aggeres, et sepes locorum quibus aquae lente fluunt: ad oras lacuum, et paludum praesertim locis umbrosis.

cc. *Radice repente.*

d. *Foliis ovatis basi rotundatis, floribus roseis.*

8. ALSINAEFOLIUM. Vill. delph. 3. 511. *Caule simplici paucifloro ascendente tetragono glabro angulis pilosis foliis glabris subpetiolatis ovato-oblongis denticulatis superioribus acutis alternis radice longe lateque repente.*

E. origanifolium. Lam. enc. 2. 376. Ic. Boccon. mus. t. 108. Engl. bot. t. 2000. Reich. ic. f. 514. Caulis humilis vix spithamam excedit superne utplurimum nutans. Cor. rosea, calyce duplo longior. Capsula pedicellata rubida glabriuscula. Fl. aest. Secus rivulos, in pratis, et pascuis alpinis.

dd. *Foliis ovato-oblongis basi cuneatis floribus rubris.*

9. ALPINUM. E. *Caule basi repente ascendente simplici paucifloro lineis binis elevatis puberulis foliis subpetiolatis elliptico-subrotundis subintegerrimis subsessilibus superioribus lanceolatis alternis rosularum non florentium obovatis racemo terminali folioso 1-5floro nutante.*

E. anagallidifolium. Lam. enc. 2. 376. E. pumilum Pers. ench. 2. 410. Var. *foliis ovato-lanceolatis* quae transitum facit ad E. nutans Hornem. Fl. dan. t. 1587. (E. Hornemanni Reich. ic. f. 180.) quae non differt nisi *foliis lanceolatis caule paucifloro apice nutante.* Ic. Svens. bot. t. 707. f. 1. Engl. bot. t. 2001. Lightfoot. scot. t. 10. f. 1. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 26. Fl. dan. t. 332. Sturm. deut. flora 18. 81. 82. Species omnium humillima vix cum luxuriat spithamea. Flores rubri parvi subsessiles demum pedunculati 1-5. Capsula utplurimum cernua glabriuscula. Fl. aest. Locis humidis spongiosis praesertim secus rivulos sum-

matum alpium: ad humiliora etiam descendit, locis tamen umbrosis spongiosis frigidis.

ddd. *Foliis lineari lanceolatis subintegerrimis.*

10. PALUSTRE. E. *Caule tereti erecto ramoso pubescente foliis inferioribus oppositis lineari-lanceolatis subintegerrimis sessilibus semiamplexicaulibus seminibus laevibus radice stolonifera stolonibus filiformibus.*

Ic. Tabernam. ic. 856. Trattin. t. 63. Engl. bot. t. 346. Fl. dan. t. 1574. Sturm. deut. flor. 18. 81. Cosson atl. 12. Caulis humilis aliquando pedalis glabriusculus vel pilosus non raro pilis in lineas decurrentes dispositis. Flores rubri pedunculati parvi. Capsulae rubidae puberulae. Racemus pauciflorus brevis foliosus. Fl. aest. Legi locis palustribus, fossis, et oryzetis inter *Buronzo*, et *Balocco* in agro *Vercell*: aliis similibus locis passim.

## 533. POLYGALA.

a. *Frutex: foliis sempervirentibus coriaceis: corollis sulphureis apice croceis, crista quadriloba, filamentis basi monadelphis superne liberis.*

1. CHAMAEBUXUS. P. *Foliis brevi petiolatis oblongo-lanceolatis mucronatis subcoriaceis inferioribus minoribus obovatis ramis decumbentibus racemis paucifloris pedunculis axillaribus terminalibusque subbifloris alis calycis corolla capsulaque brevioribus angustioribusque carina corollae subcristata.*

Ic. Bah. hist. 1. 524. f. 1. Clus. hist. 1. 105. f. 1. Ejusd. pan. 48. Jacq. hor. vind. t. 126. Ejusd. fl. a. t. 233. Chabr. sciagr. 41. f. 1. Sturm. deut. fl. hef. 13. t. 16. Schmid. ic. 20. Guimp. holzgew. t. 114. Bot. mag. t. 316. Lodd. bot. cab. t. 393. Schubert naturges. t. 36. f. 5. Fruticulus humilis prostratus ramosus ramis ascendentibus apice 2-3 floris. folia laete virentia. Flores majusculi sulphurei fauce crocei, et purpurei, raro ochroleuci fauce crocea. In pascuis di *Callabiana* agr. *bugel.* varr. legi vexillo alisque albis, carina sulphurea vel alba vel crocea, vexillo, alisque sulphureis carina crocea, vel purpurea, vexillo, alisque purpureis, carina violacea, vexillo alisque violaceis, carina purpurea omnibus simul virentibus. Quod pulcherrimum visu est. Fl. primo vere. Vulgaris ubique in pascuis apricis, lapidosis, montanis.

aa. *Herba perennis: foliis membranaceis, caulibus annuis, filamentis diadelphis totis connatis, corollis roseis, vel albidis vel violaceis, crista multifida.*

2. VULGARIS. P. *Floribus cristatis racemis terminalibus multifloris alis trinerviis nervis apice vena obliqua conjunctis lateralibus externe venosis venis ramulosis areolato-anostomosantibus ovariis stipitatis foliis lanceolatis caulium sterilium rosulatis imis obovato-spathulatis minoribus.*

Pol. amara est var. *minor. caule ascendente foliis latioribus obovatis.* Jacq. hor. vind. t. 262. Vaill. par. t. 32. f. 2. Flor. dan. t. 1169. Engl. bot. t. 2764. Botan. magaz. 2437. Schrank. flor. monac. t. 324. Reich. pl. critic. t. 22. Mutel. fl. fr. t. 10. Hayne 13. 22. Nees. dusseld. suppl. t. 69. Guimp. et Schl. t. 146. Dietr. flor. bor. t. 277. Meyer. fl. hann. t. 7. Schubert. natur. ges. t. 36. f. 4. P. austriaca. Crant. a. 439. t. 2. Reich. ic f. 42. P. uliginosa. Reich. l. c. f. 40. 41. P. alpestris. Reich. l. c. f. 43. P. ambyptera. Mutel. fl. fr. t. 10. et P. buxifolia Reich. l. c. f. 50. P. genuina. P. amara. Jacq. a. t. 412. P. amarella. Crant. a. f. 5. t. 38. Reich. l. c. f. 43. 44. Guimp. et Schl. t. 147. Nees dusseld. t. 409. Cosson. atlas. t. 7. Pol. vulgaris. Schubert. naturges. t. 36. f. 3. P. calcarea. f. W. Schult. bot. zeit. 1837. 2. 752. P. comosa. Schk. hand. t. 194. Reich. l. c. f. 54. 55. 56. Svens. bot. t. 713. Mutel. fl. fr. t. 11. Hayne 13. 25. Dietr. fl. bor. t. 279. Meyer. fl. hann. t. 5. P. oxyptera. Reich. l. c. fig. 46. 49. Mutel. fl. fr. t. 10. P. nicaeensis. Risso ap. Koch. syn. 98. Quae est P. buxifolia b. Reich. l. c. f. 51. *racemo apice bracteis persistentibus comoso* ut P. major. Jacq. a. t. 413. var. omni parte major. Ceterum apud nos stirps vulgatissima in pratis, et pascuis siccis characteres praebet quibus omnes hac fictitiae species ad unum typum reducantur. Folia enim ima sunt vel aequalia vel minora ovata

vel obovata vel spathulata: ovaria longe vel brevi stipitata alis corolla capsulaque longioribus vel illas aequantibus, floribus albidis, coeruleis, violaceis, rubris, roseis, bracteis persistentibus, vel deciduis racemis apice nudis, vel bracteis persistentibus comantibus etc. Fl. aest. et aut. In phtisi pulmonali repetitis vicibus tentavi inutili omnino conamine.

### 534. DAPHNE.

a. *Floribus lateralibus.*

b. *Subternis: drupis rubris.*

1. Mezereum. D. *Floribus sessilibus subternis caulinis pubescentibus laciniis corollae ovatis acutis foliis lanceolatis basi attenuatis glaberrimis hysteranthiis deciduis membranaceis.*

Thymelea. Scop. carn. 1. 276. Ic. Durant. herb. 246. Camer. epit. 937. Ludw. ect. t. 63. Kniph. cent. 1. t. 23. Knor. del. 1. t. K. 6. Blackw. t. 582. Trag. hist. 959. Lob. ic. 367. fig. 2. Ejusd. obs. 199. f. 4. Dodon. pempt. 304. f. 2. Ejusd. purg. 150. Tabern. ic. 1074. f. 1. Bah. hist. 1. 566. f. 1. Duham. arb. ed. 2. 1. t. 8. Flor. dan. t. 268. Bull. herb. t. 1. Lam. ill. t. 290. f. 1. Flor. med. t. 256. Sturm. deut. fl. 2. 8. Plenck. ic. med. t. 302. Svens. bot. t. 7. Engl. bot. t. 1381. Schubert. naturges. t. 20. f. 4. Schk. handb. t. 107.a Schrank. flor. mon. t. 106. Liboschitz. peterb. 3. Hayne 3. 43. Brand. und. Ratzeb. 8. Guimp. holzgew. t. 48. Guimp. et Schl. t. 15. Nees dusseld. t. 125. Wagner. t. 85. Woodw. med. bot. t. 245. Dietr. Flor. bor. t. 302. Reich. flor. germ. t. 556. Sweet. brit. bot. 1. 1. Baxter. brit. bot. t. 96. Dict. des scienc. nat. t. 9. Plée typ. t. 25. Nees. gener. 4. t. 46. Schnizl. iconon. 2. t. 109.—Var. *foliis purpureis* flor. des Serres t. 592. Fruticulus caespitosus caulibus usque bipedalibus ramosis cortice cinereo. flores rosei infundibuliformes tubo pubescente suavissime olentes drupis rubris, ovoideis raro albo drupis luteis, flores extus pubescentes pube alba appressa in tubo densiore, sessiles basi squamati bracteati bracteis magnis multis primum brevibus latis fuscis demum oblongis pallide flavis basi apiceque ferrugineis pilosis praesertim margine pilis albis inaequalibus contortis raris « Fruticis gemmae terminales folia promunt, laterales vero flores tres sessiles, qui florent primo vere, saepe etiam durante nive, adeo copiosi, ut tota arbuscula saepe rubra conspiciatur. Lin. fl. svec. ed. 2. et cod. lin. 372. Folia superne approximata in apice ramorum comantia. fl. ipso januario. In montibus et convallibus montanis. Frutex pulcherrimus cultus ubique in hortis, acerrimus, atque omnibus suis partibus venenatus.

bb. *Racemis lateralibus nutantibus, drupis nigris.*

2. Laureola. D. *Racemis axillaribus paucifloris nutantibus floribus glabris bracteatis laciniis corollae obtusis foliis lanceolatis basi attenuatis glaberrimis synanthiis coriaceis supremis persistentibus subfasciculatis.*

Thymelea. Scop. carn. 1. 276. Ic. Blackw. t. 68. et 496. Fuchs hist. 227. Trag. hist. 957. Lonicer. hist. 38. Lobel. ic. 368. f. 1. 2. Ejusd. obs. 200. f. 1. 2. Dodon. pempt. 365. f. 1. Tabernam. ic. 1074. f. 2. et 1075. f. 1. Bah. hist. 1. 564. f. 1. Duham. arb. ed. 2. 1. t. 9. Bull. herb. t. 57. Jacq. a. t. 183. Chabr. sciagr. 45. f. 3. Savi mat. med. t. 51. Hook. lond. ed. Grav. 3. t. 27. Plenck. ic. med. t. 303. Engl. bot. t. 119. Hayne 3. 44. Brandt. und. Ratzeb. t. 9. Guimp. holzgew. t. 49. Nees dusseld. t. 126. Reich. fl. germ. t. 555. Nees gener. 4. t. 46. Caules caespitosi flexiles superne ramosi usque tripedales cortice senio fusco. Folia dependentia usque tripollicaria supra atro-virentia marginibus subrevolutis. Flores luteo-virentes vix odorati. Drupae ovoideae demum nigrae. Racemi subquinqueflori. Bracteae concavae alternae. Fl. primo vere. Ad sepes, et dumeta in collibus, et montibus locis umbrosis humidis frigidis. fruticulus acerrimus venenatus. Lignum colorem luteum largitur.

aa. *Floribus terminalibus.*

b. *Paniculatis albis: drupis rubris.*

3. Gnidium. D. *Floribus paniculatis congestis sericeis paniculis ramosis laciniis corollae obtusis foliis viscosis confertis lineari-lanceolatis acuminato-*

*cuspidatis glabris membranaceis deciduis.*

Thymelea. All. ped. 1. 135. Ic. Clus. hist. 1. 87. f. 2. Dodon. pempt. 364. fig. 1. Ejusd. purg. 127. Lobel ic. 369. f. 1. Camerar. epit. 974. Tabern. ic. 1077. f. 1. Dalech. lugd. 1666. f. 2. 1667. f. 1. Ger. hist. 1403. Bah. hist. 1. 591. f. 1. Parkin. th. 201. Pluken. almag. t. 113. f. 3. Flor. med. t. 178. Savi mat. med. t. 52. Plenck. ic. med. t. 304. Sibt. fl. gr. t. 336. Chabr. sciag. 46. f. 6. Hayne 3. 43. Lodde bot. cab. t. 150. Reich. flor. germ. t. 353. Frutex erectus vel prostratus etiam orgyalis cortice rubido ramosus ramis sparsis oppositis verticillatisque. Flores fragrantes parvi albi supra rubidi pubescentes. fructus parvi ovoidei demum rubri. Fl. aest. et aut. In sylvis agri *nic* et *ligustici.*

bb. *Floribus fasciculatis terminalibus, foliis subtus granulato-glandulosis.*

c. *Floribus subumbellatis, drupis luteolis demum fuscis.*

4. Cneorum. D. *Floribus aggregatis sessilibus subumbellatis extus incano-pubescentibus laciniis corollae obtusis foliis subspathulato-linearibus sessilibus mucronulatis glabris supremis confertis perennantibus tubo corollae venoso caulibus caespitosis prostratis.*

Thymelea. Scop. carn. 1. 276. Daph. odorata. Lam. fr. 3. 222. D. striata. Trattin. arch. 1. 120. t. 165. est var. *corollae tubo glabro nervoso striato.* Ic. Clus. hist. 1. 90. f. 1. Ejusd. pan. 55. Matth. com. 52. Dalech. lugd. 1364. f. 1. Tabernam. ic. 1076. f. 1. Bah. hist. 1. 571. f. 1. Chabr. sciagr. 47. f. 2. Duham arb. 2. t. 94. ed. nov. 1. t. 10. Jacq. a. t. 426. Bull. herb. t. 121. Poll. palat. t. 1. f. 4. Gessn. ic. fas. 3. t. 3. f. 6. Botan. mag. t. 313. Guimp. holzgew. t. 50. Schrank. flor. mon. t. 232. Brandt und. Ratzeb. t. 10. Lodde bot. cab. t. 1800. Reich. flor. germ. t. 554. — Var. Botan. reg. t. 822. Caules vix pedales inferne nudi. Flores fragrantissimi rubri fasciculato-umbellati brevi pedunculati pedunculis puberulis vel subsessiles obvallati bracteis foliiformibus oblongis inaequalibus obtusis puberulis ciliatis. fructus ovoidei. Fl. primo vere, in alpinis aest. In sylvis collium apricis, etiam montanis. Vulgaris praesertim in agro *canapic. taur. novar. ligustico* etc. Ego legi in montibus vallis *Sesserae* agri *bugel.*

cc. *Floribus albis, drupis rubris.*

5. oleoides. D. *Caule superne ramosissimo erecto foliis oblongo-obovatis coriaceis glabris junioribus subpilosis subtus dense granulato-glandulosis floribus subternis corollae extus pilosae laciniis lanceolato-linearibus acuminatis.*

D. glandulosa. Bertol. am. ital. 356. D. lucida. Loisl. not. 17. et flor. gall. ed. 2. 1. 280. t. 23. Schreb. dec. 13. t. 7. Ic. Botan. mag. t. 1917. Lodde bot. cab. t. 299. Non differt. a. seq. nisi statura humiliore foliis subcoriaceis subtus granuloso glandulosis. Fl. vere exeunte. In montibus *Liguriae orientalis*: in monte *Consiggia* etc.

bbb. *Floribus fasciculatis lateralibus terminalibusque albis, drupis oblongis rubris.*

6. alpina. D. *Floribus aggregatis sessilibus sericeo-pubescentibus laciniis corollae lanceolatis acutis foliis lanceolatis obtusiusculis subtus obsolete lanatis membranaceis superioribus confertis rosulatis perennantibus caule humili ramis patulis.*

Thymelaea. All. ped. 1. 132. Th. candida Scop. carn. 1. 277. Ic. Lob. advers. 158. Ejusd. ic. 370. f. 1. Pluk. phit. t. 229. f. 3. Barrel. ic. 254. Lodde bot. cab. t. 66. Brandt. und Ratzeb. t. 10. Sturm. deut. fl. 6. 22. Reich. flor. germ. t. 553. Caulis utplurimum humifusus crassiusculus vix pedalis. flores vesperi fragrantes breviores foliis. tubus cor. supra medium turgidus. Fl. vere. In alpibus locis saxosis, apricis, non frequens.

Daphnes omnes acres causticae venenatae sunt praecipuae quae in usum vocatae sunt, D. Mezereum, alpina, et Gnidium. Cortex cuti appositum exutorium sistit in morbis chronicis praesertim pectoris, et aurium, et ophtalmia praesertim scrophulosa. unguentum parari potest cum drupis, et seminibus pulveratis, et cortice, quo ulcera a cantharidibus inducta aperta atque assidue manantia serventur. sed periculosa omnino medicamenta sistunt, et parum etiam in morbo scro-

phuloso proficientia. Cortex tamen Mezerei optimum remedium, et incomparabile sistit si decoctum ex eo fiat in tophis venereis, et doloribus atrocissimis nocturnis qui a Mercurio opem non habent, imo ab illo ingravescunt. Remedium tunc heroicum est et cum paucis comparandum. oportet ut decoctum Salsaparillae, vel Pollinii, vel Savaresii, vel quod optimum est Zittmanni curationem confirmet. Medici homiopathici adhibent in morbis ossium, inflammatione, tumoribus, exostosi, rachitide, doloribus nocturnis, praesertim si a syphilide, vel nimio mercurio profluxerunt. magnum remedium in haemoptysi, heematemesi, exanthematibus diuturnis, carie, et tumoribus ossium scrophulosis, tabe, orchitide, ischuria, in arthritide, et tophis et diuturnis rheumaticis doloribus, qui cum imperfecta paralysi juncti sunt.

### 554. PASSERINA.

Characteres generis perperam constituti apud Sprengel (genera pl. 1626), Endlicher (gen. 2095). Stamina enim in Passerina hirsuta simplici serie disposita sunt neutiquam biseriatim. Melius apud. Linn. (gen. 489. et Cod. 533). et Schreiberum (gen. 668). et Taddeum Haenke (gen. 812).

a. *Stamina duplici serie, altera inclusa, altera in apice tubi.* PASSERINA.

b. *Fruticuli.*

c. *Stylus terminalis brevissimus: nux erostris.*

1. TARTONRAIRA. Schrad. apud. Spreng. syst. 2. 241. Cand. fr. 5. 367. P. *Foliis coriaceis spathulato-oblongis nervoso-venosis incanis sericeo-tomentosis floribus axillaribus glomeratis dioicis villosis basi squamatis laciniis corollae obtusis.*

Var. *Foliis lineari-lanceolatis subspathulatis ramisque glaberrimis* est P. Thomasii Duby bot. gall. 406. — Daphne Lin sp. 510. Sibt. fl. gr. t. 354 Lam. ill. t. 290. f. 2. D. candicans Lam. fr. 5. 221. — Thymelaea All. ped. 1. 133. Ic. Lob. ic. t. 571. f. 2. Barrel. ic. 221. Michel. in Tilli cat. hor. pis. t. 49. f. 2. Nees gen. 4. 47. Fruticulus pedalis et ultra ramosus ramis erectis totis foliosis foliis densis erectis. flores intus albo-luteoli minimi basi squamati foliis breviores. Fl. vere. In rupestribus agri *nic.*

cc. *Stylus lateralis apici ovarii: nux rostrata.*

d. *Cortice ramorum tortuosorum verrucoso-suberoso: floribus dioicis.*

2. DIOICA. Ramond. bullet. philom. n. 41. P. *Ramis verrucosis foliis confertis cuneiformibus glabris subtus punctulatis floribus axillaribus subsolitariis dioicis basi squamatis glabris laciniis corollae lanceolatis acutis tubo medio ventricoso.*

Daphne Gouan. ill. 27. t. 17. f. 1. Thymelaea. All. ped. auct. 9. Caules ramosissimi pedales et ultra glabri. Rami basi nudi. flores primum luteoli demum rubri, tubo medio ventricoso. Fl. vere. In rupestribus supra *Tendam* locis soli expositis.

dd. *Cortice ramorum simplicium rectorum laevi glabro: floribus raro dioicis.*

3. THYMELAEA. Cand. fr. 5. 366. P. *Ramis strictis glabris erectis simplicibus foliis sparsis oblongo-lanceolatis acutis mucronatis glaucis floribus axillaribus sessilibus inferne solitariis superne aggregatis tubo elongato laciniis linearibus acutis.*

Daphne. Lin. sp. 509. Thymelaea Sanamunda All. ped. Ic. Dalech. lugd. 1666. f. 1. Tabern. ic. 1077. f. 2. Bah. hist. 1. 593. f. 1. Pluk. alm. t. 229. f. 2. Ger. fl. galloprov. t. 17. f. 2. Nees gener. 4. 47. Fruticulus vix pedalis glaber totus glaucus. Rami erecti simplicissimi. Folia conferta erecta. flores parvi ochroleuci raro dioici folio vix breviores. Fl. vere. In rupestribus supra *Tendam* et circa *Nicaeam.*

bb. *Herba annua. Stylus terminalis, nux dura rostrata.*

4. ANNUA. Wichstr. act. holm. 1820. 520. P. *Caule erecto glabro ramis erectis foliis sparsis linearibus erectis floribus axillaribus subsolitariis parvis incano-pubescentibus folio valde brevioribus laciniis corollae conniventibus.*

Var. *Foliis superioribus flore brevioribus.* Quae est Stellera pubescens Guss. fl. sic. prodr. 1. 466. Lygia pas-

serina Fasan. act. ac. neap. 1787. 1. 247. t. 19. Stellera Passerina Lin. sp. 512. Ic. Gessn. op. ed. Schmid. t. 12. f. 108. Lam. ill. t. 293. Schk. hand. t. 107. Columb. ecphr. 1. 80. Bonan. panph. t. 72. Jacq. ic. rar. 1. t. 68. Trag. hist. 333. Lon. hist. 223. f. 2. Bah. hist. 3. 456. f. 1. Moris. s. 11. t. 31. f. 9. Gouan. hor. monsp. t. 3. Gaertn. fruct. t. 39. Chabr. sciagr. 480. f. 4. Nees gen. 4. 47. Dietr. fl. bor. t. 521. Facies Thesii alpini. caulis utplurimum humilis, aliquando tamen pedalis et ultra. folia densa. flores basi bibracteati viriduli apice luteoli tubo demum inferne ventricoso limbo inaequaliter quadrifido 4-5 inferne subsolitarii. Nux pyriformis nigra nitida minute punctulata. Fl. vere et aest. Vulgaris inter segetes locis apricis praesertim collinis. Cum folia superiora floribus breviora sunt flores tunc spicati sunt spicis lateralibus laxis.

aa. *Stamina simplici serie: stylus lateralis apici ovarii, rami nutantes tomentosi, folia coriacea.* SANAMUNDA.

3. HIRSUTA. P. *Ramis laxis pendulis tomentosis foliis ovatis obtusis concavis subcarnosis subtus glabris supra albo-tomentosis floribus aggregatis sessilibus villosis subdioicis laciniis corollae obtusis.*

P. polygalaefolia. Lapeyr. act. tolos. 1. 209 est var. *foliis utrinque tomentosis.* Ic. Clus. hist. 1. 89. f. 1. Lobel. ic. 2. 217. f. 1. Ejusd. obs. 626. f. 2. Tabern. ic. 1112. f. 2. Park. theat. t. 202. Dalech. lugd. 1670. f. 1. Gerar. hist. 593. f. 1. Wendland. obs. 18. t. 2. fig. 16. Bah. hist. 1. 593. Sibt. fl. gr. t. 360. Chabr. sciagr. 48. f. 2. Botan. magaz. t. 1949. Reich. fl. german. t. 530. Nees gener. 4. 47. Fruticulus usque quadripedalis superne ramosissimus demum glaber. flores extus niveo-tomentosi intus luteo-virentes parvi aliquando solitarii. Laciniae ovatae concavae. Fl. vere et aut. Sanamundam rhizotomi hispani dicunt eo quod illa purgant alvum rustici. Verum cum ad familiam plantarum acrium et venenatarum pertineat, caute adhibenda, nisi certa experimenta docuerint illam tuto posse usurpari. In medicina homiopathica tuto adhiberi posse procerto habeo.

Ob stamina simplici serie in apice tubi disposita mihi videtur genus esse constituendum a Passerina distinctum. in hoc character esto: *Perigonium simplex marcescens tubulosum tubo ore aequali limbo 4fido laciniis patentibus: stamina duplici serie altera inclusa, altera apice tubi. Filamenta brevia setacea. Antherae ovatae erectae biloculares stylus lateralis vel terminalis capitellatus brevissimus. Nux monosperma indehiscens perigonio marcescente tecta.*

in illa nempe

SANAMUNDA Zumagl.

*Perigonium simplex marcescens tubulosum tubo inferne ventricoso limbo quadrifido laciniis patentibus. Stamina simplici serie in apice tubi: filamenta brevia filiformia. Antherae ovatae erectae biloculares. Stylus lateralis apici ovarii. Stigma capitellatum hirsutum. Nux monosperma indehiscens perigonio marcescente tecta.*

TOMENTOSA. Zumagl. S. ut supra in Passerina hirsuta.

## 536. EUPHORBIA.

a. *Fruticosae: vel suffruticosae.*

b. *Spinosae: floribus umbellatis.*

1. SPINOSA. E. *Ramis demum apice spinescentibus foliis sparsis oblongo-lanceolatis floribus bracteatis umbellatis umbella subquinquefida, nectariis subrotundis integerrimis capsula muricata seminibus laevibus caule ramosissimo.*

E. pungens. Lam. enc. 2. 431. Ic. Barrel. ic. t. 197. Zanon. ed. Mont. hist. t. 171. Herm. lugd. batav. t. 601. Sibt fl. gr. t. 463. Reich. ic. fig. 766. Watson dendr. 1. t. 43. Frutex glaber vix pedalis et a basi ramosissimus ramis erecto-patulis cortice cinereo aliquando rubido. folia parva glauca distantia suprema obovata: involucra ovata. involucella obovata. utplurimum flavicantia. Nectaria lutea. Capsula virens subglobosa. Semina ovata subcompressa. Fl. vere. Vulgaris in rupibus agri *aquens*, et *nic.* et *Liguria occident.*

bb. *Inermes: floribus umbellatis, capsulis laevibus.*

c. *Umbella quinquefida.*

d. *Foliis mollibus imis deflexis deorsum imbricatis, seminibus reticulato-rugulosis.*

2. Pithyusa. E. *Umbella quinquefida simpliciuscula bifidaque bracteis subcordato-ovatis mucronatis nectariis emarginatis foliis densis lineari-lanceolatis glaucis infimis retrorsum imbricatis.*

Ic. Boccon. sic. t. 5. f. 2. Moris. s. 10. t. 1. fig. 25. et t. 2. f. 28. Parkins. th. 193. Camer. epit. 967. Dalech. lugd. 1652. f. 1. Matth. com. 783. Reich. ic. f. 4788. Glabra glauca caespitosa. Caules pedales et ultra inferne rubri ramosissimi: folia crebra apice subuliformia. umbella terminalis 4-7fida ramis non raro bifidis. Nectaria crocea raro flavo-virentia. Semina ovoideo-subtetrogona nigro-punctata prope hilum caruneulata. Fl. aest. In *Liguria* locis mari proximis.

dd. *Foliis coriaceis non deflexis, seminibus laevibus.*

3. Paralias. E. *Umbellae subquinquefidae radiis bifidis bracteis cordato-reniformibus nectariis integerrimis semilunatis foliis lanceolotis submucronatis glaucis subcoriaceis concavis sursum imbricatis.*

Ic. Dodon. pempt. 370. t. 1. 2. Zannich. ist. t. 40. Dalech. lug. 1647. f. 3. Ger. hist. 498. Barrel. ic. 886. Parkins. theat. 184. Moris. s. 10. t. 1. f. 24. Tabernam. ic. 593. f. 1. Bah. hist. 3. 675. f. 1. Lobel. ic. 354. f. 2. Camer. epit. 962. Matth. com. 780. f. 1. Jacq. hor. vind. 2. t. 188. Engl. bot. t. 195. Reich. ic. fig. 4789. Chabr. sciagr. 534. f. 6. Glabra glauca. Caules caespitosi pedales et ultra subinde multo humiliores a basi ramosi ramis strictis erectis aliis sterilibus totis foliosis. Folia densa. Umbella terminalis ramis aliquando dichotomis. In axillis superiorum foliorum ramuli floriferi dichotomi. Nectaria lutea. Semina majuscula subglobosa fusca obducta polline cinereo prope hilum carunculata Capsulae siccae rugulosae dorso sulco exaratae. Fl. aest. Vulgaris in litore maris.

cc. *Umbella multifida.*

d. *Capsulis villosis nectariis integerrimis antice abscissis.*

4. Characias. E. *Umbella multifida radiis bifidis bracteis subrotundis perfoliatis parvis campanulatis nectariis emarginatis foliis lanceolatis glaucis glabris vel pubescentibus capsulis globoso-trigonis villosis.*

Titimalus purpureus. Lam. f. 3. 98. Huc duco E. eriocarpam. Bertolon. nov. act. bonon. 3. 174. t. 15. et com. de itin. neap. t. 3. var. grandior. E. melanopetalam. Gaspar. ind. sem. boccadifuoc. 1830. 3. radiis umbellae nutantibus. E. venetam. W. enum. 1. 507. Lind. in bot. reg. 1838. v. 24. t. 6. Reich. ic. f. 4800. 6. Quae ex Bertolon. referenda est ad Jacq. ic. rar. 2. t. 89. et quae est E. Wulfeni Hop. bot. zeit. 12. 1. 159. Quaeque non nisi *habitu majore bracteis connatis colore nectariorum luteolo umbellis nutantibus nectariis antice profundius excisis differt.* Ic. Matthiol. com. 779. f. 1. Clus. hist. 2. 188. f. 1. Cam. epit. 960. Dodon. pempt. 368. f. 2. Dalech. lugd. 1646. f. 1. Bah. hist. 3. 672. f. 1. Lobel. ic. 359. f. 2. Engl. bot. t. 442. Reich. ic. fig. 4800. Lam. ill. t. 411. Mattyn. hist. 15. Chabr. sciagr. 334. f. 2. Herba foetida. Caulis simplex crassus pubescens rubidus, vel albidus usque tripedalis. folia sempervirentia utrinque mollissime pubescentia. Umbella terminalis magna. Ramuli dichotomi in axilla superiorum foliorum qui simul faciunt racemum elongatum apice dilatatum. Umbellae radii ramulique primum nutantes. Involucella campanulata parva vel majuscula. Nectaria atro-purpurea, vel rubella rarissime luteola. Semina majuscula ellipsoidea fusca polline cinereo facile evanido obducta, prope hilum carunculata. Fl. vere. Vulgaris in oris maritimis agri *nic.* et *ligus.*

dd. *Capsulis laevibus.*

e. *Seminibus longitudinaliter rugoso-reticulatis; nectariis bicornibus.*

5. Myrsinites. E. *Umbellae multifidae radiis bifidis bracteis reniformi-cordatis nectariis semilunatis bicornibus capsulis glabris foliis confertis spathulatis mucronatis coriaceis margine scabris.*

Ic. Dodon. pempt. 569. f. 2. Bah. hist. 3. 675. Chabr. sciagr. 534. f. 5. Moris. s. 10. t. 1. f. 21. Barrel. ic. 1200. Riv. tetrap. irreg. t. 216. Lob.

ic. t. 333. f. 2. Tabernam. ic. 591. Clus. hist. 2. 189. Sibt. fl. gr. t. 471. Reich. ic. f. 4796. Glabra glauca. Caules caespitosi vix pedales prostrati inferne nudi simplices saepe rubidi. folia subconcava crassa margine cartilaginea superiora reflexa. Umbella terminalis 5-9fida radiis crassis semel bifidis. Involucra obovata vel rhombaea obtusa mucronulata. Involucella cordato-semiorbiculata, etiam mucronata. Perigonii laciniae ovatae 10. Quinque curvae ciliatae convergentes. quinque erectae, et nectariferae. Nectaria lutea corniculis brevibus apice capitellatis. Flores primi masculi, reliqui hermaphroditi. Capsula majuscula trigona oblonga: semina oblonga cinerea prope hilum carunculata: umbellae secundariae parvae axillares. Fl. vere et aest. In agro *nic.*

ee. *Seminibus laevibus.*

f. *Foliis tenuibus: seminibus subrotundis subcompressis: nectariis apice lanatis.*

6. DENDROIDES. E. *Umbella multifida dichotoma involucellis subcordatis semiorbiculatis nectario apice lanato capsulis seminibusque laevibus foliis confertis lineari-lanceolatis mucronatis.*

E. divaricata Jacq. ic. rarr. 2. t. 87. Dalech. 1644. f. 3. et 1645. fig. 1. 2. Alpin. exot. 60. Barrel. ic. 910. Zanon. hist. ed. Monti t. 168. Moris. s. 10. t. f. 11. 12. Sibt. fl. gr. t. 470. Dodon. pempt. 372. f. 1. Reich. ic. fig. 4772. Frutex brachium crassus glaber ramis, foliis, involucris demum rubentibus tripedalis et ultra inferne ramique nudi apice ramorum solum foliifero. Umbella terminalis ramulis bifidis vel dichotomis. Nectaria luteola. umbellae laterales axillares nullae. semina subrotunda subcompressa prope hilum carunculata. Fl. vere exeunte. In rupibus mari proximis: in *Liguria orientali, occident.* et agro *nic.*

ff. *Foliis subcoriaceis, seminibus ovoideis, nectariis semilunatis.*

7. AMGYDALOIDES. E. *Umbellae submultifidae radiis dichotomis pedunculis accessoriis plurimis involucellis orbiculato-cordatis perfoliatis planis nectariis semilunatis bicornibus capsulis seminibusque laevibus foliis lanceolatis obtusiusculis subcoriaceis pubescentibus.*

E. sylvatica. Lin. sp. ed. 1. 463. Bocq. phyt. med. t. 158. Jacq. a. t. 375. Bull. pl. ven. t. 95. var. *involucellis acutiusculis.* Tithimalus sylvaticus Scop. 1. 333. Ic. Moris. s. 10. t. 1. f. 3. Barrel. ic. 829. 830. 839. Sab. hor. rom. 1. t. 23. Columu. ecphr. 2. 57. Engl. bot. t. 256. Reich. ic. fig. 4799. Bah. hist. 3. 671. f. 1. Spreng. flor. hal. t. 4. Caules caespitosi basi ramosi, primo anno steriles inferne nudi superne foliis confertis longis rosulatis interioribus successive minoribus. altero anno e centro rosulae prodit caulis florifer. Primum nutans, in anthesi erectus foliis sparsis abbreviatis. Nectaria luteola raro atropurpurea. Capsulae obtusae trigynae tenuissime punctulato-scabrae. Semina cinerea prope hilum carunculatae caruncula lutea subconvexa subrotunda substipitata. Caules et folia saepe inferne rubidi. Suffrutex usque quadripedalis caulibus post perfectos foetus intereuntibus gemmis novos caules daturis se se denuo multiplicans. Fl. vere. In sepibus, et dumetis nemorosis praesertim oris sylvarum, collium, praesertim *taurinensium* etc.

aa. *Herbaceae.*

b. *Floribus solitariis, caulibus procumbentibus, stipulis intra petiolaribus, seminibus ecarunculatis: radice annua.*

c. *Nectariis tridentatis, seminibus transverse rugosis.*

8. CHAMAESYCE. E. *Ramis dichotomis foliis petiolatis stipulatis subrotundis crenulatis basi obliquatis floribus axillaribus solitariis, capsulis subrotundo-trigonis seminibus albis subovato-tetragonis.*

E. canescens L. sp. 652. Jacq. coll. sup. t. 2. f. 3. Cav. ic. 1. t. 63. Reich. ic. fig. 4751. est. var. *Caule foliisque cano-villosis.* — E. massiliensis Cand. fr. 3. 337. est. var. *major foliis totis crenato-serrulatis serraturis mucronulatis.* E. perforata. Guss. fl. sicul. prodr. 1. 540. Ic. Lobel. ic. 363. f. 2. Dodon. pem. 377. f. 1. Clus. hist. 2. 187. f. 1. Dalech. lugd. 1660. fig. 1. Bah. hist. 3. 667. f. 2. Moris. s. 10.

t. 2. f. 19. Gessn. ed. Schm. ic. t. 17. f. 153. Chabr. sciagr. 533. f. 3. Sibt. fl. gr. t. 461. Reich. ic. fig. 4750. Herba pusilla vix spithamea in apricis rubida caulibus caespitosis in orbem positis filiformibus ramosis, petiolis basi utrinque stipula setacea. Flores parvi subsessiles. nectaria alba vel rubra lata brevia. Capsula parva aliquando hirsuta. Fl. aest. Vulgaris in locis apricis collinis arenosis in agro *nic* et *Liguria*.

cc. *Nectariis integerrimis, seminibus, laevibus.*

9. Peplis. E. *Ramosissima foliis semicordatis obtusis subcoloratis subcarnosis integerrimis floribus axillaribus solitariis capsulis glabris caule prostrato dichotomo capsulis ovoideo-trigonis laevissimis, glaberrimis seminibus obovato-subtetragonis laevibus albis.*

Tithymalus. Scop. carn. 1. 340. T. amiculatus. Lam. fr. 3. Sup. Ic. Clus. hist. 2. 187. f. 2. Camer. epit. 970. Lob. ic. 363. f. 1. Moris. s. 10. t. 2. f. 18. Dalech. lugd. 1659. f. 1. 2. Engl. bot. t. 2002. Reich. ic. fig. 4763. Herba glaberrima vix spithamea glauca aliquando tota rubida. Radix longissima. Caules caespitosi ramosi prostrati in orbem positi, ramis divaricatis tetragonis rubidis dichotomis. Folia brevi petiolata majora quam in Chamaesyce. Stipulae deciduae parvae multifido-setaceae: nectaria rotundata obtusissima lata brevissima rubida. Capsulae majusculae. Semina non carunculata. Fl. aest. et aut. Vulgaris in litore maris *nic* et *ligustici* in ipsis arenis.

bb. *Floribus umbellatis stipulis nullis.*

c. *Umbella trifida radice annua.*

d. *Capsulis carinatis carinis subalatis: seminibus angulatis foveolatis nectariis semilunaribus.*

10. Peplus. E. *Umbellae trifidae radiis dichotomis involucellis ovatis nectariis bicornibus foliis obovatis obtusis integerrimis emarginatis petiolatis infimis suborbiculatis capsulae angulis bicarinatis.*

E. peploides. Gouan. fl. monsp. 174. Reich. ic. fig. 4774. E. rotundifolia Loisl. not. 75. t. 5. f. 1. et fl. gall. ed. 2. 1. 338. t. 29. est. omnino var. *minor nectariis aliquando rubris.* Ic. Matth. com. 785. f. 1. Camer. ep. 969. Lob. ic. 362. f. 2. Dodon. pempt. 375. f. 2. Tabern. ic. 597. f. 1. Park. th. 194. Moris. s. 10. t. 2. f. 4. Dal. lugb. 1658. Fuchs. hist. 605. Rivin. tetrap. irreg. t. 48. Bonan. panph. t. 144. Bull. venen. t. 79. Curt. lond. 1. t. 35. ed. Grav. 3. t. 79. Engl. bot. t. 959. Flor. dan. t. 1100. Reich. ic. f. 4775. Dietr. flor. bor. t. 843. Annal. des scienc. natur. m. 18. 17. Herba glabra laete virens vel rubida utplurimum humilis raro pedalis simplex vel inferne ramosa. Caulis ascendens raro erectus. Involucella diphylla opposita basi inaequalia integerrima. Flores parvi lutei solitarii terminales, et alares subsessiles. Nectaria quatuor fulva vel albo-virentia raro rubra cornibus setaceis. Involucrum universale triphyllum foliis elliptico-oblongis. Folia petiolata mollia distantia petiolis filiformibus, ima multo minora. Capsulae anguli bicarinato-alati, alis undulatis. Floret toto anno hyeme excepta. Vulgaris in hortis et ruderatis et agris pinguibus praesertim illis qui Cannabi sati fuerunt.

dd. *Capsulis trigonis seminibus subtetragonis.*

e. *Seminibus transverse sulcatis: foliis obverse lanceolatis superioribus involucrisque mucronato-aristatis, nectariis bicornibus.*

11. falcata. E. *Umbellae 3-5fidae radiis subdichotomis involucris foliisque lanceolatis margine scabris nectariis semilunatis capsulis glabris.*

E. arvensis Schleich. apud Candol. et Koch. syn. 731. E. acuminata. E. mucronata. Lam. enc. 2. 426. E. obscura. Loisl. not. 76. t. 5. f. 2. et flor. gall. t. 29. Reich. ic. fig. 4755. Ic. Barrel. ic. 752. Boccon. sic. t. 13. f. I. E. Jacq. a. t. 121. Reich. ic. f. 4776. Herba rigida glabra glauca. Caulis inferne ramosus vix dodrantalis utplurimum prostratus vel ascendens. Nectaria quatuor lutea. Semina subvelo cinereo rubra. Fl. vere et aest. Vulgaris in arvis, et vineis.

ee. *Seminibus scabris, foliis linearibus, nectariis bicornibus.*

12. exigua. E. *Umbellae 3-5fidae radiis dichotomis involucris, involu-*

*cellis foliisque lineari-lanceolatis obtusiusculis mucronatis retusisve glabris nectariis semilunatis bicornibus cornubus setaceis capsulis glabris seminibus tetragonis.*

E. diffusa. Jacq. miscel. 2. 311. ic. rar. t. 88. E. rubra. E. retusa. Cavan. ic. et descript. 1. 21. t. 34. f. 3. Reich. ic. fig. 4778. — E. tricuspidata. Lapey. abr. 271. est var. *foliis subauriculato-dilatatis cum mucronulo quasi trilobis.* Ic. Barrel. ic. 85. Lob. ic. 357. f. 2. Magnol. bot. monspel. 258. All. misc. taur. 2. 209. t. 3. Dalech. lugd. 1659. f. 3. Curt. lond. 4. t. 36. ed. Grav. 1. t. 62. Svens. bot. t. 633. Engl. bot. t. 1336. Flor. dan. t. 599. Reich. ic. fig 4777. Herba glabra tenera pallide virens minima humillima vix spithamea raro pedalis. Caulis ramosissimus ramis brachiatis. Flores lutei. nectaria 4-5 lutea vel purpurea, apicibus luteis. Fl. vere et aest. In collibus apricis et vineis agri *nic. ligust. albens. segus. taurin.* etc.

cc. *Umbella quadrifida.*

d. *Radice annua, foliis sparsis: capsula angulis scabris, seminibus foveolatis.*

13. TAURINENSIS. All. ped. 1. 287. t. 83. f. 2. E. *Umbellae subquadrifidae (3-4fidae) ramis dichotomis involucellis cordato-triangularibus nectariis laeviter semilunatis seminibus undique foveolatis foliis inferioribus obverse lanceolatis emarginatis superioribus lanceolato-linearibus integris capsulae angulis verrucosis.*

E. terracina. Coll. herb. ped. 5. 122. Si character e seminibus et capsulis desumptus variabilis est omnino confundenda cum E. terracina et variabili Cesat. apud. Bertol. nam hae non videntur reapse differre nisi seminibus capsulisque laevibus. Caulis vix pedalis erectus. Folia ima minora retusa. Umbella terminalis pedunculis solitariis dichotomis axillaribus sub umbella. nectaria lutea cornubus brevibus. Semina ovoidea ferruginea velo cinereo obducta. Fl. vere et aest. In agro *taur.* circa *Lucengo*: in vineis circa *Segusium*, et in vineis *nic.* vulgatissima.

dd. *Radice bienni: foliis decussatis; capsulis laevibus, seminibus reticulato-rugosis.*

14. LATHYRIS. E. *Umbellae quadrifidae ramis dichotomis involucris, involucellis, foliisque e basi cordata lanceolatis inferioribus oblongo-linearibus glaucescentibus integerrimis glaberrimis capsulis fungosis laevibus nectariis bicornibus.*

Tithymalus Scop. carn. 1. 333. Ic. Matth. com. 784. fig. 1. mala. Fuchs hist. 454. Trag. hist. 291. Camer. epit. 968. Lobel. ic. 362. f. 1. Dodon. pempt. 375. f. 1. Dalech. lugd. 1657. f. 1. Tabern. ic. 587. f. 1. 2. Bah. hist. 3. ap. 881. f. 1. Moris. s. 10. t. 2. f. 1. Durant. herb. 242. Blackv. t. 123. Rivin. tetrap. irreg. t. 114. Bull. ven. t. 103. Plenck. ic. med. t. 366. Engl. bot. t. 2255. Reich. ic. fig. 4785. Chabr. sciagr. 333. f. 4. Rocques phyt. med. t. 133. Fl. med. t. 139. Lam. ill. t. 411. Nees dusseld. t. 137. Mem. de l'Inst. 1830. 2. Annal. des scienc. nat. 17. 13. et III. 18. 17. Nees gener. 4. 36. Caulis erectus striatus intus spongiosus superne ramosus glaucus rubro-virens utque tripedalis. Folia supra obscure virentia, subtus pallida raro sparsa. Nectaria lutea. Semina subvelo cinereo fusca prope hilum caruneulata caruncula conica lutea sessili. Fl. aest. In hortis, ruderatis, agris pinguibus, sepibus solo lapidoso vel arenoso. Semina ejus adhibent rustici ad purgandam alvum. Febres intermittentes rebelles etiam quartanas inde sublatas vidi. verum remedium anceps ac periculosum est. Rusticum robustum ex subnata enteritide interfectum vidi, et multos alios male mulctatos.

ccc. *Umbella quinquefida.*

d. *Capsulis laevibus.*

e. *Radice perenni fibrosa: nectariis subrotundis: seminibus laevibus.*

15. SERRATA. E. *Umbellae quinquefidae radiis 2-3fidis dichotomis involucris cordatis ovatis foliisque amplexicaulibus lanceolatis nervosis serratis superioribus latioribus nectariis subrotundis capsulis seminibusque laevibus.*

Tithymalus serratus. Lam. fr. 3. 384. Ic. Clus. his. 2. 189. Dodon. pempt. 369. f. 1. Dalech. lugd. 1649. f. 2. Ger. em. 500. Moris. s. 10. t. 1. f. 3. Monti in Zan. hist. t. 171. Jacq. ic. var. 3. t. 484. Bull. ven. t. 75. Reich. ic. f. 4784. Chabr. sciagr. 334. f. 4. Herba

glabra glauca. Radix longa flexuosa. Caulis ascendens usque pedalis superne ramosus ramis brevibus sterilibus. Umbella etiam 3-4fida. Nectaria fulva. Caps. oblonga trigona trisulca. semina oblonga subtetragona aliquando superne pilosa flavida prope hilum carunculata caruncula luteola. Flor. vere exeunte. In agro *nic.* atque in Valle *Augustae praetoriae* circa *St. Vincent.*

ee. *Radice annua.*

f. *Nectariis transverse ellipticis apicibus obtusis integerrimis cinereo-hyalinis seminibus reticulato-rugosis.*

16. HELIOSCOPIA. E. *Umbellae 5fidae ramis trifidis ramulis dichotomis foliis paucis remotis spathulatis serrulatis glabriusculis imis minoribus involucris obovatis abbreviatis serrulatis basi integris involucellis ovatis basi inaequalibus serrulatis nectariis transverse ellipticis apicibus truncatis capsula trigona laevi seminibus reticulatis.*

Tithimalus helioscopius. Scop. carn. 1. 337. Ic. Matt. com. 780. f. 2. Fuchs hist. 811. Trag. hist. 294. Camer. epit. 853. Lob. ic. 356. f. 1. Dodon. pempt. 371. f. 1. Dalech. Lugd. 1648. f. 1. Tabernam. ic. 593. f. 2. Bah. hist. 3. 669. f. 1. Parkins. th. 189. Ger. hist. 498. Moris. s. 10. t. 2. f. 9. Barrel. ic. 212. Chabr. sciagr. 533. f. 4. Curt. lond. 1. t. 36. ed. Grav. 3. t. 80. Plenck ic. med. t. 369. Engl. bot. t. 883. Flor. dan. t. 725. Reich. ic. fig. 4754. Rocq. phyt. med. t. 136. Schk. hand. t. 129. Hayne 2. 20. Schrank. fl. mon. t. 183. Dietr. flor. bor. t. 841. Baxter. brit. t. 368. Caulis spithameus raro usque pedalis utplurimum ascendens teres a basi ramosus ramis oppositis tortuosis rubidis pilosis, pilis raris albis. Folia hyeme decedentia subtus praesertim aliquando rubida pauca, sparsa, ima petiolata. umbella solis cursum sequitur et spectat radiis 2-trifidis. Involucella apud nos ovata sunt exquisite inaequalia altero latere subintegra. Flores luteoli. nectaria cinereo-hyalina neque luteola neque transverse ovalia sunt. Semina sub velo cinereo fusca. fl. toto anno. Vulgatissima in hortis et ruderatis, et agris pinguibus, illis praesertim quibus Cannabis sata fuit. Var. occurrit apud nos involucris maximis obovatis.

dd. *Capsulis scabriusculis. nectariis semilunatis luteolis.*

e. *Seminibus laevibus radice perenni.*

17. SAXATILIS. Jacq. ap. Murr. syst. 452. E. *Umbellae quinquefidae radiis bifidis involucellis semiorbiculatis nectariis laeviter semilunatis capsulis angulatis angulis granulato-scabris foliis densis imbricatis glaucis subcoriaceis aveniis uninerviis inferioribus glabris spathulato-lanceolatis mucronatis vel retusis supremis ovatis mucronatis distinctis caule prostrato.*

Ic. Jacq. a. t. 345. Reich. ic. f. 4786. Herba glabra. Radix fusca. Caulis vix palmaris inferne ramosus. Fl. vere exeunte. Circa *Segusium*, secus viam della *Novalesa.*

ee. *Seminibus scabris: capsula minutissime granulato-scabra, raro laevi: radice annua.*

18. ALEPPICA. E. *Umbellae 4-5fidae radiis bifidis involucellis late ovatis mucronatis nectariis semilunatis foliis dense imbricatis setaceis glabris densis caule erecto.*

E. pinea. All. ped. 1. 286. Ic. Alpin. exotic. 64. Sibt. flor. gr. t. 462. Reich. ic. fig. 4781. Herba glauca. Caulis humilis raro pedalis basi ramosus. Folia subinde scabrida, ima minora decidua. nectaria luteola. Semina subglobosa. Fl. initio aest. In agro *nic.*

ddd. *Capsulis scabris verrucosis pilosis.*

e. *Capsulis verrucosis.*

f. *Seminibus foveolatis.*

g. *Radice perenni.*

19. PINEA. E. *Umbellae quinquefidae radiis dichotomis involucellis reniformi-cordatis obtusis mucronatis nectariis longe bicornibus foliis densis inferioribus deflexis imbricatis angustissimis superioribus latioribus capsulae angulis scabris caule erecto.*

E. linifolia. Tenor. neap. 1. 39. E. caespitosa. Ejus. l. c. 1. 325. t. 143. f. 2. E. portlandica. De Salis in bot. zeitung. 1824. 5. E. ragusana. Reich. exc. 5. 875. et ic. f. 4782. 6. Ic. Monti in Zanon. hist. t. 169. Barrel. ic. 821. Bivon. Bern. man. 4. 19. t. 3. Herba

glauca. Caulis pedalis, basi ramosus caespitosus. Folia ima cito decidua. Umbella magna radiis elongatis usque septemfida. Involucra ovata vel ovato-lanceolata. Involucella concava. nectaria luteola cornubus setaceis. Semina ovoidea prope hilum caruncu-lata. Folia suprema aliquando subtriloba sunt quod conjungere videtur E. portlandicam L. Fl. aest. In *Liguria orientali*: circa *Genuam*: in agro *nic.*

gg. *Radice annua.*

20. SEGETALIS. E. *Umbellae quinquefidae radiis elongatis dichotomis involucellis latecordatis acutis nectariis semilunatis cornubus setaceis foliis lineari-lanceolatis superioribus latioribus capsulae angulis scabris caule erecto.*

Ic. Dalech. lugd. 1645. f. 2. Jacq. a. t. 450. Sibt. fl. gr. t. 467. Reich. ic. f. 4780. Herba glauca glabra humilis vix pedalis. Caulis basi ramosus cito denudatus. folia densa ima breviora reflexa. Umbella 5-6fida. Involucra rhombeo-ovata vel lanceolata. nectaria citrina. Semina ut in superiore. Fl. aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

ff. *Seminibus laevibus.*

21. PLATYPHYLLA. E. *Umbellae quinquefidae radiis trifidis ramulis bifidis involucellis cordatis foliisque sessilibus lanceolatis serrulatis subtus pubescentibus imis spathulatis nectariis rotundatis integerrimis capsulis verruculosis glabriusculis.*

E. stricta L. syst. natur. Sibt. flor. gr. t. 469. Engl. bot. t. 333. Reich. ic. fig. 4757. Tithymalus platyphillus. Scop. car. 1. 337. E. foetida Hopp. ap. Koch. syn. 724. E. micrantha Mar. Bieb. taur. cauc. 1. 517. Reich. ic. fig. 4756. omnino var. E. dubia. Dierb. fl. heildelb. 2. 127. E. verrucosa. L. sp. 658. Moris. s. 10. t. 3. f. 3. E. literata. Ejusd. etc. Huc forte trahenda est. E. pilosa. Bertol. fl. ital. 5. 90. cum. synon. ejus, quae profecto non differt nisi radice perenni. Ic. Fuchs. hist. 813. Jacq. a. t. 378. Reich. ic. fig. 4758. Rochel. bana. t. 7. Caulis usque pedalis, et ultra alterne ramosus ramis imis sterilibus. nectaria citrina. umbellae 3-5fidae. Capsula subglobosa subtrisulca glabra. Semina ferruginea subcompressa subrotunda prope hilum carunculata caruncula stipitata lutea. perigonium extus pilosum. Folia sparsa, distantia, mollia, ima minora. Fl. aest. Vulgaris locis aridis collinis, arvis, et incultis praesertim sylvestribus et lapidosis. Vulgatissima apud nos inter segetes. Rustici apud nos vocant *Zaccaria.* Si cruribus nudis mane herbis rore madefactis inter segetes eant contrahunt ulcera pessimi moris, quae si cachecticus homo sit, facile cangraenosa fiunt, et in gravissimum periculum vitam adducunt.

ee. *Capsulis verrucoso-hirsutis.*

x. *Radice perenni tuberoso-nodosa.*

22. DULCIS. E. *Umbellae quinquefidae ramis bifidis patentibus involucellis cordato-ovatis vel triangularibus obtusiusculis foliisque lanceolatis vel oblongis obtusis basi attenuatis apice denticulatis vel integris nectariis integerrimis subrotundis capsulis pilosis demum glabris verruculosis caule tereti caespitoso prostrato vel erecto radice tuberoso-nodosa vel fusiformi.*

Tithymalus Scop. carn. 1. 334. T. verrucosus. Ejusd. E. carniolica. Cand. fr. 3. 342. — E carniolica Jacq. a. ap. 34. t. 14. (Tithymalus pilosus Scop. l. c. t. 21. Reich. ic. fig. 4760.) non videtur differre nisi *involucellis oblongis ramis pendulis.* E. purpurata quae est forma apud nos vulgaris est var. *radice tuberoso-nodosa rubra caulibus caespitosis erectis simplicibus vel superne ramosis nectariis rubris vel atro-sanguineis foliis raris oblongis obtusis basi attenuatis involucris majoribus oblongis, involucellis exquisite triangularibus capsulis verrucosis, verrucis inaequalibus seminibus ovoideis uno latere planiusculis fuscis laevibus caruncula subsessili albida.*

E. solisequa. Reich. ic. fig. 4759. Rivin. tetrap. irreg. t. 117. Barrel. ic. 909. F. dulcis. Jacq. a. t. 213. Reich. ic. 266. 267. E. epitimoides. Jacq. a. t. 344. Var. *involucellis ellipticis.* Reich. ic. fig. 4764. E. Fl. vere. Vulgaris super muris, et ruderibus, etiam in oris sylvarum. vel sepibus, et dumetis collinis apricis.

xx. *Radice alba fibrosa fusiformi.*

23. ERICETORUM. Zum. E. *Basi fruticosa humilis caule crasso brevissimo ramis numerosis prostratis lignosis, verrucosis, nudis, annotinis herbaceis, foliosis, foliis omnibus exstipulatis remotis, alternis oblongis, obtusis, glabris, subcoriaceis, glauco-viridibus, imis minoribus, integerrimis, densioribus superioribus longioribus concavis, nervo medio albido reliquis solo vitro percipiendis, minutissime denticulatis, umbellae quinquefidae ramis aequalibus trifloris flore in centro ramorum neutro pedunculato, luteo, nectariis quatuor planis integris subrotundis, involucellis foliolis quinque oblongis obtusis, virentibus minutissime serratis vel obovato-subrotundis.*

Involucella priora tria cordato-ovata minutissime denticulata luteola. Flores pedunculati. duo exteriores paulo supra basim exterius bractea foliacea ovata involucello paulo minore muniuntur. Flores duo exteriores exterius habent florem minorem in axilla bracteae neutrum nectariis quatuor transverse oblongis, planis, neutiquam semilunatis neque corniculatis, coloris albidi ceracei, flos major hermaphroditus nectariis ut in neutris: stamina quatuor duo longiora: filamenta alba, antherae luteae subrotundae sulco profundo medio divisae indeque didymae. ovarium stipitatum verrucosum rotundum nutans, stylo elongato, stigmatibus tribus bifidis subrotundis plano-convexis. Capsula verrucosa. Semina laevia ovoidea hinc compressiuscula primum pulvere farinaceo obducta demum fusca, carunculata caruncula magna reniformi substipitata luteola. vivit in ericetis et pratis exsuccis. floret aprili. spithamam non excedit. ex basi ramorum mortuorum gemmae erumpunt quae ramos annotinos protrudunt, styli aliquando sanguinei sunt. ceterum flores lutei. tota umbella cum floret sulphurea. Accedit ad. E. verrucosam. Lam. enc. 2. 434. Quae finitima est E. flavicomae. Cand. cat. hor. monspes. 110. Sed mea species omnino distincta *habitu universo, staminibus in flore hermaphrodito duobus longissimis apice antheris binis, nectariis ceraceis, capsulis longe pedicellatis stigmatibus tribus bifidis foliis ellipticis subcoriaceis undique glabris.* Ic. Barrel. 834. Moris. s. 10. t. 3. f. 3. Dietr. deut. flor. 3. t. 25. Smith. fl. gr. t. 464. (E. dulcis) neutiquam referunt plantam meam. Perperam etiam, ut mihi videtur, Bertolonius E. verrucosam Lam. var. habuit E. dulcis.

cccc. *Umbella multifida.*

d. *Radice perenni fibrosa: seminibus laevibus.*

e. *Capsulis scabris, nectariis sublunatis.*

24. GERARDIANA. Jacq. a. 5. 17. t. 36. E. *Umbellae multifidae radiis dichotomis involucellis subrotundis vel triangulari-ovatis transverse latioribus aristato-mucronatis nectariis rotundatis integerrimis capsulis glabriusculis foliis subcoriaceis densis lineari-lanceolatis acutis subtrinerviis glaucis glaberrimis mucronulatis.*

E. Seguieri. All. ped. 1. 288. E. Cajogala. Erhrh. beitr. 2. 102. E. linariaefolia. Lam. enc. 2. 102. E. esula. Poll. pal. 2. 18. Eup. glaucescens. W. enum. sup. Tithymalus Paralias. Scop. carn. 1. 338. Ic. Tabernam. 591. Spreng. hal. t. 3. f. 1. Reich. ic. fig. 4794. Dietr. flor. bor. t. 839. Nees gener. 4. 36. Caules caespitosi simplices ascendentes aequales usque pedales. folia densa superiora paulo latiora. Umbella terminalis 8-10fida. Involucra ovata. Nectaria lutea subrotunda aliquando semilunata alias apice trifida. Semina cinerea, carunculata caruncula lutea. Fl. vere exeunte. In pascuis arenosis et humidis secus amnes, et fluvios, *Duriam*, *Sturam*, *Ticinum*, *Aconiam*, *Sessitem* etc. etiam in alveis eorum.

ee. *Capsulis laevibus, nectariis bicornibus.*

25. NICAEENSIS. All. ped. 1. 285. t. 69. f. 1. E. *Umbellae submultifidae radiis dichotomis involucellis cordato-subrotundis nectariis bicornibus capsulis scabris foliis densis lanceolatis coriaceis glabris glaucescentibus.*

E. serotina. Host. a. 2. 562. E. pannonica. Ejusd. l. c. Reich. l. c. fig. 4795. et Barrel. ic. 824. E. glareosa. E. saxatilis. Mar. Biebers. taur. cauc. 1. 373. et 3. 324. E. pulverulenta. Ki-

taib. apud. Koch. syn. 727. E. oleaefolia. Gouan. ap. Cand. fr. 3. 338. E. affinis. Cand. fr. 5. 363. Barrel. ic. 851. E. Baselicis Tenor. neap. 4. 265. t. 145. f. 1. Reich. ic. fig. 4786. 6. Barrel. ic. 825. E. Japygica. Tenor. neap. 4. 266. — Tithymalus Seguieri. Scop. carn. 1. 335. t. 20. Herba superiori adeo similis ut ejus var. dicerem. In agro *nic.* inter *Cimiè*, et la *Trinità*. Umbellae aliquando 4 5fidae, ut plurimum tamen multifidae. Fl. vere.

eee. *Capsulis verrucosis, nectariis subrotundis integerrimis.*

26. PALUSTRIS. E. *Umbellae multifidae radiis subtrifidis involucellis ellipticis coloratis nectariis rotundatis capsulis verrucosis, foliis lanceolatis subintegerrimis glabris seminibus laevibus caule erecto ramis sterilibus.*

E. brachiata. Jan. elen. 7. Ic. Dodon. pempt. 374. f. 1. Dalech. lugd. 1653. fig. 1. Tabern. ic. 588. f. 2. 2. Moris. s. 10. t. 2. f. 1. Rivin. tetrap. t. 116. Bull. ven. t. 87. Svens. bot. t. 329. Fl. dan. t. 886. Reich. ic. fig. 4771. Rocq. phyt. med. t. 159. Hayne 2. 23. Brandt. und. Ratzeb. t. 44. Juss. euphorb. t. 18. Spach. suit. t. 76. Herba glabra procera. Radix crassa caulis usque orgyalis ramosus, ramis alternis sterilibus supremis umbellam utplurimum superantibus. folia remota. Umbella brevis 5-10fida. capsula glabra magna papillosa papillis cylindricis obtusis. Semina ovoidea fusca carunculata caruncula sessili lutea. Fl. vere exeunte. In agro *nov.* in pratis spongiosis, et uliginosis ad oras aquarum et fossas.

dd. *Radice repente: capsulis scabridis: seminibus laevibus.*

e. *Foliis obverse lanceolatis: nectariis rhombeis corniculatis.*

27. ESULA. E. *Umbellae multifidae radiis bifidis involucellis subcordatis nectariis corniculatis capsulis scabridis foliis lanceolatis obtusiusculis glaberrimis caule erecto ramoso ramis abbreviatis sterilibus.*

Ic. Boccon. mus. t. 15. Plench. ic. med. t. 370. Engl. bot. t. 1399. Flor. dan. t. 1270. Reich. ic. fig. 4791. Lob. ic. 357. f. 1. Dodon. pempt. 371. f. 2. Dalech. lugd. 1653. f. 2. Tabern. ic. 595. f. 1. Moris. s. 10. t. 1. fig. 27. Spreng. flor. hal. t 5. Hayne 2. 21. Dietr. flor. bor. t. 821. Herba glabra. Caulis usque bipedalis fistulosus utplurimum rubidus. folia remota subtus glauca. nectaria rubida. Capsula non raro laevis. Semina fusca ovoidea, carunculata, caruncula lutea sessili. Fl. vere. secus amnem *Isere* in *Sabaudia.* et secus *Atison* in magna valle *Ossulae.*

ee. *Foliis linearibus: nectariis semilunatis.*

28. CYPARISSIAS. E. *Umbellae multifidae radiis dichotomis involucellis subcordatis nectariis semilunatis capsulis glabris caule erecto superne ramoso foliis lanceolatis glabris ramorum sterilium lineari-setaceis.*

E. esula. Tenor. neap. 1. 270. E. esuloides. Ejusd. syllab. 238. et fl. neap. t. 232. f. 1. E. biumbellata. Poir. et Desf. atl. 1. 387. Tithymalus Cyparissias. Scop. carn. 1. 339. Ic Matth. com. 781. f. 1. Camer. epit. 964. Lob. ic. 356. f. 2. Dodon. pempt. 371. f. 2. Dalech. 1648. f. 2. Tabern. ic. 594. f. 2. Moris. s. 10. t. 2. f. 29. Zannich. ist. t. 114. Bull. ven. t. 97. Plenck. ic. t. 367. Fl. med. t. 158. Engl. bot. t. 840. Jacq. a. t. 435. Reich. ic. f. 4793. Rocq. phyt. med. t. 157. Lodde Botan. cab. t. 118. Hayne 2. 22. Brandt. und. Ratzeb. t. 45. Schrank. flor. monac. t. 134. Dietr. flor. borus. t. 822. Schubert. naturges. t. 24. f. 4. Herba glabra longe lateque repens pedalis et ultra. Rami plerique steriles. Folia densa. Nectaria cerina. Capsula aliquando scabrida. Semina ovoidea pallide ferruginea, carunculata caruncula lutea. Fl. vere, et aest. Vulgaris in pascuis arenosis amnium, fluviorum etc. ad rias arenosas etc.

Euphorbiae omnes causticae et venenatae sunt. ideoque usus earum internus omnino prohibendus. Herba contrita atque in pultem redacta maxime tempore inflorescentiae cum adipe mixta et pauxillo Euphorbii unguentum sistit vesicatorium quod non ledit vesicam urinariam, et urethram, et mitissimo dolore exulcerat cutem morbosque ab internis sedibus revellit. Euphorbium pulveratum cum Lytta

vesicatoria Fab. vel Scarabaeo Melolonta Lin. adipi junctum unguentum sistit optimum hydrarthris equorum curandis idoneum.

537. CYTINUS.

Hypocistis. C. *Herba annua vix digitalis carnosa rubida aphylla scapo squamoso squamis ovatis superne densis concoloribus floribus in apice scapi fasciculatis masculis superioribus brevipedunculatis femineis sessilibus inferioribus antheris sessilibus floribus apertis lutescentibus capsula baccata coronata subrotunda coriacea seminibus numerosis minutis subrotundis.*

Ic. Matth. com. 151. Camer. epit. 96. 97. Dodon. pempt. 191. f. 2. Ejusd. purg. 400. Dalech. lugd. 223. f. 2. Lobel. ic. t. 119. f. 1. Clus. hist. 1. 68. f. 2. et 79. f. 1. Tabern. ic. 1055. f. 2. Bah. hist. 2. 4. f. 2. Tournef. inst. t. 477. Duham. arb. 1. t. 68. Lam. ill. t. 737. Cavanill. ic. t. 171. Atti napol. 1788. 18. Brotero phytogr. t. 51. Hook. exot. flor. t. 153. Trattin. arch. 197. Tratt. thes. t. 29. Sibt. flor. gr. t. 938. Annal. des scienc. nat. 1. 4. Diction. des scienc. nat. t. 3. Schnizl. iconogr. 1. t. 40. Reich. flor. germ. t. 540. Parlat. giorn. bot. 2. t. 1. Rendic. acad. nap. 1852. 0. Asarum. Lin. sp. ed. 1. 633. Thyrsine Gledit. verm. abhandl. 1. 226. Facies Orobanches. parasitica super radicibus Cistorum, et Ericae arboreae in agro *nic.* Fl. vere exeunte.

Herba adstringens. veteres adhibebant in haemorhagiis a virium infirmitate, diarrhoea, dysentheria, fluore albo etc. nunc desueta.

538. DIOSPYROS.

Lotus. D. *Arbor procera ramosa foliis alternis oblongis acuminatis integerrimis venosis supra viridibus glabris subtus albis pubescentibus glanduloso-punctatis gemmis interne hirsutis pedunculis utplurimum solitariis unifloris axillaribus brevissimis floribus purpureis baccis magnitudine Cerasi fulvis edulibus calyci maximo patente insidentibus seminibus subrotundis reniformibus compressis durissimis.*

Ic. Matth. com. 202. Durant. herb. 250. Camer. epit. 156. 157. Lob. ic. 2. t. 187. f. 1. 2. Ejusd. observ. 605. f. 2. Dalech. lugd. 549. f. 2. 3. Tabern. ic. 1051. fig. 2. et 1052. f. 1. Valer. Cord. hist. 191. Bah. hist. 1. 238. f. 1. Duham. arb. 1. 111. Lam. ill. t. 858. f. 1. Mill. illus. t. 116. Gaertn. fruct. 179. Fructus. Pallas flor. ross. t. 58. Dict. des scienc. nat. t. 65. Arbor usque 30-40pedalis superne valde ramosa ramis validis longis cortice senio rimoso. Si saepe praecidatur arbuscula fit. Bacca primum rubra, demum fulva dulcis, et suavis. Scobes ligni amara est. Dignus omnino qui legatur est locus apud Dalechampium qui scobes in vino decoctas valde commendat ex veterum auctoritate in diarrhoea, dysenteria, et fluore praesertim mulierum cui omnino succurrere perhibet. Capillis etiam decidentibus consulere scribit Galenus: quod confirmarunt Matthiolus, et Dalechampius Hanc stirpem Matthiolus vocat *Loto d'Affrica* et forte etiam quae illi dicitur *pseudoloto*, quae pinguntur pp. 201. 202. edit. meae venet. Valgrisi 1572. Hetrusci vocant *uva d'India.* Non est Lotus veterum cujus fructibus vescebantur populi Africae, Aegypto finitimi (in Cyrenaica, et Syrtibus) qui adeo dulces et suaves erant ut exteri allecti obliviscerentur patria. (Homer odyss. 9. 84. 100.) Certum est Diospyron Lotum in Africa boreali non nasci: Poiretus enim, et Desfontanesius qui illam peragrarunt non invenerunt. fructus Lotophagorum est Zizyphus Lotus Lam. Rhammus Lotus Lin. Cf. Herodot. hist. 4. 175. Plinius hist. nat. 1. 22. Theophr. hist. 4. cap. 3. Polyb. hist. lib. 1. cap. 38. Athen. lib. 4. c. 25. et praecipue pulcherrimam dissertationem Curtii Sprengel. (Spec. antiq. botan. 1. 47. sq.) In sylvis collium taurin. All. ped. n. 489. Sed. forte culta, neutiquam spontanea. Tamen ex Bertolon. fl. ital. 4. 550 sponte nascitur in agro insubrico. unde non absonum est etiam in collibus nostris vivere.

## 539. GLEDITSCHIA.

TRIACANTHOS. Gl. *Arbor procera cortice cinereo ramosa ramis inaequalibus spinosis spinis rubidis rectis trifido-ramosis teretibus foliis alternis bipinnatis foliolis oblongis subserrulatis subtus pubescentibus supra nitidis apice subretusis floribus parvis viridulis racemosis, racemis axillaribus densis folio brevioribus leguminibus maximis longissimis pendulis undulatis ferrugineis compressis seminibus oblongis compressis laevissimis nitidis fulvis in pulpa eduli nidulantibus.*

Var. *ramis inermibus*, quae facilius fructus perficit. Ic. Pluk. mant. 1. t. 352. f. 1. Hor. angl. t. 21. Mich. arbr. amer. 3. t. 10. Duham. arb. t. 107. Lam. ill. t. 857. f. 1. Gaertn. fruct. t. 146. Schk. handb. t. 356. Guimp. fr. holzgew. t. 152. Watson dendr. 2. t. 158. Decand. mem. leg. 1. Arbor usque 50 pedalis, pulchra. Lignum durum torno aptum. Fl. aest. Autumno fructus maturi sunt. Patria ejus America septemtrionalis, qua incolae liquorem fermentatum pulpa parant. Apud nos ubique culta in sepibus, ambulacris, hortis.

## 540. MOHERINGIA.

MUSCOSA. M. *Herba glabra virens vel glauca pusilla raro cum e rupibus pendula est subpedalis facie Arenariae radice repente caulibus caespitosis ramosissimis nodosis foliis linearibus setaceis subulatis vel lineari-lanceolatis vel lineari-spathulatis membranaceis vel subcarnosis oppositis basi connatis elongatis vel brevibus floribus terminalibus longe pedunculatis solitariis vel ternis vel trichotomo-paniculatis albis in apice pedunculorum solitariis petalis calycem margine album excedentibus capsulis flavidis seminibus atris nitidis reniformibus.*

M. sedifolia. W. berol. mag. 1808. 101. t. 3. f. 23. Balb. misc. bot. t. 5. f. 2. est. var. glauca *Foliis latioribus uninerviis margine subrevolutis densioribus, floribus minoribus solitariis.* — M. papillosa. Bert. fl. ital. 4. 363. est var. *Foliis lineari-spathulatis subcarnosis papulosis.* Ic. Column. ecphr. 1. 290. Pluken. phyt. t. 75. f. 1. Dalect. lugd. 1253. f. 1. Bah. hist. 3. 363. f. 1. Moris. s. 5. t. 23. f. 12. Seguier veron. 1. t. 15. f. 1. Scheuz. alp. 503. t. 6. Lindern. hort. alsat. t. 2. Jacq. a. t. 449. Lam. ill. t. 314. Gaertn. fruct. t. 129. Schk. hand. t. 108. Reichenbach flor. german. 3. 213. 214. Labr. et Heg. ic. f. 31. t. 5. Schubert. t. 20. f. 6. Chabr. sciagr. 450. Fig. 4. bona. Fl. vere et aest. Amat loca alpina frigida humida rupestria quibus aquae guttatim adsidue defluunt. Aliquando decandra est.

## 541. CORYLUS.

AVELLANA. C. *Arbuscula vel arbor mediocris a basi ramosa ramis patulis junioribus pubescenti-scabris radice surculifera cortice albo-punctato foliis alternis cordato-subrotundis acuminatis serratis subtus pubescentibus stipulis oblongis obtusis calycibus fructus campanulatis patulis lacero-dentatis amentis masculis cylindricis pendulis in apice ramorum fasciculatis squamis extus pubescentibus antherisque aureis femineis gemmiformibus stylis rubris filiformibus in apice gemmae ovatae imbricatae calycibus demum magnis foliaceis nucibus laevibus duris amygdalis albis, vel rubris.*

Ic. Matth. com. 217. Camer. epit. 177. Lob. ic. 2. t. 192. f. 1. 2. Trag. hist. 1096. Dodon. pempt. 816. f. 2. Clus. hist. 1. 11. f. 1. Dalech. lugd. 319. f. 1. Bah. hist. 1. par. 1. 266. f. 1. Fuchs. hist. 398. 399. Ger. emac. 1438. Gaertn. fruct. t. 89. f. 3. Fruct. Lam. ill. t. 786. Engl. bot. t. 723. Schk. hand. t. 305. Curt. lond. 4. t. 17. Flor. dan. t. 1468. Svens. bot. t. 139. Schrank. flor. monac. t. 124. Hartig. 15. Dietr. flor. bor. t. 842 Reich. flor. germ. t. 636. 638. Schubert naturgesis. t. 47. f. 11. Vulgaris ubique in sylvis, sepibus, dumetis, senticetis. flor. hyeme. Aest. fructus maturi sunt, qui oleosi et gratissimi praesertim hyeme si probe exsiccati a sole. facile enim rancidi fiunt. tunc nocent ventriculo. Modus tamen adhibendus. Calyces austeri stiptici adstringunt et roborant, et magnum praesidium sistunt si decoctum ex illis adhibeatur

in gingivis tumidis et uvulae relaxatione, in ophtalmia diuturna non specifica cum oculi adhuc rubent et tumidi sunt non doleant tamen neque lucem aversentur, in diarrhoea, et dysenteria et fluore albo mulierum. magna inde auxilia habui.

### 542. POPULUS.

*Arbores radicibus repentibus, floribus dioicis amentaceis.*

a. Tremula. *Stamina 8. Ramuli juniores tomentosi vel saltem plantarum juvenilium hirti: squamae amenti ciliatae.*

b. *Gemmae tomentosae non viscosae. stigmata luteo-virentia.*

1. alba. P. *Foliis subrotundis angulato-dentatis subtus tomentosis eglandulosis.*

P. canescens. Smit. brit. 1080. est var. *Foliis supremis cordato-ovatis indivisis amentis subcylindricis elongatis laxis squamis amenti feminei apice fissis margine ciliatis foliis subtus cinereo-tomentosis.* dum in forma vulgari folia terminalia sunt cordata palmato-quinqueloba squamae amenti feminei apice crenatae ciliatae, amenta ovata densa, folia subtus niveo-tomentosa. ad hanc var. refert Smith. Pop. nigram. Mill. ill. t. 90. — P. nivea. W. arb. 227. P. ma'or. Mill. dict. n. 4. Ic. Matth. com. 125. f. 1. Camer. epit. 65. Lob. ic. 2. t. 193. f. 1. Dodon. pempt. 835. f. 1. Dalech. lugd. 86. f. 1. Tabernam. ic. 977. f. 1. Park. th. 1410. f. 1. Bah. hist. 1. par. 2. 160. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 61. f. 1. Ger. em. 1486. Duham. arb. 2. t. 36. Blackw. t. 548. Lam. ill. t. 819. Duham. ed nov. 2. t. 52. Hartig. t. 52. Engl. bot. t. 1618. Flor. dan. t. 2182. Reich. flor. germ. t. 614. Arbor excelsa. folia magna subtriangularia. cortex cinereus senio rimosus. rami patuli. fl. ipsa hyeme. amat solum arenosum, et humidum. Vulgaris ubique.

bb. *Gemmae glabrae viscosae resinosae suaveolentes odore balsamico. Stigmata sanguinea. Folia utrinque glabra.*

2. tremula. P. *Foliis subrotundo-ovatis obtusiusculis repando-dentatis basi glandulosis utrinque glabris junioribus pubescentibus petiolis compressis squamis amenti digitato-incisis dense villoso-ciliatis.*

Var. *Foliis utrinque appresse lanuginosis* quae est. P. villosa. Lang. apud Koch syn. 759. Ic. Matth. com. 126. Trag. hist. 1083. Camer. epit. 67. Lob. ic. 2. t. 194. f. 2. Dodon. pempt. 836. f. 2. Dalech. lugd. 87. f. 1. Tabernam ic. 978. f. 1. Bah. hist. 1. par. 2. 163. f. 1. Chabr. sciagr. 61. f. 3. Ger. em. 1487. Blackw. t. 248. f. 1. Duham. arb. t. 37. Schk. handb. t. 330. Reich. flor. germ. t. 618. Nees dusseld. suppl. t. 87. Nees gener. 4. 16. Engl. bot. t. 1909. Flor. dan. t. 2184. Svens. bot. t. 103. Lam. ill. t. 819. Spach. suites. t. 152. Schubert naturgesis. t. 50. f. 1. Arbor mediocris cortice albo levi ramis patulis. folia albida parvula, longe petiolata petiolis filiformibus unde adsidue moventur, et tremunt levi ventorum flatu. Anttherae atro-rubentes filamentis brevissimis albis. floret ipsa hyeme. ubique in sylvis, humidis etc. Radicibus suis longe lateque repentibus et plantam multiplicantibus infestissima est agris, et pratis quibus difficillime abigitur.

aa. Populus. *Stamina 12-22 antheris purpureis. ramuli etiam radicales glabri, squamae amenti glabrae. folia utrinque glabra nitida. Gemmae glabrae viscosae resinosae suaveolentes odore balsamico.*

b. *Ramis patulis.* Staminibus 16-22.

3. nigra. P. *Foliis delthoideo-ovatis acuminatis glanduloso-dentatis utrinque glabris petiolis subcompressis ramis patentibus.*

Var. nana *ramis flexilibus.* P. flexibisis. Roz. dict. 7. 618. Ic. Matth. 125. f. 2. Camer. epit. 66. Lob. ic. 2. t. 194. f. 1. Dodon. pempt. 836. f. 1. Dalech. lugd. 86. f. 2. Tabern. ic. 977. f. 2. Bah. hist. 1. par. 2. 155. f. 1. Park. th. 1410. f. 3. Ger. em. 1486. Regnault bot. t. 321. Duham. arb. 2. t. 29. f. 45. Gaertn. fruct. t. 90. Baxter. brit. bot. t. 506. Reich. flor. germ. t. 619. Hayne 13. 47. Hartig. t. 53. Schk. handb. t. 330. Nees gener. 4. 16. Engl. bot. t. 1910. Arbor procera.

Petioli abbreviati. Floret primo vere. Ubique culta et spontanea.

bb. *Ramis erectis.* Staminibus 12-15.

4. PYRAMIDALIS. Roz. dict. 7. 619. P. *Foliis lato-deltoideis acuminatis undique basique crenulatis laevibus petiolis compressis ramis coarctatis erectis.*

P. dilatata. Ait. kew. 3. 406. P. fastigiata. Poir. enc. 5. 235. P. italica. du Roi harbk. 149. Pop. pyramidata. Moenk. Culta. Ex. oriente videtur in Italiam migrasse. Certe advena est nam ubique in Italia planta sola mascula hactenus habetur. Fl. vere. In hortis, et ambulacris. Stamina 12-15. Squamae amentorum margine crenatae neutiquam ciliatae.

## 543. EPHEDRA.

DISTACHYA. E. *Arbuscula 2-3pedalis ramosissima ramis teretibus articulatis viridibus filiformibus oppositis verticillatisque vaginis articulorum bidentatis obtusis amentis binis ternisque oppositis masculis pedunculatis pedunculis amento brevioribus femineis sessilibus baccis rubris.*

Ic. Clus. hist. 1. 92. f. 1. 2. Dalech. lugd. 1588. f. 1. Tabern. ic. 856. f. 1. 2. Bah. hist. 1. par. 2. 406. 407. f. 1. Moris. s. 13. t. 5. ord. 2. f. 2. Barrel. ic. 732. f. 3. 4. Dodon. pempt. 75. f. 1. Lob. ic. 796. Chabr. sciagr. 87. f. 5. Schk. hand. t. 339. Lam. ill. t. 830. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 961. Reich. flor. germ. t. 539. Nees genera. 4. 13. In agri *nic* locis rupestribus. facies Equiseti. Fl. vere.

## 544. ACER.

a. *Foliis trilobis.*

1. MONSPESSULANUM. A. *Foliis annuis vel persistentibus cordatis trilobis triangularibus subintegerrimis aequalibus coriaceis nitidis corymbis paucifloris sessilibus erectis pendulisve fructibus glabris staminibus florum masculorum corolla duplo longioribus filamentis glabris samaris erecto-convergentibus.*

A. trilobatum. Lam. enc. 2. 383. A. trilobum. Moench meth. 56. Pluk. t. 251. f. 3. Omnino Lamarkio adsentio qui A. creticum. L. sp. 1497. hujus var. habet. A. commutatum. Presl. del. prag. 31. Ic. Dalech. lugd. 95. f. 3. Bah. hist. 1. 168. f. 1. Duham. arb. t. 10. f. 8. Chabr. sciagr. 61. f. 6. Trattin. arch. t. 46. Reich. flor. germ. t. 162. Arbuscula mediocris ramosissima ramis rubris demum fuscis. folia parva similia illis Anemones Hepaticae vel Hederae Helicis opposita petiolata raro quinqueloba flores pauci majusculi albo-virentes. petala calyce paulo longiora. filamenta glabra. Stigmata bifida laciniis revolutis. Samarae acute carinatae carinis rubidis demum glabrae. Fl. vere. In vinetis et apricis *Sabaudiae.* Praesertim in valle *maurianensi.*

aa. *Foliis 5lobis.*

b. *Floribus racemosis racemis pendulis.*

2. PSEUDOPLATANUS. A. *Foliis cordatis 5lobis subtus glaucis glabriusculis lobis inaequaliter dentatis racemis pendulis cylindricis basi compositis fructibus glabris, alis patulis filamentis hirsutis staminibus florum masculorum petalis duplo longioribus.*

A. villosum. Presl. del. prag. 31. A. platanoides. Scop. carn. 2. 208. Ic. Trag. hist. 1125. Clus. hist. 1. 10. f. 1. Dodon. pempt. 440. f. 1. Park. 1425. f. 1. Lobel ic. 2. t. 199. f. 2. Duham. arb. 1. t. 9. Engl. bot. t. 303. Fl. dan. t. 1575. Gesn. op. ed. Schid. t. 19. fig. 163. Dreves. 2. 62. Trattin. arch. t. 32. Schrank. flor. mon. t. 391. Reich. fl. germ. t. 164. Hartig. t. 97. Dict. des scienc. nat. t. 163. Arbor mediocris speciosa cortice primum rubido demum cinereo et fusco laevi ligno albo. Rami patentes penduli. folia magna. petioli supra canaliculati. racemi pedunculati axillares solitarii hirsuti. pedicelli rarius biflori. flores virentes parvi. germen hirsutissimum. sepala, et petala lanceolata. stigmata utplurimum bina revoluta hirsuta. samarae alis divaricatis obtusis venosis rubidis. semen reniforme. planta polygama monoica, floribus masculis paucis. Fl. vere exeunte. Vulgaris in sylvis, et dumetis subalpinis. Apud nos alpicolae vocant *Piejo.*

bb. *Floribus corymbosis.*

c. *Corymbis sessilibus pendulis erectisve.*

3. Opulus. Ait. kew. 3. 436. A. *Foliis longe petiolatis subrotundis coriaceis subtus tomentosis glaucis septemnerviis inferioribus laeviter obtuseque lobatis superioribus palmato-quinquelobis crenatis fructibus glabris lunato-patulis filamentis glabris staminibus corolla duplo longioribus.*

A. Opulus Cand. prodr. 1. 594. A italum Laut. ac. n. 8. A. rotundifolium. Lam. enc. 3. 282. A. opulifolium. Vill. delph. 1. 333. Tratt. arch. 43. 43a. A. hispanicum. Pour. act. tolos. 3. 303. A. neapolitanum. Tenor. neap. 2. 372. t. 100. A. Pseudo-platanus Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 139. A. obtusatum. Kitaib. ap. W. sp. 4. 984. var. *foliis multo minoribus.* Ic. Gaud. fl. helv. 3. t. 3. Trattin. arch. Reich. 1. 13. Arbuscula 5-6pedalis et ultra ramosissima ramis patulis rubidis demum fuscis. folia parva majora tamen quam in A. campestri. Flores majusculi luteo-virentes vel albidi. Petala calycem excedunt. Samarae acute carinatae demum glabrae alis lunato-ascendentibus. Cortex sericum et lanam inficit colore rubido. Fl. vere. Locis alpinis rupestribus: in *Sabaudia*: agro *segus nic.* etc.

cc. *Corymbis pedunculatis erectis.*

d. *Foliis majusculis radiatim septemnerviis.*

4. platanoides. A. *Foliis basi subcordatis truncatisve quinquefidis sinubus obtusis lobis latis glabris, laciniis acuminato-cuspidatis subdentatis corymbis erectiusculis fructibusque glabris filamentis glabris staminibus flore majusculo subbrevioribus samarae alis divaricatis ramis surrectis.*

A. crispum. Lauth. acer. 23. A. laciniatum Du Roi l. c. var. *foliis laciniatis.* Act. soc. nat. scrut. Berol. 5. t. 4. Ic. Pluken. t. 252. f. 1. Camer. epit. 65. Mill. ill. t. 8. f. 1. Munting. phyt. t. 11. Duham. arb. 1. t. 10. f. 1. Schk. hand. t. 351. Svens. bot. t. 86. Lob. ic. 2. t. 99. f. 1. Bah. hist. 1. par. 2. 168. f. 2. Trattin. arch. 34. Reich. flor. germ. t. 164. Hartig. t. 96. (pistilla) Ann. scienc. nat. II. 15. 22. Schubert naturgesis. t. 30. f. 9. Arbor. elegans et procera ramis erectis in locis subalpinis crescens facie Pseudoplatani. pedunculi corymbi basi utplurimum glanduloso-guttati. laciniae calycis ovatae. Petala spathulata luteola. Fl. aest. In editioribus sylvis subalpinis praesertim in agro *segus.*

dd. *Foliis minoribus radiatim quinquenerviis.*

5. campestre. A. *Foliis cordatis obtuse quinquelobis nitidis subtus glabris vel pubescentibus lobis subintegerrimis corymbis erectis compositis samaris horizontaliter divaricatis ramis patulis filamentis glabris sepalis petalisque linearibus villosis staminibus corollam masculam aequantibus.*

A. austriacum. Trattin. arch. t. 6. var. *foliorum lobis acuminatis apice ipsotamen rotundato fructibusque glabris.* A. collinum. Tenor. syll. 124. A. marsicum. Guss. pl. rar. 373. Ic. Dodon. pempt. 840. f. 2. Tabern. ic. 973. f. 1. Bah. hist. 1. par. 2. 166. f. 1. Trag. hist. 1125. Chabr. sciagr. 61. f. 5. Gessn. tab. ed. Schm. t. 19. f. 164. Duham. arb. 1. t. 10. f. 7. Lam. ill. t. 844. f. 1. Engl. bot. t. 304. Svens. bot. t. 409. Flor. dan. t. 1288. Baxter brit. bot. t. 98. Trattin. arch. t. 57. Schrank flor. monac. t. 250. Reich. flor. germ. t. 162. Hartig. t. 98. Arbor mediocris cortice juniorum aliquando suberoso-alato. flores virides parvi utplurimum hermaphroditi. stylus brevis. Stigma bifidum laciniis revolutis. Stamina flava. lignum durum compactum ponderosum pulchre venosum torno aptum atque operi topiario. Colorem lateritium in lana, et serico tingendis, roseum in Gossypio et lino largitur tinctoribus. Arbor prae omnibus vitibus fulciendis aptissima. Fl. vere. passim in sylvis, et sepibus. Ubique etiam in agris, et vinetis nostris culta est. Vivit enim bene in solo rubricoso frigido et humido aeque ac in arenoso et siliceo. Vitam longam et pertinacem habet, potationem etiam gravem et crebram fert, radicis fibras circa caudicis basim habet, ideoque aratro non laeditur, et radicibus longe repentibus agros non exhaurit ut Ulmus. Aliarum specierum lignum optimum etiam fabris lignariis ad varios usus, et cortex tinctoribus.

## 545. POLYGONUM.

a. *Floribus octandris trigynis.*

b. *Floribus spicatis: radice tuberosa.*

c. *Floribus omnibus pedicellatis fertilibus.*

1. Bistorta. P. *Caule simplicissimo monostachyo foliis ovato-oblongis undulatis in petiolum decurrentibus supremis sessilibus sublinearibus stipulis dilatatis glabris truncatis demum lateraliter dehiscentibus basi vaginantibus racemo subcylindrico crasso denso fructibus laevibus acute-triquetris rostellatis.*

Ic. Bruns. herb. t. 61. 62. Valer. Cord. hist. 87. f. 2. Lonic. hist. 102. Trag. hist. 521 Fuchs. hist. 773. 774. Matth. com. 617. f. 1. Camer. epit. 683. Lob. ic. 292. f. 2. Ejusd. obs. 156. f. 2. Dalech. lugd. 1283. f. 1. 2. Tabernam. ic. 434. f. 2. 435. f. 1. Bah. hist. 3. 538. f. 1. et 539. f. 1. Blackw. t. 234. Moris. s. 5. t. 28. f. 2. Dodon. pempt. 233. f. Ejusd. purg. 4. Ejusd. herb. belg. 22. 23. Garid aix t. 15. Bull. herb. t. 314. Fl. dan. t. 421. Mill. ill. t. 66. Flor. med. t. 71. Tournef. inst. t. 291. Chabr. sciag. 507. f. 4. 5. Ludw. ect. t. 31. Woodw. mat. bot. t. 34. Drev. abild. t. 39. Curt. lond. 1. t. 23. Ed. Grav. 3. t. 68. Plenck. ic. med. t. 306. Engl. bot. t. 509. Savi mat. med. t. 29. Baxter brit. bot. t. 5. Hayne 3. 19. Nees dusseld. t. 105. Wagner 3. Dietr. flor. borus. t. 282. Nees gener. 4. 52. Radix repens crassiuscula lignosa pluries intorta extus fusca, intus rosea. Caules erecti usque bipedales geniculati geniculis tumidis. flores rosei. pedicelli basi bracteati. bracteae ovatae acutae scariosae uninerviae. Racemus vix bipollicaris. Fl. aest. Vulgare in pratis alpinis. Radix eximie adstringens, atque optima ad alvum coercendam cum omnis inflammatio et fibrae teneritas abest. optima cum Diascordio et extracto Saponariae officinalis et pauxillo corticis peruviani in leucorrhoea mulierum si ulcus vel polypus, vel scirrhus, vel cancer, vel lenta inflammatio, vel siphylis absunt. Cortici radicis Punicae Granati succedanea in vermibus pellendis praesertim taenia abigenda. In passiva haemorrhagia etiam magnum remedium est. Vidi diarhoeam diuturnam et rebellem cito sustulisse cum multa remedia et morbo apta etiam valida adstringentia frustra essent adhibita. Herba pecoribus grata, equis exceptis.

cc. *Floribus imis sessilibus abortientibus basi bulbilliferis.*

2. viviparum. P. *Caule simplicissimo monostachyo foliis lanceolatis margine venalis prominentibus crebris striatis revolutisque petiolis apteris.*

Ic. Camer. epit. 681. Clus. hist. 2. 69. f. 2. Ejusd. pannon. 479. Bah. hist. 3. 539. f. 2. Moris. s. 5. t. 28. fig. 3. 4. 5. Pluk. alm. t. 151. f. 2. Gmel. sibir. 3. t. 7. f. 2. Flor. dan. t. 13. Chabr. sciagr. 507. f. 6. Svens. bot. t. 336. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 51. Schrank. flor. mon. t. 321. Lodd. bot. cab. t. 1523. Statura multo minor est Bistorta. Spica aliquando tota vivipara vel quod raro tota fertilis. Bracteae ut plurimum flores superant. Radix magna intorta. Folia radicalia petiolata elliptica firma oris punctatis vel serratis. Spica tenuis demum laxa strigosa. Flores utplurimum albidi profunde divisi bracteae lanceolatae. Fl. aest. Vulgare In pratis et pascuis alpinis editioribus.

bb. *Floribus racemosis: radice annua.*

c. *Caule erecto.*

d. *Foliis cordato-sagittatis.*

3. Fagopyrum. P. *Caule herbaceo erecto foliis cordato-sagittatis acuminatis plicatis alternis fructibus triquetris angulis integerrimis racemis axillaribus simplicibus terminalibus corymbosis.*

Ic. Trag. hist. 648. Lonic. hist. 253. f. 1. Lob. ic. 2. t. 63. f. 1. Ejusd. obs. 513. f. 3. Dalech. lugd. 383. f. 1. Tabernam. 276. f. 2. Moris. s. 5. t. 29. f. 1. Park. th. ic. *tragopyrum.* Bah. hist. 2. 963. f. 1. Dodon. pempt. 512. f. 1. Ejusd. cereal. 86. Petiv. h. br. t. 2. f. 11. Mart. fl. rust. t. 46. Knor. del. 2. t. F. Chabr. sciagr. 312. f. 3. Usteri annal. 5. 5. Engl. bot. t. 1044. Dreves. 3. 77. Hayne 3. 24. Sturm. deut. flor. 5. 18. Metzger. cereal. t. 20. Spach. suites. t. 72. Schubert naturges. t. 20. f. 7. Caulis foliosus glaber ramique rubri. folia integerrima laevia glabra sopra obscure viren-

tia subtus glauca remota superiore sessilia ima longe petiolata. Flores rosei raro albi suaveolentes odore tamen nauseoso basi virides. Stipulae breves. fructus pyramidato-triqueter laevis nitidus nigerrimus. Filamenta basi glandula lutea fulciuntur. Fl. aest. autumno maturat semina. patria ejus *Asia minor*. Ubique cultum post segetes. Semen farinam suppeditat album quae cum Secale cereale, Tritico et Zea adhibetur in pane conficiendo. Farina ejus saginantur sues et aves domesticae. Flores apibus gratissimi.

dd. *Foliis cordato-hastatis.*

4. TARTARICUM. P. *Caule herbaceo erecto foliis cordato-hastatis fructibus oblongis triquetris angulis dentatis.*

Ic. Acta Stokolm. 1744. t. 4. Gmel. sibir. 3. t. 15. f. 1. Metzger cereal. t. 20. Memoir. de l'Instit. 1850. 6. Caules a latere foliorum canaliculati. Petioli sulcati. fructus scabri fusco-cinerei. Ceterum simile priori. Parcius cultum nam farina ejus subamara est. parum grata etiam avibus, et suibus: tenuem praeterea proventum suppeditat. fructus enim non omnes simul maturi sunt. Patria ejus *Tartaria* et *Sibiria* orient.

cc. *Caule volubili.*

d. *Foliis cordato-sagittatis, caule angulato.*

5. CONVOLVOLUS. P. *Caule herbaceo volubili angulato foliis cordato-sagittatis laciniis calycinis obtuse carinatis apteris nucibus trigonis opacis.*

P. convolvalaceum. Lam. fr. 5. 259. Ic. Zannich. ist. t. 146. Bah. hist. 2. 157. f. 1. Tabernam. ic. 876. f. 2. Dalech. lugd. 1424. f. 2. Moris. s. 5. t. 29. f. 2. Petiv. h. br. t. 2. f. 12. Curt. lond. 4. t. 29. ed. Grav. 2. t. 49. Engl. bot. t. 941. Fl. dan. t. 744. Schrank. flor. monac. t. 280. Nees gener. 4. 52. Caulis usque orgyalis saepe ruber scabridus. rami alterni. Flores racemosi racemis pedunculatis simplicibus interuptis solitariis axillaribus. flores subfasciculati pedunculati pedicellis basi bracteatis. Perigonium virens quinque partitum laciniis tribus exterioribus majoribus carinatis non alatis. Stamina aliquando sex. Styli aliquando duo. Antherae violaceae. fructus ferrugineus nitidus laevis lateribus excavatis perigonio involutus. Fl. vere et aest. Ubique in sepibus, dumetis, hortis, ruderatis.

dd. *Foliis cordatis, caule tereti.*

6. DUMETORUM. P. *Caule herbaceo volubili striato, laevi tereti foliis cordatis acuminatis floribus carinato-alatis nucibus trigonis nitidis.*

Fagopyrum. Bonningh. prodr. 119. Ic. Dodon. pempt. 596. f. 1. Ejusd. purg. 221. Lobel. ic. 624. f. 1. Fl. dan. t. 756. Engl. bot. t. 28. 11. Caulis altior. Folia brevi petiolata. pedicelli longiores. antherae albae. Fl. aest. In dumetis, nemoribus, sepibus etc.

bbb. *Floribus paniculatis, caule suffruticoso.*

7. ALPINUM. All. ped. 2. 206. t. 68. f. 1. P. *Caule ramoso erecto angulato foliis ovato-lanceolatis undulatis glabris ciliatis subtus pubescentibus ochreis hirsutis floribus racemoso-paniculatis paniculis terminalibus subdichotomis.*

Ic. Boccon. mus. t. 27. et 83. All. spec. t. 8. Caulis usque bicubitalis articulatus erectus firmus striatus. folia brevi petiolata petiolis alatis uninervia venosa venis parallelis. Flores albi vel rosei grandiusculi pedicellati subsolitarii basi bracteati bracteis parvis oblique sectis barbatis ferrugineis. Flores intus basi glandulosi. stigmata purpurea. fructus laevis nitidus luteolus. Fl. aest. In pratis et pascuis alpium praesertim convallibus.

bbbb. *Floribus axillaribus.*

c. *Caule herbaceo, foliis lanceolatis tenuibus: radice annua.*

8. AVICULARE. P. *Caule procumbente herbaceo foliis lanceolatis margine scabris stipulis paucinerviis floribus fasciculatis fructibus granulatis.*

Var. *Caulibus erectis foliis majoribus.* est P. Bellardi All. ped. 2. 207. t. 90. f. 2. Culta et sylvestris formam et characteres suos servat neque umquam in formam P. avicularis mutatum vidi unde dubius haereo utrum varietas vel potius species distincta sit. — *Floribus racemosis, racemis terminalibus laxis floribus folia florolia subexcedentibus* est P. monspeliense Tenor. neap. 4. 179. Barrel. ic. 560. f. 2. Racemi non nisi ramuli sunt. Ic. Matth. com. 620. f. 5.

Camer. epit. 688. Lob. ic. 419. f. 1. Ejusd. obs. 228. f. 2. Tab. ic. 853. f. 1. Sim. Paul. dan. t. 322. Ger. em. 365. Moris. s. 5. t. 29. f. 1. Blackw. t. 315. Fuchs. hist. 614. Trag. hist. 391. Dalech. lugd. 1123. f. 1. Dodon. pempt. 113. f. 1. Lam. ill. t. 315. f. 1. Flor. dan. t. 103. Bah. theatr. 443. J. Bah. hist. 3. 374. 376. Park. th. 443. Barrel. ic. 559. Bonan. panph. t. 46. Zannich. ist. t. 106 Durant. herb. 368. Petiv. h. br. t. 10. f. 1. 2. 4. Mart. fl. rust. t, 91. Curt. lond. 1. t. 27. ed. Grav. 2. t. 48. Svens. bot. t. 406. Plenck. ic. med. t. 309. Engl. bot. t. 1252. Chabr. sciagr. 434. f. 4. Hayne 5. 23. Sturm. deut. flor. 1. 1. Dietr. flor. borus. t. 281. Nees gener. 4. 52. Caules ramosissimi teretes striati nodosi, cum luxuriant etiam bipedales et ultra in aridis sterilibus vix bipollicares. Folia alterna. Flores variegati ex albo viridi, et purpureo. fructus trigonus perigonio involutus nitidus granulatus ferrugineus. Flor. aest. et aut. Vulgatissimum abique ad vias, pascua etc. Adstringens: veteres commendabant in diarrhoeis, dysenteriis, haemorhagiis, et leucorrhoea. utilis profecto si organa laxa, et debilia sunt: ceterum noxia.

ee. *Caule suffruticoso, foliis ellipticis subcoriaceis margine revolutis.*

9. MARITIMUM. P. *Caule suffruticoso ascendente foliis ellipticis venosis coriaceis sempervirentibus margine revolutis glaucis stipulis fissis elongatis multinerviis fructibus laevibus.*

Ic. Matth. com. 620. f. 1. Camer. epit. 691. Dalech. lugd. 1383. f. 2. Lobel. ic. 419. f. 2. Ejusd. adv. 179. Park. th. t. 444. Bab. hist. 3. 377. f. 1. Moris. s. 5. t. 29. f. 3. Barrel. ic. 360. f. 1. Zannich. ist. t. 229. Santi viag. 3. t. 4. Sibt. fl. gr. t. 363. Engl. bot. Folia brevi petiolata subtus albida senio coerulescunt. flores majusculi inferne virentes superne albi vel rosei. Ceterum similis priori. Fl. vere exeunte. In sabulosis, et arvis agri nic et *ligustici.*

aa. *Floribus hexandris, radice annua.*

b. *Trigynis.*

10. SERRULATUM. Lagas. gen. et. spec. 14. P. *Caule ascendente foliis lanceolato-linearibus basi latiuscula serrulato-ciliatis subtus minute granulatis ochreis longissime ciliatis spicis filiformibus sub erectis pedunculis glabris stylis subliberis nucibus trigonis Bertol.*

Huc procul dubio P. salicifolium Bess. apud. W. enum. 1. 428. Stirps mihi valde dubia, et quae videtur var. P. Hydropiperis stylis tribus. Legit Bertoloni apud *Sarzanan*, in *Liguria orient.*

bb. *Digynis.*

c. *Perigonio extus punctato-glanduloso: stylis inferne connatis.*

11. HYDROPIPER. P. *Foliis lanceolatis undulatis glabris stipulis subciliatis spicis gracilibus laxis nutantibus.*

Ic. Brunsf. herb. 2. 14. Fuchs. hist. 842. Trag. hist. 90. Ruell. in. Dioscorid. 177. f. 2. Lonic. hist. 162. Matth. com. 409. f. 1. Camer. epit. 332. Lobel ic. 315. f. 1. Ejusd. obs. 170. f. 1. Dodon. pempt. 607. f. 2. Ejusd. cereal 290. 292. Dalech. lugd. 1038. fig. 2. Taber. ic. 857. f. 1. Bah. hist. 3. 780. f. 1. Blackw. herb. t. 119. Moris. s. 5. t. 29. f. 6. Trew. com. nor. 1737. t. 5. f. 7. 8. Bull. herb. t. 126. Flor. med. t. 267. Chabr. sciagr. 364. f. 2. Ludw. ect. t. 168. Petiv. h. br. t. 5. f. 5. Curt. lond. 1. t. 26. Ed. Grav. 2. t. 47. Svens. bot. t. 424. Plenck. ic. med. t. 308. Engl. bot. t. 989. Fl. dan. t. 1578. Mutel. fl. fr. t. 39. Schk. handb. t. 108. Hayne 5. 20. Reich. ic. critic. t. 494. Dietr. flor. bor. t. 285. Nees gener. 4. 52. Caulis rubidus nodosus supra nodos tumidus ramosus usque bipedalis. Spicae basi non raro interruptae. folia subtus punctato-granulata. Flores rubidi styli ultra medium connati non raro tres. Stamina aliquando 8. fructus lenticulares vel trigoni nitidi ferruginei. Herba acris oculis inimica. Decoctam urinam ciere, et calculos solvere veteres scripserunt. Quae si vera sunt repetitis experimentis confirmari debent. pecora respuunt illam. Rustici adhibent herbam recentem in fumigationibus ut culices noctu casis suis expellant. vulgatissimum in fossis, et locis depressis hyeme inundatis. Fl. aest.

cc. *Perigonio eglanduloso.*

d. *Stylis inferne connatis vel liberis: pedunculis laevibus, foliis utrinque glabris caulibus erectis simplicibus.*

12. PERSICARIA. P. *Foliis lanceolatis submaculatis stipulis ciliatis pilosis pedunculis laevibus racemis spicatis oblongis erectis.*

P. biforme. Wahlemb. Goth. 41. P. serotinum. Tenor. syll. ap. 566. P. laxum Reich. ic. f. 885. Ic. Matth. com. 409. f. 2. Brunsf. herb. 2. 15. Fuchs. hist. 630. Trag. hist. 91. Matt. Camer. epit. 333. Lob. ic. 315. f. 2. Dalech. lugd. 1041. f. 1. Tabern. ic. 857. Dodon. pempt. 608. f. 1. Bah. hist. 3. 779. f. 2. Blackw. t. 118. Trew. com. nor. 1757. t. 5. f. 3. 4. 5. 6. Moris. s. 5. t. 29. f. 2. Flor. dan. t. 752. Chabr. sciagr. 564. f. 1. Petiv. h. br. t. 3. f. 37. Curt. lond. 1. t. 23. Ed. Grav. 2. t. 44. Engl. bot. t. 756. Schk. handb. t. 108. Hayne 3. 22. Reich. pl. critic. t. 491. Dietr. flor. bor. t. 284. — Var. *foliis subtus albo-pubescentibus stylis liberis* est P. incanum Schmit. boem. n. 591. P. tomentosum. Schkrank. bayer. fl. 1. 669. — P. tenuiflorum. Presl. deliciae pragens. 67. est, var. *floribus octandris.* — Huc etiam traho P. lapathifolium. Lin. sp. 517. Quod non differt. nisi habitu majore. Styli enim liberi vel subconnati, pedunculi glabri vel scabri sunt characteres neutiquam constantes. Quod dicendum etiam de forma fructus. nux enim aliquando trigona est lateribus convexis, vel lenticularis faciebus planis, vel depresso-scrobiculatis. Huc itaque icc. Petiv. h. br. t. 3. f. 10. Curt. lond. 1. 24. 23. Reich. ic. f. 688. Caulis 1-4pedalis nodosus supra nodos incrassatus ramosus nigro-maculatus sicut folia. flores rosei. pedunculi glabri vel glanduloso-scabri. Fl. aest. Vulgares hae omnes formae apud nos in ruderatis humidis, et fossis pinguibus hyeme et vere inundatis.

dd. *Stylis totis connatis; pedunculis glabris, caulibus prostratis ramosis, foliis utrinque glabris.*

13. MINUS. Huds. angl. ed. 1. 148. P. *Caule basi repente humifuso ramoso foliis lineari-lanceolatis subeveniis abbreviatis ciliolatis basi rotundatis stipulis ciliatis spicis filiformibus erectiusculis fructibus lenticularibus floribus subpentandris eglandulosis.*

P. pusillum. Lam. fr. 3. 233. P. striatum. All. ped. 2. 207. t. 68. f. 2. P. angustifolium Roth. tentam. 1. 453. Ic. Moris. s. 5. t. 29. f. 5. Curt. lond. 1. t. 28. Ed. Grav. 3. t. 69. Engl. bot. t. 1043. Tabern. ic. 859. Dalech. lugd. 1041. Hayne 5. 21. Reich. pl. critic. t. 493. Dietr. flor. borus. t. 286. Huc omnino P. intermedium Ehrh. herb. 94. P. mite. Schkrank. bayer fl. 1. 668. P. laxiflorum Veih. bot. Zeitung. 1826. 746. Pol. Braunii. Bl. et Fing. com. fl. germ. ed. 1. 1. 509. Caules spithamei caespitosi basi radicantes nodosi sopra nodos incrassati. Folia glabra fere evenia. styli aliquando ultra medium divisi sunt. stamina 5-6. Fl. aest. Vulgare apud nos in fossis pinguibus, circa domos, et casas etc. Herba neutiquam acris. facies Hydropiperis.

aaa. *Floribus pentandris digynis.*

14. AMPHIBIUM. P. *Foliis oblongis glabris spicis oblongis ovatis densifloris caule inferne radicante simpliciusculo apice surrecto stipulis truncatis nudis stylis semiconnatis radice repente.*

Ic. Lob. ic. 307. f. 2. Dodon. pempt. 582. f. 1. Ejusd. cereal. 247. Dalech. lugd. 1008. f. 1. Tabernam. ic. 740. f. 1. Moris. s. 5. t. 29. f. 1. Trew. com. nor. 1737. t. 5. f. 1. 2. Fl. dan. t. 282. Petiv. h. br. t. 3. f. 12. Curt. lond. 4. t. 28. ed. Grav. 1. t. 50. Engl. bot. t. 436. Dietr. flor. borus. t. 283. Caulis usque tripedalis terrestris vel natans. in natante folia similia Bistortae in terrestri erecta acutiora omnia petiolata serrulata laete viridia subcoriacea. Spica terminalis subsolitaria pedunculata erecta ovata basi bracteata. Flores pedicellati rosei. Stamina in fauce corollae. stigmata globosa rubra. Antherae roseae. styli aliquando tres. fructus ovatus acutus compressus vel triqueter. Fl. aest. In palustribus, et oris lacuum etiam in solo coenoso.

## 346. ADOXA.

**Moschatellina.** A. *Herba perennis tenera glabra pallida moschum redolens radice repente carnosa dentato-squamosa caule erecto tetragono simplici usque semipedali nudo supra medium diphyllo, foliis oppositis petiolatis ternatis foliolis trifidis segmento medio majore trilobo lateralibus bilobis obtusis radicalibus solitariis vel duobus oppositis biternatis longe petiolatis petiolis basi dilatatis capitulis quinquefidis floribus virescentibus subpedunculatis cubicis terminalibus quadrifidis, reliquis quinquefidis antheris luteis baccis globosis umbilicatis luteis seminibus compressis ellipticis margine membranaceis.*

Moschatellina Adoxa. All. ped. 1. 134. Moschatella Adoxa. Scop. carn. 1. 281. Ic. Lob. ic. 674. f. 2. Dalech. lugd. 1296. f. 1. Tabernam. ic. 59. f. 2. Parkins. theat. 326. f. 2. Bah. hist. 3. 206. f. 1. Moris. s. 4. t. 28. f. 14. Chabr. sciagr. 3. 6. f. 6. Sabb. hor. rom. 2. t. 69. Lam. ill. t. 320. Roem. fl. eur. fas. 10. Curt. lond. 2. t. 26. ed. Grav. 3. t. 70. Svens. bot. t. 433. Engl. bot. t. 453. Fl. dan. t. 94. Gaertn. fruct. t. 112. Schk. handb. t. 109.a Dreves 1. 12. Baxter. brit. bot. t. 42. Dietr. flor. bor. t. 105. Nees. gener. 10. 10. Fl. vere. In monte *Cenisio* et alpibus di *Giaveno*: in valle *Fenestrellarum*: in umbrosa sylva ad radices montis *Albergian*: in umbrosis supra *Quasse* et *Mati* supra *Usseglio* loco dicto la *Marciosà*: etiam in *Liguria*.

## 347. ELATINE.

Herbae aquaticae foliis simplicibus caulibus inferne radicantibus humilibus floribus axillaribus parvis albis, vel roseis.

*a. Caule prostrato foliis oppositis, radice annua.*

1. **Hydropiper.** E. *Caule prostrato radicante foliis oppositis oblongo-spathulatis utrinque attenuatis glabris floribus pedunculatis alternis 3-4fidis 6-8andris.*

Elatine tripetala Smith. Engl. fl. 2. 246. E. hexandra. Cand. fr. 3. 309. ic. rar. t. 43. f. 1. et 2. E. major. Braun. syll. soc. ratis. 1. 83. Schk. hand. 109. a. E. triandra. Schk. hand. 1. 344. t. 119. b. Birolia paludosa. Bellard. ad. in act. ac. taur. 1810. 403. t. 11. Tillaea hexandra. La Pierre journ. phys. floreal. an. ix. est var. *floribus tripetalis staminibus tribus vel sex.* Huc facit. Vaill. bot. par. t. 2. f. 1. Extra omnem dubitationem positum est esse var. E. Hydropiperis si diligenter comparaveris phrases, descriptiones, et icc. auctorum, et mirari subest Bellardium virum ceterum acutum et rei herbariae probe gnarum ex var. facillime recognoscenda genus novum condidisse. — E. macropoda Guss. fl. sic. prodr. 1. 475. insularum Italiae meridionalis incola cujus ic. pulcherrima extat in Moris. fl. sard. 1. t. 20. f. 2. mihi videtur etiam var. *humilior et tenuior foliis spathulatis petiolo brevioribus floribus longe pedunculatis pedunculis tenuibus exquisite curvatis cruribus subaequalibus rectis.* Facies omnino diversa: verum omnino Morisio assentio, qui statuit var. esse. E. Hydropiperis plane memor stirpes hasce characteribus suis valde esse inconstantes. Ic. Buxb. cent. 3. t. 37. f. 2. Lam. ill. t. 320. f. 2. Vaill. par. t. 2. f. 2. Engl. bot. t. 2670. ibid. t. 955. Reich. ic. fig. 599. Flor. dan. t. 156. Schk. handb. t. 109. 6. Svens. bot. t. 397. Acta Leop. 21. 1. 3. Herba pusilla ramosa. folia petiolata. flores subsessiles vel pedunculati. Calyx corolla brevior, vel longior. Cor. alba, vel rosea. Caps. depressa umbilicata. Semina valde vel minus uncata. Fl. aest. In paludosis, oris fossarum, oryzetis et locis coenosis hyeme inundatis.

*aa. Caule erecto: foliis verticillatis, radice perenni.*

2. **Alsinastrum.** E. *Caule erecto foliis oblongo-lanceolatis superioribus ovatis floribus quadrifidis sessilibus verticillatis.*

Ic. Buxb. act. petrop. t. 1. f. 6. Vaill. par. t. 1. f. 6. Lam. ill. t. 320. f. 1. Gaertn fruct. t. 112. Flor. dan. t. 2259. Dietr. flor. borus. t. 574. Acta leop. 21. 1. 4. Annal. des scienc. nat. ur. 9. 1. Omnes optimae. Glabra. cau-

lis teres raro basi ramosus crassiusculus fistulosus nodosus, et nodis imis demersis radicans radicibus verticillatis. Folia submersa lineari capillacea subduodena reflexa, emersa quaterna oblongo-lanceolata obtusa glauca subcarnosa nervosa erecta. Flores albi parvi subsessiles axillares verticillati. cor. vix calycem superat. Capsula globosa depressa fusca. valvae stylis persistentibus aristatae. Semina viridia minutissima octo angulata sulcata transverse rugosa curvula. facies Hippuridis, vel melius Galii. Fl. aest. In paludibus, et oris lacuum praesertim in agro *canap.* ego legi in oris lacus *di Viverone.*

## 548. PARIS.

QUADRIFOLIA. P. *Herba perennis glabra radice tuberoso-nodosa repente caule simplici erecto tereti inferne nudo vix pedali apice folioso foliis uni-verticillato-sub-quaternis lanceolato-ovatis acutis sessilibus subintegerrimis venosis stellatim patentibus crassiusculis flore solitario longe pedunculato majusculo sepalis linearibus viridibus petala lineari-subulata flavida superantibus bacca subtetragona magna obscure sanguinea vel nigra.*

Ic. Matth. com. 696. f. 2. Camer. epit. 835. Dodon. pempt. 444. Dalech. lugd. 1313. f. 1. Lob. ic. 267. f. 1. Ejusd. obs. 157. f. 2. Tabernam ic. 720. f. 1. Valer. Cordus hist. 152. f. 1. Ruell. in Dioss. 326. f. 1. Lonicer. herb. 147. f. 1. Fuchs. hist. 3. Trag. hist. 308. Bah. hist. 3. 613. Chabr. sciagr. 523. f. 5. Moris. s. 13. t. 3. f. 6. Blackw. t. 286. Garid. aix 227. t. 49. Flor. dan. t. 139. Lam. ill. t. 319. Gaert. fruct. t. 83. Durant. herb. 227. Redont lil. t. 226. Bull. herb. t. 119. Plenck. ic. t. 311. Svens. bot. t. 6. Engl. bot. t. 7. Petiv. her. br. t. 44. f. 8. Baxter brit. bot. t. 6. Liboschitz peter. 16. t. 20. Kerner gener. 99. Hayne 3. 7. Sturm. deut. flor. 3. 12. Schrank. flor. monac. t. 33. Brandt. und. Ratzeb. t. 6. Dietr. flor. borus. t. 39. Reich. flor. germ. 1. 430. Nees gener 2. t. 58. Schubert. naturges. t. 20. f. 8. Fl. vere exeunte. In nemoribus umbrosis praesertim collinis, et subalpinis. Radix emetica. Bacca narcotica. planta tamen suspecta, neque in medicina adhibenda usque dum meliora experimenta suppetant. pecora respuunt illam, equis, et ovibus exceptis. Visa est gallinis necem intulisse.

## 549. MYRIOPHYLLUM.

Herbae perennes aquaticae natantes foliis verticillatis pinnatipartitis laciniis setaceis.

a. *Floribus verticillatis verticillis foliosis androgynis, vel hermaphroditis bracteis omnibus pectinato-pinnatifidis floribus albidis.*

1. VERTICILLATUM. M. *Foliis pinnatis capillaceis superioribus pectinato-pinnatifidis floribus axillaribus verticillatis androgynis, seu hermaphroditis verticillis axillaribus spicatisve.*

M. pinnatifidum. Wallr. sched. 489. M. pinnatum. Ejusd. l. c. M. pectinatum. Cand. fr. 3. 529. Fl. dan. t. 1046. Ic. Clus. hist. 2. 252. Ejusd. pannon. 712. Moris. s. 15 t. 4. f. 7. Bah. hist. 3. 783. Chabr. sciagr. 565. f. 2. Mala. Petiv. h. br. t. 6. f. 8. Dill. giss. app. t. 7. Engl. bot. t. 218. Konig. ann. 1. 12. Baxter. brit. bot. t. 376. Roem. fl. eur. 12. 8. Dict. des scienc. natur. t. 217. Emersa. Caules floriferi erecti usque ad apicem foliosi, folia quina superiora minora. Flores carnei. Petala calycem vix superant. Fl. aest. In aquis lente fluentibus rarius sequente. Ceterum simile illi.

aa. *Floribus diclinis spicatis, spicis terminalibus nudis, bracteis superioribus integris, floribus roseis.*

2. SPICATUM. M. *Foliis pinnatis capillaceis spica terminali verticillata nuda, bracteis florum femineorum denticulatis masculorum integerrimis.*

Ic. Bah. prodr. 731. Bah. hist. 3. 783. Chabr. sciagr. 565. f. 1. Vaill. act. par. 1719. 23. t. 2. f. 3. Fl. dan. t. 681. Gartn. fruct. t. 68. Lam. ill. t. 775. Moris. s. 15. t. 4. f. 7. Petiv. h. br. t. 6. f. 5. 6. Engl. bot. t. 83. Gmelin reise 2. 33. Schk. handb. t. 296. Roemer. flor. europ. 12. 7. Nees gener. 4. 3. Herba immersa spicis vix supra aquam erectis. Caules pedales et ultra flagelliformes ramosi superne foliosi. Petala in floribus masculis ca-

ivcem duplo excedunt. folia quaterna. Fl. aest. Vulgare in oris aquarum lente fluentium praesertim lacubus.

# CLASSIS NONA

## 330. LAURUS.

NOBILIS. L. *Arbor procera sempervirens superne ramosa ramis strictis demum patentibus cortice caudicis fusco-cinereo ramorum viridi foliis perennantibus oblongo-lanceolatis subundulatis coriaceis supra nitentibus suave olentibus igne crepitantibus venosis floribus axillaribus umbellato-racemosis monoecis diclinis raro dioicis racemis folio brevioribus calycibus quadrifidis drupis ellipsoideis maturis nigris.*

Ic. Matth. com. 121. Durant. herb. 247. Camerar. epit. 60. Ruellius in Diosc. 51. Trag. hist. 1063. Lonic. hist. 21. Lobel. ic. 2. 141. f. 2. Dodon. pempt. 849. f. 1. Tabern. ic. 950. f. 1. 2. 951. f. 1. 2. 952. f. 1. 2. 953. f. 1. Park. th. 1488. Ger. hist. 1407. Dalech. lugd. 351. f. 1. Blackw. t. 175. Bah. hist. 1. 490. f. 1. Chabr. sciagr. 31. f. 1. Duham. arb. 1. t. 134. 135. Sim. Pauli dan. t. 72. Lam. ill. t. 321. f. 1. Gaertn. fruct. t. 92. Flor. medical. t. 224. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 32. Albert. fl. med. t. 28. Sibt. fl. gr. t. 364. Plenck. ic. med. t. 315. Schk. handb. t. 110. Diction. des scienc. nat. t. 11. Woodw. med. bot. t. 235. Nees dusseld. t. 132. Guimp. et Schl. t. 266. Wagner. t. 203. Hayne 12. 18. Reich. flor. germ. t. 675. Nees gener. 4. 45. Schubert. naturg. t. 20. f. 11. Locis calidioribus spontanea ut in *Liguria*, et agro *nic*. Apud nos culta. folia odore pollent gratissimo, et tonica sunt ut baccae. Fl. vere.

## 331. RHEUM.

UNDULATUM. Rh. *Herba perennis radice crassa ramosa longa extus fusca intus lutea caulibus caespitosis altitudinis humanae et ultra angulatis angulis striatis glabris foliis radicalibus maximis humistratis longe petiolatis undulatis subvillosis petiolis carnosis compressis, vel semicylindricis floribus paniculatis paniculis terminalibus ramosis ramis brevibus erectis floribus parvis ochroleucis fructibus triangularibus demum nigris alatis.*

Ic. Regnault bot. Lin. am. ac. 3. 212. t. 4. Pallas flor. ros. 3. t. 20. Gaertn. fruct. t. 119. Lam. ill. t. 324. Woodw. med. bot. 3. 24. Wagner. t. 241. 242. Nees dusseldors. t. 116. 117. Hayne 12. 8. Reich. hort. 117. Hujus generis species omnes altissimorum montium cacumina habitant. Haec prae aliis planitiem etiam locis calidis fert. ideoque colitur frequenter in hortis, quibus semina etiam perficit. Radix Rhei optimum sistit remedium, quod alvum laxat non sine torminibus et simul viscera firmat, et roborat hepati praesertim amica. nocet in affectibus hystericis et hypochondriacis quibus nimia teneritas fibrae illam prohibet, atque in ventriculi et intestinorum inflammationibus etiam diuturnis. ad illam accedunt virtute sua radices Rumicum variorum. obtusifolii, crispi, Patientiae, Hydrolapathi etc.

## 332. MERCURIALIS.

a. *Radice perenni repente, caule simplicissimo.*

1. PERENNIS. M. *Caule simplicissimo foliis ovato-oblongis serratis hirsutiusculis fructibus pedunculatis hirsutis radice repente racemis femineis longe pedunculatis.*

M. cynocrambe. Scop. carn. 2. 266. M. ovata. Sternberg. et Hopp. denkschr. d. bot. ges. zeit. regensb. 1815. 170. t. 4. est var. *foliis subsessilibus*. M. longifolia. Host a. 2. 666. Ic. Trag. hist. 491. Fuchs hist. 444. Camer. epit. 898. 899. Lob. ic. 260. f. 1. Dodon. pempt. 659. f. 1. Dalech. lugd. 1628. f. 1. Valer. cord. hist. 111. f. 2. Bah. hist. 2. 979. f. 1. 2. Moris. s. 5. t. 34. f. 3. 4. Chabr. sciagr. 308. f. 1. Ger. em. 333. Petiv. h. br. t. 1. fig. 5. 6. Curt. lond. 2. t. 65. Mill. ic. t. 91. Flor. dan. t. 400. Svens. bot. t. 455. Engl. bot. t. 1872. Baxter. brit. bot. t. 143. Hayne 5. 10. Reich. flor. germ. t. 132. Dietr. flor. borus. t. 698. Herba pedalis et ultra

piloso-scabra, folia majuscula opposita brevi petiolata superne crebriora. Racemi axillares pedunculati. Stipulae intra foliaceae reflexae. Flores virentes. racemi florum femineorum longe pedunculati. Squama lanceolata utrinque ad latus germinis. Fl. vere. In sylvis, et sepibus montanis.

aa. *Radice fibrosa annua: caule brachiato.*

2. ANNUA. M. *Caule brachiato foliis ovato-oblongis glabris serratis ciliatis radice fibrosa annua floribus femineis subsessilibus.*

Ic. Matth. com. 804. f. 2. 805. Camer. epit. 996. 997. Lobel. ic. 259. f. 1. 2. Fuchs hist. 75. 76. Trag. hist. 190. Dodon. pempt. 658. f. 1. 2. Dalech. lugd. 1622. f. 1. 2. Tabernam. ic. 551. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 977. f. 2. 3. Moris. s. 5. t. 34. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 307. f. 5. 6. Ger. em. 332. Petiv. h. br. t. 1. f. 7. 8. Curt. lond. 5. t. 68. Engl. bot. t. 559. Lam. ill. t. 820. Blackw. t. 163. Fl. med. t. 255. Usteri annal. 5. 6. Gaertn. fruct. t. 10 . Juss. euph. 14. Dietr. flor. bor. t. 699. Reich. flor. germ. t. 151. Hayne 5. 11. Nees gener. 4. 40. Botan. zeitung. 1851. 3. Flor. dan. t. 1890. Schk. handb. 1. 332. Sturm. deut. flor. 8. 29. Dreves 4. 116. Schubert naturgesis t. 50. f. 2. — var. *foliis laciniatis* Marchant act. ac. par. 149. 59. t. 7. 6. Radix alba fibrosa ramosa. Caulis pedalis et ultra flexuosus geniculatus geniculis tumidis, teres ab imo ramosus ramis brachiatis. bracteae utrinque binae ramis oppositae planae angustae subulatae albae apice sursum verso, ex quibus linea utrinque prominula, medio sulcata, quae ad nodum inferiorem descendit. folia longe petiolata, ovato-oblonga margine minute ciliata remote serrata serraturis obtusis conformibus, ceterum supra laete virentia nitida subtus pallidiora venosa venis parallelis. superiora alterna. flores masculi racemosi sessiles glomerati racemis erectis longe pedunculatis pedunculis solitariis axillaribus longe nudis striatis. flores virentes. Stamina 12 in tres fasciculos. filamenta filiformia aequalia alba. antherae primum pulchre coeruleae, demum virides. In planta femina folia sunt brevi petiolata superiora sessilia magis elongata. flores feminei glomerati axillares subsessiles. styli duo carnei pilosi divaricati. fructus echinati pilosi pilis elongatis rectis subulatis. squamae ad latera germinis nullae. Fl. aest. Vulgaris in hortis et ruderatis. Herba veterum commendatione praeclara nunc desueta.



## 553. BUTOMUS.

UMBELLATUS. B. *Herba speciosa perennis glabra usque orgyalis radice carnoso-tuberosa, alba horizontali scapo tereti erecto intus medulloso foliis radicalibus lineari-triquetris fasciculis acuminatis subtripedalibus erectis strictis umbella terminali majuscula multiflora floribus speciosis rubris vel carneis inodoris, involucro triphyllo umbella breviore pedunculis basi bracteatis bracteis acuminatis albidis scariosis.*

Ic. Matth. com. 664. f. 2. Dalech. lugd. 989. fig. 1. Chabr. sciagr. 198. f. 1. Lobel. ic. 86. Ejusd. obs. 44. Dodon. pempt. 600. Ejusd. de frum. 278. Ejusd. herb. 333. Moris s. 12. t. 5. f. 1. Bah. hist. 2. 524. Camer. epit. 781. Caesalp. de pl. 553. Fl. dan. t. 604. Lam. ill. t. 324. Engl. bot. t. 651. Petiv. h. br. t. 43. f. 3. Curt. lond. 1. t. 29. Ed. Grav. 3. t. 71. Durant. herb. 511. Zannich. ist. t. 309. Svens. bot. t. 296. Redout. lil. t. 209. Schk. hand. t. 111. Baxter brit. bot. t. 54. Diction. des scienc. natur. t. 44. Sturm. deut. flor. 5. 18. Dreves 2. 69. Schrank flor. monac. t. 271. Dietr. flor. borus. t. 25. Reich. flor. germ. t. 58. Nees gener. 2. 27. Schnizl. iconol. 1. 50. Schubert. naturges. t. 20. f. 9. Butom. floridus. Gaertn. fruct. 1. 74. t. 19. f. 5. Fl. aest. et aut. In fossis, oryzetis, in oris lacuum, et fossarum et aquarum lente fluentium. Ego legi in oris lacuum di *Viverone*, et *Candia*.

## 554. HYDROCHARIS.

MORSUSRANAE. H. *Herba perennis glabra acaulis aquatica natans radice stolonifera foliis reniformi orbiculatis petiolatis integerrimis subnerviosis*

*subtus lividis fasciculatis petalis albis basi luteis majusculis rotundatis corrugatis sepalis minoribus rubris pedunculis femineis simplicibus unifloris basi vaginatis masculis ex spatha prodeuntibus umbellatis tri-quadrifloris basi bibracteatis.*

Var. *Floribus plenis odoratissimis,* de qua scribit Rajus numquam vidi. Ic. Matth. com. 589. f. 1. Lob. ic. 596. Ejusd. obs. 324. Dodon. pempt. 583. f. 1. 2. Ejusd. cereal. 248. Tournef. act. paris. 1705. t. 4. Dalech. lugd. 1010. Chabr. sciagr. 562. f. 1. Lam. ill. t. 820. Camer. epit. 636. Curt. lond. 3. t. 64. Engl. bot. t. 808. Fl. dan. t. 818. Baxter brit. bot. t. 441. Facies quodamodo Nymphoeae, sed omnibus partibus multo minor. In oris lacuum, et aquarum lente fluentium.

## 535. STYRAX.

OEFICINALIS. H. *Arbor mediocris, vel frutex ramosissimus ramis patulis tenuibus cortice cinereo foliis alternis ovato-subrotundis integerrimis brevipetiolatis tenuibus supra glabris nitentibus subtus albo-villosis, pube stellata rubro-venosis racemis terminalibus simplicibus paucifloris calyce cupulae-formi limbo integerrimo vel denticulato corollis albis calyce quadruplo longioribus drupa alba tomentosa globosa.*

Ic. Matth. com. 85. Camer. epit. 38. Lob. ic. 2. t. 151. f. 1. 2. Ejusd. obs. 579. f. 2. Ejusd. advers. 429. f. 1. Dalech. lugd. 115. f. 1. Tabernam. ic. 1044. f. 2. Bah. hist. 1. par. 2. 341. f. 1. Duham. arb. 2. t. 79. Edit. nov. 7. t. 4. Garid. Aix. t. 95. Gaertn. fruct. t. 59. Lam. ill. t. 369. Durant. herb 449. Chabr. sciagr. 73. f. 6. Cavan. monad. t. 188. f. 2. Plenck. ic. med. t. 341. Sibt. fl. med. t. 375. Woodw. med. bot. t. 101. Andr. bot. rep. t. 631. Lodd. bot. cab. t. 928. Spach. suit. t. 136. Guimp. et Schl. t. 104. Wagner. t. 95. Hayne 11. 23. Nees Dusseln. t. 209. Diction. des scienc. nat. t. 67. Fl. vere. Vulgaris super rupibus mari proximis prope *Zoet* in agro *nic.* ex caudice ejus vulnerato stillat humor, qui aere densatus concrescit in massam resinosam fragrantem, ac multis morbis curandis idoneam Myrrhae aemulam. vires suscitat et calefacit, digestionem ciborum juvat, urinam ciet, alvum mollit, ac nervis, et hepati amica est. Magnum remedium in tussibus, et catharris diuturnis si inflammatio non subest. revocat catamenia ac fluori albo medetur. turbas nervorum in critica feminarum aetate componit. Doloribus rhaeumaticis diuturnis succurrit, si intus et extus adhibeatur. Pillulae ex styrace opio et extracto Chamomillae remedium sistunt in morbis nervorum componendis cum paucis comparandum, verum hychondriacorum, et hystericarum solatium. Quod et vires optime refocillat in cachexia, quae febres intermittentes diuturnas excepit.

## 536. ARCTOSTAPHYLOS.

a. *Baccae demum coccineae. folia coriacea perennantia.*

1. UVA URSI. Spr. syst. 2. 287. A. *Caule procumbente fruticoso foliis obovatis integerrimis coriaceis nitidis perennantibus reticulato-venosis venis utrinque impressis subtus obsoletioribus junioribus margine pubescentibus racemo terminali cernuo paucifloro.*

A. officinalis. Wim. et Grab. fl. sil. 1. 511. Arbutus Uva ursi Lin. sp. 566. Engl. bot. t. 714. Flor. dan. t. 33. Svens. bot. t. 85. Plenck. ic. med. t. 340. Fl. med. t. 82. Big. med. 6. Schk. hand. t. 118. Schrank flor. monac. t. 34. Dreves 2. 64. Guimp. holzgew. 57. Hayne h. 20. Guimp. et Sch. t. 58. Nees. Dusseld. t. 215. Wagner 206. Schubert. naturges. t. 22. f. 6. Uva ursi procumbens. Moench. met. 470. Ic. Aus. hist. 1. 63. fig. 2. Baxter brit. bot. t. 502. Dietr. flor. bor. t. 349. Lob. ic. 566. f. 1. Ejusd. observ. 547. f. 1. Tabernam. ic. 1080. f. 2. Dalech. lugd. 193. f. 1. Bah. hist. 1. 532. f. 1. Chabr. sciagr. 40. f. 5. Lin. fl. lap. t. 6. f. 3. Lyghtf. fl. scot. t. 11. f. c. d. Woodw. med. bot. t. 70. Girard. de Uva ursina nov. animadv. patav. 1764. ic. recus. in Sandif. thes. 2. t. 9. Optima. Caulis brevis raro pedalis et ultra inferne radicans ra-

mosissimus teres. Corolla intus villosa carnea. Antherae atro-purpureae. corollae dentes revoluti. Fl. aest. Vulgaris in rupestribus alpinis.

aa. *Baccae demum coeruleo-nigrae. folia membranacea decidua.*

2. ALPINA. Spreng. l. c. A. *Caule prostrato suffruticoso foliis deciduis oblongis serratis reticulato-rugosis subtus albidis venis subtus prominulis ciliatis pedunculis terminalibus aggregatis.*

Arbutus. L. sp. 566. Engl. bot. t. 2030. Svens. bot. t. 487. Flor. dan. t. 73. Lightf. flor. scot. 1. 11. Guimp. holzgew. t. 58. Ic. Clus. hist. 1. 61. f. 1. Ejusd. pan. 78. Tabernam. ic. 1079. f. 2. Bah. hist. 519. f. 1. Monti in Zanon. hist. t. 178. Sturm. deut. flor. 13. 51. Cor. albae fauce pilosae et viridulae. Calyx rubidus laciniis albo-marginatis. fructus quam in priore multo minores. Fl. vere exeunte. Habitat cacumina editissimorum montium. *Cenisii*, *Turli*, *di Grassoney*, *Pralugnan*, *Courmageur* etc. Uva ursi optimum sistit remedium in morbis renum, et vesicae urinariae, quibus laxitas et infirmitas partium, muci redundantia, et generatio calculorum substratum est. Mire tunc prodest Uva ursi, partes firmando, muci generationem prohibendo, et calculos comminuendo, vel expellendo. Certum est ab usu ejus dolores mitescere, et calculos (forte non omnes) comminui, atque expelli. atque si non omnibus successit experimentum natura forte peculiaris calculorum culpanda est. Ceterum si inflammatio subest nocet remedium. nostra aetate fere obsolevit, sed immerito: magnum enim est remedium, cujus virtus leniens, et lithontriplica, et in ulceribus renum et vesicae extra omnem dubitationis aleam posita est testantibus summis viris Linnaeo, Queerio, Girardio, Murrayo, Gerhardo, Barbeiracio, Haenio. Werlhofito, Taubio, Pallasio, Gesnero, Bergio, Rosensteinio, Sauvagesio etc. Decoctum ejus valde prodest in hydrope si paululum Scillae pulveris foliorum Digitalis purpureae et Kali nitrici addatur.

## 556 bis. ARBUTUS.

UNEDO. A. *Arbuscula mediocris raro procera caudice tereti erecto cortice senio deciduo ramorum laevi rubido ramis sparsis patulis junioribus glanduloso-hirsutis foliis sempervirentibus coriaceis sparsis glabris oblongo-obovatis crenato-serratis longiuscule petiolatis floribus albis racemosis racemis terminalibus compositis pendulis laevibus baccis globosis muricatis demum coccineis.*

Var. *baccis oblongis acutis* Barrel. ic. 673. Ic. Matth. com. 209. Durant. herb. 42. Camer. epit. 168. Clus. hist. 1. 47. f. 2. Lob. ic. 2. t. 144. f. 1. Ejusd. observ. 571. f. 1. Dodon. pempt. 804. f. 1. 2. Dalech. lugd. 195. f. 1. Tabern. ic. 957. f. 1. Ger. hist. 1496. Park. 1496. Bah. hist. 1. 83. f. 1. Mill. ill. t. 48. f. 1. 2. Lonic. hist. 56. Ruell. in Dioscorid. 85. Duham. arb. 1. t. 28. Barrel. ic. 674. Chabr. sciagr. 4. f. 1. Lam. ill. t. 366. f. 1. Engl. bot. t. 2377. Sibt. fl. gr. t. 375. Gaertn. fruct. t. 59. Savi flora ital. 1. 5. Baxter brit. bot. t. 497. Varr. Kerner hort. semper. t. 107. Bot. magaz. t. 2319. Lodd. bot. cab. t. 123. Flores et fructus eodem tempore fert ut Citrus. Fl. nov. decembr. In sylvis *Liguriae* et agri *nic.* fructus sapidi salubres spiritum ardentem fermentescendo suppeditant. Lignum durum rubidum ponderosum torno aptum. Cortex et folia adstringentia ad coria densanda idonea sunt.

## 557. RHODODENDRON.

a. *Foliis margine planis ciliatis subtus glanduloso-punctatis.*

1. HIRSUTUM. Rh. *Foliis coriaceis subovalibus crenulatis ciliatis subtus resinoso-punctatis floribus corymbosis laciniis calycinis fimbriato-barbatis corollis campanulatis.*

R. intermedium Tausc. regens. bot. zeit. V. 19. 36. R. latifolium. Hop. bot. zeit. 23. 525. Sunt. varr. Ic. Clus. hist. 1. 82. f. 1. Ejusd. pan. 74. Tabern. ic. 1069. f. 2. Lob. ic. 567. f. 1. Ejusd. obs. 199. f. 3. Bah. hist. 2. 21. f. 4. Jacq. a. t. 90. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 40. Guimp. holzgew. t. 53. Zol-

likoffer alpenfl. 7. Lodd. bot. cab. t. 479. Botan. mag. t. 1853. Hayne 10. 26. Schubert. naturges. t. 22. f. 1. paulo minor seq. Fl. aest. Ascendit editiora alpium juga quam ferrugineum. In alpibus prov. *novar.* legit Biroli: in alpibus di *Varzo*: in valle *di Vedro alle Casere superiori*: *valle Formazza*, et *al Campello*, *valle di Strona*. Ego legi in alpinis supra *Graglia*.

aa. *Foliis margine revolutis neutiquam ciliatis subtus leproso-ferrugineis.*

2. FERRUGINEUM. R. *Foliis coriaceis oblongis utrinque attenuatis supra glabris subtus ferrugineo-lepidotis floribus subumbellatis laciniis calycinis dentato-ciliatis corollis infundibuliformibus.*

Ic. Dalech. lugd. 271. f. 1. Tabernam. ic. 1052. f. 1. Bah. hist. 2. 21. f. 3. Duham. arbr. 2. t. 61. Jacq. obs. 1. t. 16. Ejusd. Fl. a. t. 255. Lob. ic. t. 366. f. 2. Ejusd. advers. 455. f. 1. Guimp. holzgew. t. 52. Hayne 10. 25. Nees Dusseld. 507. Zollikoffer alpenfl. 6. Lodd. bot. cab. t. 65. Var. *flore albo* Sweet fl. 9. 2. 238. Frutex caespitosus usque orgyalis caudicibus prostratis ramosis tortuosis. flores rubri corymbosi. pedunculi breves uniflori glandulosi. flores magni speciosi. Fl. aest. Vulgatissimum in rupestribus montanis, et alpinis. experimenta institui cum foliis pulveratis in doloribus diuturnis rheumaticis et podagricis, et comperi non omni virtute destitui in hisce morbis curandis. qua accedit ad R. Chrysanthum Lin. supl. 237. quo utuntur medici in Russia, et Germania ad dolores arthriticos, et rheumaticos auferendos.

## 558. PYROLA.

Herbae vel suffrutices alpini humiles glabri foliis simplicibus petiolatis radice repente.

a. *Stylo erecto.*

b. *Scapo unifloro.*

1. UNIFLORA. P. *Scapo unifloro foliis suborbiculato-spathulatis dentatis stigmate quinque-radiato.*

Monesis grandiflora. Salisb. in Gray. an. br. 2. 403. Ic. Clus. hist. 2. 118. f. 1. Ejusd. pan. 509. Bah. hist. 3. 536. f. 3. Chabr. sciagr. 107. f. 2. Moris. s. 12. t. 10. f. 2. Flor. dan. t. 8. Rivin. pentap. t. 139. Engl. bot. t. 146. Svens. bot. t. 176. Hook. lond. ed. Grav. 5. t. 31. Liboschitz petersb. t. 37. Dreves 2. 70. Schk. handb. t. 119. Schrank. flor. monac. 1. 272. Dietr. flor. borus. t. 443. Scapus humillimus vix uncialis prostratus vel ascendens. flos solitarius terminalis nutans grandis albus fragrans. antherae aureae tubaeformes apice hiantes binis poris. Valvae capsulae margine glabrae. Fl. aest. amat loca umbrosa, et humentia alpium editiorum, praesertim scaturigines muscosas aquarum in monte *Cenisio*: in alpibus di *Locana*: in editioribus supra *Courmayeur*: in montibus *Turlo* et *Moro* versus *Macugnaga*. in *Sabaudia* etc.

bb. *Scapo multifloro.*

c. *Racemo secundo.*

2. SECUNDA. P. *Racemo secundo foliis ovalis serratis stylo elongato stigmate peltato-quinquelobo caule suffruticoso.*

Ic. Clus. hist. 2. 117. f. 1. Ejusd. pannon. 506. Camer. epit. 723. Dalech. lugd. 1148. f. 4. Bah. hist. 3. 536. f. 1. Moris. s. 12. t. 10. fig. 4. Gmel. sibir. 4. t. 56. f. 2. Fl. dan. t. 402. Rivin. l. c. t. 138. Svens. bot. t. 366. Engl. bot. t. 517. Hook. l. c. 3. t. 30. Chabr. sciagr. 506. f. 6. Stephan. ic plant. mosq. 40. Sturm deut. flor. 4. 13. Dietr. flor. bor. t. 129. Caulis vix palmaris suffruticosus angulatus prostratus ramulis erectis folia brevipetiolata coriacea supra nitentia alterna. flores parvi albido-virentes ovali-oblongi cernui. anthera pendulae hirtae poris dilatatis vel tubulosis. pedunculi palmares pedicel lique bracteati. Valvae capsulae margine pilosae. Radix lignosa tortuos longe repens. Fl. aest. vulgaris in summis alpibus locis lapidosis et sylvaticis: in monte *Cenisio*: in valle di *Locana*: in alpibus *Valdensium*: super montibus *Turlo*, et *Rosa* etc.

cc. *Racemo aequali.*

3. MINOR. P. *Racemo aequali corollis campanulatis foliis ovalis acut.*

*dentatis stylo brevissimo, stigmate radiato supra nudo.*

P. rosea. Smith. Engl. bot. t. 2543. Ic. Rivin. peut. irreg. t. 136. Hook. l. c. 3. t. 29. Engl. bot. t. 158. Fl. dan. t. 65. Svens. bot. t. 330. Baxter brit. bot. t. 239. Hayne 4. 23. Sturm. deut. flor. 4. 13. Rad. pyrola. 1. Dietr. flor. bor. t. 443. Herba pusilla. Stamina supra ovarium conniventia. antherae poris dilatatis, nec tubulosis hiantes. Fl. aest. In sylvis praesertim fagineis montanis umbrosis circa *Lucerame* in valle *Ulciensi*: in alpibus di *Chamony*, et *Pralugnan*: in monte *Gottro Liguriae orien.* etc.

aa. *Stilo declinato.*

4. ROTUNDIFOLIA. P. *Racemo aequali laciniis calycinis lanceolatis stylo recurvo elongato staminibus ascendentibus supra ovarium coadunatis foliis subrotundis obtusis crenatis nitidis stigmate supra papilloso.*

Huc. P. chlorantha Swart. act. holm. 1810. 190. Sering. mus. helv. 3. ic. et Svens. bot. t. 433. P. virens. Schweigg. et Köol. fl. erlang. ad. 134. P. media. Hayn. darst. 22 P. asarifolia, et grandiflora. Raddi monogr. 23. Color. florum albo viridulus. P. media Swart. vet. gl. handl. 1804. 257. t. 7. Rad. monogr. t. 3. f. 1. Ic. Fuchs hist. 467. Trag. hist. 707. Brunsf. herb. 3. 88. Matth. com. 636. f. 1. Dalech. lugd. 841. f. 1. Clus. hist. 2. 116. f. 3. Dodon. pempt. 138. f. 1. Lob. ic. 294. f. 2. Eiusd. obs. 157. f. 2. Bah. hist. 3. 333. f. 1. Moris. s. 12. t. 10. f 1. Blackw. t. 594. Flor. dan. t. 110. et t. 1816. Gaertn. fruct. t. 63. Lam. ill. t. 367. f. 1. Camer. epit. 723. Engl. bot. t. 213. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 53. Svens. bot. t. 304. Chabr. sciagr. 306. f. 5. Liboschitz petersb. t. 32. Dict. des scienc. nat. t. 75. Schk. hand. t. 119. Hayne 4. 21. Sturm. flor. 4. 13. et 20. 93. Meyer flor. han. 12. Schrank. flor. monac. t. 52. Dietr. flor. bor. t. 444. Schubert naturges. t. 22. f. 2. Caulis humillimus decumbens. folia longe petiolata subcoriacea supra nitentia. pedunculus terminalis spithameus bracteatus. Racemus multiflorus erectus pedicellis basi bracteatis: flores grandiusculi albi. cernui. antherae flavae pendulae tubulosae basi poris binis angustis dehiscentes. Stigma rotatum quinque tuberculatum. Stylus crassus longior corolla rubidus non raro sub apice stigmate crassior; quod fit in P. media Swart. Valvae capsulae margine piloso-barbatae. Herba adstringens olim in ulceribus, et vulneribus adhibita nunc obsoleta. Fl. aest. In lapidosis umbrosis, sylvis, dumetis, senticetis etc. alpium.

## 559. MONOTROPA.

HYPOPITIS. M. *Herba spithamea perennis usque pedalis ochroleuca facie Orobanches radice repente scapo erecto simplici angulato squamato basi attenuato squamis sparsis ovato-oblongis carnosulis inferne densis racemo terminali simplici cernuo fructifero erecto flore supremo decandro decapetalo reliquis octandris octopetalis floribus campaniformibus basi subventricosis pilosis vel glabris.*

M glabra. Bern. ex Reich. excur. 2. 411. M. hypophegea. Wallr. sched. 191. Reich. ic. f. 675. M. hypoxia Spreng. syst. 2 317. Sturm. deut. fl. hef. 13. Hypopitis glabra. Cand. prodr. 7. 780. est. var. *caps. globosa atque omnibus partibus glabra.* — Var. *hirsuta capsula ovali-oblonga* est. M. Hypopitis. Waltr. sched. 193. Reich. ic. f. 674. Hypopitis multiflora. Scop. carn. 1. 283. Ic. Pluk. phyt. t. 209. f. 5. Mentz. pugil. t. 3. Lam. ill. t. 362. f. 2. Engl. bot. t. 69. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 52. Svens. bot. t. 97. Flor. dan. t. 232. et 2051. Moris. s. 12. t. 16. f. 20. Plot. oxf. t. 9. f. 6. Baxter. Brit. bot. t. 275. Gaertn. fruct. t. 184. Schk. handb. t. 116. Dietr. flor. bor. t. 442. Nees. gener. 10. 10. (embrio) annal. des scienc. nat. III. 9. 1. Schubert. naturges. t. 22. f. Herba aphylla cum floret odorem spargit Primulae veris: siccando Vanillam aromaticam aemulatur. antherae incumbentes. Fl. aest. In sylvis s. *Martini* collium *Taur*: in sylvis agri *Albens*, in fagetis vallis *Loana* etc.

## 560. DICTAMNUS.

ALBUS. *Herba perennis radice fibrosa caule usque tripedali angulato simplici*

*inferne glabro superne glanduloso-pubescente foliis alternis duris viscidis imis simplicibus obovatis sessilibus superioribus imparipinnatis subquinque jugis petiolatis foliolis ovato oblongis obtusis serratis supra nitidis atrovirentibus subtus pubescentibus pallidis impari majore racemo simplici elongato laxifloro glanduloso-resinoso floribus magnis roseis purpureo-venosis.*

D. obtusiflorus. Koch. syn. 160. D. Fraxinella. Pers. ench. 1. 464. Ic. Matth. com. 481. f. 1. Clus. hist. 1. 99. f. 2. Lob. ic. 2. t. 96. f. 1*i* Dodon. pempt. 348. f. 3. Bah. hist. 3. 494. f. 2. Barrel. ic. 1318. Chabr. sciagr. 490. f. 5. Dalech. lugd. 872. Durant. herb. 139. Renealm. spec. 122. Garid. aix. t. 36. Rivin. pent. irreg. t. 134. 135. Lam. ill. t. 344. Gaertn. fruct. t. 69. Jacq. a. t. 428. Plenck ic. t. 325. Fl. med. t. 171. Schk. handb. t. 114. Hayne 6. 7. Nees Dusseld. t. 377. Woodw. med. bot. t. 166. Dietr. fl. bor. t. 823. Proc. hor. soc. 1838. p. 37. Schubert. naturges. t. f. 6. D. obtusiflorus Koch non videtur differre nisi *petalis tribus superioribus obtusissimis apiculatis supremo emarginato ovario stipite suo longiore foliis crenulatis.* Racemus et flores sunt glanduloso-papillosi glandulis purpureis quae materiam inflammabilem parant. quae sub campanula vitrea cohibita repente admota flamma accerditur et fulgurat. Odor plantae gravis aromaticus. flores raro albi. Semina nigra. Fl. vere exeunte. In collibus circa *Segusium*: in pascuis alpium vallis *Augustae praetoriae*, et vallis *Pellinae*; in montibus supra *Giaveno*, et *Piossasco:* in alpibus *Vinadii* inter *Castiglione* et *Bardassano*: in ipsis collibus *taurin.* di *Superga* etc. ego legi in dumetis montium vallis *Sesserae* agr. *bug.* Tota planta amara atque aromatica est odore gravi hircino. Vires reficit praesertim viscerum sanguini parando dicatorum febres intermittentes et obstructiones viscerum non raro sanat, menses pellit et chlorosim arcet, et leucorrhoeam rebellem urentem. Urinas etiam ciet. Vermes enecat praesertim lombricos eo felicius si cum jalapa jungatur. Quae medici homiopathici experimentis suis magna solertia institutis abunde confirmarunt. adhibuerunt praecipue in haemorrhagia uteri, leucorrhoea maxime illa quae cum urina acuta juncta sit, in sensu acuto imo dolorifico pudendorum. Magnum in epilepsia remedium sistere esperimentis iteratis comprobaverunt.

## 261. RUTA.

Suffrutices glauci erecti glandulosi graveolentes caulibus erectis ramosis foliis decompositis floribus paniculatis flavis.

a. *Petalis denticulatis vel erosis: foliolis oblongis.*

1. GRAVEOLENS. R. *Foliis subtripinnatis petiolatis ambitu subtriangularibus pinnis apicem versus decrescentibus foliolis lateralibus oblongis terminali obovato glaberrimis petalis denticulatis integerrimisque subito in unguem contractis germine glabro punctato capsulis obtuse lobatis.*

Ruta divaricata Tenor. neap. 1. 222. t. 36. Lam. ill. t. 345. f. 1. Reich. ic. fig. 1060 1061 est. var. *laciniis foliorum oblongo-linearibus.* R. critmifolia. Cand. prodr. 1. 710. Quae eosdem omnino fert characteres. R. hortensis. Mill. dict. n. 1. Ic. Matth. com. 498. Dalech. lugd. 972. f. 12. Chabr. sciagr. 377. f. 2. *mala.* Dodon. pempt. 119. f. 1. 2. Schk. hand. t. 115. Blackw. t. 7. Ludw. ect. t. 1. Moris. s. 5. t. 14. f. 3. Duham. arb. ed. 1. 2. t. 61. Bull, herb. t. 85. Plenck. ic. med. t. 332. Flor. med. t. 304. Bah. 3. 199. f. 1. et 197. f. 1. Gaertn. fruct. t. 111. Woodw. med bot. t. 174. Dict. des scienc. nat. t. 122. Hayne 6. 8. Nees Dusseld. 374. Wagner 34. Guimp. et Schl. t. 186. Mem. du Mus. 12. 17. Annal. des scienc. nat. 17. 14. Mem. dell'instit. 1830. 3. Payer organogenie. 15. Reich. flor. germ. 5. 157. Schubert naturges. t. 22. f. 3. Caulis tripedalis et ultra, folia carnosa. Foliolum impar tripartitum lateralibus bipartitis raro integris: flores laterales octandri, supremo decandro. semina atra scabra. Stamina bina singillatim accedunt ad pistillum, excusso polline eodem ordine rece-

dunt iterumque conduntur in concavo petalo, succedentibus eodem ordine, aliis, motu evidentissimo. Fl aest. Circa *Segusium* locis apricis, calidis. Culta ubique in hortis.

aa. *Petalis integris foliolis linearibus.*

2. MONTANA. R. *Foliis supra decompositis foliolis laciniisque linearibus acutis glaucis corymbis terminalibus bracteis trifidis petalis integris capsulis obtusi-lobis.*

R. legitima. Jacq. ic. rar. 1. t.6 7. All. ped. 1. 280. R. sylvestris Mill. dict. n. 3. R. tenuifolia Desfont. atl. 1. 336. Ic. Camer. epit. 495. Clus. hist. 2. 131. f. 1. Lob. ic. 2. 54. f. 1. 2. Matth. com. 499. f. 1. Dodon. pempt. 120. f. 1. Dalech. lugd. 973. f. 1. Bah. hist. 3. 200. f. 1. Chabr. sciagr. 377. f. 3. Reich. ic. fig. 1059 Mutel. fl. fr. 15. Herba minor priore. Petala acutiuscula fere rostellata dorso viridia. Semina curvata. Caulis glandulosus, glandulis luteis diaphanis. Fl. aest. In sterilibus circa Cusano in valle *Staforae.*

aaa. *Petalis fimbriatis.*

3. CHALEPENSIS. R. *Foliis decompositis subsessilibus sultripinnatis pinnis versus basim apiceque attenuatis infimis substipularibus foliolis laciniisque linearibus vel obverse lanceolatis obovatisque corymbis terminalibus petalis fimbriatis subito in unguem contractis lobis capsulae acuminatis.*

R. graveolens All. ped. 1. 281. R. bracteosa. Cand. prodr. 1. 720. Reich. ic. fig. 1063. Var. *bracteis subcordatis maximis.* — R. angustifolia. Pers. ench. 1. 464. Bot. mag. t. 2511. Reich. ic. f. 1062. Var. *laciniis foliorum linearibus petiolis crassis caule flexuoso superne subnudo bracteis parvis ramis pedicellisque puberulis.* R. macrophylla Ker. bot. mag. t. 2118. — Ic. Moris. s. 5. t. 35. f. 8. Rocq. phyt. med. t. 120. Sibt. flor. gr. t. 368. Descour. ant. t. 595. Caulis tripedalis et ultra. Ceterum similis graveolenti. Fl. aest. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria.* Etiam culta. Rutae amarae aromaticae odore gravi et ingrato atque acres sunt, magis sylvestres praecipue montana, si locis calidis apricis lapidosis vivit. Quae tunc acerrimae sunt ut venenatae etiam fiant. Ruta prodest in doloribus colicis si a spasmo sunt. in hysteria etiam contusa ac genitalibus imposita. Epilepsiae succurrit. (Cf. inter veteres Alexandrum Trallianum 1. cap. 25. et recentiores medicos Valleriolam. Observatt. med. lib 3. obs. 7. p. 156). Haemorrhoides tumidas et dolentes mollit et lenit. Catamenia pellit vermes interficit fluori albo medetur, et genituram videtur extinguere, vires directe infirmando quae generationi consulunt. maculas corneae delet, et oculorum aciem intendit et reficit. aurium doloribus ac surditati medetur si succus auribus inditur, et si surditas a virium infirmitate est. Semina vel capsulae tostae et pulveratae datae aegris qui ruinam noctu laxant illam cohibere dicuntur. etiam ischiadicos dolores auferre herpetes et acores appositam sanare. unde cataplasma ex herba ejus utilissimum vidi in tinea. Vitiligini mederi dicitur etiam albae, quod maximam vim prodit. Contra febres intermittentes utiliter adhibetur. haemorrhagiam narium sistit trita atque naribus indita. vermes pellit, et interficit, urinae fluxum auge et vires languentes refocillat et erigit praesertim in febribus nervosis, quae cum diarrhoea, et maxima virium ruina junctae incedunt. Unde in morbis pestilentialibus adhibebant veteres. Optima in vino calido contra venena torpentia praesertim serpentum, aranearum, scorpionum, apum, et crabronum puncturae eximie succurrit contusa et apposita. Etiam in cancro Vaterus utilem dicit. Decocto ejus vinoso ozaenam, et putridum ulcus gingivarum cum carie maxillae sanatam esse scribit Plenck (mat. chir. 268.) Quae omnia probant Rutam remedium sistere neutiquam spernendum. Medici homiopathici Rutam adhibent iu ambliopia ac amaurosi incipiente, qua eximie profuit in resolutione manuum ac pedum, in herpete rosa, in haemorrhagia uteri quacumque illa prae primis quae abortum praecedit vel sequitur. In morbis ac doloribus qui contusionis et quassationis sensum habent: in morbis denique et doloribus qui luxationes, punctiones,

vulnerationes, lacerationes ect. excipiunt, qua vi accedit ad Arnicam, Rhoem toxicondendrum, atque acidum sulphuris. Ceterum congruit cum Sabina.

### 562. TRIBULUS.

TERRESTRIS. Tr. *Herba annua caulibus rubentibus angulatis caespitosis ramosis prostratis usque tripedalibus foliis abrupte pinnatis 6-8jugis foliolis subtus villosis basi obliquis subaequalibus oblongo-lanceolatis ciliatis floribus fasciculatis axillaribus pedunculatis pedunculis unifloris folio brevioribus corollis luteis calyci subaequalibus nucibus tri-quadricornibus inaequaliter tuberculato-echinatis.*

Ic. Matth. com. 632. f. 1. Dalech. lugd. 513. f. 1. Chabr. sciagr. 136. f. 6. Lob. ic. 2. 84. f. 2. Dodon. pempt. 557. f. 1. Camer. epit. 714. Bah. hist. 2. 352. f. 1. Moris. s. 2. t. 8. f. 9. Barrel. ic. 558. Zannich. ist. t. 222. Schk. hand. t. 113. Sibt. flor. gr. t. 372. Lam. ill. t. 346. f. 1. Gaertn. fruct. t. 69. Reich. flor. germ. 5. 161. Mem. du Mus. 12. 14. Vivian. Aegypt. 2. Payer organogen. 14. Fl. aest. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria.* circa *Segusium* etc. Ego legi in valle *Augustae praetoriae* supra *Ciambava*: circa *Ripulas*, in sabulosis *Laumellinae* versus *Ticinum* amnem: in *Monteferrato* etc.

Tribulum terrestrem adstringere et refrigerare, ideoque decoctum curare aphtas, et tonsillas ulceratas et putredines in ore, et gingivarum vitia. Decoctum fructus recentis calculosos juvare. in vino decoctum contra viperarum morsus atque etiam contra alia lethalia venena. Decoctum sparsum in areis domuum pulices interficere. Dioscorides (mat. med. 4. cap. 15). Galenus de simplicium facultatib. 8. Tribulum terrestrem commendat in inflammationibus, et fluxibus atque in calculis renum et vesicae. Non omni itaque virtute destituitur stirps hodie perperam forte neglecta. Nemo enim medicorum recentioris aevi commendavit, neque experimenta super illum instituit.

### 563. ANAGYRIS.

FOETIDA. A. *Frutex foetidus aliquando usque biorgyalis cortice cinereo demum fusco caudice erecto ramoso ramis sparsis foliis ternatis petiolatis foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis subtus sericeis racemis axillaribus 2-4floris nutantibus luteis vexillo nigro-maculato leguminibus curvis torulosis seminum testa violacea.*

A. neapolitana. Tenor neap. 4. 187. t. 227. f. 3. A. et f. b. d. e. est var. *vexillis immaculatis foliis glaucis, seminum testa luteola.* Ic. Camer. epit. 971. Clus. hist. 1. 93. f. 1. Lob. ic. 2. 50. f. 1. Dalech. lugd. 105. f. 1. 2. Dodon. pempt. 785. f. 1. Tabernam. ic. 1089. f. 2. Bah. hist. 1. 364. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 366. Tenor. neap. t. 227. f. 4. et f. c. 4. 1. Lam. ill. t. 328. Botan. cab. t. 740. Duham. arb. 1. t. 18. edit. nov. 5. t. 42. Cand. memor. leg. t. 4. f. 3. Chabr. sciagr. 78. f. 2. Descor. anth. t. 388. Fl. byeme et initio veris. In rupibus mari proximis *Liguriae* et agri *nic.* Semina emetica sunt.

### 564. CERCIS.

SILIQUASTRUM. C. *Arbor procera 30 usque pedes pertingens superne ramosa cortice fusco senio rimoso ramis sparsis tortuosis foliis sparsis cordato-orbiculatis integerrimis glabris radiatim nervosis post flores prodeuntibus floribus roseo-rubris pulcherrimis subfasciculatis racemosis racemis simplicibus brevi pedunculatis leguminibus compressis bipollicaribus latis laevibus 8-10spermis seminibus parvis compressis obovatis fuscis.*

Ic. Matthiol. com. 162. f. 1. Omnino mala. pingit enim ramos spinosos, et racemos terminales. Clus. hist. 1. 13. f. 1. Camer. epit. 140. Lob. ic. 2. t. 193. f. 1. Dodon. pempt. 786. f. 1. Dalech. lugd. 220. f. 1. Tabern. ic. 1023. f. 2. Duham. arb. 2. t. 70. ed. nov. 1. t. 7. Durant herb. 458. Rivin. pentap. irreg. t. 116. Lam. ill. t. 328. Sibt. fl. gr. t. 367. Gaertn. fruct. t. 144. Schk. hand. t. 112. Botan. magaz. t. 1138. Annal. des scienc. nat. 17. 16. Mem. de l'Inst. 1830. 5. Fl. martio, aprili, majo. Flores pri-

mi prodeunt in caudice et ramis numerosissimi purpurei, quod pulcherrimum visu est. Ad rupes in *Liguria* et agro *nic*. Sed ubique culta in hortis et ambulacris. Colorem carneum largitur.

### 585. ANTHYLLIS.

a. *Annua: leguminibus dispermis.*

1. TETRAPHYLLA. A. *Foliis imperfecte pinnatis foliolo terminali maximo ovato ceteris tribus minimis imo solitario cauleque procumbente villosis capitulis axillaribus sessilibus paucifloribus calycibus inflatis legumine recto dispermo biloculari intra calycem incluso.*

Vulneraria vesicaria. Lam. fr. 2. 630. V. tetraphylla Guss. fl. sic. prodr. 2. 395. Ic. Camer. hort. t. 47. Bah. hist. 2. 361. Barrel. ic. 534. Rivin. tetrap. irreg. t. 18. Curt. bot. mag. t. 108. Sibt. fl. gr. t. 681. Gaertn. fruct. t. 143. Caulis rubidus simpliciusculus praesertim superne vix spithameus. folia subsessilia petiolis basi dilatatis. Flores aliquando solitarii. Calyces sericei laciniis subulatis. Corollae calycem paulo excedentes luteolae vexillo ochroleuco extus puberulo intus longitudinaliter rubro striato. Carina apice purpurascens. legumen sericeum. Semina pallide ferruginea granulata reniformia majuscula. Fl. vere In arvis sterilibus agri *nic*. et *Liguriae*.

aa. *Perennis: leguminibus monospermis.*

2. VULNERARIA. A. *Herbacea suberecta puberula foliis imis simplicibus oblongis longe petiolatis sequentibus pinnatis foliolis 5-15inaequalibus foliolo extremo majore capitulis subgeminis foliatis involucro digitato calyce ventricoso ore obliquo dentibus calycinis tubo vexillo ungue valde brevioribus.*

Vulneraria heterophylla. Moench. meth. 146. — Var. *floribus luteis pilis brevibus, caulibus nudiusculis* Lam ill. t. 615. f. 1. A. maritima. Schweigg. in Hagen. chl. bor. 265. Reich. ic. f. 235. Vulneraria heterophylla Guss. fl. sic. prodr. 2. 395. c. d. — Barrel. ic. 575. Bonan. panph. t. 26. Zannich. ist. t. 59. — *Floribus albis* A. rustica Mill. dict. n. 5. — *hirsutissima, humilis, floribus flavis.* Astragalus vulnerarioides. All. ped. 1. t. 43. f. 2. Exclusa spica fructifera quae est Oxytropis campestris. — *Floribus coccineis, glabriuscula* A. Dillenii Schult. ap. Cand. prodr. 2. 170. Dill. hor. elth. t. 320. f. 413. Etiam *hirsutissima* et *caule polyphyllo* etc. Sturm. deut. fl. hef. 49. Vulneraria heterophylla a. b. Guss. l. c. Barrel. ic. 555. Svens. bot. t. 595. f. 2. — Ic. Sturm. l. c. Engl. bot. t. 104. Svens. bot. t. 595. Fl. dan. t. 988. Tabernam. ic. 525. 1. et 524. 2. var. Pluk. phyt. t. 116. f. 2 Lob. ic. 2. t. 87. f. 2. Dodon. pempt 552. f. 2. Dalech. lugd. 1580. f. 1. et 509. f. 2. var. Bah. hist. 2. 362. f. 1. Park. 1095. f. 1. Schrank. flor. monac. t. 207. Baxter. brit. bot. t. 397. Dietr. flor. bor. t. 562. Schubert naturges. t. 57. f. 5. Radix fusca lignosa. Caules caespitosi simpliciusculi usque pedales nudiusculi. folia brevi petiolata superiora subsessilia. Capitulum inferius sessile. Legumen calyce tectum monospermum reticulato-rugosum; semen castaneo-ferrugineum majusculum reniforme. Fl. vere et aest. In pascuis apricis et aridis collium, et montium passim.

aaa. *Suffrutices fruticesque.*

b. *Floribus capitatis: foliis impari-pinnatis ramis inermibus.*

c. *Caulibus suffruticosis prostratis, capitulo solitario longe pedunculato.*

3. MONTANA. A. *Pubescens caulem prostrato inferne lignoso foliis multijugis 15-19 foliolis lanceolatis aequalibus acutis capitulis solitariis longe pedunculatis foliosis involucratis involucris digitato-partitis calyce tubuloso dentibus lineari-subulatis aequalibus tubum aequantibus vexillo unguem bis superante.*

Vulneraria. Scop. carn. 2. 56. Ic. Dalech. lugd. 1347. f. 2. Garid. aix. t. 13. Barrel. ic. 722. Gessn. op. bot. ed. Schm. ic. t. 15. f. 129. Queer flor. espan. t. 50. Lam. ill. t. 615. f. 5. Jacq. a t. 334. Sturm. deuts. fl. heft. 49 Lodd. bot. cab. t. 578. Radix fusca tortuosa. Caules vix spithamei basi valde ramosi tuberculati. folia subsessilia conferta. Capitula majuscula sub-

globosa. Calyx villosissimus albidus laciniis plumosis. Cor. calycem multo superans purpurea vel carnea. Legumina calyce inclusa monosperma glabra reticulato-venosa. Semina reniformia ferruginea laevia. Fl. aest. In alpibus *Liguriae*, et agri *nic. segusiani* etc. alpibus maritimis aliisque.

cc. *Caulibus fruticosis erectis: capitulis pluribus brevi pedunculatis.*

4. Barbaiovis. A. *Erecta sericea ramosa ramis alternis strictis foliis multiiugis foliolis aequalibus ovato-lanceolatis mucronatis involucris lateralibus dimidiatis polyphyllis capitula multiflora subaequantibus.*

Barbajovis argyrophylla. Moench. meth. 110. Vulneraria argentea. Lam. fr. 2. 651. Ic. Dalech. lugd. 194. f. 1. Bah. hist. 1. 385. f. 2. Parkins. theatr. 1459. Barrel. ic. 378. Duham arbr. 1. t. 6. ed. nov. 2. t. 67. Rivin. pentap. irreg. t. 4. Sibt. fl. gr. t. 683. Chabr. sciagr. 83. f. 3. Botan. magaz. t. 1927. Caulis usque quadripedalis inferne demum nudiusculus cortice rimoso deciduo. Folia subsessilia densa, foliola: 6-20, supra viridia subtus sericea. Capitula globosa lateralibus minoribus axillaribus terminali majore. Cor. glabra ochroleuca calycem duplo superans. Legumina monosperma calyci aequalia glabra reticulato-venosa. Semina reniformi-ovata laevia nitida ferruginea. Fl. vere exeunte. Ad rupes apricas in *Liguria* et agro *nic.*

bb. *Floribus axillaribus racemosis foliis simplicibus ternis ramis apice spinescentibus.*

5. Hermanniae. A. *Erecta ramosissima foliis ternatis simplicibusque linearibus basi attenuatis glabriusculis ramis subspinescentibus floribus lateralibus subsessilibus fasciculatis calycibus glabris.*

A. aspalathi. Cand. pr. 2. 169. Aspalathus cretica L. sp. 1002. Cytisus graecus. Lin. sp. 1043. Ic. Prosp. Alpin. exotic. t. 26. Zanon. ist. t. 59. Id. ed. Monti t. 29. Rivin. lib. c. t. 4. Sibt. fl. gr. t. 683. Bot. magaz. t. 2576. Fruticulus bipedalis semper virens ramis erectis flexuosis. folia superne viridia subtus cana. Corollae parvae luteae calycem duplo superantes. Legumina monosperma calyci aequalia vel illum vix excedentia. Semina luteola elliptica laevia. Fl. vere. In agro *nic.*

### 566. ONONIS.

a. *Floribus axillaribus subsessilibus.*

b. *Foliis ternatis.*

c. *Frutices vel suffrutices corollis roseis calyce longioribus.*

1. antiquorum. O. *Suffruticosa erecta vel procumbens glabriuscula pilis sparsis glanduloso-viscosis spinosa spinis subgeminis foliis ternatis simplicibusque lanceolatis obtusis serratis floribus subsolitariis ramis interrupte racemosis leguminibus ovatis cum pedunculo erectis seminibus tuberculato-scabris vel laevibus.*

Anonis spinosa. Scop. carn. 2. 54. Ononis Lin. sp. 1006. Flor. dan. t. 783. Schk handb. t. 194. Gaertn. fruct. t. 154. Lam. ill. t. 616. Guimp. holzgevv. t. 124. Schrank flora mon. t. 333. Cosson atlas. t. 11. Wagner 214. Hayne 11. 43. Nees Dusseld. t. 323. Guimp. et Schl. t. 166. Schubert. naturges. t. 37. f. 4. O. campestris koch. et Ziz. cat. plant. pal. 22 Sturm. deuts. flor. hef. 72. — O. repens. Lin. sp. 1006. est var. *Caulibus basi radicantibus.* O. arvensis. Smith. Engl. fl. 3. 267. Engl. bot. t. 2659. Fuchs. hist. 60. O. procurrens. Wallr. sched. cr. 381. — Var *inermis* est O. mitis Gmel. bad. 3. 162. — O. hircina. Jacq. hor. vind. 1. 40. t. 93. Clus. hist. 1. 99. f. 1. est var. foetida *floribus dense spicatis.* Huc O. altissima. Lam. enc. 1. 506. O. arvensis. L. syst. nat. 2. 478. O. foetens. All. ped. 1. 317. t. 41. f. 1. Ic. Matthiol. com. 463. Durante herbario 32. Dalech. lugd. 448. f. 1. Dill. hort. eltham. t. 23. f. 18. Sturm. deuts. fl. hest. 72. Savi mat. med. t. 9. Zannich. ist. t. 110. Sib. fl. gr. t. 673. Lob. ic. 2. t. 28. f. Dodon. pempt. 743. f. 2. Tabernam. ic. 528. f. 1. var. arvensis. Camer. epit. 443. ead. Bah. hist. 2. 391. f. 2. Moris. s. 2. t. 17. f. 3. Jaubert. illus. t. 154. Reich. pl. crit. 1. 7. Baxter brit. bot. t. 289. Mutel. fl. fr. t. 15. Radix valida longissima transvers.

decurrens. Cor. raro albidae ut plurimum pulchre roseae. non raro inermis est quod apud nos vulgatissimum. Fl. aest. Vulgaris et infesta in agris, arvis, dumetis etc.

cc. *Herbae annuae inermes.*

z. *Erecta.*

f. *Glabra: corollis flavis calyce brevioribus.*

2. Columnae. All. ped. 1. 318. t. 20. f. 3. O. *Villoso-viscidula foliis longe petiolatis foliolis obovatis argute serrulatis lineato-venosis floribus sessilibus, calycibus scariosis corollam superantibus leguminibus ovatis cum pedunculo erectis seminibus majusculis reniformi-subrotundis tuberculato-scabris.*

O. minutissima. Jacq. a. 3. 25. t. 240. O. parviflora. Lam. enc. 1. 510. O. subocculta. Vill. delph. 3. 429. O. Cherleri. L. sp. 1007. ut in herbario eius. Ic. Columm. ecphr. 1. 301. Barrel. ic. 1106. Sibt. fl. gr. t. 676. Broter. phyt. t. 56. Caules caespitosi erecti parce ramosi vix dodrantales basi ut plurimum nudiusculi. Flores racemosi legumina torulosa calyce breviora. Fl. vere exeunte. In agro *albensi* et *nic.* locis macilentis apricis rupestribus. in *Liguria:* in valle *Segus.* in valle *Augustae praetoriae* circa *Ciambava.* Candolfe (fr. 4. 510) perennem esse scribit. Quod probabilius mihi videtur. Radix enim eius lignosa est.

ff. *Pubescens, corollis roseis calycem aequantibus.*

3. mitissima. O. *Ramosa foliis oblongis obtusis serrulatis superioribus simplicibus stipulis ovato-oblongis scariosis superioribus imbricatis floribus spicatis.*

Ic Dillen. hor. Eltham. 1. 23. t. 24. f. 27. Caulis usque bipedalis a basi ramosus ramis imis super terra stratis. Legumina calycem non excedentia oblonga pilosa pilis apice glandulosis. semina fusca ferruginea ovata basi oblique cordata aculeato-scabra. Herba viscosa pilis apice glanduliferis. floret vere. In collibus circa *Genuam.*

zz. *Procumbens. Corollis flavis calyce brevioribus.*

4. minutissima. O. *Suffruticosa glabriuscula inermis foliis brevipetiolatis spathulato-cuneatis argute serrulatis stipulis lineari-subulatis integerrimis calycibus longe aristato-acuminatis corollam excedentibus.*

O. barbata. Cavan. ic. 2. 42. t. 153. O. saxatilis. Lam. enc. 1. 509. Ic. Bah. hist. 2. 394. Jacq. a. t. 240. f. 1. Barrel. ic. 1107. Caules caespitosi ramosi vix spithamei. Semina parva ferruginea sub vitro granulata sub rotundo-reniformia. fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria:* circa *Segusium:* et locis aridis rupestribus macilentis agri *novar.* inter *Lesam* et *Feriolo.*

bb. *Foliis simplicibus corollis albis.*

5. alba. Poir. voy. 2. 210. O. *Erecta villosa viscida pilis patentibus foliis oblongis serrulatis stipulis dilatatis truncatis floribus racemosis calycibus corollam aequantibus legumine longioribus.*

O. monophylla. Tenor. neap. syll. 348. Ic. Moris fl. sard. 1. t. 33. bis. Caules caespitosi usque pedales ramosi. folia maiuscula. Calyx pubescens. Corollae raro roseae, vexillum et cacina extus pubescentes. Legumina sub tetraspermia. fl. vere exeunte. Circa *Genuam.*

aa. *Floribus longius pedunculatis.*

b. *Pedunculis muticis, hoc est ultra calycem non productis.*

c. *Pedunculis subunifloris: foliis ternatis.*

d. *Perennis suffruticosa glabra.*

6. cenisia. O. *Caespitosa prostrata diffuse ramosa foliis spathulatis argute profundeque serratis pedunculis elongatis articulatis erectis corolla calycem multo superante leguminibus pleiospermis pendulis.*

O. cristata Mill. dict. Ic. Barrel. ic. 1104. All. ped. t. 10. f. 2. Caules humiles vix spithamei. flores maiusculi rubri. Vexillum extus pilosum. Legumina calyce multo longiora. Semina ferruginea granulata subrotundo-reniformia. fl. aest. In alpibus ad rupes etc.

dd. *Annua: villoso-viscosa.*

7. mollis. Savi memor. della Soc. ital. 9. 331. t. 8. O. *foliis cuneato-linearibus apice dentatis superioribus*

*simplicibus stipulis ovalis acutis pedunculis folia aequantibus calycibus reflexis leguminibus pendulis inclusis vel calicem aequantibus pleiospermis teretibus caule diffuso, corollis calyce brevioribus nutantibus.*

O. Cherleri. Cand. prodr. 2. 162. O. pilosa. Bartl. beitr. 2. 77. O. reclinata Loisl. Sebasl. et Maur. flor. rom. prodr. 236. O. laxiflora Vivian. flor. cors. diagn. 13. Ic. Bah. hist. 2. 394. f. 2. 2. Bonan. pamph. t. 17. Barrel. ic. 761. Caules ramosi tetragoni vix spithamei. foliola striata apice truncata profunde dentata. Corolla carnea vel flava. pili longi tenues apice glandulosi. Legumina reclinata. Semina ferruginea parva granulata reniformia. fl. aest. In collibus apricis agri *nic.* et Liguriae.

cc. *Pedunculis racemosis.*

8. FRUTICOSA. O. *fruticosa superne villosa foliis sessilibus ternatis foliolis lanceolatis basi attenuatis duplicato-serratis sessilibus stipulis cucullatis apice dentato-subaristatis pedunculis subtrifloris racemosis articulatis calycibus corolla brevioribus, leguminibus calycem excedentibus pendulis.*

Natrix. Moench. meth. 158. — var *foliolis parvis obovatis* est O. microphylla Asso syn. arn. 97. Ic. Duham. arb. 1. t. 21. edit. nov. 2. t. 36. Botan. mag. t. 317. Lodd. bot. cab. t. 1569. Mill. ill. t. 36. Caules pedales et ultra, ramosi ramis albidis vel cinereis. flores rosei terminales maiusculi. fl. vere exeunte. In agro *nic.* circa *Tournefort*: in valle *Queiras.*

bb. *Pedunculis aristatis, hoc est supra calicem productis.*

x. *Pedunculis unifloris: viscosae suffrutices.*

m. *Pedunculis folia aequantibus: annua floribus flavis.*

9. VISCOSA. O. *viscosissima foliis oblongis serratis infimis ternatis stipulis ovato-oblongis pedunculis filiformibus folia aequantibus calycis laciniis linearibus apice attenuato-setaceis legumine tereti pendulo duplo brevioribus.*

O. breviflora. Cand. prodr. 2. 160. Ic. Barrel. ic. 1289. Sibt. fl. gr. t. 678. Annua. Caules ramosi ramis albidis vel cinereis, demum fistulosis, usque pedalis. folia brevi petiolata foliolis inferne integris, impari maiore. Cor laevis flava calyce ut plurimum brevior. Semina ferruginea reniformia granulata. Herba foetida odore gravi Theriacae aemulo. floret vere exeunte. Circa *Tendam* aliisque locis rupestribus in agro *nic.*

mm. *Pedunculis folio longioribus. floribus flavis: perennis.*

10. PINGUIS. O. *fruticosa erecta villoso-viscosa foliis ternatis ovato-oblongis superne dentatis stipulis lanceolatis pedunculis folia superantibus corollis leguminibusque linearibus turgidulis pendulis calyce multo longioribus.*

O. ramosissima Desf. att. 2. 142. t. 186. est omnino var. *minor.* O. Natrix Lin. sp. 1008. Sturm. deut. fl. 17. 72. Botan. mag. t. 529. Guimp. holzgew. t. 125. Natrix pinquis. Moench. meth. 158. Ic. Camer. epit. 414. Barrel. ic. 1105. Dalech. lugd. 449. f. 1. pluk. t. 135. f. 5. Bah. hist. 2. 293. f. 1. Zannichel. ist. t. 275. Herba foetida. Caulis pedalis et ultra. flores maiusculi. Cor. glabra flava vexillo extus rubro-striato fl. vere exeunte. Vulgaris in alveis fluminum, amnium torrentium etc.

xx. *Pedunculis racemosis: floribus luteis.*

11. ROTUNDIFOLIA. O. *fruticosa-glanduloso-pilosa foliis ternatis foliolis maiusculis orbiculatis inaequaliter dentatis pedunculis subtrifloris ebracteatis corollis leguminibusque oblongis turgidis pendulis pleiospermis villosis.*

Ic. Dalech. lugd. 465. f. 2. Tabern. ic. 500 f. 1. Bah. hist. 2. 295. f. 1. Dodon. pempt. 525. f. 3. Lobel ic. 2. t. 73. f. 1. Sturm. dent. fl. hef. 72. Jacq. a. app. t. 49. Lam. ill. t. 68. f. 1. Botan. mag. t. 335. Lodd. bot. cab. t. 1496 Herb. de l'amat. 2. t. 119. Guimp. Holzgew. t. 126. Caulis pedalis et ultra. folia longe petiolata. foliolo impari maiore. flores nutantes subsecundi grandes rosei. Semina maiuscula ferruginea granulata renifor-

mia. Herba foetida. fl. vere et aest. In alveis fluviorum, amnium, torrentium praecipue in descensu alpium.

Ononis antiquorum quondam officinalis antiquissimis inde temporibus nota. Dioscoride Anonis dicta. A-- Apud antiquiores *Aegiptyrae* nomine nota (Anguill. sempl. 145.). Turiones teneri muria conditi gratissimi et salubres ut Capparides. Decoctum eius haemorrhoidibus medetur. Cortex radicis vino decoctus urinam ciet, comminuit calculos, ulcera purgat, et replet. Colluta mitigat dolores dentium (Dioscorid. 1. 361. lib. 3., cap. 18.) Quae recentiorum experimenta confirmarunt. Urinae fluxus usque ad incontinentiam auctus. pulvis herbae et radicis ad drachmae pondus tumores testium discussit, etiam sarcocelem: (Matthiol. 4.) quae Schutteti observationibus, et Nebelii (ephem. nat. cur. 2. obs. 3.) Acrelii (apud Bergium mat. med.) et Mayeri (Richt. bibl. chir. 7. 399. 8. 99. 275. confirmantur Etiam in glandularum intumescentia praesertim Mesenterii. Cum urinam ciere desiderabis optimum erit ramulos Iuniperi communis et radices Rumicis acuti, vel obtusifolii etc. addere. Verum quamquam sola spem non fru strabit. Exemplum calculi comminuti et expulsi apud Dehaen (rat. med. 6. 289.) et Bergium (mat. med. 609.) Galenus etiam stirpem novit, atque adhibuit in hydrope et calculo (de simpl. facultat. 48.)

## 567. LUPINUS.

Herbae annuae caulibus erectis alterne ramosis foliis peliolalis digitatis foliolis forma et nu-mero variis in vernatione conduplicatis mediis longioribus floribus racemosis racemis erectis ramis sparsis vel verticillatis bracteatis.

a. *Flores albi. Calyces 1|3. Semina orbiculata depressa alba.*

1. albus. L. *foliolis oblongis obtusis ciliatis subtus villosis racemi terminalis pedicellis alternis calycibus basi nudis 1|3.*

L. varius Gaertn. fruct. 2. t. 150. f. 4. L. sativus. Galer. Montab. 126. Ic. Matth. com. 352. Dodon. Pempt. 52. f. 2. Dalech. lugd. 466. f. 1. Tabernam ic. 494. f. 1. Bah. hist. 2. 288. f. 1. Moris. s. 2. t. 7. f. 3 Fuchs hist. 309. Clus. hist. 2. 228. f. 1. Lob. ic. 2. t. 64. f. 1. Blackw. herb. t. 282. Rivin. tetrap. irreg. t. 25. Ludw. ect. t. 191. Fl. med. t. 224. Chabr. sciagr. 142. f. 3. Schk. hand. t. 198. Lam. ill. t. 616. Memor. Valdarnesi 3. 1. Caulis usque tripedalis pubescens fistulosus. cor. apice pallide coerulescens. filamenta viridula. antherae croceae. Legumina crassa torosa subteretia sericea. matura flava, sonantia. Semina subumbilicata. Calyces nequiquam bracteati.

aa. *Flores coerulei.*

b. *Calyces 2|3. Semina orbiculata depressa flavida.*

2. hirsutus L. *foliolis oblongis obovatisque utrinque villosissimis racemi pauciflori pedicellis inferioribus alternis superioribus subverticillatis calycibus appendiculatis 2|3. caule abbreviato ramis patulis leguminibus hirsutissimis.*

Ic. Bah. hist. 2. 289 f. 1. Chabr. sciagr. 142. f. 4. Moris. sard. 1. t. 72. f. 1. Caulis spithameus raro usque pedalis. Herba hirsutissima pilis demum fulvis. fl. vere. In sylvis circa *Sarzanam*.

bb. *Calyces 2|1 Semina ovalia crassa compressa rubro opegraphata.*

3. angustifolius. L. *foliis lineari-lanceolatis obtusis planis glabriusculis racemi spicati pedicellis alternis calycibus appendiculatis 2|1 labio inferiore longiore.*

L. varius. Savi fl. pis. 2. 178. L. linifolius. Tenore neap. 2. 142. L. linifolius. Roth. abh. 14. t. 5. est var. *lab. inf. subtrifido.* Ic. Bah. hist. 2. 291. Chabr. sciagr. 142. f. b. Tabernam. ic. 494 f. 1. Rivin. tetrap. irreg. 2. t. 28. Knorr. del. 2. t. 7. Sibt. fl. gr. t. 685. Caulis usque sesquipedalis ut plurimum brevior. Herba pubescens pilis brevibus appressis. flores aliquando rubidi: pili leguminum demum ferruginei. fl. vere. in collibus *Liguriae*.

aaa. *Flores rubro-coerulei.*

4. VARIUS. L. *foliolis lanceolatis subtus villosis racemi pedicellis semiverticillatis bracteatis calycibus appendiculatis 2|3. seminibus subtetragonis nigro punctatis.*

L. semiverticillatus. Desrouss. ap. Lam. enc. Ic. Kern. t. 570. Gaertn. fruct. t. 150. Lam. ill. t. 616. Mem. de l'instit. 1830. 10. Ann. des scienc. nat. III. 18. 16. Herba gracilis tenuis. Legumina bipollicaria pilosa pilis sparsis. fl. aest. circa *Nicaeam.*

Veteres Lupinum album adhuc florentem subvertebant agri stercorandi causa. quod et hodie agricolae faciunt, quodque utilissimum profecto est dumodo ariditas terrae vegetationem aestate non prohibeat. Herba enim iulio ineunte sata initio octobris pedem saltem alta et florens esse debet. Aliud etiam beneficium parere videtur agro. Amaritie sua quae et in Tritico transit larvas Scarabaei Melolonthae Tritico dum in herba est inimicas vel interficit vel avertit. Decoctum ex seminibus eius vermes pellit et lienem minuit, et sanat herpetes, et acores, et scabiem, et ulcera capitis, necat pediculos etiam pecoribus. farina eius cutem mundat et mollit. Glandulas strumosas tumidas farina cum aceto in cataplasma redacta. Decoctum ex seminibus scabiem et herpetes boum, et ovium et equorum sanat si cum eo cuti lavetur. farina cocta cum aceto et stercore bovillo, vel ovillo, vel caprillo in cataplasma redacta remedium fissit resolvens cum paucis comparandum. Dolores diuturni, praesertim rheumatici si ab inflammatione non foveantur cito auferuntur. Hydrops articulorum si a virium infirmitate est hoc remedio tuto et jucunde curatur. Semina aqua muria condita macerata dulcia atque edulia fiunt.

### 568. SPARTIUM.

a. *Inerme: foliis ternatis.*

1. RADIATUM. Sp. *Caule erecto ramosissimo ramis angulatis oppositis confertis striatis abbreviatis foliis ternatis foliolis linearibus petiolis basi dilatata persistentibus floribus parvis congestis terminalibus subumbellatis petalis inaequalibus leguminibus ovatis hirsutis subdispermis.*

Cytisus radiatus. Koch deuts. fl. 5. 111. Genista radiata Scop. carn. 2. 61. Ic. Column. ecphr. 294. Bah. hist. 1. 399. Mill. illus. t. 239. f. 1. Dalech. lugd. 174. Bot. magaz. t. 2260. Chabr. sciagr. 85. f. 5. Guimp. holzgew. t. 115. Caulis vix bipedatis dichotomus ramique luteoli glabri iunioribus pubescentibus pube appressa: rami in dichotomiis fasciculati stellatim erecto-patentes. folia suprema non raro simplicia. foliola concava appresse sericea decidua. petioli brevissimi gibbi crassi dorso tricarinato persistentes crassiores ramulo. flores in umbella 3. 4. bracteati, bractea acuta decidua. Cal. bilabiatus lab. superiore bifido, infer. obsolete trifido. Cor. parvae aureae. Vexillum linea longitudinali pilosum. Alae glabrae obtusae oblongae. Carina alas superans inferne fissa sericea. stigmata papillis elongatis ciliata. legumina brevia ovalia sericea. semina parva reniformi-ovalia laevia nitida fusco-viridula. fl. aest. In *Liguria;* etiam in patriae montibus.

aa. *Spinosum: foliis simplicibus.*

2. HISPANICUM. Spreng. syst. 3. 177. Sp. *Caule prostrato superne hirsuto spinis decompositis foliis simplicibus lanceolatis ramisque pilosis floribus terminalibus aggregatis maiusculis petalis aequalibus leguminibus compressis rostratis pilosis demum glabriusculis 2. 4. spermis.*

Genista hispanica. L. sp. 999. G. germanica Poir. Ic. Bab. hist. 1. f. 1. 400. Lam. ill. t. 619. f. 3. Cavan. ic. et descrip. t. 211. Pluk. almag. t. 91. f. 1. Caulis vix dodrantalis inferne lignosus. ramuli floriferi non spinosi. folia sparsa. cor. luteae maiusculae. petala glabra. Carina pilosa paulo longior. fl. vere et aest. In collibus agri *nic.*

### 569. CYTISUS.

Arbusculae vel frutices suffruticesque inermes foliis ternatis petiolatis sparsis floribus pedicellatis racemosis, racemis pendulis vel erectis vel fasciculatis floribus luteis unica specie

albis rubidisque staminibus monadelphis.

a. *Inermes.*

b. *Floribus racemosis: calycis tubo brevi.*

c. *Racemis pendulis: arborescentes.*

d. *Leguminibus pilosis, sutura superiore apteris.*

1. Laburnum. C. *foliolis oblongis basi attenuatis subtus sericeis racemis pendulis elongatis leguminibus appresse pilosis margine subincrasssatis.*

Ic. Dodon. pempt. 785. f. 2. Dalech. lugd. 103. f. 1. Tabernam. 1090. f. 1. Bah. hist. 1. 301. f. 1. Lob. ic. 2. 49. f. 2. Rivin. tetrap. t. 62. Jacq. a. t. 306. Curt. bot. mag. t. 176. Schmid. observ. 1. t. 22. Guimp. et Hayn. 170. t. 127. nov. acta nat cur. 1. t. 2. f. 2. Schubert. naturges. t. 37. f. 1. Schk. handb. t. 203. — var. *floribus purpureis* Botan. regist. t. 1965. Arbor speciosa spontanea in sylvis, etiam culta ad vites fulciendas et tunc 40 pedalis et ultra. Rami virentes albopunctati. folia sparsa longe petiolata Racemi solitarii axillares spithamam et ultra longi flores maiusculi inodori. Vexillum intus inferne lineis sanguineis. stigma papillis elongatis ciliatum. Legumina usque bipollicaria compressa falcata rugosa seminibus decem laevibus viridulis compressis reniformibus basi inaequalibus maiusculis. Lignum durum ponderosum aptum torno. folia grata et salubria pecoribus, quae multum inde lac conficiunt. folia legumina semina emetica et cathartica sunt (Matth. com. 607): folia vulneribus (forte ulceribus) imposita illa sanare (Boccon. mus. 139). Quae omnia et de sequenti dicenda sunt. facile multiplicatur taleis. fl. maio. iunio. Vulgaris in sylvis et vineis.

dd. *Leguminibus glabris sutura superiore alatis.*

2. alpinus. Mill. dict. 4. 2. C. *foliolis ovato-oblongis acutis glabris margine racemisque pendulis elongatis subpubescentibus leguminibus glabris superiore alato-carinata.*

C. angustifolius. Moench. meth. 145 est var. foliolis angustioribus quorsum spectant. Ic. Matth. com. 607. f. 2. Guimp. et Hayn. t. 128. Duhan. av. 1. t. 85. Ic. Dalech. lugd. 101. Schm. ost. 1. t. 23. W. et Kitaib hung. t. 260. Schk. hand. t. 203. Duham. ed. nov. 5. t. 44. Guimp. et Hayn. t. 127. Similis priori. habitat montes. folia angustiora. flores minores. Racemi longiores. In montibus. fl. aest. In monte *Cenisio.* Apud nos circa Sanctuarium. *Oropae.*

cc. *Racemis erectis.*

d. *Foliolis subtus sericeis; foliis superioribus petiolatis.*

e. *Corolla siccando nigrescente, pedicellis medio unibracteatis.*

3. nigricans. C. *Elatus appresse pubescens foliolis obovatis mucronatis subtus sericeis racemis terminalibus erectis elongatis spicaeformibus ebracteatis calycibus leguminibusque sericeo-villosiuscuslis corollis cernuis.*

Ic. Clus. hist. 1. 95. f. 1. Dodon. pempt. 570. f. 1. Dalech. lugd. 260. f. 1. Tabernam. ic. 1095. f. 2. Valer. Cord. hist. 188. Bah. hist. 1. 3 0. f. 2. Jacq. a. t. 387. Sturm. hef. 12. t. 13. Guimp. et Hayn. t. 129. Bot. cab. t. 570. Bot. reg. t. 802. Rivin. tetrap. t. 70. Lam. ill. t. 618. f. 3. Duham. arb. ed. nov. 5. 5. t. 46. f. 1. Mill. ill. t. 47. f. 1. Schm. id. oster. 1. t. 23. Schrank flor. monac. t. 152. Dietr. flor. bor. t. 642. Caulis usque quadripedalis alterne parce ramosus ut plurimum rubidus non raro praesertim senescendo fuscescens. rami teretes longi virgati. petioli exstipulati. pedicelli circa medium bracteati bractea filiformi. Cor. mediocres sulphureae siccando fuscae suaveolentes. stigma puberulum. Legumen falcatum 3-8-spermum. Semina parva compressa reniformi-subrotunda fusca laevia. fl. aest. vulgaris in collibus aridis et apricis.

ee. *Corolla semper lutea; pedicellis sub calyce bibracteatis.*

4. candicans. Lam. enc. 2. 248. C. *Elatus pubescens ramis sulcatis foliisque obovatis subtus sericeo-villosis racemis terminalibus paucifloris basi foliatis leguminibus pilosis.*

Genista. Lin. sp. 997. Gaertn. fruct. 2. t. 151. G. canariensis. Bot. regist. 217. Teline Candicans. Spach. revis. in an. des scienc. nat. secie de bots

tom. 3. 131. Cytisus monspessulanus, Lin. sp. ed. 1. Ic. Lam. ill. t. 618. 710. Arbuscula speciosa. Caulis orgyalis et ultra inferne simplex superne valde ramosus ramis virentibus. flores suaveolentes. Legumina erecta, linearia lata compressa 4-8 spermia. Semina cordato-ovata compressa laevia fusca. fl. vere. In montibus et collibus agri *nic.*

dd. *Foliolis utrinque glaberrimis: foliis superioribus sessilibus.*

5. SESSILIFOLIUS. C. *fruticosus glaberrimus foliolis subrotundo-ovatis mucronatis utrinque glabris foliis floralibus sessilibus racemis erectis abbreviatis calycibus bractea 2. 3-phylla fultis.*

C. Lobelii. Tausch. in bot. zeit. 21. 379. Ic. Bah. hist. 1. 375. f. 2. mala Tabern. ic. 1093. f. 2. Dalech. lugd. 261. f. 2. Lobel. ic. 2. t. 46. f. 1. eiusd. advers. 383. eadem mala. Duham. ed. nov. 3. t. 43. f. 1. Schmidt. off. 1. t. 24. Lam. ill. t. 618. f. 2. Botan. mag. t. 255. Sibt. fl. gr. t. 705. Caulis usque orgyalis superne ramosus ramis teretibus sparsis flexilibus. folia inferiora longe petiolata sup. sessilia. Racemi pauciflori laxiflori. flores parvuli subsecundi nutantes. Stigma subciliatum. Carina dorso viridula. Legumina ut plurimum recta usque pollicem longa compressa 4-8 spermia glabra. Semina maiuscula ovalia compressa laevia nitida ferruginea. fl. vere et aest. In collibus, et locis apricis et calidis *Liguriae*, et agri *nic. taur. albens. segus etc.*

bb. *Floribus capitato-umbellatis: calycis tubo elongato.*

6. CAPITATUS Jacq. a. 1. 22. t. 53. C. *Hirsutus pilis patentibus ramis erectis strictis fastigiatis villosis foliolis obovato-oblongis subtus pilosis calycibus inflatis tubulosis longis bracteatis leguminibusque erectis villosis.*

Ic. Clus. hist. 1. 96. Schmidt. ost. 1. t. 29. Bot. cab. t. 497. Guimp. et Hayn. t. 130. Sturm. deut. fl. 14. 59. fruticulus humilis vix spithameus raro pedalis. pedicelli vel nudi vel sub calyce 1-2 bracteati bracteis parvis linearibus. Corollae calyce vix duplo longiores, vexillum ovatum alis multo longius lateribus demum reflexis. Legumina parva recta raro fulcata angusta, breviuscula. Semina ovalia parva laevia. nitida viridula. flor. vere exeunte. In montibus et collibus apricis *Cenisii* agri *segus. albensis. novar. etc.*

bbb. *Pedunculis aggregatis.*

c. *Caule erecto.*

d. *Ramosissimo calycibus campanulatis abbreviatis corollis luteis.*

7. TRIFLORUS. Herit. stirp. nov. cons. fal. 7. 184. C. *Hirsutus caule ramosissimo erecto pedunculis subternis axillaribus subelongatis calycibus campanulatis abbreviatis foliolis obovatis hirsutis floribus nutantibus.*

C. nigricans. Lin. mant. alt. 444. C. hirsutus Ucria hor. panormit. 310. Ic. Bab. hist. 1. 372. Lob. ic. 2. 48. Clus. hist. 1. 94. f. 3. eius. hisp. 193. Bonan. panph. t. 66. Duham. arb. edit. nov. 5. t. 46. f. 2. Knowles et Westrott. t. 102. frutex orgyalis et ultra erectus. rami sparsi. flores maiusculi. vexillum intus basi sanguineo striatum. Alae vexillo subaequales. Legumina compressa rostellata falcata demum fusca et laeviuscula. Semina nitida viridula subcompressa subovalia ad umbilicum strophiolata. Stirps siccando nigra fit. fl. vere circa *Genuam* in sylvis. aliisque locis in *Liguria.*

dd. *Caule erecto simplici caespitoso calycibus campanulatis ventricosis elongatis rubris corollis candidis demum rubris.*

8. PROTEUS. Zumagl. C. *Caulibus caespitosis erectis usque tripedalibus inferne glabris teretibus longo tractu floriferis foliis parvis longiuscule petiolatis foliolis obovato-oblongis subtus margineque sericeis carinatis pedunculis ternis axillaribus unifloris ebracteatis calycis longitudine pendulis calycibus tubulosis campanulato-ventricosis rubris pilosis pilis albis stratis inaequalibus bilabiatus labio superiore bifido dentibus divaricatis brevibus latis inferiore indiviso acuto, longiore corollis magnis primum candidis vexillo lato elongato apice violaceo glabro, demum rubris alis carinam aequantibus vexillo brevioribus carina inferne divisa bicruri, unguibus*

*basi subcontortis margine interno barbatis antheris parvis aureis leguminibus aequalibus cultriformibus maturis coriaceis durissimis atris compressis pollicaribus pilosis pilis albis stratis seminibus pluribus* (10. 12.) *subrotundis compressis cinnamomeis laevibus nitidis hilo cincto strophiolo albo circumflexo glabro circulari cristaeformi.*

Fl. vere et aest. Vivit in collibus montium nostrorum *Vallis Sesserae* locis depressis lapidosis ad boream versis in fundo vallis prope aquas usque ad *Crevacuore* in agro *vercell.* Stirps certo nova est. flores speciosissimi, magni primum candidi, dein rosei, demum purpurei.

cc. *Caule prostrato simpliciusculo : calyce tubuloso.*

9. PROSTRATUS Scop. carn. 2. 70. C. *Hirsutus pilis patentibus caule prostrato foliolis oblongis floribus erectis grandibus axillaribus subgeminis subsessilibus calycibus tubulosis longis leguminibus nutantibus falcatis.*

C. supinus. Bertol. pl. gen. 89. Poll. ver. 2. 466. Seb. et Maur. flor. rom. prodr. 256. C. hirsutus. Lin. sp. 1042. Sibt. fl. gr. t. 706. (nomen ineptum: pleraeque enim species hirsutae sunt). C. triflorus. Lam. enc. 2. 250. C. Tournefortianus. Loisl. in Duham. arb. ed. nov. 5. 157. C. bisflorens Host a. 2. 320. C. ciliatus. Whalemb. carp 219. C. falcatus. Tenor. syllab. 343. C. pumilus. De Notar. prosp. fl. ligust. 101. Caulis ut plurimum humilis vix spithameus. in pinguibus tamen usque tripedalis ramis virgatis. foliola subtus carinata. flores inodori aliquando usque 4. in ramis annotinis laterales praecoces in hornis terminales subumbellati seriores. petala senescendo intus sanguinea fiunt. Legumina compressa pollicem longa demum nigra 8-12. sperma hirsuta. semina viridula laevia nitida compressa ovalia hilo strophiolo ferrugineo circumflexo puberulo cincto. Fl. vere exeunte. In *Liguria*, agro *albensi*, *taurin.* etc. Ego legi circa *Bugellam* urbem in sepibus prope sacellum *S. Josephi.* dicti la *Cappella* di S. Giuseppe et in *Cossila* secus viam quae ducit ad sanctuarium *Oropae* , imo ad rupes proxime ad sanctuarium ipsum. semper plusquam tripedalis est. flores sunt potius capitati quam axillares. calyx tubo corollae longior medio ventricosus sulphureus, superne rubidus. vexilli latera demum reflexa. carinae crura longa inferne attenuata et nuda superne intus barbata. carina et margine etiam pilosula. foliola oblonga superne glaberrima pulchre virentia ciliata et subtus pilosa pilis appressis. rami alterni. foliola aequalia. flores sunt pedicellati, pedicellis duas lineas et quod excurrit longis. filamenta sulphurea. antherae fere croceae sunt. Videtur species coniungere C. prostratum cum capitato qui non differt a C. prostrato quam colore floris constanter luteo in capitato.

aa. *Spinosus.*

10. SPINOSUS. Lam. enc. 2. 247. C. *Caule sulcato glabro erecto divaricato-ramoso ramis angulatis spinosis subulatis foliolis obovatis subtus sericeis pedunculis axillaribus subsolitariis abbreviatis calycibus leguminibusque ad suturam superiorem incrassatis glabris pedicellis sub calyce bracteatis bractea-trifida calycibus spathaceis sub anthesi circumscissis.*

Spartium spinosum. Lin. sp. 997. Calycotorne spinosa. Guss. syn. 2. 246. Spar. villosum Poir. iter. 2. 207. Sp. lanigerum Desf. atl. 2. 155. Cyt. lanigerus. Cand. fr. 4. 504. Ic. Lob. ic. 2. t. 95. Bah. hist. 1. 353. Dalech lugd. 162. Dodon. pempt. 734. f. 1. Matth. com. 162. f. 2. Descor. anth. t. 8. Caules usque quadripedales. Calyx scariosus supra corollam non evolutam constrictus, qua prodeunte rumpitur parte superiore decidua. Legumina compressa raro subfalcata 6-10. spermia pollicem et ultra longa laevia. Semina luteola nitida, parva subreniformia. stirps demum fusca fit. Fl. vere. In collibus *Liguriae*, in olivetis *Uneliae* et agri *nic.* copiosissimus est.

570. GENISTA.

Frutices floribus flavis.

a. *Inermes.*

b. *Foliis simplicibus.*

c. *Ramis teretibus seu sulcatis.*

d. *Foliis glabris.*

1. TINCTORIA. G. *Ramis teretibus striatis erectis foliis lanceolatis leguminibusque racemosis glabris floribus axillaribus solitariis dense racematis corollis glabris radice repente.*

G. sibirica All. ped. 2. 564. G. elata. Spach veris. in an. sc. nat. 3. ser. bot. 3. 138. Genistoides tinctoria. Moench. met. 132. — Var. *ramis brevioribus prostrata foliis angustioribus* est G. diffusa Tenor. neap. 2. 129. excl. syn. G. depressa eiusd. l. t. 171. f. 2. G. humilis id. G. tenuifolia. Lois. not. 169. — Var. *superne praesertim hirsuta foliis latioribus* est G. ovata W. et Kitaib. hung. 1. 86. t. 84. G. tinctoria All. ped. 1. 521. G. lasiocarpa Spach. l. c. G. mantica. Poll. ver. 2. t. 4. f. 7. Ic. Guimp. t. 118. Bah. hist. 1. 391. f. 1. Fuchs hist. 809. Dodon. pempt. 763. f. 1. Zannich. ist. t. 165. Clus. hist. 1. 101. f. 2. Lob. ic. 2. t. 89. f. 2. Dalech. lugd. 175. f. 1. Tabernam. ic. 1102. f. 2. Rivin. tetrap. irreg. t. 67. Engl. bot. t. 44. Fl. dan. t. 526. Svens. bot. t. 451. Albert. fl. med. t. 298. Nees Dusseld. 323. Labram. fas. 68. Hayne 9. 11. Guimp. holzgew. t. 118. Baxter brit. bot. t. 84. Schubert naturges. t. 36. f. 8. Fruticulus ut plurimum vix pedalis, et erectus radice crassa transversa repente fusca. Corollae glabrae mediocres. Legumina linearia angusta pollicem usque longa mucronata compressa plerumque glabra fusca. Semina subrotunda laevia demum fusca. Vulgatissima in sylvis, et pratis siccis quibus infesta est herba sua amara quam respuunt pecora. foenum cum illa exsiccatum respuitur bobus. adhibent tinctores ad lanam gossypium, sericum luteo colore inficiendum. Fl. aest. Iisdem pollet viribus ac Spartium junceum (Genista) de quo Dioscorides lib. cap. 155. et Genista scoparia. vomitum cient, et purgant vehementer. Cathamenia et foetum expellunt. urinam magna vi augent. Cineres praesertim earum in vino solutae eximiam opem praestant in hydrope non raro gravissimo, et rebelli.

dd. *Foliis sericeis.*

e. *Racemis terminalibus.*

2. JUNCEA. Scop. carn. 2. 30. G. *Ramis teretibus elongatis sparsis coadunatis foliis remotis lanceolatis subsericeis racemis terminalibus floribus maiusculis distantibus calycibus superne unilabiatis quinque dentatis dentibus apice scariosis.*

Spartium junceum L. sp. pl. 995. Sibt. fl. gr. t. 674. Curt. bot. mag. t. 85. Schk. hand. t. 195. Acad. neap. 4. t. 6. 7. 8. — Var. *odoratissima* Sweet fl. 9. t. 390. Spartianthus junceus. Link. enum. 2225. Ic. Matth. com. 770. f. 2. Dalech. lugd. 168. f. 2. Durant. herb. 207. Rivin. tetrap. irreg. t. 66. Duham. arb. ed. 1. 1. t. 103. edit. nov. 2 t. 22. Lob. ic. t. 90. f. 2. Clus. hist. 1. 102. f. 1. Dodon. pempt. 761. f. 2. Fuchs hist. 738. Tabernam. ic. 1105. f. 2. Camer. epit. 930. Bah. hist. 1. 395. f. 1. Reneaul. sp. 35. Frutex usque triorgyalis ramis erectis viridibus medullosis virgatis striatis flexilibus primum pubescentibus demum glabriusculis caudice crasso cortice cinereo: folia distantia parva. flores suaveolentes. carina deflexa bipetala basi bigibberosa, villosa. antherae basi pilosae. Stigma celluloso-papillosum. Legumina usque duos pollices longa angusta compressa, rectiuscula polysperma primum sericea demum laeviuscula fusca valvis demum spiraliter contortis. Semina lentiformia oblonga ferruginea laevia umbilico strophiolata strophiolo parvo albo subulato. Fl. vere exeunte. Vulgaris in collibus calidis, siccis, apricis agri *taur. Montisferrati*, agri *nic.* et *Liguria*. flores folia ramuli vomitum alvum vehementer movent ut supra scripsi. Flores apibus gratissimi sunt. Oves etiam siccis ramulis hyeme vescuntur. Ramuli flexiles vitibus vinciendis idonei: aqua macerati largiuntur filum telis rarioribus conficiendis aptum. Tinctores etiam colorem luteum proliciunt.

ee. *Pedunculis axillaribus brevissimis.*
z. *Caule erecto laevi, foliis lanceolatis.*

3. CINEREA. Cand. fr. 4. 494. G. *Caule erecto ramosissimo striato ramis virgatis albo-striatis foliis sparsis lanceolatis sericeis pedunculis brevissimis axillaribus unifloris solitariis fasciculatisque floribus numerosissimis petalis sericeis subaequalibus leguminibus sericeis.*

* G. florida. Asso. arr. 94. G. scoparia Vill. delph. 3. 420. excl. syn. Spartium cinereum Vill. prosp. 40. Ic. Colla herb. ped. t. 54. f. 1. Frutex usque tripedalis cinereus. flores parvi Cal. bilabiatus labio super. bipartito infer. tridentato: alae laeves. vexillum medio dorso pilosum. carina sericea. Legumina 2-6 sperma. Fl. vere exeunte. In agro *nic.*

zz. *Caule sulcato prostrato tuberculato foliis obovatis.*

4. PILOSA. G. *Caule prostrato ramis tuberculatis foliis obovatis supremis lanceolatis complicatis subsericeis pedunculis axillaribus brevissimis corollis sericeis ramis longe floriferis leguminibus hirsutis.*

G. repens. Lam. fr. 2. 608. Genistoides tuberculata. Moen. method. 153. Spartium pilosum. Roth. 1. 303. G. humifusa. Lin. et Vill. delph. 3. t. 44. non videtur differre. Ic. Clus. hist. 1. 103. f. 2. Jacq. a. t. 208. Engl. bot t. 298. Schk. haud. t. 95. Guim. t. 120. Caulis humilis aliquando tamen usque tripedalis. pedunculi saepe fasciculati basi foliis gemmaceis fasciculatis involucrati. alae glabrae. legumina subfalcata 4-8 spermia. Semina luteola subcompressa laevia subrotunda. Fl. vere exeunte. In montibus et collibus aridis et apricis agri *novar.* supra *Baveno*: prope *Govone* in agro *albensi*: in montibus circa *Eporediam*: in agro *nic.* *Liguria* etc.

cc. *Ramis ancipitibus.*

5. SAGITTALIS G. *Caule decumbente suffruticoso ramisque alatis foliaceis articulatis erectis foliis ovatis pilosiusculis floribus racemoso-spicatis terminalibus racemo ovato.*

Cytisus. Koch deut. fl. 5. 109. Spartium sagittale Roth. Genis. herbacea. Lam. fr. 2. 610. Genistella racemosa. Moench meth. 153. Saltzwedelia sagittalis Fl. wett. 2. 498. Ic. Bah. hist. 1. 393. f. 3. Jacq. a. t. 209. Mill. ic. t 259. f. 2. Camer. hor. 64. ic. t. 15. Clus. hist. 1. 104. Lob. ic. 2. 92. Barrel. ic. 570. Guimp. 117. Labram. fas. 48. Schubert naturges. t. 36. f. 9. Fruticulus humilis vix semipedalis. pedicelli brevissimi, basi bractea subulata illos valde superante. Corollae mediocres glabrae. Carina sutura pilosa. Stigma papillis elongatis ciliatum. Legumina oblonga. Semina 2-4. luteola nitida subrotunda tumidula. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* inter *Sospello*, et *Lantosca*: in *Liguria* etc.

ccc. *Ramis triquetris.*

6. GENUENSIS. Pers. syn. 2. 287. G. *Glabra caule erecto superne angulato ramis argute triquetris foliis lanceolatis pellucido-marginato-cartilagineis inferioribus obtusis superioribus cuspidatis floribus racemosis pedunculis solitariis axillaribus.*

G. scariosa. Viv. fl. ital. fragm. 1. 3. t. 8. Caulis etiam orgyalis cortice inferne cinereo ramis viridibus intortis. pedunculi basi bistipulati stipulis subulatis rigidis. Bracteae lanceolatae sub calyce. Cor. glabra. Legumina laevia compressiuscula 4. 8. spermia. semina fusca laevia ovalia. Fl. vere circa *Genuam*: in collibus al *Lagazzo*: secus aquaeductum del *Zerbino*: in montibus *Sarzanae* etc

bb. *Foliis ternatis.*

7. SCOPARIA. Lam. enc. 2. 623. G. *Fruticosa caule erecto ramis virgatis angulatis flexilibus foliis inferioribus ternatis foliolis obovatis summis simplicibus oblongis pilosiusculis floribus majusculis axillaribus leguminibus margine pilosis polyspermis subfalcatis.*

Spartium scoparium. L. sp. 996. Svens. bot. t. 421. Plenck ic. med. t. 550. Fl. dan. t. 313. Engl. bot. t. 1339. Hayn. arz. 9. t. 10. Curt. lond. 5. t. 32. Ed. Graves 2. t. 95. Gaertn. fruct. t. 153. Woodw. med. bot. t. 89. Schk. t. 195. Rouss. bot. t. 16. Baxter brit. bot. t. 77. Acad. neap. 4. t. 3. 4. 5. Gaertn. fruct. t. 153. Guimp. holzgew.

t. 116. Schubert naturges. t. 36. f. 6. Cytisus scoparius Link. enum. 2. 241. Genista hirsuta. Moench meth. 144. Sarothamnus vulgaris. Wimm. fl. v. schles. ed. 2. 148. S. scoparius. Babingt. man. 65. Ic. Lob. ic. 2. 89. f. 1. Trag. hist. 961. Fuchs hist. 2'8. Dodon. pempt. 761. f. 1. Rivin. tetrap. irreg. t. 69. Bah. hist. 1. 388. f. 3. et 390. f. 1. Tabernam. ic. 1100. f. 2. Duham. arb. 1. t. 81. Knor. del. 2. t. 5. Blackw. t. 244. Ger. em. 1311. Camer. epit. 930. Drev. bilderb. t. 48. Caulis usque orgyalis laevis. cal. membranaceus campanulatus. stylus longissimus inferne puberulus circa medium contortuplicatus. corollae magnae aureae vel citrinae. Legumina demum exceptis suturis glabra. Semina luteola nitida laevia subreniformia. Fl. vere. Ubique in collibus et montibus apricis, calidis, aridis.

aa. *Spinosae.*

b. *Spinis simplicibus ex ramis apice spinescentibus: foliis imis ternatis.*

8. Lobelii Cand. fr. 4. 499. G. *Caule erecto sparse ramoso ramis erecto-patulis nodosis spinosis sub flexuosis foliis simplicibus ternatisque linearibus complicatis pedunculis geminis fasciculatisque calycibusque villosis.*

G. Salzmanni. Cand. mem. legum 211. G. umbellata Saltzm. ap. Cand. prodr. 2. 147. G. aspalatoides. Lam. en. 2. 620. Moris. sard. 1. t. 29. et 30. Spartium aspalatoides. Desf. atl. 2. 136. Sp. erinacoides. Loisl. gall. ed. 3. 1. t. 2. 441. Sp. horridum. Sibt. prodr. 2. 54. et Fl. gr. t. 674. Ic. Lob. advers. 409. Chabr. sciagr. 86. f. 1. Caulis usque tripedalis. folia e tuberculo orta sericea. flores in apice ramorum parvi. Cor. parva extus sericea, alis exceptis. Legumina acinaciformia unguicularia 1-3 spermia sericea demum glabriuscula. Semina luteola lucida glabra parva subreniformia. Fl. vere et aest. In montibus circa *Nicaeam*: circa *Sarzanam*, in monte *Nuda di Ponzano* et montibus del *Bracco* in descensu di S. *Anna.*

bb. *Spinis trifidis compositisque, foliis simplicibus.*

9. germanica. G. *Hirsutiuscula caulibus inferne aphyllis superne ramulisque foliosis spinis simplicibus trifidis compositisque ramis floriferi inermibus foliis oblongo-lanceolatis hirsutis racemis terminalibus aphylli calycibus pilosis leguminibus hirsuti erectis bracteis subulatis pedicello duplo brevioribus.*

Var. *inermis spinis* scilicet *sub nulli*. Woglera. Fl. wetter. 2. 506. Scorpiu spinosus. Moench. meth. 134. Ic. Sturm deut. fl. hef. 12. t. 12. Bah. hist. 1 399. Fuchs. hist. 220. Zannich. hist. t 59. Svens. bot. t. 547. Tabern. ic 1162. f. 1. Rivin. tetrap. irreg. t. 67 Trag. hist. 962. Dalech. lugd. 173. f. 1 Schk. t. 195. Flor. dan. t. 1826. Guimp holzgew. t. 122. Schrank flor. monac t. 243. Dietr. flor. borus. t. 839. Schubert naturges. t. 36. f. 7. Caulis bas repens humilis raro usque bipedali inferne simplex superne ramosissimu ramis erectis. folia ciliata. Racem laxi multiflori. flores parvi. corolla extus sericeae, alis exceptis. Legumina hirsuta rhombaea, turgida 2-spermia demum fusca. Semina parv subrotunda ferruginea fusca laevia. F vere et aest. Vulgaris in sylvis, et pascui montanis et collinis. Amaram esse adstringentem, catameniorum fluxu sistere, diarrhoeae et dysenteriae me deri scripserunt summi viri Fuchsius Dodoneus, et Dalechampius.

## 371. TRIFOLIUM.

a. *Calycibus glabris.*

b. *Fructiferis erectis: radice annua*

1. strictum. Tr. *Glabrum capitul. ellipticis pedunculatis dentibus calyc inaequalibus corollam subaequantibu stipulis rhombaeis glanduloso-dentat foliolis lanceolatis serrulatis imis ob cordatis obovatisque caule stricto leguminibus exsertis dispermiis.*

Var. *Cor. non exserta* est Tr. lae vigatum Desf. atl. 2. 195. t. 208. I Michel. nov. gen. t. 25. f. 7. Walds et Kitaib. hung. t. 37. Engl. bot. 2949. Herba ut plurimum pusilla. Caulis tamen in pinguibus aliquando usqu pedalis erectus striatus simpliciusculu fructiflexus. folia ima fugacia omni pulchre venosa. pedunculi axillare solitarii folio vix longiores. Capitulu

subglobosum densum. laciniae calycis decemnervii lineari-subulatae aristatae. Cor. rosea raro albida ut plurimum exserta. Legumina semiovalia rostellata laevia flavida. Semina ovalia demum fusce rubida. Fl. vere exeunte. In collibus *Montisferrati*: in pratis di *Quarna* in agro *novar. etc.*

bb. *Fructiferis deflexis.*

c. *Floribus subracemosis magnis rubris.*

2. ALPINUM. Tr. *Caule brevissimo capiformi nudo pedunculo terminali floribus racemoso-subumbellatis dentibus calycis cuspidatis subaequalibus corolla dimidio brevioribus foliolis lineari-lanceolatis nervosis integerrimis seu serrulatis leguminibus tectis dispermis sutura superiore dehiscentibus corolla demum scariosa persistente.*

Ic. Bah. ist. 2. 576. Sturm. hef. 15. . 9. Pon. ad Clus. 2. 511. Chabr. eiagr. 161. f. 5. Fruticulus humilis adice dulci crassa extus fusca intus lba. Caules palmares caespitosi raro isque semipedales. folia ima aliquando uinata. flores pedicellati. Corollae naiusculae rubrae raro roseae rarissime albidae. Calyx decemnervis uce nuda lacinia media quidquam ongiore binis superioribus breviorius. legumina cultriformia sutura superiore tuberculata. Semina maiuscula ubreniformia laevia fusca. Fl. aest. ulgare in pascuis alpium. Ego legi ul *Mombarone* supra *Graglia.*

cc. *Floribus fasciculato-umbellatis.*

d. *Calycis laciniis aequalibus.*

e. *Caule suffruticoso; floribus albis.*

3. CAESPITOSUM. Regn. in Höpfn. nag. 2. t. 1. Tr. *floribus fasciculatis denibus calycis aequalibus corolla multo revioribus leguminibus tectis tetraspermis stipulis lanceolatis ramis acendentibus foliolis obovato-cuneatis erratis caule abbreviato caespitoso.* Tr. Thalii Vill. delph. 3. 478. t. . mala. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 52. 15. Glaberrimum. Caules caespitosi umiles vix palmares. pedunculi axilres solitarii folia vix superantes terninali capitulo globoso parvo. flores arvi raro rosei deflorati non deflexi. Fl. aest. Vulgare in pascuis alpinis editioribus. etiam in montibus *Liguriae etc.*

ee. *Caule herbaceo perenni: floribus roseis: capitulis globosis.*

4. HYBRIDUM. Tr. *Floribus fasciculato-umbellatis dentibus calycis subaequalibus corolla brevioribus, leguminibus exsertis subtrispermiis stipulis lato-lanceolatis foliolis obovato-oblongis rotundisve serrulatis ramis ascendentibus caule farcto vel vix fistuloso.*

Tr. elegans Savi. pis. 2. 161. t. 1. f. 2. Tr. Vaillantii. Poir. enc. Sibt. prodr. fl. gr. 2. 95. Ic. Vaill. par. t. 22. f. 1. optima. Svens. bot. t. 129. Rivin. tetrap. irreg. t. 11. Fl. dan. 1706. Sturm. deut. fl. hef. 15. Labram. fas. 18. Caulis ascendens ramosus pedalis et ultra. flores speciosi rosei et purpurei primum albidi. venae ad marginem sub 20 in hybrido, sub 40 in elegante. Fl. majo, junio sq. Vulgare apud nos in herbidis praesertim secus vias. saepissime legi, et vidi Tr. elegans Savii omnino esse huc transferendum. caulis modo valde fistulosus est modo farctus. In meis exemplaribus vivis radix est alba crassa fusiformis. Caules plures caespitosi in orbem prostrati ramosissimi apicibus inter herbas surrectis, farcti usque bipedales rubri. folia ima minima brevi petiolata foliolis subrotundis: sequentia longissime petiolata omnia supra albo-maculata maculis lunulatis. foliola obovata basi cuneata pulchre albo-venata venis parallelis supra medium ramosis in serraturas desinentibus serraturis argutis aristulatis. Capitula subrotunda crassiuscula. Corolla suaviter rosea vexillis striatis demum omnes deflexae ferrugineae calycibus albis laciniis aequalibus subulatis viridibus. In umbrosis corollae albae sunt tamen striatae. Amat solum rubricosum etiam sine calcarea. In pinguibus usque bipedale fit.

dd. *Calycis laciniis imis brevioribus.*

e. *Radice repente, capitulis subumbubellaribus, floribus albis, leguminibus tectis.*

5. REPENS. Tr. *glabrum caule farcto prostrato inferne repente foliolis obcordatis obovatisque serrulatis pedun-*

*culis sulcatis elongatis capitulis subumbellaribus bracteis pedicello multo brevioribus dentibus calycis inferioribus brevioribus corollis calyce fauce nudo duplo longioribus pedicellis post anthesim deflexis leguminibus tectis subtetraspermis.*

Var. *Calycibus in folia ternata mutatis* Ambros. hor. stud. 82. et phyt. 1. 541. — Tr. caespitosum Sturm. deut. f. t. hef. 52. Tr. anomalum. Schran. bor. mon. t. 47. Ic. Svens. bot. t. 544. F. dan. t. 990. Sturm. deut. fl. hef. 15. Lob. ic. 2. t. 29. f. 1. Dodon. pempt. 565. f. 1. Bah. hist. 2. 80. f. 1-3. Chabr. sciagr. 163. f. 6. Curt. lond. 2. 155. Engl. bot. t. 1769. Schrank flor. mon. t. 181. Linnaea. 13. t. 1. Flora 1842. t. 1. Dietr. flor. borus. t. 368. Hoeven. Tijdschr. 6. 5. Denschr. d. Wiener. Ak. 1. 3. Schubert naturges. t. 39. f. 3. Caules caespitosi usque pedales ut plurimum tamen humiles. foliola non raro albo-maculata macula lunulata. Calyx 10nervius. cor. alba dein carnea, demum straminea scariosa. fl. toto anno, hyeme excepta. Ubique in pratis, viis, ambulacris etc.

ee. *Radice annua: capitulis globosis: leguminibus exsertis sutura inferiore lobulato-crenulata.*

6. NIGRESCENS. Vivian. fl. ital. fragm. 1. 12. t. 13. *Glabrum caulibus ascendentibus farctis pedunculis folio longioribus foliolis obcordatis obovatisque basi cuneatis antice serrulatis stipulis brevibus late ovatis caudiculis linearibus dentibus calycis fauce nudi superioribus longioribus pedicellis post anthesim deflexis leguminibus exsertis 4-5 spermis sutura inferiore lobato-crenulata.*

Tr. hybridum. Savi. pis. 2. 158. Tr. angulatum Tenor. neapol. 5. 150. Ic. Michel. g. t. 25. f. 3. et 6. Caules caespitosi humiles aliquando tamen in pinguibus pedales et ultra sulcati et a basi ramosissimi in orbem strati in apricis rubidi. foliola non raro supra albo maculata. Corolla albida demum rubida. Semina parva luteola demum fusca. Optima et probe distincta species. In meis exemplaribus quae ego legi viva legumina sunt arcuata moniliformia sutura nempe utraque sub-semine constricta. prima fronte vivum Tr. repens refert. fl. vere et aest. In Liguria circa *Genuam* et *Clavarum* etc. Ego legi in herbidis lapidosis circa *Eporediam* urbem florentem julio.

bbb. *Dentibus calycis fructiferi squarrosis.*

c. *Caule erecto: capitulis longe pedunculatis.*

7. CLYPEATUM. Tr. *capitulis longe pedunculatis ovatis dentibus calycis cordatis ciliatis subfoliaceis imo maximo inaequalibus nervosis ciliatis corolla brevioribus stipulis ovato-oblongis latissimis ciliatis foliolis obovato-rhombaeis obsolete denticulatis cauleque erecto pilosis leguminibus monospermis.*

Ic. Alpin. exotic. t. 306. Gaertn. fruct. t. 153. Lam. ill. t. 613. f. 2. Sibt flor. t. 751. Herba annua. Caules diffusi ascendentes ramosi striati rubidi. Capitula magna pauciflora. Laciniae calycis binae superiores medio coalitae. Calycis faux post anthesim pilis clausa. flores albi vel apice rubri magni. calyx post anthesim clausus faciem habet scuti veterum militum. Numquam vidi vivam. Reperit Allionius circa *Casalborgone*.

cc. *Caule prostrato: capitulis axillaribus sessilibus: radice annua.*

d. *Dentibus calycis subaequalibus corolla brevioribus.*

8. GLOMERATUM. Tr. *Glabrum capitulis axillaribus terminalibusque demum globosis sessilibus distantibus dentibus calycis fauce nudi lanceolatis subaequalibus basi cordatis corolla brevioribus aristatis patenti-recurvis venosis rigidis stipulis lanceolatis scariosis nervosis caule prostrato foliolis obovatis argute denticulatis leguminibus tectis 1-2 spermis.*

Ic. Pluk. phyt. t. 113. f. 5. Bah. hist. 2. 378. Engl. bot. t. 1063. Curt. lond. 4. t. 51. ed. Grav. 2. 2. t. 100. Gaertn. fruct. t. 153. Lam. ill. t. 613. f. 8. fruct.. Chabr. sciagr. 162. f. 3. Caules caespitosi palmares vix in pinguibus pedales a basi ramosi. Capitula parva: corollae exiguae roseae. semina ovato-subcompressa minutissima laevia flava demum ferruginea. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria*, agri *albens.*

*taur.* etc. locis collinis apricis, aridis, macilentis etc.

dd. *Dentibus calycis inaequalibus corolla longioribus.*

9. SUFFOCATUM. Tr. *Glabrum capitulis subglobosis axillaribus sessilibus ab imo caule dentibus calycis membranacei fauce nudi lanceolatis corolla longioribus recurvis petiolis elongatis foliolis cuneatis serrulatis stipulis scariosis subnervosis breviter acuminatis caulibus prostratis brevissimis rosulatis leguminibus tectis dispermis.*

Micranthemum. Presl. symb. bot. 48. Ic. Barrel. ic. 882. Jacq. hor. vind. t. 60. Engl. bot. t. 1049. Brot. phyt. lus. 1. 158. t. 64. Herba minima. Caules 1-2 pollicares vix cum luxuriat palmares. petioli caulem longitudine superant. capitula etiam terminalia: ex axillis imorum etiam petiolorum prodeunt, demum globosa approximata. Calycis laciniae trinerviae binae superiores longiores. Corolla immersa alba vel rosea. semina parva flava granulata ovata basi inaequaliter cordata. Caules fere humo vel sabulo immersi. In sabulosis agri *nic.* et *Liguriae.*

bbbb. *Vexillis persistentibus deflexis.*

c. *Dentibus calycis aequalibus: floribus candidis. capitulis geminis subglobosis. suffruticulus.*

10. MONTANUM. Tr. *Capitulis subrotundis demum ovatis pedunculatis subgeminis dentibus calycis fauce nudi aequalibus corolla multo brevioribus subvillosis lanceolato-subulatis rectis vexillis acuminatis stipulis subulatis foliolis oblongo-lanceolatis argute calloso-serrulatis margine dense nervosis nervis incrassatis caule erecto hirsuto leguminibus tectis monospermis.*

Tr. album Crant. a. 408. Tr. rupestre Ten. neap. 5. 149. t. 177. f. 4. Tr. Balbisianum. Sering. in Cand. prodr. est var. *floribus roseis capitulis solitariis.* Ic. Matth. com. 560. f. 1. Dalech. lugd. 1354. f. 2. Durant. herb. 464. Fuchs. hist. 218 Camer. epit. 585. Clus. hist. 2. 245. Bah. hist. 2. 380. f. 2. Rivin. tetrap. irreg. t. 12. Sturm. deut. fl. h. 15. t. 8. Chabr. sciagr. 165. f. 5. Flor. dan. t. 1172. Labram. fasc. 9. Schrank flor. monac. t. 177. Dietr. flor. bor. t. 765. Denkschr. d. Wiener. Ak. 1. 5. Radix crassa. Caules firmi caespitosi inferne lignosi multifolii superne herbacei fere nudi vel subunifolii circulariter rugosi spithamei raro semipedales simplices raro superne ramulo uno vel altero aucti. folia ima fugacia longe petiolata foliolis obovatis obcordatisque. Cor. candida demum sordide flavescens. vexilla elongata angusta canaliculata subrecurva. semina ferruginea laevia subrotunda. Fl. vere et aest. In pratis montanis et collinis. Ego legi in pratis exsuccis *Verroni.*

cc. *Dentibus calycis inaequalibus, inferioribus duplo longioribus: capitulis solitariis: floribus sulphureis: radice annua: leguminibus in calyce stipitatis.*

d. *Vexillo a basi ovato-fornicato sulcato alis porrectis: leguminibus vexillum dimidium aequantibus.*

e. *Calycis dentibus longioribus ciliatis.*

11. SPADICEUM. Tr. *Capitulis oblongis pedunculatis raro geminatis demum cylindricis dentibus calycis fauce nudi quinquenervii inaequalibus longioribus ciliatis vexillis oblongis stipulis connatis lanceolatis petiolis basi dilatatis foliolis oblongis serrulatis imis obcordatis caule erecto glabro corollis nitentibus leguminibus monospermis exsertis.*

Ic. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 11. Bot. mag. t. 537. et 766. Radix biennis. Caulis aliquando pilosus. flores parvi sulphurei vel aurei nitentes demum fusci. Vexillum post nuptias inflexum. semina fusca ovata laevia. Fl. vere et aest. Vulgare in collinis apricis et pratis montanis.

ee. *Calycis dentibus omnibus ciliatis.*

12. BADIUM. Schreb. in Sturm. deut. fl. h. 16. t. 12. Tr. *Capitulis subrotundis pedunculatis laxiusculis demum obovato-subrotundis dentibus calycis fauce nudi inaequalibus omnibus ciliatis vexillis oblongis obcordatisque alis duplo longioribus stipulis lanceolatis petiolis aequalibus foliolis obcordatis vel ovato-oblongis denticulatis cauleque erecto pubescentibus legumi-*

*nibus subglobosis monospermis stipite suo quadruplo longioribus seminibus ovoideis stylis legumine quadruplo brevioribus.*

Tr. spadiceum. Vill. delph. 3. 491. Ic. Barrel. ic. 1024. Annuum vel bienne. facies Tr. agrarii. Fl. aest. In pratis alpinis vallis *Augustae praetoriae*: di *Ceresole*: montis *Cenisii* etc.: etiam nostris.

dd. *Vexillo postice compresso antice in formam cochlearis ampliato et fornicato alis ad latera patentibus: leguminibus dimidium vexillum aequantibus.*

e. *Caule erecto glabriusculo.*

13. AGRARIUM. Tr. *Capitulis demum obovalibus fuscis pedunculatis calycis glabri fauce nudi dentibus inaequalibus vexillis valide sulcatis obovatis stipulis lanceolatis superioribus petiolo longioribus foliolis oblongis antice serrulatis caule erecto glabriusculo stylis legumina subaequantibus stipitibus legumina fere aequantibus leguminibus monospermis ovoideis compressis seminibus basi cordata globulosis laevibus.*

Tr. aureum. Pollich. palat. 2. 344. Schk. hand. t. 210. Tr. campestre. Gmel. Ic. Vaill. par. t. 22. fig. 5 optima. Flor. dan. t. 558. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 10. Labram. fasc 49. Schk. handb. t. 210. Dietr. flor. borus. t. 369. Caulis usque pedalis. superne flexuosus ramosus. Capitula demum potius obovata sunt. Corollae sulphureae demum ferrugineae imae reflexae supremae deflexae. Calyx brevissimus campanulatus dente supremo brevissimo. foliola subsessilia. Fl. aest. Vulgare in agris montanis et collinis; etiam apud nos in planitie et ad vias herbidas. etiam prima fronte facillime distinguitur a T. patente, quod vulgare est in pratis.

ee. *Caule prostrato pubescente.*

14. PROCUMBENS. Tr. *Capitulis ovatis pedunculatis dentibus calycis glabri fauce denudati inaequalibus apice ciliatis binis superioribus brevissimis vexillis obovatis cochleariformibus sulcatis denticulato-ciliolatis stylo legumine quadruplo breviore stipulis ovatis ciliatis foliolis obovatis subcrenulatis impari petiolato caule procumbente pubescente leguminibus ovalibus monospermis seminibus ellipticis flavis laevibus.*

Tr. agrarium. Savi observ. 103. Allion. Balb. Re. Birolii. Tr. campestre Schreb. in Pers. ench. 2. 352. et in Sturm. deut. fl. h. 16. t. 13. Ic. Vaill. par. t. 22. f. 4. Rivin. tetrap. irreg. t. 10. Engl. bot. t. 945. Curt. lon. 3. t. 45. edit. Grav. 3. t. 110. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 14. Labr. fas. 51. Flor. dan. t. 796. Dietr. flor. bor. t. 370. Schubert. naturgesis. t. 59. f. 5. Caules ramosi usque pedales superne angulati aliquando erecti. folia brevipetiolata foliola obcordata raro in nervo pilosa. flores superiores sulphurei inferiores pallidi omnes ferruginei. Fl. aest. In pratis passim. Herba apud nos semper erecta in pinguibus a basi ramosa ut plurimum simplex. Capitula demum obovata. foliola cuneata apice denticulata pulchre striata. flores subsessiles. Vexillum denticulatum neutiquam ciliatum demum angulo recto antice incurvatum. Calyx scariosus corollae concolor glaber dentibus imis pilo longo terminatis. pedunculi folio triplo longiores semper solitarii. Caules in pinguibus usque pedales. Ic. Vaill. bona sed folia obovato-subrotunda neutiquam congruunt cum meis exemplaribus. ubique apud nos in pratis planitiei etc.

ee. *Caule ramoso ascendente.*

15. PATENS. Schreb. ap. Sturm. deut. fl. hef. 16. Tr. *Capitulis haemisphaericis pedunculatis laxis pedunculis elongatis filiformibus axillaribus dentibus calycis fauce nudi glaberrimis inaequalibus vexillis sulcatis lanceolatis alis divaricatis floribus demum deflexis stipulis ovatis basi cordatis nervosis laevibus foliolis obovatis denticulatis imis obcordatis caule inferne ramoso ascendente stylis legumina rostellata monosperma brevissime stipitata longitudine aequantibus seminibus ellipticis.*

Tr. parisiense. Cand. fr. 5. 562. Tr. aureum. Thuill. par. ed. 2. 385. Tr. aureum. b. Savi. obs. 109. Tr. chrysanthum. Gaud. helv. 4. 603. Ic.

Vaill. par. t. 22. f. 4. ? Impossibile omnino est iudicare. characteres quippe minutos non exhibet. vel omnino mala est vel hanc stirpem non pingit. Capitula prorsus aliena et habitus. species enim semper inferne ramosa est ramis patulis. Capitula pauciflora depressa ut flores verticillati videantur, neutiquam ovata: calix ochroleucus dentes duo superiores duplo breviores aequales: 3. inferiores etiam aequales omnes laeves sunt. Calyces tamen pilosi pilis brevibus albis. vexillum margine laeve est. caules apice pubescentes, pilis raris, albis, inaequalibus, stratis. folia albovenosa venis parallelis, inferne ultra medium integerrima. vulgatissimum in pratis circa *Bugellam* urbem versus *Cossila* et la *Barazza* etiam in planitie: post sectum foenum maiale prodit: corollae aureae immutatae: flores primum erecti. Iconem Sturm. deut. fl. 4. 16. non vidi.

dd. *Vexillo fere laevi, vix sulcato complicato, alis porrectis leguminibus vexillo vix brevioribus.*

16. FILIFORME. Tr. *fasciculis paucifloris laxis pedunculatis floribus demum deflexis dentibus calycis fauce nudi inaequalibus glaberrimis pedunculis capillaribus stipulis ovatis ciliatis foliis brevissime petiolatis foliolis obovatis obcordatisque emarginatis denticulatis caule procumbente vel erecto stylis leguminibus monospermis brevi-pedicellatis quadruplo brevioribus.*

Tr. minus. Smith. brit. 3. 1403. Engl. bot. t. 1256. Ray synops. t. 14. f. 3. Tr. procumbens Poll. palat. 2. 345. Tr. micranthum. Vivian. fl. lybic. spec. 45. t. 19. f. 3. Tr. controversum Jan. de Sal. Mairch. in bot. zeit. 1834. 58. a. b. Ic. Smith Engl. bot. t. 1257. Sturm. deut. fl. h. 16. t. 15. Curt. lond. 5. t. 53. Ed. Grav. 3. t. 109. Dillen. in Ray syn. t. 14. f. 4. Michel gen. t. 25. f. 8. Dietr. flor. borus. t. 371. Caules ut plurimum palmares aliquando tamen in pingui solo pedales et ultra. fasciculi vix decemflori. in pinguibus multo numerosiores. Semina parva laevia ferruginea ovata. fl. aest. In pratis agri *nic. taur. segus.* vulgatissimum in pratis exsuccis *Verroni.* procumbit sed inter herbas erectum fit.

aa. *Calycibus pilosis.*

b. *Capitulis nudis.*

c. *Dentibus calycis erecto-patentibus.*

d. *Spicis geminatis.*

17. RUBENS. Tr. *Spicis hirsutissimis oblongis terminalibus dente infimo calycis vigintinervii glabri fauce annulo calloso coarctati subulato corollam aequante omnibus subulatis ciliatis stipulis longissimis latissimisque apice lanceolatis vaginantibus foliolisque lanceolatis spinuloso-serrulatis obtusissimis cauleque erecto stricto glaberrimis leguminibus membranaceis tectis monospermis.*

Var. *Caule villoso.* — Var. *spicis subglobosis.* Clus. hist. 2. 245. Bah. hist. 3/5. f. 2. Moris. s. 2. t. 12. f. 1. Chabr. sciagr. 161. f. 2. Ic. Clus. hist. 2. 245. f. 1. 2. Lob. ic. 2. 40. f. 1. Sturm. deut. fl. hef. 15. t. 10. Jacq. a. t. 385. Moris. s. 2. t. 12. f. 4. Dodon pempt. 578. f. 1. Bah. hist. 2. 375. f. 1. Trag. hist. 601. Dalech. lugd. 259. f. 2. Labram. fasc. 15. Schk. handb. t. 210. Dietrich. flor. borus. t. 363. Herba perennis pulchre virens pedalis et ultra. Caules vix ramosi rigidi. folia brevipetiolata foliolis supra albomaculatis pulchre venosis venis ramosis parallellis pellucidis. flores rubri demum coerulescentes. Calycis laciniae 4 brevissimae. Spicae usque tripollicares basi involucratae. Semina parva laevia ferruginea subreniformia. Cor. monopetala. fl. vere exeunte. Passim in pratis montanis alpinis etc.

dd. *Spicis solitariis.*

e. *Floribus ochroleucis.*

f. *Radice perenni, dente calycis infimo longiore.*

18. OCHROLEUCUM. Tr. *Capitulis demum oblongis saepe involucratis dente calycis decemnervii pilis patentibus hirsuti fauce annulo calloso coarctati infimo longiore deflexo squarroso omnibus lanceolato-subulatis trinerviis tubo corollae calycem multo excedente stipulis lineari-lanceolatis foliolis integerrimis oblongis infimis obcordatis cauleque prostrato superne nudiuscula*

*sursum pilosis leguminibus tectis membranaceis monospermis.*

Var. *corollis roseis.* Bonan. panph. t. 156. Ic. Moris. s. 2. t. 12. f. 12. Jacq. a. t. 40. Sturm. deut. fl. hef. 15. t. 16. Fuchs. hist. 818. ic. 472. Curt. lond. 6. t. 49. ed. Grav. 2. t. 98. Mart. fl. rust. t. 55. Engl. bot. t. 1224. Dietr. flor. bor. t. 565. Caules caespitosi pedales et ultra in rosulam supra terram procumbentes apicibus surrectis, teretes pilis sursum versis. Semina luteola laevia compressa subreniformia. Herba pallide virens jumentis et pecoribus valde expetita quae cultura Trifolio pratensi substitui deberet in pratis artificialibus. Nam perennis est, vivit in solo etiam macro et rubricoso, atque herbarum aliarum societatem non respuit. Et in pingui solo multo magis luxuriat. Vivit apud nos in pratis siccis aridisque inter plantas Andropogonis Grylli quae stirps voracissima est. fl. aest. In pratis et herbidis et graminosis.

ff. *Radice annua: dentibus calycis omnibus subaequalibus.*

19. PALLIDUM. W. et Kitaib. hung. 1. 55. t. 56. Tr. *Capitulis subrotundis basi involucratis dentibus calycis filiformibus ciliatis aequalibus corolla multo brevioribus margine calycis barbato fauce annulo calloso coarctato stipulis ovatis acutis abrupte aristatis membranaceis foliolis obovato-subrotundis subretusis cauleque erecto pilosis pilis patentibus leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Tr. villosum. Presl. del. prag. 48. Tr. flavescens. Tin. pugil. 1. 15. Caules caespitosi humiles aliquando tamen usque sesquipedales non raro diffusi. foliola parva. stipulae scariosae nervis virentibus vel rubidis superiores subrotundae caudis aristatis ciliatis. Calyx hirsutus. Dens imus raro paulo longior. Cor. albae vel ochroleucae raro superne carneae. Semina parva flavida laevia subreniformia. Fl. vere exeunte. In *Liguria orient.*: circa *Sarzanam etc.*

ee. *Floribus albis.*

20. PANNONICUM. Tr. *Spicis oblongis solitariis non involucratis calycis hirsutissimi 10nervii, fauce annulo calloso coarctati dente infimo elongato tubum corollae subaequante stipulis lanceolato-linearibus longissimis foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis apice obsolete dentatis ciliatis cauleque erecto simplici crasso stricto hirsutis corollis monopetalis leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Tr. alopecuroides Pers. Ic. Jacq. obs. 2. t. 42. Sturm. deut. fl. hef. 15. All. ped. t. 42. f. 2. Caulis usque bipedalis ut plurimum tamen humilior. folia superiora opposita a spicis distantia. Cor. alba magna calyce extus non constricto valde longior. Lacinia calycina longior demum non reflexa. Calyx decemnervius nervis, et stipularum virentibus vel fuscis.

Herba perennis. fl. aest. In *Liguria occidua*, in monte *Ceppo* prope *S. Remo*, atque in agro *pedemont.*: in alpibus humidis di *Stropp.* et la *Chianale.*

eee. *Floribus purpureis.*

21. MEDIUM. Tr. *Capitulis subglobosis demum ovatis laxis solitariis dente calycis glabri 10nervii fauce annulo calloso coarctati infimo tubum corollae aequante omnibus ciliatis filiformibus stipulis glabris lineari-lanceolatis cuspidatis caudis longis ciliatis foliolis oblongis subintegerrimis cauleque refracte ramoso flexuoso pubescentibus radice perenni crassa lignosa leguminibus tectis monospermis bivalvibus corolla monopetala.*

Tr. flexuosum. Jacq. a. 4. 45. t. 386. Schk. hand. t. 210. Labram. fasc. 66. All. ped. 1. 505. Tr. patulum. Tausch. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 15. Engl. bot. t. 190. Flor. dan. t. 1275. Svens. bot. t. 460. Dietr. flor. bor. t. 693.

Caulis pedalis et ultra. folia supra obscure virentia ut plurimum maculata macula alba lunata inferne glauca bina suprema opposita. Spicae non involucratae. Calycis faux pilis clausa. Corolla rubro-striata. semina laevia flavida compressa subreniformia. Fl. vere exeunte. In sylvaticis collinis montanis agri *nic.* et *Liguriae*, agri *novar taur.* etc.

eeee. *Floribus roseis.*

f. *Corolla calyce longiore.*

22. ANGUSTIFOLIUM. Tr. *Spicis pyramidatis elongatis dentibus calycis annulo calloso clausi corollam superantibus inaequalibus patenti-pilosis apice nudis stipulis ciliatis foliolisque sublinearibus caule stricto leguminibus tectis membranaceis monospermis.*

Ic. Barrel. ic. 698. Rivin tetrap. irreg. t. 16. Sturm. deut. flor. hef. 16. Moris. s. 2. t. 13. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 749. Chabr. sciagr. 161. f. 3. Herba annua exsucca dura. pecora et jumenta, asinis exceptis, respuunt illam. Caules non raro caespitosi ut plurimum humiles aliquando tamen usque pedales erecti simpliciusculi. Spicae usque bipollicares basi nudae. Calycis laciniae demum durae pungentes. Cor. roseae. Semina ovata flavida laevia. Fl. vere et aest. Vulgare in agro *nic.* et *Liguria*: in collibus *Montisferrati*, agri *astens. taurin. segus.* etc. etiam apud nos in collibus *S. Hyeronimi.*

ff. *Corolla calice breviore.*

23. ARVENSE. Tr. *Spicis oblongis compactis dentibus calycis clausi aequalibus setaceis villosissimis corolla obsolete pilosa marcescente longioribus foliolis oblongo-linearibus imis obcordatis cuneatisque retusis cauleque erecto ramoso villosis leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Tr. gracile. Thuil. par. ed. 2. 283. Cand. fr. 4. 530. Barrel. ic. 901. est var. *glabriuscula calycis laciniis apice coloratis.* Ic. Dalech. lugd. 444. f. 1. Barrel. ic. 902. Camerar. epit. 724. Lob. ic. 2. 39. f. 1. Fuchs. hist. 494. Ger. em. 1193. Dillen. in Ray syn. 330. t. 15. f. 2. Dodon. pempt. 577. f. 1. Tabernam. ic. 524. f. 1. Bah. hist. 2. 377. f. 2. Moris. s. 2. t. 13. f. 8. Rivin. tetrap. irreg. t. 15. Flor. dan. t. 724. Engl. bot. t. 945. Curt. lond. 6. t. 50. ed. Grav. 2. t. 99. Sturm. deut. flor. heft. 16. t. 3. Zannich. ist. t. 147. Gaertn. fruct. t. 153. Lam. ill. t. 613. f. 7. a. b. c. d. Labram. fas. 14. Dietr. fl. bor. t. 566. Schubert. naturgest. t. 39. t. 4. Herba annua vulgatissima ubique inter segetes et stipulas. Caulis aliquando palmaris ut plurimum pedalis et ultra ramique patuli rigidi stricti. Spicae villosissimae demum cylindricae basi nudae. Calyces 10nervii. Cor. albida apud nos semper rosea. semina parva flava viridula demum sulphurea ovata laevia. Herba si nimis matura est dura evadit et respuitur jumentis. Si succo adhuc turgida caeditur cum stipulis et siccatur illis gratissima est. Herba cum floret et copiosa stipulas supereminet pulcherrima visu est.

cc. *Dentibus calycis divaricatis.*

d. *Floribus albis: dentibus calycis corollam subaequantibus imo longiore.*

x. *Limbo calycis immutato.*

24. SQUARROSUM. Savi. obs. 65. f. 3. Tr. *Capitulis ovatis globosisve compactis pedunculatis crassis basi involucratis dentibus calycis 10nervii fauce annulo calloso brevi-puberulo coarctato linearibus cuspidatis trinerviis patenti-recurvis hirsutiusculis corollam subaequantibus infimo longiore latioreque reflexo stipulis linearibus cuspidatis ciliatis caudis longissimis foliolis lineari-oblongis subintegerrimis pubescentibus imis obcordatis caule erecto leguminibus tectis monospermis calycis tubo demum ovoideo.*

Tr. longestipulatum Loisl. gal. ed. 2. 2. 122. Tr. albidum. Tr. marsicum. Tenor. Tr. panormitanum Presl. 1. 21. Tr. squarrosum Linnaei testimonio Smithii videtur esseidem ac. Tr. ochroleucum. Ic. Moris. s. 2. t. 13. f. 1. Herba annua. Caules usque pedales flexuosi pilosi a basi aliquando ramosi. folia summa opposita. flores albi. semina maiuscula ovata, fulva laevia. Fl. vere exeunte. Circa *Genuam.* Ego legi circa *Bugellam* nella *Barazza* di *Pavignano.* Exemplaria mea habent caulem prostratum a basi ramosissimum foliola prorsus linearia integerrima. Cetera conveniunt. Icon itaque Savii descissit a planta mea. Icon Morisoni omnino optima.

xx. *Limbo calycis foliaceo.*

25. MARITIMUM. Huds. angl. ed. 1. 284. Tr. *Spicis densis ovatis globosisve basi nudis pilosis brevipedunculatis dentibus calycis 10nervii demum triangularibus trinerviis foliaceis tandem patentibus acuminato-aristatis rigidis infimo porrecto deflexo calycis fructiferi tubo glabro obconico sub dentibus calloso-tumido stipulis*

*lanceolato-linearibus apice pilosis foliolis oblongis apice serrulatis cauleque hirsutis corolla vix calyce longiore leguminibus tectis monospermis turbinatis.*

Tr. irregulare. Pourret. act. tolos. 3. 331. Tr. rigidum. Savi pis. 2. 159. t. 1. f. 1. Ic. Bonan. panph. t. 55. Pluken. phyt. t. 113. f. 4. Moris. s. 2. t. 14. f. 1. Engl. bot. t. 220. Curt. Lond. ed. Grav. 4. t. 84. Hook. lond. t. 57. Lam. ill. t. 613. f. 2. a. b. c. d. e. Herba annua. pili patuli. caules caespitosi ramosi usque pedales ut plurimum prostrati. folia suprema opposita. flores rosei. Calyces post anthesim primum rima subclausi demum prominuli. Semina flavida laevia subreniformia. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* circa *Genuam* et in *Liguria orientali* in litore *lunensi*, alla *Marinella* etc.

dd. *Floribus roseis dentibus calycis subaequalibus corolla longioribus.*

e. *Capitulis subglobosis: foliolis obovatis caule diffuso.*

26. LAPPACEUM. Tr. *Capitulis subglobosis basi nudis pedunculatis hispidis dentibus calycis 20nervii glabri fauce denique annulo pilorum conniventium clausa subaequalibus basi nervosis lanceolato-setaceis divaricato-pilosis rigidis corollam superantibus stipulis membranaceis cuspidatis foliolis obovatis retusis denticulatis ciliatis caule diffuso leguminibus tectis monospermis.*

Tr. nervosum Presl. symb. 1. 49. Ic. Moris. s. 2. t. 13. f. 4. Barrel. ic. 871. Bah. hist. 2. 378. Sibt. fl. gr. t. 746. Moris fl. sard. 1. t. 62. f. 1. ubi foliola cuneiformia male expressa sunt. optime calyx. Omnium optima ic. Fl. gr. Barrelieri bona. Caulis jam ab imo ramosus usque pedalis plerumque basi decumbens apicibus surrectis. Caudae stipularum apice ciliatae. Calyces campanulati glabri raro pilosi dentibus demum divaricatis rigidis. Cor. albidae vel roseae. Semina fulva laevia ovata. Herba annua. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria* praesertim circa *Genuam* et *Sarzanam*: circa *Pinerolium* ad arcem dirutam.

ee. *Capitulis ovatis foliolis oblongis caule erecto.*

27. STELLATUM. Tr. *Capitulis demum ovatis laxiusculis basi nudis dentibus calycis decemstriati setoso-hirsuti fauce demum annulo calloso pilisque tomentosis clausa lanceolatis subaequalibus corolla longioribus demum trinerviis reticulato-venosis stellato-patentibus rigidis cauleque diffuso villosis stipulis late ovatis denticulatis foliolis cuneato-obcordatis antice denticulatis leguminibus oblongis tectis monospermis membranaceis ovatis.*

Ic. Bah. hist 2. 376. f. 2. Moris. s. 2. t. 13. f. 1. Barrel. ic. 860. Sturm. deut. fl. hef. 16. Chabr. sciagr. 161. f. 4. Engl. bot. t. 1545. Sibt. fl. gr. t. 750. Hook. lond. 95 Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 83. Gaertn. fruct. t. 153. Lam. ill. t. 613. f. 4. a. b. c. d. Herba annua molliter villosa cinerea. Caules caespitosi inaequales usque pedales. Laciniae calycis demum basi dilatatae et stellatim patentes. flores raro albidi ut plurimum pulchre rubri. semina demum rubra oblonga laevia. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria.*

ddd. *Floribus purpureis: spicis oblongis laxis, foliolis obcordato, vel obovato-cuneatis.*

e. *Corollis calyce longioribus.*

28. INCARNATUM. Tr. *Spicis oblongis laxiusculis longe pedunculatis calycis sulcati decemnervii fauce aperta margine pilosa sulcati villosi dentibus lanceolato-subulatis subaequalibus corolla brevioribus stipulis oblongis membranaceis foliolis obovatis obtusissimis subcrenulatis cauleque erecto simplici villosis leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Tr. Molinerii Balb. est var. *floribus carneis* vulgaris apud nos. Tr. stramineum Presl. sicul. 1. 20. Ic. Dodon. pempt. 567. Bah. hist. 2. 376. Barrel. ic. 697. Dalech. lugd. 442. Clus. hist. 2 246. Lob. ic. 59. Moris. s. 2. t. 12. f. 3. Chabr. sciagr. 161. f. 6. Rivin. tetrap. irreg. t. 17. Gaertn. fruct. t. 153. Lam ill. t. 613. f. 6. a. b. c. d. Mill. ill. t. 267. f. 1. Sturm. deut. fl. heft. 16. t. 4. Schk. handb. t. 210. Sibt. fl. gr. t. 748. Engl. bot. t. 2950. Botan. magaz. t. 328. Herba annua

pulcherrima pallide virens. Caules pedales et ultra fistulosi. Spicae rubro-sanguineae usque palmares. Semina ovata fulva nitida laevia. Dentes calycis basi triangulares demum rigidi. Fl. majo. Stirps culta. In patria spontanea potius rara. In pascuis siccis. In agro *taur.* inter *Collegno* et la *Mandria*. Var. corollis carneis [ego legi in pratis di *Vigelio* apud *Salussolam* et in pascuis circa il *Castello di Mongivetto* multisque aliis locis.

ee. *Corollis calyce brevioribus.*

29. LIGUSTICUM. Balb. memor. acad. taur. 23. 112. an. 1818. Tr. *Spicis ovatis subsolitariis basi foliatis dentibus calycis setaceis hirsutis aequalibus corolla longioribus stipulis cuspidatis pilosis foliolis obovatis obcordatis cuneatisve cauleque erecto patenti-pilosis leguminibus tectis monospermis.*

Tr. aristatum. Link. enum. 2. 262. Tr. arrectisetum. Brotier. lus. 1. 142. t. 63. f. 1. Ic. Savi in atti dell'accad. ital. 191. f. 2. Bonan. panph. t. 139. Herba annua pallide virens molliter pilosa pilis patentibus caule erecto ramoso flexuoso usque semipedali. Capitula ut plurimum gemina altero sessili: foliola apice denticulata. Stipulae membranaceae pilosae nervosae nervis viridibus, caudis triangulo-acuminatis ciliatis. Dentes calycis fauce clausi rigidi semipatentes. Corollae rubidae. Semina ovoidea luteola laevia parva. Fl. vere exeunte. In sylvis, et pascuis collium *Liguriae.*

bb. *Capitulis involucratis.*

c. *Floribus rubris.*

d. *Capitulis subgeminis.*

e. *Foliolis lanceolatis ; dentibus calycis vigintinervii inaequalibus corolla valde brevioribus.*

30. ALPESTRE. Tr. *Capitulis densis subgeminis dente infimo calycis 20-nervii fauce annulo calloso coarctata pilisque clausa elongato tubum corollae monopetalae subaequalis aequante omnibus filiformibus plumosis rigidulis stipulis nervosis longe aristatis foliolis lanceolatis serrulatis venoso-striatis caule stricto simplicissimo leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Var. *corollis variegatis carinis roseis vexillo alisque albis.* Ic. Clus. hist. 2. 245. Bah. hist. 2. 375. Rivin. tetrap. irreg. t. 12. Jacq. obs. 3. 14. t. 64. et fl. aust. t. 386. Atz. mem. soc. lin. lond. t. 1. Sturm. deut. fl. hef. 15. t. 14. Fl. dan. t. 662. Chabr. sciagr. 161. f. 2. Schrank flor. monac. t. 255. Botan. mag. t. 2779. Herba perennis mollissime villosa. Caulis usque pedalis firmus. foliola superne glabriuscula inferne pilosa. Caudae stipularum elongatae subsetaceae ciliatae. Corollae pulchre rubrae. Semina subreniformia luteola parva laevia. Fl. vere exeunte. In pratis et sylvaticis collium et montium.

ee. *Foliolis spathulatis dentibus calycis 10nervii inaequalibus, corollam aequantibus.*

31. BOCCONI. Savi atti dell'accad. ital. 1. 191. t. 1. mala. Tr. *Capitulis ovatis subgeminis altero sessili dentibus calycis fauce annulo pilorum clausa inaequalibus pubescentibus subulato-aristatis rigidis erectis corollam aequantibus stipulis imis obovatis abbreviatis subulatis caudis lineari-setaceis elongatis remote ciliatis, foliolis spathulatis serrulatis ramis pubescentibus leguminibus tectis membranaceis monospermis.*

Tr. semiglabrum. Brot. lus. 1. 156. t. 63. f. 2. Ic. Boccon. mus. t. 104. Engl. bot. t. 2868. Tr. collinum. Bast. Cand. Tr. gemellum. Lap. Herba annua pallide virens puberula pilis patentibus. foliola antice serrulata ciliata. Caulis vix spithameus saepe a basi ramosus ramis ut plurimum brevissimis. Capitula demum subcylindrica. Corollae parvae roseae plerumque vexillo rubro alis carinaque albis. Semina parva luteola, laevia, ovata, compressa. Fl. vere exeunte. In *Liguria.*

dd. *Capitulis solitariis.*

e. *Ovatis compactis, calycibus demum tumidis profunde striatis laciniis subaequalibus apice subulato-spinulosis.*

32. STRIATUM. Tr. *Molliter villosum capitulis ovatis villosis sessilibus axillaribus terminalibusque compactis dentibus calycis striati demum tumid fauce annulo cartilagineo coarctata*

*inaequalibus vexillo corollae brevioribus apice subulato-spinosis stipulis ovatis membranaceis subulatis foliolis obovatis imis obcordatis erecto-patulis subintegerrimis ramisque villosis corollis parvis leguminibus tectis monospermis membranaceis albidis.*

Tr. conicum. Reich. excurs. 2. 491. Tr. scabrum. Sturm. deut. flor. heft. 16. Tr. incanum. Presl. del. prag. 51. Tr. tenuiflorum. Tenor. neap. 5. 141. t. 177. f. 1. Ic. Barrel. ic. 869. Ray. t. 13. f. 3. Vaill. bot. paris. t. 33. f. 2. Sturm. deut. fl. heft. 16. Waldst. et Kitaib. hung. t. 25. Svens. bot. t. 616. Fl. dan. t. 1171. Engl. bot. t. 1843. Herba annua pilosa. Caules ramosi prostrati spithamei usque pedales diffusi. Capitula axillaria et terminalia super ramulo brevissimo ut sessilia appareant demum subcylindrica. Stipulae nervosae pilosae, caudis triangulo-acuminatis. Cor. purpurea parva. Semina luteola laevia ovata compressa majuscula. Fl. vere exeunte. In collibus pascuis et sylvaticis agri *nic.* et *Liguriae*: agri *taur.* prope *Casellette* etc. circa *Albam Pompeiam* etc. Ego legi super collibus coenobii *S. Hyeronimi* apud *Bugellam* urbem. Caules apud nos erecti usque semipedales simpliciusculi, a basi tamen ramosi, ramis imis caulem subaequantibus aliis et superioribus brevissimis. foliola obovato-cuneata versus apicem minute denticulata. Corollae pallide roseae. Vexillum angustum carinam alasque inflexas longe superat. dens calycis imus longior carinam aequat. Cetera conveniunt.

ee. *Ovatis densis: calycis 10nervii laciniis inaequalibus tubo corollae brevioribus, leguminibus operculo calyptratis.*

35. PRATENSE. Tr. *Capitulis densis ovatis sessilibus pedunculatisve dentibus calycis subulatis inaequalibus tubo corollae monopetalae brevioribus stipulis ovatis glabris latis inflatis caudis triangulo-subulatis brevibus aristaeformibus ciliatis foliolis ovalibus subintegerrimis imis minoribus obcordatis caule ascendente leguminibus tectis membranaceis 1-2spermis apice operculo cartilagineo calyptratis.*

Tr. sativum. Mill. Tr. expansum. W. et Kitaib. hung. t. 237. Tr. pensylvanicum. W. — Var. *floribus albis*, vel *carneis*, vel *purpureis capitulis magnis parvis, nudis, vel involucratis, sessilibus, vel pedunculatis, caule farcto vel fistuloso, foliolis cinereo-pilosis* etc. Ic. Matth. com. 559. f. 2. Fuchs. hist. 817. Camer. epit. 582. Trag. hist. 586. Dalech. lugd. 1354. f. 1. Bah. hist. 2. 374. Tabernam ic. 523. f. 1. Blackw. t. 20. Schk. hand. t. 210. Sturm. deut. fl. heft 15. Bonan. panph. t. 136. Zannich. ist. t. 185. Rivin. tetrap. irreg. t. 11. f. 1. Mart. fl. rust. t. 3. Flor. dan. t. 989. Engl. bot. t. 1770. Svens. bot. t. 268. Baxter. brit. bot. t. 283. Dreves. 3. 81. Dietr. flor. bot. t. 564. Rouss. bot. t. 20. Schubert naturges. t. 39. f. 2. Herba ut plurimum biennis, non raro perennis. Caules glabriusculi superne villosi usque bipedales. folia suprema opposita. Capitula in planta culta pedunculata fiunt. Stipulae pallidae nervosae nervis rubris versus marginem ramosis et anostomo-santibus. Cal. pilosus 10nervis dente infimo longiore. Cor. purpurea odorata inaequalis, vel rosea, raro albida. faux calycis clausa annulo calloso ciliata. folia supra ut plurimum albo-maculata macula demum evanida. Semina ovata basi inaequalia tumidula subdifformia laevia, flava vel rubida. Fl. vere. aest. aut. Colitur passim, et sponte nascitur in pratis, et herbidis.

eee. *Capitulis globosis, calycis laciniis filiformibus subaequalibus corolla brevioribus.*

34. HISPIDUM. Desf. atl. 2. 200. t. 209. f. 1. *Capitulis subrotundis solitariis sessilibus dentibus calycis setaceis subaequalibus hirsutis corolla brevioribus stipulis membranaceis subulatis bracteantibus binis alia foliifera alia aphylla foliolis obovatis obsolete denticulatis ramis villosissimis caule erecto ramoso leguminibus tectis monospermis.*

Tr. hirtum. All. aut. 20. Tr. pictum. Roth. cat. 2 201. Herba annua mollissime villosa villis cinereis nitentibus. Caulis vix spithameus. cor rubrae vexillis elongatis. Semina fla-

vida laevia ovata. fl. vere exeunte. In *Monteferrato* secus agros.

cc. *Floribus albidis.*

d. *Capitulis oblongis; dentibus calycis lineari-subulatis rigidis patulis subaequalibus corollam subsuperantibus.*

55. SCABRUM. Tr. *Capitulis oblongis axillaribus terminalibusque sessilibus dentibus calycis demum indurati fauce coarctata lineari-subulatis uninerviis nervis incrassatis, rigidis patenti-recurvis inaequalibus hirsutis corollam subsuperantibus stipulis late ovatis cuspidatis foliolis obovatis serrulatis cauleque ascendente villosis leguminibus tectis albidis monospermis.*

Ic. Bah. hist. 2. 378. Barrel. ic. 870. Vall. paris. t. 33. f. 1. Curt. lond. 6. t 48. ed. Grav. 1. t. 104. Engl. bot. t. 903. Herba annua cinerea rigida. Caules caespitosi usque pedales. Capitula parva. calyx demum sulcatus 10nervis. Cor. aliquando rubida, aliquando calyce longior. Semina flava laevia, ovalia, compressa parva. Fl. vere. In pascuis siccis et sterilibus agri *nic. taur. novar.* etc.

dd. *Capitulis globosis.*

e. *Dentibus calycis pectinato-ciliatis corolla longioribus.*

56. CHERLERI. Tr. *Molliter villosum capitulis globosis villosis sessilibus involucris orbiculatis subtrilobis aphyllis foliolisque dentibus calycis 20nervii fauce pilis densis clausa setaceis pectinato-ciliatis corolla longioribus foliolis obovatis obcordatisque emarginatis serrulatis ramis diffusis villosissimis caule prostrato leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Ic. Bah. hist. 2. 378. mala. Barrel. ic. 859. bona. Moris. s. 2. t. 13. f. 11. Sibt fl. gr. t. 745. Moris. sard. 1. t. 61. Caules caespitosi vix dodrantales. Cor. aliquando calycem superat. Capitula demum decidua. Semina rufa laevia ovata compressa. Fl. vere. Herba annua. In agro *nic.* et *Liguria* etc. etiam in valle *Augustae praetoriae* secus amnem *Duriam.*

ee. *Dentibus calycis subulatis luteo-villosis corollam aequantibus.*

57. SAXATILE. All. ped. 1. 303. t. 59. f. 3. Tr. *Capitulis subrotundis axillaribus terminalibusque villosis involucris diphyllis ovatis dentibus calycis 10nervii fauce pilis clausa subulatis villosissimis (villis luteis) corollam aequantibus erectis foliolis spathulatis emarginatis denticulatis subeveniis ramis erectis pubescentibus caule prostrato vel ascendente leguminibus tectis monospermis membranaceis.*

Tr. thymiflorum. Vill. delph. 3. 487. Herba annua vix spithamea. Caules caespitosi. cor. parvae. Semina ovata rubida laevia maiuscula. Fl. aest. In summis alpium cacuminibus ad nives deliquescentes. e gr. *Tarantasiae: dell'Argentera* etc.

aaa. *Calycibus demum inflatis, parte nempe superiore calycis vesicoso-inflata.*

b. *Caule repente.*

58. FRAGIFERUM. Tr. *Capitulis subrotundis longe pedunculatis involucro multipartito calyces aequante calycibus membranaceis reticulatis pubescentibus, demum dorso globoso-inflatis dentibus setaceis inaequalibus binis reflexis foliolis obovatis minute serrulatis caule repente leguminibus subrotundis subdispermis intra vesicam calycis occultatis.*

Ic. Bah. hist. 2 79. f. 3. mala. Barrel. ic. 851. 852. Vaill. par. t 22. f. 2. Bonan. panph. t. 97. Sturm. deut. fl. hef. 16. t. 8. Engl. bot. t. 1030. Curt. lond. 2. t. 53. et Grav. 2. t. 101. Flor. dan. t. 1042. Dietr. flor. bor. t. 367. Svens. bot. t. 714. Moris. 9. 2. t. 13. f. 14. Park. 1109. f. 5. Clus. cur. post. 39. facies Trif. repentis. foliola glabra non raro supra albo vel fusco maculata. Calyces demum longo tomento obducti. Cor rubra vel rosea calyce duplo longior. Caules prostrati caespitosi dodrantales. Capitula primum haemisphaerica demum globosa majora. pedunculi subinde longissimi ut caulem aequent. Semina ferruginea ovata basi cordata compressa laevia exigua. Herba perennis valde ludibunda pecoribus valde expetita. Fl. vere et aest. In pratis pascuis, et herbidis.

bb. *Caule non repente: glabrum.*

c. *Calycibus glabris.*

39. SPUMOSUM. Tr. *Capitulis ovatis solitariis terminalibus involucris universalibus membranaceis pentaphyllis calycibus 20nerviis transverse rugosis fructiferis inflato-ovoideis membranaceis conicis glabris dentibus subulatis rigidis recurvis carinam corollae aequantibus stipulis membranaceis subulatis foliolis obovatis cuneatisve serrulatis cauleque ascendente glabris leguminibus rostratis exsertis subtetraspermis.*

Tr. apulum. All. misc. taur. 5. 1. 76. Ic. Till. catal. hor. pis. t. 49. f. 4. Sibt. fl. gr. t. 755. Gaertn. fruct. t. 155. Lam. ill. t. 615. n. 5. Herba annua humilis raro pedalis pallide virens. folia suprema opposita a capitulo distantia omnia non raro maculata. Calyces albi demum inflati medio gibbi. Corollae calyce paulo longiores rubrae. Semina flava granulato-scabra maiuscula subglobosa. Fl. vere et aest. Circa *Genuam* et *Clavarum*.

cc. *Calycibus villosis.*

d. *Dentibus binis superioribus longioribus tomento non occultatis corolla rosea resupinata valde brevioribus*

40. RESUPINATUM. Tr. *Capitulis subrotundis primum depresso-subumbellatis axillaribus pedunculatis pedunculis petiolo longioribus calycibus reticulatis pubescentibus scariosis longitudinaliter transverseque venosis demum ampullaceis supra gibbis villosis dentibus binis superioribus divaricatis longioribus cor. resupinata calycem excedente caule ascendente foliolisque parvis ovatis obovatisque acutiusculis serrulatis basi maculatis glabris leguminibus subdispermiis vesica calycina tectis.*

Ic. Bab. hist. 2. 379. Barrel. ic. 872. Sturm. deut. fl. hef. 16. Lob. ic. 2. 30. Clus. hist. 247. Dalech. lugd. 1356. Gaertn. fruct. t. 155. Lam. ill. t. 615. 4. 5. Herba annua. Caules ut plurimum caespitosi usque pedales a basi ramosi fistulosi. Cor. purpurea. Semina luteola laevia ovata basi subcordata compressa parva. Fl. vere et aest. In agro *taur.* circa il *Parco*: inter la *Veneria* et la *Mandria*: in agro *novar.*: in agro *nic.* et *Liguria* etc.

dd. *Dentibus calycis inaequalibus brevibus binis superioribus tomento denso occultatis, cor. albida vel rosea vix brevioribus.*

41. TOMENTOSUM. Tr. *Capitulis globosis brevissime pedunculatis demum globoso-colliculosis calycibus post anthesim globoso-inflatis reticulatis tomentosis dentibus inaequalibus superioribus tomento denso subocultatis stipulis lanceolatis acutis scariosis caule prostrato foliolis obovatis cuneatisve serrulatis glabris leguminibus ovatis compressis subdispermis calyce tumente tectis.*

Ic. Bah. hist. 2. 379. Barrel. ic. 864. Rivin. tetrap. irreg. t. 10. Magnol. bot. monsp. 265. mala. Moris. sard. 1. t. 64. Herba annua. Caules caespitosi vix spithamei. Corolla non raro rosea aliquando resupinata. Semina rubromaculata vel flavida parva ovata basi cordata compressa laevia. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* circa urbem sub arce : circa *Savonam* etc.

aaaa. *Desciscentia: pedunculis axillaribus longiusculis 2-6floris pedunculis defloratis demum in terram deflexis leguminibus monospermis calyce minoribus.*

42. SUBTERRANEUM. Tr. *pedunculis paucifloris demum in terram deflexis calycibus sub terra spinuloso-durescentibus laciniis calycinis (2 superioribus brevioribus) bracteisque hysteranthiis comantibus foliiformibus ciliatis indeque fructibus involucro centrali stellato rigido reflexo obtectis stipulis late ovatis caule prostrato ramoso foliolisque maiusculis obovatis villosis stylis apice uncinatis leguminibus tectis monospermis coriaceis ovoideis.*

Ic. Rayus syn. t. 13. f. 2. mala Barrel. ic. 881. bona. Moris. s. 2. t. 14. f. 5. mala. Sabbat. hor. rom. 7. t. 56. Rivin tetrap. irreg. t. 14. f. 1. Curt. lond. 2. t. 54. ed. Grav. 1. t. 103. Engl. bot. t. 1048. Herba annua pilosa Caules caespitosi ramosi in orbem positi. foliola utrinque pilosa ci-

liata pallide virentia. Calyx glabriusculus tubulosus tubo 10nervio dentibus setaceis pilosis. Semina nigra laevia majuscula ovata subglobosa. Involucrum centrale stellatum calyces foecundatos tegens non videtur esse confectum ex calycibus et bracteis hystheranthiis ut Bertolonius et Kochius autumaverunt, sed a filamentis quae a peculiari organo fiunt ut pulchre Savius observ. 13. 14. 15. etc. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* in ipso agro *taur.* ad aggeres et vias et agrorum margines vulgare: alibique.

Observat. ad

TRIFOLIUM ELEGANS Savii Koch syn. Saepe legi in agro *bugell.* Trifolium quod characteres habet Trifolii elegantis; verum habet etiam intermedios qui transitum ad Trifolium hybridum Lin. et Michelianum Savii probare videntur. Caules in orbem positi apice surgentes. folia ima minora subretusa venis in margine 20, superiora maiora, obovata venis 40 et ultra subcuneata versus basim mucronato-dentata dentibus longis apicem respicientibus. dentes in superiori parte remotiores, breves, obtusi. pedunculi folio duplo longiores. Caules superne rubri, pilosi, pilis raris longis, prostratis. Calyces itidem. flores longe pedunculati. calycis laciniae subulatae glabrae, virentes, superiores 2 longiores, ima longe brevior. Calyx cum dentibus dimidiam corollam aequat. tubus tertiam partem. Corollae interiores longiores. omnes corollae rubrae erectae, demum deflexae ferrugineae. Caules ramique duriusculi, medio tamen fistulosi sunt. non raro farcti. folia superne albo-maculata, maculis lunulatis.

## 572. PSORALEA.

BITUMINOSA. Ps. *Suffruticulus erectus humilis usque tamen quadripedalis caule piloso villo brevi appressoque foliis longe petiolatis supra glabriusculis ternatis inferiorum foliolis ovalibus vel rotundis superiorum oblongo-lanceolatis vel linearibus mucronatis petiolis striatis spicis capitatis longissime pedunculatis calycibus villosissimis corollis purpureo-caeruleis vel albidis lomento monospermio longe rostrato apice spinoso spinis nigris.*

Ic. Matth. com. 559 f. 1. mala. Dalech. lugd. 504. f. 2. Durant. herb. 463. Sab. hor. rom. 7. t. 55. Rivin. tetrap. irreg. t. 11. Sibt. fl. gr. t. 758. Lob. ic. 2. t. 30. f. 2. Dodon pempt. 566. f. 1. Camer. epit. 581. Tabernam. ic. 519. f. 2. Bah. hist. 2. 366. f. 1. Moris. s. 2. t. 12. f. 1. Gaertn. fruct. t. 145. Lam. ill. t. 614. Schk. handb. t. 210. Stirps foetida odore bituminis (raro inodora) glandulis parvis obsita est fundentibus oleum odoratum. Hippocrates, Galenus, et Dioscorides de hac stirpe locuti sunt. Hippocrates (de morbis lib. 2. opp. sect. 5. 32. edidit Foesius francof. 1595.) et de natura muliebri (opp. sect. 1. 35) menses provocare et expellere foetum si intus sumatur. Galenus optimum remedium esse in pleuritide, urinam, et menses ciere. Dioscorides (lib. 3. cap. 125.) addit juvare epilepticis et feminis hystericis et quibus hydrops imminet vel jam prodere incipit, et iis qui serpentibus venenatis icti sunt. Quibus constat Psoraleam bituminosam magna virtute pollere. Novis itaque experimentis vires eius explorandae sunt. Fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria.* Copiosissima in collibus ad *Portum Lunae.*

## 573. ONOBRYCHIS.

Herbae vel suffrutices foliis imparipinnatis multi-jugis foliolis supra glabris racemis spicae-formibus densifloris longissime pedunculatis lomentis unilocellatis coriaceis semiorbicularibus 1-raro dispermiis semine reniformi laevi.

Semina germinantia rumpunt suturas fructus marcescentis quo demum etiam radices exeunt.

a. *Suffrutex: corolla alba calyce triplo longiore.*

1. SAXATILIS. All. ped. 1. 323. t. 19. f. 1. O. *Ascendens inferne ramosa foliolis linearibus acutis glabris carina vexillum alis calycem superantibus lomentis glabris dorso cristato integro lateribus rugosis edentulis.*

O. tenuifolia. Moench. Hedisarum saxatile. Lin. sp. 1059. Caules fasi

lignosi vix spithamei. folia longe petiolata usque 15juga foliolis mucronatis supra punctulatis subtus sericeis. pedunculi axillares solitarii. Calyces 5nervii campanulati pilosi tubo brevi laciniis subulatis aequalibus. alae calyce longiores. lomenta rugosa valde echinata. semina pallide ferruginea. Fl vere exeunte. In lapidosis apricis agri *nic.* et *unel.*

aa. *Herba : radice perenni: corolla rosea calyce triplo longiore.*

2. SATIVA. Lam. fr. 2. 652. O. *Ascendens glabra foliolis lanceolatis mucronatis subtus subsericeis vexillo carinam superante alis calyce brevioribus lomentis glabriusculis lateraliter lacunosis subspinosis carina denticulatis.*

O. montana. Cand. fr. 4. 611. est var. *Caulibus diffusis stratisve foliolis latioribus carina vexillo longiore lomentis sericeis.* O. conferta Cand. (Hedysarum confertum Mar. Bieb.) O. supina Cand. O. procumbens Ster. O. arenaria. Cand. O. carpathica Turcz. O. glabra Cand. O. viciaefolia. Scop. carn. 2.76. All. ped. 1. 523. O. spicata Moench. O. vulgaris Jaum. S. Hilair. Hedysarum Onobrychis. Lin. sp. 1059. a. b. Jacq. a. t. 352. Engl. bot. t. 96. Schubert naturges. t. 58. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 19. t. 10. Labr. fas. 21. Ic. Bah. hist. 2. 333. f. 2. Lob. ic. 2. 81. f. 1 Rivin. tetrap. irreg. t. 2. Ger. em. 1243. Dodon. pempt. 548. f. 2. Park. 1082. f. 1. Clus. hist. 2. 252. f. 2. Dalech. lugd. 488. f. 3. Tabernam. ic. 514. f. 1. Mart. fl. rust. t. 47. Sturm. deut. fl. 5. 19. Schrank flor. mon. t. 320. Dietr. flor. bor. t. 605. Baxter brit. bot. t. 134. Radix longa crassa extus nigra. Caules caespitosi prostrati striati teretes in pinguibus usque tripedales. folia 4-10juga inferne numerosa caespitosa. pedunculi axillares et terminales solitarii ut plurimum longissimi apice racemoso-spicati spica densa usque 4 pollices longa. Calyx campanulatus hirsutus laciniis longis aequalibus subulatis. Corolla rubra calycem longe superans speciosa. Carina striata nervo virente. Lomentum vix calycem excedens carina dorsali denticulato-spinosum. Semina atrovirentia tumidula laevia. Fl. vere et aest. In pratis et herbidis collinis montanis et subalpinis vulgaris. Herba jumentis et pecoribus gratissima vivit tamen unice ut multiplici experientia in patria didici in solo quod calcarea abundat. Odit solum rubricosum. Ideoque oleum, et operam perdunt qui in solo non calcareo colunt illam.

aaa. *Herbae : radice annua, corollis roseis parvis calyci aequalibus.*

b. *Lomentis grandibus semiovatis dorso cristatis arista foliacea subspinulosis.*

3. CRISTA GALLI. Lam. ib. O. *Diffusa glabra foliolis cuneatis retusis petalis longitudine aequalibus fructibus glabris cristatis maximis dentibus lanceolatis denticulatis lateribus reticulato-lacunosis subspinulosis racemis paucifloris laxis pedunculatis folio subaequalibus caule supino.*

Hedysarum. L. syst. veg. ed. 13. 565. Gaertn. fruct. 2. t. 148. Moris. s. 2. t. 13. Caulis prostratus sulcatus hirsutus vix in pinguibus spithameus. folia 5-8juga subtus pilosa, radicalia. numerosa caespitosa longius petiolata pedunculi terminales et axillares solitarii folia non superantes apice 2-4 flori. Lomenta dispermia. Semina ferruginea reniformi-subrotunda laevia. Fl. vere exeunte. In sabulosis litoris agri *nic.*

bb. *Lomentis mediocribus semi-orbiculatis undique aculeatissimis aculeis subulatis uncinatis in crista longioribus.*

4. CAPUT GALLI. Lam. ibid. O. *Decumbens glabriuscula foliolis oblongis acutiusculis spicis paucifloris alis calyci subaequalibus lomentis subpubescentibus cristato-aculeatis dentibus spinosis.*

Hedysarum. Lin. sp. 1059. Sibt. fl. gr. t. 723. H. spinosissimum. All. ped. 1. 323. H. Crista Galli Orsin. in Cap. opus. 283. Ic. Moris. s. 2. t. 11. f. 10. Caules caespitosi prostrati rosulati angulati inferne ramosi flexuosi in pinguibus usque sesquipedales. folia 4-8 juga foliolis subtus pilosissimis. ima petiolata superiora sessilia. petioli axillares et terminales solitarii folio subaequales 2-6flori. Fl. vere exeunte. In collinis aridis, apricis agri *nic.* et *Liguriae.*

## 574. DORYCHNIUM.

a. *Perenne: caulibus herbaceis.*

1. HERBACEUM. Vill. delph. 3. 417. t. 41. D. *Caule herbaceo foliis ternis obovato-lanceolatis obtusis capitulis multifloris longe pedunculatis densis dentibus calycis hirsuti tubo multo brevioribus bracteis 1-3monophyllis a capitulo distantibus leguminibus ovatis calyce triplo longioribus polyspermis seminibus globosis nitentibus flavidis concoloribus.*

D. parviflorum. Savi. pis. 2. 177. D. pentaphyllum. Scop. carn. 2. 87. D. monspeliensium. All. ped. 1. 311. D. fruticosum Ruch. venet. 187. D. suffruticosum. Seb. et Maur. rom. 258. excl. syn. Lois. et aliorum. Lotus Dorychnium. Crant. aus. 402. Sibt. fl. gr. t. 760. Ic. Zannichel. ist. t. 107. Sab. hor. rom.. 7. t. 34. Jourd. obs. 3. 4. Radix etiam duos pedes longa crassa dura. Caules caespitosi ramosi demum assurgentes basi prostrati usque bipedales. stipulae foliis adeo conformes ut folii pinnati vel flabellati speciem faciant. pedunculi axillares, et terminales solitarii elongati supremis brevioribus, saepe secundi terminati capitulis globosis. dentes calycis triangulares 2 supremis maioribus. Cor. alba carina rubra calyce duplo longior. Fl. aest. In collibus *Liguriae*, agri *nic. taur. segus. novar.* et praesertim in *Monteferrato* e. g. circa *S. Salvatore* alibique.

aa. *Caulibus suffruticosis.*

2. SUFFRUTICOSUM. Vill. l. c. D. *fruticosum glabrum foliis stipulisque lineari-lanceolatis acutis calycibus pilosis dentibus ovatis tubo multo brevioribus capitulis paucifloris laxiusculis planis longe pedunculatis bracteis 1-3phyllis leguminibus globosis calyce duplo longioribus monospermis seminibus globosis nitidis variegatis caule erecto inferne ramosissimo capitulis saepe nudis.*

D. monspeliense W. sp. 3. 1396. D. Monspeliensium All. ped. 1. 311. Lotus Dorychnium. L. sp. 1093. Probabili conjectura comprehendit etiam speciem superiorem. Ic. Lob. advers. 389. Ic. 2. 51. f. 1. Clus hist. 1. 100. f. 1. Dalech. lugd. 1724. f. 1. Tabern. ic. 530. f. 2. Bah. hist. 1. par. 2. 388. f. 1. Moris. s. 2. t. 18. f. 13. Jord. obs. 3. t. 4. Caulis ima parte crassus erectus ramosissimus ramis strictis usque semipedalis. Capitula plana vix decemflora. Stirps ut plurimum pilosa pilis albis brevibus. Ceterum simile sup. fl. junio. In collibus, et pratis etiam humidis agri *nic.* et *Liguriae.*

## 575. MELILOTUS.

Herbae annuae vel biennes glabrae. Caules erecti vel ascendentes non raro altissimi. folia ternata foliolis obovatis cuneatis vel oblongis versus apicem serrulatis impari longius petiolato, alterna petiolata. flores parvi racemosi Cor. ut plurimum lutea. In unica specie alba.

a. *Leguminibus reticulato-rugosis racemis folio longioribus.*

b. *Radice bienni.*

c. *Corolla alba.*

1. VULGARIS. W. enum. 2. 790. M. *Caulibus alterne ramosis foliolis ovato-oblongis apice truncatis mucronatis laxe serrulatis superioribus oblongo-lanceolatis stipulis integerrimis alis carinam subaequantibus vexillo brevioribus leguminibus monospermis ovatis glabris breviter acutatis sutura superiore depressa lacunoso-rugosis seminibus ovatis dentibus calycis inaequalibus corolla calycem duplo superante.*

Tr. Melilotus officinalis b. Lin. spec. 1078. Sturm. deut. fl. hef. 15. f. 2. fig. K. Tr. album. Loisl. gal. ed. 1. 2. 479. Mel. leucantha. Cand. fr. 5. 564. Engl. bot. t. 2689. Coss. et Germ. fl. par. 1. 127. t. 11. f. 11. M. alba Desrous. in enc. meth. 4. 63. Ic. Zannich. ist. t. 104. Caulis usque orgyalis superne subangulatus fistulosus. Legumina in calyce sessilia. Semina demum fusca. Fl. aest. In agro *nic.* et *Liguria.* Etiam aliis locis calidis, apricis, arenosis, etc. *Monteferrato*, agro *taur. novar. bug.* etc.; patria ejus videtur esse Sibiria orient. Herba cum tenera est et nondum floruit jumentis et pecoribus grata. Optime seritur cum vi-

cia sativa. Amat tamen solum pingue quodque multa calcarea foetum sit.

cc. *Corollis luteis: leguminibus pendulis.*

d. *Leguminibus obovatis.*

2. OFFICINALIS. Desrous. ap. Lam. in enc. meth. 4. 63. W. enum. 790. M. *Caule erecto ramoso ramis patentisssimis foliolis imis obovato-oblongis superioribus lanceolatis obtusis remote serratis stipulis setaceis dentibus calycinis inaequalibus longitudine tubi petalis aequalibus vexillo fusco-striato racemis fructiferis longissimis laxis leguminibus dispermis obovatis acuminato-rostellatis appresse pilosis subgibbosis sutura superiore attenuata stylis filiformibus leguminum longitudine corolla calyce duplo longiore seminibus subreniformibus basi inaequaliter cordata demum fuscis.*

Var. *floribus albis est.* M. Petitpierreana W. enum. 790. M. arvensis. Wallroth. sched. 392. Trifolium Melilotus officinalis a Lin. sp. 1078. Fl. dan. t. 934. Tr. officinale Smith. brit. 781. Mart. fl. rust. t. 72. Tr. altissimum. Thuil. Tr. macrorhizum W. et Kitaib. hung. 1. 24. t. 26. Tr. palustre eorund. ib. 3. 295. t. 266. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 15 Coss. ed. Germ. par. t. 11. f. F. Fuchs hist. 749. Bab. hist. 2. 310. Rivin tetrap. t. 6. Lam. ill. t. 613. Dreves 2. 44. Schrank flor. mon. t. 322. Guimp. et Schl. t. 194. Wagner. t. 65. Baxter. brit. bot. t. 363. Schubert naturges. t. 39. f. 1. Herba glabra suaveolens Caulis usque orgyalis alterne ramosus sulcatus. flores penduli aurei parvi secundi. Fl. aest. et aut. secus vias et aggeres et margines agrorum et pratorum prae sertim locis arenosis et apricis.

dd. *Leguminibus ovatis.*

e. *Foliolis omnibus obovato-subrotundis corollis majusculis, racemis mediocribus.*

3. ITALICA. Desrous. ap. Lam. enc. 4. 65. M. *Caule ramisque ascendentibus crassis foliolis obovato-subrotundis obsolete denticulatis stipulis lanceolatis acutis basi sublaciniatis dentibus calycinis inaequalibus vix longitudine tubi corollis majusculis alis carinae aequalibus vexillo brevioribus leguminibus ovato-subglobosis subsuberosis lacunoso-rugosis flavo-viridibus 1-2spermis seminibus orbiculato-compressis punctato-rugosis badiis.*

M. rotundifolia. Tenor. neap. 3. 136. t. 176. f. 3. M. parviflora Naccar. 4. 39. excl. syn. Tr. italicum. W. sp. 3. 1356. Trifolium Melilotus italica. Lin. sp. pl. 1078. Melil. rugosa. Moench. meth. 114. Ic. Bah. hist. 2. 374. Camer. hor. ic. 2. t. 29. Chabr. sciagr. 159. f. 1. Rivin. tetrap. t. 7. Sab. hor. rom. 7. t. 37. Gaertn. fruct. t. 153. Lam. enc. t. 613. Acad. neap. 1851. 6. 10. Herba glabra odorata. Caulis usque sesquipedalis fistulosus. foliola maiuscula. racemi solitarii axillares folio longiores post nuptias elongati laxi pedunculis apice brevi aristatis. Cor. sulphurea calycem valde superans. Legumina omnibus maiuscula glabra sutura dorsali crassa elata obtusa. Fl. vere. In vineis di *Mompantero* agri segus.: in agro *nic.* et *Liguria*.

ee. *Foliolis imis rhombaeo-subrotundis superioribus ovato-oblongis corollis minoribus racemis fructiferis longissimis.*

4. ARVENSIS. Wallr. sched. crit. 391. M. *Foliorum inferiorum foliolis rhombaeo-subrotundis superiorum ovato-oblongis irregulariter dentatis stipulis subulatis integerrimis racemis fructiferis longissimis dentibus calycis subaequalibus longitudine tubi corollis calycem duplo superantibus alis vexillum subaequantibus carina longioribus leguminibus ovatis apice convexis brevi mucronatis transverse rugoso-reticulatis glabris ad suturam superiorem obtuse carinatis subdispermis helvolis seminibus ovatis oblongis olivaceis laevibus caule ascendente basi ramosissimo.*

M. officinalis. Bull. herb. t. 233. M. pentipierreana. Reich. excurs. Mel. diffusa. Koch. ap. Cand. fr. 5. 664. M. Kochiana Cand. fr. 5. 654. et prodr. 2. 286. Trifolium pentipierreanum. Hayn. in Schrad. 4. journ. 2. 336. M. neapolitana Badar. in Moret. bot. 29. n. 192. var. *stipulis basi inciso-dentatis leguminibus acutis est* M. dentata Pers. ench. 2. 348. quae est Tr.

dentatum W. et Kitaib. hung. 1. 41. t 42. Tr. Melil. dentata Sturm. deut. flor. heft. 15. Tr. Kochianum. Hayn. in lib. cit. Ic. Matth. com. 750. f. 1. Durant. herb. 625. Dalech. lugd. 507. f. 2. Engl. bot. t. 2960. Nees Dusseld. suppl. 12. Cosson. atlas 11. Multam affinitatem habet cum Mel. officinali ut eius varietatem facile dixeris. Caules caespitosi toti ramosi non raro usque orgyales. Cor. aureae et legumina pendula. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria* : apud *Albam Pompeiam* in arvis ad *Tanarum.*

Haec stirps videtur esse Melilotus Dioscoridis (lib. 3. cap. 41. tom. 1. 388.) quae vim habet adstringendi, inflammationem omnem molliendi, praesertim oculorum, matricis, ani, et testium si ex passo decocta imponatur, addito interdum ovi vitello assato aut foeni graeci farina, lini semine aut tritici polline, papaveris etiam capitibus aut intybo : sanat et recentes meliceridas per se cum aqua et achoras cum terra chia et vino aut galla inuncta. Stomachi dolorem in vino decocta itemque cruda cum aliquo ex antedictis levat. Dolores etiam aurium cum passo mitigat succus ex ipsa cruda expressus, et instillatus. Denique capitis dolorem ex aceto et rosaceo irrigatus lenit. Huc etiam est referenda Lotus sativa (loto domestico Matth. lib. cit.) ejusd. (Mater. med. lib. 4. cap. 110. tom. 1. 600) cujus succus expressus addito melle argema, nubeculas, albugines ceteraque vitia caliginem oculis offundentia expurgat.

bb. *Radice annua.*

c. *Floribus leguminibusque erectis.*

5. NEAPOLITANA. Tenor. neap. 5. 136. t. 176. f. 1. M. *Caule gracili ramoso ramis ascendentibus foliolis obovatis angustis apice denticulatis stipulis sub setaceis floribus erectis racemis folio demum quadruplo longioribus dentibus calycinis subaequalibus tubo vix brevioribus alis carina vexilloque aequalibus leguminibus erectis globosis vix suberosis lacunoso-rugosis helvolis subdispermis seminibus orbiculato-compressis punctato-rugosis badiis.*

M. gracilis. Cand. fr. 5. 565. M. indica. Sebast. et Maur. prodr. 249. excl. syn. M. Kochiana. Ruch. ven. 182. Trifol. spicatum. Sibt. fl. gr. 8. 32. t. 743. Caulis pedalis ascendens ramosus angulatus. Racemi axillares solitarii pedunculati demum folium multo excedentes. flores parvi ochroleuci. Fl. vere exeunte. In *Liguria orientali* circa *Vernazza.*

cc. *Floribus reflexis leguminibus pendulis.*

6. PARVIFLORA. Desf. atl. 2. 192. M. *Leguminibus ovatis monospermis subglobosis reticulato-rugosis helvolis seminibus ovoideis legumini adhaerentibus punctato-rugosis badiis racemis cylindricis stipulis subulatis foliolis cuneiformibus serratis caule erecto vel ascendente ramoso ramis subpatulis floribus minimis densis, dentibus calycis subaequalibus alis carinam vexillumque subaequantibus corollis calyce duplo longioribus.*

M. indica. All. ped. 1. 308. Moris. sard. 1. t. 56. M. longifolia. Sebas. et Maur. rom. 250. Tr. Melilotus indica d. Lin sp. 1077. Tr. indicum W. sp. 3. 1353. d. Tr. officinale. Bert. pl. gen. 92. excl. syn. Ic. Moris. s. 2. t. 16. f. 5. Caulis angulatus striatus usque bipedalis. Rachis apice brevi aristata. Bracteae setaceae pedicella aequantes. Calyx campanulatus, dentes triangulares. cor. minutissima. vexillum ut plurimum alas carinamque superat. Legumina pendula, aliquando disperma. Semina demum fusca. Fl. vere. In collibus calidis, et apricis ad pascua, et vias etiam in *Liguria.*

aa. *Leguminum rugis crebre, et spiraliter cochleatis.*

b. *Racemis folio sub brevioribus, floribus cernuis radice annua bracteis setaceis corollis calyce valde longioribus caule erecto leguminibus badiis.*

c. *Leguminibus subrotundo-obovatis mediocribus obtusissimis.*

7. SULCATA. Desfont. l. c. 2. 193. M. *Caule erecto ramoso ramis imis prostratis foliolis cuneato-oblongis obtusis argute serrulatis stipulis inferioribus late lanceolatis sublacinulatis racemis laxiusculis demum elongatis*

*dentibus calycinis acuminatis tubo subaequalibus bracteis setaceis vexillo carinae aequali alis breviore leguminibus dispermis subrotundo-obovatis obtusissimis crebre rugoso-cochleatis pendulis seminibus suborbiculatis punctato-rugosis.*

M. mauritanica. W. enum. 2. 789. Tr. mauritanicum W. sp. 3. 1354. Sibt. fl. gr. t. 742. Tr. sulcatum. Vivian. flor. lyb. spec. 45. Tr. Melilotus indica g. Lin. spec. 1077. —M. compacta Guss. fl. sic. prodr. 2. 485. Moris sard. 1. t. 39. f. B. est var. *racemis densioribus dentibus calycis tubo corollae brevioribus.* Huc etiam mea sententia referenda est M. longifolia Tenor. neap. 5. 139. t. 176. f. 2. quae non differt nisi *racemis folio longioribus foliolis superioribus angustioribus stipulis basi integris.* Characteres nimis laeves et neutiquam firmi quidquid contra scribat A. Bertoloni. fl. ital. 8. 94. — Ic. Bah. hist. 2. 371. Moris sard. 1. t. 39. Rami imi caule ipso non raro longiores. Racemi brevi pedunculati axillares solitarii. flores parvi nutantes. calycis dentes subaequales inter se et tubo corollae, quae duplo longior est. Fl. vere. In *Liguria.*

cc. *Leguminibus maiusculis semiovatis acutis.*

8. MESSANENSIS. Desf. l. c. 2. 192. M. *Leguminibus grandibus monospermis inaequaliter ovato-oblongis acutis arcuatim rugosis racemis folio brevioribus paucifloris brevi pedunculatis stipulis latis caule erecto ramis imis effusis foliolis obovatis vel cuneato-oblongis superne denticulatis stipulis basi dentatis latis dentibus calycis subaequalibus vix tubo brevioribus vexillo carinam aequante alis longiore seminibus ovato-compressis magnis atris punctulato-rugosis.*

Tr. messanense. Lin. man. alt. 275. Sibt. flor. gr. t. 741. Ic. Boccon. mus. t. 124. Moris. s. 2. t. 16. f. 2. Moris sard. 1. t. 38. Herba glabra sicca odorata odore gravi subingrato. Caules usque bipedales ut plurimum caespitosi centrali erecto, lateralibus prostratis. flores parvi cernui. Corollae sulphureae calyce duplo longiores. Legumina flavida. semina rubida. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria.* Amat omnino litora maris.

bb. *Racemis densissimis folium subaequantibus floribus minimis erectis radice perenni grumosa dentibus calycis inaequalibus imis corollam subaequantibus caule procumbente leguminibus aterrimis.*

9. MEDICAGINOIDES. Zum. Mel. *Caule ramosissimo prostrato crasso angulato usque bipedali fistuloso medulla alba repleto piloso pilis densis longis albis sursum versis radice perenni fusiformi elongata lateraliter fibrillosa alba grumosa foliis ternatis petiolis brevibus supra sulcato-canaliculatis foliolis lateralibus subsessilibus impari longe petiolato petiolo sulcato-canaliculato omnibus rhombaeis inferne integris versus apicem irregulariter crenato-emarginatis rubro-marginatis maiusculis pilis raris erectis albis obsitis stipulis basi latis semi-ovato-lanceolatis apice subulatis basi denticulato-laciniatis subtus pilosis rubro-venosis supra virentibus margine rugoso-undulatis pedunculis solitariis axillaribus longe nudis racemis parvis ovatis densissimis in fructu laxatis longioribus cylindricis folium excedentibus calycibus campanulatis vix pilosis dentibus inaequalibus superioribus brevioribus linearibus apice subulatis pilosissimis ciliato-barbatis imis corollam sulphuream clausam subaequantibus alis carinae aequalibus vexillo brevioribus antheris luteis pedicellis bractea setacea longioribus leguminibus monospermis subrotundo-compressis nigris rugosis rugis crebre et spiraliter cochleatis densis pendulis seminibus ovato-subreniformibus luteolis*

Melil. lupulina. Desr. obs. sur les pl. d'Ang. 166. Medicago. Lin. sp. 1097. Schubert. naturges. t. 39. f. 8. Engl. bot. t. 971. Curt. lond. 2. t. 57. Ed. Grav. 3. t. 111. Flor. dan. t. 992. Mart. fl. rust. t. 19. Dietr. fl. bor. t. 372. M. Willdenovii. Merat. fl. par. ed. 2. 436. Medica lupulina Scop. carn. 2. 88. Trifolium lupulinum. Savi pis. 2. 174. Ic. Fuchs. hist. 819. Trag. hist. 593. Dalech. lugd. 455. f. 1. Taber. ic. 523. f. 2. Brunf herb. 2. 64.

et 5. 42. f. 2. Bah. hist. 2. 580. f. 4. Moris. s. 2. t. 16. f. 8. Dodon. pempt. 576. Rivin. tetrap. irreg. t. 8. Chabr. sciagr. 164. f. 1. Herba perennis suibus gratissima. Vulgaris ubique in hortis ruderatis ad vias herbidas etc. Fl. aest. — Var. monstrosa *leguminibus elongatis sursum falcatis flori bus apetalis.*

## 576. CICER.

ARIETINUM. C. *Herba annua pedalis et ultra ramosa glandulosa villosa foliis impari-pinnatis foliolis 15-17. ovatis hirsutis serratis stipulis magnis lanceolatis subdenticulatis pedunculis axillaribus unifloris recurvatis prope angulum bracteatis floribus pedunculatis nutantibus rubris, vel albis calycis vix gibbosi laciniis longitudine alarum.*

Ic. Matth. com. 522. f. 1. Dalech. lugd. 461. f. 1. Dodon. pempt. 525. f. 1. Camer. epit. 204. Fuchs his. 267 Trag. hist. 609. Lob. ic. 2. 71. f. 2. Tabern. ic. 499. f. 1. Bah. hist. 2. 292. f. 1. Moris. s. 2. t. 6. f. 5. Ludw. ect. t. 53. Rivin. tetrap. t. 19. Blackw. t. 557. Tournef. instit t. 210. f. 2. Gaertn. fruct. t. 151. Lam. ill. t. 632. Schk. hand. t. 202. Sibt. flor. gr. t. 703. Bot. mag. t. 2274. Decand. leg. t. 54. Mem. de l'Instit. 1830. t. 10. Wight ic. plan. Ind. orient. 1. t. 26. Glandulae pilorum succo acido oxalico foetae sunt. Herba culta ob semina quae edulia et grata quidem sunt, sed flalutenta et digestu difficilia quaeque si modum non servaveris damnosa fient. Dioscorides (mat. med. 2. 126. tom. 1. 243.) Cicerem alvum mollire, urinas ciere, colorem bonum cuti conciliare, menses, foetumque expellere, lactisque secretioni favere. coctum maxime cum Ervis cataplasmate impositum testium inflammationibus, et verrucis, quae formicae dicuntur, itemque scabiei, acoribus, lichenibus, nec non ulceribus cancrosis, et malignis: cum hordeo et melle ictero, et hydropi mederi scribit. addit laedere vesicam exulceratam, et renes — Quae de herba intelligenda sunt. Galenus addit sperma gignere, et venerem languentem suscitare et calculos in renibus et vesica scindere et comminuere. Cf. de simpl. med. facultat. lib. 5. 6. de alimen. facult. 1. Comment. in libr. Hippocr. de vict. ratione in morb. acut. 4. Ubi diserte scribit pudenda intendere atque ad coitum suscitare.

## 577. COLUTEA.

ARBORESCENS. C. *Arbuscula a basi ramosa mediocris altitudinis usque tamen 20pedalis glabra foliis imparipinnatis 4jugis foliolis ellipticis retusis subtus glaucescentibus vexillis gibbis abbreviatis racemis axillaribus pedunculatis 4-6floris folio brevioribus floribus magnis corollis sulphureis vexi lo inferne macula sanguinea leguminibus apice demum hiantibus seminibus laevibus reniformibus fuscis.*

Ic. Matt. com. 526. Dalech. lugd. 214. f. 1. 2. Fuchs hist. 446. Camer. epit. 540. Lob. ic. 2. t. 88. f. 2. Dodon. pempt. 784. f. 2. Tabern. ic. 1090. f. 2. Bah. hist. 1. 580. f. 1. Durant. herb. 143. Rivin. tetr. irreg. t. 20. Chabr. sciagr. 81. f. 6. Sibt. fl. gr. t. 707. Curt. bot. mag. t. 81. Duham. arb. ed. nov. 3. t. 22. ed. 1. 1. t. 72. Lam. ill. t. 624. Gaertn. fruct. t. 104. Mill. ill. t. 100. Flor. med. t. 51. Guimp. holzgew. t. 135. Fl. vere exeunte. In sylvis, et dumetis, montanis passim. Alvum solvit non sine torminibus ut Senna dosi tamen dupla. optimum remedium in medicina veterinaria.

## 578. PHACA.

Herbae perennes vel suffrutices pusilli alpini foliis imparipinnatis racemis longe pedunculatis seminibus reniformibus.

a. *Carina obtusa mutica.* PHACA.

b. *Dissepimento leguminis in sutura utraque nullo, floribus luteolis caulibus erectis.*

c. *Caule simplicissimo, foliis 4-5 jugis.*

1. FRIGIDA. Ph. *Laevis caule erecto simplicissimo foliis 3-5jugis stipulisque ovali-oblongis foliaceis grandibus foliolis subcordato-ellipticis subtus*

*pubescentibus ciliatis racemis paucifloris calycis dentibus brevissimis triangularibus leguminibus semiovatis inflatis sub hirsutis tecaphoro longo stipitatis radice repente.*

Ph. alpina L. sp. 1064. Flor. dan. t. 836. Ph. ochreata Crant. a 419. t. 2. f. 2. Colutea frigida Poir. en. sup. Astragalus pubescens. Schran. Braun. Salzb. fl. 2. t. 3. Ph. parviflora. Turcz. 1. 561. Ic. Jacq. a. t. 166. Sturm. deut. fl. 12. hef. 49. Schk. hand. t. 208. Wahlemb. lap. 12. Caulis vix pedalis. calyx superne pilosus pilis nigris. Carina unipes. Legumen resupinatum stipite calycem superante. Cor. ochroleucae. Fl. aest. In summis alpium cacuminibus, *Monte Rosa*, *Vesulo* etc.

cc. *Caule ramoso, foliis 9-12jugis.*

2. ALPINA. Jacq. mis. bot. 2. 93. et ic. rar. 1. t. 151. Ph. *Pubescens caule erecto ramoso foliis sub 10jugis foliolis parvis ovatis obtusis mucronatis stipulis anguste lanceolatis calycis dentibus e basi triangulari subulatis leguminibus demum glabriusculis sublaciniformibus longe stipitatis tecaphoro calycem superante radice fibrosa.*

Colutea Lam. en. 1. 534. Ic. Till. cat. hor. pis. t. 14. f. 2. Sturm. deut. fl. 6. hef. 24. Gaertn. fruct. t. 154. Lam. ill. t. 624. Caulis usque sesquipedalis. Cor luteae. Carina bipes. Semina funiculo umbilicali elongato. Fl. aest. In montibus editioribus, *Cenisio*: montibus *Sabaudiae*, vallis *Augustae Praetoriae* etc.

bb. *Dissepimento incompleto ex sutura inferiore quae alata intus videtur.*

c. *Foliis subquinquejugis: leguminibus glabris: floribus albidis: caulibus suffruticosis.*

3. AUSTRALIS. Ph. *Procumbens pubescens foliolis lanceolatis stipulis ovatis racemis longissime pedunculatis paucifloris alis corollae bifidis carina longioribus leguminibus oblongis pubescentibus demum glabriusculis stipite calyce longiore.*

Aliquando fere tota glabra est. Ph. glabra Clairv. berl. phil. 4. 61. Ph. Halleri. Vill. delph. 3. 473. t. 41. Ic. Till. cat. t. 14. f. 1. Jacq. misc. 2. t. 3. Sturm. deut. fl. 12. hef. 49. Roem. fl. eur. 8. 7. Lodd. bot. cab. 490. Colutea australis Lam. enc. 1. 534. Caules caespitosi vix spithamei. Cor. albida vel ochroleuca vel purpurea carina apice rubra. Rara in summis alpium jugis. e. gr. *Vesuli*, *Cenisii*, *Valdensium*, *Mori*, *Rosae*, etc.

cc. *Foliolis 8-12jugis: leguminibus hirsutis: floribus violaceis: caulibus herbaceis.*

4. ASTRAGALINA. Cand. astrag. 52. Ph. *Pusilla ascendens glabriuscula foliis sub 10-jugis foliolis ellipticis subtus sericeis racemis multifloris subcapitatis longe pedunculatis stipulis ovatis alis carina brevioribus leguminibus nigro-villosis tereti-subinflatis pendulis stipite calycem superante.*

Ph. minima. All. ped. 1. 538. Astragalus alpinus. Lin. sp. 1070. Engl. bot. t. 2717. Pall. astrag. t. 32. Flor. dan. t. 51. Svens. bot. t. 670. Sturm. deut. fl. 5. heft. 19. Ic. Scheuz. it. alp. t. 2. 509. f. 7. Lin. flor. lap. t. 9. f. 1. Caulis brevissimus sine pedunculis vix palmaris. Cor. variegata. alae albae. Carina unipes apice violacea. Vexillum superne striato-coeruleum. Semina flavida. Fl. aest. In summis alpibus: *Cesanae*: *Cenisii*: di *Cima Mullera* etc.

aa. *Carina mucronata.* OXYTROPIS. M. Bieb.

b. *Sutura utraque intus alata alis tangentibus se ut dissepimentum completum fingunt, ala superiore margine seminifera. Suffrutex.*

5. URALENSIS Wahlemb. carp. 223. Ph. *Subacaulis sericeo-villosa foliis longe petiolatis 6-12jugis foliolis ovato-oblongis villoso-sericeis pedunculis scapiformibus erectis bracteis inferioribus calyci villosissimo subaequalibus leguminibus acuminatis cuspidatis sessilibus erectis.*

Astragalus Lin. sp. 1071. Engl. bot. t. 466. Jacq. ic. rar. 1. t. 155. Pall. astrag. t. 42. f. A. B. Oxytropis Cand. astr. 53. O. Halleri. Bunge suppl. alt. in flor. alt. Ic. Hall. hist. stirp. t. 2. et 14. Radix et caules brevissimi caespitosi lignosi. Cor. rubrae. Semina laevia nigra. Fl. aest. In montibus di

*Albergian in valle Pellina* : in alpibus della *Chianale* : in monte *Moro* etc.

bb. *Sutura superiore intus alata inferiore aptera.*

6. CAMPESTRIS. Wahlemb. helv. 130. Ph. *Acaulis molliter villosa foliis 10-15jugis foliolis ovato-lanceolatis subsericeis scapis erectis villosis folia superantibus floribus spicato-capitatis bracteis calyce brevioribus leguminibus sessilibus erectis cuspidatis oblongis inflatis.*

* Oxytropis Cand. astr. 59. Baxter brit. bot. t. 495. Lodd. bot. cab. t. 1287. Astragalus. Lin. sp. 1072. Engl. bot. t. 2522. Waldst. et Kitaib. hung. t. 130. Sturm. deut. fl. 5. hef. 19. A. uralensis. Fl. dan. t. 1011. Ic. Hall. hist. t. 13. Caules brevissimi caespitosi. Cor. luteolae alis carinaque superne ut plurimum pallide violaceis. Semina fusca laevia. Fl. aest. In editioribus alpium jugis: in *Cenisio* : inter *Termignon*, et Lanslebourg: in valle *Anzasca* supra *Stratioli* et *Pestarena* etc.

bbb. *Sutura utraque intus aptera.*

c. *Leguminibus pendulis lineari cylindricis.*

7. LAPPONICA. Wahlemb. helv. 131. Ph. *Subacaulis caespitosa suffruticosa canescens foliis longe petiolatis 9-12 jugis imis 5jugis foliolis lanceolatis acuminatis incano-pilosis racemis subcapitatis vexillo alas carinamque superante leguminibus subtriquetris oblongis tumidis pendulis in calyce stipitatis stipite calyce breviore seminibus ad suturam distichis.*

Ph. montana. Wahlemb. lap. 189. t. 12. f. 3. excl. syn. Ph. cyanea. M. Bieb. et Koch. syn. 202. Var. *cor. caeruleis tecaphoro brevissimo foliis brevius petiolatis leguminibus erecto-patentibus* (non raro tamen pendulis) in monte *Cenisio* est O. neglecta Gay apud Bertoloni Fl. ital. 8. 29. O. triflora Hop. ap. Sturm. deut. fl. hef. 49. — O. lapponica. Gaud. helv. 4. 543. Caules raro usque spithamei. Cor. roseae. Fl. aest. In montibus editioribus: *Cenisio*, *Rosa*, etc.

cc. *Leguminibus erectis ovali-oblongis.*

8. MONTANA. Cranl. a. 422. Ph. *Subacaulis suffruticulosa patenter hirsuta foliis 6-15jugis foliolis ovato-lanceolatis racemis abbreviatis multifloris subglobosis oblongisve leguminibus tumidis stipitatis stipite tubum calycis aequante seminibus parvis laevibus ferrugineis.*

Oxytropis Cand. astr. 58. Spreng. fl. hal. t. 8. Sturm. deut. fl. 12. hef. 49. Astragalus montanus L. sp. 1070. Jacq. a t. 167. Ic. Bah. hist. 2. 339. Clus. hist. 1. 240. Tilli cat. hor. pis. t. 14. f. 3. Caules ut plurimum caespitosi vix bipollicares. folia longe petiolata foliolis parvis. Cor. purpureae. Legumina non raro nutantia. Fl. aest. In editioribus montium jugis: *Sabaudiae*, *Cenisii* etc. vulgatissima.

### 379. LOTUS.

a. *Calyx immutatus: legumina elongata persistentia.* LOTUS.

b. *Legumina recta tetraptera tetragona* TETRAGONOLOBUS *Cand.*

c. *Radice annua: alis leguminum undulatis latitudine eorum, floribus atro-purpureis.*

1. TETRAGONOLOBUS. L. *Caule erecto vel ascendente foliolis rhombaeo-obovatis spiculis ovatis acutis floribus subsolitariis pedunculatis bractealis leguminibus crassis longis late crispo-alatis.*

Tetragonolobus purpureus. Moench meth. 164. Ic. Bah. hist. 2. 358. f. 2. Camer. ic. t. 26. Rivin. tetrap. irreg. t. 80. Sab. hor. rom. 7. t. 33. Curt. bot. mag. t. 151. Sibt. flor. gr. t. 755. Clus. hist. 2. 244. f. 1. Park. 1101. Moris. s. 2. t. 18. f. 7. Botan. magaz. t. 151. Caules caespitosi usque pedales. folia brevi petiolata punctato-glandulosa. petioli apice subalati. Legumina recta pollicem et ultra longa glabra. Semina sanguinea. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria occidua.*

cc. *Radice perenni alis leguminum rectis. his valde angustioribus; floribus luteis.*

2. SILIQUOSUS. L. *prostratus pubescens glaucus foliolis obovato-oblongis stipulis oblongis petiolo longioribus*

*floribus solitariis pedunculatis bracteatis pedunculis elongatis leguminibus angustissime alatis.*

Tetragonolobus. Roth. germ. I. 325. L. maritimus. L. sp. 1089. Svens. bot. t. 448. est var *foliis subcarnosis*. Ic. Lam. ill. t. 611. f. 2. Bah. hist. 2 359. f. 2. Lob. ic. 2. t. 42. f. 1. Moris. s. 2. t. 18. f. 6. Zannich. ist. t. 164. Rivin. tetrap. irreg. t. 79. Jacq. a. t. 361. Gaertn. fruct. t. 153. Caulis usque pedalis. folia minute nigro-punctata stamina sterilia filamentis longioribus spathulatis mucronatis. Semina parva laevia nitentia subreniformia. Fl. vere et aest. In pratis et arenosis apud flumina; in oryzetis, ad vias etc.

bb. *Legumina recta teretia suturis apteris.*

c. *Radice annua: pedunculis 1-2 floris.*

d. *Leguminibus crassis, incurvis, teretibus carnosis, seminibus majusculis granulato-scabris.*

3. EDULIS L. *Herbaceus prostratus diffusus pilosus foliolis parvis obovatis stipulis ovato-subrotundis pedunculis unifloris bracteatis folio longioribus calycibus subquinque sepalis hirsutis leguminibus gibbis incurvis supra profunde canaliculatis.*

Krocheria oligoceratos Moench meth. 165. Ic. Bah. hist. 2. 365. Prosp. Alpin. exot. 268. Moris. s. 2. t. 18. f. 5. Cavanil. ic. et descript 2. t. 157. Sibt. fl. gr. t. 756. Caules caespitosi usque pedales. Cor. lutea, rostro carinae sanguineo. Fl. vere in agro *nic. unel.* et *Liguria occidua* in arvis siccis, et macilentis.

dd. *Leguminibus tenuibus elongatis: seminibus parvis, laevibus.*

4. ANGUSTISSIMUS. L. *Herbaceus ramosus pilosus prostratus foliolis stipulisque conformibus lanceolatis acutis ciliatis imis obovatis obtusis pedunculis abbreviatis 1-2 floris leguminibus sessilibus patentissimis glabris elongatis compressis angustissimis.*

L. angustifolius Gouan. hor. 391. L. gracilis W. et Kitaib. hung. 3. 234. t. 229. L. ciliatus Tenor. prodr. 44. L. diffusus. Soland. in Smit. brit. 2. 794. Engl. bot. t. 2824. Caules caespitosi vix pedales saepe rubidi, corolla aurea. Semina subglobosa, laevia ferruginea. Fl. vere et aest. in agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Radice perenni, pedunculis umbellatis.*

5. CORNICULATUS. L. *Herbaceus erectus vel decumbens glabriusculus foliolis obovato-oblongis stipulis subrotundo-ovatis umbellis depressis longe pedunculatis bracteatis calycibus apice barbatis leguminibus patentibus teretibus aristatis.*

L. major. Smith. engl. bot. t. 2091. Bah. hist. 2. 356. Rivin. tetrap. irreg. t. 76. L. uliginosus. Schk. hand. 2. t. 211. est var. *grandior caule fistuloso vexilli unguibus linearibus dum obovati* sunt in forma vulgari. L. tenuis. Poll. palat. 2. 4. 711. L. decumbens Poir. enc. supl. 3. 508. est var. foliolis superioribus stipulisque super. lanceolatis. Ic. Bah. hist. 2. 355. f. 1. Dodon. pemp. 575. Trag. hist. 2. 594. Zannichel. ist. t. 280. Fuchs hist. 527. Lob. ic. 2. t. 44. f. 1. Dalech. lugd. 607. f. 1. Tabernam. ic. 519. f. 1. Moris. s. 2. t. 18. f. 10. 11. Engl. bot. t. 2090. Fl. dan. t. 991. et t. 1995. Svens. bot. t. 534. Curt. lon. 2. t. 50. ed Grav. 2. t. 102. Mart. flor. rust. t. 53. Ger. em. 1190. Baxter brit. bot. t. 429. Schrank flor. monac. t. 279. Dietr. flor. bor. t. 486. Cosson. atl. 11. Schubert. naturges. t. 58. f. 10. Radix lignosa. Caules caespitosi et nisi fulciantur proximis herbis prostrati, et cum luxuriant fistulosi. foliola exteriora obliqua. Flores non raro antequam evolvantur crocei purpurei vel sanguinei. Legumina patula cylindrica intus cellulosa. Semina laevia. Fl. vere et aest. passim ad vias locis herbidis in pratis, aggeribus, etc. Locis siccis flores pulchre colorati sunt.

ccc. *Suffrutices.*

d. *Glabriusculus, vel obsolete villoso-cinereus petiolis angustis foliolis obovatis.*

6. CYTISOIDES. L. *Suffruticosus canescens cinereus foliolis obovatis subsericeis stipulis oblique ovatis umbellis secundis bracteatis longe pedunculatis*

*latis laciniis calycis lateralibus brevioribus leguminibus patulis declinatisque subarcuatis.*

L. prostratus. Desf. atl. 2. 206. L. creticus Sibt. fl. gr. 8. 42. t. 758. L. glaucescens. Presl. del prag. 47. L. coronillaefolius. Guss. fl. sic. prodr. 2. 545. L. Allionii Gren. et Godr. fl. de Fran. 1-2 par. 155. L. patens Presl del prag. 48. Ic. Bonan. panph. t. 54. Barrel. ic. 1031. All. ped. t. 20. f. 1. Caules caespitosi inferne rubidi usque pedales. folia brevi petiotata. Cor. lutea. Semina globulosa laevia. Fl. vere et aest. In agri *nic.* locis aridis et incultis.

dd. *Sericeo-argentinus petiolis brevissimis dilatatis foliolis spathulato-lanceolatis.*

7. CRETICUS. L. *Fruticosus lanatus sericeo-argentinus nitens decumbens foliolis spathulatis stipulis ovato-lanceolatis leguminibus glabris tereti-compressis aristatis erecto patulis.*

L. secundiflorus. Viv. fl. lyb. spec. 46. t. 21. f. 5. L. commutatus. Guss. flor. sic. prodr. 2. 545. Ic. Pluk. t. 45. f. 1. Cavan. ic. t. 156. Sibt. fl. gr. t. 758. Reich. hor. t. 50. Caules caespitosi usque pedales inferne nudi rubidi. Corolla lutea. Semina parva laevia ferruginea subglobosa. Fl. vere. In *Liguria occidua al capo di Noli.*

bbb. *Legumina compressa aptera.*

8. ORNITHOPIOIDES. L. *Diffusus glaber foliolis obovatis stipulis ovatis minoribus bracteis calyce valde longioribus leguminibus arcuatis compressis secundis radice annua.*

Lotea. Moench. met. 151. Ic. Bab. hist. 2. 559. Camer. ic. t. 25. Cavan. ic. t. 165. Schk hand. 211. Caules caespitosi usque pedales. Corollae pallide luteae. Semina laevia nitida parva compressa suborbicularia fulva. Fl. vere exeunte. In arvis *Liguriae* et agr. *nic.*

aa. *Calyx demum lateraliter totus scissus legumina brevia decidua. suffrutices.* BONJEANNIA. Reich.

b. *Leguminibus crassis vix calycem superantibus.*

9. HIRSUTUS. L. *Erectus villosus foliolis imis obovatis superioribus oblongo-lanceolatis acutiusculis stipulisque oblongis sericeo-villosis florum fasciculis pedunculatis calycibus villosissimis leguminibus abbreviatis turgidis.*

L. sericeus. Cand. cat. hor. mons. 122. L. tomentosus Rhod. in Schrad. nev. journ. 1809. 42. Dorycnium hirsutum. Cand. prodr. 2. 208. Bot. mag. t. 556. Bonjeannia hirsuta. Reich. excurs. 2. 507. ic. cent. 10. f. 1551. Ic. Barrel. ic. 1033. Bab. hist. 2. 560. Rivin. tetrap. irreg. t. 77. Sibt. fl. gr. t. 759. Caules caespitosi usque pedales folia sessilia. pedicelli fructiferi folio duplo longiores. flores roseo-variegati maiusculi. Legumina glabra nitentia. semina 4-6 fusca, vel luteola nitida reniformia maiuscula. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria*, et in pascuis collium agri *novar.*

bb. *Leguminibus tenuibus calyce valde longioribus.*

10. RECTUS. L. *Erectus elatus villosus glaucescens ramosissimus ramis patulis foliolis obovato-oblongis mucronulatis stipulis difformibus cordatis magnis umbellis multifloris leguminibus rectis aristatis teretibus.*

Bonjeannia recta. Reich. l. c. Dorychnium rectum Cand. prodr. 2. 208. Gussonea recta. Parlat. rar. plant. fasc. 1. 6. Ic. Barrel. ic. 544. Rivin. tetrap. irreg. t. 78. Caulis usque quadripedalis glaber vel pilosus. stipulae petiolatae cordato-ovatae latae breves latitudine foliolorum. flores parvi. Cor. rosea vix calycem superat. Antherae luteae. Legumina calyce usque quadruplo longiora glabra. Semina ferruginea nitentia reniformia, parva. Fl. vere et aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

## 580. OROBUS.

Herbae perennes radice fibrosa vel tuberosa caulibus angulatis foliis abrupte pinnatis bi-multijugis terminatis arista simplici herbacea stipulis semisagittatis racemis pedunculatis simplicibus solitariis terminalibus axillaribusques floribus cernuis.

a. *Caulibus alatis, radice repente tuberosa.*

b. *Tuberibus rotundis sejunctis, floribus rubro-violaceis.*

1. TUBEROSUS. O. *Foliis 2-3-jugis foliolis oblongo lanceolatis stipulis semisagittatis basi dentatis racemis axillaribus terminalibusque paucifloris rhizomate repente articulato ad articulos tuberoso.*

O. tenuifolius. Roth. tent. 3. 171. O. linifolius. Flor. wether. O. prostratus Host. a. 2. 322. O. divaricatus Lapeyr. O. pyrenaicus. L. sp. 1029. Pluken. phyt. t. 210. f. 2. O. Plukenetii Lapeyr. videtur var. *stipulis lanceolato-linearibus.* Lathyrus angustifolius. Loisl. fl. gal. ed. 1. 730. Pers. ench. 2. 305. Ic. Bah. hist. 2. 334. f. 3. Camer. herc. ic. t. 1. Rivin. tetrap. irreg. t. 59. Engl. bot. t. 1153. Sturm. deut. 6. fl. hef. 21. Curt lond 1. t. 53. ed. Grav. 1. t. 97. Fl. dan. t. 781. Schk. hand. t. 200. Labram fas. 2. t. 1. Loes. prus. t. 57. Clus. hist. 2. 231. f. 1. Moris. s. 2. t. 21. f. 3. Ger. em. 1237. Sibt. scot. t. 1. Baxter brit. bot. t. 433. Dietr. flor. bor. t. 484. Tubera extus nigra. Caulis inferne ramosus usque pedalis erectus contortus ut plurimum humilior decumbens. Racemi 2-3 axillares in apice caulis 4-7flori. Flores rubro-violacei demum coerulescentes. stylus geniculatus persistens antice canaliculatus. Semina globosa nigra. Herba glaberrima. folia supra atrovirentia punctato-rugosa. Legumina compressa. racemi vix folium superant. Fl. primo vere usque ad aest. Vulgare in herbidis sylvosis, umbrosis collium, et montium humiliorum.

bb. *Tuberibus fusiformibus fasciculatis: floribus luteis.*

2. VARIUS. Soland. in Sims. magas. bot. t. 675. O. *Caule prostrato petiolisque alatis foliis 2-4jugis foliolis linearibus setaceo-mucronatis nervosis stipulis semisagittatis pedunculis multifloris folio longioribus dentibus calycis lanceolatis inaequalibus imis tubum subsuperantibus stylo subfiliformi leguminibus tumidulis reticulato-venosis.*

O. angustifolius. Balb. misc. alt. 21. Ic. Bab. hist. 2. 326. Hill. hor. kew. 11. Glaber. Caulis usque pedalis. flores maiusculi usque 9 in racemo, lutei vexillo ut plurimum rubido. Semina nigra laevia subrotunda. Fl. vere. In montibus di *Giaveno* et forte aliis locis.

aa. *Caulibus apteris.*

b. *Radice fusiformi longa.*

3. NIGER. O. *Glaber caule erecto flexuoso ramoso foliis sub-6-jugis foliolis ovato-oblongis mucronatis nervosis nervis subparallelis stipulis linearibus lanceolatis racemis densifloris longe pedunculatis calycis labiis inaequalibus laciniis labii infer. tubo brevioribus leguminibus compressis obsolete reticulato-venosis stylis geniculatis a medio ad apicem barbatis seminibus globosis radice ramosa.*

O. tristis. Lange ap. Koch. syn. 226. Ic. Bab. hist. 2. 334. Clus. hist. 2. 230. f. 2. Rivin. tetrap. irreg. t. 60. Engl. bot. t. 2788. Fl. dan. t. 1170. Chabr. sciagr. 151. f. 5. Gaertn. fruct t. 151. Schk. hand. t. 200. Lam. ill. t. 633. Bot. mag. t. 2261. Dietr. flor. bor. t. 603. Caulis valde foliosus usque bipedalis. flores pauci parvi secundi, purpurei demum coerulescentes. legumina glabra tumidula usque bipollicaria. Semina parva laevia fusca. Fl. vere exeunte. In sylvaticis et pratis passim in agro *taur. segus. novar. Monteferrato* etc. atque agro *nic.* et *Liguria.*

bb. *Radice fibrosa.*

4. FILIFORMIS. Lam. fr. 2. 568. O. *Caule erecto simplici foliis brevi petiolatis 1-3jugis petiolis anguste alatis foliolis lineari-lanceolatis cuspidatis nervosis glabris vel pubescentibus vel punctato-rugosis nervis parallelis stipulis semisagittatis linearibus racemis longe pedunculatis laxis bracteolatis 3-5floris abbreviatis calycis laciniis labii inferioris tubo brevioribus stylo geniculato stigmate apice rhombaeo-dilatato leguminibus rectis compressis glabris longitudinaliter reticulato-venosis.*

O. canescens. Lin. fil. sup. 327. O. pallescens. M. Bieb. taur. cauc. 2. 152. O. ensifolius Lapeyr. mem. mus. 2. 303. t. 12. O. tenuis. Lapeyr. abr. 415.

Ic. Bah. hist. 2. 526. Caulis vix dodrantalis aliquando ramosus. Flores majusculi petalis superne rubro-coeruleis inferne albis. Fl. vere. In alpibus maritimis di *Rauss* atque inter *Agnon*, et *Dea*.

bbb. *Radice repente non tuberosa.*

5. VERNUS. O. *Glaber caule subsimplici foliis subtrijugis foliolis ovato-lanceolatis cuspidatis trinerviis ciliatis stipulis semisagittatis integerrimis racemis laxifloris terminalibus longe pedunculatis dentibus calycis omnibus tubo brevioribus radice repente crassa inaequaliter torosa.*

O. gracilis. Gaud. helv. 4. 500. est. var. *foliis linearibus*. Ic. Bah. hist. 2. 343. f. 2. Clus. hist. 2. 230. f. 1. 232. f. 1. Riv. tetrap. irreg. t. 58. Sturm. deut. fl. 2. heft. 7. Curt. bot. magaz. t. 521. Fl. dan. t. 1226. Svens. bot. t. 610. Dodon. pempt. 543. f. 2. Dalech. lugd. 472. f. 3. Lam. ill. t. 633. Sibt. fl. gr. t. 691. Dietr. fl. bor. t. 483. Schubert naturg. t. 58. f. 4. Caulis inferne nudus pedalis. et ultra. Racemi in apice caulis etiam laterales. Flores grandiusculi raro albi ut plùrimum rubro-violacei mox coerulescentes. Legumina glabra compressa, usque bipollicaria, rostrata rostro incurvo reticulato-venosa. Semina laevia subrotunda demum nigra. Fl. vere. Frequens in sylvis, et dumetis subalpinis.

bbbb. *Radice tuberosa.*

c. *Floribus albis.*

6. ALBUS. O. *Caule erecto simplici superne anguste alato et pubescente foliolis lineari-lanceolatis cuspidatis petiolis sub alatis racemis longe pedunculatis laxis stipulis semisagittatis integerrimis calycis laciniis labii inferioris tubo brevioribus stylo lineari radice tuberosa tuberibus fusiformibus fasciculatis fibris clavatis.*

O. pannonicus. Jacq. a. t. 39. O. laetus. M. Bieb. taur. 2. 152. O. asphodeloides. Gouan. ill. 48. O. alpestris W. et Kitaib. hung. t. 126. O. versicolor. Gmel. syst. nat. 2. 1108. O. austriacus Crant. Ic. Bah. hist. 2. 526. Clus. hist. 2. 231. Sweet. fl. 9. 22. Caulis usque pedalis. Flores albi vel ochroleuci vexillo aliquando rubido. Legumina subcompressa oblique reticulato-venosa rostro incurvo. Semina laevia demum nigra subrotunda. Fl. vere. apud *Novariam* in sylvis *della Vesca* aliisque locis sylvaticis, umbrosis, et montanis.

cc. *Floribus luteis.*

7. LUTEUS. O. *Caule erecto simpliciusculo foliis densis 4-6 jugis foliolis oblongo-lanceolatis acutis subtus glaucis stipulis latis dentatis racemis longe pedunculatis folio subaequalibus multifloris leguminibus subcompressis reticulato-venosis radice repente nodosa tuberibus senioribus fibrillosis.*

O. Turnefortii Lapeyr. mem. mus. 2. 298. t. 10. O. montanus Scop. carn. 2. 60. t. 41. O. laevigatus Waldst et Kitaib. hung. t. 243. Ic. Bah. hist. 2. 343. f. 1. Dalech. lugd. 1139. f. 1. Gmel. sibir. 4. t. 13. Lodd. bot. cab. t. 783. Sweet fl. 9. H. 115. Caulis usque bipedalis superne puberulus. flores maiusculi secundi lutei vexillis pallide rubidis. Semina variegata demum nigra subrotunda laevia. Fl. vere et in alpinis aest. In pascuis, et pratis alpinis editioribus. ad inferiora tamen aliquando descendit.

ccc. *Floribus roseo-purpureo-variegatis.*

8. VARIEGATUS. Tenor. neap. 2. 141. t. 68. O. *Caule ancipiti foliis subtrijugis foliolis ovatis acutis alterne-venosis ciliatis racemis densifloris calycis laciniis labii inferioris tubo subaequalibus staminibus monadelphis leguminibus demum teretibus rostratis.*

O. vernus. Sibt. fl. gr. 7. 81. t. 691. O. venetus. Reich. excurs. 2. 536. O. serotinus. Presl. del. prag. 41. O. multiflorus. Sieb. in bot. zeit. 1821. 97. Ic. Bah. hist. 9. 344. 345. Clus. hist. 2. 232. Columm. phyt. 60. Lodd. bot. cab. t. 1168. Sweet. fl. 9. 2. 28. Caulis inferne nudus usque pedalis. flores pulchre variegati raro albidi. vexillum prope basim plicis duabus bicristellatum. Semina ellipsoidea demum atro-ferruginea. Fl. vere Apud *Sarzanam* in *Montedarme*.

## 581. GALEGA.

OFFICINALIS. G. *Herba perennis glabra erecta tripedalis et ultra ramosa foliis imparipinnatis foliolis lanceolatis mucronatis floribus racemosis racemis simplicibus pedunculatis axillaribus terminalibusque solitariis erectis folia ut plurimum superantibus multifloris floribus pallide coeruleis vel albis stipulis semihastatis leguminibus erectis strictis longitudinaliter striatis inter semina strangulatis seminibus nitidis longis reniformibus ferrugineis.*

Ic. Matth. com. 505. f. 1. Dalech. lugd. 976. Dodon. pempt. 542. Durant. herb. 405. Zannich. ist. t. 248. Sab. hor. rom. 7. t. 25. 26. Mill. ill. t. 157. Ludw. ect. t. 161. Moris. s. 2. t. 7. f. 2. Blackw. t. 92. Rivin. tetrap. irreg. t. 72. Clus. hist. 2. 238. f. 2. Camer. epit. 497. Lob. ic. 2. 57. f. 1. Tabern. ic. 135. f. 2. Bah. hist. 2. 342. f. 1. Sturm. deut. fl. 2. hef. 6. t. 14. Sibt. fl. gr. t. 726. Lam. ill. t. 625. Plenk. ic. t. 574. Albert. fl. med. t. 275. Fl. med. t. 176. Hayn. 6. t. 34. Schk. hand. t. 208. Chabr. sciagr. 155. f. 4. Fl. aest. In agrorum marginibus, secus fossas, in aggeribus etc. Herba ingrate amara. In peste et febribus pestilentialibus magna praestare scribit Matthiolus (com. 505) testis autopta, quod a sequentibus scriptoribus confirmatum est. Sed desunt experimenta quae fidem remedio adserant, cuius qualitates nullas vires energicas promittunt. Verum omni virtute destitui aegerrime crediderim contra testimonium summi viri qui magnam fidem omnino meretur si de rebus loquitur quas ipse vidit. Quod eo magis credibile est cum eiusdem generis species Gal purpurea. Lin. G. sericea. Thnmb. G. spinosa. Lin. G. toxicaria Swart. et G. virginiana. L. magnis in India orientali et America polleant viribus. Atque utilem etiam Galegam in morsu serpentum venenatorum Matthiolus addit qui vidit rusticum viperas venantem demorsum Galega convaluisse: et cum homine ipse locutus sum qui dixit se morsum viperarum non timere etiamsi manibus negligenter contrectaret dummodo herbam sibi notam in vestibus suis haberet. Unde conjicio herbam esse Galegam. Aiunt Galegam neque odore neque sapore acri insignem esse. Quod omnino non esse necessarium puto. Mikania enim Guako Kunt. testimonio Humboldtii summi viri atque omni fide digni, et Mutisii herba pene inodora atrocissimi et teterrimi serpentis caudisoni (Crotali horridi Lin.) venenum infringit, et serpentem fascinat, ut mordere recuset. quae stirps eadem esse videtur ac Eupatorium saturejae folium Lam. (Mikania saturejaefolia W.). Mikania officinalis Mart. in Brasilia eadem praestare videtur et Eupatorium Ayapana Vent. (quod valdopere videtur differre ab Eupatorio triplinervi. Vahl quo cum perperam coniunxit Sprengel (Syst. 3. 416.):) et Mikania opifera Mart. Quae stirpes neque insigniter amarae et aromaticae sunt et Gentiana testimonio Laurenti specificum remedium est in morsu Viperae Redi apud nos vulgaris et porro venenatissimae. Experimenta itaque circa Galegam fidelia instituenda sunt, quibus elucebit, puto, veritas rerum, quae a Matthiolo adserta sunt.

## 582. PHASEOLUS.

Herbae annuae scandentes vel erectae cultae foliolis ovatis acuminatis.

a. *Racemis folio brevioribus.*

b. *Bracteis calyce minoribus; caule volubili.*

1. VULGARIS. Ph. *Volubilis glabriusculus racemi foliis brevioris pedicellis geminis bracteis calyce minoribus patulis leguminibus compressis geminis.*

Ic. Fuchs hist. 708. Dalech. lugd. 472. 7. 1. Dodon. pempt. 519. f. 1 Camer. epit. 318. Bah. hist. 2. 255. f. 1. Moris. s. 2. t. 5. f. 1. Trag. hist. 615. Clus. hist. 2. 222. f. 1. Lob. ic. 2. t. 59. f. 2. Tabern. 488. f. 1. Hayne 11. t. 46. Gaertn. fruct. t. 150. Lam. ill. t. 610. Mem. d. l'Inst. 1809. 1. 7. Schk hand. t. 199. a. Guimp. et Schl. t. 112. Nees Dusseld. suppl. t. 15. Cor. alba, lutea, violacea, vel rubra. Legumina et semina varia.

b. *Bracteis calyce majoribus: caule erecto.*

2. NANUS. Ph. *Erectiusculus flexuosus glaber bracteis calyce majoribus leguminibus compressis pendulis.*

Ic. Hayne 11. t. 47. Guimp. et Schl. t. 111. Flores ut plurimum albi. Ambae species ex India orientali ad nos migrarunt antiquis inde temporibus. Nanus tamen aliquando scandens fit, et ceteri characteres evanescunt. Ambae species et aliae multae varr. cultae et edules gratissimae. Semina sicca flatulenta.

aa. *Racemis folio longioribus.*

3. MULTIFLORUS Lam. enc. 3. 71. Ph. *Volubilis glaber racemi foliis longioris pedicellis geminis bracteis calyce minoribus appressis leguminibus compressis pendulis.*

Ph. vulgaris b. coccineus L. sp. Schk. hand. t. 199 Ic. Cornut. canad. 185. Moris. s. 2. t. 5. f. 4. Hayne 11. t. 45. Schubert naturges. t. 57 f. 7. Herba altissime scandens ex Antillis insulis nata flores habet coccineos, vel albos et semina edulia. — Vidi tamen aliquando caules neutiquam scandentes — Ph. sphaericus Savi (memor. 3. t. 20 f. 17.) vulgo *fagiolo del tocco* est Ph. vulgaris var. *legumine viridi tenero toruloso pingui seminibus subglobulosis varie rubro-maculato-variegatis numquam albis, floribus rubris.* ubique cultus et gratissimus. — Ph. tumidus Savi (l. c. t. 10. f. 16.) est alia var. Ph. vulgaris *seminibus albis ovato-turgidis ventre tumido floribus albis*, qui colitur ubique apud nos subversis stipulis et apellatur *fagiolo delle stoppie* — Quod dicendum est de Ph. compresso Cand. prodr. 2. 392. Ph. romano Savi (lib. c. t. 20.) culto sub nomine *fagiolo a sciabola*, omnium forte optimo — Ph. conospermo Savi (l. c. f. 19.) — Ph. haemotocarpo Savi (l. c. f. 17.) — Ph. saponaceo Savi (l. c. t. 10. f. 15.) — Ph. oblongo Savi (l. c. t. 10. f. 14.) etc.

## 583. ROBINIA.

PSEUDO-ACACIA. R. *Arbor procera a basi ramosa ramis patulis spinosis foliis glabris impari-pinnatis multijugis foliolis oppositis aequalibus integerrimis ovato-ellipticis mucronatis racemis multifloris pendulis floribus albis suaveolentibus leguminibus compressis venosis glabris ferrugineis seminibus compressis atris laevibus reniformibus stipulis spinescentibus radice repente cortice rimoso.*

Aeschinomene pseudo-acacia Roxb. Pseudo-acacia odorata. Moench meth. — var. *inermis*, - *foliis* crispis. R. spectabilis. Ic. Pluk. almag. t. 78. f. 4. Duham. arb. 2. t. 42. edit. nov. 2. t. 16. Lam. ill. t. 606. f. 1. Seba mus. 1. t. 15. f. 1. Munt. t. 8. Wagenheim beitr. t. 7. Medik. akazienbaum. 1. 2. Juglar triamph. 1. Mich. arb. 3. 1. Rouss. bot. 18. Hartig. 67. Gaertn. fruct. t. 145. Academ. neap. 1851. Ann. scienc. nat. III. 19. 2. 6. 7. Schubert naturges. t. 57. f. 2. Patria ejus America borealis praesertim Virginia, Marylandia, Novum Erboracum, Pennsylvania, qua migravit ad nos. transtulit Parisios Vespasianus Robin anno 1635. Hodie spontanea. Arbor spectabilis utilissima pulchrum colorem luteum largitur tinctoribus. folia e us sive viridia sint sive sicca optimum pecoribus alimentum suppeditant. Lignum durum ponderosum torno aptum et fabris lignariis utile. pali cortice exuti et in umbra et ab imbre remoti exsiccati optimi ad fulciendas vites et castaneae aemuli.

## 584. DOLICHOS.

CATIANG. D. *Herba annua glabriuscula foliis ternatis foliolis ovatis pedunculis elongatis bifloris leguminibus geminis erectis linearibus torulosis rubentibus floribus albis luteis vel coeruleis seminibus albis hilo nigro.*

Ic. Rheed. hor. malab. 3. t. 41. Rumph. amb. 5. t. 139. Patria ejus India orientalis. Colitur ubique in patria. vulgo *fagiolo dall' occhio.*

## 585. ERVUM.

Herbae annuae graciles caulibus angulatis foliis abrupte pinnatis ut plurimum cirrhosis pedunculis tenuissimis floribus parvis albidis vel coerulescentibus leguminibus subinflatis.

a. *Leguminibus lato-oblongis dispermis.* Lens. Ser.

b. *Pedunculis subbifloris seminibus compressis convexis leguminibus glabris aequalibus, stylis superne planis apicem versus longitudinaliter pilosis latere inferiore glabris.*

1. lens. E. *Pedunculis aristatis 2-3 floris folia subaequantibus laciniis calycis corollae aequalibus stipulisque lanceolatis integerrimis ciliatis leguminibus subrhombaeis glabris dispermis petiolis cirriferis foliis multijugis, inferioribus ecirrosis aristatis foliolis ovato-oblongis.*

Cicer. W. sp. 3. 1114. Lens esculenta Moen. Ic. Matth. com. 527. Dalech. lugd. 473. f. 1. 2. Durant. herb. 251. Brunsf. herb. 3. 214. Fuchs hist. 839. Camer. epit. 210. Trag. hist. 628. Lob. ic. 2. t. 74. f. 1. 2. Dodon. pempt. 526. f. 1. 2. Tabernam. ic. 401. f. 2. 502. f. 1. Bah. hist. 2. 317. f. 1. 2. Moris. s. 2. t. 3. f. 9. Rivin. tetrap. irreg. t. 35. Sturm. deut. fl. 8. hef. 52. t. 10. Ludw. ect. t. 141. Schk. hand. t. 202. Chabr. sciagr. 149. f. 1. Lam. ill. t. 634. Schubert naturges. t. 37. f. 10. Caules cubitales et ultra et a basi ramosissimi tetragoni. folia hirsuta. foliola ima ovata. super. lineari-lanceolata subretusa mucronulata ciliata. flores parvi pallide coerulescentes. stigmata obtusa. Semina laevia fulva. flores, et fructus cernui. Fl. vere exeunte. Colitur passim.

bb. *Pedunculis multifloris, seminibus globosis, leguminibus hirsutis substrangulatis stylis apice undique barbatis.*

2. hirsutum. E. *Caule prostrato cirrhis scandente pedunculis 3-6 floris folia subaequantibus leguminibus tumido-torulosis dispermis hirsutiusculis foliis imis aristatis 2-3jugis foliolis ovatis superioribus cirrhosis4-8 jugis, foliolis linearibus truncato-retusis mucronulatis stipulis bipartitis integrisque lanceolatis seminibus variegatis.*

Vicia hirsuta Koch. syn. ed. 1. 191. Er. Terronii. Tenor. ap. ad prodr. fl. neap. 5. 22. E. sardoum. Spreng. syst. Cur. post. 4. par. 2. in addend. 316. E. Tenorei. Dietr. syn. 4. 1101. Cracca minor Gren. et Godr. fl. de Fr. 1. 473. Ic. Bah. hist. 2. 315. f. 1. Moris. s. 2. t. 4. f. 13. Tabern. ic. 507. f. 1. Dalech. lugd. 480. f. 1. Lob. ic. 2. t. 76. f. 1. Dodon. pempt. 542. f. 5. Rivin. tetrap. irreg. t. 55. f. 2. Engl. bot. t. 970. Curt. lond. 1. t. 54. ed. Grav. 3. t. 108. Fl. dan. t. 639. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 12. Labram. fas. 64. Schk. hand. t. 202. Chabr. sciagr. 147. f. 5. Torrey. New York t. 21. Baxter brit. bot. t. 522. Caulis usque tripedalis ramosus. Corolla albida pallide coerulescens. carina apice bimaculata maculis rubro-coeruleis. Legumina pendula cultriformia, aliquando glabra. Semina aliquando tota nigra. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria*. in agro *pedem.* etiam apud nos.

aa. *Leguminibus oblongo-linearibus 4-6spermis.* Ervilia. Sering.

b. *Petiolis cirriferis, pedunculis 1-6 floris muticis folia subaequantibus: leguminibus linearibus aequalibus, seminibus globosis, stylis apice undique barbatis.*

3. tetraspermum. E. *Pedunculis 1-6 floris muticis folia excedentibus dentibus calycis tubum ipsius aequantibus leguminibus glabris tetraspermis petiolis omnibus cirrhiferis foliis 2-6 jugis foliolis oblongo-linearibus mucronatis glabris stipulis semisagittatis geminis caule gracili cirrhis scandente.*

E. gracile Cand. cat. mons. 109. E. tenuissimum. Pers. ench. 2. 309. E. longifolium. Tenor. prodr. 59. E. aristatum. Rafinesq. prec. 58. 424. E. Bisquerinii. Tenor. neap. 5. 122. E. pubescens. Cand. l. E. Salisii. Gay apud de Salis. Marchl. in bot. zeit. 1834. 64. E. tenuifolium Lagas. nov. gen. 12. Vicia laxiflora. Brot. lus. 125. t. 54. V. pusilla Mechl. in W. sp. 3. 1109. V. tetrasperma Moench. meth. 148. Loisl. gal. 1. 460. V. gracilis id. ib. f. 22. V. gemella. Crant. a. 389. Ic. Bah. hist. 2. 315. Moris. s. 2. t. 4. f. 16. Rivin. tetrap. irreg. t. 55. Engl. bot. t. 1223. Cur. lond. 1. t. 55. Ed. Grav. 3. t. 107. Fl. dan. t. 65. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 13. Schk. hand. t. 202. Caulis usque bi-

pedalis. Corollae calyce maiores raro albidae ut plurimum pallide coeruleae vexillo striato carina apice rubra. Legumina cultriformia brevia gemina pendula. Fl. vere. Vulgare inter segetes.

bb. *Petiolis ecirrhosis, pedunculis bifloris aristatis folio brevioribus, leguminibus lineari-oblongis sinuato-torosis substrangulatis moniliformibus, seminibus angulato-globosis stylis apice, superne atque interne barbatis inferne glabris.*

4. Ervilia. E. *Caule erecto ramoso pedunculis subbifloris aristatis folio brevioribus leguminibus torulosis glabris tetraspermis pendulis petiolis ecirrhosis foliis multijugis foliolis oblongo-linearibus obtusis retusisve mucronatis stipulis hastatis dentatis.*

Vicia W. sp. 3. 1103. Ervilia sativa. Link. Ic. Matth. com. 330. Dalech. lugd. 468. f. 1. Durant. herb. 174. mala. Camer. epit. 215. Lob. ic. 2. t. 72. f. 2. Dodon. pempt. 524. f. 1. Bah. hist. 2. 321. f. 1. Chabr. sciagr. 148. f. 6. Moris. s. 2. t. 6. f. 1. Rivin. tetrap. irreg. t 61. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 9. Sibt. fl. gr. t. 702. Sab. hor. rom. 7. t. 25. Blackw. t. 208. f. 3. Gaertn. fruct. t. 151. Lam. ill. t. 634. Caulis pedalis et ultra crassiusculus et ab imo ramosus. Corollae calyce paulo longiores pallide coerulescentes vexillo lineis violaceis striato alis albis longe appendiculatis carina albida apice rubra. Stigmata obtusa. antherae croceae. Flores fructusque cernui. Semina laevia ferrugineo-virentia aliquando nigro-maculata. Fl aest. Inter segetes agri *nic.* et *Liguriae*, *Sabaudiae*, agri *novar.* Ego legi inter segetes vallis *Augustae praetoriae.*

## 586. CAIANUS.

Argenteus. Spreng. syst. 3. 248. C. *Suffruticulus sericeo-argenteus dodrantalis decumbens raro erectus ramosissimus superne herbaceus foliis longe petiolatis nitidis ternatis stipulatis foliolis oblongis vel lanceolatis acutis sericeis floribus terminalibus subgeminis lateralibus solitariis corollis luteis calyce longioribus leguminibus appresse villosis seminibus maiusculis subrotundis compressiusculis basi oblique subcordatis laevibus flavidis.*

Cytisus L. sp. 1043. Sturm. deut. fl. hef. 59. C. Zannoni. Turre fl. ital. prodr. 66. Lotus argenteus. Brot. lus. 2. 119. Chesmone argentea. Boiss. voy. en Espag. 147. Ic. Bah. hist. 2. 359. f. 3. Chabr. sciagr. 159. f. 6. Lob. ic. 2. t. 41. f. 2. Dalech. lugd. 510. f. 2. Tabern. ic. 508. f. 2. Moris. s. 2. t. 18. f. 2. Zanon. ist. bot. t. 76. Ejusd. hist. edit. Monti t. 65. Fl. vere. In collibus apricis agri *nic.* et *Liguriae*, agri *taur. albens. Montisferrati.*

## 587. PISUM.

a. *Radice perenni. foliis 4 jugis petiolis supra planiusculis, stipulis hastatis.*

1. Maritimum. P. *Caulibus procumbentibus angulatis pedunculis multifloris petiolis supra planiusculis foliis quadrijugis foliolis alternis ellipticis stipulis sagittatis.*

Orobus maritimus. Reich. Ic. Park. 1060. f. 4. 5. Moris. s. 2. t. 1. f. 5. Munt. phyt. 250. Fl. dan. t. 338. Engl. bot. t. 1046. Hook. lond. t. 3. Smith. spic. bot. t. 9. Svens. bot. t. 656. Baxter. br. bot. t. 225. Caules ramosi. Legumina brevia. Semina subangulata demum olivacea hilo albo. Flores rubri. Fl. vere. In lapidosis agris *nic.*

aa. *Radice annua: foliis 1-3jugis, petiolis teretibus stipulis oblique cordatis.*

2. Arvense. P. *Caule cirrhis scandente simpliciusculo angulato foliis 1-3jugis foliolis ovalibus superioribus minoribus stipulis grandibus margine inferiore externo crenato-serratis pedunculis subbiflorisfolio subbrevioribus seminibus angulato-impressis cinereo-virentibus fusco-punctatis.*

Pisum sativum. L. var. *Seminibus unicoloribus maioribusque* euius varr.

multae coluntur passim et quorsum pertinent icc. Moris. s. 2. t. 1. f. 1. 2. 3. Lam. ill. t. 633. Gaertn. fruct. t. 152. Tabernam. ic. t. 495. f. 1. 9. Matth. com. 529. f. 2. Dalech. lugd. 459. f. 1. Camer. epit. 213. Lob. ic. 2. t. 65. f. 2. Dodon. pempt. 520. f. 1. 2. Trag. hist. 605. Bah. hist. 2. 297. f. 1. Chabr. sciagr. 141. Schubert. naturges. t. 37. f. 10. f. 2. 3. — Icc. arvensis Matth. com. 529. f. 3. Brunsf. herb. 3. 213. Camer. epit. 214. Lob. ic. 2. t. 66. f. Dodon. pempt. 521. f. 1. Tabernam. ic. 406. f. 2. Bab. hist. 2. 297. f. 2. Chabr. sciagr. 144. f. 1. Mor. s. 2. t. 1. f. 4. Sturm. deut. flor. hef. 4. Sibt. flor gr. t. 687. Vulgare ubique inter segetes. Flores albi vel carnei vel purpureo-coerulescentes, pedunculi ut plurimum biflori.

## 388. LATHYRUS.

a. *Pedunculis unifloris: radice annua.*

b. *Foliis nullis, stipulis grandibus foliaceis, petiolis cirrhosis: floribus flavis, seminibus laevibus; caulibus apteris.*

1. Aphaca. L. *cirrhis aphyllis stipulis latis sagittato-cordato-ovatis nervosis, pedunculis elongatis.*

L. segetum. Lam. Ic. Chabr. sciagr. 148. f. 3. Bah. hist. 2. 317. f. 1. Dalech. lugd. 484. f. 1. Dodon. pempt. 545. f. 1. Lob. ic. 2. t. 20. f. 1. Tabernam. ic. 716. f. 1. Park. 1067. Sab. hor. rom. 7. t. 23. Gessn. op. ed. Schm. 1. t. 3. f. 3. Engl. bot. t. 1167. Curt. lond. 5. t. 51. Ed. Grav. 1. t. 98. Mill. ill. t. 43. Labram. fal. 3. Herba glaberrima glauca. Caulis pedalis et ultra cirrhis scandens, basi parvus ramosus. Stipulae maximae oppositae noctu erectae. pedunculi versus apicem bracteolati pilosiusculi. Flores parvi penduli. Legumina compressa cultriformia. Semina demum sanguinea obovalia compressiuscula laevia. Stigma apice undique pilosum a medio ad apicem lateraliter. Floret maio, iunio. ubique inter segetes.

bb. *Foliis simplicibus: cirrhis nullis: floribus purpureis: seminibus tuberculato-scabris: caulibus apteris.*

3. Nissolia. L. *Cirrhis nullis foliis simplicibus lineari-lanceolatis stipulis subulatis basi semihastatis pedunculis elongatis.*

Ic. Bah. hist. 2. 309. f. 1. Dodon. pempt. 529. f. 1. Magnol. horl. 112. Lob. ic. 2. t. 71. f. 1. Ger. em. 1249. Buxbaum. cent. 3. t. 45. f. 1. Lindern. hor. alsat. t. 3. Labram. fasc. 46. Curt. lond. 6. t. 51. Ed. Grav. 1. t. 99. Engl. bot. t. 112. Roem. fl. eur. fasc. 2. Herba glabra glauca. Caulis striatus usque bipedalis erectus. Folia graminea acuta longa nervosa; pedunculi raro biflori folio breviores. Flores speciosi nutantes. Vexillum miniatum, alae carinaque rubro-variegatae. Legumina longa linearia pendula. Semina demum obscure sanguinea ovata. Fl. vere exeunte. In arvis agri *taur. astens. Montisferrati*, circa *Venariam*, *Cherium* etc. *Villanovam astens.* etc.

bbb. *Petiolis inferioribus aphyllis superior. foliiferis, caulibus petiolisque alatis, floribus ochroleucis.*

3. Ochrus. Cand. fr. 4. 578. L. *Caule prostrato bialato cirrhis 2-4phyllis trifidis foliolis oblongo lanceolatis mucronatis petiolis foliaceis latissime alatis decurrentibus pedunculis abbreviatis leguminibus compressis oligospermis sutura superiore bialatis seminibus subangulatis laevibus.*

Pisum. Lin. sp. 1027. Sibt fl. gr t. 869. Ochrus pallida. Pers. en. 2 303. O. uniflorus Moench. Ic. Bab hist. 2. 306. f. 1. Chabr. sciagr. 145 f. 6. Dalech. lugd. 463. f. 1. Dodon pempt. 522. f. 1. Camer. epit. 208 Lob. ic. 2. t. 68. f. 1. Moris s. 2. t 3. f. 8. Sab. hor. rom. 7. t. 19. Schk hand. t. 200. Tourn. inst. t. 219. 220. Herba glabra glauca pulchre virens Caulis cirrhis scandens usque bipedalis. Cirrhi superiores usque 5foliola habent impari cirrho laterali. Vexillum rubro-striatum. Legumina cultriformia. Semina subglobosa demum sanguinea. Fl. vere exeunte. Inter segetes agri *nic.*

bbbb. *Cirrhis diphyllis.*

c. *Petiolis apteris.*

d. *Cirrhis simplicissimis, seminibus angulosis, laevibus, corollis coccineis.*

4. ANGULATUS. L. *Caule ascendente tetragono cirrhis diphyllis simplicissimis foliolis ensiformibus petiolis linearibus nervosis stipulis lanceolatis semisagittatis pedunculis aristatis folio brevioribus inferne articulatis leguminibus linearibus nervosis seminibus angulosis.*

L. sphaericus. Retz. obs. 3. 39. Cand. ic. plan. Gall. rar. 10. t. 32. L. coccineus. All. ped. 1. 330. L. inconspicuus. Jacq. hor. vind. 1. t. 26. Ic. Buxb. cent. 3. t. 42. f. 2. Rivin. tetrap. irregul. t. 46. Sibt. fl. gr. t. 696. Caulis basi ramosus pedalis e, ultra. Semina maiuscula subtetragona, aliquando subglobosa fiunt. unde L. sphaericus Retz. Fl. vere exeunte. Vulgaris inter segetes praesertim collium.

dd. *Cirrhis trifidis.*

e. *Seminibus cubicis granulato-scabris: cor. purpureis.*

5. HEXAEDRUS. Chaub. in an. scien. d'observ. juin. 1830. L. *Glaber glaucus caule tetragono foliis unijugis foliolis linearibus stipulis angustissimis semisagittatis pedunculis folia superantibus apice articulatis aristatisque cirrhis imis simplicibus floribus leguminibusque aveniis pendulis.*

L. angulatus. W. sp. 3. 1081. L. inconspicuus Balb. mis. alt. 22. excl. syn. L. longe pedunculatus. Ledeb. ind. hor. dorp. sup. 1824. 5. Ceterum similis L. angulato. Cuius forte var. est nam Seringius var. meminit (Cand. prodr. 2. 373.) *pedunculis brevioribus ebracteatis cirrhis brevioribus.* In agro *Albens.* et *Laumellina.* Caulis vix spithameus basi brevissima angulatus. ceterum alatus. folia lanceolata, obtusa mucronata. Cor. rubro-violaceae venosae demum coeruleae. Legumina pilosa pilis longis, albis, tortuosis callo glanduliformi oblongo albo insidentibus, avenia. Semina granulato-scabra. est var. L. hirsuti *pedunculis* constanter *unifloris* ideo ad hanc speciem referenda. legi in agris di *Candelo* apud *Bugellam.*

ee. *Seminibus globosis granulato-scabris corollis lateritiis.*

6. SETIFOLIUS. L. *Glaber caule prostrato foliis unijugis foliolis linearibus stipulisque angustissimis semihastatis pedunculis folio brevioribus muticis superne articulatis leguminibus latis ovato-oblongis 2-3spermis reticulato-venosis seminibus sanguineis.*

L. Cicera. Sibt. fl. gr. t. 694. L. prostratus Brign. forol. 2. 8. Ic. Bah. hist. 2. 368. Chabr. sciagr. 146. f. 2. Rivin. tetrap. irreg. t. 46. Caulis inferne ramosus raro usque pedalis. Carina apice sanguinea. Fl. vere. In arvis et agris inter segetes collium agri *nic.* *Sabaudiae*: inter *Bonneville* et *Thonon*: in collibus di *Cavaglià* quibus post Ignatium Molinerium et ego legi.

cc. *Petiolis subalatis, corollis purpureis.*

7. CICERA. L. *Glaber glaucus caulibus prostratis bialatis caespitosis foliis petiolatis subalatis stipulis grandibus lanceolatis semisagittatis ciliatis petiolatis articulatis bracteolatis folio brevioribus laciniis calycis lanceolatis foliaceis tubo triplo longioribus leguminibus compressis crasse angusteque marginatis dorso carinatis reticulato-venosis seminibus angulatis laevibus.*

L. Cicer. Gaud. helv. 4. 484. L. purpureus. Presl. del. prag. 1. 39. L. erythrinus. ejusd. sic. 1. 13. L. sativus. Seb. et Maur. rom. 241. L. dubius. Ten. neap. 5. 103. t. 173. f. 2. Cicercula anceps. Moen. method. 163. Ic. Dodon. pempt. 503. f. 1. Bonan. panph. t. 123. Jacq. f. 1. ecl. t. 115. Herba male olens. Caules usque bipedales, ut plurimum tamen humiliores. Flores parvuli. Cor. aliquando vix calycem superat. Vexillum rubrostriatum. Legumina cultriformia. Stylus ovatus. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et *Liguria.* etiam in *Monteferrato*, in agris collium editiorum di *Sciolze.*

bbbbb. *Cirrhis Aphyllis : corollis coeruleis.*

8. SATIVUS. L. *Glaber glaucus caulibus caespitosis prostratis bialatis debilibus foliis petiolatis uni-bijugis foliolis lineari-lanceolatis cuspidatis stipulis folia latitudine aequantibus se mihastatis ciliatis pedunculis folio brevioribus superne articulatis bracteolatis laciniis calycis lanceolatis foliaceis tubum triplo superantibus leguminibus late rhombaeo-ovatis reticulato-venosis sutura seminifera diptera seminibus angulatis subtrigonis laevibus.*

Cicercula alata. Moench. meth. 163. Ic. Bah. hist. 2. 306. Chabr. sciagr. 146. f. 1. Fuchs. hist. 371. Rivin. tetrap. irreg. t. 47. Sibt. fl. gr. t. 693. Curt. bot. mag. t. 115. Lob. ic. 2. t. 69. f. Dodon. pempt. 522. f. 2. Dalech. lugd. 470. f. 1. Tabernam. ic. 388. f. 1. Moris. s. 2. t. 2. f. 6. Bot. mag. t. 115. Gaertn. fruct. t. 152. Lam. ill. t. 632. Jacq. ecl. t. 116. Caules usque quadripedales basi ramosi. Semina maiuscula pallida fusco-maculata. Fl. vere exeunte. Inter segetes agri *nic.* facies prioris.

aa. *Pedunculis bifloris : radice annua.*

b. *Floribus violaceo-coeruleis seminibus globosis granulato-scabris unicoloribus, foliis unijugis.*

9. HIRSUTUS. L. *Glabriusculus glaucus caulibus prostratis alatis cirrhis unijugis compositis foliolis lanceolato-linearibus petiolis pedunculisque 2-4 floris elongatis annulatis stipulis linearibus semisagittatis petiolo brevioribus basi unidentatis leguminibus punctato-hirsutis seminibus globosis tuberculato-scabris.*

L. variegatus. Host. a. 2. 327. L. hirtus Tenor. neap. syllab. 355. Ic. Bah. hist. 2. 305. Chabr. sciagr. 145. f. 5. Rivin. tetrap. irreg. t. 41. Engl bot. t. 1255. Rochel ban. 16. Caules usque bipedales pedunculi folio longiores. Semina demum nigra. Cirrh aliquando foliola fiunt. Fl. vere exeunte Inter segetes et arvis *Montisferrati* agri *taur. segus. pinerol. albens. as tens.* etc.

bb. *Floribus ochroleucis, seminibu subglobosis rugosis unicoloribus fo liis unijugis.*

10. ANNUUS. L. *Glaber glaucus cau libus decumbentibus superne alatis ra mosis cirrhis diphyllis compositis fo liolis lineari-lanceolatis elongatis pe tiolis alatis stipulis semisagittatis li nearibus angustissimis petiolo vald brevioribus pedunculis 1-bifloris elon gatis leguminibus cultriformibus com pressis glabris reticulato-venosis.*

Ic. Buxb. cent. 3. t. 42. f. 1. Ri vin. tetrap. irr. t. 44. Caulis usqu bipedalis. Fl. vere exeunte. Inter se getes *Liguriae* et agri *nic.*

bbb. *Floribus purpureis vexillo biau riculato, seminibus ovali-subangu latis compressiusculis, tomentosis maculosis, foliis 2-3 jugis.*

11. AURICULATUS. Bertol. rar. ita plant. dec. 2. 38. L. *Glaberrimus cau libus decumbentibus petiolisque alat inferioribus aphyllis foliolis linear lanceolatis stipulis semilunatis inte gris pedunculis paucifloris vexillo ex quisite biauriculato leguminibus gla bris torulosis dorso carinatis ret culato-venosis seminibus maculatis.*

L. alatus. Sibt. fl. gr. t. 697. T nor. neap. 5. t. 175. f. 1. L. purpu reus. Desf. an. du mus. 12. 56. t. L. spurius W. enum. 2. 760. L. Cl menum. Ab Ucria hor. panorm. 30 L. articulatus. Seb. et Mauri ror 242. Cand. prodr. 2. 375. 6. L. t nuifolius. Desf. atl. 2. 160. Caul ancipites vel tetragoni usque trip dales ut plurimum caespitosi. Stigm dilatatum lateribus pubescens api subulato-inflexo. Fl. vere exeunte. In *L guria* praesertim *orientali.*

bbbb. *Floribus purpureis, foliis un jugis, seminibus laevibus, pedu culis subbifloris folio breviorbu*

12. TINGITANUS. L. *Glaber caule pr*

*...trato anguste bialato cirrhis scandente foliis unijugis foliolis oblongis stipulis semisagittatis pedunculis folio brevioribus leguminibus cultriformibus suturis depressis, seminibus laevibus maiusculis compresso-tumidis.*

Ic. Moris. s. 2. t. 3. f. 1. mala. aeq. hor. vind. 1. t. 46. Bot. regis. 1588. Curt. bot. magaz. t. 100. Schk. hand. t. 201. Caulis usque quadripedalis. Foliola subtus glauca. Flores maiusculi inodori remoti. Cor. magna purpurea. Vexillum amplum emarginatum. Alae obovatae vexillo breviores carina incurva maiores. Fl. verc. in collibus et arvis macilentis circa Nicaeam.

aaa. *Pedunculis multifloris, radice perenni.*

b. *Radice repente fibrosa.*

c. *Corolla rosea.*

. *Foliis omnibus unijugis caule petiolisque alatis.*

13. sylvestris. L. *Glaucus glaber caule decumbente foliis subcoriaceis lanceolatis nervosis acuminatis stipulis semisagittatis linearibus integerrimis pedunculis folio longioribus floribus racemosis leguminibus compressis glabris seminibus rugulosis subglobosis.*

L. latifolius. L. sp. 1033. est var. *foliis latioribus.* Engl. bot. t. 1108. ...vens. bot. t. 254. Mill. ill. t. 62. ...art. fl. rust. t. 8. Garid. prov. t. ...98. Matth. com. 650. Camer. epit. ...12. Bah. hist. 2. 303. f. 2. Chabr. ...ciagr. 145. f. 2. Dalech. lugd. 470. 2. Var. etiam *foliis linearibus.* Fl. ...an. t. 325. — L. membranaceus. Presl. ...el prag. 40. L. ensifolius Reich. ex...urs. 2. 335. Lat. intermedius. Wallr. ...hed. cr. 586. Ic. Dalech. lugd. 470. 1. Fuchs hist. 372. Trag. hist. 613. ...lus. hist. 2. 229. f. 2. Lob. ic. 2. t. ...6. f. 2. Valer. Cord. hist. 100. f. 2. ...oris. s. 2. t. 2. f. 4. Sabbat. hor. ...om. 7. t. 20. Rivin. tetrap. irreg. t. ...9. et 40. Engl. bot. t. 805. Curt. ...ond. 6. t. 52. ed. Grav. 1. t. 100. Flor. dan. t. 325. f. fig. inter. et t. 785. Labram. fasc. 3. Dodon. 523. f. 2. Dietr. flor. borus. t. 568. L. platiphyllus Retz. Fl. dan. t 755. L. grandiflorus Lang. Caulis inferne anceps superne tetragonus per cirrhos scandens usque orgyalis inferne ramosus. Flores maiusculi speciosi. Calycis laciniae setaceae. Cor. primum pallide roseo-virens, demum pulchre rosea. Stylus lateribus pubescens stigmate obtuso. Fl. vere exeunte, serius in umbrosis, et montanis, passim in oris sylvarum, sepibus et dumetis.

dd. *Foliis imis unijugis, superioribus bijugis petiolis inter pinnas apteris, caule bialato.*

13. heterophyllus. L. *Caule decumbente alato foliis inferioribus unijugis superioribus bijugis petiolis inter pinnas apteris foliolis lato-lanceolatis obtusiusculis stipulis semisagittatis.*

Ic. Bah. hist. 2. 304. f. 1. Chabr. sciagr. 145. f. 3. Dietr. flor. bor. t. 794. Flores luteoli. Ceterum similis sylvestri. In umbrosis di *Lucerame*: in pratis lapidosis inter *Thermignon* et *Entre les eaux.*

cc. *Corolla aurea: caule petiolisque apteris.*

14. pratensis. L. *Caule decumbente ancipiti cirrhis diphyllis compositis foliolis lanceolatis acuminatis nervosis stipulis grandibus semisagittatis lanceolatis nervosis pedunculis folio longioribus leguminibus torulosis oblique reticulato-venosis seminibus laevibus subcompressis ovalibus pallide ferrugineis.*

L. sepium. Scop. carn. 2. 64. L. Hallersteinii Baugm. fl. trans. 2. 531. L. pratensis bs grandi-stipulatus. Roch. pl. v. ban. t. 16. f. 33. Ic. Bah. hist. 2. 304. Chabr. sciagr. 145. f. 3. Rivin. tetrap. irreg. t. 543. Tabern. ic. 505. f. 1. Lob. ic. 2. t. 69. f. 2. Dalech. lugd. 471. f. 2. Moris s. 2. t. 2. f. 2. Engl. bot. t. 670. Curt. lond. 3. t. 44. ed. Grav. 2. t. 96. Mart. fl. rust. t. 32. Fl. dan. t. 527. Ger. em. 1231.

Svens. bot. t. 49. Schkran. flor. mon. 2. t. 115. Dietr. flor. borus. t. 569. Schubert. naturges. t. 58. f. 5. Caulis superne tetragonus ramosus usque tripedalis cirrhis scandens. Dentes calycis lanceolato-subulati. stylus superne longo tractu undique pubescens stigmate apice incurvo. Cor. maiuscula speciosa vexillo purpureo-striato. Herba pilosula obscure virens. Fl. vere exeunte. Vulgaris in pratis pinguibus.

ccc. *Corolla coerulescente. foliis 2-5 jugis caulibus ancipitibus vix bialatis.*

16. PALUSTRIS. L. *Glaber obscure virens caule prostrato superne subalato cirrhis brevibus 3-6 phyllis tripidis foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis nervosis stipulis semisagittatis angustis nervosis petiolum angulatum subaequantibus leguminibus compressis lineari-oblongis reticulato-venosis seminibusque subglobosis glabris.*

Orobus. Reich. exc. 2. 537. Ic. Tabern. ic. 500. f. 2. Pluken. t. 71. f. 2. Rup. jen. tab. 1. Tournef. inst. t. 218. Engl. bot. t. 169. Fl. dan. t. 599. Dietr. flor. borus. t. 604. Caulis debilis usque tripedalis simpliciusculus apice ramosus. stylus a medio ad apicem undique barbatus. Fl. vere exeunte. In humentibus et palustribus, etiam circa *Taurinum* secus *Duriam*, secus viam inter *Planiciam* et *Alpinianum*. Stirps rara.

bb. *Radice repente tuberosa : corollis roseis, caulibus apteris.*

17. TUBEROSUS. L. *Glaber laete virens tuberibus radicis pyriformibus sparis caule prostrato ancipiti cirrhis diphyllis foliolis oblongis mucronatis nervosis pedunculis paucifloris folio valde longioribus stipulis semisagittatis lanceolatis petiolis cauleque apteris leguminibus subfalcatis reticulato-venosis glabris seminibus nigris laevibus ovoideo subglobosis majusculis.*

Ic. Matth. com. 792. f. 1. Dalech. lugd. 496. f. Tab. ic. 505. f. 2. Bauh. hist. 2. 324. f. 1. Trag. hist. 631. Fuchs. hist. 131. Camer. epit. 981. Lob. ic. 2. t. 70. f. 2. Dodon. pempt. 550. f. 1. Moris. s. 2. t. 2. f. 1. Column. ecphr. 301. Rivin. tetrap. irreg. t. 42. Svens. bot. t. 582. Curt. bot. magaz. t. 111. Chabr. sciagr. 149. f. 5. Flor. dan. t. 1465. Trattin. arch. 267. Schubert naturges s. t. 38. f. 6. Caulis usque quadripedalis ramosus. Fl. vere et aest. In arvis macilentis.

### 189. VICIA.

a. *Floribus subsessilibus.*

b. *Solitariis.*

c. *Roseis.*

d. *Seminibus granulato-scabris.*

1. LATHYROIDES. L. *Pubescens caule prostrato abbreviato foliolis inferioribus obcordatis cirrho destitutis superioribus oblongo-linearibus retusis 2-3 jugis stipulis immaculatis semihastatis subdentatis dentibus calycis subulatis rectis subaequalibus leguminibus erectiusculis linearibus glabris seminibus cuboideo-globosis muricatis stylis sub stigmate antice albo barbatis.*

Ervum soloniense. L. sp. 1040. Lam. ill. t. 634. f. 2. Herm. parad. batav. t. 107. Rivin. tetrap. irreg. t. 55. Sturm. deut. flor. heft. 31. t. 12. Engl. bot. t. 30. Fl. dan. t. 58. David. Dietrich. deut. fl. 2. t. 98. mala. Flores enim nimis grandes et folia superior. 5 juga. foliola oblonga, et planta pingitur glabra. Roem. fl. eur. fas. 5. t. 6. Jacq. misc. 2. t. 18. Dietr. flor. bor. t. 813. Annua. Caules caespitosi inferne ramosi vix spithamei. Flores minimi folia ima 1-2 juga superior. 3-4 juga. Fl. vere. In agro taur. et nov. locis apricis et collinis, etiam secus aquaeductus, et pratis oryzarum. Ego legi circa *Bugellam* urbem in collibus prope *S. Giuseppe*.

dd. *Seminibus laevibus.*

e. *Foliolis superioribus lanceolatis.*

2. ANGUSTIFOLIA. Roth. tent. fl. germ. 1. 310. V. *Caule prostrato foliis 2-6 jugis foliolis inferiorum obcordatis superiorum lanceolatis acutis omnibus mucronatis stipulis semihastatis integris dentatisque calycis laciniis lanceolato-subulatis leguminibus cultriformibus angustis linearibus glabris seminibus parvis subglobosis laevibus maculatis stylo subapice antice barbato.*

V. sativa b. Lin. sp. 1037. Engl. bot. t. 334. V. segetalis Tuill. par. ed. 2. 367. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 2. Var. *foliis superioribus linearibus acutis.* All. ped. t. 59. f. 2. V. Bobartii Forst. in trans. lin. soc. 16. 2. par. 442. Engl. bot. t. 2768. V. lathyroides. All. l. c. Ic. Rivin. tetrap. irreg. t. 55. Sturm. deut. fl. hef. 51. Schk. hand. t. 201. Dietr. flor. borus. t. 814. Caulis pedalis et ultra angulatus basi ramosus. Folia apice cirrhosa. Flores aliquando gemini. Ideo mihi videtur var. V. sativae. Fl. vere exeunte. Vulgatissima inter segetes in pascuis, et arvis praesertim collium.

ee. *Foliolis superioribus truncato-retusis.*

3. PEREGRINA. V. *Caule procumbente angulato foliis 4-7jugis foliolis linearibus retusis mucronulatis stipulis semihastatis bipartitis vel subintegris leguminibus glabris vel puberulis pendulis late cultriformibus calycis laciniis lanceolatis acuminatis subaequalibus superioribus 4 sursum curvatis seminibus maiusculis subglobosis maculatis stylis sub stigmate antice dense barbatis.*

V. megalosperma. M. Bieb. Ic. Pluken. phyt. t. 233. f. 6. Sturm. deut. fl. hef. 32. Caulis usque tripedalis. flores cernui. Fl. vere. Inter segetes *Liguriae* et agri *nic.*

cc. *Floribus luteis.*

d. *Corollis glabris.*

4. LUTEA. V. *Subpilosa caule cirrhis scandente foliis inferioribus subtrijugis foliolis obovatis emarginatis superior. foliolis 6-jugis lanceolatis stipulis semihastatis maculatis bipartitis leguminibus reflexis pilosis cultriformibus pilis tuberculo insidentibus seminibus grandiusculis subglobosis subvelutinis calycis laciniis lanceolatis acuminatis inaequalibus, duobus superioribus dimidio brevioribus conniventibus infimo tubo suo longiore corollis glabris stylis sub stigmate dense barbatis.*

Ic. Sturm. deut. fl. hef. 31. t. 13. Engl. bot. t. 481. Hock lond. t. 74. Curt. lond. ed. Grav. 4. t. 81. Caulis usque quadripedalis et ultra. foliola ciliata. Semina gilvo-fusca. Fl. iunio. passim inter segetes.

dd. *Vexillo extus villoso.*

5. HYBRIDA. V. *Caule cirrhis scandente subpiloso foliis inferioribus subtrijugis superioribus suboctojugis foliolis omnibus obovatis retusis stipulis immaculatis semihastatis simplicibusque vexillo extus villoso leguminibus reflexis pilosis quinque spermis seminibus maiusculis subglobosis scabris ferrugineis maculatis calycis laciniis subulatis inaequalibus porrectis duabus supremis brevioribus stylis sub stigmate antice dense barbatis.*

Ic. Bah. hist. 2. 314. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 3. Engl. bot. t. 482. Jacq. hor. vind. 2. t. 146. Gaertn. carp. t. 151. Lam. ill. t. 634. Caulis usque bipedalis. Vexillum antice rubro-striatum. Fl. vere. In *Liguria*, circa *Genuam* et *Sarzanam*, et in agris macilentis passim.

bb. *Geminis.*

c. *Leguminibus laeviusculis. floribus rubris.*

6. SATIVA. V. *Caule cirrhis scandente foliis 5-7 jugis foliolis obovatis vel oblongis retusis mucronatis pubescentibus stipulis dentatis maculatis dentibus calycis lanceolato-subulatis*

*tubum suum subaequantibus porrectis leguminibus oblongis erectis puberulis reticulato-venosis seminibus subrotundis laevibus stylis apice antice dense barbatis.*

V. cordifolia. Wulf. ex Hopp. apud Sturm. deut. fl. hef. 32. V. obcordata Reich. excurs. 2. 530. Ic. Ger. em. 1227. Bah. hist. 2. 310. f. 2. et 312. f. 14. Trag. hist. 624. Dalech. lugd. 478. f. 2. Camer. epit. 320. Brunsf. herb. 3. 218. Fuchs. hist. 172. Dodon. pempt. 531. f. 1. et. 542. f. 2. Moris s. 2. t. 4. f. 12. Rivin. tetrap. irreg. t. 54. Fl. dan. t. 522. Svens. bot. t. 230. Sturm. deut. fl. hef. 31. 32. Chabr. sciagr. 146. f. 6. Gaertn. carp. t. 151. Lam. ill. t. 634. Engl. bot. t. 334. Schkr. flor. monac. t. 264. Caulis usque quadripedalis. Semina vel nigra vel variegata sunt. Fl. vere exeunte. Ubique inter segetes.

cc. *Leguminibus hirsutissimis floribus albidis.*

7. HIRTA. Balb. mis. alt. ap. Pers. ench. 2. 306. V. *Hirsuta pilis rigidis caule crassiusculo erecto foliis inferioribus subtrijugis superioribus 8-12 jugis foliolis ciliatis oblongis vel lanceolatis acutis approximatis mucronulatis stipulis semisagittatis maculatis corollis glabris leguminibus hirsutissimis reflexis cultriformibus linearibus seminibus subglobosis maiusculis subvelutinis sanguineis stylis a medio ad apicem lateribus barbellatis sub stigmate dense barbatis.*

V. hirsutissima. Tenor. neap. s. 119. — Var. *corollis rubidis*. V. hirta b. Guss. fl. sic. prodr. 2. 425. Caulis angulatus pedalis et ultra. In arvis, et inter segetes agri *nic.* et *Liguriae* Var. habeo Vic. luteae.

bbb. *Aggregatis.*

c. *Radice perenni.*

8. SEPIUM. V. *Caule cirrhis scandente foliis imis bi-trijugis foliolis subrotundis emarginatis superioribus subseptemjugis foliolis ovalibus obtusis mucronulatis summis minoribus stipulis maculatis leguminibus lineari-oblongis subdecaspermiis glabris subreflexis incurvo - cuspidatis dentibus calycis subulatis superioribus duobus conniventibus seminibus subglobosis laevibus ferrugineis stylis sub stigmate antice dense barbatis.*

Ic. Matth. com. 590. f. 1. Dalech. lugd. 478. f. 1. Tabernam. ic. 506. f. 2. Bah. hist. 2. 413. f. 2. Fuchs. hist. 10. Trag. hist. 624. Rivin. tetrap. irreg. t. 56. Sturm. deut. fl. hef. 31. Engl. bot. t. 1515. Svens. bot. t. 326. Fl. dan. t. 699. Chabr. sciagr. 147. f. 2. Schkran. flor. monac. t. 162. Schubert. naturges t. 37. f. 9. Caulis angulatus usque quadripedalis foliola ciliata. Vexillum glabrum. Flores raro ochroleuci. Fl. vere, et aest. In sepibus et dumetis.

cc. *Annua.*

d. *Foliis cirrhosis.*

e. *Corolla ochroleuca. foliis octojugis.*

9. PANNONICA. Jacq. a. 123. t. 34. Sturm. deut. fl. hef. 31. V. *Pilosa caule ascendente foliis suboctoiugis foliolis oblongis obtusis mucronatis stipulis maculatis semihastatis integris laciniis calycis lineari-setaceis tubum suum subaequantibus leguminibus reflexis oblongis cultriformibus vexillisque pilosis stylis sub stigmate dense barbatis seminibus scabridis compresso-subrotundis.*

V. striata. M. Bieb. taur. 2. 162. V. purpurascens Cand. cat. hor. monsp. 155. Balb. el. rar. stirp. in mem. di Tor. 23. 110. V. uncinata. Reich. exc. 2. 530. Ic. Clus. hist. 2. 225. Sturm. deut. flor. 8. 31. Caulis pedalis, et ultra. Cor. albida, vexillo fusco-striato, aliquando rubida Fl. vere. Habitat...

ee. *Cor. purpurea: foliolis trijugis.*

10. NARBONENSIS. V. *Caule erecto tetragono foliis subtrijugis foliolis ovatis integris vel serratis obtusis stipulis dentato-fimbriatis vexillo glabro dentibus calycis ovato-lanceolatis superioribus dimidio brevioribus stylis*

*ancipitibus sub stigmate antice dense barbatis inferne pubescentibus leguminibus cultriformibus compressis margine muricato-ciliatis oblique reticulato-venosis pilis basi bulbosis seminibus grandiusculis subrotundis laevibus demum nigris.*

V. serratifolia. Jacq. a. 5. 30. append. t. 8. Sturm. deut. fl. hef. 32. Ic. Matth. 324. f. 2. Dodon. pempt. 516. Rivin. tetrap. irreg. t. 57. Moris. s. 2. t. 4. f. 3. Bah. hist. 2. 286 ? Schk. hand. t. 201. fruct. Caulis crassiusculus striatus fistulosus quadrifariam pilosus. folia cirrhosa. Corollae atro-purpureae. Fl. vere. In sepibus, et dumetis agri *nic.* et *Liguriae.* In collibus agri *taur. segus. cuneens.* etc.

dd. *Foliis anelicibus.*

11. Faba. V. *Caule erecto angulato foliis aristatis superioribus bi-trijugis foliolis ovali-oblongis suboppositis crassis venosis convolutis stipulis semisagittatis dentatis vexillo glabro dentibus calycis inaequalibus lanceolatis duobus superioribus brevioribus conniventibus leguminibus erectis subteretibus coriaceis puberulis demum nigris seminibus laevibus oblongis obtusis hilum in angustiore latere gerentibus stylis sub apice inferne barbatis.*

Faba vulgaris. Moench. meth. 150. Ic. Matth. com. 424. f. 1. Dalech. lugd. 551. f. 1. Dodon pempt. 513. f. 1. Camer. epit. 206. Brunsf. herb. 3. 211. Fuchs hist. 589. Lob. ic. 2. t. 57. f. 2. Trag. hist. 618. Tabernam. ic. 493. f. 1. Bah. hist. 2. 278. f. 3. Ludw. ect. t. 159. Blackw. t. 29. Sturm. deut. fl. hef. 32. t. 8. Hayne. 11. t. 48. Rivin tetrap. irreg. t. 23. Schubert. naturg. t. 37. f. 8. Caulis usque pedalis. flores albi alis nigro-maculatis. Semina ut plurimum alba. aliquando etiam nigra. fl. majo, junio. Patria eius *Persia* et ora maris *Caspii,* et forte *Aegyptus.* Culta ubique.

aa. *Floribus longius pedunculatis.*

b. *Pedunculis unifloris.*

c. *Foliis bijugis foliolis lanceolatis leguminibus compressis hirsutis stigmate bilabiato undique piloso.*

12. bithynica. V. *Caule prostrato ancipiti cirrhis scandente foliis inferioribus unijugis foliolis ovatis superioribus bijugis foliolis oblongo-lanceolatis stipulis latis semisagittatis dentatis vexillo glabro dentibus calycis lanceolato-subulatis subaequalibus porrectis tubum suum aequantibus, leguminibus cultriformibus subpilosis reticulato-venosis suturis hirsutis seminibus subrotundis lenticularibus maiusculis ambitu cinereo-pubescentibus medio laevibus.*

Lathyrus bithynicus Lam. enc. 2. 706. L. turgidus id. l. c. L. tumidus. W. sp. 3. 1082. Ic. Buxbaum. cent. 3. t. 45. f. 2. All. ped. t. 26. f. 2. Jacq. hor. vind. 2. t. 147. Engl. bot. t. 1842. Sturm. deut. fl. hef. 52. Herba annua. Caulis inferne ramosus usque bipedalis. Cor rubro-coerulea alis carinaque basi albidis. fl. vere. Inter segetes agri *nic.* et *Liguriae.*

cc. *Foliis octojugis foliolis cuneato-oblongis truncatis leguminibus torulosis glabris stigmate parvo capitellato obtuso stylo superne brevi pilosulo.*

13. articulata. W. enum. 2. 764. V. *Glabra caulibus caespitosis simplicibus prostratis cirrhis scandentibus foliis suboctojugis foliolis lineari vel cuneato-oblongis truncatis vel subretusis mucronatis stipulis inaequalibus biformibus altera lineari-lanceolata integra sessili altera semilunari angustissime flabellato-fimbriata petiolata laciniis calycis linearibus aequalibus tubo longioribus leguminibus ovalibus compressis glabris transverse reticulato venosis 3-4spermis torulosis seminibus maiusculis subcompressis lentiformibus laevibus.*

Ervum monanthos. L. sp. 1040. Sturm. deut. fl. heft. 52. Lathyrus

W. enum. 760. et sp. 3. 1083. Vicia multifida. Wallr. fl. hal. sup. 5. Caulis pedalis et ultra. Pedunculi aliquando biflori. Flores parvi nutantes pallide coerulei carina apice fusco-coeruleo. Fl. vere. Annua. Inter segetes agri *nic.*

bb. *Pedunculis 2-4 floris.*

14. DISPERMA. Cand. cat. hor. monsp. 154. V. *Subpilosa caule prostrato tetragono cirrhis scandente foliis suboctoiugis foliolis oblongo-lanceolatis obtusis mucronatis stipulis semisagittatis integerrimis pedunculis aristatis folio brevioribus floribus minimis laciniis calycis subaequalibus stylis apice undique villosis leguminibus oblongis dispermis glabris sutura superiore pilosis seminibus subglobosis sub compressis atris laevibus.*

V. parviflora. Loisl. gall. 460. Ervum parviflorum. Bertol. am. 58. Moris. sard. 1. t. 71. Annua. Caulis angulatus inferne ramosus usque pedalis. flores secundi nutantes laxi Cor coerulae. fl. vere. in *Liguria.*

bbb. *Pedunculis multifloris.*

c. *Folio brevioribus.*

d. *Radice perenni repente leguminibus rhombaeis seminibus subglobosis caule erecto.*

15. CASSUBICA. V. *Pilosa caule erecto angulato flexuoso foliolis numerosis elliptico-oblongis lanceolatisve parallele venosis firmis stipulis angustis integerrimis inferioribus semihastatis superioribus exauriculatis cirrhis brevissimis superioribus trifidis convolutis racemis confertis secundis folio subbrevioribus dentibus calycis inaequalibus tubo brevioribus leguminibus coriaceis rhombaeis subdispermis glabris stylis superne undique pubescentibus seminibus maiusculis laevibus subglobosis atris.*

Var. *cirrhis nullis vel subfoliaceis* est. V. Orobus Cand. fr. 5. 577. Orobus sylvaticus eiusd. fr. 4. 586. - *foliolis glabris* est V. multiflora. Poll. palat. V. militaris Crant. aust. 2. t. 1. f. 2. V. Gerardi Jacq. a. 5. 16. t. 229. V. tenuifolia. Seb. et Maur. rom. 244. excl. syn. Ic. Fl. dan. t. 1395. et t. 98. Sturm. deut fl. hef. 51. t. 4. Dietrich. flor. bor. t. 644. Caulis valde foliosus usque quadripedalis firmus. fl. purpurei. Fl. aest. In montibus ultra *Tendam*: in pratis subalpinis *Garrexii* dictis *i pra di fior*: circa *Alagna*, inter *Rima* et *Rimella* in agro *nov.* etc.

dd. *Radice annua: leguminibus cultriformibus compressiusculis scabridis caule prostrato.*

16. ATROPURPUREA. Desf. atl. 2. 164. V. *Villosa caule prostrato angulato inferne ramoso foliis suboctoiugis cirrhis simpliciusculis foliolis oblongolanceolatis mucronatis stipulis semisagittatis lanceolatis basi saepe pedunculis folia subaequantibus floribus secundis dentibus calycis filiformi-setaceis plumosis tubo longioribus stylis elongatis subclavatis apice undique barbatis leguminibus late cultriformibus rufo-hirsutissimis 2-4 spermis pendulis seminibus globosis nigris subvelutinis scabridis maiusculis.*

Ic. Vent. cels. t. 84. Bot. regist. t. 871. Caulis pedalis et ultra. Corolla apice atro-purpurea basi albida carina utrinque macula obscure rubra. Fl. vere exeunte circa *Genuam* in herbidis ad aquaeductum del *Zerbino.*

ee. *Folia aequantibus vel superantibus.*

d. *Radice annua: seminibus compressis, corollis coeruleis.*

17. DASYCARPA. Tenor. neap. 3. 116. t. 244. V. *Caule prostrato obsolete piloso foliis sub 10-iugis foliolis remotis oblongis vel linearibus, cirrhis superioribus ramosis stipulis linearibus ciliatis inferioribus semihastatis racemis folio sublongioribus dentibus calycis tubo brevioribus medio inferiore longiore leguminibus late cultriformibus glabris 2-8 spermis seminibus maiusculis compresso-subrotundis sanguineis.*

V. Graeca. Re fl. tor. 2. 15. V. villosa, b. glabrescens, Koch. syn. ed. 2. 214. V. varia. Host. a. 2. 332. Caulis bipedalis et ultra cirrhis scandens. Cor. raro albae ut plurimum superne rubro-coerulae vel totae rubrae. Alae basi auriculatae, carina apice utrinque macula sanguinea notata, Fl. vere exeunte. In agro *taur.* in *Liguria orientali* inter segetes.

dd. *Radice perenni fibrosa.*

e. *Cor. albida vel rosea.*

18. DUMETORUM. V. *pilosiuscula caule cirrhis alte scandente foliis sub-5-iugis foliolis ciliatis alternis ovatis mucronatis reticulato-venosis stipularum semilunatarum dentibus inaequalibus acuminato-setaceis floribus laxe racemosis racemis folio longioribus stylis rectangule inflexis superne undique pilosis postice longius barbatis stigmatibus villosis dentibus calycis glabri triangularibus acutis medio virentibus margine scariosis duobus superioribus brevioribus, leguminibus cultriformibus longe recteque rostratis glabris reticulato-venosis 6-8spermiis seminibus maiusculis subglobosis laevibus fuscis.*

Ic. Bah. hist. 2. 316. Rivin. tetrap. irreg. t. 50. Sturm. deut. fl. hef. 51. t. 2. Chabr. sciagr. 148. f. 1. Spreng. hal. t. 7. Flor. dan. t. 1464. Caulis etiam orgyalis angulatus aliquando subalatus ramosus. Stipulae inciso dentatae. Cor rubro-coeruleae raro albidae. Pedunculi imi aliquando uniflori apice aristati. In sepibus dumetis et oris sylvarum praesertim montium.

ee. *Cor. ochroleuca.*

19. PISIFORMIS. V. *Glaberrima foliis sub 5 iugis foliolis late ovatis obtusis venosis imis grandioribus basilaribus stipulas breves semisagittatas dentatas occultantibus racemis folium subaequantibus floribus confertis stylis apice undique antice densius pilosis leguminibus linearibus incurve rostellatis 2-6spermis ad semina torulosis seminibus maiusculis subglobosis laevibus fuscis.*

Ervum pisiforme. Peterm. fl. lips. 552. Ic. Clus. hist. 2. 229. Rivin. tetrap. irreg. t. 51. Jacq. a. t. 564. Svens. bot. t. 608. Sturm. deut. fl. hef. 51. t. 1. Gaertn. fruct. 2. t. 151. f. 1. Lam. ill. t. 634. Dietrich. flor. borus. t. 517. Caulis cirrhis scandens erectus angulatus flexuosus ramosus usque quadripedalis. Foliola ima subcordata grandia. Stipulae hamatae hamo ciliato longiusculo. Flores parvi numerosi imbricati. Fl. vere et aest. In sylvis praesertim collium *taur. segus. etc.*

eee. *Corolla obscure rubra.*

20. ONOBRYCHIOIDES. V. *Glabriuscula caule erecto foliis sub 10 iugis foliolis linearibus obtusis retusisque mucronatis nervosis subtus pubescentibus stipulis lanceolatis dentatis vel laciniatis inferioribus semihastatis cirrhis brevibus racemis grandifloris laxis folio longioribus leguminibus cultriformibus basi angustatis glabris reticulato-venosis seminibus maiusculis subrotundo-angulatis laevibus sanguineis.*

Ic. All. ped. t. 42. f. 1. Sturm. deut. fl. hef. 51. t. 8. Botan. mag. t. 2206. Caulis angulatus striatus flexuosus puberulus inferne ramosus pedalis et ultra. Cor. maiusculae obscurae rubrae demum coerulescentes. Fl. vere exeunte. In pratis montanis *Liguriae*: in valle *ulciensi* : in alpinis di *Tenda*, et del *Riffredo* : montis Genevae agri *segus. etc.*

ddd. *Radice perenni repente.*

e. *Corollis albidis, vexillo coeruleo-striato.*

21. SYLVATICA. V. *Glabriuscula caule cirrhis alte scandente foliis 10-20-iugis foliolis ovalibus mucronulatis venosis stipulis semilunatis profunde inaequaliter lacinulato-setaceis racemis laxifloris folio longioribus vexillo coeruleo-striato stylis a medio ad apicem undique barbatis leguminibus linearioblongis teretiusculis glabris oligospermis recte breviterque rostellatis seminibus maiusculis subglobosis laevibus fuscis.*

Ic. Pluken. phyt. t. 71. f. 1. Hall. hist. t. 12. f. 2. Engl. bot. t. 79. Fl. dan. t. 277. Svens. bot. t. 136. Sturm. deut. fl. hef. 31. t. 3. Labram. fas. 66. Baxter. bot. brit. t. 173. Dietrich. flor. borus. t. 643. Caulis usque orgyalis angulatus. Cor. albidae pallide coerulescentes. Fl. aest. In sylvis, et dumetis montanis passim.

αα. *Cor. coeruleis.*

ƒ. *Caule prostrato.*

22. Cracca. V. *Puberula caule prostrato foliis sub 10-iugis foliolis oblongis lanceolatisve acutis mucronatis venosis appresse puberulis stipulis linearibus inferioribus semihastatis racemis confertis folio longioribus dentibus superioribus calycis obsoletis inferioribus linearibus tubo brevioribus lamina vexilli longitudine unguis stylis superne undique barbatis leguminibus lineari-oblongis pendulis glaberrimis reticulato-venosis 2-6 spermis coriaceis seminibus maiusculis subglobosis nigris.*

Ic. Tabernam. ic. 306. f. 1. Moris. s. 2. t. 4. f. 1. Rivin. tetrap. irreg. t. 49. Flor. dan. t. 804. Sturm. deut. fl. hef. 31. t. 6. Svens. bot. t. 166. Curt. lond. 3. t. 54. Ed. Grav. 1. t. 101. Mart. fl. rus. t. 107. Engl. bot. t. 1168. Schrank flor. mon. t. 201. Dietrich. flor. borus. t. 646. Cosson. atlas. t. 11. Caulis cirrhis scandens angulatus usque tripedalis. Stipulae ciliatae. Cor. lilacinae. Carina apice utrinque purpureo maculata. Fl. vere et aest. Vulgaris inter segetes apud nos. Rustici nostri dicunt *Bizzarrin*. Semina edulia quidem sunt et ut illa V. sativae, et V. luteae Columbis gratissima fruges tamen deteriores faciunt, et ventriculo gravia sunt.

ƒƒ. *Caule erecto.*

23. Gerardi. All. ped. 1. 323. excl. syn. Jacq. V. *Villosa vel glabrius ula caule erecto angulato cirrhis scandente foliis subsessilibus 10-16-iugis foliolis approximatis oblongis lanceolatis vel linearibus mucronatis stipulis linearibus semihastatis racemis folium subexceden tibus floribus secundis parvis lamina vexilli unguem aequante stylis a medio undique barbatis leguminibus cultriformibus acuminatis incurve rostellatis glabris reticulato-venosis 3-6spermis valvis demum convolutis seminibus maiusculis laevibus oblongis vel compresso-subrotundis nigris.*

Var. *foliis linearibus* V. tenuifolia. Tenor. neap. 5. 113. V. villosa eiusd. V. villosa Poll. ver. 2. 490. V. Candolleana Tenor. l. c. 5. 111. V. australis. V. stabiana eiusd. Ic. Ger. gall. provinc. t. 19. Mihi videtur var. V. Craccae: huius enim apud nos valvae leguminum demum convolvuntur et exemplaria occurrunt passim apud nos characteribus intermediis. Fl. vere et aest. In montanis *Liguriae.*

## 590. TRIGONELLA

Herbae annuae siccando foetidae foliis ternatis foliolis obovato-cuneatis superne denticulatis impari longius petiolato stipulis petiolo adnatis floribus albis vel luteis.

a. *Floribus solitariis subsessilibus albis leguminibus pugioniformibus subfalcatis arcu descendente.*

b. *Leguminibus glabris sub-20-spermis caule erecto.*

1. Foenum graecum. Tr. *Erecta glabra foliolis truncatis oblongis apice serrulatis leguminibus sessilibus solitariis strictis elongatis laevibus compressis longissime rostratis longitudinaliter laxe reticulato-venosis.*

Buceras. All. ped. 1. 313. Ic. Matth. com. 320. Camer. epit. 199. Trag. hist. 597. Valer. Cord. hist. 100. Lob. ic. 2. t. 44. f. 2. Dalech. lugd. 480. f. 2. Bah. hist. 2. 365. f. 2. Moris. s. 2. t. 17. f. 1. Rivin. tetrap. irreg. t. 81. Fuchs hist. 798. Sibt. fl. gr. t. 766. Gaertn. fruct. t. 152 f. 3. Schk. hand. t. 211. Sturm. deut. fl. heft 45. Chabr. sciagr. 167. f. 3. Hayne arz. 5. t. 41. Fl. med. t. 164. Esenb. 324. Woodw. med. t. 154. Lam. ill. t. 611. Wagner

200. Caulis simpliciusculus vix dodrantalis pilosus pilis patulis. Cor. demum flavescunt. Semina maiuscula oblonga compressa granulata luteovirentia. Fl. vere exeunte. Circa *Genuam* in herbidis secus aquaeductum del *Zerbino*: in agro *nic. cuneens.*

Semina eius multa mucilagine obducta leniendi virtutem habent. Aromate tamen pollent gravi non ingrato. Venerem languentem suscitare videtur indeque conceptioni favere. Vidi enim bubulcos qui in placenta panis semina condebant et pane sub cinere fervente calefacto vaccis sterilibus porrigebant; quae inde statim maritum quaererent ac conciperent. Cum itaque languet venus conceptio adiuvatur ope seminum Foeni graeci. Experimenta idcirco probe instituenda. Medicis praesertim homiopathicis commendo.

bb. *Leguminibus hirsutis sub-10-spermis caulibus prostratis.*

2. GLADIATA. Sternb. cat. hor. gorens. 1808. 112. Tr. *Hirsuta caulibus decumbentibus ramosis foliolis obovatis longe cuneatis superne serrulatis leguminibus abbreviatis rostro subulato aequalibus longitudinaliter crebre reticulato-venosis.*

Tr. prostrata Cand. fr. 5. 571. Moris. sard. 1. t. 54. opt. Tr. Foenum graecum b. Lin. sp. 1095. Tr. tuberculata. Presl. del. prag. 46. Ic. Dalech. lugd. 451. f. 2. Bah. hist. 2. 365. f. 1. Caules caespitosi prostrati. Legumina in axilla aliquando bina: semina parva pauca (raro ultra 6.) ovato-subreniformia pallide ferruginea punctato-rugosa. Fl. vere. In lapidosis aridis agri *nic.* (Birol. apud Colla herb. pedem. 2. 105.)

aa. *Floribus umbellatis flavis, umbellis subsessilibus leguminibus declinatis arcuatis caulibus prostratis.*

b. *Leguminibus arcuatis divaricatis brevibus.*

3. MONSPELIACA. Tr. *Prostrata pubescens caulibus caespitosis foliolis obverse rhombaeo-cuneatis superne argute denticulatis subtus villosiusculis pedunculis brevissimis apice subproductis leguminibus linearibus abbreviatis arcuatis divaricatis transverse oblique venosis pubescentibus brevissime rostellatis.*

Buceras monspeliacum. All. ped. 1. 313. Ic. Dalech. lugd. 446. f. 1. Bab. hist. 2. 373. f. 1. Chabr. sciagr. 160. f. 6. mala. Moris. s. 2. t. 17. f. 4. Breyn. cent. t. 53. f. 2. Waldst. et Kitaib. hung. t. 142. Sibt. fl. gr. t. 765. Caulis vix spithamei rubidi. Folia longe petiolata. Semina granulata parva oblonga. Fl. vere. In collibus aridis et apricis agri *nic.* et *Liguriae.*

bb. *Leguminibus subrectis erectis longis.*

4. POLYCERATA. Tr. *Erecta vel diffusa glabriuscula foliolis cuneatis serratis stipulis dentatis leguminibus rectiusculis elongatis linearibus erectis transverse oblique reticulato-venosis brevissime rostratis pedunculis muticis.*

Buceras mutica Moench meth. 142. Ic. Lob. ic. 2. t. 45. f. Dodon. pempt. 547. f. 2. Dalech. lugd. 481. f. 2. Schk. hand. t. 211. Caulis tenuis ramosus. Fl. vere. In agro *nic.*

aaa. *Floribus racemosis flavis racemis pedunculatis leguminibus declinatis linearibus glabris arcuatis arcu ascendente.*

5. CORNICULATA. Tr. *Glabra caule fistuloso erecto foliolis serrulatis inferioribus obovatis superioribus cuneato-oblongis stipulis subulatis integris imis dentatis racemis longe pedunculatis pedunculis tetragonis apice productis leguminibus declinatis pendulisve subfalcatis transverse venosis glabris.*

Buceras corniculatum. All. ped. 1. 313. B. grandiflora. Moench. l. c. — Tr. elatior. Sibt. fl. gr. 8. 45. t. 76? est var. *foliolis superioribus angustis lanceolatis leguminibus pendulis linearibus angustis obsolete venosis stipulis subpinnatifidis.*

Ic. Bah. hist. 2. 572. f. 2. Fuchs. hist. 528. Trag. hist. 92. Dodon. pempl. 575. f. 3. Moris. s. 2. t. 16. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 761. Durant. herb. 282. Matth. com. 495. Chabr. sciagr. 159. f. 2. 3. Wight. ic. pl. Ind. or. t. 584. Caulis vix pedalis. Semina laevia demum ferruginea inaequaliter cordata. Fl. vere. In agro nic...

391. MEDICAGO

a. *Leguminibus lunatis.*

b. *Radice perenni.*

c. *Cor. coerulea magna, caulibus erectis.*

1. SATIVA. M. *Subpilosa foliolis cum mucrone emarginalis ap ce argute dentatis inferioribus oblongo-obovatis superioribus lineari-cuneatis racemis multifloris oblongis leguminibus inermibus cochleato-contortis laxe subtricyclis obsolete reticulato-venosis adpresse pubescentibus pedicellis calyce brevioribus defloratis erectis stipulis ovato-lanceolatis subulato-acuminatis inferioribus dentatis seminibus fulvis irregulariter cordatis vel ovato-oblongis.*

M. media. Pers. ench. 2. 356. est var. *versicolor floribus primum ochroleucis demum pallide violaceis.*

Ic. Clus. hist. 1. 242. f. 2. mala. Lob. ic. 2. t. 56. f. 2. Moris. s. 2. t. 16. f. 2. Bah. hist. 2. 385. f. 1. Zannich. ist. t. 124. Sab. hor. rom. 7. t. 41. Dalech. lugd. 502. f. 1. Dodon. pempl. 476. f. 1. Engl. bot. t. 1749. Schk. hand. t. 212. Mart. fl. rust. t. 48. Chabr. sciagr. 165. f. 3. Baxter brit. bot. t. 329. Rousseau bot. t. 47. Lam. ill. t. 612. Flor. dan. t. 2214. Schkran. flor. mon. t. 215. Schubert naturges t. 39. f. 7. Caules caespitosi ramosi virentes usque tripedales. Radix profunde descendens crassa dura sublignosa. Herba subglauca. Folia superne obscure virentia glabra subtus pallida pilosula. pedicelli bractea setacea. dentes calycis subaequales lineari-lanceolati. Fl. aest. Vulgaris in herbidis, calcareis, forte ex Persia, Media, Asia minore, Graecia, et Iberia in Italiam migravit antiquissimis tamen temporibus. Optimum pecoribus alimentum, et quo pastae multum lac largiuntur feminae si modum adhibueris, et neutiquam recentem, nec viridem, nec madidam porrexeris. Melolonta vulgaris radicibus eius infesta. Curculio acridulus, et Coccinella 20-punctata illi valde inimici. Spuma alba quae in axillis petiolorum erumpit ex punctura fit Tettigoniae spumosae. Rhizoctonia Medicaginis Cand. radices eius absumit atque interficit. Amat solum quo calcarea abundet odit rubricosum ibique perit. Calcarea sulphurica (Gypsum) super herbam sparsa cum imminet imber mirum modum luxuriat.

cc. *Corolla lutea, caule prostrato.*

d. *Leguminibus lunatis.*

2. FALCATA. M. *Pubescens caulibus prostratis foliolis emarginatis mucronatis superne argute dentatis inferioribus oblongo-superioribus lineari-cuneatis racemis multifloris brevibus saepe subcapitatis leguminibus inermibus falcatis vel semel contortis reticulato-venosis vel patenter glanduloso-pilosis pedicellis calyce brevioribus defloratis erectis stipulis ovato-lanceolatis subulato acuminatis inferioribus dentatis seminibus parvis laevibus flavidulis subreniformibus.*

M. glomerata. Balb. est var. *minor leguminibus piloso-glandulosis.* Ic. Tabern. ic. 502. f. 2. Bah. hist. 2. 383. f. 2. Clus. hist. Rivin. tetrap. irreg. t. 84. Moris s. 2. t. 16. f. 4. Mart. fl. rust. t. 86. 87. Flor. dan. t. 233. Engl. bot. t. 1056. Svens. bot. t. 248. Schk. hand. t. 212. Schrank flor. mon. t. 179. Schubert. naturg. t. 39. f. 8. Flores odorati, aliquando versicolores. Caules caespitosi. Floret vere exeunte. In pratis exsuccis, et collinis.

dd. *Leguminibus subcochleatis.*

3. PROSTRATA. Jacq. hor. vind. 1. 39. t. 89. M. *Caulibus caespitosis prostratis foliolis retusis mucronatis su-*

*berne argute dentatis spathulato-linearibus racemis multifloris abbreviatis leguminibus parvis inermibus contortis tricyclis obsolete venosis subpubescentibus pedicellis calyce duplo longioribus defloratis refractis stipulis ovato-lanceolatis subulato-acuminatis dentatis seminibus reniformibus atris.*

Similis M. falcatae, sed omnibus partibus minor. Fl. vere exeunte. Ic. Winterl. Index t. 4. In pascuis di *Meina*, et circa *Aronam* ad montem divi *Caroli* in agro *novar.*

bb. *Radice annua.*

c. *Foliis imparipinnatis impari maximo habitu desciscente.* HYMENOCARPOS. Savi. pis. 2. 205.

4. CIRCINATA. M. *Villosissima caulibus procumbentibus caespitosis foliis imparipinnatis 2-4iugis foliolis oblongo-lanceolatis extremo maximo stipulis nullis pedunculis axillaribus solitariis folio sublongioribus floribus racemoso-umbellatis 3-6 leguminibus submembranaceis compressis reniformibus arcuatis margine externo dentato-ciliato-spinulosis ciliis bifidis adpresse villosis seminibus laevibus reniformibus croceis.*

Hymenocarpus. Savi. l. c. Ic. Bah. hist. 2. 387. Camer. hor. ic. t. 8. Barrel. ic. 5 6. Rivin. tetrap. t. 87. Sibt. fl. gr. t. 768. Moris. sard. 1. t. 34. Chabr. sciagr. 167. f. 3. Moris s. 2. t. 17. f. 6. Schk. hand. t. 212. Herba facie Anthyllidis. Caules usque bipedales. Flores flavi demum crocei. cor. vix calycem superat. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria occidua*: in agris *Villafrancae* ad mare versus *Monaecum.*

cc. *Foliis trifoliolatis, impari aequali.*

5. RADIATA. M. *Villosiuscula suberecta ramosa foliolis rhombaeo-ovatis apice serratis stipulis basi dentatis pedunculis subbifloris folium subaequantibus leguminibus reniformibus plano-compressis radiato-venosis glabris margine externo ciliato-spinulosis interno fimbriato-laceris seminibus transverse rugosis subreniformibus.*

M. lunata. Reich. excur. 2. 501. Ic. Bah. hist. 2. 386. Lob. ic. 2. 38. Moris s. 2. t. 16. f. 3. Gaertn. fruct. t. 155. f. 5. fruct. Lam. ill. t. 612. f. 5. fruct. Schk. t. 212. Caulis vix spithameus rubidus. Flores parvi lutei. Legumina maiuscula. Fl. aest. In agro *nic.*

aa. *Leguminibus cochleatis.*

b. *Inermibus, floribus luteis, radice annua.*

c. *Leguminibus orbicularibus planis spiris dextrorsum versis.*

d. *Pedunculis 1-3 floris.*

6. ORBICULARIS. All. ped. 1. 314. M. *Glabriuscula caulibus prostratis foliolis imis obcordatis superioribus obovatis argute serrulatis stipulis profunde setaceo-pinnatifidis pedunculis bifloris folio brevioribus aristatis floribus parvis, leguminibus integerrimis maiusculis membranaceis orbicularibus planis lentiformi-depressis utrinque convexiusculis laxiuscule tri-pentacyclis tenuissime transverse venosis venis radiantibus confluentibus, seminibus granulatis rubidis obovato cuneatis.*

M. orbiculata. Gaertn. fruct. 2. t. 155. Lam. ill. t. 612. f. 6. Schk. hand. t. 112. M. polymorpha a. orbicularis. L. sp. 1097. M. marginata. W. enum. 2. 802. Ic. Bah. hist. 2. 384. Chabr. sciagr. 166. f. 1. Rivin. tetrap. t. 87. f. 1. Moris s. 2. t. 15. f. 2. *leguminibus margine crispis* f. 1. Moris sard. 1. t. 57. opt. Caules ramosi superne puberuli usque pedales. Legumina aliquando pilis apice glanduliferis raris obsita et ciliolata. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria*: in *Monteferrato*: in ipso agro *taur.* in vineis apricis vallis di *Sassi*: in agro *segus*: in pascuis sterilibus *Condoviavum* regione dicta *La Rocca.*

dd. *Pedunculis multifloris.*

7. Soleirolii. Duby bot. gall. 1. 124. M. *Caulibus prostratis angulatis pilosis foliolis late rhombaeo-obovatis denticulatis subtus pubescentibus nervosis stipulis laciniatis pedunculis racemosis multifloris floribus maiusculis dentibus calycis villosis setaceis leguminibus congestis plano-convexis tricyclis crebre reticulato-venosis rete in orbem acto nervo periphaerico nullo seminibus reniformibus laevibus luteo-croceis.* Fl. vere. In collibus di *Pegli Liguriae occiduae*. Facies Trifolii agrarii.

ee. *Leguminibus scutelliformibus seu spiris laxis concavis superioribus successive minoribus spiris dextrorsum versis foliolis oblongis.*

8. scutellata. All. ped. 1. 515. M. *Pubescens caule suberecto foliolis ellipticis argute denticulatis subtus cauleque glanduloso-pilosis inferioribus obovatis stipulis ovatis dentatis pedunculis aristatis 1-3 floris folio brevioribus leguminibus inermibus cochleatis inferne convexis superne planis subhexacyclis pelviformibus concentrice spiralibus superioribus successive minoribus inclusis oblique reticulato-venosis integerrimis seminibus maiusculis laevibus reniformibus rubidis.*

M. polymorpha. b. Lin. sp. 1097. Ic. Dodon. pempt. 575. f. 1. Bah. hist. 3. 584. f. 1. Chabr. sciagr. 165. f. 6. Riv. tetrap. irreg. t. 87. f 2. t. 88. f. 2. Gaertn. fruct. 2. t. 155. Lam. ill. t. 612. f. 7. Moris. s. 2. t. 15. f. 3. fruct. Sibt. fl. gr. t. 769. Moris sard. 1. t. 36. Schk hand. t. 212. Caulis raro pedalis. foliola maiuscula. flores grandiusculi demum crocei. Fl. vere. In arvis agri *nic.* et inter segetes in agris arenosis di *Cilavegna*, *Gambolò agr. nov.* et in *Laumellina*.

eee. *Leguminibus oblongo ovalibus spiris sinistrorsum versis, foliolis obovatis.*

9. turbinata. W. sp. 3. 1409. M. *Villosa caulibus prostratis foliolis obovato-cuneatis dentatis stipulis lanceolatis dentatis pedunculis 1-2 floris folio longioribus leguminibus lagunculae formibus oblongo-ovalibus convexis subhexacyclis spiris crassis arctissime appressis margine externo lato nervo carinali brevi utrinque instructo spinulis obscuris brevissimis reflexo-adnatis seminibus reniformibus apice truncatis flavis.*

M. polymorpha d. Lin. sp. 1098. M. doliata. Carmign. in giorn. sc. e lett. dell'accad. ital. 1810. 1. 48. f. 2. Ic. Moris. s. 2. t. 15. f. 5. fruct. Rivin. tetrap. irreg. t. 87. f. 3. Schk. t. 212. b. Caules vix pedales. pili eglandulosi. Fl. vere. Inter segetes agri *nic.*

bb. *Margine amphhractuum muricato.*

c. *Spiris leguminum sinistrorsum versis: radice annua.*

10. tuberculata. W. sp. 3. 1410. M. *Villosa caulibus prostratis ramosis foliolis rhambaeo-obovatis dentatis pedunculis aristatis 1-8 floris folia subbrevioribus caulibusque superne pubescentibus stipulis ovatis setaceo-dentatis leguminibus lagungulaeformibus cochleatis subcylindricis aeneis glabris spiris 3-5 arcte incumbentibus in medio marginis crista elevata carinatis utrinque ad carinam tuberculatis tuberculis leguminis junioris brevi spinosis adulti obtuse mammillatis seminibus maiusculis reniformibus apice truncatis laevibus flavis.*

M. catalonica. Schk. hort. mon. t. 28. M. spinulosa. Cand. cat. hor. mons. 124. M. turbinata. Carmign. l. c. f. 3. Ic. Rivin. tetrap. irreg. t. 87. f. 6. Moris sard. 1. t. 44. opt. Caules usque sesquipedales. pili eglandulosi. Mamillae utrinque parallelae cristae. Fl. vere. Inter segetes agri *nic.*

cc. *Spiris leguminum dextrorsum versis.*

d. *Glabra leguminibus glabris stipulis setaceo-laciniatis: radice annua.*

11. apiculata. W. sp. 3. 1414. M. *Glabra caulibus prostratis foliolis o-*

*ovatis superioribus obcordatis obtuse lenticulatis stipulis pinnatifido-dentatis pedunculis multifloris folio brevioribus leguminibus parvis glabris spiris subternis margine distantibus superficie transverse lacunoso-venosis margine obtuso distiche spinigero spinis divergentibus brevissimis diametro dimidio leguminis brevioribus rectiusculis latere utroque impressis seminibus parvis obovato-reniformibus laevibus flavis.*

M. polycarpa. W. enum. suppl. 52. M. polymorpha. Schk. hand. t. 212. b. M. denticulata a brevispina. Engl. bot. t. 2634. M. confinis. Koch. Fl. vere. In agro *nic.* et circa urbem atque in tota *Liguria occidua.*

dd. *Subpilosa, leguminibus sphaericis glabris stipulis laciniatis, radice annua.*

12. SPHAEROCARPA. Bertol. rar. Italae plant. dec. 3. 60. M. *Glabriuscula caulibus prostratis tetragonis angulis pilosis foliolis rhombaeo-obovatis cuneatis superne serrulatis pedunculis aristatis 4-floris folio longioribus stipulis laciniatis leguminibus globosis vel ovalibus lagunculaeformibus 5-cyclis spiris crassis arctissime appressis margine externo lato depresso 2-3 nervio muricato spinulis numerosis brevibus conico-subulatis patenti-radiantibus seminibus flavidis laevibus reniformibus hinc vel utrinque truncatis.*

M. ovata. Carmign. l. c. var. *leguminibus omnibus ovalibus.* Ic. Moris. sard. 1. t. 46. A. B. C. Sebast et Maur. fl. rom. prodr. t. 3. Fl. vere. Inter segetes in *Liguria*: *Sarzanae* in herbidis collium: in collibus *di Pegli.*

dd. *Incano-tomentosa: leguminibus subglobosis tomentosis: stipulis subintegris: radice perenni.*

13. MARINA. M. *Incano-tomentosa prostrata foliolis obcordatis obovatisque antice denticulatis stipulis ovatis obsolete dentatis pedunculis multifloris folium subaequantibus leguminibus subglobosis medio perviis lanato-tomentosis cyclis subternis reticulato-venosis margine obtusis inermibus remoteve spinigeris spinis brevibus conico-subulatis sutura crassa seminibus fulvis parvis reniformibus laevibus.*

Ic. Gaertn. fruct. t. 155. fruct. Lam. ill. t. 612. f. 13. fruct. Bah. hist. 2. 383. f. 3. Chabr. sciagr. 165. f. 5. Clus. hist. 2. 243. f. 2. Lob. advers. 385. f. 2. et. ic. t. 38. Rivin. tetrap. irreg. t. 87. f. 15. et t. 90. f. 2. Cavanil. ic. t. 150. Sibt. fl. gr. t. 770. Zannich. ist. t. 62. Camer. hor. et ic. t. 28. Caules humiles raro pedales inferne ramosi. flores maiusculi. Legumina parva demum fusca tomento pene evanido. Fl. vere. In litoribus maris *ligust.* et *nic.*

bbb. *Margine amphractuum aculeato: radice annua: floribus flavis.*

c. *Aculeis rectis.*

d. *Pubescentes.*

e. *Spiris leguminum sinistrorum versis.*

f. *Pedunculis 1-2 floris folio brevioribus.*

14. TRIBULOIDES. Desrous. in Lam. enc. 3. 635. M. *Pilosa caulibus prostratis foliolis obovatis obcordatisque denticulatis stipulis ovatis setaceo-dentatis pedunculis aristatis 1-2 floris folio brevioribus leguminibus lagungulaeformibus cylindricis subaveniis sparsis pilosis cyclis subquinis crassis arcte incumbentibus in medio marginis obtusissimi spinigeri carinatis spinis e basi ovato-conica tereti-subulatis demum induratis pungentibus distiche patentibus reflexis appressisque seminibus maiusculis laevibus luteo fuscis vix reniformibus.*

M. Murex. Guss. fl. sic. prodr. 2. 577. — Var. *Spinis brevibus crassiusculis erectis*, M. truncatula Gaertn. fruct. 2. 350. f. 155. fruct. Lam. ill. t. 612. fig. 2. fruct. M. tentaculata. W. sp. 3. 1413. Huc M. crassispina Vis. flor. dalm. t. 43. Ic. Moris sard. 1. t. 41. 42. Flores parvi. Legumina glabra, vel pilosula. Fl. vere. In *Liguria* occidua et agro *nic.*

ff. *Pedunculis sub-4-floris folio longioribus.*

15. LITORALIS. Rhod. in Loisl. not. 118. M. *Caulibus prostratis foliolis triangulari-obcordatis apice denticuculatis stipulis ovatis setaceo-dentatis pedunculis 1-4 floris folium subaequantibus leguminibus parvis spinosis cylindricis lagunculaeformibus basi apiceque parce venosis glabris spiris subquinis crassiusculis arcte incumbentibus margine rotundato-obtuso spinigero medio carinato spinis remotis e basi tereti subulatis seminibus flavis laevibus reniformibus utrinque truncatis.*

M. arenaria. Tenor. ap. ad cat. hor. neap. 1. Ic. Bah. hist. 2 383. fig. sup. Moris flor. sard. t. 40. Explorat. d'Alger. t. 89. Ramuli transverse oppositi. Caules humiles raro pedales. Flores et fructus parvi. Fl. vere. In *Liguria occidua, a Sestri di Ponente, a Pegli etc.*

ee. *Spiris leguminum dextrorsum versis.*

x. *Leguminibus glabris, pedunculis subbifloris.*

16. TENOREANA. Ser. ap. Cand. prodr. 2. 180. M. *Caulibus procumbentibus foliolis obcordatis obovatisque stipulis subdentatis pedunculis subbifloris folio brevioribus leguminibus maiusculis cylindricis lagunculaeformibus cyclis subquinis spiris laxis margine externo depresso utrinque spinis longis subuncinatis, plano spirarum perpendicularibus cancellato seminibus parvis fulvis reniformibus.*

M. cancellata. Tenor prodr. 1. 44. Ic. Tenor. neap. t. 178. f. 1. Fl. vere. In agro *nic.* circa urbem.

xx. *Leguminibus glabris pedunculis 5-8 floris.*

17. PUBESCENS. Cand. cat. monsp. 124. M. *Molliter villosa caulibus prostratis elongatis foliolis latis obovatis denticulatis stipulis lanceolatis acuminatis basi subdenticulatis pedunculis 5-8 floris leguminibus lagungulaeformibus cyclis 2-3 glabris vix arcuato reticulatis infra marginem aculeatis aculeis crassis convergentibus adpressis margine longioribus rectis.*

M. aculeata. W. M. spinulosa. Lois. M. strumaria Hornem. M. ovata. Carmich. M. crassispina. Vis. ex Mut. fl. fr. 1. 247. Cand. prodr. 2. 176. In pratis humidis inter *Nicaeam*, et *Varum* flumen.

dd. *Glabrae.*

e. *Leguminibus hispidis: pedunculis 1-3 floris.*

18. CILIARIS. W. sp. 3. 1411. M. *Caulibus prostratis foliolis rhombaeo-ovatis cuneatis apice vix denticulatis stipulis laciniato-dentatis pedunculis 1-3 floris folio brevioribus leguminibus maiusculis subglobosis lagunculaeformibus disco venoso-reticulatis cyclis 6-8 spiris crassiusculis approximatis margine externo lato subconvexo utrinque spinoso spinis subulatis canaliculatis brevibus demum divaricato-recurvis subintertextis seminibus grandibus nitentibus laevibus reniformibus fusco-rubentibus antice truncatis.*

M. polymorpha k ciliaris. L. sp. 1099. M. polymorpha D intertexta Desf. atl. 2. 211. M. intertexta. Sering. in Cand. prodr. 2. 180. et Cand. in fr. 4. 546. Ic. Moris. s. 2. t. 15. f. 7. 8 9. Moris sard. 1. t. 51. Schk. hand. t. 212. 6. Caules pedales et ultra. Fl. vere. Inter segetes agri *nic*: in arvis di *Gattico, Maggiora*, et *Quarna inferiore* in agro *nov.*

ee. *Leguminibus glabris.*

f. *Pedunculis 2-3 floris.*

19. RIGIDULA. W. sp. 3. 1417. M. *Caulibus prostratis foliolis obcordatis stipulis lacinulatis pedunculis 1-3 floris folio longioribus leguminibus parvis cylindricis lagunculaeformibus cyclis 3-5 spiris crassiusculis approximatis nervo carinali tenui spinis brevibus rariusculis subulatis apice plerumque recto divaricato-reflexis seminibus flavis laevibus subreniformibus.*

M. Braunii. Gren. et Godr. fl. de Fr. 1. 2. par. 393. M. litoralis. Cand. fr. 5. 568. B. M. litoralis b. longe aculeata. Moris. sard. 1. 440. tab. 40. f. 1-4. Ic. Schk. hand. t. 212. et 212.

Differt a M. litorali praecipue *spiris leguminum dextrorsum versis*. Fl. vere. In agris et arvis *Liguriae*, et agri *nic.*

ff. *Pedunculis* 2-3 *floris.*

20. Terebellum W. sp. 3. 1416. M. *Caulibus prostratis foliolis rhombaeo-obovatis retusis rameis obcordatis stipulis pinnatifido-dentatis dentibus setaceis pedunculis 2-3 floris folio brevioribus leguminibus lagunculaeformibus cylindricis glabris cyclis 5-6 distantibus superficie oblique lacunoso-venosis margine obtuso distiche spinigero spinis brevibus divaricatissimis subadpressis basi utrinque impressis seminibus obscure fulvis laevibus maiusculis reniformibus.*

M. sardoa. Moris. sard. el. 1. 15. M. denticulata a. tuberculata. Moris. sard. 1. 447. t. 47. M. muricata Ley Spa. 2. 123. M. conica. Schk hand. . 212. b. M. aculeata Gaertn. t. 155. Schk. Ic. Moris. s. 2. t. 15. f. 11. et . 20. 21. fruct. Caules usque pedales foliola maiuscula retusa mucronata. Fl. vere. In agro *nic.* prope la *fabrica del gesso di Cimiè.*

fff. *Pedunculis multifloris.*

g. *Folium aequantibus.*

21. denticulata. W. sp. 1414. M. *Caulibus prostratis foliolis obovatis ramis obcordatis omnibus obtuse denticulatis stipulis pinnatifido-dentatis dentibus setaceis pèdunculis multifloris folium subaequantibus leguminibus lagunculaeformibus glabris cyclis 2-3 margine distantibus superficie transverse lacunoso-venosis margine obtuso distiche spinigero spinis divergentibus subulatis apice uncinatis diametrum dimidium leguminis aequantibus utroque latere impressis seminibus parvis helvolis laevibus reniformibus.*

Var.: *fructibus maioribus* est M. lappacea Cand. fr. 5. 569. M. polymorpha ciliaris Savi duc. cent. 148. M. flexuosa Tenor. 3. 166. t. 178. f. 3. M. coronata. Gaertn. fruct. t. 155. Ruch. venet. 188. M. denticulata b. lappacea. Moris sard. 1. 447. t. 48. M. lappacea b. paucigyrosa. Guss. suppl. 2. 238. M. polycarpa W. M. polycarpa 9. denticulata Gren. et Godr. fl. de Fr. 1. 2. par. 300. M. lappacea a. tricycla. id. l. c. M. maculata. b. Smith engl. fl. 3. 319. M. lappacea. Desrous, in Lam. enc. 3. 637. Ic. Moris flor. sard. t. 47. Engl. bot. t. 2634. Fl. vere exeunte. In arvis *Liguriae* et agri *nic.* et *monreg.* Videtur esse confundenda cum M. apiculata W.

gg. *Folio brevioribus.*

22. Echinus. Cand. fr. 4. 546. M. *Caulibus prostratis foliolis obovatis cuneatis serrulatis stipulis dentato-laciniatis pedunculis multifloris folio brevioribus leguminibus grandibus subglobosis ovatisque lagunculaeformibus glabris venoso-reticulatis cyclis 7-9 spiris tenuibus arcte appressis margine externo depresso utrinque arcuato spinis longiusculis compressis lateraliter canaliculatis demum exquisite recurvato-adpressis dense intertextis seminibus laevibus reniformibus atro-rubris.*

M. intertexta. Gaertn. fruct. 2. 350. t. 155. f. ult. fruct. Lam. ill. t. 612. f. 9. Schk. hand. t. 212. b. Ic. Rivin. mon. tetrap. irreg. t. 88. f. 9. Moris. sard. 1. t. 52. 53. Fl. vere. In agro *nic.*

cc. *Aculeis amphractuum uncinatis radice annua: floribus luteis.*

d. *Glabriuscula foliis atro-purpureo-maculatis.*

23. maculata. W. sp. 3. 1412. M. *Subpilosa pilis articulatis caulibus prostratis ramosis foliolis atro-purpureo-maculatis maculis lunulatis, lato-obovatis brevi denticulatis inferioribus obcordatis stipulis ovatis inciso-dentatis dentibus lanceolato-subulatis pedunculis 1-5 floris folio duplo triplove longioribus leguminibus subglobosis lagunculaeformibus cyclis subquinis spiris laxiusculis oblique venosis margine lato quadricarinato distiche spinigero spinis subulatis arcuato-reflexis apice non uncinatis latere utroque sulco exaratis divaricato-interte-*

*rtis seminibus flavis reniformibus laevibus.*

M. cordata Desrous. in Lam. enc. 3. 608. M. arabica All. ped. 1. 315. M. polymorpha. e arabica. Lin. sp. 1098. M. polymorpha. Engl. bot. t 1616. Ic. Cam. hor. et ic. t. 27. Moris s. 2. t. 15. f. 17. Rivin tetrap. irreg. t. 88. f. 12. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 42. Moris sard. 1. t. 50. Schk. hand. t. 212. 6. Herba aliquando glabra. folia raro immaculata. Caules usque pedales. Fl. vere et aest. Passim in litore maris. etiam in herbidis apud nos, ubi saepe occurrit et foliis immaculatis. Legi a *Pollone* et circa urbem *Bugellam* in colle *S. Hyeronimi*.

dd. *Pubescens foliis immaculatis.*

e. *Floribus leguminibusque minimis.*

24. MINIMA. Desrous. ap. Lam. enc. 3. 636. M. *Pubescens caulibus prostratis foliolis obovatis antice denticulatis stipulis ovatis brevi denticulatis superioribus subintegerrimis pedunculis 1-5floris folio subbrevioribus leguminibus lagunculaeformibus subglobosis parce pilosis cyclis subquinis laxe incumbentibus aveniis margine angusto distiche spinigero spinis patentibus subulatis rectis apice uncinatis latere utroque sulco exaratis seminibus parvis luteis laevibus reniformibus.*

Var. *caule foliisque cano-villosis pilis simplicibus* est M. mollissima. Roth. cat. bot. 3. 74. — M. polymorpha m. minima. L. sp. 1099. M hirsuta. All. ped. 1. 315, M. graeca Hornem. hor. hafn. 228. M. recta. Desf. atl. 2. 212. M. rigidula. Roth. tentam. 1. 320. — Var. *viscida caule foliisque viscido-pubescentibus pilis glanduliferis.* — Ic. Bah. hist. 2. 386. f. 4 Chabr. sciagr. 166. f. 5. Schk hand. t. 212. a. Zannich. ist. t. 171. Engl. bot. t. 2635. Rochel. bannat. t. 15. var. Dietr. flor. borus t. 803. Caules non raro erecti. Fl. vere. passim locis aridis, macilentis, arenosis.

ee. *Floribus leguminibusque mediocribus.*

f. *Caulibus erectis: foliolis oblongis apice abscisso-bidentatis.*

25. LACINIATA. All. ped. 1. 316. M. *Glabra caulibus erectis inferne ramosis foliolis oblongo-linearibus apice abscisso-bidentatis mucronulatis margine profunde arguteque incisis stipulis ciliato-dentatis pedunculis 1-2 floris folium subaequantibus leguminibus lagunculaeformibus subglobosis reticulato venosis cyclis subquinis spiris approximatis spinis longis numerosissimis uncatis divergenti-patulis compresso-canaliculatis margine crassiusculo subplano seminibus luteolis laevibus oblongo-reniformibus.*

M. polymorpha g. laciniata. L. sp. 1099. Ic. Breyn. cent. t. 54. Magnol. bot. monsp. 270. Rivin. tetrap. irreg. t. 91. Caules usque pedales. flores parvi. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* praesertim in agris circa *Sospello* et *Breglio*.

ff. *Caulibus prostratis.*

g. *Leguminibus tomentoso-hirtis.*

26. GERARDI. Kitaib. ap. W. sp. 3. 1415. M. *Pubescens caulibus prostratis foliolis obcordatis antice denticulatis stipulis ovatis setaceo-dentatis pedunculis 1-3 floris folium subaequantibus leguminibus tomentoso-hirtis aveniis ovato-cylindricis lagunculaeformibus cyclis 5-7 spiris crassis incumbentibus margine externo convexo spinigero spinis remotiusculis e basi tereti utrinque sulco obsoleto notata conico-subulatis patentibus apice subuncinatis seminibus fulvis laevibus maiusculis reniformibus.*

M. muricata. All. M. tribuloides. De Notar. rep. fl. lig. 104. M. villosa. Cand. fr. 4. 545. M. agrestis. Tenor. neap. 5. 167. t. 183. f. 2. Ic. Moris. s. 2. t. 15. f. 18. Moris sard. 1. t. 43. Caules usque pedales in orbem positi apicibus non raro surrectis. pili articulati vel apice glanduliferi. foliola parva. Fl. vere exeunte. In herbidis *Liguriae*, et agri *nic.* in pascuis circa *Albam*: in herbidis alpium *monregalens.*

gg. *Leguminibus glabris.*

h. *Foliolis glabris.*

27. NIGRA. W. sp. 3. 1418. M. *Caulibus prostratis superne pilosulis foliolis obovatis obcordatisque glabris stipulis laciniatis pedunculis 1-3 floris folio subbrevioribus leguminibus cylindricis laguncularformibus cyclis subquinis spiris laxiusculis margine externo angusto depresso spinis longis uncinatis divergentibus armato seminibus fulvis reniformibus laevibus.*

M. arenaria. Tenor. neap. t. 182. f. 3. M. Histrix eiusd. l. c. 5. 168. M. pentacycla. Guss. fl. sic. prodr. 2. 364. M. lappacea. b. pentacycla Gren. et Godr. fl. de Fran. 1. 2 par. 390. Ic. Moris. s. 2. t. 43. f. 19. Schk hand. t. 212. a. Caules usque pedales. Fl. vere exeunte. A. Montalbano circa *Nicaeam*.

hh. *Foliolis pilosis.*

28. PRAECOX. Cand. cat. hor. monsp. 123. M. *Subpilosa caulibus prostratis foliolis parvis obcordatis antice denticulatis stipulis laciniatis pedunculis 1-2 floris folio brevioribus leguminibus parvis laguncularformibus utrinque planis disco venoso-reticulatis cyclis subternis spiris laxis margine externo lato plano enervio subtus utrinque canaliculato spinis longis subulatis uncinatis basi crassis canaliculatis divaricatis utrinque armato seminibus parvis flavis laevibus reniformibus.*

Ic. Moris. sard. 1. t. 49. Caules basi ramosi in orbem super terra strati. Legumina parvula matura flavescentia. Fl. vere. In *Liguria occidua*. in litore maris apud *Savonam*.

Multa in hoc genere incerta, et dubia: species ideo diligenter vivae inspiciendae et describendae.

## 592. ASTRAGALUS.

a. *Carina antice infra apicem obtusum in mucronem rectum desinens.* OXYTROPIS. Cand.

b. *Acaulis: leguminibus inflatis.*

1. VISCOSUS. Vill. delph. 3. 469. t 43. fig. inf. A. *Acaulis subpilosus glandulisque sessilibus viscosus foliis sub-20-iugis foliolis subcarnosis lineari-lanceolatis margine revolutis glabris pedunculis folia aequantibus superne dense pilosis spicis capitatis paucifloris bracteis calyce brevioribus leguminibus erectis in calyce sessilibus oblongis inflatis semibilocularibus hirtis subincurvis.*

A. foetidus. Vill. l. c. 3. 468. t. 43. f. sup. A. Halleri. All. ped. 1. 543. Oxytropis foetida. Cand. astrag. n. 11. — O. campestris b. eiusdem. l. c. n. 10. Fruticulus humilis. Flores ochroleuci. Semina reniformia nigra laevia multa. Pili calycis nigri. Fl. aest. In herbidis summarum alpium.

bb. *Caulescens: leguminibus non inflatis.*

2. PILOSUS. A. *Erectus molliter villosus foliis subdecemiugis foliolis imis oblongis superioribus lanceolatis pedunculis axillaribus folio longioribus spicis ovato-oblongis leguminibus erectis linearibus subteretibus subulatis villosis.*

Oxytropis. Cand. l. c: Sturm. deut. fl. hef. 49. Ic. Barrel. ic. 537. Hall. in comm. gott. 1752. 2. 340. t. 12. Jacq. a. t. 51. Pallas. astrag. t. 80. Herba perennis. Caules caespitosi ramosi usque pedales. flores parvi erecti. Cor. ochroleucae. Legumina intra calycem sessilia incomplete bilocularia polysperma. pili calycis ut plurimum nigrescunt. Semina helvola laevia parva reniformia. Fl. aest. In alpinis locis lapidosis.

aa. *Carina obtusa mutica.* ASTRAGALUS.

b. *Stipulis petiolo adnatis.*

c. *Petiolis persistentibus spinescentibus frutex.*

3. ARISTATUS. L'Herit. stirp. nov. 170 A. *Caulibus ascendentibus superne ramosis foliis 6-10 iugis foliolis lanceolatis mucronatis petiolis persistentibus apice spinosis racemis axillaribus brevissime pedunculatis 3-8 floris dentibus calycis filiformi-subulatis leguminibus semibilocularibus ovatis hirsutis calyce brevioribus.*

A. Tragacantha. All. mis. taur. 5. 79. A. pseudo Tragacantha. Tenor. neap. in syll. 106. A. sempervirens Lam. enc. 1. 320. Phaca Tragacantha. All. ped. 1. 558. Ic. Garid. Aix t. 104. Sibt. fl. gr. t. 735. Lod. bot cab. t. 1278. Frutex usque pedalis superne crebre foliosus et florifer. Racemi folio valde breviores. Cor. rosea, raro albida. Legumina parva loculis imperfectis subtetrasperma. Semina maiuscula helvola, laevia reniformia. Fl. vere exeunte: in alpinis: in *Cenisio:* in oris lacus parvi: in alveis torrentium locis apricis passim.

cc. *Petiolis non spinescentibus.*

4. MONSPESSULANUS. A. *Subacaulis incano-pubescens foliis 10-20 iugis foliolis ovatis vel lanceolatis extimis subminoribus stipulis petiolo adnatis scapis folii superantibus calycis dentibus longis subulatis vexillis elongatis leguminibus tereti-subulatis subarcuatis demum glabris.*

A. Wulfeni Koch. sup. fl. germ. A. incurvus Desf. atl. t. 105. Reich. excurs. 512. A. polygala. Pallas. astrag. 110. t. 83. A. incanus. Wulfen in Jacq. coll. 1. 320. Ic. Camer. ep t. 929. Bah. hist. 2. 338. Scop. carn. 2. t. 45. Sturm. deut. fl. hef. 49. Curt. bot. magaz. t. 375. Chabr. sciagr. 152. f. 2. Bot. cab. t. 981. Fruticulus humilis. flores coerulei, vel violacei raro albidi. Legumina crassa. Semina fusco-virentia laevia subquadrata oblongo-reniformia. Fl. vere exeunte. In collibus apricis, siccis et montanis etiam *Liguriae* et agri *nic.*

bb. *Stipulis a petiolo liberis.*

c. *Floribus purpurascentibus.*

d. *Calycibus non inflatis.*

e. *Stipulis inter se coalitis stipulam solitariam oppositifoliam referentibus.*

f. *Foliolis oblongo-ovatis obtusis vel vix emarginatis leguminibus in calyce sessilibus inflatis corolla coerulea.*

5. LEONTINUS. Wulfen. in Jacq. misc. 2. 59. A. *Diffusus pilosus pilis centro affixis foliis 6-9 iugis foliolis oblongo-ovatis obtusis vel emarginato-retusis spicis capitatis ovatis oblongisve pedunculis folio longioribus vexillo ovato emarginato alis sesquilongiore leguminibus parvis erectis ovali-oblongis in calyce sessilibus hirsutis.*

A. exilis Chaix in Vill. Ic. Jacq. ic. rar. t. 154. Botan. cab. t. 432. Sturm. deut. fl. hef. 24. t. 14. Suffruticulus humilis ramis caespitosis decumbentibus. Legumina calycem excedun dorso canaliculata. pili supremi nigri Fl. aest. In monte *Cenisio* et vall *Duriae Ripariae.*

ff. *Foliolis ovato-lanceolatis apice bidentato-emarginatis: leguminibus in calyce stipitatis inflatis: coroll purpurea.*

6. PURPUREUS. Lam. enc. 1. 314. A *Procumbens vel ascendens pilosus pilis simplicibus vel bipartitis foliis 2 14 iugis foliolis ovato-lanceolatis apice bidentato-emarginatis dentibus auctiusculis spicis capitatis pedunculis folio longioribus vexillo ovato profunde emarginato alis sesquilongio leguminibus in calyce stipitatis erectis subrotundo-ovatis basi cordat hirsutissimis.*

A. Glaux. Vill. Ic. Cand. astrag. 12. Herba perennis. Caules caespito angulati spithamei. Corolla purpure violacea. Legumina supra canalicula calyce duplo longiora. Semina fusc reniformia laevia parva. pili supren nigri. Fl. aest. in collibus *Liguriae* In monte *Rosa:* in valle *Staforae* et

ee. *Stipulis inter se non coalitis.*

f. *Floribus remotis: leguminibus inflatis.*

7. AUSTRIACUS. A. *Diffusus glab foliis 7-10 iugis foliolis superiorib linearibus emarginatis imis obovat racemis laxis pedunculatis folio lo gioribus bracteis pedicello breviorib alis corollae bifidis leguminibus calyce sessilibus lineari-lanceola subtriquetris pubescentibus pendul*

A. dichotomus. Pallas astrag. t. Ic. Jacq. a. t. 195. Schk. hand

299. Flores coerulei. Carina pallida apice macula violacea notata. Fl. vere exeunte. In agri *Segusiani* locis dictis *Pramona* et la *Sappè*.

ff. *Floribus dense spicatis.*

g. *Radice perenni: corolla violacea: leguminibus inflatis.*

8. Onobrychis. A. *Prostratus vel erectus ramosissimus pilosus pilis medio affixis flexuosis foliis 7-12 iugis foliolis subtus sericeis imis ovatis emarginatis superioribus lineari-lanceolatis stipulis supremis ovatis concretis oppositifoliis spicis capitatis ob ongo-ovatis pedunculis folio longioribus demum longissimis vexillo lineari-oblongo truncato longissimo leguminibus in calyce sessilibus erectis ovatis acuminatis hirsutis.*

Ic. Clus. hist. 2. 238. Jacq. a. t. 58. Gmel. sibir. 4. t. 25. Moris sard. 2. t. 9. f. 2. Herba perennis. Caules usque pedales. pili calycis saepe nigri. Corolla calyce multo maior. Semina fusca reniformia. pedunculi cum bracteis persistunt. Fl. aest. In pratis exsuccis apricis montium et collium. Copiosus in valle *Augustae Praetoriae* etc. passim etiam non longe a *Taurino* secus *Sturam*.

gg. *Radice annua.*

h. *Pedunculis folio sublongioribus: leguminum depresso-cimbaeformium loculis monospermis.*

9. pentaglottos. A. *Hirsutus caule prostrato foliis 4-9 iugis foliolis obovatis emarginatis capitulis longe pedunculatis folium subaequantibus leguminibus ovatis depresso-cymbaeformibus dorso canaliculatis papilloso-muricatis.*

Ic. Rivin. tetrap. irreg. t. 109. Herm. hort. lugduno-batav. 75. Cavanill. ic. et descript. t. 188- Lam. ill. t. 622. f. 5. fruct. Caules vix spithamei saepe rubri caespitosi super terram in orbem strati. Cor. coeruleae. Semina lutea laevia reniformia. Fl. vere. In collibus *Uneliae* etc.

hh. *Capitulis axillaribus sessilibus: leguminum teretium dorso canaliculatorum loculis 7-8 spermis.*

10 sesameus. A. *Villoso hirsutus caulibus prostratis foliis 6-12 iugis foliolis ovali-oblongis integris retusisve stipulis ex basi ovata lanceolatis capitulis axillaribus brevissime pedunculatis leguminibus stellato-capitatis erectis lanceolatis subulatis acumine reflexo dorso sulcatis.*

Ic. Garid. Aix. t. 12. Rivin. tetrap. t. 106. Pluken. phyt. t. 79. f. 5. Columm. ecph. 301. Moris. s. t. 9. f. 12. Bah. hist. 2. 331. f. 1. Chabr. sciagr. 150. f. 6. Schk. hand. t. 208. 6. Caules caespitosi super terra in orbem strati toti floriferi. Stipulae ciliatae ciliis ut plurimum nigris. Cor parva alba vel pallide coerulescens vix calycem excedens. Legumina unguicularia etiam breviora singulis loculis suboctospermis. Semina parva fusca laevia reniformia. Fl. vere. circa *Nicaeam*. Huc traho A. Stella, qui vivit in montibus aridis circa *Nicaeam*, quique teste ipso Linnaeo non differt nisi *capitulis pedunculatis leguminibus plurimis*. Ic. Pluk. phyt. t. 79. f. 4. Bah. hist. 2. 350. Dalech. lugd. 495. f. 2.

dd. *Calycibus fructiferis inflatis vesicariis.*

11. vesicarius. A. *Incano-sericeus pilis appressis centro affixis caulibus ascendentibus foliis 5-7 iugis foliolis oblongis vel ellipticis stipulis liberis lanceolato-subulatis spicis subcapitatis densifloris pedunculis folio longioribus calycibus hirsutis pilis nigris appressis, albis, patulis, fructiferis inflatis leguminibus oblongis calyce paulo longioribus in calyce sessilibus hirsutissimis tumidis semibilocularibus.*

A. albidus. Wadst et Kitaib. hung. 1. 29. t. 110. A. glaucus. March. Rieb. taur. cauc. 2. 186. A. dealbatus Pallas astrag. t. 25. f. 7. Ic. Vill. delph. 3. t. 42. f. 1. All. ped. t. 80. f. 1. Suffrutex humilis vix caulescens. Cor. grandiuscula. Vexillum purpureum, carina alaeque ochroleucae. Semina parva fusca laevia reniformia. Fl. vere et aest. frequens in valle *Queiras*, in monte *Vesulo* etc.

cc. *Floribus ochroleucis.*

d. *Radice annua. Stipulis supremis liberis imis caulium sterilium inter*

*se concretis, leguminibus teretibus dorso canaliculatis.*

12. HAMOSUS. A. *Procumbens pubescens pilis appressis foliis 4-14 iugis foliolis oblongis obcordatisque cuneatis emarginatis stipulis oppositifoliis imis bifidis supremis liberis racemis subsexfloris laxis ovatis pedunculis folium subaequantibus leguminibus teretibus patentibus in hamum curvatis apice subulatis dorso sulcatis iunioribus pubescentibus.*

Ic. Matth. com. 586. f. 2. Lobel. obs. 523. f. 2. eiusd. ic. 2. t. 77. f. 1. Bah. hist. 2. 347. f. 1. Chabr. sciagr. 150. f. 4. Dodon. pempt. 546. f. 2. Moris. sard. 2. t. 9. f. 10. Clus. 2. 234. f. 2 Rivin. tetrap irreg. t. 106. Sibt. fl. gr. t. 728. Gaertn. fruct. t. 154. fruct. Caules caespitosi humiles raro usque pedales. foliola ciliata supra glabra laete virentia subtus cinerea pilosa. pili calycis subinde nigrescunt. Cor. pallide ochroleuca. Vexillum elongatum. Semina in quovis loculo plura grandiuscula reniformia fusca, laevia. Fl. vere. In *Liguriae* et agri *nic.* collibus apricis et lapidosis.

dd. *Radice perenni.*

e. *Caulescentes.*

f. *Stipulis in unam oppositifoliam coalitis: leguminibus inflatis.*

13. CICER. A. *Diffuse procumbens pilosus pilis appressis foliis 8-16 iugis foliolis ovalibus lanceolatisque stipulis superioribus concretis oppositifoliis spicis capitatis ovatis pedunculis folium subaequantibus vexillo ovato emarginato alis sesquilongiore leguminibus erectis subrotundis inflatis in calyce subsessilibus hirsutissimis.*

Ic. Matth. com. 525. f. 2. Dalech. lugd. 463. f. 1. Durant. herb. 100 Dodon. pempt. 525. f. 2. Camer. ep t. 205. Lob. ic. 2 t. 75. f. 2. Tabernam. ic. 499. f. 2. Bah. hist. 2. 294. f. 1. Moris s. 2. t. 9. f. 9. Rivin. tetrap. irreg. t. 108. Jacq. a. t. 251. All. ped. t. 41. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 49. Schk. hand. t. 209. fruct. Caulis usque pedalis angulatus superne fistulosus. Calyx demum a fructu turgido diffractus. Legumina calycem superantia in sutura utraque sulcata loculis oligospermis. semina maiuscula laevia reniformia flavida. Fl. aest. In *Liguria* et agro *nic. taur. albens.* segus Monteferrato etc. locis collinis aridis apricis etc. circa fossas, etiam in pratis etc.

ff. *Stipulis liberis.*

g. *Foliolis ovatis, stipulis parvis integris imis caulium sterilium inter se concretis, leguminibus non inflatis*

14. GLYCYPHYLLOS. A. *Procumbens glabriusculus foliis 5-6 iugis foliolis grandibus ovatis pedunculis folio brevioribus spicis ovato-oblongis leguminibus linearibus subtriquetris ad suturam inferiorem profunde impressis arcuatis glabris erectis denique conniventibus.*

Ic. Dalech. lugd. 251. f. 1. Clus. hist. 2. 233. f. 1. Trag. hist. 599. Lob. ic. 2. t. 80. f. 1. Dodon. pempt. 547. f. 1. Bah. hist. 2. 350. f. 2. Moris s. 2. t. 9. f. 8. Fl. dan. t. 1108. Flor. med. t. 4.. Rivin. tetrap. irreg. t. 10. Engl. bot. t. 203. Svens. bot. t. 25. Schk. hand. t. 209. fruct. Radix crassa longa ramosa. Stipulae magnae subdentatae. Calyx campanulatus obliquus glaber dentibus superioribus brevissimis. Corolla ochroleuco-viridula vel pallide sulphurea. Legumina in eodem capitulo vel erecta vel deflexa vel recurva. Semina parvula lutea laevia reniformia. Fl. aest. Passim in herbidis et marginibus agrorum, ad vias, et aggeres etc.

gg. *Foliolis subrotundo-obovatis obtusissimis emarginatis: stipulis maximis membranaceis caule triplo latioribus longe ciliatis omnibus liberis.*

15. DEPRESSUS. A. *Procumbens subacaulis basi suffruticosus foliis longe petiolatis 6-12 iugis foliolis parvis subrotundo-obovatis obtusissimis emarginatis supra glabris subtus incanis stipulis ovatis membranaceis caule triplo latioribus longe ciliatis pedunculis folio brevioribus leguminibus l*

*nearibus subteretibus rectis patenti-deflexis demum glabris.*

A. helminthocarpos. Vill. delph. 3. t. 49. Ic. Pluken. phyt. t. 79. f. 5. All. ped. t. 19. f. 5. Bot. cab. t. 680. Schk. hand. t. 208 fruct. Caules caespitosi ut plurimum brevissimi bipollicares. Racemi suboctoflori floribus laxis ut plurimum nutantibus. Calyx nigro-pilosus laciniis linearibus subaequalibus. Cor. ochroleuca carina apice rubra. Semina parva demum ferruginea laevia reniformia. Fl. vere et aest. In montanis herbidis apricis: in *Cenisio*; al *Col di Tenda*; in alpibus di *Fenestrelle*, di *Viù*. loco dicto la *Marciosa*: in alpibus di *Casotto*, et *Pesci* etc.

ee. *Acaulis*: *leguminibus inflatis*

16. EXSCAPUS. A. *Acaulis villosissimus foliis 5-20 iugis foliolis ovatis emarginatis integrisve stipulis petiolo adnatis floribus ad radicem congestis pedunculo communi brevissimo pedicellis calycis tubum aequantibus laciniis calycis subulatis corollis glabris leguminibus ovatis acuminato-mucronatis villosis supra acute carinatis dorso depressis.*

Ic. Jacq. ic. rar. 3. t. 64. Radix carnosa crassa parce ramosa longissima. Caulis vix pollicaris. Calycis laciniae inaequales ciliatae duabus superioribus brevioribus. Corolla lutea. Vexillum elongatum, alae vexillo breviores longiores carina. Legumina in calyce sessilia, loculis 5-6 spermis seminibus nonnullis abortientibus. Semina laevia ferruginea nitentia maiuscula, reniformia. Fl. aest. In monte *Rosa*: in summis iugis montis *Sempronii*: inter *Aimaville* et *Cogne* etc. Radice eius utuntur medici germani praesertim cum radice Caricis arenariae et Smilacis Cinae loco Salsaparillae in morbis venereis rebellibus praecipue si nimio adhibito hydrargiro peius habuerunt aegri. Hoc decocto refocillantur aegri vires et morbus sensim sensimque discutitur sudoribus magnis obortis. forte alii Astragali simili pollent virtute.

## 593. BISERRULA

PELECINUS. B. *Herba annua pubescens caulibus caespitosis prostratis in orbem positis sulcatis simpliciusculis usque pedalibus foliis facile deciduis imparipinnatis 7-15 iugis foliolis cuneato-oblongis emarginato - bidentatis aliquando minimis obcordatis ut plurimum oppositis superioribus successive minoribus racemis 2-12 floris floribus parvis coeruleis vel albidis approximatis cernuis pedunculatis pedunculis axillaribus folio brevioribus leguminibus pendulis planis margine utroque uniformiter sinuato-dentatis dentibus triangularibus apice callosis dissepimento angustissimo valvis contrario ad semina prominulis loculis 5-7 spermis seminibus parvis laevibus, ferrugineis, reniformibus.*

Ic. Parkins. theat. 1089. Ger. his. 1284. Bah. hist. 2. 548. Chabr. sciagr. 156. f. 1. Clus. hist. 2. 328. f. 1. Barrel. ic. t. 1137. Moris. s. 2. t. 9. f. 6. Rivin. tetrap. irreg. t. 109. Lam. ill. t. 622. Sibt. fl. gr. t. 737. Fl. primo vere. Inter segetes agri nic.

## 594. CORONILLA

a. *Lomentis spuriis compressis planis gladiatis longissime rostratis exarticulatis intus diaphragmatibus angustis inter semina interceptis marginibus suturalibus incrassatis faciebus lateralibus planis depressis seminibus quadratis floribus luteis radice annua.* SECURIGERA. Cand.

1. SECURIDACA. C. *Caulibus prostratis angulatis sulcatis fistulosis ramosis foliis 5-7 iugis foliolis grandibus cuneato-oblongis mucronatis pedunculis fistulosis longissimis axillaribus terminalibusque folio longioribus umbella 5-9 flora floribus parvis in orbem cernuis lomentis erecto-patulis compressis ensiformibus.*

Securigera Coronilla. Cand. fr. 4. 609. S. lutea. Mill. dict. n. 1. S. legitima. Gaertn. fruct. t. 155. Bonavena. Scop. ic. Matth. com. 586. f. 1. Dalech. lugd. 444. f. 2. Camer. epit. 631. Clus. hist. 2. 236. f. 2. Lob. ic.

2. t. 76. f. 2. Dodon. pempt. 546. f. 1. Bah. hist. 2. 346. f. 1. Sab. hor. rom. 7. t. 27. Sibt. fl. gr. t. 712. Lam. i. t. 629. Desr. journ. de bot. 3. 120. t. 1. f. 7. Herba glabriuscula. Caulis usque bipedalis. Vexillum sanguineo-striatum. facies leguminum albidae suturis viridulis. Semina quadrata laevia, demum rubida. Fl. vere exeunte. In *Liguria* et agro *nic.* Dormit foliolis supra petiolum conniventibus versus petioli basim flexis.

aa. *Lomentis articu'atis ad articulos strangulatis et secedentibus teretiusculis vel tetragonis internodiis oblongis compresso-tumidis seminibus oblongis obtusis.* CORONILLA.

b. *Leguminibus subteretibus striatis aegre in articulos secedentibus floribus luteis caule fruticoso. S irpes glabrae.*

c. *Unguibus petalorum calyce valde longioribus.*

2. EMERUS. C. *Fruticosa erecta foliis 2-4 iugis foliolis obovatis stipulis liberis lanceolatis pedunculis subtrifloris folio subbrevioribus unguibus petalorum calyce triplo longioribus.*

Emerus maior. Mill. ic. t. 152. f. 1. Duham. arb. t. 90. Cor. Caesalpini. Loisl. Ic. Camer. epit. 541. Dalech. lugd. 217. f. 1. Taber. ic. 1091. f. 1. 2. Bah. hist. 1. 381. f. 1. et 382. f. 1. Moris s. 2. t. 10. f. 7. Clus. hist. 1. 97. f. 1. 2. Duham. arb. 1. t. 90. Lob. ic. 2. t. 86. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 710. Duham arb. ed. nov. 1. t. 31. Curt. botan. magaz. t. 445. Rivin. tetrap. t. 95. Guimp. t. 154. Svens. bot. t. 543. Labr. fasc. 32. Suffrutex spectabilis usque 8 pedalis ramosissimus ramis angulatis sparsis erectis flexuosis. Cal. bilabiatus labio subbidentato inferiore 3 dentato. Cor. maiusculae. Vexillum rubro-striatum. Semina ferruginea laevia oblonga teretia. Fl. hyeme exeunte usque in seram aestatem. In collibus apricis et montanis, in dumetis et oris sylvarum, in agro *taur. segus. novar.* etc. *Liguria*, agro *nic.* etc. folia ut Cassiae Sennae, et Coluteae arborescentis alvum molliunt, et solvunt dosi tamen maiore. folia laetissime virent. flores pulchri.

cc. *Unguibus petalorum calycem subaequantibus.*

d. *Foliis supremis ternatis.*

3. JUNCEA. C. *Suffruticosa glabra ramis vimineis subnudis foliis paucijugis supremis ternatis foliolis spathulatis subretusis carnosis stipulis exiguis pedunculis apice umbelliferis folio valde brevioribus umbellis sub 5-floris.*

Ic. Bah. hist. 1. 383. Barrel. ic. 133. 154. Botan. cab. t. 235. Chabr. sciagr. 82. f. 3. Caulis usque bipedalis cortice fungoso. rami stricti laeves flexiles. foliola ima parva obcordata. calycis dentes superiores sub longiores. Legumina pendula. Semina ferruginea laevia oblonga cylindrica parva. Floret hyeme exeunte usque in aest. In agro *nic.*

dd. *Foliis omnibus imparipinnatis.*

e. *Stipulis maximis suborbiculatis floribus adsidue suaveolentibus.*

4. VALENTINA. C. *Fruticosa glabra glauca foliolis cuneatis retusis recurvis mucronulatis stipulis reniformi-orbiculatis deciduis umbellis longe pedunculatis multifloris lomentis tumido-compressis articulis oblongis.*

C. stipularis Lam. enc. 2. 120. Ic. Rivin. tetrap. irreg. t. 95. Curt. bot. mag. t. 185. Caulis erectus usque bipedalis flexuosus ramosus. folia subcarnosa. lomenta demum pendula. Semina ferruginea laevia oblonga. Odor florum fragrans Narcissum Jounquillam aemulatur. In agro *nic.*: in collibus di *Montalbano*.

ee. *Stipu'is lanceolatis: floribus noctu inodoris.*

5. GLAUCA. C. *Fruticosa glabra glaucovirens foliis 2-5 iugis foliolis cuneatis stipulis lanceolatis patulis deciduis umbellis multifloris longe pedunculatis.*

Clus. hist. 1. 97. Mill. ic. t. 289. f. 2. Ic. Curt. bot. mag. t. 13. Sibt. flor.

gr. t. 714. Duham. edit. nov. 4. t. 32. Ceterum similis C. valentinae. flores noctu inodori die suavissime olent. Fl. vere. In rupibus agri *nic*.

bb. *Lomentis tetragonis facile in articulos secedentibus, petalorum unguibus calyci subaequalibus.*

c. *Floribus luteis demum croceis.*

d. *Lomentis compresso-tetragonis pendulis: stipulis imis connatis oppositifoliis emarginatis superioribus distinctis lanceolatis. Herba perennis basi lignosa.*

6. CORONATA. C. *Caule basi suffruticoso superne herbaceo erecto foliis sub 5-iugis foliolis grandibus ovalibus obovatisque imis cauli approximatis stipulis minutis inferioribus in unam oppositifoliam emarginatam connatis superioribus distinctis lanceolatis umbellis multifloris longe pedunculatis pedicellis tubo calycis triplo longioribus lomentis compresso-tetragonis rectis.*

C. montana. Scop. carn. 2. 72. t. 44. Sturm. deut. fl. hef. 49. Reich. cent. 1. 52. t. 33. f. 68. Ic. Bah. hist. 1. 582. Clus. hist. 1. 98. et pannon. 46. Gerar. em. 1300. Rivin. tetrap. irreg. t. 93. Jacq. a. t. 93. Bot. mag. t. 907. Mut. fl. fr. t. 16. f. 92. Caulis pedalis et ultra aliquando totus herbaceus. Ungues petalorum calycem paulo excedunt. Semina oblonga. Fl. vere exeunte. In collibus *taur.*: in monte *Cenisio* etc.

dd. *Lomentis tetragonis. stipulis omnibus connatis oppositifoliis emarginato-bidentatis. Suffruticulus minimus.*

7. MINIMA. C. *Caule prostrato diffuso foliis subsessilibus 3-4 iugis foliolis oblongo-cuneatis vel obovatis margine subcartilagineis imis cauli approximatis stipulis minutis in unam oppositifoliam connatis umbellis 3-8 floris pedicellis tubum calycis aequantibus vel paulo longioribus lomentis tetragonis.*

C. montana. Savi. bot. etr. excl. syn. C. coronata. Cand. prodr. 2. 310. Reich. ic. t. 32. f. 66. 67. Ic. Aldrovand. herb. 4. 159. Dalech. lugd. 510. Barrel. ic. 721. Clus. hist. 1. 98. Mut. fr. t. 13. f. 90. Caules usque pedales caespitosi. folia densa. foliola carnosa. umbellae 2-8 florae pedunculatae pedunculis folio longioribus. unguis petalorum calyces multum superantes. Fl. vere et aest. In pascuis collium, montium locis apricis, calidis, lapidosis.

cc. *Floribus albidis, vexillo rubro-striato, carina atro-rubra: radice annua.*

8. CRETICA. C. *Caulibus ramisve angulatis ascendentibus foliis longe petiolatis 6-8 iugis foliolis oblongo-obovatis retusis stipulis lanceolatis liberis umbellis 3-6 floris pedicellis calycem aequantibus pedunculis folio brevioribus lomentis tetragonis erectis apice incurvis.*

C. parviflora. Sibt. fl. gr. 8. 9. t. 713. Astrolobium creticum. Desr. Ic. Jacq. hor. vind. 1. t. 23. Caules caespitosi usque 2-3pedales. foliola mucronata petiolulata. pedunculi aliquando folium superant. ungues petalorum calyce longiores. Semina flava laevia subcompressa longa teretiuscula. Floret vere exeunte. In herbidis circa *Genuam* et in agro *clavarensi*.

ccc. *Floribus roseis, nempe vexillo roseo alis albis, carina alba apice purpurea: radice perenni.*

9. VARIA. C. *Herbacea procumbens caulibus angulatis ramosis ramis flexuosis foliis sub-10-iugis foliolis oblongis obtusis mucronatis stipulis lanceolatis liberis pedunculis folio longioribus umbellis sub 20-floris pedicellis calycis tubo triplo longioribus lomentis tetragonis erectis.*

Ic. Sturm. deut. fl. 12. 49. Clus. hist. 1. 237. Rivin. tetrap. irreg. t. 94. Curt. bot. mag. t. 238. Schk hand. t. 203. Schrank flor. mon. t. 7. Dietr. fl. bor. t. 361. Brandt und Ratzeb. 24. Schubert. naturgesis t. 38. f. 9. Caules caespitosi 1-3 pedales. flores aliquando albi. ungues petalorum calyce paulo longiores. Semina fusca laevia oblonga. Fl. vere et aest. In sepibus et dumetis *Liguriae* collium *taur.* agro *segus. novar. Monteferrato* etc.

## 395. ORNITHOPUS

Herbae annuae.

a. *Lomentis subangulatis arcuatis articulatis non strangulatis intermediis truncatis aequaliter continuis maturitate ad articulos secedentibus: umbellis longe pedunculatis neutiquam involucratis, floribus luteis.* Lam. ill. t. 631. f. 4. ASTROLOBIUM Cand.

b. *Foliis trifoliolatis foliolis difformibus foliolo impari maximo imis simplicibus stipulis connatis oppositifoliis.*

1. SCORPIOIDES. O. *Glaber glaucus caule suberecto ramoso foliis crassiusculis imis simplicibus reliquis ternatis foliolo impari maximo oblongo lateralibus stipulaceis subrotundis pedunculis ebracteatis folio longioribus paucifloris stipulis parvis connatis oppositifoliis eroso-bidentatis calyce campanulato leguminibus subincurvis subnodosis.*

Astrolobium. Cand. 2. 311. Arthrolobium Desr. journ. de bot. 3. 121. t. 4. f. x. Ornithopodium Scop. carn. 2. 72. Coronilla. Guss. syn. 2. 302. Ornithopus trifoliatus. Lam. fr. 2. 659. Ornithopodium triphyllum. Moench meth. Var. *foliis superioribus pinnatis* est A. repandum. Cand. ibid. Ornithopus repandus. Lam. ill. t. 631. f. 4. O. lotoides. Vivian. fl. ital. fragm. 1. 7. t. 9. Coronilla repanda. Guss. syn. 2. 302. Ic. Matth. com. 808. Durant. herb. 420. Sab. hor. rom. 7. t. 28. Cav. ic. et descript. 1. t. 37. Sibt. fl. gr. t. 715. Lob. ic. 1. t. 391. f. 2. Eiusd. obs. 212 f. 4. Dodon. pempt. 71. f. 3. Bah. hist. 2. 898. Chabr. sciagr. 284. f. 4. Rivin. tetrap. irreg. t. 93. Moris. s. 2. t. 1. f. 5. Camer. epit. 1002. Dalech. lugd. 1353. f. 2. Park. 1117. Schk. handb. t. 206. Gaertn. fruct. t. 153. Caulis usque semipedalis. semina teretia longa subcurvata. Fl. vere exeunte. Inter segetes praesertim locis arenosis, lapidosis, calidis et aridis in agro *nic.* et *Liguria, Monteferrato*, agro *albensi*, *derthonensi* etc.

bb. *Foliis omnibus imparipinnatis, foliolis uniformibus stipulis distinctis.*

2. EBRACTEATUS. Brot. lus. 2. 159. O. *Glabriusculus caule suberecto foliis longe petiolatis suboctojugis foliolis parvis ovalibus uniformibus imis a caule distantibus stipulis subnullis distinctis umbellis paucifloris calyce tubuloso dentibus lanceolatis leguminibus teretibus arcuatis.*

Arthrolobium. Desr. l. c. Reich. exc. 541. Engl. bot. t. 2844. Astrolobium. Cand. prodr. 2. 311. Orn. durus. Cand. fr. 4. 605. O. pygmaeus. Viv. fl. ital. fragm. 1. 13. O. nodiflorus. Lagas. gen. et sp. 23. Ic. Brot. phyt. lus. 1. t. 68. Bonan. panph. t. 120. Loisl. fl. gall. 2. t. 13. Vivian. l. c. t. 14. Caulis raro pedalis angulatus striatus. Vexillum purpureo-striatum. Semina flavida oblonga recta. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* ad oras fluminis *Vari*: in *Liguria* orient. etc.

aa. *Lomentis compressis planis arcuatis rostratis articulatis ad articulos strangulatis vel aequaliter continuis, internodiis ovatis siccis reticulato-rugosis sero secedentibus in unum latus flexis umbellis subcapitatis in apice pedunculorum involucratis folio pinnato.* ORNITHOPUS.

b. *Foliis stipulatis lomentis strangulatis brevi rostratis subarcuatis: floribus albidis, vel carneis. Herba parvula.*

3. PERPUSILLUS. O. *Erectiusculus pubescens foliis 5-10 iugis imis petiolatis superioribus sessilibus foliolis ellipticо-oblongis stipulis superioribus acuminato-subulatis pedunculis folio longioribus lomentis pubescentibus compressis strangulatis brevirostratis subarcuatis articulis subrotundis.*

O. intermedius. Roth. germ. 2. 213. est var. *maior villosior leguminibus glabriusculis.* — Ic. Dalech. lugd. 406. fig. 2. Bah. hist. 2. 331. Chabr. sciagr. 156. f. 4. Engl. bot. t. 369. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 102. Ger. em. 1241. Flor. dan. t. 730. Baxter brit. bot. t. 358. Lam. ill. t. 631. Schk. handb. t. 206. Dietr. flor. bor. t. 342.

Radix spongiolis subinde aspersa. Caulis humilis aliquando tamen usque pedalis. Semina flavida laevia parva oblonga obtusa. Fl. vere exeunte. In agro *nov.* prope *Confienza.*

bb. *Foliis exstipulatis; lomentis compressis articulatis aequaliter subcontinuis exquisite arcuato-incurvatis longe rostratis, floribus luteis. Herba maiuscula.*

4. COMPRESSUS. O. *Erectus villosus, foliis multijugis exstipulatis sessilibus foliolis elliptico-oblongis pedunculis subbifloris folio brevioribus, lomentis compressis exquisite arcuato-incurvatis longe rostratis rugosis.*

Ornithopodium. All. ped. 1. 336. Ic Dalech. lugd. 493. f. 1. Ger. em. 1141. Bah. hist. 2. 349. Chabr. sciagr. 156. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 714. Lob. ic. 2. t. 83. f. 1. Eiusd. advers. 403. f. 2. Radix etiam hac specie spongiolifera. Caulis humilis raro usque sesquipedalis. pedunculi 2-3flori ut plurimum folio breviores. flores parvi erecti: semina flavida laevia compressa oblonga parva. Fl. vere exeunte. Inter segetes et pascuis agri *nic.* et *Liguriae*: in agro *nov.* a *Belgirate* etc.

### 396. HEDYSARUM.

a. *Lomentis inermibus: cor. purpurea-violacea. suffruticulus.*

1. OBSCURUM. H. *Caule herbaceo flexuoso erecto foliis pinnatis 5-9jugis foliolis ovato-oblongis obtusis venosis stipulis amplexicaulibus scariosis in unam oppositifoliam bifidam concretis racemis axillaribus bracteis pedicellos superantibus lomentis glabris pendulis.*

H. alpinum. All. ped. 1. 322. H. alpinum b. L. sp. 1057. H. alpinum. Jacq. a. t. 118. H. controversum Crant. a. 425. Ic. Sturm. deut. fl. 5. 19. Hall. hist. t. 12. Lodde bot. cab. t. 1434. Curt. bot. mag. t. 282. Caulis angulatus firmus spithameus. Racemi terminales et axillares laxi floribus grandibus speciosis pendulis. Cor. raro albida. Internodia lomentorum ovalia margine anguste subalata. Semina reniformia compressa. Fl. aest. In alpibus *Sabaudiae*: in *Monte Bianco*; in monte *Vesulo*; in valle *Ursina* secus torrentem *Berra* etc. etc.

aa. *Lomentis echinatis.*

b. *Radice annua: cor. rubro-rosea.*

2. CAPIATTUM. Desf. atl. 2. 177. H. *Caule prostrato foliis 5-10 iugis foliolis obverse oblongis obtusis emarginatis subtus pubescentibus imo solitario racemis paucifloris subcapitatis floribus grandibus lomentis paucilocellatis internodiis orbiculatis pubescentibus muricatis aculeis brevibus uncinatis.*

H. spinosissimum. W. sp. 3. 1212. Sibt. fl. gr. t. 721. H. spinosissimum. L. h. upsal. 231. non videtur differre nisi *floribus minoribus albidis*, quod forte pendet ex loco magis septentrionali et algente quo a Linnaeo stirps colebatur. Ic. Pluk. phyt. t. 50. Botan. mag. t. 125. Reich. ic. crit. 3. 411. Bonan. panph. t. 100. Moris. sard. 1. t. 68. A. B. var. Moris. l. c. forte. H. spinosissimum. L. profert. Caules caespitosi super terram in orbem strati usque sesquipedales. Semina helvola compressa reniformia orbicularia laevia. Fl. vere. In arvis sabulosis mari proximis agri *nic.* et *unel.*

bb. *Radice perenni, corolla obscure rubra.*

3. CORONARIUM. H. *Caule prostrato diffuso ramoso foliis 3-5 iugis foliolis grandibus ovalibus obtusis subtus margineque pubescentibus imis subrotundis stipulis distinctis racemis axillaribus densifloris floribus erectis internodiis lomenti glabri suborbiculatis erectis echinatis aculeis uncinatis.*

Ic. Gaertn. fruct. t. 155. f. 3. Dodon. pempt. 549. Bah. hist. 2. 335. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 151. f. 3. 4. Rivin. tetrap. irreg. t. 98. Sab. hor. rom. 2. t. 30. Lob. ic. 2. t. 77. f. 2. Eiusd. observ. 525. f. 2. Caules usque tripedales. pedunculi folio longiores. Spica conferta ovata oblonga. articuli lomentorum 3-4. Semina flavida laevia reniformia subcompressa. Fl. vere exeunte. In pratis di *Rivoli*, di *Maggiora*, *Gossano* etc. agri *novar.*: in *Liguria* etc.

## 597. HIPPOCREPIS.

Herbae decumbentes foliis imparipinnatis foliolis cuneatis emarginatis floribus luteis seminibus longis compresso-tereliusculis semilunatis laevibus.

a. *Lomentis orbiculariter excisis seu articulis apice dilatatis sinus subrotundos anguste apertos efficientibus. Herbae annuae.*

b. *Lomentis solitariis axillaribus subsessilibus.*

1. UNISILIQUOSA. H. *Erectiuscula foliis petiolatis 2-7 jugis foliolis anguste cuneato-linearibus lomentis solitariis axillaribus subsessilibus subincurvis in parte media articulorum puberulo-hirtis.*

H. biflora. Spreng. pugil. 2. 73. H. monocarpa M. Bieb. taur. cauc. sup. 480. H. unisiliqua. Reich. excurs. 540. Ic. Durant. herb. 267. Columu. ecphr. 1. 300. Garid. Aix. t. 114. Lam. ill. t. 630. f. 3. Sibt. fl. gr. t. 716. Dodon. pempt. 546. f. 3. Lob. observ. 527. f. 3. Eiusd. ic. 2. t. 82. f. 2. Bah. hist. 2. 347. f. 2. Chabr. sciagr. 155. f. 3. Rivin. tetrap. irreg. 2. t. 96. Herba glabra. Caules caespitosi basi ramosi super terra in orbem strati. Lomenta raro gemina folia longitudine superant. Semina flavida. Fl. vere. In agro *nic.* et circa *Monoecum*: supra thermas *Vinadii* in apricis secus *Ischiator.*

bb. *Pedunculis 2-5floris folium subaequantibus.*

c. *Sinubus lomenti ad interiora concavitatis versis.*

2. CILIATA. W. in mag. nat. ges. Berl. 1808. 173. H. *Erectiuscula caulibus flexuosis foliis petiolatis 2-7jugis foliolis spathulato-linearibus subemarginatis pedunculis 2-4floris folium subaequantibus lomentis planis curvatis lateraliter glandulosis glabrisve curvaturis dorso hispidis setis apice glanduliferis sinubus ad interiora concavitatis versis.*

H. multisiloquosa. All. ped. 1. 337. Moris sard. 1. 345. H. annua. Lagas. gen. et spec. plant. 23. Ic. Garid. Aix. t. 34. Columu. ecphr. 1. 300. Moris. s. 2. t. 10. f. 2. Moris. s. 1. t. 67. Caulis ut insuperiore: tamen tenuior: pedunculi raro uniflori. Lomenta demum rubida. Fl. vere. Circa *Genuam*, et al *Ceriale*, in *Liguria occidua.*

cc. *Sinubus lomenti ad exteriora convexitatis versis.*

3. MULTISILIQUOSA. H. *Foliis 3-8jugis foliolis cuneatis apice truncatis emarginatis mucronulatis pedunculis 2-6floris folium subaequantibus lomentis curvatis glabris margine arcubusque scabridis sinubus ad exteriora convexitatis versis.*

H. multisiliqua. Reich. excurs. 540. Ic. Moris sard. 1. t. 66. Sibt. fl. gr. t. 717. Similis praecedenti sed maior. Stipulae ut in illa basi utrinque vel in uno tantum latere glandula globulosa fusca obsidentur. Fl. vere. In agro *nic.*

aa. *Lomentis sinuatis seu articulis curvis sinus late apertos utroque margine efficientibus, floribus umbellatis umbellis longe pedunculatis. Suffruticulus.*

4. COMOSA. H. *Caulibus basi frutescentibus umbellis sub-7-floris pedunculis folio valde longioribus foliis petiolatis 3-6jugis foliolis uniformibus obovatis retusis brevissime mucronatis lomentis granulato-scabris utroque margine flexuoso-sinuatis articulis arcuatis.*

Ic. Jacq. a. t. 431. Baxter br. bot. t. 369. Schrank fl. mon. t. 262. Schubert. naturges t. 58. f. 3. Engl. bot. t. 31. Caules usque pedales. Lomenta rubida articulis 2 5. Fl. vere et aest. frequens in pascuis et herbidis aridis, et apricis, arenosis, lapidosis. Ego legi circa *Taurinum* in herbidis della *Cittadella.*

## 598. SCORPIURUS.

Herbae annuae prostratae caulibus angulatis foliis simplicibus in petiolum longum attenuatis stipulis basi petioli adnatis pedunculis elongatis unifloris aut umbellatis floribus parvis luteis.

a. *Pedunculis unifloris, herba incano-villosa.*

1. VERMICULATA. Sc. *Incano-villosa pedunculis unifloris costis lomenti squamis obtusissimis stipitatis tectis.* Ic. Gaertn. fruct. a. t. 155. Rivin. tetrap. irreg. t. 95. Moris. s. 2. t. 11. f. 5. Lam. ill. t. 631. f. 2. Schk. handb. t. 208. a. Caules angulati caespitosi vix spithamei folia oblongo-spathulata integerrima trinervia. Lomenta articulata, in articulo constricta, internodiis subglobosis glabris: sulcatis, semina rubida ovalia. Fl. vere. In agro *nic.*

aa. *Pedunculis subbifloris: herba glabriuscula.*

2. MURICATA. Sc. *Glabriuscula pedunculis subbifloris lomentis sulcatis glabris costis dorsalibus minute tuberculatis lateralibus laevibus.*

Ic. Moris. s. 1. t. 11. f. 4. Sab. hor. rom. 7. t. 52. Similis vermiculatae. Internodia oblonga semina atro-rubra subsemilunata Fl. vere In agro *nic.*

aaa. *Pedunculis sub-4-floris: herba pilosa.*

3. SUBVILLOSA. Sc. *Pedunculis sub-4-floris lomentis exquisite involuto-contortoplicatis costis dorso conferte aculeatis aculeis uncinatis glabris.*

Var. *lomentis aculeisque brevissime hirsutis* est. Sc. acutifolia. Viv. fl. lyb. spec. 45. t. 19. f. 4. Sc. sulcata Sibt. fl. gr. t. 719 — Sc. muricata Host a. 2. 349. Ic. Garid. aix. t. 90. Rivin. tetrap. irreg. t. 96. Moris. s. 2. t. 11. f. 2. Schk. handb. t. 208. Caules caespitosi angulati usque semipedales. Folia elliptico-lanceolata undique magis margine villosa. pedunculi folia excedentes. Vexillum aliquando rubidum: semina laevia fusco-rubra arcuata arcuatimque striata. Fl. vere exeunte. In agro *nic.* et Liguria.

## 599. GYPSOPHILA.

a. *Floribus sparsis.*

b. *Calycibus basi nudis.*

c. *Radice annua.*

d. *Caule fistuloso, foliis oblongis.*

1. VACCARIA. Sibt. fl. gr. prodr. 1. 279. G. *Caule tereti fistuloso foliis ovato-lanceolatis connatis glaberrimis glaucisque floribus corymbosis calycibus pyramidatis laevibus pentagono-alatis petalis emarginatis erosis.*

Saponaria. L. sp. 585. S. perfoliata Roxb. hor. beng. 34. Indiae orient. incola est omnino var. Lychnis Vaccaria. Scop. carn. 1. 503. Vaccaria vulgaris Host. a. 1. 518. V. pyramidata flor. Wett. Ic. Sibt. fl. gr. t. 380. Lob. ic. 332. f. 2. Dalech. lugd. 400. f. 1. Dodon. pempt. 104. f. 2. Tabernam. ic. 836. f. 2. Moris. s. 5. t. 21. f. 27. Gaertn. fruct. t. 130. Bot. mag. t. 2290. Herba vix semipedalis caule ascendente nodoso superne ramoso ramis dichotomis. folia ima majora. petala calycem superant laete rosea, venosa. capsula calyci vix aequalis obtusa ovata. semina scabra ferruginea subrotunda angulata, crassiuscula. Fl. vere et aest. Inter segetes locis apricis collinis arenosis.

dd. *Caule farcto: foliis lineari-lanceolatis angustis.*

2. MURALIS. G. *Caule prostrato vel erecto dichotomo divaricato paniculato pedunculis axillaribus solitariis unifloris capillaribus elongatis petalis crenatis foliis lineari-lanceolatis angustissimis planis abbreviatis.*

G. serotina. Hayne t. 152. Reich. excur. 804. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 1. t. 11. Drev. et Hayn. t. 150. Schk. hand. t. 120. Mentz. pugil. t. 7. Sibt. flor. gr. t. 381. Reich. flor. germ. 6. t. 259. Lam. ill. t. 375. f. 1. mala. flores enim neutiquam terminales sed axillares solitarii insidentes pedunculis filiformibus elongatis erecto-patulis folio longioribus. Tunica minima. Dalech. lug. 1191. f. 2. neutiquam huc referenda sed ad G. rigidam. Caulis scaber nodosus ramosissimus ramis divaricatis vix spithameus, in pinguibus dodrantalis et ultra. folia glauca glabra trinervia. calyx glaber pentagonus 5dentatus: petala rosea angusta oblonga, rubro-striata: capsula ovoidea calycem superans. semina scabra arcuatim sulcata fusca reniformi-subrotunda exigua. Legi exemplaria glaberrima erecta superne ramosissima ramis dichotomis filiformibus pedunculisque erecto-patulis foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis planis uninerviis petalis vix calyce maioribus

crenatis inferne luteis floribus nonnisi sub meridie apertis antheris albis subrotundis parvis corolla brevioribus: capsula oblonga calyci aequali valvis quatuor dehiscente. Quibus characteribus accedit stirps ad G. serotinam Hayne, sed forte diversa est seminibus granulatis neutiquam arcuatim sulcatis planiusculis cochleiformibus obscure ferrugineis. Calyx margine albo-scariosus, videtur species distincta quam dico G. *elegantem.* Fl. aest. et aut. Vulgaris in agris, arvis, viis, muris etc.

cc. *Caule suffruticoso. Radice repente.*

3. REPENS. G. *Radice repente caule erecto vel prostrato paniculato, pedunculis bifloris petalis emarginatis stamina superantibus foliis lineari-lanceolatis, glaucis secundis subcarnosis.*

G. rigida. L. sp. 583 ? G. prostrata. All. pedem. 2. 78. Ic. Ger. galloprov. t. 15. f. 2. Boccon. mus. t. 5. Pluken phyt. t. 75. f. 2. Reich. fl. germ. 6. 240. Lam. ill. t. 575. f. 2. Jacq. a. t. 407. Bot. mag. t. 1448. Schrank flor. mon. t. 284. Glabra. Caules caespitosi humiles aliquando tamen usque pedales: panicula terminalis trichotoma. Bracteae albo marginatae. Cor. parvae roseae, petalis subbilobis. Caps. ovata calyci aequalis. Semina ferruginea sulcata muricata reniformia. Fl. aest. Vulgaris in alpinis locis saxosis praesertim ad semitas. G. prostrata. L. Asiae mediae incola est omnino var. *stylis elongatis.*

bb. *Calycibus calyculatis ; radice fibrosa perenni.*

4. SAXIFRAGA. G. *Caule prostrato ramosissimo ramis angulatis unifloris floribus terminalibus solitariis calycibus basi squamatis petalis emarginatis foliis linearibus strictis.*

G. muralis. Savi etr. 1. 137. G. rigida. Tenor. syll. 205. G. permixta Guss. suppl. 1. 120. — Dianthus saxifragus. L. sp. pl. ed. 1. 413. Tunica saxifraga. Scop. carn. 1. 300 est var. *floribus subfasciculatis.* Ic. Barrel. t. 998. Bah. hist. 3. 337. Dalech. lugd. 1191. Zannichel. ist. t. 70. Smith. exot. bot. t. 90. Trattin. arch. t. 272. Caules caespitosi nodosi. folia basi albo-marginata connata. Cor. rosea. striata parva. Antherae violaceo-coeruleae caps. oblonga calyci subaequalis seminibus obovatis pedicellatis nigris granulatis. Fl. vere et aest. Ubique in pascuis lapidosis.

aa. *Floribus fasciculato-capitatis.*

5. FASTIGIATA. G. *Caulibus caespitosis strictis foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris subsecundis subtriquetris pedunculis corymbosis viscoso-pubescentibus floribus aggregatis genitalibus exsertis.*

G. arenaria W. et Kitaib. pl. hung. t. 41. est var. *foliis planis.* Lychnis Gypsophila. Gmel. sibir. 4. t. 61. f. 1. Ic. Hall. in Rup. jen. t. 2. Mentz. pag. t. 2. Dietr. flor. bor. t. 384. Reich. fl. germ. 6. 243. Caules prostrati exigui : flores rosei. Fl. aest. In summis rupibus vallis *Formazzae* alle *Casere Superiori.* Radix perennis.

## 600. SAPONARIA.

a. *Floribus aggregatis.*

b. *Radice perenni repente surculis apice cauliferis: cor. carnea : caule fistuloso erecto.*

1. OFFICINALIS. S. *floribus fasciculato-corymbosis calycibus scabris petalis fauce coronatis foliis oblongis nervosis laevibus.*

Lychnis. Scop. carn. 1. 303. Ic. Sab. hor. rom. 6. t. 33. Zannichel. t. 285. Plenck ic t. 346. Bull. herb. t. 257. Curt. lond. 2. t. 29. ed. Grav. 3. t. 72. Woodv. sup. t. 251. Ger. em. 444 Bah. hist. 3. 321. Engl. bot. t. 1060. Svens. bot t. 338. Fl. dan. t. 543. Savi mat. med. t. 44. Lam. ill t. 376. f. 1. Fl. med. t. 311. Nees ab Esem. du. t. 386. Schk hand. t. 121. Sturm. deut. fl. hef. 6. t. 10. Hayne arzn. 2. t. 2 Lob. ic. 314. f. 2. Dodon. pempt. 179. f. 1. Dalech. lugd. 822. f. 1. Taber. ic. 738. f. 1. Moris. s 5. t. 22. f. 53. Baxter. brit. bot. t. 37. Plee types 1. Guimp. et Schl. t. 38. Wagner t. 16. Dietr. flor. bor. t. 193. Reich. fl. germ. 6. 245. Arch. Mus. 4. 5. Schubert naturges. t. 22. f. 10. Radix rubida. Caules caespitosi tetra-

goni articulato-nodosi superne ramosi ramis oppositis, pedales et ultra. Calycis aliquando glabri elongati dentes breves. Cor. magnae suaveolentes raro albae. Capsula oblonga minor calyce. Semina granulata compressa reniformia. Fl. aest. Vulgaris in sepibus praesertim in ruderatis, circa domos rusticas, ad vias et aggeres etc. Herba amara, tonica est. Decocta intus et extus scabiem sanat, quod et ego expertus sum. Decoctum et extractum eius in obstructionibus splenis et jecinoris, et ictero optime adhibetur, at que auriginem plerumque sanat. reserat menses et fluori albo medetur praesertim si cortici peraviano iungatur. Etiam in epilepsia profuisse veteres memoriae prodiderunt; quod verum forte est si morbus ex stasibus abdominalibus ortum habet. Herba praetiosa perperam hodie a medicis neglecta. In fluore albo mulierum moltoties profuisse vidi.

bb. *Suffrutex: caulibus farctis prostratis, floribus luteis.*

2. LUTEA. S. *Floribus subcapitatis calycibus lanatis petalis obovatis integerrimis fauce coronatis caulibus caespitosis diphyllis foliis radicalibus lineari-lanceolatis ciliatis.*

Ic. All. spec. t. 5. f. 2. Eiusd. fl. ped. t. 25. f. 1. Smith. spic. t. 5. Sturm. deut. fl. hef. 8. 29. t. 12. Roem. fl. eur. 1. 8. Caul. vix palmares superne herbacei nodosi. folia subcarnosa margine cartilaginea. Calyx saepe rubens. petala integra ungue atropurpureo. Fl. aest. Habitat summa alpium iuga. *Cenisium*; *Assiette*: *Col delle finestre*: in monte *Turlo* etc.

aa. *Floribus solitariis.*

3. OCIMOIDES. S. *Pedunculis axillaribus terminalibusque erectis calycibus villosis petalis spathulatis integerrimis caule prostrato dichotomo foliis subellipticis utrinque attenuatis basi ciliatis.*

Var. *foliis lanceolatis floribus minoribus* est S. alsinoides Vivian. appen. altera. 7. Silene alsinoides eiusd. fl. cors. diagn. 6. Ic. Lob. ic. 341. f. 2. Cavan. ic. et descr. t. 154. Jacq. a. append. t. 25. Dalech. lugd. 1429. f. 2. Bah. hist. 3. 344. f. 2. Moris s. S. t 21. f. 58. Sturm. deut. fl. 14. 59. Bot. magaz. t 154. Caules caespitosi ramosissimi nodosi hirsuti pedales et ultra. Calyx decemsulcatus glanduloso-pubescens viscidus. Color. corollae roseus faciem refert Lychnidis alpinae. Capsula ovata subtetragona dehiscens dentibus quatuor. Semina crassiuscula subglobosa subreniformia scabra. Fl. vere et aest. passim locis saxosis collinis umbrosis, ad oras sylvarum etc. perennis.

S. porrigens. L. mant. 239. *Pedunculis axillaribus capillaribus fructiferis elongatis cernuis calycibus viscido-hirsutis petalis emarginatis fauce nudis caule erecto ramoso villosissimo foliis lanceolatis acuminatis nervosis quam Asiae* minoris incolam secus torrentem la *Sturla* non longe a litore apud *Genuam* invenit Viviani, vel cum alia specie confudit, vel aliunde illuc illata erat.

## 601. DIANTHUS.

a. *Floribus aggregatis: caule herbaceo.*

b. *Radice annua: squamae calycinae calyce longiores.*

c. *Pubescens. squamae calycinae subulatae virentes.*

1. ARMERIA. D. *Floribus fasciculatis calycis squamis lanceolatis subulatis tubum aequantibus foliisque lineari-lanceolatis hirsutiusculis petalis crenatis supra pilosis.*

D. hirtus Lam. Ic. Lob. ic. 448. f. 2. Bah. hist. 3. 333. f. 2. Moris s. 5. t. 25. f. 2. Seguier. ver. 1. t. 7. f. 4. Schk hand. t. 121. Engl. bot. t. 317. Fl. dan. t. 230. Hook lond. t. 154. Sturm. deut. fl. hef. 25. t. 7. Reich. flor. germ. 6. 249. Caules raro caespitosi ut plurimum humiles non raro tamen usque bipedales. folia radicalia rosulata spathulato-lanceolata. tubus calycis striatus villosus. flores parvi inodori rosei supra albo-maculati vel obscure rubri. antherae coeruleae. squamae calycis aliquando tubo breviores. Aliquando glaber est. Vulgaris in sylvis collium et secus torrentes.

etiam in graminosis, et agrorum aggeribus etc.

cc. *Glaber: squamae calycinae scariosae stramineo — ferrugineae, oblongae.*

2. PROLIFER. D. *Floribus aggregato-capitatis calycis toti tecti squamis ovato-oblongis tubum superantibus petalis emarginatis foliis linearibus serrulatis ciliatis glabris.*

D. dimidiatus L. sp. 597. D. velutinus. Guss. ind. sem. etc. 1825. 5. plant. rar. t. 52. est var. *internodiis caulinis intermediis pubescenti-velutinis foliis superioribus margine nudis squamis involucrantibus acutis* (ut plurimum obtusae sunt) *calycibus brevi-pedicellatis.* Tunica prolifera. Scop. carn. 1. 299. Ic. Lob. ic. 4.0. f. 1. Bah. hist. 3. 335. f. 1. Park. theat. 538. f. 1. Ger. his. 599. Moris s. 5. t. 25. f. 21. Dietr. fl. bor. t. 800. Seguier. ver. t. 7. f. 1. Engl. bot. t. 950. Fl. dan. t. 221. Sibt. fl. gr. t. 394. Krok sil. 4. t. 4. Caulis pedalis et ultra superne ramosus. folia ima lineari-lanceolata basi albo-marginata omnia brevia. Corolla parva solo limbo prominulo roseo imberbi. antherae violaceae. Semina oblongo-elliptica hinc convexa inde concava granulata vel muricata. Fl. aest. Vulgaris locis aridis collinis et ruderatis arenosis pascuis saxosis etc.

bb. *Radice perenni.*

c. *Foliis lato-lanceolatis, corollis imberbibus.*

3. BARBATUS. D. *Glabriusculus floribus aggregato-fasciculatis calycis squamis lanceolatis subulatis calycem aequantibus petalis dentatis supra imberbibus foliis lanceolatis nervosis.*

Tunica barbata. Scop. carn. 1. 298. Ic. Tabern. ic. 285. Renealm. spec. 47. Curt. bot. magaz. t. 207. Reich. fl. germ. 6. t. 48. Caulis pedalis et ultra. folia radicalia minora. flores parvi inodori rosei, rubri, albi, vel variegati numerosi. Caps. acuta subpentagona. Semina obovata granulata. Caulis crassus. Fl. aest. In valle Fenestrellarum. Colitur ubique in hortis. Galli vocant *Bouquet tout fait.*

cc. *Foliis linearibus: corollis supra barbatis.*

4. CARTHUSIANORUM. D. *Floribus subcapitato-fasciculatis involucratis calycis squamis ovatis aristatis tubo brevioribus petalis crenatis rotundatis barbatis foliis linearibus nervosis.*

D. Allionii Colla herb. ped. 1. 297. D. ferrugineus. Tenor. neap. 4. 206. Reich. ic. f. 734. D. Vulturius. Guss. D. vaginatus. Reich. l. c. f. 731. 732. D. atro-rubens. All. ped. 2. 75. Reich. l. c. fig. 735. Tunica Carthusianorum. Scop. carn. 1. 299. D. collinus. Balb. mis. 1. 21. Excl. syn. D. Balbisii Cand. prodr. 1. 356. D. capitatus Reich. l. c. f. 736. D. atro-rubens. Jacq. ic. rar. t. 467. D. Seguieri. Villar. Bellar. append. in mem. taur. 5. 228. Reich. l. c. f. 740. D. asper. Cand. prodr. 1. 357. Reich. l. c. f. 741. D. sylvaticus. Sturm. deut. fl. 1. 28. D. scaber. Suter. fl. helv. 1. 259. D. liburnicus. Koch syn. 95. Ic. Seg. ver. t. 8. Fl. dan. t. 1694. Barrel. ic. 497. Loes. prus. t. 7. Sibt. fl. gr. t. 392. Bot. mag. t. 2059. Reich. ic. f. 752. Sturm. deut. fl. hef. 27. Tabern. ic. 287. f. 2. Dalech. lugd. 810. f. 2. Sweet. fl. 9. 2. 282. Dreves 4. 109. Schrank. fl. mon. t. 293. Dietr. fl. bor. t. 197. Schubert naturges t. 22. f. 11.

Dianthus Seguieri. Ch. ap. Vill.

Differt. a descr. Gren. Squamae calycinae 4 crucialim dispositae aequales herbaceae patentes reflexae inferne margine scariosae ciliatae ciliis brevissimis sursum versis, longe attenuato subulatae. Flores aggregati brevi pedicellati: tubus calycis cylindricus, totus striatus 2centim. longus inferne virens superne ferrugineus. laciniae 3exterior. longiores longe acutatae ciliatae ciliis brevibus deorsum versis. filamenta rosea. antherae oblongae coeruleae. folia glaberrima duriuscul laete virentia anguste lineari-lanceolata longa, et cum caulis pusillus es et uniflorus brevissima linearia. Caulis teres: caules caespitosi: caespite crassi. folia radicalia densa omnia ciliato-spinulosa, ciliis sursum versi avenia. flores rosei. petala contigu vel equitantia obovato-cuneata pro

funde dentata supra discum purpureo-maculata et barbata. Caules caespitosi pedales et ultra ut plurimum scabri. folia ima breviora latiora subspathulato-linearia. squamae calycinae appressae vel patentes non raro calycem superant vel aequant longe cuspidatae patulae albo, vel rubro-marginatae ciliatae. Cor. inodora nunc maiuscula nunc parva rosea vel obscure rubra apud nos albo vel luteo-maculata. styli abbreviati. Fl. aest. ubique in arvis pascuis siccis, et collinis, etiam pratis aridis, lapidosis, rupestribus etc.

aa. *Floribus sparsis.*

b. *Petalis dentatis crenatis.*

c. *Suffrutices glabri.*

d. *Foliis glaucis margine laevibus.*

5. CARIOPHYLLUS. D. *Calycis squamis quaternis brevissimis ovatis mucronatis petalis imberbibus foliis linearibus canaliculatis glaucis.*

D. virgineus. L. sp. 590. Bot. mag. t. 1740. Jacq. a. 5. append. t. 15. D. rupestris. L. f. suppl. 240. D. arenarius All. ped. 2. 77. D. sylvestris Wulf. in Jacq. coll. 1. 8. t. 82. D. longicaulis. Tenor. neap. 4. 206. t. 138. f. 1. D. siculus. Guss. fl. sic. prodr. 1. 446. D. Arrostii. eiusd. ib. D. Scheuzeri. Reich. excurs. 810. Tunica Caryophyllus, et virginea Scop. carn. 1. 501. 502. Ic. Seguier. ver. 1. t. 7. f. 5. Engl. bot. t. 214. Bot. mag t. 39. t. 2744. et t. 1622. D. coronarius Lam. ill. t. 576. f. 1. Hil. prol. bl. 6. Woodw. med. t. 203. Baxter. brit. bot. t. 81. Flor. bot. zeit. 1821. 2. Reich. fl. germ. 6. 268. Preuss. Garten-verein. 8. 1. 2. Annal. de Gand. 1816. 75. Regel Gartenfl. 1. 32. Flore des serres t. 711. Willkom. ic. 1. 12. — Var. legi in lapidosis circa *Eporediam squamis calycis constanter binis rhombaeo-subrotundis mucronatis foliis lineari-setaceis rigidis.* Fruticulus omnibus notus et ubique cultus. Varr. innumerae et monstrosae florem forte omnium pulcherrimum sistunt. Fl. aest. sed in hortis et tepidariis toto anno. sponte nascitur in apricis, lapidosis, sterilibus montanis etc. non tamen frequens.

dd. *Foliis viridibus margine scabris.*

6. LONGIFLORUS. Lam. enc. 4. 522. ill. t. 576. D. *Caule suffruticoso ramosissimo ramis tortuosis multifloris calycis elongati squamis subsenis lanceolatis cuspidatis tubo triplo brevioribus petalis longe unguiculatis serratis subbarbatis foliis abbreviatis lineari-subulatis margine scabris.*

D. attenuatus Smith. act. soc. lin. 2. 301. D. hirtus. Vill. 3. 595. t. 46. D. lusitanicus. Broter. lus. 2. 175. t. 75. Caules diffusi subpedales. squamae calycinae margine membranaceae. Calyx valde elongatus. ungues petalorum calyce longiores. Fl. aest. In monte *Bessimanda* supra *Bovisium* locis sterilibus.

cc. *Herba pubescens, radice perenni.*

7. DELTOIDES. D. *Laete virens caule decumbente ramoso scabro subpubescente calycis squamis subbinis ovato-lanceolatis abbreviatis acutis foliis linearibus pubescentibus inferioribus obtusiusculis corollis pilosis.*

D. deltoideus Host. a. 1. 522. D. glaucus. Tenor. neap. 4. 207. etiam L. sp. 588. var. *foliis cauleque glaucis floribus albis.* Reich. ic. f. 748. D. supinus. Lam. fr. 2. 534. D. pyrenaicus. Pour. act. tolos. 3. 318. Ic. Dill. elth. 400. t. 298. f. 384. Roem. fl. eur. fasc. 4. Svens. bot. t. 477. Hook fl. lond. ed. Grav. 5. t. 53. Engl. bot. t. 61. Flor. dan. t. 527. Reich. ic. f. 713. et pl. crit. 619. Mutel. fl. fr. t. 13. f. 72. Liboschitz. petersb. 7. Trattin. thes. 3. Dietr. flor. bor. t. 234. Caules humiles raro pedales caespitosi saepe repentes crebre foliosi. folia abbreviata supremis longioribus lineari-lanceolatis. flores solitarii parvi rubri, vel rosei supra albo-maculati terminales. squamae raro quatuor margine membranaceae duobus inferioribus brevissimis. Lamina petalorum rhombaeo-cuneata. Fl. aest. In pratis agri *monreg.* et *albens.* in pascuis apricis, et alpestribus di *Tenda* etc. Vulgatissimus in pratis siccis, et macilentis, aggeribus, et ad vias herbidas heic *Ferroni.*

bb. *Petalis multifido-laciniatis.*

c. *Herbae radice perenni.*

d. *Foliis lanceolato-linearibus margine cartilagineis scabris.*

8. SUPERBUS. D. *Caule herbaceo multifloro glabro calycis squamis ovatis mucronatis subappressis tubo multo brevioribus petalis multifido-laciniatis fimbriatis basi barbatis foliis lanceolato-linearibus.*

D. plumarius. All. ped. 2. 76. Tunica plumaria. Scop. carn. 1. 500. Ic. Clus. hist. 5. 284. Roem. fl. eur. fas. 83. Smith. spic. t. 19. Jacq. obs. 1. t. 23. Svens. bot. t. 436. Fl. dan. t. 578. Delaun. herb. de l'am. t. 21. Bot. mag. t. 297. Dodon. pempt. 175. f. 1. Lob. ic. 451. f. 1. Schrank flor. mon. t. 247. Dietr. fl. bor. t. 196. Reich. fl. germ. 6. 259. Caules caespitosi erecti usque quadripedales. folia margine cartilaginea scabrida. flores suaveolentes praesertim nocte. corolla majuscula pulcherrima pallide rosea, vel lilacina vel rubra raro alba ad faucem luteo-virens laciniis tenuissimis longis pendulis. Fl. aest. In monte *Turlo* agri *nov.*: in sylvis *Sabaudiae*: in pratis a *Ronco* ad *Cimam* etc. Ego legi in sylvis heic *Verroni* loco dicto *la Bonda* quibus copiosissime crescit in solo duro, macilento, argilloso.

dd. *Foliis linearibus inferne ciliatis.*

9. MONSPESSULANUS. D. *Glaber laete virens caule herbaceo paucifloro calycis squamis ovato-lanceolatis cuspidatis tubo vix brevioribus erectis petalis multifidis subimberbibus foliis linearibus margine scabris.*

D. monspeliacus. All. ped. 2. 76. D. plumosus Spreng. pug. 2. 64. D. alpestris. Hopp. ap. Sturm. deut. fl. 28. D. marsicus. Tenor. neap. 4. 208. f. 2. D Hormemanni Ser. D. acuminatus Tausch. D. erubescens. Trew. D. Waldsteinii Sternb. Tunica arenaria Scop. carn. 1. 501. — D. tener. Balb. obs. sur les oeil. 4. t. 3. in mem. taur. 7. 14. est var. *macrior humilior caule simplici unifloro* quae vivit in montibus di *Tenda*. Radix aliquando surculos prodit repentes. Ic. Reich. fl. germ. 6. 258. Willkom ic. 1. 7. Caulis usque bipedalis plerumque tamen humilior. squamae aliquando apicem constrictum calycis elongati usque attingunt. Fl. aest.

cc. *Suffrutex.*

10. PLUMARIUS. D. *Glaber glaucus caule erecto paucifloro calycis squamis ovatis mucronatis brevissimis appressis petalis laciniato-multifidis barbatis foliis linearibus glaucis margine scabris.*

D. moschatus. Meyer. D. odoratus. West. T. serotinus Waldst et Kitaib. hung. t. 172. Ic. Clus. 5. 280. Schrank fl. mon. t. 157. Reich. germ. 6. 257. Caulis humilis vix cum luxuriat semipedalis prostratus demum ascendens. folia ima longiora dentes calycis margine membranaceo ciliati. Cor. carnea, rosea lituris rubris striata vel circulo sanguineo faucem ambiente cincta, suaveolens. Ubique culta in hortis. Vulgo dicunt *Garofanini*. Galli vocant *Mignardise*. Fl. aest. Amat loca alpina aprica. in alpibus *Cenisii*, Javeni, et nostris: in sylvis collium di *Maggiora*, *Ameno*, et della *Vesca* agri *novar*.

aaa. *Caule unifloro suffruticoso petalis dentatis.*

b. *Foliis lanceolato-linearibus ciliatis.*

11. CAESIUS. Smith. engl. fl. 2. 288 D. *Glaber glaucus caule subunifloro calycis squamis ovatis acutiusculis brevibus appressis petalis duplicato-crenatis barbatis foliis lineari-lanceolatis glaucis serrulatis obtusiusculis.*

D. glaucus. Huds. angl. 185. D. virgineus. L. sp. 590. Ic. Dill. elth. 2. 401. t. 298. f. 385. Engl. bot. t. 62. Sturm. deut. fl. hef. 24. Trattin. thes. 67. Roem. fl. eur. 5. 5. Reich. flor. germ. 6. 265. Caulis vix spithameus inferne crebre foliosus. flores maiusculi carnei vel rosei terminales cauli ramisque fragrantissimi. Fl. aest. Habitat in monte Sempronio.

bb. *Foliis anguste linearibus.*

c. *Squamis calycis exterioribus foliaceis tubum subaequantibus.*

12. ALPINUS. D. *Virens caule unifloro abbreviato folioso calycis squamis exterioribus foliaceis tubum su-*

*baequantibus petalis crenatis barbatis foliis linearibus oblusiusculis.*

D. neglectus. Loisl. not. 65. D. glacialis. Haenk. in Jacq. coll. 2. 84. huc trahendi sunt. Ic. Jacq. a. t. 52. Sturm. deut. flor. 15. 51. Reich. fl. germ. 6. 262. Andr. repos. t. 482. Lodd. bot. cab. t. 67. Bot. magaz. t. 1205. Sveet. fl. gr. 2. 408. flores grandiusculi rubri, vel rubro-luteoli. squamae calyce aliquando breviores. Caulis vix spithameus. folia ima aliquando latiora sunt. Fl. aest. Habitat editiora alpium cacumina ad nives deliquescentes, sed descendit etiam ad pascua inferiora lapidosa, et arida.

cc. *Squamis calycis subgeminis tubo multo brevioribus.*

13. ALPESTRIS. Balb. act. taur. 7. 11. t. 1. D. *Caulibus caespitosis ramosis prostratis annotinis erectis foliis anguste lanceolato-linearibus acuminatis squamis calycinis subgeminis ovatis cuspidatis calyce brevioribus petalis erosis integrisve imberbibus.*

D. integer. Vis. pl. rar. dalm. in bot. zeit. 1829. 11. D. serratus. Lapeyr. pyren. 241. — D. furcatus. Balb. l. c. 13. t. 2. est var. *caule apice furcato bifloro floribus albis*. Planta glabra subglauca vix spithamea. flos ut plurimum unicus. terminalis cauli ramisque, solitarii vel raro subfasciculati. Cor. parva rosea, vel alba. Fl. aest. vivit in alpibus maritimis. Mea sententia est var. D. Carthusianorum assentiente etiam Davide Dietrich. (Synops. plan. 2. 1545).

## 602. SAXIFRAGA.

a. Gymnopera. Don. *Calyx reflexus: stamina hypogyna: styli divaricati, stigmatibus glabris.*

b. *Foliis coriaceis cartilagineo-marginatis filamentis superne latioribus petalis albis basi luteo-maculatis.*

1. CUNEIFOLIA. S. *Foliis coriaceis subrotundo-obovatis cuneato-petiolatis nudis cartilagineo-marginatis crenatis caudiculis rosulatis scapis annotinis subnudis floribus paniculatis.*

S. apennina. Bert. fil. in bull. scien med. ser. 2. 9. 65. Ic. Bah. hist. 3. 684. Waldst et Kitaib. hung. t. 44. Scop. carn. t. 15. f. 1. Chabr. sciagr. 537. f. 6. Suffrutex pusillus ramis prostratis perennibus folia rosulata gerentibus. Rosulae duae vel tres: ex centro supremae prodit cauliculus annotinus filiformis ut plurimum nudus superne pilosus pilis apice glanduliferis. flores paniculati. Calyx a capsula solutus demum reflexus laciniis glabris concavis linearibus obtusis. petala calycem valde superant lanceolato-spathulata triplinervia. Capsula conica glabra virens rostris erectis. Fl. aest. Habitat loca lapidosa, umbrosa alpium. In vallibus di *Fenestrelle*, *Locana* et *Aosta*; in valle di *Vegezzo*: in summis alpibus di *Formazza* agri *nov.*: *Mont-Blanc*: supra *Giaveno* etc.

bb. *Foliis subcarnosis margine mollibus, filamentis subulatis.*

2. STELLARIS. S. *Foliis obovato-cuneatis apice dentatis basi integerrimis subsessilibus hirsutiusculis scapo subaphyllo paniculato glanduloso panicula laxa alterne ramosa caudiculis perenantibus rosulatis pilis non articulatis petalis patentibus lanceolatis.*

Var. *acaulis floribus in centro rosulae sessilibus* quae est S. Bellardi. All. ped. 4. 1536. t. 88. f. 1. quam invenit Allioni in alpibus di *Usseglio* secus rivulum *Arnul*. In alpibus editissimis et frigidissimis flores in foliola conglomerata commutantur (Lin. fl. lap. t. 2. f. 3.) Ic. Pluk. phyt. t. 58. f. 2. et t. 222. f. 4. Bah. hist. 3. 708. Chabr. sciagr. 544. t. 5. Jacq. coll. 1. t. 15. Engl. bot. t. 167. Hook. lond. 4. t. 55. Fl. dan. t. 25. Moris. s. 12. t. 9. f. 13. Caudiculus perennans brevis. folia rosulata vel sparsa. Scapus vix spithameus. Corolla grandiuscula. antherae croceae. caps. laevis oblonga rostris brevissimis. Fl. aest. In spongiosis, et irriguis editiorum alpium: etiam in subalpinis et pratis collium: circa lacum montis *Cenisii* etc. Ego legi in spongiosis et irriguis pascuis alpinis del *Mucrone* supra *Pollone* in agro *bugel.*

aa. Leyogyne. Don. *Calyx patulus li-*

*ber: stamina calyci inserta: stigmata glabra.*

b. *Foliis lobatis, floribus albis.*

c. *Radice granulata perenni.*

d. *Floribus corymbosis erectis.*

3. GRANULATA. S. *Foliis inferioribus reniformibus inciso-lobatis crenatis petiolatis hirsutis viscidis caule paucifolio paniculato laciniis calycinis angustis linearibus obtusis petalis spathulatis.*

Ic. Plenk ic. med. t. 343. Engl. bot. t. 500. Curt. lond. 2. 38. ed. Grav. 2. t. 32. Flor. dan. t. 516. Dodon. pempt. 316. f. 1. Camer. epit. 719. 316. Svens. bot. t. 133. Dalech. lugd. 1113. Moris. s. 12. t. 9. f. 23. Sturm. deut. fl. hef. 6. Woodw. med. 3. 197. Lam. ill. t. 372. Plee types 30. Diction. scienc. nat. 197. Schk hand. t. 119. Dreves. t. 6. Hayne 3. 23. Schran. flor. mon. 1. t. 77. Dietr. fl. borus. t. 243. Flora. zeit. bot. 1833. 7. Schubert. naturges. t. 22. 8. Cauliculi perennantes nulli. folia sparsa: bractea gemina ad basim pedunculorum, altera minore. caulis fistulosus usque pedalis plerumque totus ramosus. corollae maiusculae. capsula inferne calyce connata rostris divaricatis elongatis rectis. pili glanduliferi. Fl. vere. In pratis et pascuis siccis montium, collium. etiam planitiei. in agro *nic.* et *segus.* et circa *Novariam*: abundat in pascuis lapidosis montium nostrorum. In pratis vallis *Andurni* supra *Rial Mosso* copiosa, superne tantum ramosa, floribus dense paniculatis magnis trinerviis nervis lateralibus superne bifidis, omnibus pallide virentibus, glandulis pilorum sanguineis.

dd. *Flore subsolitario virgineo nutante. axillae bulbiferae.*

4. CERNUA. S. *Foliis radicalibus petiolatis suborbiculatis inciso-lobatis caulinis incisis glabris supremis lanceolatis axillis glomerate bulbilliferis caule simplicissimo uni-paucifloro laciniis calycinis obtusis petalis unguiculatis oboratis emarginatis.*

Ic. Lin. flor. lap. t. 2. f. 4. Engl. bot. t. 664. Fl. dan. t. 22. et. 590. Svens. bot. t. 730. Sternb. revis. 1. 12. Traut. imag. 40. Caulis vix spithameus. flos maiusculus. capsula basi cum calyce concreta, rostris divaricatis elongatis recurvis. Fl. aest. supra *Montem Jovis* in valle *Pellina*, vulgo *Gran S. Bernardo.*

cc. *Radice non granulata.*

d. *Axillae foliorum bulbiferae.*

5. BULBIFERA. S. *Villoso-viscida foliis radicalibus cordato-reniformibus petiolatis crenatis caulinis sessilibus ovatis dentatis cauleque simplici multifloro hirsutis axillis foliorum bulbiferis laciniis calycinis acutis corymbo terminali abbreviato.*

S. Russi. Presl. del prag. 140. S. veronicaefolia. Bert. am. ital. 361. S. granulata. Bir. acon. 1. 141. Ic. Colum. ecphr. 1. 317. Moris. s. 12. t. 9. f. 24. Flora dan. t. 390. Sternb. revis. 1. t. 12. Sturm. deut. fl. 33. Caulis usque pedalis. petala prope faucem subvirentia extus margineque glanduloso-villosa. capsula rostris divaricatis elongatis recurvis. Fl. vere et aest. In pascuis lapidosis apricis: etiam in pratis collium. Ego legi in pratis collinis circa *Salussolam* in agro *bugel.*

dd. *Axillae nudae.*

6. ROTUNDIFOLIA. S. *Foliis reniformi cordatis lobato-crenatis longe petiolatis hirsutis panicula foliata petalis acutis.*

S. repanda. Stern. rev. 17. t. 5. Ic Clus. hist. 3. 307. Lapeyr. pyr. t. 26 Curt. bot. mag. t. 424. Bull. herb. t. 327 Sibt. fl. gr. t. 377. Sturm. deut. fl hef. 9. 33. Caulis subangulatus fistulosus pubescens usque pedalis. foli margine villoso-ciliata. petala supr prope unguem luteo-ceterum sangui neo-guttata. calyx parvus patulus. co rolla grandiuscula. capsula glabra o voidea rostris brevibus. Fl. aest. Pe rennis. locis lapidosis, umbrosis, irri guis alpium et montium passim.

bb. *Foliis indivisis; floribus lutei*

c. *Caulibus subunifloris.*

d. *Foliis distantibus.*

7. Hirculus. S. *Foliis spathulato-linearibus glabris caulinis alternis maioribus petiolatis petalis oblongis nervosis patentibus calycem multo superantibus unguibus nectariferis caule simplici erecto subtrifloro radice stolonifera.*

Ic. Breyn. cent. 1. t. 48. Svens. bot. t. 625. Fl. dan. t. 200. Curt. lond. 2. t. 70. ed. Grav. 2. t. 51. Engl. bot. t. 1009. Sturm. deut. fl. 9. 53. Dietr. flor. borus. 9. 586. Caulis vix semipedalis foliosus rubidus. flores virginei cernui maiusculi superne sanguineo-guttati. capsula rostris brevibus. Herba virens aliquando pilis raris longis crispis non glandulosis obsita. Fl. aest. Amat loca spongiosa et palustria. In alpibus di *Albergian*; in *Sabaudia*, in *Challais* etc. perennis.

dd. *Foliis glomerato-imbricatis.*

8. bryoides. S. *Caulibus caespitosis globosis unifloris foliis imbricatis erectis lineari-subulatis ciliatis glaucescentibus laciniis calycinis obtusis.*

Ic. Columm. ecphr. 2. 67. Scheuz. it. t. 21. f. 2. excl. syn. Columm. Scop. carn. t. 15. Sternb. revis. t. 8. f. 2. Jacq. mis. 2. t. 5. f. 1. Sturm. deut. fl. 9. 53. Suffruticulus humillimus prostratus caulibus annotinis bipollicaribus ascendentibus. calycis laciniae albo-marginatae. Cor. grandiuscula supra croceo-guttata. Stigmata puberula. capsula rostris divaricatis. Fl. aestate. Amat edita alpium iuga. In montibus *Sylvio* et *Rosa*, *Autaret*, *Fenestrellarum et Lavine*. Ego legi sul *Mombarone* supra *Graglia* in agro *bug.*

cc. *Caulibus paniculiferis.*

d. *Axillis foliorum imis bulbiferis: foliis spinuloso-ciliatis membranaceis.*

9. aspera. S. *Caule basi prostrato foliis alternis lineari-lanceolatis patulis spinuloso-ciliatis basi latiuscula pectinatis mucronatis pallidis ramis subtrifloris petalis ramoso-nervosis.*

Ciliaria. Havy. en. saxifr. 42. Ic. Scheuz. it. t. 20. f. 3. Sternb. rev. sax. t. 8. f. 1. Jacq. a. s. ap. t. 31 Sturm. deut. fl. 9. 33. Flores raro solitarii. corollae impunctatae. semina ovato-triquetra echinata nigra. Cand. prodr. 4. 46. cum bryoide conjungit, neque forte injuria. Fl. aest. In pascuis lapidosis irriguis alpium.

dd. *Axillis foliorum imis nudis. foliis carnosis serrato-ciliatis.*

10. aizoides. S. *Foliis lineari-lanceolatis acutis remote spinuloso-ciliatis glabris floribus corymbosis petalis oblongis calycem subsuperantibus.*

S. autumnalis L. sp. 575. excl. plurib. syn. Scop. carn. t. 14. — Var. *petalis atro-rubentibus* est S. atro-rubens. Bert. in Desv. jour. 4. 76. Ic. Gessn. tab. cur. Schmid. f. 4. 4. 1. 2. Clus. hist. 4. 60. Sternb. revis. t. 7. f. 1. Engl. bot. t. 39. Baxter brit. bot. 3. 187. Sturm. deut. fl. 9. 53. Schkran. flor. monac. 4. 337. Suffruticulus prostratus. corollae cum flavae sunt plerumque rubro-guttatae. Caps. depressa. Stigmata obtusa concava puberula. Semina ovato-triquetra rugulosa. var. etiam *foliis non ciliatis.* species ad modum ludibunda et a botanicis praesertim germanis valde vexata. Fl. aest. Vulgaris secus rivulos in alpibus et montibus.

aaa. Saxifragae verae. *Stigmata barbata. Capsula cum calyce arcte connata.*

b. *Foliis indivisis subsessilibus.*

c. *Foliis radicalibus rosulatis, poris marginalibus scutatis.*

d. *Caule glanduloso-piloso: foliis cartilagineo-serratis.*

e. *Foliis rosularum late obovato-spathulatis: panicula pyramidata.*

11. Cotyledon. S. *Foliis radicalibus rosaceo-congestis spathulatis cartilagineo-serrulatis caule folioso paniculato-multifloro glanduloso-piloso petalis amplis spathulatis.*

S. pyramidalis. Lapeyr. pyr. 4. 52. Sternb. rev. 2. t. 2. Ic. Lin. lap. t. 2. f. 2. Flor. dan. t. 241. Gaertn. carp. 36. Lam. ill. t. 372. Sturm. deut. fl. 9. 53. Surculi ex collo radicis prodeunt perennantes prostrati apice rosulati ex cuius centro exsurgunt caules usque bipedales scabri pilosi, foliosi, erecti foliis alternis ciliatis. Cor. alba concolor. vel venis rubidis: aliquando sanguineo-puncata. caulis ramique paniculae plerumque rubri

sunt. semina ovato-triquetra rugosa angulis scabris. planta perennis superne viscida. Fl. aest. Vulgaris locis lapidosis, alpinis, montanis etc.

ee. *Foliis rosulatis anguste lingulatis spathulatisque, panicula subcylindrica.*

f. *Petala aurea angusta.*

12. MUTATA. S. *Foliis omnibus spathulatis apice obtusissimis cartilagineo-pellucidis integerrimis lateribus ciliato-villosis floribus pyramidato-racemosis fusco-glandulosis petalis linearibus acutis.*

Ic. Hall. helv. 1. t. 16. f. 2. Curt. bot. mag. t. 351. Jacq. ic. rar. 3. t. 466. journ. hor. soc. 2. 156. Sturm. deut. flor. 9. 35. Schkran. flor. monac. 2. 199. Caulis palmaris usque bipedalis viscidus. capsula rubra. semina fusca scabra triquetra. Fl. aest. amat loca alpina, lapidosa, humida, umbrosa: in alpibus di *Fenestrelle*: in alpibus maritimis supra la *Madonna delle Finestre* et *Lantosca.*

ff. *Petala alba obovata.*

13. AIZOON. S. *Foliis radicalibus rosaceo-congestis spathulato-lingulatis cartilagineo-serrulatis inferne ciliatis caule folioso piloso glanduloso corymboso ramis subtrifloris calycibus glaberrimis.*

S. elatior Rohl. cum Mert. deut. fl. 3. 115. S. Bessleri. Sternb. rev. sup. alt. 52. S. stabiana. Tenor. neap. t. 234. f. 1. S. Hostii Reich. excurs. 559. S. intacta. W. hor. ber. 2. 75. Ic. Barrel. 1310. 1309. 1311. 1312. Seguier. ver. 1. t. 9. f. 1. Moris. s. 12. t. 9. f. 19. 20. Jacq. a. t. 438. Sternb. rev. 1. 3. 3. Sturm. deut. flor. 9. 33. Dietr. flor. borus. 5. 331. Radix et surculi, et caulis ut in Cotyledone. Calyx ut plurimum piloso-glandulosus. petala viridi-venosa inferne saepe sanguineo-punctata. Fl. aest. Vulgaris in rupibus alpinis et montanis.

eee. *Foliis rosulatis subrotundo-spathulatis: floribus racemosis secundis pedunculis subbifloris.*

14. COCHLEARIS. Reich. excurs. 3. 559. S. *Caule piloso-glanduloso foliis rosularum subrotundo-spathulatis inferne ciliatis superne obtuse crenatis poris submarginalibus scutatis racemo secundo pedunculis subbifloris calycibus glandulosis.*

Flores maiusculi albi sanguineo-punctati. Fl. vere exeunte. In vertice di *Portofino* in *Liguria orient.*

dd. *Caule foliisque lineari-spathulatis margine molli integroque glabris.*

5. LINGULATA. Bellard. append. in mem. taur. 5. 220. S. *Glaberrima foliis rosularum lineari-spathulatis integerrimis basi ciliatis poris submarginalibus scutatis racemo composito multifloro elongato secundo.*

S. longifolia. Colla. her. ped. 2. 538. non. Lapeyr. S. australis Moricand. ven. 1. 433. S. Aizoon. Savi. due cent. 109. exclus. syn. S. Cotyledon ab Ucria hor. panor. 181. excl. syn. Ic. Moris. fl. s. 2. t. 74. Caulis humilior quam in super. Cor. alba inferne sanguineo-guttata raro concolor. Fl. aest. super rupibus alpium maritimarum agri *nic.*, vallis *Pisii*, *Limoni* et *Monregal* etc.

cc. *Foliis radicalibus non rosulatis: caulibus suffruticulosis.*

d. *Floribus citrinis subsolitariis terminalibus.*

z. *Petalis angustis vix calycem superantibus, caulibus subnudis.*

16. SEGUIERI. Sternb. sup. sec 63. S. *Caule subnudo subbifloro foliis radicalibus caespitosis lanceolato-spathulatis integerrimis petalis obverse lanceolatis calyce sublongioribus obtusis.*

S. sedoides Cand. fr. 5. 518. Spreng. syst. 2. 368. Ic. Sternb. rev. 28. t. 9. 6. Seguier. ver. 1. 450. t. 9. f. 3. f. grandior. Caulis simplex filiformis subnudus vix bipollicaris est. omnino var. S. sedoidis. Fl. aest. In monte *Rosa*, et in montibus vallis *Sessitanae.*

zz. *Petalis obovatis calyce valde longioribus, caulibus foliosis.*

17. PLANIFOLIA. Lapeyr. pyr. 31. S. *Caulibus caespitosis prostratis foliis imbricatis obovato-oblongis obtusis glanduloso-pilosis petalis obovatis calycem superantibus.*

S. tenera. Suter. helv. 1. 245. Sternb. revis. 1. 9. 6. S. muscoides. All. ped. 2. 70. t. 61. f. 2. excl. syn. S. sedoides. Biroli, ac. 1. 140. Ic. Sternb. revis. 1. 7. Sturm. deut fl. 10. 40. Suffruticulus vix bipollicaris superne puberulus et viscidus. flores grandiusculi. Fl. aest. Habitat summa alpium iuga locis irriguis a nive deliquescente: in monte *Cenisio*: in iugo l'*Autaret* versus la *Verola*: in valle *Formazza alle Casere superiori*.

dd. *Floribus albidis.*

e. *Corymbosis.*

f. *Foliis margine non cartilagineis.*

g. *Carinato-triquetris apice recurvis crustatis imbricatis, floribus albis.*

18. CAESIA. S. *Caulibus caespitosis foliis aggregatis lineari-oblongis rigidis cretaceo glaucis porosis imbricatis recurvis floribus racemosis pubescentibus.*

S. valdensis. Cand. fr. 5. 517. S. compacta. Sternb. sup. 9. t. 1. (Sax. patens.) Ic. Scheuz. it. alp. t. 21. f. Seguier. ver. 1. t. 9. f. 2. Jacq. a. t. 374. Sternb. rev. 1. 9. Sturm. deut. fl. 9. 33. Lod. bot. cab. t. 421. Suffruticulus ramis prostratis radicantibus superne ramosis dense foliosis foliis apice rosulatis. E rosulae centro surgit cauliculus annotinus vix bipollicaris filiformis glanduloso-pilosus remote foliosus. flores innupti cernui sunt. Fl. aest. In rupibus alpinis apricis. in rupibus di *Alagna*: magnae vallis *Ossulae*: in Cenisio etc.

gg. *Foliis planis patentibus virentibus, floribus ochroleucis.*

19. PATENS. Gaud. helv. 3. 92. S. *Foliis rosularum coriaceis obverse lanceolatis planis patentibus margine poriferis caulinis alternis linearibus ciliatis floribus brevi pedunculatis congestis calycibus basi pilosis.*

Caeterum similis S. caesiae. Ic. Sternb. revis. 2. 1. 12. Fl. aest. In monte *Rosa*, qua descenditur in valle di *Grassoney*.

ff. *Foliis margine cartilagineis trigono-semiteretibus arctissime in cylindrum imbricatis.*

20. DIAPENSIOIDES. Bellar. mem. taur. 5. 227. t. 5. S. *Caulibus caespitosis foliis imbricatis linearibus strictis carinatis cretaceo-glaucis ramis erectis paucifloris glanduloso-pilosis petalis obovatis elongatis.*

Ic. Sternb. rev. t. 9. flores maiusculi. Fl. aest. In monte *Cenisio*: inter fissuras rupium summarum alpium maritimarum supra *Tendam*: in alpibus di *Limone*: in valle *Pisii* etc.

ee. *Subsolitariis terminalibus.*

21. ANDROSACEA. S. *Foliis radicalibus caespitosis spathulato-lanceolatis nervosis pilosis ciliatis tridentatis caule oligophyllo subbifloro laciniis calycinis obtusis.*

S. depressa. Sternb. rev. 42. t. 11. f. 5. S. tenera. eiusd. l. c. t. 9. f. 6. S. pyrenaica. Scop. carn. 1. 296. t. 16. Ic. Jacq. a. t. 389. Sternb. l. c. t. 15. f. 4. et sup. 1. t. 7. Sturm. deut. fl. 9. 33. Herba perennis., caule vix tripollicari prostrato villoso. flores maiusculi. capsula longe rostrata rostris divaricatis, longitudinaliter nervosis, seminibus ovato-subglobosis carinatis. — var. *foliis integris*. Fl. aest. In editioribus alpium cacuminibus ad nives deliquescentes: in monte *Rosa*, *Moro* et *Crodo*, *Cenisio*, *Assiette*: *Col du Pis*, *Albergian* etc.

ddd. *Floribus roseis subsolitariis terminalibus.*

e. *Foliis basi ciliatis margine non cartilagineo.*

22. BIFLORA. All. mis. taur. 5. 86. S. *Viridi-purpurascens caulibus erectiusculis 2-3floris foliis subcoriaceis cruciatim oppositis remotiusculis subimbricatis stylis stamina superantibus seminibus obovato-triquetris apice truncatis.*

S. oppositifolia b. W. sp. 648. Ic. All. ped. t. 21. f. 1. mala. Lapeyr. pyr. t. 17. bona. Roem. fl. eur. fasc. 9. Rein. reis. t. 2. f. 2. Sturm. deut. fl. 9. 55. Suffruticulus vix palmaris rubidus. Caps. brevirostratae. Fl. aest. Habitat summa alpium cacumina. flores aliquando albi sunt.

ee. *Foliis omnibus cartilagineo-ciliatis.*

23. OPPOSITIFOLIA. S. *Viridi purpurascens caule repente caespitoso ra-*

*mis erectis unifloris foliis coriaceis confertis subrotundis obtusis ciliatis petalis obovatis apice nudis 3-5 porosis genitalia superantibus seminibus oblongo-triquetris rugosis.*

Ic. Moris. s. 12. t. 10. f. 56. Scheuz. it. t. 20. f. 2. Lin. lap. t. 2. f. 1. Lapeyr. pyr. t. 16. All. ped. t. 21. f. 3. Curt. lond. 6. t. 27. ed. Grav. 1. t. 51. Engl. bot. t. 9. Fl. dan. t. 34. Lodd. bot. cab. 869. Sweet brit. bot. l. 1. Sturm. deut. fl. (2. 7.) 9. 33. Roem. fl. europ. 9. 2. Suffruticulus caulibus caespitosis longissimis. folia cruciata imbricata concava carnosa pectinato-ciliata. flos grandiusculus speciosus carneus, roseus, purpureus, demum violaceus, raro albus. petala nervosa. Capsula strigosa longe rostrata. semina minutissima, numerosissima. Fl. aest. In summis rupibus alpium *Valdensium Cenisii*, etc. ad nives deliquescentes. Stirps pulcherrima.

ddd. *Floribus violaceo coeruleis corymbosis.*

24. RETUSA. Gouan. ill. 28. t. 18. f. 1. S. *Glaucescens caule repente caespitoso dense folioso foliis imbricatis ovato-trigonis acutis apice recurvatis glaberrimis pedunculis erectis bracteatis villosis petalis lanceolatis stylis elongatis capsulis calyci adhaerentibus seminibus laevibus nitidis.*

S. purpurea. All. mis taur. 5. 86. et fl. ped. t. 21. Lapeyr. pyr. t. 18. Sturm. deut. flor. 9. 33. Sweet fl. 9. 2. 49. Fruticulus vix tripollicaris caulibus prostratis radicantibus apice surrectis. folia cruciatim opposita suprema remota obovata. calycis laciniae rubrae. capsula magna parte libera rostris longiusculis diductis subrecurvis. Fl. aest. In summis iugis alpium praesertim *cottiarum*.

bb. *Foliis tripartitis.*

c. *Radice annua, floribus albis.*

25. TRIDACTYLITES. S. *Caule ramoso glanduloso-piloso foliis subcarnosis radicalibus spathulatis indivisis superioribus trifidis cuneatis calycibus urceolatis petala subaequantibus seminibus badiis ovato-triquetris truncatis rugulosis.*

S. exilis. Pollin. hor. etc. 11. S. controversa Colla herb. pedem. 2. 363. Sternb. revis. t. 16. f. 1-6 S. adscendens. All. ped. 2. 72. t. 22. f. 3. Wulf. in Jacq. coll. t. 12. f. 1. 2. S. hypnoides. Scop. carn. 1. 296. t. 16. Trydactilites an..ua. Haw. enum. 21. — Var. *foliis radicalibus partitis superioribus integris.* — Var. *acaulis flore unico insidente rosulae radicali* est S. Bellardi All. ped. 2. 72. t. 88. f. 1. Ic. Dodon. pempt. 112. Zannich. ist. t. 226. Curt. lond. 2. t. 28. ed. Grav. 1. t. 55. Svens. bot. t. 476. Sternb. rev. t. 17. Engl. bot. t. 505 Flor. dan t. 1517. Schk hand. t. 119. Sturm. deut. flor. 9. 33. Dietr. flor bor. 4. 444. Caulis vix spithameus. flores parvi. capsula calyci pene omnis haeret brevirostrato rostris diductis recurvis. Herba rubicunda succulenta panicula foliolosa. Fl. aest. In arvis et pascuis siccis praesertim lapidosis. Ego legi retro la *Castiglia d'Ivrea* etc. Veteres in scrophula valdopere commendaverunt. experimenta diligenter renovanda ut constet utrum in teterrimo atque hactenus fere inexpugnato morbo vere utilis sit.

cc. *Caulibus suffruticulosis.*

d. *Floribus citrinis.*

26. MOSCHATA. S. *Pubescens viscida caespitosa foliis confertis trifidis basi attenuatis laciniis linearibus acutiusculis vel retusis caule erecto subcorymboso ramis nudiusculis petalis lineari-oblongis calycem subsuperantibus seminibus ovoideis irregulariter truncatis.*

S. hypnoides. All. ped. 2. 72. t. 21. f. 4. S. muscoides. Sternb. rev. 39. t. 11. f. 1-3. S. exarata. All. ped. t. 88. f. 2. — Var. *glabra*. Engl. bot. t. 2314. — *floribus atro-purpureis*. S. atro-purpurea. Sturm. — *acaulis* — — *foliis integris* — etc. Ic. Jacq. mis. 2. t. 21. Lapeyr. pyr. t. 57. 58. Engl. bot. t. 33 et 2314. Sturm. deut. flor. 9. 33. Suffruticulus vix spithameus. folia subcarnosa valde ludibunda. flores aliquando rubri. aliquando acaulis est. caps. rostris diductis rubidis recurvis. planta moschum olet, raro inodora. Fl. aest. vulgaris in rupibus alpium praesertim *cottiarum*.

dd. *Floribus amplis albis.*

27. CERATOPHYLLA. Driand. in hor. kew. 3. 70. S. *Surculis lignosis rigidissimis glaberrimis foliis subtripartitis carnosis laciniis angustissi-*

*mis 3-4partitis recurvo - mucronatis petalis oblongis obtusis stylis subparallelis apice spathulatis intus papilliferis calyce longioribus demum diductis.*

S. trifurcata. Schrad. hor. gott. fas. 1. 15. t. 7. Ic. Simson. bot. mag. t. 40. et t. 1651. fruticulus spithameus ramis annotinis superne nudiusculis paucifloris. Fl. aest. In alpibus di *Limone.*

bbb. *Foliis omnibus quinquefidis seu multifidis.*

28. AIUGIFOLIA. S. *Villoso - viscosa foliis omnibus subcarnosis venosis longe petiolatis quinquepartitis laciniis lanceolatis divaricatis recurvo-mucronatis ciliatis caulinis linearibus subintegris caulibus ramosis caespitosis prostratis stoloniferis.*

Ic. Lapeyr. pyr. t. 31. Suffruticulus. flores albi. petala supra basim trinervia. — Var. *petalis et sepalis laciniatis.* Fl. aest. In asperrimis iugis del *Montlane.*

29. PEDEMONTANA. All. ped. 2. 73. t. 21. f. 5. 6. S. *Glutinoso-pilosa foliis aggregatis rosulatis cuneatis 3-5fidis laciniis subtrifidis lanceolatis sulcatis floribus corymbosis laciniis calycinis linearibus elongatis.*

S. cymosa. Walds. et Kitaib. hung t. 88. S. heterophylla. Sternb. revis. 50. t. 20. f. 1. 2. S. cervicornis. Viv. cors. ap. 2. Ic. Sturm. deut. flor. 9. 33. Suffruticulus spithameus caulibus caespitosis prostratis dense foliosis cauliculis annotinis surrectis superne nudiusculis. flores maiusculi albi. Caps. tota fere connata calyci rostris longissimis diductis. Fl. aest. In asperis alpium iugis: supra *Tendam* et supra *Thermas valderias.*

## 603. CHRYSOSPLENIUM.

Herbae perennes vix dodrantales succulentae fragiles caulibus apice bifidis limbis perigonialibus aureis vel citrinis flore primario 5fido 10-andro lateralibus 4-fidis 8andris seminibus rubris.

1. ALTERNIFOLIUM. Chr. *Foliis alternis reniformibus profunde crenatis crenis emarginatis capsulis perigonio subaequalibus.*

Ic. Moris. s. 12. t. 8. f. 8. Dalech. lugd. 1113. f. 3. Lam. ill. t. 374. Engl. bot. t. 54. Flor. dan. t. 366. Petiv. h. br. t. 6. f. 10. Gaertn. carp. 44. Schk. hand. t. 108. Dreves. 2. 72. Schkr. flor. monac. 2. t. 166. Sturm. deut. fl. 3. 12. Dietr. fl. borus. 4. 241. Schubert. naturges. t. 21. f. 7. Radix repens. Limbus perigorii aureus. Vulgare in locis montanis spongiosis humidis umbrosis praecipue ad scaturigines fontium. Fl. vere.

2. OPPOSITIFOLIUM. Chr. *Foliis oppositis semiorbiculatis repando - crenatis basi truncatis capsulis perigonio brevioribus.*

Ic. Dodon. pempt. 316. f. 2. Dalech. lugd. 1114. f. 2. Curt. lond. 2. t. 27. ed. Grav. 2. t. 30. Engl. bot. t. 420. Flor. dan. t. 365. Moris. s. 12. t. 8. f. 7. Lobel. ic. 612. f. 2. Petiv. her. br. t. 6. f. 9. Bah. hist. 3. 707. f. 1. Baxter. brit. bot. 2. 140. Dreves. 5. 76. Sturm. deut. flor. 1. 4. Dietr. flor. bor. 4. 242. Limbus perigonii citrinus. pili omnium rari articulati. Fl. aest. Habitat altiora loca in alpibus: in monte *Cenisio*: ad rivulos locis umbrosis prope Carthusiam *S. Hugonis* in *Sabaudia.* in alpibus nostris passim. Radix fibrosa.

## 604. SCLERANTHUS.

a. *Radice annua. laciniae perigonii apice involuto-subulatae. caules pubescentes.*

1. ANNUUS. Scl. *Calycibus fructiferis patulis acutis mucronatis anguste albomarginatis.*

Scl. polycarpos. L. sp. 581. Ic. Columu. ecphr. 1. 294. Bonan. panph. t. 140. Engl. bot. t. 351. Fl. dan. t. 140. Engl. bot. t. 504. Petiv. h. br. t. 9. f. 6. Dodon. pempt. 115. Moris. s. 5. t. 29. f. 6. Bah. hist. 2. 377. Dalech. lugd. 444. et 1112. Gray gen. 102. Gaertn. carp. 126. Baxter. brit. bot. 6. 439. Nees gener. 4. 77. Dietr. flor. borus. 9. 629. Herba pusilla prostrata ramosissima vix spithamea. rami dichotomi divaricati. folia connata linearia acuta basi ciliata flores herbacei demum coriacei. stamina numero varia. caules aliquando erectiusculi floribus capitato-congestis quae occurrit in pinguibus, et hortis, et

quae pingitur in Dalech. lugd. 1142. f. 1. plerumque prostratus floribus in axillis per totam longitudinem caulis, quae var. pingitur in Dalech. 444. et quae est Sc. polycarpos. Lin. sp. 581. aliquando omnino glaber est, foliis tantum basi ciliatis. laciniae calycis tubum excedunt apice puncto vel glandula sanguinea notatae ut folia. flores foliis breviores. calycis laciniae nullos nervos habent, contra Gren. et Godr. fl. fr. 1. 614. Fl. aest. Vulgatissimus in agris et arvis.

aa. *Radice perenni. laciniae perigonii obtusae. caules glabri.*

2. PERENNIS. Scl. *calycibus fructiferis clausis obtusis late albo-marginatis caule antherisque glabris.*

Scl. marginatus. Guss. fl. sic. t. 206. f. 1. Scl. hirsutus. Presl. del prag. 66. Scler. neglectus. Reich. exc. 565. Ic. Vaill. paris. t. 1. f. 5. Rayus. syn. t. 5. f. 1. a. b. Lam. ill. t. 374. Plenck ic. med. t. 344. Engl. bot. t. 352. Schk. hand. t. 120. Dietr. flor. borus. 9. 630. Fl. dan. t. 565. Petiv. h. br. t. 9. f. 7. Caulis vix spithameus, superne ramoso-corymbosus demum rubens. stamina 10. folia plerumque falcata secunda. flores densiores albidi. receptaculi color purpureus. Fl. aest. passim in agris et arvis.

## 605. CUCUBALUS.

BACCIFERUS. C. *Herba perennis pubescens usque quadripedalis radice repente caule debili nodoso ramosissimo ramis trichotomis foliis oppositis ovato-oblongis subsessilibus ciliato-serrulatis pedunculis axillaribus brevibus unifloris cernuis calycibus membranaceis virentibus demum inflatis apice recurvis floribus albis baccis nigris nitentibus.*

Lychnis. Scop. carn. 1. 506. Silene W. sp. 2. 700. Ic. Dodon. pempt. 403. f. 1. Lob. ic. 265. f. 2. Dalech. lugd. 1429. f. 1. Clus. hist. 2. 183. f. 2. Bah. hist. 2. 175. f. 1. Sab. hor. rom. b. t. 34. Engl. bot. t. 22. et 1587. Mill. ic. t 112. Gaertn. fruct. t. 77. f. 7. Schk. hand. t. 121. Lam. ill. t. 377. Baxter. brit. bot. 6. 507. Reich. flor germ. 6. 502. Dietr. flor. borus. 5. 289. Fl. aest. ubique in sepibus et dumetis.

## 606. SILENE

a. *Caule ramisque unifloris.*

b. *Calycibus clavatis: suffrutices.*

c. *Floribus lilacinis, seu roseis.*

1. VALLESIA. S. *Viscoso-pubescens caule prostrato foliis tomentosis radicalibus spathulatis superioribus lanceolatis calycibus amplis striatis coloratis petalis bifidis squamis coronantibus bilobis capsula ovato-oblonga.*

Ic. All. ped. t. 23. f. 2. Boccon. mus. t. 54. Reich. fl. germ. 6. 286. Caulis vix spithameus. Cor. calycem superat. semina fusca parva granulata. Fl. aest. In montanis et alpinis praesertim *Valdensium.*

cc. *Floribus albis.*

2. SAXIFRAGA. S. *Superne viscida caule erecto foliisque linearibus acutis glabris pedunculis elongatis calycibus laevibus erectis petalis bifidis ungue ciliatis squamis coronantibus bipartitis capsula ovoidea nitida valvis apice recurvis.*

Lychnis Scop. carn. 1. 508. Ic. Seguier. ver. 1. t. 6. f. 1. Waldst. et Kitaib. hung. t. 163. Lodd. bot. cab. 434. Reich. flor. germ. 6. 285. Caulis vix spithameus prostratus ramosissimus. Cor. calyce duplo maior. Semina parva ferruginea granulata. Fl. aest. In asperis saxosis apricis alpium.

bb. *Calycibus campanulatis.*

c. *Acaules.*

d. *Suffruticosa, corolla rosea fauce coronata.*

3. ACAULIS. S. *Caule abbreviato caespitoso foliis basi connatis ciliatis linearibus acuto-subulatis pedunculis erectis calycibus glabris petalis integris emarginatis squamis coronantibus exiguis emarginatis capsula oblonga calycem superante valvis apice recurvis.*

Lychnis. Scop. carn. 1. 507. Sil. exscapa. All. ped. 2. 83. t. 79. f. 2. S. elongata. Bellard. osserv. bot. 60. Ic. Dill. hor. elth. t. 206. Barrel. ic. 379. 380. Bah. hist. 3. 768. All. l. c. t. 79. f. 1. Engl. bot. t. 1081. Fl. dan. t. 21. Bot. cab. t. 568. Bot. mag. t. 1881. Caulis prostratus, ramosissimus vix spithameus dense foliosus pulvinatus. Cor. speciosa; raro alba. flores interdum dioici. Semina fusca. Fl. aest.

Vulgatissima in rupibus asperrimis summarum alpium.

dd. *Herbacea, corolla rosea difformi fauce non coronata.*

4. POLYTRICOIDES. Zum. S. *Caule herbaceo brevissimo pulvinato foliis linearibus planis latiusculis obtusis basi connatis ciliatis enerviis subimbricatis ramis unifloris floribus dioicis sessilibus calycibus glabris subcampanulatis laciniis ovatis petalis lineari-oblongis integris non coronatis capsulis 6valvibus calycem aequantibus stylis tribus.*

Herba perennis vix pollicaris. flores rosei parvi difformes a Silenis. petala enim quamquam conformia sunt omnino irregulari modo disposita ut flores Lobeliam potius referant quam Silenem. facies omnino musci est et quodammodo refert pulvinar Polytrichi vulgaris. prorsum diversa a S. acauli etiam prima fronte. in hac folia sunt lineari-subulata in nostra plana brevia obtusa imbricata apice rosulata petala neutiquam coronata lineari-oblonga integra neque unguiculata. Ceterum iec. Allionii. et Barrelieri omnino alienae sunt. unde speciem novam et certe distinctam habeo. Legi in medio monte *Jovis* vulgo *Gran S. Bernardo* in summa valle *Augustae Praetoriae*. flores masculos reperire non potui.

cc. *Caulifera perennis glabra, corolla albida fauce nuda.*

4. CAMPANULA. Pers. ench. 1. 500. S. *Caule ascendente erectove foliis linearibus acuminatis panicula subbifida calycibus fructus subclavato-campanulatis petalis bifidis fauce nudis capsula parva ovoidea valvis rectis.*

Cucubalus alpestris. All. auct. 28. t. 1. f. 5. Caules vix caespitosi vix spithamei dense foliosi. flores ut plurimum solitarii pedunculis elongatis filiformibus. folia ima breviora. Cor. calyce longior extus rubida fauce bicolliculosa. Fl. aest. In rupestribus montanis et alpinis.

bbb. *Calycibus campanulato-inflatis.*

6. UNIFLORA. Roth. cat. 1. 52. S. *Glabra glauca caulibus abbreviatis caespitosis prostratis subunifloris foliis lanceolatis calycibus fructus ample vesicosis reticulatis petalis bifidis fauce coronatis squamis bipartitis capsula inclusa ovoidea obtusa radice repente.*

S. maritima W. Smit. engl. flor. 2. 293. Engl. bot. t. 957. Cucubalus Behen. b. Lin. sp. 501. Fl. dan. t. 857. C. litoralis. Pers. ench. 1. 496. C. alpinus eiusd. C. crassifolius. Tenor. C. fabarius. Thor. chl. land. 172. — var. *foliis latioribus etiam subrotundis.* Ic. All. spec. t. 5. f. 5. Bah. hist. 3. 357. Caules spithamei prostrati. folia parva crassiuscula margine cartilaginea. Cor. alba. Semina reniformia granulata. Fl. aest. In rupibus montium editiorum: *Cenisio*: in alpibus delle *Vieussene*: in *Liguria occidua* etc.

aa. *Caule paucifloro: calycibus cylindricis.*

7. CORDIFOLIA. All. ped. 2. 82. t. 23. f. 5. S. *caule suffruticoso erecto simpliciusculo foliisque subcordato-ovatis acuminatis imis spathulatis viscido-pubescentibus floribus terminalibus subsessilibus petalis semibifidis squamis coronantibus bipartitis obtusis capsula oblonga valvis recurvis.*

Ic. Reich. flor. germ. 6. 286. Caulis spithameus caespitosus. folia scabra ciliata. Cor. carnea extus flavida calyce maior. Semina parva atro-rubentia. Fl. aest. In rupibus alpium *Cottiarum*, *Penninarum*: nec non *nic*: in valle *Pisii*: circa thermas *Valderias* etc.

aaa. *Floribus sparsis subsolitariis.*

b. *Calycibus campanulatis: floribus albis radice perenni.*

c. *Petalis emarginatis.*

8. RUPESTRIS. S. *Glabra caule erecto subdichotomo foliisque ovato-oblongis lanceolatisve acutis glaberrimis pedunculis elongatis unifloris subcorymbosis petalis emarginatis squamis coronantibus acute bipartitis capsula ovoidea valvis recurvis.*

Ic. Bah. hist. 3. 360. Flor. dan. t. 4. Sturm. deut. fl. hef. 22. t. 10. Chabr. sciagr. 449. f. 4. Reich. fl. 6. germ. 288. suffruticulus dodrantalis caespitosus. folia ima minora petiolata flores minimi. Cor. carnea vel alba calyce maior. Radix eius apud nos crassa alba ramosa profunde descendens. folia ima sunt obverse lanceolato-linearia conferta. superiora maiora oblongo-lanceolata. petala truncata emarginata, semper candida. flores non minimi neque parvi. tota

herba aliquam glaucedinem habet, semina numerosa compressa subreniformia ad latera laevia dorso granulata, tuberculata straminea. Vulgaris ubique in lapidosis apricis etiam umbrosis montium et alpium.

*Silene rupestris*

Var. petalis profunde bilobis calyce triplo maioribus foliis mediis magnis oblongis obtusis imis minoribus lanceolatis superioribus mediis oblongis seminibus minimis orbicularibus compressis, fulvis, radice annua. glaberrima glauco pruinosa. ceterum congruit cum S. rupestri. Sed probabili coniectura est nova species. etiam ex statione, nam S. rupestris amat loca aprica, sicca, lapidosa, et petala in mea planta sunt profunde biloba, dum in rupestri sunt vix retusa. Silene alsinaefolia mihi. in humidis umbrosis sepium versus Pralungo et Tollegno.

cc. *Petalis quadrilobis.*

9. QUADRIDENTATA. Cand. fr. 4. 748. S. *Glabra superne viscida, caule gracili erecto subramoso ramis unifloris foliis linearibus patentibus calycibus glaberrimis petalis quadridentatis internis maioribus squamis coronantibus bifidis capsula subrotundo-ovoidea valvis recurvis seminibus dorso aristatis.*

S. quadrifida. L. sp. 602. Jacq. a. t. 120. Reich. ic. fig. 1176. S. fontana. Tenor. Cucubalus quadrifidus L. Lychnis quadrifida. Scop. carn. 1. 507. L. quadridentata W. sp. 2. 808. — var. *cor. rosea* quae est S. pudibunda. Reich. ic. fig. 1177. Ic. Seguier. ver. sup. 1. 5. f. 1. Caules caespitosi. pedunculi filiformes axillares longissimi. flores parvi. cor. plerumque albae. semina reniformia compressa ferruginea. Fl. aest. Ad fontes in locis montanis et alpibus praesertim in agro *monregal.*

bb. *Calycibus cylindricis. radice annua.*

10. NOCTIFLORA. S. *Caule erecto hirsuto superne viscoso dichotomo foliis inferioribus spathulatis superioribus lanceolatis pedunculis axillaribus abbreviatis calycis costati fructiferi ventricosi dentibus elongatis petalis bifidis crenulatis squamis coronantibus brevibus obtusis emarginatis capsula ovoideo-conica.*

Ic. Camer. hor. t. 34. Lam. ill. t. 377. f. 2. Engl. bot. t. 291. Gaertn. fruct. t. 130. f. 8. Sturm. deut. fl. hef. 3. Schk. hand. t. 122. Flor. dan. 2470. Reich. flor. germ. 6. 276. Caulis erectus usque bipedalis plerumque humilior. Cor. rosea raro alba, maiuscula. Semina atra dorso muricata. Fl. aest. In agro *nic.* facies Lychnidis dioicae.

bbb. *Calycibus conicis ventricosis, radice annua, floribus roseis.*

c. *Petalis integris.*

11. CONOIDEA. S. *Caule superne viscido erecto superne bipartito pubescente foliis lanceolatis glabris inferioribus oblusiusculis calycibus elongatis 30striatis laciniis lineari-subulatis petalis subintegris squamis coronantibus bipartitis capsulis subrotundis longe rostratis.*

Ic. Clus. hist. 3. 288. f. 2. Moris. s. 5. t. 36. f. 6. Reich. flor. germ. 6. 275. Caulis usque pedalis. flores parvi. semina cinerea crassiuscula granulata dorso sulcata. Fl. aest. in agro *nic.*

bb. *Petalis bifidis.*

12. CONICA. S. *Pubescens caule erecto superne bipartito foliis mollibus lanceolato-linearibus calycibus fructus conicis 30-striatis laciniis lineari-subulatis petalis bilobis squamis coronantibus bipartitis capsulis ovatis abbreviatis.*

Lychnis. Scop. carn. 1. 508. Ic. Barrel. ic. 1027. Zannichel. ist. t. 118. Sibt. fl. gr. t. 425. Jacq. a. t. 253. Engl. bot. t. 922. Reich. fl. germ. 6. 276. Dietr. flor. borus. 5. 290. Humilior praeced. celerum similis. Fl. aest. Inter segetes *Sabaudiae*, prope *Termignon.*

aaaa. *Floribus racemosis secundis.*

b. *Calycibus clavatis. radice annua.*

c. *Corolla rosea.*

d. *Calycibus glabris.*

13. SERICEA. All. ped. 2. 81. t. 79. f. 3. S. *Foliis basi ciliatis spathulato-lanceolatis sericeo-villosis (villosissimis et glabris) calycibus striatis glabris petalis longe unguiculatis floribus longiuscule pedicellatis distichis remotis erectis petalis bipartitis squamis coronantibus obtuse bifidis capsulis ovato-subrotundis.*

S. vespertina. Retz. obs. fasc. 3. 31. Sibt. fl. gr. t. 409. Curt. bot. mag.

t. 677. S. decumbens. Bir. cent. 1. 75. t. 6. S. canescens. Ten. neap. 1. 236. t. 38. S. bellidifolia. Jacq. S. bipartita. Desf. atl. 1. 352 t. 100. S. amoena. Ab Ucria hor. panorm. 185. S. ciliata. geminiflora W. Moris flor. s. 1. t. 17. Reich. flor. germ. 6. 278. Willkomm ic. hisp. 1. 32. Caulis caespitosus ab imo ramosus pedalis. Cor. raro alba. Semina atro-rubentia laevia dorso sulcata. Fl. vere et aest. In litore maris inter *Oneglia* et porto *Maurizio*: etiam in *Liguria orientali*.

dd. *Calycibus villosissimis.*

14. HISPIDA. Desf. atl. 1. 348. S. *Caule ramoso hispido foliis lanceolatis subtus subtrinerviis ciliatis imis spathulatis calycibus erectis hirsutissimis confertis squamis coronantibus bifidis capsula ovoidea valvis recurvis.*

S. hirsuta. Bir. cent. 2. 58. Ic. Moris. fl. sard. 1. t. 19. Willkomm. ic. hisp. 1. 29. Caulis usque tripedalis. Fl. vere exeunte. Apud *Genuam* in collibus di S. *Bartolomeo*. facies S. gallicae sed procerior.

cc. *Cor. alba.*

15. NICAEENSIS. All. ped. 2 81. t. 44 f. 2. S. *Caule erecto hirsuto superne viscoso foliis crarnosis lanceolatis obtusiusculis hirsutis calycibus coloratis striatis viscosis petalis bifidis squamis coronantibus bifido-emarginatis capsulis ovato-oblongis valvis apice recurvis.*

S. arenaria. Desf. atl. 1. 354. S. arenicola. Presl. sic. 1. 155. S. viscosissima. Tenor. syllab. 215. S. psammitis Link in Spreng. nov. prov. 39. S. villosa. Moench. meth. 708. Ic. Boccon. mus. t. 118. Reich. flor. germ. 6. 278. Caules vix pedales ut plurimum caespitosi. Calyx 10-striatus. Cor. calyce longior extus rubida. Semina ferruginea granulata. pili supremi apice glanduliferi. Fl. vere. Vulgaris in agro *nic.* et *Liguria.*

bb. *Calycibus cylindricis seu ovato-cylindricis striatis, radice annua.*

c. *Corolla alba, petalis indivisis.*

17. ANGLICA. S. *Caule ramoso piloso-subviscido racemo foliato laxo foliis spathulato-lanceolatis calycis hirsutis alternis imis retroflexis petalis emarginatis squamis coronantibus bipartitis capsula ovoidea valvis recurvis.* Ic. Engl. bot. t. 1178. Curt. lond. 2. 50. Fl. dan. t. 1643. Reich. flor. german. 7. 273. Ceterum similis gallicae cuius forte var. est. passim inter segetes.

cc. *Corolla alba vel rosea petalis bifidis.*

17. NOCTURNA. S. *Caule elato hirsuto foliis ciliatis inferioribus spathulatis subdentatis superioribus lineari-lanceolatis calycibus subsessilibus striatis petalis bifidis calycem superantibus floribus secundis superioribus approximatis squamis coronantibus brevissimis indivisis capsula ovato-oblonga valvis obtusis recurvis.*

S. neglecta. Tenor. neap. 4. 216. t. 230. f. 1. a-e. S. spicata. Cand. fr. 4. 759. S. matutina. Presl. sic. 1. 149. Ic. Barrel. ic. 102. f. 1. Magnol bot. monsp. 170. Dill. hor. elth. t. 310. f. 400. Moris. s. 5. t. 36. f. 7. Sibt. fl. gr. t. 400. Caulis 1-2 pedalis. aliquando superne viscida est. Fl. vere. In olivetis agri *nic.* et *Liguriae*, praesertim circa *Genuam.*

ccc. *Cor. rosea, petalis indivisis.*

18. GALLICA. S. *Caule ramoso hirsuto viscoso foliis oblongo-lanceolatis infer. spathulatis calycibus hirsutis petalis indivisis emarginatis lamina obliqua floribus secundis erectis squamis coronantibus bipartitis capsulis ovoideis calycem aequantibus valvis recurvis.*

S. lusitanica. Tenor. neap. 4. 208. S. quinquevulnera. Ab Ucria hor. panorm. 185. S. cerastioides. Presl. sic. 1. 149. S. sylvestris Reich. excurs. 812. S. anglica eiusd. l. c. 815. Lychnis cerastioides. Scop. carn. 1. 509. Ic. Barrel. ic. 1028. f. 3. 4. Zannichel. ist. t. 227. Vaill. par. t. 16. f. 12. Dill. hor. eltham. t. 310. f. 399. Reich. fl. germ. 6. 272. Caulis pedalis et ultra. filamenta basi pubescentia. caps. turgida. Semina ferruginea dorso serrulata. Fl. aest. Vulgatissima inter segetes praesertim apud nos. In meis exemplaribus calyces primum cylindrici demum ovati petala rosea obliqua obcordata retusa. squamae coronantes albae. filamenta alba. antherae cinereae.

19. CERASTIOIDES. S. *caule simpliciusculo foliis inferioribus spathulatis superioribus lineari-lanceolatis villo-*

*siusculis racemo spicato terminali nudo pauci floro disticho laxo calycibus subsessilibus petalis emarginatis parvis.*

Ic. Sibt. fl. gr. t. 412. Dill. hor. elth. t. 309. f. 397. Vill. delph. 48. Reich. flor. germ. 6. 275. Willkomm ic. hisp. I. 57. Ceterum similis gallicae. Fl. vere. Inter segetes in agro *nic.*

aaaaa. *Floribus paniculatis.*

b. *Erectis.*

c. *Calycibus clavatis.*

d. *Radice annua.*

e. *Corollis roseis, petalis integris.*

20. Armeria. S. *Glabra panicula corymbosa fastigiata bracteis obsoletis caule erecto foliisque subcordato-ovatis glaberrimis calycibus coloratis petalis indivisis emarginatis squamis coronantibus bipartitis capsulis ovato-oblongis valvis recurvis.*

Lychnis. Scop. carn. I. 310. Ic. Dodon. pempt. 176. f. 4. Clus. hist. 3. 288. f. 1. Lob. ic. 454. f. 1. Tabernam. ic. 500. Engl. bot. t. 1398. Baxter. brit. bot. 2. 120. Sturm. deut. fl. 6. 21. Reich. flor. germ. 6. 284. Fl. dan. t. 559. Dalech. lugd. 1255. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 21. t. 4. Moris. s. 5. t. 21. f. 26. Caulis fistulosus vix pedalis superne inter nodos viscosus. Laciniae calycis albo-marginatae. Cor. parva raro alba. Calyx ut plurimum ruber. Fl. aest. In agris et arvis lapidosis, apricis passim.

21. Sassiana. Bertol. fl. ital. 4. 609. S. *Caule ramoso superne glanduloso-viscoso divaricato foliis imis spathulatis obtusis superioribus lanceolatis acutis panicula dichotoma petalis integris squamis coronantibus bifidis elongatis capsula ovoidea valvis recurvis.*

Caules caespitosi prostrati ramosi pubescentes usque pedales. Cor. parva. Semina parva fusca granulata. Floret aest. In *Liguria occidua* prope *Albingannum.*

ee. *Corollis luteolis petalis bifidis.*

22. corymbifera. Bertol. fl. ital. 4. 591. S. *Scabra superne viscosissima caule ramoso-paniculato foliis lineari-subulatis corymbis terminalibus paucifloris fastigiatis petalis bifidis capsulis ovato-oblongis valvis recurvis.*

Caulis ab imo ramosus, usque pedalis. Cor parva. semina atro-rubentia granulata dorso sulcata. Fl. aest. In *Liguria occidua* al *Ceriale.*

eee. *Corollis rubris: petalis integris vel bifidis.*

23. muscipula. S. *Caule superne viscoso dichotomo foliis patulis lanceolatis subfasciculatis densis superioribus linearibus glabriusculis paniculae ramis dichotomis calycibus venoso-reticulatis glabris mediis brevipedicellatis petalis emarginatis vel bifidis capsulis oblongis valvis recurvis.*

Ic. Clus. hist. 3. 289. f. 1. Lob. ic. 453. f. 1. Tabernam. 295. f. 2. Dalech. lugd. 818. f. 2. Reich. fl. germ. 6. 283. Willkom. ic. hisp. 1. 40. Bah. hist. 3. 349. f. 3. Caulis pedalis et ultra ramosus ramis imis abortivis. Corollae parvae pulchre rubrae. Semina atro-rubentia granulata parva. Herba dura, rigida. Fl. aest. Inter segetes agri *nic.* prope *Antibum.*

dd. *Radice perenni.*

e. *Corollis albis fauce nudis, petalis bifidis.*

24. italica. S. *Caule herbaceo erecto foliisque spathulato-lanceolatis imis latioribus pubescenti-scabris paniculae brachiatae trichotomae ramis viscosis subunifloris erecto-patulis calycibus pubescentibus petalis fauce nudis capsula ovato-oblonga.*

S. pilosa. Reich. ic. f. 426. S. mollissima. Cand. prodr. 1. 382. excl. syn. Pers. Cucubalus italicus. Lin. sp. 593. Jacq. obs. 4. t. 97. C. mollissimus W. et Kit. hung. t. 248. Ic. Sibt. fl. gr. t. 429. Willkom. ic. hisp. 1. 43. Reich. ic. f. 465. Caules caespitosi superne viscosi, usque bipedales. flores noctu suaveolentes. petala subtus rubro-venosa. venae aliquando viridulae. Semina ferruginea parva granulata. Fl. vere. Circa *Segusium* et *Vico* di *Mondovì* locis asperis et apricis. In collibus *Verbani* in *Liguria.*

25. Salzmanni. Badar. in Moret. bot. ital. 16. Otth. in Cand. prodr. S. *Molliter tomentosa foliis tenuibus imis subrotundo-spathulatis, panicula brachiata erecto-patula calycibus elongatis acute dentatis petalis bifidis fauce nudis.*

Est procul dubio var. *italicae.* Fl. vere exeunte. In *Capo di Noli* in *Liguria occidua.*

ee. *Corollis albis fauce coronatis, petalis bilobis.*

26. PARADOXA. S. *Pubescens caule herbaceo erecto superne viscosissimo foliis glabris lanceolatis superioribus linearibus paniculae ramis oppositis patentibus subtrifloris floribus polygamis (hermaphroditis et femineis squamis coronantibus bifidis serratis capsula ovato-oblonga conico-rostrata.*

S. italica. Reich. ic. f. 415. Ic. Zannich. ist. t. 50. Zanon. ed. Monti. t. 109. Jacq. hor. vind. 5. t. 84. Caulis usque bipedalis. folia subcoriacea dense ciliata ciliis inferne longioribus. flores maiusculi noctu suaveolentes sub sole involuti. Semina atro-rubentia granulata maiuscula. Fl. aest. In *Liguria.*

eee. *Corollis albis fauce coronatis petalis bipartitis.*

27. INAPERTA. S. *Caule ramoso foliis lineari-lanceolatis scabris paniculae viscidae ramis laxis unifloris floribus subpentandris petalis brevissimis squamis coronantibus bicuspidatis capsula ovato-oblonga valvis recurvis.*

S. multicaulis Guss. pl. rar. 172. t. 35. Ic. Sibt. fl. gr. t. 420. Dill. hor. elth. t. 315. Reich. flor. germ. 6. 281. Willkom. ic. his. 1. 58. f. 407. Caulis pedalis et ultra. Fl. aest. Habitat rupes ad thermas *Valderias* et in agro *nic.*

cc. *Calycibus campanulatis, corollis albis fauce nudis.*

d. *Radice annua: petalis calyce brevioribus.*

28. BRACHYPETALA. Cand. fr. 5. 607. *S. Pubescenti-glabra caule erecto foliis imis spathulatis superioribus lanceolatis panicula dichotoma bifidaque pauciflora calycibus fructus demum oblongis petalis bifidis inclusis capsulis ovato-oblongis calycem subaequantibus.*

Ic. Reich. fl. germ. 6. 274. Jordan. obs. 5. 1. Caulis humilis vix dodrantalis raro simplex ut plurimum totus ramosus. Corolla calyce dimidio brevior. Fl. vere et aest. In *Liguria occid.* al *Castello d'Andora.*

dd. *Radice perenni: petalis calyce longioribus.*

29. OTITES. Pers. ench. 1. 497. S. *Caule stricto pubescente superne viscosissimo oligophyllo foliis inferioribus spathulatis villosiusculis ciliatis floribus dioicis petalis linearibus setaceis indivisis fauce nudis capsulis ellipticis.*

Lychnis. Scop. carn. 1. 305. Cucubalus. L. sp. 594. Engl. bot. t. 85. Fl. dan. t. 518. Plenck ic. t. 348. Roem. fl. eur. fasc. 5. Ic. Zannich. ist. t. 145. Clus. hist. 1. 195. f. 1. 2. Reich. fl. germ 6. 289. Dietr. flora borus. t. 138. Caulis usque tripedalis. Cor. ochroleuca. Semina atro-rubentia granulata. In exemplaribus circa *Eporediam* lectis flores hermaphroditi. caulis inter nodos viscosus. inter paniculae verticillos superne laevis. flores minimi. petala linearia virentia angustissima vix sine lente videnda. antherae ovatae virentes demum albidae. styli virides. folia spathulata radicalia maiora margine ciliato-villosa, caulina remota opposita: nodi distantes. ad nodos in axilla folii fasciculus foliorum. paniculae rami oppositi patuli. Radix crassa. folia radicalia rosulata: folia et caulis glabri. Fl. aest. In pascuis lapidosis, et locis incultis collinis circa *Genuam*, *Sarzanam*, *Segusium* etc. Ego legi in lapidosis circa *Eporediam.*

ccc. *Calycibus ovatis.*

30. CRETICA. S. *Caule elato foliisque oblongo-lanceolatis supremis linearibus scabriusculis paniculae diffusae foliatae ramis viscidis floribus alaribus longissime pedunculatis calycibus decagonis glabris petalis bifidis squamis coronantibus elongatis bifidis laciniis linearibus acutis capsulis ovoideo-subglobosis turgidis.*

Ic. Dill. elth. t. 314. f. 405. Sibt. fl. gr. t. 422. Radix annua. Caules caespitosi erecti superne glabri ad nodos viscosi usque bipedales. Cor. grandiuscula pulchre rubra. Semina crassa dorso sulcata, granulata, ferruginea. Fl. vere et aest. *Sarzanae* in agris Lino satis.

bb. *Nutantibus.*

c. *Calycibus clavatis.*

d. *Radice annua: corollis roseis petalis integris.*

31. FUSCATA. Link in Brot. lus. 2. 187. S. *Caule simplici glanduloso-pubescente foliis undulatis imis spathulatis lanceolatis floribus paniculatis brevipedicellatis calycibus viscidis stria-*

*tis subcoloratis petalis subemarginatis squamis coronantibus indivisis in tubum coalitis apice emarginatis capsulis ovoideis valvis revolutis.*

S. divaricata. Cand. pr. 1. 376. S. undulatifolia. Moris stirp. sard. elen. 1. 8. S. pseudo Atocion. Guss. pl. rar. 180. Ic. Moris. fl. s. 1. t. 15. Caulis spithameus vix pedalis. flores supremi subaggregati. Corolla rosea parva. semina atro-rubentia granulata dorso sulcata turgida. Fl. vere. Circa *San Remo in Liguria occidua.*

dd. *Radice perenni: corollis albis petalis bifidis.*

52. NUTANS. S. *Caule simplici ascendente villoso superne viscoso foliis oblongis acutis pubescentibus inferioribus spathulatis longe petiolatis panicula brachiata subsecunda ramis lateralibus abbreviatis floribus pendulis calycibus viscoso-villosiusculis petalis bipartitis laciniis angustis aequalibus squamis coronantibus bifidis laciniis acutis capsulis ovoideis turgidis.*

S. Pelidna Tenor. neap. 4. 216. S. insubrica. Com. fl. com. 3. 163. S. livida. W. enumer. 474. Reich. ic. f. 417. non differt nisi *petalis subtus livido-virentibus valvis capsulae non recurvis.* — Lychnis nutans. Scop. carn. 1. 309. Ic. Clus. hist. 1. 291. f. 1. Tabernam. ic. 293. f. 1. Dalech. lugd. 683. f. 1. Moris. s. 5. t. 20. f. 4. Gessn. fig. lign. t. 18. f. 155. Engl. bot. t. 465. Fl. dan. t. 242. Dreves 4. 114. Reich. fl. germ. 6. 293. Dietr. fl. bor. t. 328. Schk. hand. t. 222. Schrank flor. mon. t. 319. Schubert. naturges t. 23. f. 2. Caules caespitosi usque bipedales. Cor. extus cretacea vel plumbea. Semina atro-rubentia granulata parva. Fl. aest. vulgatissima ubique ad muros et rupes: etiam in planitie ad vias etc. passim.

cc. *Calycibus cylindricis: radice perenni: cor viridula, petalis bifidis.*

53. VIRIDIFLORA. S. *Caule foliisque ovato-oblongis imis spathulatis hirsutis paniculae ramis brachiatis viscosis calycibus villosis petalis bifidis coronatis capsulis turgidis ovoideo-conicis valvis rectis.*

Ic. Herm. parad. batav. 199. Reich. fl. germ. 6. 293. Caulis usque bipedalis. Cor. parva. Floret vere. Circa *Segusium*, in agro *aquensi* circa *Montenotte.*

ccc. *Calycibus inflatis.*

d. *Radice annua: corollis roseis fauce coronatis, petalis bilobis.*

54. BEHEN. S. *Glabra glauca foliis obovato-lanceolatis panicula corymbosa superne coarctata calycibus reticulatis petalis obcordatis bilobis squamis coronantibus bicuspidatis, capsulis oblongis calycem aequantibus.*

Ic. Dill. hor. elth. t. 317. f. 409. Sibt. fl. gr. t. 416. Caules caespitosi vix pedales. Cor. parva. semina reniformia maiuscula granulata pruinosa. Fl. vere. In rupibus asperrimis editiorum alpium *monregal.*

dd. *Radice perenni: corollis albis, fauce nudis, petalis bipartitis.*

55. INFLATA. Smith. brit. 467. S. *Glauca caule ramoso foliisque ovato-oblongis glabris seu pubescentibus, calycibus ovato-globosis reticulatis laevibus petalis fauce nudis bipartitis bicolliculosis capsulis ovoideis obtusis.*

Lychnis Behen Scop. carn. 1. 305. Cucubalus L. sp. 591. Engl. b. t. 164. Bull. herb. t. 321. Lam. illus. t. 377. f. 2. Fl. dan. t. 914. — Var. *foliis angustis lanceolatis vel linearibus* est Cucub. angustifolius. Tenor. neap. 1. 233. t. 38. Silene tenoreana. Coll. herb. ped. 1. 328. Cucub. angustissimus. Nocc. et Balb. fl. tic. 1. 199. t. 7. C. Behen. Plenck. ic. med. t. 349. Reich. fl. germ. 6. 299. 301. Willkomm. ic. his. 1. t. 23. Dietr. fl. borus. t. 239. Schubert. naturgesis. t. 23. f. 1. Caules caespitosi fistulosi usque bipedales. corollae sordide albentes sub sole involutae. antherae virides rubro-marginatae. semina reniformia parva turgida granulata. Fl. aest. Vulgaris in pratis, pascuis, muris, viis etc.

## 607. STELLARIA

Herbae floribus albis.

a. *Petalis bifidis.*

b. *Foliis cordatis ovatis oblongis.*

c. *Radice annua: petalis calyce brevioribus: staminibus 3-5.*

1. MEDIA. Vill. delph. 3. 615. St *Caule debili decumbente linea lateral pilosa alterna foliis ovatis imis mi-*

*nimis cordatis longe petiolatis pedunculis fructiferis reflexis floribus subpentandris petalis calyce brevioribus.*

Alsine. L. sp. 389. Fl. dan. t. 525. Lam. ill. t. 214. Ic. Fuchs. hist. 21. Dodon. pempt. 29. Moris. s. 5. t. 25. f. 4. Bauh. hist. 3. 363. Chabr. sciagr. 449. f. 5. Dalech. lugd. 1232. Curt. lond. 1. t. 20. ed. Grav. 2. t. 34. Engl. botan. t. 537. Sturm. deut. flor. l. 1. Reich. flor. germ. 5. 222. Wight. ic. plant. ind. orient. 5. t. 947. Dietr. flor. bor. t. 523. Schubert. naturges. t. 23. f. 5. — Var. *caule usque quadripedali tenerrimo foliis maximis sessilibus* (1. 1/2 poll. longis. 1/2 poll. latis) *imis cordato-reniformibus parvis longissime pedunculatis laete virentibus stylis deflexis, staminibus* 5-8 *antheris coeruleis.* Vulgatissimam inveni in sepibus et dumetis minime umbrosis *Beunde* in agro *bugel.* Quorsum spectat ic Flor. dan. t. 438. Est St. latifolia Pers. ench. 1. 501. St. neglecta Weihe apud Bluff et Finger. comp. fl. germ. 1. 560. St. umbrosa. Opitz. apud. Reich. excurs. 4. 895. facies omnino diversa est ut speciem distinctam facile dixeris. — Herba ut plurimum pusilla tenerrima obscure virens. Vulgatissima ubique. Caules radicant. flos erectus evigilat ab hora 9 in meridiem, nisi eodem die pluvia cadat quo non aperitur: insequente die pendet deorsum: post aliquot dies iterum assurgit: dehiscit caps. in sex valvulas fundens semina orbiculata, compressa, flava tuberculis scabra altero margine crena incisa. (Lin. am. ac. 4. 542.) Fl. aest. et aut. St. Bertolae Coll. her. ped. 1. 546. est var. *foliis denticulatis seminibus rugoso-aculeatis.*

cc. *Radice perenni: petalis calyce longioribus staminibus* 10.

d. *Foliis inferioribus petiolatis cordatis.*

2. NEMORUM. St. *Foliis ovato-oblongis acutis inferioribus cordatis petiolatis panicula terminali dichotoma pubescente radice repente.*

Ic. Columm. ecphr. 1. 290. Engl. bot. t. 92. Fl. dan. t. 271. Sturm. deut. fl. 15. 63. Reich. fl. germ. 5. 222. Baxter brit. bot. t. 154. Caulis prostratus fistulosus bipedalis, et ultra. capsula oblonga calycem valde excedit. passim in oris sylvarum et senticetis humidis, umbrosis. Fl. aest.

dd. *Foliis omnibus sessilibus ovatis.*

3. CERASTIOIDES. St. *Pallide virens caulibus caespitosis ascendentibus paucifloris linea laterali pubescentibus foliis oblongis obtusiusculis glabris pedunculis terminalibus geminatis pubescentibus divaricatis.*

St. multicaulis. W. sp. 2. 714. Cerastium trigynum. Vill. delph. 3. 645. t. 46. C. refractum. All. ped. 2. 117. C. stellarioides Hartm. skand. fl. 181. Ic. Sturm. deut. fl. 15. 64. Fl. dan. t. 92. Jacq coll. 1. t. 19. Smith. icc. lin. t. 15. Engl. bot. t. 911. Svens. bot. t. 744. Caules teretes radicantes vix palmares inferne ramosi. folia parva sub carnosa. peduncul ut plurimum viscidi fructiferi refracti. caps. cylindrica calyce multo longior brevivalvata valvis geminatis. semina flavida parva. Fl. aest. In summis iugis alpium locis humentibus.

bb. *Foliis lanceolatis linearibus.*

c. *Radice annua.*

d. *Petalis calyce brevioribus.*

4. ULIGINOSA. Murr. prodr. fl. gott. 55. St. *Caule decumbente tetragono ramoso foliis oblongo-lanceolatis acutis apice callosis glabris basi ciliatis pedunculis axillaribus terminalibusque corymbosis caps. ovata calycem subaequante bracteis scariosis margine glabris.*

St. Alsine. Reich. flor. m. fran. 286. Sturm. h. 1. Hoffm. fl. d'Allem. 1. 155. t. 3. St. hypericifolia. All. ped. 2. 115. St. aquatica. Poll. pal. 1. 429. St. fontana. Wulf. in Jacq. coll. 1. 327. St. lateriflora. Krok. sil. 2. 52. t. 4. Larbrea uliginosa. Reich. excurs. 567. L. aquatica S. Hil. St. Dilleniana. Leey. herb. n. 425. St. graminea g Lin. sp. 604. Ic. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 56. Engl. bot. t. 1074. Herba glauco-virens succulenta. caulis tetragonus radicans, dense foliosus spithameus. flores parvi aliquando apetali. Caps. ovato-oblonga. semina parva ferruginea. St. tenella. Bell. Coll. h. ped. 1. 549. est omnino var. pusilla *pedunculis axillaribus solitariis.* Fl. aest. Habitat in locis palustribus secus rivulos et amnes, et fossas praecipue oryzarum.

—

dd. *Petalis calyce longioribus.*

5. VISCIDA. Mar. Bieb. cauc. 1. 342. St. *Caule erecto dichotomo ramoso, pedicellis, foliisque lineari-lanceolatis ciliatis villoso-viscidis capsulis oblongo-cylindricis calyce duplo longioribus.*

St. dubia. Bast. sup. 24. St. anomala. Reich. exc. 785. Cerastium anomalum. Kitaib. hung. 1. 21. t. 22. Ic. Sturm. deut. fl. 15. 64. Reich. flor. germ. 5. 222. Caulis erectus spithameus ramosissimus ramis patulis prostratis. cor. vix calycem excedit. caps. brevivalvata. semina parva luteola. Fl. vere. In sylvis di *Collegno* prope *Duriam.*

cc. *Radice perenni.*

d. *Petalis calycem aequantibus.*

6. GRAMINEA. *Caule diffuso tetragono ramisque strictis foliisque lineari-lanceolatis glabris margine laevibus basi ciliatis bracteis scariosis margine ciliatis floribus terminalibus paniculatis petalis bipartitis sepala trinervia subaequantibus, radice repente.*

Ic. Bah. hist. 3. 361. Sturm. deut. fl. 15. 63. Fl. dan. t. 414. 415. 2116. Dietr. fl. bor. t. 330. Reich. fl. germ 5. 224. Engl. bot. t. 803. Petala calycem ut plurimum superant. Caulis pedalis et ultra folia vix pollicaria. panicula repetito-dichotoma patentissima. folia floralia scariosa nervo viridi. pedunculi filiformes horizontales, alares longissimi. petala candida profunde bipartita laciniis linearibus diductis. antherae rubrae. capsula oblonga calyce longior. semina ferruginea rugosa. Fl. vere et aest. Vulgatissima in sepibus praesertim locis humentibus et umbrosis.

dd. *Petalis calyce longioribus.*

7. GLAUCA. Wither. bot. arr. 1. 420. St. *Caule erecto tetragono rigido foliis lineari-lanceolatis margine laevibus glaucis bracteis scariosis margine glabris, sepalis trinerviis petalis calycem duplo superantibus corymbo dichotomo capsula oblongo-ovata calycem aequante.*

St. graminea. b. Lin. sp. 604. St. palustris. Retz. pr. 106. Engl. bot. t. 825. — Var. *caule paucifloro foliis viridibus petalis calycem aequantibus* est. St. Dilleniana. Moench. hass. n. 364. Roth. enum. 2. 315. St. flavida. Peterm. Fl. lips. 324. Ic. Sturm. deut. flor. 15. 63. t. Flor. dan. t. 2115. Reich. fl. germ. 5. 223. est omnino var. St. gramineae *caule rigidiore* (quod forte ex loco sicco, et aprico pendet) *foliis glaucis petalis calyce longioribus.* graminea apud nos item glaucescens est, et sepala calycem non raro paulo superant. non negandum tamen est characteres suos servare quamvis eiisdem locis, et proxime vivant. aliquando polygama stirps est, aliquando dioica, ut saepe in aliis multis caryophyllis observatur. Fl. aest. Vulgaris in planitie apud nos in sepibus *Bennae*, *Verroni* etc.

ee. *Foliis margine scabris serrulatis.*

8. HOLOSTEA. St. *Caule rigido erecto tetragono angulis scabris basi prostrato foliis sessilibus lanceolatis longe acuminatis margine carinaque ciliato-spinulosis bracteis herbaceis pedunculis aggregatis scabris sepalis enerviis acutis petalis obcordatis semibifidis calyce duplo longioribus capsula globosa calycem aequante radice repente.*

Ic. Schk. hand. t. 122. Sab. hor. rom. 4. t. 74. Lam. ill. t. 378. Curt. lond. 2. t. 30. ed. Grav. 2. t. 55. Ger. em. 47. Camer epit. 743. Lob. ic. 46. f. 2. Fuchs. hist. 156. Mentz. pug. t. 7. Engl. bot. t. 511. Gaertn. fruct. 2. t. 130. Flor. dan. t. 698. Dreves 1. 5. Roemer. fl. europ. 12. 3. Dietr. fl. bor. t. 332. Reich. fl. germ. 5. 225. Caules caespitosi basi gracillimi dense foliosi basi foliis siccis ut plurimum denudati usque bipedales. folia basi latiora, ima minora, marginibus subrevolutis. flores maiusculi. pedunculi longissimi. sepala margine albo-scariosa. petala candida striata laeviter bifida. capsula globosa calyce apud nos plerumque minor. semina pallide ferruginea. Vulgatissima primo vere in sepibus, dumetis, senticetis apricis apud nos, et in agro *novar.* rarior alibi.

aa. *Petalis bilobis: radice perenni.*

9. SAXIFRAGA. Bertol. rar. ital. plant. dec. 3. 55. St. *Caule diffuso pubescente foliis ovatis acutis sessilibus panicula dichotoma petalis bilobis sepala lanceolata superantibus.*

Ic. Zanon. hist. ed. Monti. t. 10 f. 1. Guss. pl. rar. t. 57. f. 1. Caules

vix spithamei dense foliosi ramosi. folia subcarnosa concaviuscula. capsula ovoideo-conica valvis revolutis. semina parva atro-rubentia. Fl. aest. Habitat rupes asperas alpium ligusticarum et maritimarum.

## 608. CHERLERIA

BEDOIDES. Ch. *Suffruticulus spithameus glaber pallide virens ramosissimus caespitosus caespitibus prostratis inferne nigris foliis subcarnosis lineari-subulatis triquetris obtusis margine ciliolatis trinerviis cruciatim oppositis inferioribus imbricatis superioribus latioribus patulis floribus solitariis terminalibus parvis viridulis polygamis (hermaphroditis et feminеis) petalis calyce brevioribus aliquando nullis seminibus reniformibus muricatis.*

Ic. Seguier. ver. sup. t. 4. f. 3. Hall. helv. t. 21. Eiusd. opus. t. 1. Lam. ill. t. 379. Jacq. aus. t. 284. Schk. hand. t. 123. Engl. bot. t. 1212. Reich. fl. germ. 5. 204. Baxter. brit. bot. t. 316. Fl. aest. In pascuis lapidosis editiorum alpium.

## 609. ARENARIA

a. *Foliis planis exstipulatis.*
b. *Latioribus subrotundis, oblongis, seu lanceolatis.*
c. *Oppositis vel sparsis: pedunculis solitariis, floribus albis.*
d. *Radice annua: petalis calyce brevioribus.*

1. TRINERVIA. A. *Caule prostrato gracili subramoso foliis ovato-oblongis acutis 3-5nerviis ciliatis imis petiolatis floribus paniculatis longe pedicellatis sepalis angustis acuminatis 5nerviis capsulam sexvalvem valvis revolutis subsuperantibus seminibus laevibus.*

Moerhingia. Clairv. man. d' herb. 150. M. pentandra. Gay. not. 42. Ic. Bah. hist. 3. 363. Engl. bot. t. 1483. Schk. hand. t. 122 Curt. lond. 4. t. 31. ed. Grav. 2. t. 37. Fl. dan. t. 429. Dietr. fl. bor. t. 324. Caulis palmaris raro usque semipedalis, pilosus aliquando erectus. folia intermedia maiora. petioli latiusculi ciliati. pedunculi axillares demum deflexi. semina nigra reniformia compressa carinata. petala alba aliquando nulla. stamina etiam aliquando numero deficiunt. sepala albo-marginata dorso scabra carinata. Fl. vere et aest. In umbrosis, ad oras sylvarum etc.

2. SERPYLLIFOLIA. A. *Caule ramosissimo scabro subpubescente dichotome paniculato foliis ovatis acutis sessilibus imis petiolatis sepalis nervosis aculis petala subaequantibus capsula 6valvi seminibus granulatis.*

Stellaria. Scop. A. sphaerocarpa. Tenor. neap. 4. 222. t. 228. f. 3. — A. viscida. Loisl. not. 68. var. *superne pilis glanduliferis onusta.* — Ic. Fuchs hist. 23. Curt. lond. 4 t. 32. ed. Grav. 2. t. 38. Engl. bot. t. 923. Flor. dan. t. 977. Gaertn. fruct. t. 130. Schk. handb. t. 122. Reich. germ. 5. 216. Caulis prostratus spithameus glaber vel hirsutus subinde superne viscidus, rigidus, foliosus, caespitosus. capsula ovoideo-conica basi ventricosa. semina granulata dorso sulcata fusco-cinerea, reniformia parva turgida. pedunculi numquam refracti. sepala hirsuta margine albo-scariosa exteriora 3int. riora 3nervia. petala breviora calyce. capsula ovata valvis recurvis calyce demum longior. Fl. vere, et aest. Vulgaris super muris, ruderibus et ad rupes apricas, vias lapidosas etc.

dd. *Radice perenni.*
e. *Petalis calycem subaequantibus.*

3. BIFLORA. A. *Caulibus caespitosis prostratis repentibus stoloniformibus foliis elliptico-subrotundis glaberrimis basi setoso-ciliatis pedunculis lateralibus abbreviatis dense foliosis subbifloris capsulae ovoideo-pyramidatae valvis tribus bifidis seminibus granulatis.*

A. apetala Vill. delph. 3. 622. t. 48. est var. *petalis viridulis.* Ic. All. ped. t. 44. f. 1. et t. 64. f. 3. Jacq. ic. rar. 2. t. 83. Reich. germ. 5. 217. Caules longissimi ramosi ramis alternis ramulosis brevissimis dense foliosis vix spithameis. folia subcarnosa uninervia basi aliquando ciliata margine submembranacea. pedunculi terminales ut plurimum gemini altero bracteato: petala calycem aliquando superant. semina fusca reniformia parva. Fl. aest. Habitat summa alpium iuga ad nives deliquescentes.

ee. *Petalis calyce longioribus.*

4. CILIATA. A. *Caulibus caespitosis prostratis vel ascendentibus foliis oblongis basi angustatis subnervosis ciliatis pedunculis terminalibus erectis subsolitariis corolla calycem acutum nervosum superante capsula ovato-oblonga sexvalvi seminibus granulatis.*

A. multicaulis. L. sp. 605. Wulf. in Jacq. coll. 1. t. 17. f. 1. Ic. Seguier. ver. 1. t. 5. f. 2. Hall. helv. t. 17. Sibt. fl. gr. t. 438. Engl. bot. t. 1745. Fl. dan. t. 346. et t. 1269. Wulf. l. c. t. 16. f. 2. Lodd. bot. cab. t. 639. Reich. fl. germ. 5. 217. Caules ramosi vix spithamei. folia ovato-lanceolata. flores aliquando paniculati parvi panicula 2-3chotoma. petala aliquando calycem non superant brevi unguiculata. semina parva fusca reniformia. Fl. aest. In alpinis. monte *Cenisio*. alpibus maritimis.

cc. *Foliis imbricatis; radice suffruticosa: floribus albis, petalis calycem aequantibus.*

5. TETRAQUETRA. A. *Foliis ovato-lanceolatis carinatis rigidis recurvis crucialis inferioribus quadrifariam imbricatis floribus fasciculato-capitatis sepalis carinatis acutis corollam aequantibus capsulis oblongis obtusis sexvalvibus seminibus granulatis reniformibus.*

A. aggregata. Loisl. gall. 1. 317. Gypsophila Lin. sp. ed. 2. 581. Ic. Barrel. ic. 593. Boccon. mus. t. 47. Magnol. bot. monsp. 53. Gay ann. des scienc. nat. 1. 90. t. 4. f. 1. 7. All. ped. t. 89. f. 1. An. scienc. nat. 4. 3. 4. Boiss. esp. t. 29. Reich. germ. 5. 219. Caules ramosissimi vix palmares. folia margine cartilaginea inferne ciliata. genitalia inclusa. stamina alterna longiora. semina fusca. Floret aest. In montibus di *Tenda*. et in mon. del *Cerisle* in *Liguria occidua.*

bb. *Foliis angustis.*

c. *Radice perenni: petalis calyce longioribus.*

d. *Capsula 6valvi.*

6. MONTANA. A. *Pubescens foliis lanceolatis caule sterili longissimo procumbente pedunculis terminalibus unifloris elongatis fructiferis nutantibus petalis sepala acuminata multo superantibus capsulis ovato-globosis 6valvibus calyci aequalibus valvis obtusiusculis seminibus reniformibus rugosis.*

A. linearifolia. Poir. enc. 6. 366. Ic. Vent. cels. t. 34. Fl. aest. In summis alpium cacuminibus: *Cenisio*: *Turlo* etc.

dd. *Capsula 3valvi.*

7. AUSTRIACA. A. *Caulibus caespitosis prostratis ramosissimis foliis linearibus cuspidatis trinerviis pedunculis terminalibus geminis elongatis petalis emarginatis sepala acuta trinervia superantibus.*

A. triflora. Vill. delph. 3. 623. t. 47. A. Villarsii. Gaud. helv. 3. 197. Sabulina Villarsii. Reich. excurs. est var. *floribus maioribus paniculatis.* Alsine austriaca. Mer. et Koch. deut. fl. 3. 280. Sabulina Reich. l. c. 787. Stellaria biflora. Wulf. in Jacq. coll. 1. t. 17. Ic. Jacq. a. t. 270. All. ped. t. 64. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 24. Caules usque dodrantales. Fl. aest. Hab. loca umbrosa frigida lapidosa alpium; di *Chianoc*. *Cenisio*: *Vallis Sessitis*: *Valdensium* etc.

cc. *Radice perenni: petalis calycem aequantibus.*

d. *Caulibus stoloniferis repentibus.*

8. LANCEOLATA. All. ped. 2. 114. t. 26. f. 3. A. *Caulibus caespitosis prostratis foliis lanceolato-linearibus rigidiusculis nervosis ciliatis pedunculis subunifloris terminalibus pubescentibus petalis mucronatis sepala acuminata aequantibus capsulis ovatis obtusis trivalvibus seminibus reniformibus granulatis.*

A. cherlerioides. Vill. delph. 3. 626. t. 47. A. Scopolii Coll. herb. ped. 1. 361. Stellaria rupestris. Scop. carn. 1. 317. t. 18. est var. *humilior foliis subimbricatis.* — Alsine lanceolata Mer. et Koch deut. fl. 3. 275. Sabulina. Reich. excurs. 790. Caules humiles non raro tamen usque pedales. stamina 5 breviora. Fl. aest. In pascuis lapidosis alpium: *Cenisio* versus *la Novalesa*: in alpibus *valdens.* in valle *Queiras*: *Augustae praetoriae* secus la *Tosa* in valle di *Antigorio* et in rupibus di *Ameno* in agro *novar.*

dd. *Caulibus non repentibus.*

9. POLYGONOIDES. Wulf. in Jacq. coll. 1. 241. t. 15. A. *Caulibus procumbentibus caespitosis foliis densis li-*

*nearibus obtusiusculis pedunculis bifloris terminalibus erectis brevibus sepalis subviscidis subenerviis corolla brevioribus capsulam subglobosam 3-4 valvem aequantibus seminibus reniformi-subrotundis compressis laevibus.*

A. obtusa. All. ped. 2. 114. t. 64. f. 4. Stellaria ciliata. Scop. carn. 1. 315. t. 17. Moerhingia polygonoides Mer. et Koc. deut. fl. 3. 272. Sabulina. Reich. exc. 790. Ic. Seguier. ver. sup. t. 4. f. 1. Caules palmares inferne nudiusculi. folia subcarnosa triquetra subulata brevia. styli 3-4. Fl. aest. In pascuis umbrosis di *Fenestrelle* et *Ceresole*: circa coenobium *S. Bernardi* et *Col di Cogne*.

cc. *Suffruticulus: petalis calyce longioribus.*

10. GRANDIFLORA. A. *Foliis lineari-filiformibus subtrinerviis ciliatis aristatis fasciculatis caulibus caespitosis paucifloris pedunculis longissimis sepalis cuspidatis corolla brevioribus capsulam ovoideam sexvalvem valvis apice recurvis aequantibus seminibus reniformibus granulatis.*

A. elongata. Balb. A. triflora. Lin. mant. 240. A. capillacea. All. ped. 2. 365. t. 86. f. 2. A. abietina Presl. sicul. 164. A. iuniperina. Vill. delph. 3. 624. Stellaria aculeata Scop. carn. 1 316. t. 1. Ic. All. specim. t. 10. f. 1. Cavan. ic. et descript. 3. t. 249. f. 2. Reich. germ. 5. 218. Caules spithamei inferne decumbentes et dense foliosi folia margine revoluta. Semina fusca. Fl. aest. Habitat editiora alpium cacumina: in monte *Cenisio*: montibus *Valdensium*, alpis di *Chianoc*. etc.

aa. *Foliis succulentis seu filiformibus plerumque stipulatis, floribus subpentandris, capsulis trivalvibus radice annua.*

b. *Cor. roseo-violacea, seminibus reniformibus omnibus conformibus.*

11. RUBRA. A. *Caule caespitoso procumbente ramoso foliis filiformibus subaristatis stipulis scariosis latis vaginantibus pedunculis axillaribus demum deflexis calycibusque glanduloso-pilosis seminibus dorso incrassatis solidis rugulosis.*

A. campestris. All. ped. 2. 114. A radicans Guss. fl. sic. pr. 1. 515. Alsine rubra. Wahlemb. ups. 151. Spergularia. Presl. sic. 1. 160. Sp. radicans eius. l. c. Stipularia rubra. Haw. syn. 104. Lepigonum rubrum. Whal. fl. goth. 45. Ic. Engl. bot. t. 852. Schk. handb. t. 122. J. Bah. hist. 3. 722. Loes. presl. t. 65. Flor. dan. t. 740. Numerus staminum varius. apud nos 10 sunt. unde A. diandra. Guss. fl. sic. prodr. 1. 515. est var. petala concava vix calyce maiora. semina obovato-triquetra granulata. Caules spithamei super terra in orbem positi, ramosissimi. Fl. aest. Vulgatissima in agris et arvis etiam apud nos. perperam Wahlembergius ad Lepigonum traxit vel mea planta a sua omnino diversa est.

bb. *Cor. rosea vel alba: seminibus pyriformibus compressis difformibus.*

12. MARINA. Smith. br. 480. A. *Caulibus prostratis caespitosis inferne glabris foliis semiteretibus carnosis obtusis elongatis stipulis ovatis abbreviatis panicula pubescenti-glandulosa capsulis oblongis corollisque calycem glandulosum subaequantibus seminibus pellucido-marginatis glabris*

A. rubra. b. Lin. sp. 607. Alsin. Wahlem. fl. sv. 281. A. heterospermae Guss. sup. 1. 129. — var. *Seminibus nonnullis albo-alatis.* tunc est Arenaria media. L. sp. 606. excl. syn. A marginata. Cand. ic. gall. t. 48. Spergularia media. Presl. sic. 1 161. Aren. marina. Svens. bot. t. 745. Lepigonum marginatum. Cand. fr. sup. L. marinum. Wahlem. goth. 6. 47. L. medium. Wahl. l. c. Ic. Engl. bot. t. 658. Column. ecph. alt. 71. Bah. hist. 3. 723. Dalech. lugd. 1585. Moris s. 5. t. 23. f. 13. Zannich. ist. t. 153. f. 1. Maior rubrae. Ceterum similis. Fl. vere exeunte. circa *Genuam* et forte multis aliis locis in litore maris *ligust.* et *nic.*

aaa. *Foliis filiformi-setaceis abbreviatis, floribus albis.*

b. *Radice annua, petalis calyce brevioribus.*

13. TENUIFOLIA. A. *Caule ramosissimo foliis lineari-subulatis trinerviis floribus paniculatis sepalis acuminatis corollam superantibus capsula oblongo-cylindrica 3-4valvi valvis apice re-*

*curvis brevioribus seminibus reniformi-subrotundis granulatis dorso sulcatis.*

A. hybrida. Vill. A. subulifolia. Presl. A. arvatica. Presl. sic. 1. 161. 163. Alsine tenuifolia Wahl. helv. 87. Sabulina Reich. excurs. 785. Var. *caule superne paniculaque piloso-glanduloso-viscosa.* quae est A. viscosa Pers. Alsine Schreb. spic. 30. Sabulina Reich. excurs. 786. — *Capsulae aliquando calyce breviores.* Ic. Barrel. ic. 580. Bah. hist. 3. 364. Vaill. par. t. 3. f. 1. Engl. bot. t. 219. Fl. dan. t. 389. Lam. ill. t. 378. Caules steriles nulli. caules erecti vix spithamei. stamina numero varia. antherae rubrae. semina minima atro-ferruginea. Ut plurimum glabra est. Fl. vere et aest. Vulgaris super muris vetustis et ruderibus, locis lapidosis, aridis, apricis etc.

bb. *Radice perenni.*

c. *Petalis calyce brevioribus.*

14. FASCICULATA. Gouan. ill. 30. A. *Caule erecto stricto foliis fasciculatis subulatis erectis basi dilatatis floribus fasciculatis sepalis inaequalibus binerviis acuminatis margine membranaceis corolla duplo longioribus capsulis trivalvibus seminibus muricatis dorso serrulatis.*

A. fastigiata. Smit. engl. bot. t. 1744. Alsine mucronata. Lam. enc. 4. 510. A. Jacquini. Koch. syn. 125. Sabulina fastigiata. Reich. exc. 787. Stellaria rubra. Scop. carn. 1. 316. t. 17. Ic. Jacq. a. t. 182. — Quae pingitur in Sibt. fl. gr. t. 442. et vivit locis aridis, calidis Graeciae non videtur differre nisi *pubescentia* et *sepalis trinerviis*, qui characteres laevissimi sunt. — Caules ut plurimum caespitosi vix spithamei. Fl. aest. Habitat loca aprica, calida, sabulosa, praesertim in alveis fluminum et torrentium.

cc. *Petalis calycem aequantibus.*

15. VERNA. A. *Caulibus caespitosis erectis superne pubescentibus foliis lineari-subulatis nervosis omnibus erectis obtusiusculis pedunculis subtrifidis calycibus acutis trinerviis petala aequantibus capsulis oblongis trivalvibus valvis recurvis calyce longioribus seminibus reniformi-subrotundis granulatis.*

A. caespitosa. Erh. herb. 55. A. saxatilis Roth. tent. 2. 1. 484. Sabulina caespitosa. S. verna. Reich. exc. 788. Alsine verna. Bartl. beitr. 2. 63. Aren. liniflora. Jacq. a. t. 445. A. Gerardi. W. sp. 2. 729. A. striata. Roth. enum. 2. 526. Alsine saxatilis Wahlemb. helv. 87. Als. Gerardi eiusd. carp. 132. Als. propinqua. R. Br. verm. schr. ubers. 1. 487. Sabulina Gerardi. Reich. exc. 788. Aren. saxatilis All. ped. 2. 112. Ar. striata eiusd. ib. t. 24. f. 4. Ic. Herm. par. bat. t. 6. Vaill. par. t. 2. f. 3. Engl. bot. t. 512. Jacq. a. t. 404. Sturm. deut. fl. hef. 26. Lodd. bot. cab. t. 98. Baxter brit. bot. t. 384. Caules vix spithamei. Fl. aest. In pascuis saxosis alpium.

ccc. *Petalis calycem superantibus.*

16. STRIATA. A. *Caulibus procumbentibus superne pubescentibus foliis filiformibus subsubulatis patulis striatis ciliolatis panicula subfastigiata pedunculis subtrifloris sepalis oblongis obtusis striatis corolla capsulaque obconica trivalvi valvis erectis forniculatis brevioribus.*

Sabulina Reich. exc. 789. Aren. laricifolia Jacq. a. t. 279. Vill. delph. 3. 629. f. 47. Wierzbickia striata. Reich. ic. f. 4932. Alsine laricifolia. Wahlemb. flor. carpat. 133. Alsine striata Gren. mem. soc. Droubs 1841. 33. t. 1. f. 1. Caules humiles raro usque pedales inferne radicantes, aliis sterilibus brevissimis. semina parva atro-ferruginea granulata reniformi-subrotunda. Fl. aest. Habitat excelsa alpium iuga praesertim maritimarum, etiam in *Cenisio* et *Musinè*: etiam in collibus *Supergae*. Ego legi circa *Eporediam* urbem. in meis exemplaribus capsula conica est non obconica, et calycem valde superat. caetera conveniunt.

bb. *Suffruticuli.*

c. *Petalis calycem aequantibus: capsula trivalvi.*

17. RECURVA. Wulf. in Jacq. coll. 1. 244. t. 16. f. 1. A. *Caulibus declinatis paucifloris superne subpubescentibus foliis crassiusculis lineari-subulatis sulcatis inferioribus imbricatis recurvis panicula simplici subtriflora calycibus acutis nervosis corollam subaequantibus capsulam oblongam pro-*

*funde trivalvem valvis apice recurvis superantibus seminibus subrotundo-reniformibus laeviusculis.*

Sabulina. Reich. excurs. 788. Alsine Wahlem. helv. 87. Aren. condensata. Presl. sic. 1. 162. Ic. All. ped. t. 89. f. 3. Caules palmares dense foliosi ramosissimi inferne lignosi. Fl. aest. Habitat pascua lapidosa editiorum alpium *Valdensium* : *S. Bernardi*: in valle *Vegezzo* : *Vaudier* : delle *Vieussene* in *Liguria occidua*: *della Madonna delle finestre* etc.

cc. *Petalis calyce longioribus : capsula sexvalvi.*

18. BAVARICA. A. *Glabra glauca caulibus caespitosis erectiusculis foliis filiformibus subcarnosis obtusiusculis patentibus floribus subsolitariis pedunculis terminalibus fructiferis curvatis sepalis lanceolatis acutis margine scariosis corolla brevioribus capsulis subrotundis profunde sexvalvibus valvis apice revolutis seminibus reniformibus compressis nitidis laevibus nigris.*

A. Ponae. Reich. ic. f. 260. Sabulina eiusd. excurs. 790. Moerhingia Ponae. Fenzl ap. Koch. syn. 126. Caules dodrantales. antherae rubrae. squamulae tres acutae dentatae in fundo capsulae. Fl. aest. In monte *du petit S. Bernard.*

## 610. GARIDELIA.

NIGELLASTRUM. G. *Herba annua usque sesquipedalis parva ramosa gracilis erecta foliis raris multifidis floribus parvis albidis in apice pedunculorum solitariis calycibus subpurpurascentibus petalis sessilibus bilabiatis bifidis patentibus staminibus 10-12.*

G. anethifolia. Salisb. prodr. 374. Ic. Garid. aix. t. 39. Tournef. inst. t. 430. Bois. fl. d'Eur. t. 3. 20. Gaertn. fruct. 2. t. 118. Lam. ill. t. 379. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 443. Bot. mag. t. 1266. Fl. vere. In agro *nic.*

## 611. CERASTIUM

Herbae floribus albis.

a. *Fructibus ovato-globosis.*

b. *Radice annua : petalis indivisis, calycem valde superantibus.*

1. MANTICUM. C. *Caule erecto striato foliisque lineari-lanceolatis glaberrimis bracteis scariosis pedunculis elongatis rectis alaribus longissimis sepalis oblongis margine membranaceis corolla brevioribus capsula 5valvi valvis bifidis conniventibus calycem subaequante seminibus reniformi-obovatis granulatis dorso sulcatis.*

Malachium. Reich. excurs. 795. Stellaris mantica. Cand. fr. 4. 794. Moenchia Bartl. cat. sem. hor. gott. Ic. Seguier ver. sup. t. 4. f. 2 Waldst. et Kitaib. hung. t. 96. Caulis apud nos pedalis et ultra simpliciusculus. flores maiusculi. petala sulcata. semina parva rufo-ferruginea. Fl. maio, iunio. Vulgatissimum apud nos in pratis exsuccis, macilentis, arvis, marginibus agrorum, alibique passim.

bb. *Radice perenni repente ; petalis bipartitis calycem aequantibus.*

2. AQUATICUM. C. *Caule decumbente dichotomo piloso superne viscoso foliis inferioribus cordatis petiolatis superioribus ovato-oblongis acuminatis sessilibus maioribus panicula dichotoma bracteis herbaceis petalis bipartitis calyci subaequalibus capsulis ovoideis quinque valvibus valvis bidentatis seminibus reniformi-subrotundis granulatis.*

Malachium Fries. fl. halland. 77. Larbrea aquatica. Sering. in Cand. prodr. 1. 395. Stellaria. Scop. carn. 1. 319. St. pentagyna. Gaud. helv. 3. 179. Ic. Mentz. pugil. t. 2. f. 3. Camer. epit. 831. Curt. lond. 1. t. 34. ed. Grav. 2. t. 63. Dalech. lugd. 1232. Engl. bot. t. 538. Fl. dan. t. 1337. Tab. hist. 1089. Moris s. 3. t. 23. f. 7. Dodon. pempt. 30. Schk. hand. t. 123. Schrank flor. mon. t. 260. Dietr. flor. borus. t. 216. Reich. flor. germ. 6. t. 237. Caulis anceps fistulosus usque tripedalis debilis tener ramosus. folia pilosa undulata. pedunculi uniflori erecti demum refracti. lacinia petalorum linearia. semina crassiuscula atro-ferruginea. Fl. maio. Vulgare in sepibus humentibus, fossis, etc.

aa. *Fructibus oblongo-cylindricis.*

b *Corolla calycem superante : petalis bifidis.*

c. *Radice perenni repente.*

3. ALPINUM. C. *Caule erecto paucifloro foliis ovatis acutiusculis sub-*

*hirsutis petalis obcordatis capsula elongata angulata subincurva decemdentata dentibus obtusis apice revolutis seminibus reniformi subrotundis granulatis dorso canaliculatis.*

C. lanatum. Cand. fr. 4. 778. C. ovatum. Hop. in Sturm. deut. fl. 15. 64. C. hirsutum. Guss. et Tenor. Centunculus alpinus. Scop. carn. 1. 521. Ic. Ray. syn. t. 15. f. 2. Svens. bot. t. 745. f. 1. Engl. bot. t. 472. Fl. dan t. 6. et. 979. — var. *foliis linearibus vel lineari-lanceolatis.* quae est C. lineare. All. ped. 2. 365. t. 88. f. 4. C. alpinum eiusd. Svens. bot. t. 745. f. 2. C. strictum. C. arvense. L. sp. 628. Curt. lond. ed. Grav. 2. t. 62. Engl. bot. t. 93. Schubert. naturges. t. 23. f. 7. C. suffruticosum. C. glabratum. Sturm. deut. fl. C. hirsutum. C. Scarani. Tenor. neap. 4. 237. 8. t. 141. f. 1. 2. C. molle. C. laricifolium. Vill. delp. 3. 644. t. 48. Arenaria Villarsii pubescens. Balb. misc. bot. 1. 21. Ic. Vaill. par. t. 30. f. 4. 5. Hall. helv. t. 14. — *Foliis inferioribus oblongis superioribus lineari-lanceolatis.* Cer. heterophyllum. Viv. fl. cors. diagn. 7. — *Foliis inferioribus obovatis superioribus oblongis hirtis flore subsolitario.* C. latifolium. L. sp. 629. Jacq. coll. 1. t. 20. Engl. bot. t. 473. C. glaciale. Sturm. l. c. Herba valde ludibunda, glabriuscula vel hirsuta viscosa vel laevis foliis latis vel linearibus floribus paniculatis vel geminis etiam solitariis. aliquando etiam basi suffruticosa est. Caules steriles prostrati radicantes. flores maiusculi. semina grandiuscula straminea. Fl. vere et aest. Locis montanis, apricis, lapidosis.

cc. *Radice annua.*

4. CAMPANULATUM. Viv. an. bot. 1. par. 2. 171. C. *Caule erecto ramoso villoso foliis radicalibus spathulatis caulinis oblongis bracteis herbaceis panicula dichotoma petalis bifidis calyce duplo longioribus capsulis cylindricis incurvis decemdentatis calycem superantibus seminibus reniformi-subrotundis granulatis dorso canaliculatis.*

C. viscosum. All. ped. 2. 116. C. ligusticum. Cat. hor. di Negr. 15. C. praecox. Tenor. neap. t. 140. f. 2. subnomine. C. longifolii. C. prostratum. Jan. elench. 28. C. palustre. Moris. accad. taur. 38. 27. Idem. flor. sard. 1. t. 20. f. 1. Seb. rom. plan. fas. 2. t. 3. f. 1. — C. sylvaticum. W. et Kitaib. hung. t. 97. non videtur differre nisi *caulibus radicalibus foliis imis ovatis petiolatis* quae et in campanulato videre est. — Caules caespitosi vix dodrantales ramis diductis in apricis rubentes. folia parva aliquando glabriuscula ciliata. Cor. patens pro plantula grandiuscula. semina straminea parva. Fl. vere. In pratis et pascuis apricis passim. etiam in agro *taur.* Amat praecipue loca similia in litoribus maris *ligustici* etc.

bb. *Cor. calycem aequante, vel breviore petalis bifidis.*

5. VULGATUM. C. *Caule erecto hirsuto subvisceso foliis ovatis acutis imis petiolatis floribus pedicellos superantibus panicula glomerata demum dichotomo-divaricata bracteis herbaceis capsulis cylindricis incurvis superne angustatis decem-dentatis dentibus lanceolato-linearibus apice revolutis seminibus reniformi-obovatis granulatis.*

Stamina aliquando 5. unde C. pentandrum. Tenor. neap. 4. 232. Moris sard. 1. 256. C. densiflorum. C. siculum. C. glomeratum. Guss. supl. 1. 135. 136. 137. — C. rotundifolium. Tenor. Reich. ic. t. 234. f. 387. C. ovale. Pers. ench. 1. 521. C. viscosum Fries. nov. fl. svec. ed. 2. 125. Herba altitudine et magnitudine partium mire variabilis. pili aliquando glandulas non ferunt. non numquam apetala est. caps. diaphanae. Ic. Vaill. par. t. 30. f. 3. Reich. l. c. t. 235. f. 385. 386. Curt. lond. 2. t. 35. ed. Grav. 1. t. 36. Engl. bot. t. 789. Mutel. fl. fr. t. 14. fig. 78. Flor. dan. t. 1645. Wight. ic. pl. ind. or. 3. 948. Moris s. 3. t. 23. f. 10. Fl. vere et aest. Vulgatissimum ubique in agris, arvis, muris etc. etc.

6. BRACHYPETALUM. Desp. in. Pers. ench. 1. 520. C. *Caule erecto tomentoso dichotomo foliis ovatis imis petiolatis bracteis herbaceis floribus longe pedunculatis subpaniculatis calycibus villosis petala superantibus capsulas incurvas aequantibus.*

C. semidecandrum. All. ped. 2. 116. C. barbulatum Wahlemb. carp. 157.

C. strigosum. Fries. l. c. 151. Reich. ic. t. 230. f. 381. 382. C. alsinoides Guss. C. tenoreanum. Tenor. Mea quidem sententia est var. C. vulgati *hirsutior pedunculis elongatis.* Apud nos exemplaria pluries legi cum characteribus intermediis qui omnino transitum faciunt. etiam C. semidecandrum. L. sp. 627. non differt nisi *bracteis scarioso-marginatis.* Quorsum pertinent ex Koch-syn. 133. C. viscidum. Link. enum. 1. 433. C. viscosum Pers. enc. 1. 521. C. pellucidum. Chamb. in St-Amans fl. agen. 181. Aliquando glaberrimum est quale pingit ic. Reich. l. c. fig. 379. 380. Huc quoque traho C. viscosum L. sp. 627. quod non differt nisi *foliis ut plurimum magis elongatis bracteis inferioribus herbaceis superioribus marginato-scariosis radice etiam perenni.* quod in varr. et species innumeras botanici perperam discerpserunt. Huc itaque C. glutinosum Fries. C. pumilum Koch et Mert. deut. fl. 3. 344. C. Grenieri. Sch. fl. gall. C. semidecandrum Pers. C. obscurum. Chamb. C. litigiosum. De Lens. C. tetrandrum. Curt. lond. 6. t. 31. (Sagina cerastioides Engl. bot. t. 166. Esmarkia cerastioides. Reich. excurs. 793.) C. triviale Link enum. 1. 433. (C. vulgatum. Wahlem. svec. 289.) Reich. l. c. t. 243. f. 402. 403. C. viscosum. Reich. l. c. fig. 399. 400. 401. C. semidecandrum. Smith, engl. bot. t. 1630. Curt. lond. ed. Grav. 3. t. 74. Reich. l. c. f. 315. 316. C. pumilum. Curt. l. c. 1. t. 58. C. viscidum. C. arenarium. Tenor. C. pentandrum. C. fallax. Guss. C. holosteoides Sturm. Reich. l. c. f. 317. 318. C. macilentum eiusd. l. c. fig. 379. 380. Centunculus semidecander. Scop. carn. 1. 321. — Ic. Vaill. par. t. 30. f. 2. Dill. in Ray syn. t. 15. f. 1. Engl. bot. t. 790. Curt. l. c. 1. t. 37. Atque haec de planta vulgatissima. Quid, quaeso, de amabilissima scientia in posterum facient botanici?

## 612. LYCHNIS

a. *Floribus solitariis: radice annua.*

b. *Laciniis calycinis corolla multo longioribus, fauce nuda.*

1. Githago. Scop. carn. 1. 310. L. *Hirsuta foliis linearibus floribus longe pedunculatis calycibus elongatis sub coriaceis petalis integerrimis fauce nudis capsula oblonga sessili seminibus turgidis muricatis.*

Agrostemma. Lin. sp. 624. Svens. bot. t. 488. Plenck ic. t. 336. Curt. lond. 3. t. 27. ed. Grav. 2. t. 61. Engl. bot. t. 741. Flor. dan. t. 576. Ghitago segetum. Desf. atl. 1. 368. Schk. handb. t. 124. Baxter brit. bot. t. 175. Sturm. deut. fl. 2. 5. Reich. fl. germ. 6. 308. Schubert. naturges. t. 23. f. 8. Ic. Bah. hist. 3. 341. Camer. epit. 334. Ger. em. 1087. Mar. fl. rust. t. 103. Dreves bilderb. t. 22. Zannich. ist. t. 281. Fuchs. hist. 127. Lob. his. 23. Dalech. lugd. 438. Moris s. 5. t. 21. f. 31. Trag. hist. 128. Bah. hist. 3. 341. Chabr. sciagr. 443. f. 4. mala. Sturm. deut. flor. 2. 5. Schrank. fl. mon. t. 31. Dietr. flor. bor. t. 194. Caulis fistulosus superne ramosus ramis strictis erectis usque orgyalis. Cor. rubra, carnea, vel albida. semina extus nigra, intus albida. Fl. maio. Vulgatissima inter segetes. appellatur ab agricolis nostris *Chesco* aliis locis *Cosso.* semina amara nauseosa frugibus admixta panem faciunt malum et ventriculo gravem.

bb. *Laciniis calycinis corolla brevioribus, fauce coronata.*

c. *Glabra, radice annua.*

2. Coelirosa. Desrous. in Lam. enc. 3. 644. L. *Glabriuscula foliis linearibus calycibus subcoriaceis clavatis decem costatis laciniis cuspidatis petalis bilobis fauce coronatis squamis elongatis bifidis erectis apice recurvis capsulis oblongis acutis pedicellatis basi quinquelocularibus seminibus parvis ruguloso-scabris.*

Agroslemma. Lin. sp. 624. Sibt. bot. mag. t. 295. Fl. gr. t. 433. Ic. Herm. hor. lugd. bat. 593. Bonan. panph. t. 7. Boccon. sic. t. 14. f. 1. Moris s. 5. t. 22. f. 32. Caulis pedalis vix ultra longior. folia aliquando spinuloso-ciliata. Flores inodori. Cor. pulchre rosea extus pallida. squamae coronantes inferne albae supernae roseae. Fl. vere. In agro *nic.*

cc. *Tomentosa: radice bienni vel perenni*

3. Coronaria. Desr. l. c. L. *Tomentosa caule dichotomo foliis oblongis calycibusque costatis coriaceis petalis emarginatis serratis fauce coronatis*

*capsula oblonga sessili uniloculari valvis apice subrecurvis squamis coronantibus bifidis laciniis lanceolatis rigidis in tubum erectis seminibus maiusculis granulato-muricatis nigris glauco-pruinosis.*

Agrostemma L. sp. 625. Sibt. fl. gr. t. 452. Ic. Barrel. ic. 1006. Gaertn. fruct. t. 130. Botan. mag. t. 24. Lob. hist. 181. Dodon pempt. 170. Dalech. lugd. 815. Bah. hist. 3. 340. Chabr. sciagr. 443. f. 5. 6. Caulis usque bipedalis ramosus ramis dichotomis fistulosus. folia ima spathulata omnia subundulata cano-tomentosa. calyx profunde decem-costatus costis alternis minoribus laciniis brevibus lanceolatis. Cor. pulchre rubra raro rosea vel alba. petala magna patentia. genitalia inclusa. pedunculus alaris longissimus. Fl. maio, iunio. In sylvis caeduis et locis saxosis in agro *canap.* et *monreg.* culta perennis fit

aa. *Floribus aggregatis, pedunculis multifloris: radice perenni.*

b. *Floribus dioicis.*

4. DIOICA. L. *Caule erecto foliisque oblongis hirsutis pedunculis aggregatis floribus dioicis calycibus inflatis costatis petalis bifidis fauce coronatis squamis bifidis laciniis obtusis eroso-crenulatis capsulis sessilibus ovoideo-subrotundis unilocularibus valvis bipartitis apice revolutis seminibus nigris glauco-pruinosis maiusculis reniformibus turgidulis dorso incrassatis.*

Var. *fl. albis rarissime rubicundis noctu apertis suaveolentibus caule elatiore* quae est L. vespertina. Sibt. oxon. 146. Explor de l'Algerie, t. 80. Sturm. deut. fl. 6. 23. L. dioica. b. L. sp. 626. L. pratensis. Spreng. fl. hal. 138. L. alba. Mill. L. arvensis. Schk. hand. t. 124. Melandrium pratense Rohl. ed. 1. 274. Ic. Engl. bot. t. 1580. et 1579. Flor. dan. t. 792. Plenck. ic. med. t. 353. Zannich. ist. t. 186. f. 2. et 282. Till. cat. hor. pis. t. 41. f. 1. Curt. lond. 3. 126. Dreves. 2. 57. Hayne 2. 3. Dietr. flor. bor. t. 159. Reich. flor. germ. 6. t. 304. et L. diurna *floribus rubris die apertis inodoris foliis ovatis villosis villis simplicibus* quae est L. diurna Sib. l. c. 145. L. dioica. a. L. l. c. L. sylvestris Hoppe Melandrium sylvestre Rohl. l. c. Ic. Curt. l. c. 3. t. 76. Engl. bot. t. 1579. Sturm. deut. fl. 6. 23. Dietr. flor. borus. t. 799. Reich. fl. germ. b. 304. Fl. aest. Vulgatissima ubique in sylvis, in planitie et collibus calidis, apricis, frequentior var. vespertina. Locis ex adverso frigidiusculis et submontanis frequentior var. diurna. Caulis usque tripedalis. formae constantes sunt. suspicor itaque species distinctas esse.

bb. *Floribus hermaphroditis.*

c. *Petalis bifidis.*

5. ALPINA. L. *Glabra caule stricto caespitoso foliis lanceolato linearibus floribus capitatis bracteatis petalis bifidis fauce nuda bicolliculata capsulis oblongis pedicellatis quinque locularibus quinque valvibus valvis apice recurvis seminibus ferrugineo-rubentibus reniformibus dorso canaliculatis granulatis.*

Ic. Hall. helv. t. 17. f. 4. enum. 7. Svens. bot. t. 693. Engl. bot. t. 2254. Fl. dan. t. 63. Botan. mag. t. 394. Trattin. thes. t. 66. Sturm. deut. fl. 13. 51. Reich. flor. germ. 6. 307. Caulis vix spithameus simplex teres dense foliosus. folia radicalia rosulata. cor. rosea parva patentissima. similis illi L. Viscariae sed minor. Fl. aest. Habitat summa prata alpina et pascua lapidosa ad nives deliquescentes. monte *Cenisio*: in alpibus di *Grassoney*: in valle di *Tigna*: in alpibus della *Vanoesa*, al *Precour meiour*: in catena alpium inter *Ceresole* et *Augustam Praetoriam*: in summis pratis montis *Rosae* etc.

cc. *Petalis quadrifidis.*

6. FLOS CUCULI. L. *Caule superne viscido angulato foliis lanceolatis glabris floribus paniculatis calycibus campanulatis petalis quadrifidis fauce coronatis squamis geminis elongatis apice bifidis laciniis setaceis capsulis sessilibus unilocularibus valvis integris*

Ic. Clus. hist. 3. 292. f. 2. Lam. ill. t. 391. f. 1. Lob. ic. 451. f. 2. Dodon. pempt. 177. f. 1. Tabernam. ic. 291. f. 1-2. Moris. s. 5. t. 20. f. 8. Curt. lond. 1. t. 33. ed. Grav. 3. t. 75. Engl. bot. t. 573 Fl. dan. t. 590. Mill. ill. t. 166. f. 2. Baxter. brit. bot. t. 71. Dreves 1. 13. Schrank flor. monac. t. 172. Dietr. flor. bor. t. 193. Reich. flor. germ. 5. t. 306. Schubert. naturges t. 25. f. 9. Caules caespitosi

usque bipedales, inferne scabridi. folia radicalia caespitosa petiolis ciliatis vel barbatis. Cor. pulchre rosea vel carnea, etiam alba. Fl. vere et aest. Vulgatissima in pratis, arvis, aggeribus etc.

ccc. *Petalis indivisis.*

d. *Capsula uniloculari.*

7. FLOS JOVIS. Desrous. l. c. 3. 644. L. *Tomentosa foliis lanceolato-linearibus floribus umbellato-capitatis calycibus clavatis costatis petalis bilobis fauce coronatis squamis bifidis capsulis oblongis superne angustatis unilocularibus seminibus nigris glauco-pruinosis granulato-muricatis majusculis.*

Agrostemma. Lin. sp. 625. Ic. Mont. in Zan. hist. t. 110. Zannich. ist. t. 51. Moris. s. 5. t. 36. f. 2. Botan. mag. t. 398. Boccon. mus. t. 42. Mém. de l'instit. 1830. 5. Ann. des scienc. nat. 17. 16. Reich. flor. germ. 6. 305. Caulis usque bipedalis simplex fistulosus. Cor. mediocris rosea. Fl. aest. frequens in alp. locis apricis et rupibus.

dd. *Capsula quinque loculari.*

8. VISCARIA. L. *Caule viscoso tereti foliis lineari-lanceolatis glabris basi ciliatis floribus fasciculatis petalis subintegerrimis fauce coronatis squamis bifidis acutis capsulis pedicellatis oblongis valvis integris revolutis seminibus reniformibus granulatis dorso canaliculatis.*

Ic. Clus. hist. 2. 289. f. 2. Engl. bot. t. 788. Svens. bot. t. 672. Flor. dan. t. 1032. Moris s. 5. t. 21. f. 6. Bah. hist. 3. 348. Dietr. flor. bor. t. 411. Reich. flor. germ. 6. 307. Caulis usque bipedalis simplex erectus remote foliosus. folia radicalia caespitosa. Cor. intense rosea. semina parva. Fl. maio, iunio. In collibus, locis aridis, et apricis, ad oras nemorum: in sylvis caeduis etc.

## 613. SPERGULA

a. *Stipulatae: radice annua.*

b. *Floribus pentandris.*

1. PENTANDRA. Sp. *Glabra foliis verticillatis filiformibus abbreviatis floribus paniculatis panicula trichotoma pentandris seminibus margine alatis granulatis obovatis lenticularibus compressis caule ascendente.*

Stellaria pentandra. Scop. carn. 1. 318. Alsine marginata. Schreb. spic. fl. lips. 31. Arenaria media. Poll. palat. 1. 453. Ic. Engl. bot. t. 1536. Svens. bat. t. 503. Flor. dan. t. 1950. Dill. in ephem. not. cur. an. 1717. t. 4. f. 1. Moris s. 5. t. 23. f. 2. Sub. fig. 13. 14. Lam. ill. t. 392. f. 2. Sturm. deut. fl. hef. 12. Caulis vix semipedalis. Ceterum similis seq. stamina aliquando 10. Fl. vere. stirps rara. locis sabulosis in regionibus calidioribus.

bb. *Floribus decandris.*

2. ARVENSIS. Sp. *Viscoso-pubescens foliis verticillatis floribus paniculatis panicula trichotoma pedicellis fructiferis refractis seminibus lenticularibus tumidis granulatis hispidis angustissime marginatis caule caespitoso decumbente.*

Stellaria. Scop. l. c. Sp. vulgaris. Sp. maxima. Boeningaus. et Reich. ic. t. 512. f. 705. 706. Ic. Lam. ill. t. 392. f. 1. Dodon. pempt. 557. Curt. lond. 5. t. 31. ed. Grav. 2. t. 64. Engl. bot. t. 1535. Fl. dan. t. 1035. Bah. hist. 3. 749. f. 2. Chabr. 549. f. 3. Gaertn. fruct. t. 130. Svens. bot. t. 388. Schk. handb. t. 125. Reich. pl. crit. 6. 511. Caules etiam bipedales superne angulati. stamina numero varia. petala alba calycem paulo superant. Caps. ovoideo-conica calyce longior. Fl. vere et aest. Vulgatissima ubique in agris et arvis.

aa. *Exstipulata: radice perenni.*

b. *Corolla calycem aequante.*

c. *Staminibus quinque: capsula calycem aequante.*

3. SUBULATA. Swar. vet. act. holm. 1789. 45. t. 1. f. 3. Sp. *Pilosa caulibus ascendentibus caespitosis surculosis foliis subulatis longe aristatis ciliato-glandulosis pedunculis solitariis elongatis seminibus reniformibus parvis laeviusculis dorso canaliculatis annulo discolore circellatis.*

Sp. laricina. Lightf. Fl. dan. t. 858. Sp. saginoides. b. Mert. et Koch. deut. fl. 3. 564. Engl. bot. t. 1082. Spergella subulata. Reich. exc. 794. Sagina subulata. Wimm. flor. siles. 76. Sagina procumbens. b. Lin. sp. 185. Ic. Curt. lond. 5. 116. Svens. bot. t. 708. Planta pusilla vix palmaris. Fl. aest. In alpibus *della Scaggia*

*alla fontana buona in Liguria occidua:* in erictis humidiusculis di *Ronco* in valle *Intrasca*.

cc. *Staminibus* 10: *capsula calycem duplo superante.*

4. SAGINOIDES. Sp. *Glabra caulibus caespitosis decumbentibus, ramosis foliis oppositis lineari-subulatis pedunculis terminalibus solitariis demum cernuis capsulae valvis cartilagineis erectis apice recurvatis seminibus minutissimis reniformibus laeviusculis dorso canaliculatis.*

Spergella. Reich. excurs. 754. Sagina saxatilis. Wimm. l. c. 76. Ic. Poll. ver. 2. t. 1. f. 2. Engl. bot. t. 2105. Flor. dan. t. 1577. Svens. acad. 1789. 1. Svens. bot. t. 765. Reich. fl. germ. 5. 202. Caules vix palmares. Fl. aest. In montibus editis: *Cenisio* etc.

bb. *Corolla calycem superante.*

c. *Staminibus* 5; *foliis subulatis imis late vaginantibus.*

5. NODOSA. Sp. *Glabra foliis lineari-subulatis imis oppositis superioribus fasciculatis ramis subunifloris defloratis erectis.*

Spergella. Reich. exc. 795. — var. *glanduloso-pubescens*, quae est Sp. glandulosa. Bess. gal. 1. 298. et 2. 359. Ic. Engl. bot. t. 664. Fl. dan. t. 96. Schk. hand. t. 125. Pluk almag. 25 t. 7. f. 4. Loes. prus. t. 64. Bah. hist. 3. 724. Schrank, flor. monac. t. 296. Dietr. flor. bor. t. 546. Fl. aest. Rara apud nos. Inter segetes in agris di *Mosezzo* et *Proli* in agro *nov.*

cc. *Staminibus* 10: *foliis omnibus flavidis.*

6. REPENS. Zum. Sp. *Flagellis repentibus caulibus ascendentibus ramosis foliis oppositis fasciculatis filiformi-subulatis aristatis pedunculis terminalibus elongatis unifloris demum cernuis capsulis calycem excedentibus valvis apice recurvis seminibus reniformibus minutissimis laevibus dorso canaliculatis.*

Sp. glabra. W. sp. 2. 821. Sp. saginoides. All. ped. 2. 118. t. 64. f. 1. Caules usque semipedales caespitosi, ut plurimum tota pilis apice glanduliferis obsita, et viscosa, unde nomen ineptum est. Fl. aest. In locis alpinis, pascuis lapidosis, apricis: circa thermas *Valderias*: in monte *Gottro Liguriae orientalis*, alibique.

614. OXALIS

a. *Acaulis, scapo unifloro foilis longiore floribus albis.*

1. ACETOSELLA. O. *Foliolis obcordatis scapoque pilosiusculis petalis striatis obtusis radice repente articulato-squamata.*

Oxis. Scop. carn. 1. 326. Ic. Matth. com. 560. f. 2. Moris s. 2. t. 17. f. 1. Dalech. lugd. 1355. Dodon. pempt. 578. f. 2. Chabr. sciagr. 168. f. 1. Savi. mat. med. t. 56. Albert. fl med. 1. t. 8. Plenck. ic. med. t. 354. Curt. lond. 2. t. 31. ed. Grav. 1. t. 31. Woodw. med. bot. t. 20. Fl. dan. t. 980. Ger. em. 1201. Jacq. ox. t. 80. f. 1. Engl. bot. t. 762. Svens. bot. t. 10. Hayn. 5. t. 39. Schk. hand. t. 123. Gaertn. fruct. t. 113. Flor. med. t. 261. Esenb. t. 383. Fuchs. hist. 564. Lob. ic. 2. t. 32. f. 1. Bah. hist. 2. 387. f. 2. Tabernam. 525. f. 2. Gray. gener. 144. Lam. ill. t. 391. Plee types 29. Baxter brit. bot. t. 327. Schrank. flor. mon. t. 57. Guimp. et Schl. t. 86. Reich. flor. germ. 5. 199. Dietr. flor. bor. t. 131. Schubert naturges. t. 23. f. 6. Folia longe petiolata. flores raro carnei vel lilacini venis rubellis. foliola subtus et scapi petiolique rubri. Vulgaris ubique in sepibus et dumetis umbrosis praesertim montanis primo vere. O. parviflora. Ley. spa. 2. 307. O. acetosella. b. parviflora. Cand. prodr. 1. 799. est var. *Cor. minore staminibus 5. subabortivis.*

aa. *Caulescentes, pedunculis multifloris floribus flavis.*

b. *Annua*: *caule prostrato petiolis stipulatis.*

2. CORNICULATA. O. *Caule decumbente radicante ramoso pubescente foliolis obcordatis pedunculis umbelliferis* 2-5 *floris petiolo brevioribus stylis stamina interiora aequantibus petalis emarginatis foliis stipulatis stipulis oblongis petiolo adnatis pedicellis fructiferis refractis radice ramoso-fibrosa stolonibus nullis.*

Oxis. Scop. carn. 1. 326. Oxalis villosa. M. Bieb. taur. cauc. 1. 351. O. pusilla. Salisb. trans. lin. soc. 2. 243. t. 23. f. 5. Ic. Clus. hist. 2. 249. Moris s. 2. t. 17. f. 2. Bah. hist. 2. 388.

Dalech. lugd. 1555. Lob. ic. 52. eiusd. hist. 495. Sab. hor. rom. 1. t. 39. Savi. mat. med. t. 46. Sibt. flor. gr. t. 451. Jacq. ox. t. 5. Engl. bot. t. 1726. Fl. dan. t. 1753. Schk. handb. t. 123. Dietr. flor. bor. t. 240. Reich. fl. germ. 5. 199. Wight. ic. pl. ind. or. 1. 18. Caules usque pedales ut plurimum humiliores rubidi. flores lutei. Fl. vere et aest. vulgaris ubique in viis, aggeribus etc.

bb. *Perennis, caule erecto solitario, foliis exstipulatis.*

3. STRICTA. O. *Caule erecto ramoso foliolis obcordatis petiolis exstipulatis pedunculis axillaribus longissimis 2-6floris stylis stamina interiora aequantibus petalis integris pedicellis fructiferis erecto-patulis stolonibus subterraneis carnosis repentibus gemmiferis gemmis proximo anno cauliferis.*

O. corniculata. Flor. dan. t. 873. Sturm. deut. fl. heft. 1. O. ambigua. Salisb. act. soc. lin. 2. 242. t. 23. f. 4. Oxis stricta. All. ped. 2. 89. Ic. Moris. s. 2. t. 17. f. 3. Hayne 3. 40. Reich. fl. germ. 5. 199. Dietr. flor. bor. t. 132. Flores pallide citrini. petala in meis exemplaribus circa *Bugellam* lectis profunde biloba. foliola maiora quam prioris, ciliata. praeter scriptos characteres omnino similis corniculatae, et euius var. facile dixeris. flores neutiquam minimi. Certe hallucinatus est Linnaeus scribens patriam eius esse *Virginiam*. Fl. aest. vulgatissima apud nos etiam in hortis. stolones albi profunde descendentes tortuosi. Difficillime abigitur hortis quamvis caulis et radix (stolonibus exceptis) annua sit. Oxalides noctu dormiunt foliola super petiolum connivendo, petala involvendo: sole redeunte expergiscuntur atque evigilant. capsulae cum maturae sunt valvas habent elastice resilientes, quae proiiciunt semina ut Impatiens, et Momordica, et Cardamine.

## 615. SEDUM

a. *Planifolia.*

b. *Foliis crenatis dentatis serratis.*

c. *Corollis calyce longioribus radice perenni.*

1. LATIFOLIUM. Bertol. am. 566. S. *Foliis oppositis ternisve cordato-ovatis obtusissimis serratis corymbis terminalibus compositis partialibus longe pedunculatis subfastigiatis staminibus corolla longioribus.*

S. maximum. Suter. helv. 1. 315. Reich. ic. f. 696. Sturm. deut. fl. hef. 83. S. Telephium d et c Lin. sp. 616. S. Telephium. All. ped. 2. 119. excl. syn. Plenck ic. med. t. 350. Anacampseros maxima. Haw. syn. ed. germ. 121. Ic. Clus. hist. 2. 66. Barrel. ic. t. 838. Column. ecphr. 1. 305. Herba glabra apud nos etiam tripedalis et ultra. apud nos flores albo-virentes. stamina corollam non excedunt et corymbi partiales brevi pedunculati. unde transitus videtur esse ad S. Telephium et Linnaei ideam confirmare. characteres quibus Kochius S. maximum a S. purpurascente, et S. Fabaria distinguit mihi videntur perpetuo neutiquam constare ideoque non esse species bonas. Fl. iulio, aug. In aggeribus agrorum et marginibus fossarum etc. Herba in vulgus notissima quae clavis pedum emolliendis ubique optimoque successu quotidie adhibetur. Duplex est facies S. Telephii, quod vivit apud nos.

Altera maxima quae vivit in planitie locis pinguibus in sepibus, aggeribus et marginibus fossarum usque tripedalis foliis magnis oppositis planis imis densioribus minoribus ovatis crenato-serratis mediis obovatis maioribus caule stricto superne ramoso corymbis foliatis confertis lateralibus longe pedunculatis subfastigiatis petalis albis apice cucullatis neutiquam aristatis, staminibus corolla longioribus antheris brevibus cordatis quadrisulcatis parvis faciebus demum concavis primum rubidis demum luteis filamentis albis subulatis basi latioribus interioribus nascentibus in fundo corollae e basi capsularum sepalis ovatis virentibus.

Altera faciem habet omnino diversam. folia ima minora densiora, media maiora omnia oblonga rubro-marginata costa media supra infraque rubro-sanguinea ima integerrima superiora vix crenata semper opposita obtusa glauca glaberrima erecta concava

et concavo falcata, sepala ovato-lanceolata virentia petala candida apice cucullata non aristata extus apice rubida. antherae parvae obtusae cordatae quadrisulcatae faciebus demum concavis primum rubidae demum albidae. filamenta alba apice subulata basi latiora interiora nascuntur ad basim capsularum in fundo corollae, exteriora longiora infra medium petali. stamina corolla valde longiora corymbi non foliati conferti laterales longius pedunculati ut corymbi laterales ad mediorum fastigium fere perveniant. caulis ruber inferne ramoso-caespitosus. corymbi nudi. ad basim corymborum lateralium folium utrinque sessile cordato-sagittatum. prior. videtur esse Sedum latifolium Bertol. altera Sedum Telephium. L. Quibus omnibus mihi persuadeo Sedum maximum Sut. S. latifolium. Bert. S. purpurascens Koch. S. Fabaria Koch esse coniungenda in unam speciem quae est S. Telephium. L. quodque lubentius appellarem S. procerum. S. maximum non differt nisi *statura maiore, corymbis foliatis.* addendum est herbam in pultem redactam et partibus recens ambustis appositam mirum in modum prodesse ac refrigerare. haemorhoidibus dolentibus ac turgidis, paronychiis ani ac genitalium ficis mederi, etiam experientia didici.

ee. *Corollis calyce brevioribus: radice annua.*

2. STELLATUM. S. *Foliis obovato-spathulatis angulato-dentatis floribus axillaribus solitariis sessilibus.*

Ic. Camer. hort. 7. t. 2. Columm. phyt. 52. t. 4. Sibt. fl. gr. t. 448. Bauh. hist. 3. 680. Chabr. sciagr. 539. f. 2. Herba virens glabra vix palmaris caule simpliciusculo vel inferne parce ramoso. petala lanceolata rubentia raro alba carina viridi vel rubida. caps. demum stellatim patentes. Fl. vere exeunte. In rupibus, maceriis, muris etc. in valle *Fenestrellarum* in *Liguria orientali* circa *Sarzanam*, etc.

bb. *Foliis integerrimis.*

c. *Radice annua: petalis aristatis.*

d. *Floribus racemosis.*

3. GALIOIDES. All. ped. 2. 120. S. *Foliis spathulatis integerrimis ciliatis infimis subternis quaternisve superioribus sparsis lineari-cuneatis racemi foliosi ramis abbreviatis petalis lanceolatis acuminatis.*

S. Cepaea. All. ped. 2. 120. S. tetraphyllum. Sibt. fl. gr. 3. 36. t. 448. S. spathulatum. Waldst. et Kitaib. hung. 2. 138. t. 104. S. paniculatum Lam. enc. 630. Ic. All. ped. t. 65. f. 3. Bonan. panph. t. 81. Caules caespitosi simplices vel basi ramosi usque pedales ut plurimum humiliores. flores plerumque racemosi. petala alba vel rosea. antherae globosae rubidae. Ic. Fl. gr. 447. (S. Cepaea L.) exhibet plantam maiorem foliis sparsis obverse lanceolatis. Fl. aest. In *Liguria* agro *astens. albensi.*

dd. *Floribus paniculatis.*

4. ALSINIFOLIUM. All. ped. 2. 119. t. 22. f. 2. S. *Caule herbaceo ramoso foliis obovato-oblongis glabris floribus laxe paniculatis ramis unifloris villosis petalis mucronatis.*

Ic. All. spec. Cesati stirp. ital. 10. Caules caespitosi ramosi ramis patulis. folia radicalia rosulata. ima spathulata sparsa. mea sententia non differt a S. Cepaea L. nisi *foliis sparsis floribus paniculatis.* flores paniculati occurrunt etiam in priore, et in hoc folia ciliata sunt. Itaque omnino adsentio Candolleo qui cum Cepaea coniunxit. Fl. aest. In locis lapidosis, umbrosis, inter l' *Paré* et *Pralés* secus viam, circa *S. Damian* in valle *Macrae*: inter *Tendam* et *Robilant*: in montibus di *Roaschia*: in subalpinis in agro *novar.*, praesertim in valle *Sessitis.* et ad rupem *S. Caroli* di *Arona* etc.

cc. *Radice perenni: petalis muticis.*

5. ANACAMPSEROS. S. *Caule prostrato foliis sparsis confertis obovato-cuneatis integerrimis obtusissimis glabris supremis rosulatis corymbo composito denso.*

Ic. Cand. pl. gr. t. 55. Curt. bot. mag. t. 118. Plenk. ic. med. t. 355. Bauh. hist. 3. 682. Chabr. sciagr. 537. f. 4. Herba glauca glabra pusilla vix spithamea caule ut plurimum inferne ramoso. corymbus aphyllus. folia hyeme decidua. genitalia exserta. petala ovato-lanceolata calyce maiora rubida, vel alba, carina viridia. Fl. aest. In lapidosis et rupestribus alpinis. In monte *Vesulo* circa *Criseul*: in monte *Cenisio*: circa *Courmajeur*: circa *Se-*

*gustum*: circa thermas *Vinadii* etc.

aa. *Teretifolia.*

b. *Floribus flavis.*

c. *Suffrutex.*

6. ALTISSIMUM. Poir. enc. 4. 634. S. *Caule suffruticoso stricto erecto foliis glaucis cylindricis acutis superioribus sparsis planiusculis cyma ramosa senescente scorpioidea floribus subsessilibus 6-8 petalis lanceolatis obtusiusculis.*

S. rufescens. Tenor. neap. 1. 248. t. 41. S. nicaense. All. ped. 2. 122. t. 90. f. 1. mala. Sempervivum sediforme. Jacq. hor. vind. 1. 55. t. 81. S. ochroleucum. Smith. Ic. Cand. pl. gr. t. 40. Reich. 1. f. 448. Mutel. fl. fr. 19. Herba glabra demum rubida. Caulis usque bipedalis crassus basi ramosus. folia ima densa quinquefariam imbricata. sepala ovata striata. genitalia corolla breviora. caps. lanceolatae longe rostratae rostro demum adunco. Fl. vere et aest. In *Sabaudia* circa S. *Jean de Maurienne*: in rupibus di *Quarna* et *Margozzo* agri *nov.*: in rupibus circa *Saorgio*, in agro *nic.*

cc. *Herbacea: radice perenni caudiculis sterilibus repentibus.*

d. *Foliis semiovatis, caudiculorum sterilium sexfariam imbricatis.*

7. ACRE. S. *Glabrum foliis alternis subovatis gibbis adnato-sessilibus cyma trifida foliosa spicata caule prostrato calycibus obtusis petalis lanceolatis acutis floribus sessilibus.*

S. neglectum. Tenor. neap. 4. 250. t. 239. f. 1. Ic. Camer. epit. 856. Cand. pl. gr. t. 117. Bull. herb. t. 31. Svens. bot. t. 149. Curt. lond. 1. t. 32. ed. Grav. 1. t. 34. Engl. bot. t. 839. Schk. hand. t. 125. Alber. fl. med. t. 235. Woodw. sup. t. 231. Ger. em. 517. Bah. hist. 3. 694. f. 2. Chabr. sciagr. 541. f. 1. Dodon. pempt. 129. f. 3. Dalech. lugd. 1150. Clus. hist. 2. 61. Fuchs. hist. 36. Lob. ic. 379. f. 1. Moris. s. 12. t. 6. f. 12. Baxter. brit. bot. t. 364. Fl. dan. t. 1457. Dreves 3. 144. Hayne 1. 45. Schrank flor. mon. t. 343. Dietr. flor. bor. t. 257. Schubert naturges t. 23. f. 4. Caulis usque dodrantalis basi ramosus caespitosus. Cymae glabrae radii demum recurvi: in individuis macrioribus cyma pauciflora etiam flos solitarius (qualem refert. ic. Chabr.) sepala carnosa obtusa petalis duplo breviora. genitalia breviora corolla. caps. conicae longe rostratae demum stellatim patulae. Fl. aest. In locis lapidosis, aridis, arvis macilentis, collinis montanis etc.

Herba acris sapore piperato. olim celebris in calculo renum, et vesicae comminuendo atque expellendo ac scorbuto. herbam adhibebant recentem decoctam in aqua vel cerevisia. Novissime Zschornius (Hufeland journ. 13. fas. 2. 167.) in epilepsia commendavit pulverem eius. Quae observationibus Peterii (Hufel l. c. 40 fas. 5. 19.) Lanbenderi (ann. univ. di Medic. 1804.) Sommeri (apud Richt. mat. med. 2. 196. sq. confirmata sunt. aliquando tamen non profuit. extus adhibitum in ulceribus malignis, mali moris, scorbuticis, psoricis et cangraenosis magnam opem attulerunt folia in pultem redacta atque ulceribus indita. Buchozius et Rustius (Magaz. vol. 1. 315.) in cancro aperto adhibuerunt quem inde sanatum viderunt. Maculas cutis rubras et ephelides delere certum est.

dd. *Foliis teretibus.*

e. *Sparsis.*

f. *Foliis tereti-subulatis inferioribus reflexis.*

8. REFLEXUM. S. *Glabrum foliis tereti-subulatis viridibus basi productis subcalcaratis, ramorum sterilium imbricatis reflexis floriferi erecti patulis ramis cymae recurvatis calycibus acutis oblongis floribus subsessilibus.*

S. virens. Ait. S. viride Reich. ic. fig. 459. S. crassicaule. Link. enum. 1. 438. S. collinum. Wim. et Grab. fl. siles. 1. 444. S. rupestre. L. sp. 618. excl. syn. Dillen. Sturm. deut. fl. hef. 12. est var. *foliis glaucis et caesiis.* S. rupestre W. enum. sup. 26. var. *foliis erectis cauli appressis.* — S. collinum. W. l. c. var *foliis patentibus.* S. glaucum. Smith. engl. fl. 2. 321. etc. Engl. bot. t. 2477. S. albescens. Cand. prodr. 3. 407. S. anopetalum. Cand. l. c. S. rupestre. Vill. Caulis subpedalis in apricis rubidus. Caudiculi steriles repentes proximo anno floriferi fiunt. folia autumno rubida, caudiculorum spiratim disposita. petala calyce duplo longiora lanceo-

lata erecta vel patentia. flores magni aurei. Fl. aest. Vulgare in rupibus, muris, locis collinis aridis, apricis.

ff. *Foliis tereti-subulatis inferioribus erecto-patulis.*

9. SAXATILE. All. ped. 2. 121. t. 65. f. 6. S. *Glabrum virens foliis sparsis remotiusculis tereti-depressis ovalibusque obtusis basi solutis cyma foliosa 2-5flora patula floribus brevi pedunculatis distantibus calycibus oblongis obtusis petalis ovato-oblongis obtusis caulibus sterilibus dense foliatis.*

Huc procul dubio S. annuum. L. Reich. ic. f. 1155. S. alpestre. Vill. delph. 3. 684. S. rubens. Haenk. it. sud. 114. S. repens. Cand. fr. 5. 525. Reich. ic. f. 1154. S. aestivum. All. l. c. S. Oederi Retz. pr. 962. S. rupestre. Oed. fl. dan. t. 59. Ic. Sibt. fl. gr. t. 450. Caules caespitosi ascendentes vix palmares a basi ramosi ramis ut plurimum bifidis denique elongatis flexuosis. sepala carnosa. petala vix calyce longiora carina virente vel rubida. capsula brevi rostellata. Floret aest. locis lapidosis et rupestribus praesertim alpinis et montanis. flores non raro unilaterales et subracemosi.

ee. *Foliis surculorum verticillato-ternis sexfariam imbricatis.*

10. SEXANGULARE. S. *Foliis sexfariam imbricatis teretibus obtusis erectiusculis basi deorsum apiculata sessilibus cyma glabra trifida patente foliosa spicata petalis lanceolatis acutis calyce duplo longioribus capsulis longe rostratis.*

S. acre. Plenck. ic. med. t. 351. S. Fosterianum. Smith. Reich. ic. f. 1135. S. boloniense. Loisl. not. 71. Ic. Matth. 710. Durant. herb. 426. Cand. pl. gr. t. 118. Dalech. lugd. 1150. Bah. hist. 3. 695.? Spectat probabili coniectura ad S. acre. Curt. lond. 4. t. 35. ed. Grav. 5. t. 77. Engl. bot. t. 1946. Fl. dan. t. 1644. Dreves. s. t. 145. Hayne 1. 16. Schrank. fl. mon. t. 343. Dietr. bor. t. 258. Herba minime acris; folia acidula. Caules caespitosi radicantes vix dodrantales. flores sessiles subsecundi in anthesi cymosi cyma trifida in fructu ramis cymae elongatis racemosi racemis tribus. caps. erectae. Fl. aest. Vulgare in muris, maceriis, rupibus et montibus.

bb. *Floribus albis vel rubentibus.*

c. *Staminibus 5; radice annua.*

d. *Capsulis corolla brevioribus scabris foliis teretibus.*

11. RUBENS. S. *Foliis alternis fusiformibus gibbis glabris caule ramoso viscido-villoso villis glanduliferis cyma quadrifida foliosa demum elongata spicata ramis recurvis floribus secundis 5petalis subpentandris petalis acuminato-aristatis sepalis ovato-lanceolatis pubescentibus.*

Crassula Murr. Syst. 306. 7. All. ped. 2. 123. Cand. pl. gr. t. 55. Var. *staminibus 10 petalis albis carina rosea* est S. pallidum. March. Bieb. S. eriocarpum. Sibt. fl. gr. 449. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 22. t. 13. excl. descript. quae est S. atrati. Caulis superne ramosus et pubescens crassus subangulatus vix palmaris. spica aliquando solitaria simplex. petala alba vel rosea carina rubida vel virente. antherae rubrae. stamina aliquando decem mox recurvata. capsulae brevi rostratae muricatae vel pubescentes pilis glanduliferis demum stellatim patulae. Fl. aest. Vulgare in pascuis lapidosis.

dd. *Capsulis corollam aequantibus glabris foliis ovatis.*

12. CAESPITOSUM. Cand. prodr. 3. 40. S. *Glabrum caule erecto superne ramoso foliis ovatis imbricatis cyma spicata capsulis lanceolatis brevissime rostratis sepalis lanceolatis petalis muticis obtusiusculis.*

Crassula verticillaris. L. mant. alt. 361. syst. nat. xii. t. 3. ap. 230. et syst. xiii. 255. Cr. Magnolii. Cand. fr. 5. 522. Ic. Magnol. bot. monsp. 237. Cav. ic. et descr. t. 69. f. 2. Caulis vix bipollicaris. spica aliquando solitaria. flores pentandri sessiles albi vel carnei carina rubentes vel virentes. folia demum rubentia. facies superioris cum quo L. in scriptis suis saepe confudit et cum Tillaea muscosa. Cf. Richterum Cod. bot. lin. Lips. 1840. 298. 299. Fl. vere. In aridis et lapidosis agri nic.

cc. *Staminibus* 10.

d. *Radice perenni: caudiculis sterilibus repentibus.*

e. *Foliis teretibus.*

12. ALBUM. S. *Glabrum caule erecto foliis sparsis cylindricis superne planiusculis raris patulis obtusis panicula subfastigiata ramosissima sepalis obtusis petalis oblongis obtusis capsulis longe rostratis.*

S. turgidum. Cand. fr. 4. 590. S micranthum. Cand. fr. 5. 525. Ic. Matth. com. 709. f. 2. Cand. pl. gr. 22. Durant. herb. 426. Zannich. ist. t. 504. Curt. lond. 1. t. 34. ed. Grav. 2. t. 60. Svens. bot. t. 430. Flor. dan. t. 66. Plenck. ic. med. t. 352. Ger. em. 512. Bab. hist. 3. 690. Chabr. sciagr. 339. f. 4. Moris sard. 12. t. 7. f. 23. 4. Dodon. pempt. 129. f. 2. Dalech. lugd. 1129. f. 3. 1130. f. 1. 1132. f. 4. Lob. hist. 205. Clus. hist. 2. 59. Caulis ascendens tortuosus basi ramosus et radicans vix spithameus. Cor. alba vel carnea. antherae atro-purpureae. Fl. aest. Hab. scopulos, et rupes alpium et montium; et collium: in muris ruderalis et maceriis etiam in planitie.

ee. *Foliis semiovatis.*

14. DASYPHYLLUM. S. *Caule debili prostrato foliis brevissimis ovato-subglobosis supra planis glaucis ramorum sterilium imbricatis floriferorum alternis vel oppositis floribus paucis terminalibus petalis obtusiusculis capsulis conicis brevi rostratis.*

S. brevifolium. Cand. fr. 5. 524. et Gras. t. 4. f. 1. S. hirsutum. All. ped. t. 65. f. 5. S. neapolitan. Ten. neap. 4. 251. t. 229. f. 2. S. glanduliferum. Eiusd. l. c. t. 232. f. 3. S. corsicum. Eiusd. l. c. Ic. Tenor. neap. t. 229. f. 3. Bull. herb. t. 11. Jacq. hor. vin. 2. t. 155. Curt. lond. 5. t. 26. ed. Grav. 1. t. 33. Engl. bot. t. 636. Cand. t. 95. Moris. s. 12. t. 7. f. 35. Dalech. lugd. 1133. f. 2. Herba glabra vel hirsuta pilis apice glanduliferis glauca. Caules caespitosi vix palmares inferne ramosi ramis alternis. flores pedunculati virginei cernui. sepala elliptica obtusa saepe coerulea. petala alba vel carnea vel extus rubida vel subcoerulea vel lineis rubris vel subcoeruleis picta, carina virente rubra vel coerulea. Fl aest. Vulgare in saxis et rupibus alpium, montium, collium etiam planitiei.

dd. *Radice annua.*

e. *Piloso-glandulosa.*

f. *Foliis sparsis.*

15. VILLOSUM. S. *Piloso-viscosum caule simplici erecto foliisque remotiusculis semiteretibus erectis viscido-pilosis cyma terminali pauciflora petalis ovatis obtusis capsulis erectis.*

S. glandulosum. Moris. stirp. sard. el. fas. 1. 20. Ic. Clus. hist. 2. 59. Cand. pl. gr. t. 70. Svens. bot. t. 746. Engl. bot. t. 394. Fl. dan. t. 24. Sturm. deut. fl. 1. 6. Dietr. flor. bor. t. 514. Caulis vix dodrantalis vix basi ramulosus ramulis sterilibus. flores albi vel rosei carina rubidi et piloso-viscidi. antherae atro-purpureae (in glanduloso luteae, quod unicum fere discrimen est) capsulae ruberrimae. Fl. aest. In uliginosis *Sabaudiae*: in spongiosis vallis *Locanae* prope *Ussey* et *Ceresole* in montibus dictis *Gallesia.*

ff. *Foliis verticillato-quaternis.*

16. CRUCIATUM. Desf. catal. 162. S. *Superne viscoso-pubescens caule ramoso basi glabro radicante foliis verticillatis semicylindricis lanceolato-linearibus obtusis laxibus corymbi ramis viscoso-pubescentibus sepalis brevissimis obtusis petalis ovato-lanceolatis aristatis.*

S. monregalense. Balb. misc. 1. 23. t. 6. Reich. ic. f. 438. Caules caespitosi vix spithamei. folia saepe apice serrulato-scabra. petala alba carina virente pilosa. antherae rubrae. capsulae longe rostratae. Fl. aest. In *Liguria*, in agro *monreg.* in valle *Elleri* etc.

ee. *Glabra.*

f. *Foliis teretibus turbinatis subclavatis.*

17. ATRATUM. S. *Foliis sparsis teretibus obtusis basi solutis floribus pedunculatis corymbosis fastigiatis capsulis obtusis atro-purpureis stellato-patentibus.*

S. haematodes. Scop. carn. 1. 323. Crassula rubens. Sturm. deut. fl. 1. hef. 22. mala. Ic. Scheuz. it. t. 6. f. 3. 4. Jacq. a. t. 8. All. pedem. t. 65. f. 4. Cand. pl. gras. t. 120. Caulis vix bipollicaris basi ramosus ramis cau-

lem aequantibus. sepala plerumque sanguinea. petala alba vel rosea carina virente vel sanguinea. planta demum rubra. Fl aest. In montibus *Cenisio*, *Turlo* etc.

ff. *Foliis abbreviatis ovatis gibbis.*

18. ANGLICUM. Huds. angl. 196. S. *Caule ascendente humili gracillimo foliis confertis alternis abbreviatis ovatis gibbis basi solutis cyma sessili pauciflora capsulis glabris membranaceis.*

Ic. Flor. dan. t. 82. Engl. bot. t. 171. Svens. bot. t. 604. forte Sedum quod Franciscus Re legit in alpibus *monregalensibus* et sub S. anglici nomine vulgavit var. erat simillima S. dasyphyllo. — Venit ad manus meas species pulchra certo exotica frigoris climatis nostri impatiens in ollis culta quam nondum descriptam video neque in Syst. veget. edit. xvj edente Curtio Sprengel (Gottingae 1825-28) neque in Synopsi plantarum Davidis Dietrich. (Vimariae 1833-1852). forte iam descripta est in diariis anglicis, vel gallicis vel belgicis etc. vel splendidissimis libris Botan. cab. Botan. magaz. Botan. regist. etc. etc. sed eum descriptionem hactenus non viderim ad calcem generis describo plantam omnino speciosam et elegantem.

SEDUM CRASSULAEFORMAE. Zum. S. *Glaberrimum caulibus fruticulosis, caespitosis prostratis foliis verticillato-ternis summis maioribus distantibus (imis minoribus densis rubris) crassis planis maiusculis rotundis in petiolum attenuato-cuneatis apice crenulatis rubido-marginatis floribus cymosis roseis sub 8andris cyma terminali multiflora densa trifida petalis lanceolatis acuminatis.*

Caules usque semipedales apice surrecti. flores numerosissimi pulchre rosei. antherae sanguineae. floret autumno. Patria?

Collocanda est species post n. 19. *Sed. ternatum* Mich. apud Spreng. Syst. veget. 2. 434. et post n. 35. *Sed. ibericum* Stev. apud David. Dietrich Synops. sect. 2. pag. 1620. Vimariae 1840.

## 616. COTYLEDON.

UMBILICUS. Huds. angl. 194. C. *Herba perennis glabra saepe tota albo-punctata radice tuberosa subrotunda caule vix spithameo erecto simpliciusculo racemo simplici longissimo floribus numerosis laxis sparsis pendulis corollis tubulosis ochroleucis vel rubidis nectariis rubentibus foliis omnibus petiolatis peltatis concavo-umbilicatis repando-dentatis reniformi-subrotundis radicalibus caespitosis caulinis alternis minoribus reniformi-cuneatis.*

Umbilicus pendulinus. Cand. pl. gr. t. 156. Cotyledon Umbilicus b. Lin. spec. 613. Ic. Matth. com. 714. f. 2. Durant. herb. 518. ambae icc. malae. Sab. hort. rom. 1. t. 55. Hook in Curt. lond. 5. t. 35. Engl. bot. t. 325. Lam. ill. t. 389. Camer. epit. 858. Bah. hist. 3. 683. Chabr. sciagr. 537. f. 5. Moris. s. 12. t. 10. f. 4. Baxter. brit. bot. t. 279. Fl. vere exeunte. Super rupibus et muris, in agro *nic.* et *Liguria*: circa *Pinerolium*: ad muros di *Vico* in agro *monregal.*: ad muros alpinos et montanos in agro *novar.* etc.

## 617. GERANIUM.

a. *Pedunculis unifloris, radice repente lignosa rubra.*

1. SANGUINEUM. G. *Caule erecto ramoso ramis hirsutis pilis eglandulosis foliis ambitu reniformibus 5-7 partitis segmentis flabellato-laciniatis laciniis angustis trifidis pedunculis 1-2 floris elongatis defloratis subdeclinatis petalis obovatis emarginatis calyce aristato duplo longioribus valvulis laevibus superne pilosis pilis sparsis setulosis seminibus subtilissime punctulatis.*

G. prostratum. Cavan. mon. t. 76. fig. 3. Ic. Fuchs. hist. 209. Chabr. sciagr. 488. f. 1. Clus. hist. 1. 102. Eiusd. pan. 421. Barrel. ic. 67. Loes. prus. t. 18. Dalech. lugd. 1279. f. 1. Dillen. hor. elthan. t. 156. t. 163.

Cavan. monad. t. 76. f. 1. Engl. bot. t. 272. Trag. hist. 548. Ger. em. 945. Curt. lond. ed. Grav. 5. t. 52. Flor. dan. t. 1107. Bull. herb. t. 12. Reich. ic. f. 4. 4894. Plee types 23. Dietrich. flor. bor. t. 615. Radix squamosa. caules etiam prostrati humiles in pinguibus tamen usque sesquipedales rubidi. pili patentes. flores maiusculi. pedicelli longissimi. petala violacea vel sanguinea ad unguem ciliata coeruleo-striata. folia subtus albida. semina fusca subreniformia reticulato-rugosa. Fl. vere et autumno. Vulgare in sylvis praesertim collium calidiorum.

aa. *Pedunculis bifloris.*

b. *Suffruticosum: radice praemorsa deorsum napulifera.*

2. MACRORHIZON. G. *Foliis 5-7 fido-palmatis glabriusculis laciniis oblongis dentatis calycibus globoso-inflatis filamentis elongatis coadunatis styloque declinatis pedicellis defloratis erectis petalis spathulatis integris patenti-recurvis calyce triplo longioribus unguiculatis ungue calycem aequante valvulis glabris transverse rugosis caule erecto dichotomo inferne nudo.*

Ic. Bah. hist. 3. 477. Dodon. pempt. 63. Moris. s. 5. t. 16. f. 15. Jacq. ic. rar. 1. t. 134. Cavanil. mon. t. 85. f. 1. Reich. ic. f. 4886. Sweet. ger. 271. Botan. mag. t. 2420. Radix crassa ferruginea squamata irregulariter tuberosa. Caulis superne ramosus usque pedalis. folia supra mollia pallide viridia, radicalia longe petiolata superiora sessilia trifida. sepala rubida 3-5 nervia aristata. petala rubra obovata integra coeruleo-striata. filamenta rubida. stylus longissimus Fl. vere exeunte. In summis alpium iugis: *Turlo, Cenisio*; supra *Tendam* etc.

bb. *Herbacea.*

c. *Radice perenni.*

d. *Radice praemorsa obliqua vel horizontali fibris longis terrae infixa aetate tortuosa et nodosa multicipite capitibus squamatis rudimentis scilicet petiolorum tectis.*

e. *Valvulis transverse rugosis vel plicatis.*

x. *Filamentis inferne villosis: radice fibrosa, calyce et corolla calycem superante neutiquam reflexis.*

3. PHAEUM. G. *Caule erecto simpliciusculo superne hirto foliis subpeltato-palmatis 5-7lobis summis subsessilibus lobis trifidis inciso-dentatis pedunculis subpaniculatis valvulis transverse plicatis corolla plana subreflexa petalis subrotundo-obovatis inaequaliter crenatis breviunguiculatis basi barbatis calyce mucronato paulo longioribus filamentis ad medium usque hispido-ciliatis.*

G. lividum. L' Herit. ger. t. 39. Reich. ic. f. 4890. G. fuscum. L. mant. 97. G. patulum. Vill. delph. 3. 371. Ic. Clus. hist. 2. 99. Bah. hist. 3. 477. Chabr. sciagr. 487. f. 4. Dodon. pempt. 64. Dalech. lugd. 1279. f. 3. Moris. s. 5. t. 16. f. 18. Engl. bot. t. 322. Cavan. mon. t. 89. f. 2. Fl. dan. t. 987. Schk. handb. t. 190. a. Reich. ic. f. 4891. Radix tuberosa oblonga rubra. Caulis 2-3pedalis et ultra nodosus. stipulae maiusculae scariosae hirsutae medio virentes demum ferrugineae. Folia alterna longe petiolata orbiculata magna iuniora tota sericea mollia ima opposita summa solitaria. petala acuminata violacea raro alba vel livida vel fusco-rubra basi albo-maculata. Fl. vere exeunte. Locis alpinis et subalpinis, umbrosis et humidis.

xx. *Filamentis totis glabris, radice repente calyce corollaque calycem subaequante demum reflexis.*

4. REFLEXUM. G. *Caule erecto simpliciusculo foliisque palmato 5-7fidis villosis summis sessilibus laciniis oblongis dentatis divaricatis pedunculis elongatis geniculatis demum deflexis calycibus hirtis petalis reflexis inciso-dentatis.*

G. Phaeum. Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 225. Ic. Barrel. ic. 39. Cav. mon. t. 81. f. 1. Reich. ic. 4389. Andr. bot. rep. t. 224. Radix crassa lignosa fusca. Caulis bipedalis et ultra, ut plurimum humilior superne ramosus dichotomus. pili longi divaricati tenuissimi supremi breves apice glandulosi. folia mollia. bracteae stipulaeque scariosae ferrugineae lanceolatae margine barbatae. flores violacei maiusculi cernui, sepala nervosa oblongo-lanceolata aristulata arista apice glandulosa. petala oblonga basi ob unguem longum distantia. stamina sub-

deflexa. Antherae flavae sanguineo-marginatae. facies G. Phaei. Fl. vere et aest. Ad sepes circa *Novariam* inter la *Bicocca* et *Olengo*. Bertolonius (flor. ital. 7. 215.) ad G. Phaeum refert ex herb. Birolii: sed error esse potest in plantis inter chartas condendis.

ee. *Valvulis laevibus nec rugosis nec plicatis ceterum glabris vel pilosis.*

f. *Pedicellis defloratis erectis.*

g. *Foliis palmato 7-fidis seminibus minutissime punctulatis.*

h. *Pilis superioribus apice glandulosis, petalis violaceis supra unguem barbatis.*

5. SYLVATICUM. G. *Caule erecto tereti inferne glabro superne dichotomo-corymboso foliis subpeltatis 5-7fidis laciniis acutis inciso-serratis pedunculis corymbosis calycibusque villosis petalis obovatis calyce aristato duplo longioribus subemarginatis filamentis inferne lanceolatis ciliatisque.*

G. batracoides. Cav. mon. 241. t. 85. f. 2. Ic. Ger. em. 942. Clus. hist. 2. 99. Eiusd. pan. 418. Moris. s. 5. t. 16. f. 14. Bah. hist. 3. 476. Chabr. sciagr. 487. f. 2. Ros. elem. app. 441. t. 1. Engl. bot. t. 121. Fl. dan. t. 124. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 91. Reich. ic. f. 4882. Radix crassa rubida. Caulis usque 2-3 pedalis. folia supra obscure virentia. bracteae ciliatae stipulaeque scariosae ferrugineae lanceolatae. pili superiores apice glandulosi. sepala oblonga trinervia marginibus scariosis arista longiuscula sursum pilosa. petala rubro-violacea extus carnea rubro-striata, inferne albida venis in disco violaceo albidis. Fl. aest. In sylvis et pascuis montium et alpium praesertim lapidosis et humentibus.

hh. *Pilis superioribus eglandulosis, petalis imberbibus albis venis purpureis.*

6. ACONITIFOLIUM. L'Herit. Geran. t. 40. G. *Caule erecto superne villoso pilis eglandulosis foliis subpeltatis multipartitis laciniis pinnatifido-incisis pedunculis geniculatis petalis integerrimis calyce longioribus filamentis inferne dilatatis ciliatisque.*

G. rivulare. Vill. delph. 3. 372. t. 40. G. pratense. Cavan. mon. 210. t. 87. f. 1. Ic. Reich. ic. f. 4884. Radix ferruginea crassa squamata fibris lateralibus longis napuliformibus. Caulis inferne simplex nudusque usque pedalis superne dichotomus subcorymbosus. folia ciliata supra laete virentia subtus pallida, radicalia longe petiolata. bracteae stipulaeque ovatae superiores lanceolatae acutae scariosae ferrugineae. pedunculi vix folia excedentes. sepala rubida ciliata aristata trinervia marginibus late albo-scariosis. petala obovata alba venis purpureis superne ramosis striata. Fl. aest. In monte *Cenisio*: in alpibus vallis *Sessitis*.

gg. *Foliis palmato-quinquefidis caulinis trifidis seminibus laevibus; petalis roseis, radice repente.*

7. NODOSUM. G. *Caule erecto subtetragono foliisque caulinis trilobis summis sessilibus serratis glabriusculis lobis oblongis acuminatis grosse serratis pedunculis fastigiatis petalis obcordatis emarginatis bifidisque striatis calyce longe aristato duplo longioribus filamentis inferne dilatatis.*

Ic. Bah. hist. 3. 478. Clus. hist. 2. 101. Moris. s. 5. t. 16. f. 22. Sab. hor. rom. 5. t. 19. Engl. bot. t. 1091. Cavan. mon. t. 80. f. 1. Reich. ic. fig. 4887. Chabr. sciagr. 487. f. 6. Radix squamosa rubida crassa lignosa. Caulis subcompressus inferne nudus et simplex superne opposite ramosus ad nodos rubicundos incrassatus vel subrefractus rubidus. folia lata reticulato-venosa nitida ciliata non raro appresse pilosa subtus pallida supra obscure virentia radicalia longissime petiolata petiolis basi rubidis. Bracteae stipulaeque ut in priore. pedunculi longissimi. flores maiusculi. sepala oblonga trinervia obtusa longe aristata aristis rubris vel virentibus 1-3lineas longis marginibus albo-scariosis. corolla violacea vel incarnata lineis 3-5 purpureis apice ramosis striata. antherae coeruleae. stigmata purpurea coccinea antheras non superant. filamenta erecta inferne scabra coadunata. petala supra unguem barbata pilis albis. Fl. aest. Vulgare in sylvis et pratis et pascuis alpinis et montosis humidis et umbrosis.

ff. ***Pedicellis defloratis cum calyce erecto declinatis.***

8. PALUSTRE. G. *Caule erecto angulato retrorsum hirsutiusculo foliis palmatis quinquefidis laciniis trifido-incisis pedunculis elongatis glabriusculis demum reflexis petalis integris obovatis calyce aristato duplo longioribus staminibus subulatis glabris pilis eglandulosis.*

Ic. Cavan. mon. t. 85. f. 2. Flor. dan. t. 596. Sweet. geran. t. 3. Bessl. eyst. vern. 1. t. 9. f. 2. Dill. hor. elth. t. 134. f. 161. Svens. bot. t. 677. Libos. petersb. 50. Schrank. fl. mon. t. 191. Reich. fl. germ. 5. 198. Dietr. flor. bor. t. 614. Facies G. sylvatici. pedunculi longi ante florescentiam recurvi non erecti sed declinati rami divaricatissimi bifariam angulati angulis obtusis, petala nervis tribus fuscis basi villosa. Lin. Caules diffusi geniculati non raro procumbentes. folia radicalia longe petiolata. pedunculi longissimi. petala maiuscula rubra. sepala striata. Fl. aest. In oris lacus montis *Cenisii.*

fff. *Pedicellis defloratis cum calyce nutante refracto.*

9. PRATENSE. G. *Caule erecto incano-tomentoso superne corymboso foliis subpeltatis multipartitis villosis pilis superioribus apice glandulosis laciniis acutis pinnatifido-incisis pedunculis corymbosis petalis integris obovatis basi ciliatis calyce longe aristato duplo longioribus filamentis basi dilatatis obsolete pilosis.*

Ic. Fuchs. hist. 208. Sab. hor. rom. 5. t. 20. Bah. hist. 3. 475. 476. Chabr sciagr. 486. f. 6. Lob. hist. 376. Dodon. pempl. 63. Clus. hist. 2. 100. Cav. mon. t. 87. f. 1. Delaun. herb. am. t. 118. Dalech. lugd. 1279. f. 2. Schk hand. t. 190 b. Engl. bot. t. 404. Curt. lond. t. 49. ed. Grav. 1. t. 91. Reich. ic. fig. 4883. Gaertn. fruct. t. 79. Baxter. brit. bot. t. 50. Diction. scienc. nat. t. 151. Schrank flor. mon. t. 42. Dietr. flor. bor. t. 804. Schubert. naturgesis. t. 35. f. 2. Caulis usque cubitalis inferne simplex et nudus superne ramoso-dichotomus brachiatus nodosus. folia magna subrotunda rugosa laciniis flabellato-pinnatifidis. flores magni deflorati cernui. sepala oblongo-lanceolata trinervia marginibus albo-scariosis ciliatis apice elongata apice incrassata. petala coerulea venis rubidis raro alba. Fl. aest. Vulgare in pratis et pascuis montanis et alpinis.

dd. *Radice fusiformi valida descendente simplici vel ramosa aetate multicipite capitibus squamatis rudimentis scilicet petiolorum et stipularum annorum praeteritorum tectis.*

e. *Sericeo-argenteum subacaule petalis obovatis vix emarginatis imberbibus.*

10. ARGENTEUM. G. *Caule brevissimo foliis orbiculatis peltatis 7partitis utrinque nitido-argenteo-sericeis laciniis linearibus trifidis pedunculis subradicalibus elongatis petalis obcordatis emarginatis purpureo-venosis calyce mucronato longioribus corollis grandibus.*

Ic. Bah. hist. 3. 474. Chabr. sciagr. 486. f. 4. Seguier. ver. 1. t. 10. Pona monte Bald. descr. t. 342. Pluk. phyt. t. 186. f. 1. Curt. bot. mag. t. 504. Reich. ic. t. 48. 93. Jacq. ic. rar. 5. t. 546. Cavan. mon. t. 77. f. 3. Vill. delph. t. 40. Jacq. ic. t. 546. Bot. mag. t. 504. Lod. bot. cab. t. 948. Sweet. Ger. t. 59. Roem. fl. europ. fas. 12. 5. Radix lignosa crassa. Caules basi lignosi brevissimi ferunt caules annotinos brevissimos vel scapos simplices nudosque ut plurimum pusillos raro tamen in pinguibus usque semipedales. Fl. aest. In alpibus ex Cand. fr. 4. 849.

ee. *Villosiusculum caulescens petalis obcordatis bifidis supra unguem utrinque dense barbatis.*

11. PYRENAICUM. G. *Caule erecto superne dichotomo-ramoso villoso foliis reniformibus 5-7 lobis oblongis obtusis trifidis laciniis tridentatis petalis obcordatis bifido-emarginatis calyce mucronato duplo longioribus valvulis glabriusculis filamentis inferne minutissime ciliatis.*

G. villosum. Tenor. neap. t. 166. G. umbrosum. Waldst. et Kitaib. pl. hung. t. 124. G. Minae Tin. pl. rar. sic. fas. 2. 25. Ic. Barrel. ic. 40. Boccon. mus. t. 72. ex Barrel. Gerar. gallo-prov. t. 16. f. 2. Cavan. mon. t. 79. f. 2. Engl. bot. t. 405. Curt. lond. 5. t. 42. ed. Grav. 1. t. 95. Reich. ic. fig. 4881. a. b. Sturm. deut. flor. 2. 5. Dietr. flor. bor. t. 806.

Flor. dan. t. 2240. Schk. handb. t. 190. b. Caulis usque cubitalis in pingui solo decumbens. folia margine rubida subtus pallentia. sepala apice glandula rubra. Cor. violacea vel rubida rubro-striata. valvulae aliquando transverse rugosae sunt. Fl. vere. In sylvis, pratis, pascuis alpinis et montosis: *Sabaudiae*, agri *nov. segus.* etc. cc. *Radice annua plerumque multicauli.*

d. *Valvulis laevibus saepe pilosis, seminibus laevibus.*

12. PUSILLUM. G. *Molliter pubescens caule prostrato diffuse ramoso dichotomo foliis reniformibus sub-7-9lobis trifidis multifidisque petalis emarginatis calycem brevi aristatum aequantibus unguibus ciliatis floribus subpentandris pedicellis defloratis deflexis.*

G. humile Cavan. mon. t. 83. f. 2. G. malvaefolium. Scop. carn. 2. 57. G. parviflorum. Curt. lond. 6. t. 46. G. rotundifolium. Poll. pal. 2. 265. Fries. nov. fl. svec. edit. 2. 212. Ic. Fuchs. hist. 205. Dill. in Ray syn. t. 16. f. 2. a. b. Vaill. paris. t. 15. f. 1. Engl. bot. t. 585. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 94. Reich. ic. fig. 4877. Cavan. mon. t. 83. f. 1. Flor. dan. t. 1994. Schk. handb. t. 190. Habitus Ger. rotundifolii. Caulis usque pedalis non raro ascendens vel erectus filiformis vix pubescens. pili breviores apice glandulosi. bracteae stipulaeque ut in ceteris ciliatae. folia pallide viridia subtus pallidiora radicalia longe petiolata suprema alterna. laciniae flabellato-cuneatae, quaedam ad basim usque sectae. sepala non raro mutica sunt. petala violaceo-coerulea unguibus saepe imberbibus. flores minimi. antherae coeruleae. stamina alterna sterilia. Fl. aest. Vulgare ad vias locis calidis, macilentis.

dd. *Valvulis laevibus saepe pilosis; seminibus favoso-punctatis.*

e. *Petalis barbatis obcordatis calycem aequantibus.*

f. *Calycis arista brevi.*

13. DISSECTUM. G. *Caule diffuse ramoso villoso villis reflexis brevioribus apice glandulosis foliis orbicularis palmato-5-7partitis laciniis linearibus divaricatis trifidis pedicellis defloratis declinatis petalis emarginatis calycem aristatum subaequantibus supra unguem utrinque barbatis.*

Ic. Moris. s. 5. t. 5. f. 5. Vaill. paris. t. 15. f. 2. a. b. Cavan. mon. t. 78. f. 2. Engl. bot. t. 755. Curt. lond. 6. t. 45. ed. Grav. 1. t. 96. Fl. dan. t. 956. Reich. ic. fig. 4876. Dietr. fl. bot. t. 807. Caulis usque pedalis etiam in pinguibus maior, ad nodos incrassatus. folia ambitu orbiculata ima laciniis brevibus latis ad basim usque divisis obtuse tridentatis, superioribus flabellato-multifidis laciniis angustis linearibus acutis. Laciniae superiorum non raro indivisae. sepala tricarinata arista rubida. petala coccinea. antherae subrotundae coeruleae. stamina 10 omnia fertilia. Fl. vere. frequens in sepibus, arvis, agris et pascuis.

ff. *Calycis arista valde elongata petala aequante.*

14. COLUMBINUM. G. *Caule diffuse ramoso glabriusculo foliis petiolatis ambitu orbiculatis palmato-5-7 partitis laciniis imorum flabellatis laciniis pinnatifidis subtrifidis lacinulis lineari-lanceolatis glandula rubra apiculatis pedunculis longissimis pedicellis defloratis deflexis petalis obcordatis basi barbatis calyces cuspidatos superantibus valvulis glabris commissura pilosis non deciduis.*

Ic. Fuchs. hist. 207. Vaill. paris. t. 15. f. 4. Engl. bot. t. 259. Cav. mon. t. 82. f. 1. Fl. dan. t. 1222. Reich. ic. fig. 4875. Caulis raro usque pedalis nodosus nodis crassiusculis superne alterne ramosus pilis raris retrorsis appressis. folia supra nitida pulchre virentia subtus pallida et pilosa longe radicalia longissime petiolata. bracteae stipulaeque saepe bifidae ciliatae. flores maiusculi. petala rubro-violacea rubro-striata emarginata medio mucronata. ungues ciliati. antherae coeruleae ovatae. stigmata purpurea. semina ovoidea demum nigra. sepala ciliata margine scariosa trinervia nervo medio depresso, ut profunde sulcata fiant. valvulae apice pilosae. petala sepala aristis computatis vix superant. filamenta basi ciliata. Fl. vere exeunte. Vulgare in agris, arvis, hortis, ruderatis etc.

ee. *Petalis imberbibus oblongo-cuneatis unguibus ciliatis calycem excedentibus.*

15. ROTUNDIFOLIUM. G. *Molliter tomentosum caule prostrato diffuse ramoso foliis radicalibus orbiculatis multilobis caulinis basi truncatis 5-fidis dentatis sinu apiceque rubro-glanduloso petalis integris calycem brevi aristatum excedentibus seminibus reticulato-punctatis.*

G viscidulum. Fries. nov. fl. svec, ed. 2. 216. G. malvaceum. Wahlemb. fl. svec. 434. G. molle. All. ped. 2. 58. excl. syn. Ic. Zannich ist. t. 291. Cavan. monad. t. 93. f. 2. Blackw. herb. t. 58. Engl. bot. t. 157. Reich. ic. fig. 4878. Dodon. pempt. 61. Caules humiles vix pedales in pinguibus caespitosi rosulati, petiolique saepe rubidi. pili patuli inaequales breviores apice glanduliferi unde herba viscidula est. sepala trinervia arista saepe rubra. petala carnea inferne alba. antherae coeruleae. glandulae nectariferae cum petalis alternae. Fl. vere. Passim in ruderatis, rupibus, hortis, marginibus viarum, herbidis, ecc. ecc.

ddd. *Valvulis laevibus, seminibus rugosis.*

e. *Foliis palmato-5-fidis.*

f. *Supremis trifidis lobo unico laterali longiore, petalis calycem aequantibus. Hirsutum.*

16. DIVARICATUM. Ehrh. beitr. 7. 164. G. *Hirsutum caule ramoso dupliciter villoso foliis 5-7-lobis laciniis rhombaeis inciso-dentatis dentibus magnis supremis trifidis inferiorum lobo unico laterali longiore petalis emarginatis calycem parvulum mucronatum aequantibus fructibus superne venoso-rugosis.*

G. novum. Vinter. ic. t. 2. G. Vinterli. Roth. catal. 2. 78. G. bohemicum. Krok. sil. 2. par. 2. 120. Ic. Waldst. et Kitaib. hung. t. 123. Reich. ic. fig. 4873. Caulis fistulosus usque pedalis procumbens ramis alternis. pili breviores apice glandulosi. Unde herba viscida est. Flores exigui carnei. Fl. aest. Circa *Augustam Praetoriam* inter *Pollein* et *Brissogne*.

ff. *Glaberrimum: petalis calyce longioribus.*

17. LUCIDUM. G. *Caule erecto foliisque reniformi-rotundatis 5-7lobis glaberrimis lobis obtusis subtridentatis calycibus pyramidatis pentagonis transverse corrugatis fructibus striatis petalis obovatis integerrimis.*

Ic. Camer. herc. t. 5. Columm. ecph. 1. 137. Cav. monad. t. 80. f. 2. Svens. bot. t. 536. Engl. bot. t. 75. Flor. dan. t. 218. Hook. in Curt. Fl. lond. ed. Grav. 4. t. 79. Dietr. flor. bor. t. 805. Herba demum rubida non semper glaberrima. Caules caespitosi fragiles humiles raro pedales aliquando prostrati aliquando valde ramosi crassi. corolla rosea. petala quandoque emarginata. Fl. aest. In rupibus umbrosis: in agro *nic. nov.* etiam *bugel.*

ee. *Molliter pubescens: foliis palmato-7-9lobis petalis basi ciliatis calyce brevi mucronato longioribus.*

18. MOLLE. G. *Caule diffuse ramoso foliis reniformibus 7-9lobis villosis lobis trifidis crenatis pedunculis subdeclinatis petalis subbifidis calycem brevi mucronatum aequantibus fructibus glabris corrugatis.*

Ic. Matth. com. 570. Dalech. lugd. 1277. f. 1. Duran. herb. 204. Vaill. bot. par. t. 15. fig. 3. Engl. bot. t. 778. Curt. lond. 2. t. 50. ed. Grav. 1. t. 95. Cavan. monad. t. 83. f. 3. Fl. dan. t. 679. Svens. bot. t. 639. Reich. ic. fig. 4879. Schrank. flor. mon. t. 251. Ann. des scienc. nat. 5. 18. t. 16. Herba demum rubida neutiquam viscida. Caules caespitosi prostrati humiles raro pedales, pauci et alterne ramosi. pili patentes inaequales omnes eglandulosi. sepala glandula apiculata. petala non raro calycem superant purpurea striata demum violaceo-coerulea. Fl. aest. Vulgare in ruderatis, ad vias, semitas, muros, etc.

eee. *Foliis ternatis quinatisque foliolis petiolulatis trifidis pinnatifido-incisis.*

19. ROBERTIANUM. G. *Caule erecto ramoso foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis pedunculis paniculatis petalis obovatis indivisis calycem decagonum aristatum superantibus fructibus rugulosis.*

G. purpureum Vill. delph. 3. 374. t. 40. Engl. bot. t. 2648. Reich. ic. fig. 4871. b. Libosch. peters. t. 18. Drevès. 2. 41. Hayne 4. 48. Schrank. flor.

mon. t. 139. — Var. cor. minore. Matth. com. 571. f. 2. Edit. quam coram habeo 1575. Valgris. neutiquam refert. G. Robertianum. Dalech. lugd. 1278. fig. 1. eadem ac Matth. Chabr. sciagr. 488. f. 4. Zannich. ist. t. 228. Bull. herb. t. 201. Plenck. ic. t. 557. Cavan. monad. t. 86. f. 1. Fl. dan. t. 694. Engl. bot. t. 1486. Curt. lond. 1. t. 52. ed. Grav. 1. t. 92. Fuchs. hist. 206 Reich. ic. fig. 4871. Herb. demum rubida foetida odore hircino. Caulis raro decumbens nodis prominulis. pili articulati crispati omnes apice glandulosi. Corolla gradiuscula carneo-lilacina raro alba. Fl. vere et aest. Vulgare in sepibus umbrosis, ruderatis, ad vias etc. Herba recens Erodii moschati (cum Geraniis ago ob maximam adfinitatem) aqua fervida infusa nervorum distensiones lenit ut Moschus cuius odor simillimus est. Ideo suspicor herbam eadem virtute pollere. Experiantur itaque tincturam medici homiopathici in marasmo, febribus intermittentibus quae convulsionibus gravissimis et magnae virium infirmitati iunctae sint, in typho qui cum sopore delirio miti artium frigore et motitatione musculorum incedat, asthmate, angina membranacea, hypocondriasi omnibus denique morbis qui ab inaequali virium dispensatione sunt quique neque cum congestionibus neque cum gastrica colluviae iungantur. Erodium cicutarium, Geranium murale, sanguineum et praecipue Robertianum herbae sunt adstringentes. Robertiani vis multa pollicetur odore et sapore eius. Medici praeteriti temporis laudaverunt in diarrhoea et dysenteria quae a sola partium laxitate proficiscuntur, in haemorrhagiis et sabulo renum et vesicae. In Svecia remedium vulgare esse in haematuria pecorum compescenda Linnaeus flor. svec. n. 619. etiam in epistaxi contusa et in cataplasmate coacta. Dolaeus (encycl. med. lib. 6. cap. 11. pag. 431.) remedium certum esse dixit in tinea. Atque intelligo esse adhibendam in cataplasmate cum pene triticeo cocto. In cancro summis laudibus cumulaverunt Simon Pauli, Hildanus, et Sennertus magnae autoritatis viri. Quae probant novis et probe institutis experimentis stirpem profecto non inertem explorandam esse. vidi mulieres quae in menostasia adhibuerunt. Menses quidem fluxerunt. sed altero mense iterum restiterunt, et cum remedium repeterent, multa ulcera in ore exorta sunt et catamenia neutiquam eruperunt. Nuperrime vidi feminam quae in ascite suasit decoctum eius cum Parietaria. Res quidem initio prospere successit. urinae auctae sunt, et detumuit venter: verum rediit morbus qui oxymelite Colchichi, et Scillae tandem abactus est. Ideo medicis homiopathicis prae caeteris commendo.

## 618. CORIARIA

MYRTIFOLIA. C. *Fruticulus bicubitalis erectus ramosus ramis flexilibus tetragonis oppositis diffusis foliis oppositis petiolatis integerrimis pinnatis foliolis ovato lanceolatis triplinerviis glabris racemis subterminalibus abbreviatis floribus laxis parvis viridulis.*

Ic. Lam. ill. t. 822. Duham. arbr. 1. t. 75. ambae malae. Angl. hort. t. 20. f. 1. Bah. hist. 1. 560. Dalech. lugd. 110. Chabr. sciagr. 44. f. 4. Lobel. ic. 2. 98. Schk. handb. t. 334. Watson dendrol. 2. t. 105. Reich. flor. germ. 5. 160. Nees. dusseld. sup. 14. Diction. scienc. nat. t. 288. 289. Fl. primo vere. Vulgaris in sepibus agri *nic.* stirps venenata. folia in Oriente et Sicilia et agro *neap.* miscentur cum foliis Cassiae Sennae funesto saepe eventu. adstringens est: coria densat et colorem purpureum largitur tinctoribus.

## 619. PHYTOLACCA.

DECANDRA. Ph. *Herba radice perenni crassa carnosa caulibus caespitosis erectis crassis carnosis fistulosis sulcatis usque sex pedes longis parce ramosis foliis amplis petiolatis ovato-lanceolatis patulis floribus racemosis racemis axillaribus pedunculatis et terminalibus pedunculis ramosis purpureis floribus viridulis baccis fusco-purpureis.*

Ic. Moris. s. 15. t. 1. f. 22. Barrel. ic t. 150. Pluk. alm. t. 225. f. 3. Dill. hor. elth. t. 259. f. 509. Munt. herb. br. t. 112. Schk. hand. t. 126. Rocq. phyt. med. t. 29. Lam. ill. t. 595. f. 1. Commel. hor. amst. 1. f. 66. Blackw. herb. t. 513. Mill. ill. Berger. et phyt. 2. t. 165. Botan. mag. t. 931. Bigdow. med. 3. Barton. med. 48. Descourl. ant. t. 512. Nees. gen. 4. 70. Dict. des scienc. nat. t. 20. Torrey New York. t. 94. Schubert naturgesis. t. 23. f. 10. Patria eius America borealis praesertim Virginia, nunc vulgaris et spontanea ubique. baccae colorem purpureum largiuntur. Herba venenata. Poiretus tamen (hist. phyl. des plan. d'Eur. 4. 70. 71.) turiones ut spinacia edules atque ubique in usu esse in Carolina testimonio Boscii: Lusitanos vinum baccis eius colore rubro absque periculo inficere: combustam dimidium ponderis sui Kali largiri scripsit. Locus interim suadet ut moneam arborem quae unica vivit in immensis plagis orbis novi quae inter *Buenos Ayres* (Rio dela Plata) i *Pampas*, et *Patagones* atque ad orientem mari ad occidentem altissimis montibus qui dicuntur *Andes* continentur, quaeque ab incolis appellatur *Umbù* atque lignum crassum carnosum pulposum sistit et est nullo modo siccandum ac comburendum ad *Phytolaccam dioicam* esse referendam (L'Herit. stirp. t. 76.) Vivit etiam circa *Montevideo*. Usque 50 pedes altitudine superat et pedem latitudine et crassitudine aequat. Linnaeus ab Alstroemero ex horto madritensi habuit et descripsit, at nemo, si recte scio, eamdem esse plantam ac illam quae vocatur *Umbù* hactenus probavit. Et quod magis mirari subest, circa Hispalim ambulacrum est publicum ea arbore singulari consitum quae nondum hactenus rite determinata est vel saltem ad illam quae *Umbù* dicitur neutiquam relata.

# CLASSIS UNDECIMA

## 620. LYTHRUM

Herbae caule erecto floribus rubris

a. *Floribus spicato-racemosis, radice perenni.*

1. Salicaria. L. *Foliis oppositis cordato-lanceolatis subhirsutis floribus racemoso-spicatis racemo denso elongato.*

Ic. Matth. com. 619. f. 2. Camer. epit. 687. Lob. ic. 342. f. 2. Clus. hist. 2. 51. f. 1. Tabern. ic. 834. f. 1. Dodon. pempt. 86. f. 1. Dalech. lugd. 1059. f. 2. Bah. hist. 2. 902. f. 3. Moris. s. 5. t. 10. f. 11. Boccon. mus. t. 120. Zannichel. ist. t. 158. Sab. hor. rom. 4. t. 59. Lam. ill. t. 408. Curt. lon. 3. t. 28. ed. Grav. 1. t. 60. Engl. bot. t. 1061. Pleneck. ic. t. 362. Flor. dan. t. 671. Savi mat. med. t. 29. Svens. bot. t. 256. Schk. hand. t. 128. Esemb. t. 296. Hayn. 5. t. 59. Blackw. t. 520. Wagner. t. 90. Dietr. flor. bor. t. 121. Usteri an. 5. 1. Schrank. flor. mon. t. 52. Woodw. med. bot. 5. 19. Baxter. brit. bot. t. 229. Freyer. Lythrum. 1. Scherbius Lythr. 1. Schubert. naturges. t. 24. f. 2. Radix lignosa. Caulis usque orgyalis plerumque humilior angulatus, fistulosus ramosus ramis strictis suberectis. flores bracteati bracteis imis flores subsuperantibus. petala aliquando 5. stamina 6 longiora. capsula oblonga. Herba aliquando omnino glabra. Fl. aest. Vulgatissima in locis humentibus, fossis, marginibus agrorum et aggeribus. stirps adstringens est et demulcens atque usus eius utilissimus in diarrhoeis, et dysenteriis diuturnis quae a laxitate sunt neque cum inflammatione neque cum gastrica colluvie sociatae incedunt. ex experimentis etiam meis cortici Simaroubae et peruviano fere suppar est.

aa. *Floribus axillaribus solitariis, radice annua.*

b. *Diandris.*

2. THYMIFOLIA. L. *Foliis alternis linearibus floribus axillaribus racemulosis tetrapetalis diandris.*

L. tribracteatum. Tenor. L. bibracteatum. Guss. sunt. varr. luxuriantes. Ic. Bah. hist. 3. 792. f. 1. Barrel. ic. 175. f. 2. Chabr. sciagr. 568. f. 4. Caulis tetragonus vix spithameus. flores parvi violacei. Fl. vere. In agri nic. sabulis amnis *Paillon.*

bb. *Hexandris.*

3. HYSSOPIFOLIA. L. *Foliis alternis lineari-lanceolatis floribus axillaribus solitariis hexandris.*

Ic. Bah. hist. 3. 792. f. 2. C. Bah. prodr. 108. Barrel. ic. 773. f. 1. Haller. jen. t. 6. f. 3. Chabr. sciagr. 568. f. 3. Jacq a. t. 133. Schk. handb. t. 128. Dietr. flor. bor. t. 843. Engl. bot. t. 292. Plee types t. 34. Herba glabra. Caulis inferne ramosus tetragonus fistulosus vix sesquipedalis. pedunculi superne bibracteati. Cor. rosea. Capsula oblongo-cylindrica. Fl. aest. In oris amnium, torrentium, fluviorum sabulosis etc. secus *Padum*, *Duriam*, *Ticinum*, *Sessitem.*

## 621. PEGANUM

HARMALA. P. *Suffrutex glaber usque bipedalis caulibus caespitosis flexuosis dichotomis foliis subcarnosis subpinnatifidis lacinitis linearibus acuminatis remotis supra planis subtus convexiusculis pedunculis unifloris solitariis oppositifoliis terminalibusque floribus maiusculis albo-viridulis sepalis indivisis vel subpinnatifidis petalis oblongis obtusis striatis calycem subaequantibus capsula subrotunda-trigona obtusa.*

Harmala multifida. Moench. meth. 239. Ic. Matth com. 2. 778. ed. Valgris. 1585. Durant. herb. 404. Lam. ill. t. 401. Gaertn. fruct. t. 95. Bull. herb. t. 343. Sibt. fl. gr. t. 456. Reich. ic. f. 4878. Lob. ic. 2. t. 35. f. 1. Dodon. pempt. 121. f. 1. Tabernam. ic. 133. f. 1. Bah. hist. 3. 200. f. 2. Moris s. 5. t. 14. f. 1. Blackw. t. 310. Chabr. sciagr. 377. f. 4. Gmel. reis. 2. 27. Schk. handb. t. 127. Mem. du Mus. 12. 16. Payer organogenie t. 14. Fl. aest. In agro nic.

## 622. PORTULACA

OLERACEA. P. *Herba annua usque bipedalis prostrata ramosa carnosa foliis spathulatis integerrimis sessilibus supra viridibus subtus glaucis vel rubidis floribus sessilibus congestis axillaribus terminalibusque luteis petalis post nuptias conniventibus vix calyce longioribus marcescentibus demum cum capsulae operculo deciduis sepalis compresso-carinatis acutis inaequalibus maiore apice incurvo in anthesi patulis post nuptias auctis conniventibus seminibus fuscis.*

P. sativa. Haw. syn. pl. succulen. 124. P. latifolia. Hornem. h. hafn. 2. 491. sunt varr. *ramis surrectis herba maiore.* Ic. Matth. com. 332. f. 2. 333. Fuchs. hist. 412. Lob. ic. 388. f. 1. 2. Tabernam. ic. 442. f. 1. 2. Dodon. pem. bot. f. 1. 2. Dal. lugd. 551. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 678. f. 1. Chabr. sciagr. 336. f. 2. Duran. herb. 373. Zannich. ist. t. 262. Lam. ill. t. 402. Gaertn. fruct. t. 128. Trattin. arch. t. 67. Ann. des scienc. nat. 2. t. 4. Gray gener. t. 99. Gand. pl. gr. 123. Sibt. fl. gr. t. 437. Plenck. ic. t. 361. Schk. hand. t. 130. Mor. s. 5. t. 36. Hor. mal. 10. t. 56. Flores evigilant ab hora nona matutina ad meridiem. Floret aestate. Patria eius India orientalis. Hodie spontanea et vulgaris in hortis. Herba grata et salubris in acetariis, placentis, iusculis, etc. Etiam suibus gratissima est. Herba eius decocta cum jusculo optima in febribus biliosis, et malignis, in scorbuto, dysenteria, haemoptisi, et aliis sanguinis profluviis, atque in stranguria. purgat renes, et vesicam a muco exundante et sabulo ac calculis. ferunt herbam crudam in acetario comestam et coctam in jusculis magna copia ingestam certum et infallibile remedium sistere adversus Taeniam (Albert. modern. 108. Paris. 1772.)

## 623. ASARUM

EUROPAEUM. A. *Herba perennis radice repente articulato-nodosa sursum gemmifera gemmis squamatis squamis ovatis obtusis ciliatis concavis reticulato-venosis deciduis surculis prostratis apice foliosis foliis geminatis longe petiolatis reniformibus obtusissimis subcoriaceis integerrimis ciliatis supra obscure virentibus subtus pallidis vel rubidis pedunculis axillaribus folio brevioribus unifloris perigonio hirsutiusculo atro-sanguineo apicibus inflexis genitalibus inclusis antheris roseis seminibus obovatis dorso transverse rugosis supra planiusculis arillo pallente cristatis.*

Ic. Durant. herb. 43. Savi. mat. med. t. 19. Bull. pl. ven. t. 69. Plenck. ic. t. 358. Albert. flor. med. t. 62. Blackw. t. 383. Mill. ill. t. 53. Ludw. ect. t. 182. Matth. com. 35. f. 1. Engl. bot. t. 1083. Svens. bot. t. 31. Flor. dan. 633. Fuchs. hist. 10. Trag. hist. 64. Lonic. hist. 117. f. 1. Ruel. in Diosc. 8. f. 1. Brunsf. herb. 1. 71. Camer. epit. 19. Lob. ic. 601. f. 1. Moris s. 14. t. 7. f. 1. Lam. ill. t. 394. f. 1. Flor. med. t. 43. Gaertn. fruct. t. 14. Schk. handb. t. 127. Sturm. deut. fl. 1. 2. Trattin. arch. t. 78. Schubert. t. 24. fig. 1. Schr. fl. mon. t. 63. Stephan. ic. pl. mosq. t. 2. Dreves. 2. 68. Hayne 1. 44. Guimp et Schl. t. 132. Nees dusseld. t. 148. Wagner t. 52. Woodw. med. bot. 1. t. 66. Baxter. brit. bot. t. 250. Dietr. flor. bor. t. 301. Nees gener. 4. 51. Schnizl. ic. 2. t. 114. Reich. fl. germ. 12. 668. Schubert. naturges. t. 24. f. 1. Fl. vere ineunte. Vulgare in sylvis et sepibus. Radix odorata acris emetica sed obsoleta cum meliora suppetant. Antequam Ipecacuanha innotuisset medici hanc stirpem adhibebant. Omnis qualitatis malignae expers est nec seni, nec puero, nec praegnanti infensa. coctione vis emetica perit Tunc vero medetur obstructionibus viscerum, movet menses et urinam medici berolinenses specifice prodesse in febribus intermittentibus experti sunt. Ideoque valdopere commendarunt. Act. ber. dec. 1. vol. 9. 57. Tota planta eadem virtute pollet. folia exsiccata et pulverata errhina sunt. Medici homiopathici adhibent in vomitu diuturno ac rebelli praesertim mucoso quo remedium sistit cum paucis comparandum, in febribus, et morbis, praesertim diarrhoea mucosis, phtisi pituitosa, catharro diuturno, asthmate humido ac spasmodico, et angina membranacea.

## 624. THELIGONUM

CYNOCRAMBE. Th. *Herba annua caulibus diffusis ramosis cylindricis carnosis usque pedalibus foliis ovatis obtusis laevibus carnosis petiolatis imis oppositis superioribus alternis petiolis basi auriculatis floribus parvis virentibus masculis geminatis pedicellatis oppositifoliis femineis axillaribus sessilibus.*

Cynocrambe prostrata. Gaertn. fruct. t. 362. t. 75. f. 9. Thelig. alsinoideum. Lam. fr. 2. 198. Lam. ill. t. 777. Barrel. ic. 335. Bah. hist. 3. 365 f. 3. Colum. phyt. 128. t. 30. Bah. prodr. 59. f. 10. Matth. com. 806. f. 1. Chabr. sciagr. 368. f. 1. Schk. hand. t. 299. Sibt. flor. gr. t. 947. Ann. des scienc. nat. 19. 13. Nees gen. 4. 69. Patria eius India orientalis unde in Europam austr. migravit. Fl. vere exeunte. In rupestribus circa nic. e Croveja locis umbrosis inter diffractos lapides.

## 625. AGRIMONIA

### a. *Calyce simplici.*

EUPATORIA. A. *Foliis caulinis pinnatis calyce simplici floribus spicato-racemosis caulibus erectis.*

A. odorata. Ait kew. ed. 1. 2. 150. est var. *tubo calycis haemisphaerico ad medium tantum sulcato aculeis exterioribus deflexis foliis subtus glanduliferis.* Ic. Barrel. ic. 611. Zannich. ist. t. 234. Savi. mat. med. t. 7. Lam. ill. t. 409. f. 1. Svens. bot. t. 99.

Bull. herb. t. 220. Plenck. ic. t. 564. Curt. lond. 5. t. 32. ed. Grav. 4. t. 61. Woodw. sup. 1. 258. Mart. flor. rust. t. 57. Flor. dan. t. 588. Ger. em. 712. Engl. bot. t. 155. Schk. hand. t. 128. Matth. com. 655. f. 1. Moris. s. 5. t. 34. f. 1-3. Bah. hist. 3. 398. Chabr. sciagr. 472. f. 3. Fuchs. hist. 244. Lob. ic. 692. f. 2. Dodon. pempt 28. f. 1. Camer. epit. 756. Dalech. lugd. 1251. f. 1. Tabernam. ic. 116. f. 2. Trag. hist. 514. Valerian. Cord. hist. 169. Hayne 2. 19. Dreves. 3. 91. Schrank. flor. mon. t. 215. Sturm. deut. fl. 14. 59. Dietr. flor. bor. t. 410. Baxter. brit. bot. t. 88. Wight. ic. Ind. or. 1. t. 224. Schubert naturges. t. 24 f. 3. Herba perennis hirsuta usque bipedalis radice longissima crassa aequali ferruginea caule erecto simpliciusculo angulato foliis alternis interrupte pinnatis foliolis inaequalibus ovatis dentatis impari petiolato maiore floribus spicato-racemosis elongatis pedunculatis pedicellis brevissimis apice articulatis basi apiceque bracteatis corollis luteis odoratis antheris croceis. Fl. aest. Vulgaris in arvis, pascuis, oris fossarum et agrorum marginibus. Herba leniter aromatica adstringens infirmitati viscerum abdominalium succurrit ideo cum herbis Erythreae Centaurii et Verbenae officinalis optima in febribus intermittentibus atque obstructionibus viscerum. Extractum eius cum extr. Saponariae officinalis et pauxillo Rhei, et Mirrhae medetur fluori albo mulierum et mictioni quae noctu in lecto fit ab infantibus et adolescentibus, quod iam innuerat Montagnana. Ulcus vesicae sanavit Chomel decocto eius in vesicam iniecto. Quod et de ulceribus vaginae, ani, uteri dicendum est. fateor tamen meliora et certissima remedia medicinam homiopaticam suppeditare, quibus eiusmodi morbos, atque etiam ani fistulam vetustam cito, tuto et iucunde sanavi. In haemorhagiis quae a virium infirmitate sunt optimum remedium esse veteres scripserunt, quod omnino verum esse experiundo comperi. folia si ulceribus atonicis imponantur, sanant ea. Herba eius cum herba Sysymbrii officinalis in aqua infusa omnino sanat catarrhum diuturnum dummodo absint scrophula et ulcus.

aa. *Calyce duplici exteriore 8-12 dentato.*

2. AGRIMONIOIDES. A. *Foliis caulinis ternatis fructibus glabris calyce duplici floribus corymbosis corymbis terminalibus paucifloris caulibus decumbentibus.*

Aremonia. Nek. elem. n. 768. Spallanzania Pollin. fas. 1. 10. t. 1. f. 1. Auconia. Nestl. Ic. Barrel. ic. 612. Columb. ecphr. 1. 144. Sibt. fl. gr. t. 458. Moris. s. 3. t. 54. f. 4. Roem. fl. eur. 4. t. Sturm. deut. fl. 14. 59. Flores hexandri flavi pauci vix ultra sex. Caules demum ascendentes. Radix lignosa crassa ferruginea. Herba humilis vix spithamea. folia radicalia interrupte pinnata 2-3iuga impari maiore. pinnae ovatae dentatae villosae. Fl. aest. In Apennino *Liguriae orient.* locis umbrosis soli aversis et ad septentrionem positis.

## 626. RESEDA

a. *Foliis indivisis.*

b. *Capsula 4-dentata 3loculari: sepalis petalis stylisque 5.*

1. SESAMOIDES. R. *Glabra foliis linearibus obtusis crassiusculis capsulis sub-4-dentatis dentibus reflexis.*

Astrocarpus. Reich. ic. cent. 12. t. 99. f. 4441. var. *foliis subrotundo-spathulatis.* Ic. Clus. hist. 1. 295. f. 2. Lob. obs. 190. f. 4. eiusd. ic. 1. 335. f. 2. Gessn. ic. t. 8. f. 66. All. pedem. t. 88. f. 3. Cand. ic. plant. Galliae rar. t. 40. Lam. ill. t. 410. Ann. du Mus. 18. 21. Radix perennis. Caules caespitosi a basi ramosi vix dodrantales. folia radicalia rosulata longe petiolata lanceolata vel spathulata, cetera linearia. ludunt tamen ut radicalia. Cor. alba calycem valde superans, laciniae spathulatae. Fl. vere exeunte. Locis saxosis, apricis in agro *aquensi* circa *Mizuse* et la *Ca' di Prà*: in *Liguria.*

bb. *Capsula uniloculari 3dentata, sepalis 4, petalis 5, stylis 5.*

2. LUTEOLA. R. *Glabra foliis lan-*

*ceolatis integris basi utrinque unidentatis.*

Ic. Camer. epit. 336. Arduin. mem. 1. 83. t. 16. Lob. observ. 190. f. 3. Eiusd. ic. 5. 3. f. 1. Bah. hist. 3. 465. f. 2. Chabr. sciagr. 484. f. 1. Trag. hist. 362. Dodon. pempt. 80. Svens bot. t. 82. Engl. bot. t. 320. Flor. dan. t. 864. Reich. ic. f. 4442. Mem. de l'Inst. 1830. 3. Ann. scienc. nat. 17. 14. Schk. handb. t. 129. Dreves. 3. 99. Dietr. flor. bor. t. 420. Schubert. naturges. t. 24. f. 5. Radix annua vel biennis. Caulis erectus sulcatus fistulosus usque tripedalis superne ramosus ramis alternis. flores luteoli subsessiles glomerati. laciniae calycis lanceolatae obtusae margine membranaceae. petala usque quinque supremo maiore multifida lateralibus trifidis infimis indivisis. capsulae dentes erecti; semina reniformia demum fusca laevia. Fl. aest. In viis, muris, ruderatis collium calidiorum; agri *Montisferrati. astens. ligur.* agro *nic* in collibus di *Maggiora*, *Boca*, *Gonzano* etc.

aa. *Foliis subdivisis, capsulis tridentatis calycibus 6-partitis, petalis 6, stylis 3.*

b. *Calycibus corollam aequantibus.*

3. ODORATA. R. *Foliis lanceolatis obtusiusculis integris trifidisque calycibus sexpartitis laciniis reflexis corollam aequantibus capsulis tridentatis.*

Ic. Mill. dict. t 217. Curt. bot. mag. t. 29. Bot. regist. t. 227. Spach. suites. t. 129. Reich. flor. germ. 2. 99. Henslow. tr. Cambr. soc. 5. 1. 2. Caulis usque pedalis ramosus ramis alternis striatis foliaque sparse pilosa pilis raris longis. capsula virens ventricosa. antherae rubrae. semina reniformia tumida demum fusca granulato-corrugata. Biennis etiam perennis. Floret toto anno. ubique culta et spontanea facta in hortis et circa eos. Amat solum pingue saxosum arenosum calidum. odit terram rubricosam, et humidam. Lubentius vivit libera in horto, malignius in ollis. suavissimum odorem spirat medium inter Violam et flores Vitis viniferae. Patria eius Africa borealis praesertim *Aegyptus* in *Delta*. esse hybridam Res. Phyteumatis Lin. suspicatur. Amoen. acad. 3. 51.

bb. *Calycibus corolla demum valde longioribus maximis.*

4. PHYTEUMA. R. *Foliis inferioribus spathulatis indivisis superioribus subdivisis calycibus sexpartitis in fructu auctis maximis capsulis tridentatis oblongo-clavatis obtusangulis caule diffuso.*

Ic. Bah. hist. 3. 586. Chabr. sciagr. 456. f. 6. Column. ecphr. 239. Dalech. lugd. 1198. f. 1. mala. calyces enim non aucti sunt. Jacq. a. t. 132. Reich. ic. f. 4445. Lam. ill. t. 460. Gaertn. fruct. t. 76. Caules caespitosi ramosi angulati usque pedales. Cor. alba brevior calyce. petala sex duobus inferioribus indivisis angustis superioribus multifidis. capsula ovoidea inflata hexagona angulis scabridis. semina ut prioris. facies eius. Fl. vere, aest., aut. In collibus et vinetis apricis, lapidosis *Liguriae* agri *nic. astens. dertbonens. segus. Montisferrati* etc.

aaa. *Foliis pinnatis pinnatifidisque.*

b. *Capsulis tridentatis calycibus sexpartitis petalis sex stylis tribus foliis imis simplicibus.*

5. LUTEA. R. *Foliis imis simplicibus superioribus trifido-subpinnatis supremis trifidis decurrentibus ambitu triangularibus calycis laciniis linearibus petalis superioribus trifidis caule diffuso capsulis brevi tridentatis.*

Ic. Bonan. panph. t. 40. Dalech. lugdun. 1199. Pluk. phyt. t. 55. f. 4. Lam. ill. t. 410. f. 1. Bull. herb. t. 386. Jacq. a. t. 355. Engl. bot. t. 321. Reich. ic. fig. 4446. Baxter. brit. bot. t. 15. Dict. des scienc. nat. t. 187. Dietr. flor. bor. t. 778. Caules caespitosi angulati ramosi adscendentes usque bipedales plerumque humiliores. flores luteo-viriduli. petalum imum indivisum lateralibus bifidis supremis trifidis calyce vix maioribus laciniis lateralibus semilunatis maioribus. capsula oblonga suclavata trigona papilloso-scabra. semina reniformia demum nigra laevia nitida. Fl. vere et aest. In collibus calidioribus, arenosis, lapidosis, in alveis fluviorum, amnium, torrentium etc.

bb. *Capsulis quadridentatis, calyce quinque partito, petalis 5, stylis 4, foliis omnibus pinnatis.*

6. ALBA. R. *Glabra foliis omnibus impari-pinnatis laciniis oppositis vel alternis planis undulatisve margine cartilagineo-scabris petalis omnibus trifidis floribus 4-gynis capsularum dentibus recurvis.*

R. myriophylla. Tenor. neap. 4. 258. R. suffruticulosa. L. spec. 645. Jacq. ic. rar. plant. 3. t. 474. Engl. bot. t. 2628. Reich. ic. fig. 4449. R. undata. Cand. fr. 4726. forte etiam L. sp. Reich. ic. fig. 4447. Ic. Barrel ic. 587. Boccon. sic. t. 41. f. 3. Lob. advers. 76. eiusd. obs. 110. Dalech. lugd. 1199. Sibt. fl. gr. t. 459. Reich. ic. f. 4448. Wight ill. t. 15. Caules caespitosi angulati ramosi inferne crassiusculi ut plurimum humiles, cum luxuriant usque tripedales. petala alba calyce longiora. semina reniformia flavida corrugato-scabra. capsula forma varia. Fl. vere, aest. aut. In agro *nic.* locis lapidosis, macilentis, sterilibus.

## 627. SEMPERVIVUM

Herbae crassae perennes caulibus basi surculiferis surculis proximo anno in plantas distinctas mutatis apice gerentibus hybernacula floribus brevibus rosaceo-congestis globosis, vel patentibus thyrsoideis vel cymosis.

a. *Propaginibus globosis: cor. polypetala stellatim patente.*

b. *Petalis aureis.*

1. GLOBIFERUM. S. *Propaginibus globosis demum patulis foliis obovato-cuneatis lanceolatisve mucronatis ciliatis caule folioso villoso nectariis lamelliformibus erectis subquadratis petalis linearibus serrato-ciliatis apice subulatis staminibus subvigenis.*

S. Wulfeni. Hop. ap. Koch. syn. 289. Sturm. d. fl. 25. t. 14. B. m. t. 215. S. soboliferum. Bot. mag. t 1457? Schmid. ic. t. 26. Ic. Jacq. a. ap t. 40. Moris. s. 12. t. 7. f. 18. Bah. hist. 3. 688. Mutel. fl. fr. t. 20. f. 124. Reich. ic f. 1151. Caulis spithameus crassiusculus inferne glaber. folia superiora pubescentia pilis glanduliferis. cyma terminalis trifida. sepala hirta. petala hispida. flores grandiusculi. pedicellati. Fl. aest. In montibus di *Corio* et di *Gros Caval*: in agro *segus.* circa urbem etc.

bb. *Petalis roseis.*

2. ARACHNOIDEUM. S. *Propaginibus globosis foliis glanduloso-pubescentibus ciliatis rosularum obovalis trigonis apice barbatis filo nexis petalis lanceolatis acutis nectariis squamiformibus truncatis.*

S. pumilum. Tenor. viag. 69. Ic. Sturm. deut. fl. 4. 23. t. 14. Column ecphr. 1. 291. Schk. hand. t. 130. Barrel. ic. 391. Cand. pl. gras. t. 106. Jacq. aust. ap. t. 42. Moris. s. 12. t. 8. f. 41. Caulis vix spithameus. aestate fila folia nectentia diffluunt. flores cymosi maiusculi pedicellati. sepala lanceolata puberula. petala rosea, carina rubra. Fl. aest. Vulgare locis aridis, arenosis, lapidosis. sterilibus, collinis montanis alpinis. Ego legi sulla *Bessa* supra *Mongrando* in agro *bug.*

aa. *Propaginibus patulis.*

b. *Corolla hexapetala campaniformi alba vel ochroleuca.*

3. HIRTUM. S. *Propaginibus decidentibus cito patulis primum subglobosis foliis ciliatis omnibus lanceolatis acuminatis caulinis subcordatis floribus dodecandris petalis elongatis apice hirsutis nectariis lamelliformibus erectis subquadratis.*

S. soboliferum. Simps. bot. mag. t. 1457. S. arenarium Koch. syn. 291. Ic. Cand. pl. gras. t. 107. Schmid. ic. t. 17. All. fl. ped. t. 65. f. 1. mala. Jacq. a. t. 12. Sturm. deut. fl. 8. 30. Caulis spithameus cyma trifida. flores maiusculi pedicellati. sepala hirta. petala longa apice hirsuta. Fl. aest. In valle *Augustae Praetoriae* et *Col di Cogne*: in alpibus di Ussey: in montibus di *Tenda*: in alpibus prope thermas *Valderias* alla *Fontana d'oro* etc. etc.

bb. *Cor. polypetala stellatim patente rosea.*

c. *Caule foliisque imis glabris: staminibus 12.*

4. TECTORUM. S. *Propaginibus patulis foliis lanceolatis ciliatis superioribus pubescentibus rosularum o-*

*bovato-oblongis caule folioso superne villoso nectariis cuneiformibus subcarnosis glanduliformibus.*

Sedum. Scop. carn. 1. 325. Ic. Matth. com. 709. f. 1. Dodon. pempt. 127. f. 2. Lob. ic. 373. f. 2. Bah. hist. 3. 687. f. 1. Moris. s. 12. t. 7. f. 41. Chabr. sciagr. 548. f. 5. Durant. herb. 425. Cand. pl. gras. t. 104. Svens. bot. t. 260. Plenck. ic. t. 372. Engl. bot. t. 1320. Flor. dan. t. 601. Curt. lond. 5. t. 29. ed Grav. 3. t. 81. Sturm. deut. flor. hef. 25. 1. 10. Fl. med. t. 208. Schmid. ic. 53. 54. Baxter. brit. bot. t. 401. Hayne. 6. 44. Dietr. flor. bor. t. 417. Schubert naturges. t. 24. f. 1. Caulis non raro usque pedalis apice ramosus. folia rosularum ovato-oblonga. cyma bis bifida subspicata floribus superne secundis. flores grandiusculi. calyx hirtus pilis glanduliferis. petala lanceolata breviuscula rosea margine carinaque puberula. petala non numquam rubro-striata sunt, carina virente. Fl. aest. Patria eius scopuli montani, et alpini: homo transtulit super tecta forte ob usum domesticum ad clavos pedum emolliendos in quo optimum est. In domestico stamina plerumque in capsulas mutantur.

cc. *Caule foliisque hirsutis staminibus subvigenis.*

3. MONTANUM. S. *glanduloso-pubescens propaginibus patulis intus conniventibus foliis lanceolatis villosis petalis lineari-lanceolatis acuminatis elongatis nectariis lamellatis sub quadratis erectis.*

S. Clusianum. Tenor. neap. 4. 268. t. 233. f. 1. S. Funkii Braunn. Koch in bot. zeit. 15. 1. par. 1. t. 1. Ic. Barrel. ic. hibernac. et 574. Clus. hist. 2. 64. Cand. pl. gras. t. 105. Jacq. a. ap. t. 46. Sturm. deut. flor. hef. 23. t. 15. Dict. scienc. nat. t. 201. Schmid. ic. 72. Gaertn. fruct. t. 65. Spach. suites. t. 37. Minus priore. Caulis vix dodrantalis cano-tomentosus. folia ima et propaginum glabra cetera villosa villis glanduliferis. cyma piloso-glanduloso-viscida. petala purpurea vel rosea, carina rubra. Fl. aest. Vulgare in pascuis saxos.s et ad vias in alpibus et montibus.



## 628. CERATOCEPHALUS

FALCATUS. Pers. ench. 1. 346. C. *Herba annua vix bipollicaris lanata foliis omnibus radicalibus primordialibus linearibus ceteris petiolatis palmatis laciniis linearibus bi-trifidis vel dichotomis acutis breviusculis scapis caespitosis unifloris petalis obovatis integris luteis calycem valde excedentibus fructibus spicatis turgidis superne bilobis longe rostratis rostro compresso lanceolato acuminato sursum falcato supremis rectiusculis.*

Ranunculus. L. sp. 781. Jacq. a. t. 48. R. testiculatus. Crant. a. 2. 97. Ceratocephala spicata. Moench. meth. 218. Ic. Barrel. ic. 575. et 576. f. 2. Boccon. sicul. t. 14. f. 2. 3. Lob. advers. 11. Mor. s. 4. t. 28. f. 22. Reich. ic. fig. 4570. Dalech. lugd. 420. fig. 1. omnino mala. Bullet. mosc. 1832. 1. 7. Herba aliquando glabriuscula. Fl. vere. Inter segetes in collibus calidioribus.

## 629. ISOPYRUM

THALICTROIDES. J. *Herba perennis glabra dodrantalis radice repente fibris fasciculatis caule inferne nudo squamato foliis triternatis foliolis obtuse lobatis radicalibus 1-2 longe petiolatis caulinis basi stipulato-auriculatis supra laete virentibus subtus glaucis pedunculis filiformibus solitariis unifloris sepalis albis obtusis capsulis subternis supra curvo-marginatis subfalcatis.*

I. aquilegioides L. sp. 783. excl. syn. Bah. Helleborus thalictroides. Lam. enc. 3. 98. Ic. Mentz. pugil. t. 8. Barr. ic. 480. Boccon. mus. t. 79. f. 1. mala. ic. Barrelieri. Clus. hist. 1. 233. f. 1. Dalech. lugd. 821. f. 2. mala. Moris. s. 4. t. 28. f. 12. est ic. Clus. et s. 12. t. 1. f. 5. est ic. Mentz. Jacq. a. t. 105. Reich. ic. fig. 4728. Radix aliquando grumosa. folia caulina subsessilia. Fl. aest. In montibus *Sabaudiae*: in montibus *vallis Sessitis* versus *Scopa* et *Alagna* in sylvis umbrosis.

## 650. AMYGDALUS

a. *Drupa coriacea oblonga dehiscente.*

1. COMMUNIS. A. *Foliis lanceolatis basi glanduloso-serrulis floribus sessilibus geminis drupis oblongis coriaceis dehiscentibus.*

Ic. Lam. ill. t. 430. Duham. arbr. ed. nov. 4. t. 29. ed. 1. t. 1. t. 7. et pag. 47. Matth. com. 210. Ludw. ect. t. 177. Knor. del. 1. t. M. 1. Blackw. t. 105. Mill. ill. t. 28. f. 1. Trag. hist. 1089. Camer. ep. 169. Lob. ic. 2. t. 140. f. 1. Dodon. pempt. 798. f. 1. Dalech. lugd. 317. f. 1. Tabern. ic. 996. f. 2. Bah. hist. 1. 174. f. 1. Chabr. sciagr. 12. f. 3. Hayne 4 39. Guimp. fr. H. 141. Guimp. et Schl. 6. Nees. dusseld. t. 311. 312. Wagner. 1. 2. 27. 28. Woodw. bot. med. t. 183. Bot. regist. t. 1160. Schubert naturges. t. 25. f. 3. Arbuscula notissima, Asiae minoris, Africae borealis, et Graeciae incola iam a Catonis censoris temporibus romanis nota apud nos ubique culta. Nuces vel amarae vel dulces sunt. est varietas putamine molli, quae in plagis calidioribus colitur; apud nos enim fructus non perficit. Amygdalae dulces mensarum nostrarum delicium emulsionibus parandis aptissimae et oleum suppeditant dulce et blandum utilissimum ad alvum laxandam. Ideo in alvo clausa et dura, et colicis doloribus si recens est, utilissimum est. In inflammationibus pectoris optime cum gummi arabico et saccaro et aqua exhibetur. Infantibus vix natis meconium blande subducit. Recens parari debet cum facile rancidum fiat Amygdalis amaris utuntur homiopathici in omnis generis nervorum distensionibus praesertim epilepsia diuturna maxime si cum pulsibus infirmis iuncta est, et raucedine cum faucium titillatione. Fl. febr. et martio. flores carnei. Abunde culta in agro *nic.* et *valle Augustae Praetoriae.*

aa. *Drupa cordata-subrotunda molli eduli indehiscente.*

2. PERSICA. A. *Foliis lanceolatis argute serratis floribus subsessilibus solitariis drupa cordato-subrotunda molli eduli indehiscente.*

Arbor ubique culta ob fructus gratissimos et saluberrimos. videtur ab antiquissimis temporibus ex Persia et Media in Europam migrasse. folia in vino infusa febrem intermittentem fugant et vermes interficiunt. flores eadem virtute pollent. Patria pharmacopea syrupum parat alvo laxando aptissimum. Ic. Matth. com. 192. fig. 1. Camer. epit. 144. 145. Fuchs. hist. 601. Lob. ic. 2. t. 139. f. 2. Dod. 796. f. 1. Dalech. lugd. 293. f. 1. Tabernam. ic. 994. f. 1. 2. Bah. hist. 1. 157. f. 1. Chabr. sciagr. 11. f. 1. Lam. ill. t. 430. Bouss. bot. t. 45. 46. Guimp. fr. H. t. 140. Hayne. 4. 38. Wagner. 39. Woodw. med. bot. t. 184. — var. Bot. regist. t. 1586. Journ. hort. soc. t. 515. — flore pleno. Lem. Jard. fl. 328. Engelmann anthol. t. Icc. varr. plerarumque vide apud Duhamel, aliosque.

## 651. PRUNUS

a. *Pedunculis solitariis.*

1. SPINOSA. Pr. *Foliis oblongis crenulatis subtus pubescentibus ramis spinosis fructibus subglobosis*

Ic. Matth. com. 206. f. 2. Lob. ic. 2. t. 176. f. 1. Dodon. pempt. 755. f. 1. Dalech. lugd. 130. f. 1. Tabernam. ic. 992. f. 1. Bah. hist. 1. 193. f. 1. Trag. hist. 1016. Fuchs. hist. 404. Ger. em. 1497. Engl. bot. t. 842. Woodw. med. bot. t. 84. Flor. dan. t. 926. Blackw. t. 494. Svens. bot. t. 151. Plenck. ic. t. 380. Duham. arb 2. t. 40. ed. nov. 5. t. 51. f. 1. Schk handb. t. 132. Hayne 4. 44. Hartig. 92. Sturm. deut. fl. 5. 9. Schr. fl. mon. t. 157. Nees duss. t. 319. Gum. et Schl. 24. Wagner 76. Fructus nigri glauco-pruinosi adstringentes. Folia serrata, serraturis ductu excretorio terminatis. Radix repens cortice rubro. Arbuscula vulgatissima in dumetis et sepibus infesta agris, quos radice sua pervadit, sed effossa et translata difficillime vivit. Cortex radicis pulveratus valde adstringit et viscera roborat, et febres intermittentes quartanam praesertim et rebellem sanat;

si in aegro debili cachetico est. Decoctum eius etiam utilissimum est in sanguinis fluxibus atonicis, diarrhoea, et dysenteria, omnibus profluviis mucosis praecipue fluore albo mulierum si a virium infirmitate pendent. Unde vermes abigit praesertim Taeniam radici Puniche Granati forte suppar. Medici homiopathici experimentis suis virtutem eius in diarrhoea confirmaverunt maxime si iungitur cum intestinorum doloribus. in hydrope ascite praesertim ovariorum, quibus tamen fateor me frustra adhibuisse. In disorexia, meteorismo et tracheae titillatione.

aa. *Pedunculis geminis.*

b. *Foliis ovatis, fructibus glabris.*

c. *Crenatis subtus subpubescentibus fructibus ellipticis.*

2. DOMESTICA. Pr. *Foliis ovalibus crenatis subtus subpubescentibus fructibus ellipticis.*

Ic. Matth. com. 206. f. 1. Fuchs hist. 403. Lob. ic. 2. t. 176. f. 2. Dodon. pempt. 803. f. 1. Dalech. lugd. 314. f. 1. Tabernam. ic. 990. f. 1. Bah. hist. 1. 184. f. 1. Chabr. sciagr. 12. f. 4. Engl. bot. t. 1783. Blackw. t. 509. Lam. ill. t. 432. Rouss. bot. t. 43. 44. Woodw. bot. med. t. 187 Gaertn. fruct. t. 93. Svens. bot. t. 193. Hayne 4. 43. Hartig. 94. Nees dusseld. t. 318. Guimp. et Schl. t. 62. Wagner. 70. — var. Fl. des serres 4. t. 396. 397. Schubert naturgos. t: 23. f. 4. varr. innumerae culta ortae sunt cuius descript. et icc. vide apud Duham. et hortulanos. Fl. martio et aprili Julio fructus maturi sunt. pulpa dulcis vel acidula refrigerat alvumque blande subducit: gratissima et saluberrima est praesertim aestate in alvi fluxibus et febribus saburralibus maxime si vires incitatae sunt, et inflammatio subest.

cc. *Foliis duplicato-serratis utrinque glabris fructibus subglobosis.*

3. BRIGANTIACA Vill. delph. 3. 535. Pr. *Foliis subrugosis ovatis acuminatis duplicato-serrulatis utrinque glabris nervis venisque villosis petiolis subglandulosis fructibus subglobosis glabris nucibus compressis.*

Ic. Duham. ed. nov. 5. t. 59. Arbuscula usque decempedalis. petioli basi bracteati bracteis angustis laciniatis ciliatis ciliis apice glandulosis. Flores albi 2-4 terni fasciculati. fructus parvi luteoli non edules. Fl. vere. In valle *Queiras* atque inter *Oulx* et *Cesane.*

bb. *Foliis oblongis subtus villosiusculis fructibus globosis glabris.*

4. INSITICIA. Pr. *Foliis oblongis utrinque attenuatis serratis subtus villosiusculis ramis spinescentibus fructibus globosis.*

Ic. Engl. bot. t. 841. Blackw. t. 505. Duham. arb. 2. t. 41. Hartig. 95. Arbuscula plusquam decempedalis. Fl. albi. fructus violaceo-coerulei glauco-pruinosi. Culta fructus maiores fert in sero autumno maturos austeros tamen gratos et salubres. Apud nos agricolae vocant *Brigne da malave.* Fl. martio, aprili. Ad sepes in vallibus di *Bardoneche, Cesane,* et *Queiras*: in sepibus *Sarzanae*: etiam heic Verroni in sepibus circa hortos. Verum forte ex hortis migravit cum radicem repentem et gemmiferam ferat.

bbb. *Foliis subcordatis utrinque glabris fructibus cordato-subglobosis pubescentibus.*

5. ARMENIACA. Pr. *Foliis subcordato-oblongis acuminatis glanduloso-serratis utrinque glabris floribus subsessilibus fructibus cordato-subglobosis pubescentibus.*

Armeniaca vulgaris. Pers. Ic. Loisl. in Duham. arb. ed. nov. 5. t. 49 et t. 50. f. 6. Matth. com. 192. f. 2 Lob. ic. 2. t. 177. f. 2. Dodon. pempt. 797. f. 1. Dalech. lugd. 297. f. 1. 2. Tabern. ic. 993. f. 1. 2. Bah. hist. 1. 167. f. 1. 2. Park. 1. 12. Chabr. sciagr. 11. f. 3. et 4. Icc. varr. cultarum vid. apud Duham et hortulanos. Patria eius Persia borealis, et Armenia qua in Europam migravit. Ubique culta atque omnibus nota. Nascitur etiam spontanea sed ex nuculis deiectis. Nullo modo indigena est. Fl. martio. Julio fructus maturi sunt. Caro eorum aurea mollis fragrans, gratissima saluberrima, et mensarum nostrarum delicium.

aaa. *Pedunculis subumbellatis.*

b. *Foliis subtus pubescentibus basi biglandulosis.*

6. AVIUM. Pr. *Foliis ovato-oblongis serratis basi biglandulosis subtus pubescentibus ramulis binis floriferis fructibus globosis.*

Cerasus. Moench. meth. 672. Ic. Matth. com. 188. f. 3. 4. Tabern. ic. 986. f. 2. Blackw. t. 425. Ludw. ect. t. 108. Bah. hist. 1. 220. f. 1. Chabr. sciagr. 15 f. 6. mala. Flor. dan. t. 1647. Svens. bot. t. 205. Hartig. 91. Lam. ill. t. 432. Arbor vulgaris in sylvis nostris. In montibus procera in planitie vites tutatur et sustinet. Radicem neque repentem habet neque gemmiferam. varr. optimas cultu ortas vide ap. hortulanos.

bb. *Foliis utrinque glabris basi nudis.*

7. Cerasus. Pr. *Foliis ovato-lanceolatis serratis utrinque glabris ramulis annotinis floriferis fructibus globosis.*

Huc Cerasus duracina, iuliana et Caproniana. Cand. fr. 4. 482-3. forte est var. prioris. Varietatem fructibus maioribus et dulcioribus ex Cerasunte et Asia minore Italiam intulit Lucullus victo Mithridate. Varr. plurimae profluxerunt ubique cultae amat. terras arenosas praesertim collium. Radicem habet repentem et gemmiferam. Ic. Matth. com. 788. f. 1. Fuchs. hist. 425. Lob. ic. 2. 170. f. 1. Dodon. pempt. 808. f. 1. Dalech. lugd. 311. f. 1. Taqern. ic. 985. f. 1. 2. Bah. hist. 1. 288. f. 1. Chabr. sciagr. 14. f. 4. Blackw. t. 449. Duham. arb. 2. t. 56. Folia tactu viscida nitentia conduplicata. stipulae dentatae. bracteae trifidae serratae intermedia foliacea. Gemmae terminales foliosae, laterales floriferae Lin.

aaa. *Pedunculis racemosis.*

b. *Racemis corymbosis erectis.*

8. Mahaleb. Pr. *Foliis subcordato-ovatis serrulatis subtus subpubescentibus floribus terminalibus racemoso-corymbosis fructibus ovato-subrotundis nigris.*

Cerasus. Mill. dict. n. 4. Loisl. in nov. Duham. 5. t. 2. Ic. Bah. hist. 2. 227. f. 1. Matth. com. 188. f. 2. Camer. epit. 91. Lob. ic. 2. t. 155. f. 1. Tabern. ic. 989. f. Chabr. sciagr. 16. f. 1. Plenck. ic. t. 382. Jacq. a. t. 227. Trattin arch. t. 255. Hartig. t. 88. Arbor mediocris ramis sparsis patulis senio subpinescentibus. Cor. alba parva petalis venosis. fructus parvi oblique acutati. Fl. primo vere. In sylvis montanis et subalpinis: in agro *segus.*, in valle *Augustae Praetoriae*: in alpinis di *Vegezzo*, et *Formazza*: in monte *Musinè* etc. Vulgare in alpibus et montibus nostris. Lignum durum ponderosum obscure rubrum torno aptum. fructus austeri, ingrati.

bb. *Racemis simplicibus pendulis.*

9. Padus. Pr. *Foliis oblongis duplicato-serratis subrugosis petiolo glanduloso racemis pendulis elongatis cylindricis fructibus globosis parvis nitidis rubris demum nigris.*

Cerasus. Cand. fr. 4. 580. Padus vulgaris. Host. a. 2. 4. Padus avium. Moench. Gessn. ed. Schmid. t. 19. f. 170. Dalech. lugd. 1. 312. f. 3. Tabernam. ic. 988. f. 1. Dod. pempt. 777. f. 1. Bah. hist. 1. 228. f. 1. Chabr. sciagr. 16. f. 2. Svens. bot. t. 121. Plenck. ic. t. 381. Engl. bot. t. 1383. Flor. dan. t. 205. Hartig. t. 87. Hayne 4. 40. Schrank. flor. mon. t. 154. Nees. duss. t. 315. Dav. Dietr. deut. fl. 2. t. 39. Arbor mediocris aliquando tamen usque 50pedalis plerumque humilior. Sed si educatur omnino procera fit. Cortex neutiquam rubidus sed viridi-cinereus albo-punctatus. Flores albi parvi speciosi suaveolentes antheris rubentibus. tota planta odorem spirat gravissimum Laurocerasi cui virtute sua suppar est. Fl. primo vere. Vulgaris in sepibus et sylvis montanis et subalpinis. Agricolae vocant *Puta.* Apud nos in planitie non raro agricolae ei maritant vites loco Cerasi vel Aceri campestris. Decocto corticis eius Fennones syphillidem sanare scribit Linnaeus. Verum nisi coctione principium venenatum aufugiat dubito magna dosi intus adhiberi posse. Acidum hydrocyanicum procul dubio magna dosi continet ut adfinis eius Pr. lauro. cerasus.

Cortex eius sanat febres intermittentes. Flores fragrantes odore marcotico nervorum turbas et distensiones compescunt. folia infusa prosunt in phtisi pulmonali florida et nimia incitatione cordis, et magnorum vasorum ut Laurocerasus. Virtus eius exploranda in spasticorum morborum principe, epilepsia, methodo praesertim homiopathica.

## 652. MYRTUS

COMMUNIS. M. *Arbuscula usque orgyalis caespitosa ramosissima ramulis rubescentibus tetragonis glandulosis foliis oppositis verticillatisve ovatis brevi petiolatis laevibus nitidis pellucido-punctatis pedunculis axillaribus solitariis unifloris floribus albis grandiusculis petalis rotundatis concavis obtusis subciliatis baccis ovatis obtusis umbilicatis demum nigris.*

Var. *baccis albis* — Ic. Garid. aix t. 70. (110) Clus. hist. 1. 66. Lam. ill. t. 419. Plenck. ic. t. 374. Loisl. in nov. Duham. 1. t. 43. Sibt. flor. gr. t. 475. Lob. ic. 2. 125. f. 2. Dodon. pempt. 772. f. 1. 2. Dalech. lugd. 237. fig. 1. 2. Tabernam. ic. 1054. f. 1. Bah. hist. 1. 512. fig. 1. Chabr. sciagr. 39. f. 1. Gaertn. fruct. t. 38. Hayne 10. 56. Ann. scienc. nat. 3. 20. 9. Schubert. naturges. t. 25. f. 1. Planta aromatica suaveolens adstringens unde tonica est et prodest in sanguinis fluxibus si a virium infirmitate sunt et in diarrhoea, et dysenteria et leucorrhoea. Vinum quo baccae infusae sint et folia etiam sicca cum aqua ferventi aut vino si inflammatio et teneritudo nervorum abfuerint nimios mulierum menses, et leucorrhoeam coercent. Fl. aest. In sepibus et sylvis in agro *nic.* et *ligustico*, praesertim litoribus maris et collibus qui mare prospectant.

## 653. CACTUS

OPUNTIA. C. *Articulato-prolifer articulis ovatis compressis spinis setaceis lanuginem aequantibus.*

Ic. Knor. del. 1. t. F. a. Mill. ic. 191. Lob. ic. 2. 241. Dodon. pempt. 815. Bah. hist. 1. 154. Matth. com. 221. f. 2. Chabr. sciagr. 10. f. 5. Flores sulphurei. Fructus rubri. Ex America ortus nunc spontaneus et copiosissimus vivit super rupibus circa *Eporediam* alibique. Fl. aest.

20*

## 654. PHILADELPHUS

CORONARIUS. Ph. *Arbuscula usque decempedalis caespitosa ramosa foliis oppositis ovato-oblongis acuminatis dentato-serratis apice callosis subciliatis floribus racemosis grandibus albis fragrantibus.*

Ic. Clus. hist. 1. 55. f. 1. Lob. ic. 2. t. 102. f. 1. Dodon. pempt. 778. f. 1. Dalech. lugd. 355. f. 1. Duham. arb. 2. t. 85. Lam. ill. t. 420. Gessn. op. ed. Schm. t. 20. f. 177. Targ. oss. bot. dec. 1. e 2. t. 4. f. 23. 20. 29. Schubert. naturges. t. 21. f. 9. Van. Spandonck choix etc. t. 9. Fl. vere exeunte. Ad sepes in *Monteferrato* et collibus *taurinens.* Ubique culta ob odorem citreum florum suavissimum. Apud nos venas, nervosque subtus pubescentes habet. Stylus profunde divisus ut digyna videatur.

## 655. PUNICA

GRANATUM. P. *Arbuscula mediocris ramosissima ramis demum apice spinescentibus foliis lanceolatis undulatis brevipetiolatis integerrimis laete viridibus glabris nitidis floribus terminalibus subsessilibus fasciculatis coccineis.*

Ic. Bah. hist. 1. 76. Chabr. sciagr. 3. f. 5. Dodon. pempt. 794. Dalech. lugd. 303. Matth. com. 184. Camer. epit. 130. 1. Rumph. amb. 2. t. 24. Loisl. in nov. Duham. 4. t. 11. Plenck ic. t. 376. Sibt. fl. gr. t. 476. Duham. arbr. 2. t. 44. et pag. 193. Schubert. naturges. t. 25. f. 2. Blackw. herb. t. 97. et t. 145. Rheed. hort. malab. 4. t. 13. Ludw. ect. t. 15. Woodw. med. bot. t. 190. Gaertn. fruct t. 38. Lam. ill. t. 415. Bot. mag. t. 1832. a. b. Guimp. et Schl. t. 89. Schk. handb t. 31. b. Hayne. 10. 35. Nees. dusseld. t. 300. Desc. ant. t. 35. Wight. ill. 97. 97 bis. — *fructus* acta scop. 2. 1. 11. Ann. scienc. nat. 3. 20. 10. — var. *nana* Bot. mag. t. 634. Lodd. bot. cab. t. 988. Fl. iunio. Vulgaris in collibus agri *nic.* et *ligustici*, *a-*

*stens. Montisferrati* etc. Culta ubique ob fructus et florum praecipue plenorum pulchritudinem. Veteres iam experientia edocti fuerunt multum valere in vermibus abigendis. Ideo fructus immaturos in vino per mensem infundebant quo dato vermes abigebant. Dioscorides disertis verbis decoctum radicis vermes planos (taenias) excutere et interficere scribit.

Nostrae aetatis medici experimenta renovarunt, et veterum documenta confirmaverunt. Valida adstringentia quae muci secretionem prohibent vermibus adversa sunt, nam dempto alimento vel moriuntur, vel secedunt. Quod non Punica tantum sed et Prunus spinosa, et Quercus, et Myrtus etc. faciunt. Specifica tamen Punica videtur vi agere in taenias, quas certo abigit. Medici homiopathici minima dosi idem morbi genus adgrediuntur felici omnino successu, quod et ego pluries expertus sum. Jam antiquitus Indos ad Taeniam excutiendam adhibuisse scriptum invenio. Tamen apud Rumphium (Amboin. 2. 94. 95.) talis usus non memoratur. In febribus intermittentibus conducere. Sed omnino meliora prostare omnes norunt.

## 636. SPIRAEA

Herbae perennes foliis compositis floribus albis.

a. *Floribus spicato-racemosis dioicis.*

Aruncus. Sp. *Foliis supra decompositis foliolis ovato-oblongis duplicato-serratis acuminatis glabris subtrifidis racemis terminalibus compositis spiciformibus paniculatis floribus dioicis petalis minimis capsulis 3-5 nitidis pendulis.*

Ic. Fuchs. hist 181. Trag. hist. 282. Dalech. lugd. 1080. f. 1. Tabernam. ic. 777. f. 2. Bah. hist. 3. 4881. Camer. hor. t. 9. Moris. s. 9. t. 20. fig. 2. Chabr. sciagr. 488. f. 6. Pallas. fl. ros. 1. t. 26. f. 1. 2. 3. Cambess. in ann. des scienc. natur. 1. 376. a. t. 15. f. 2. A. G. Radix crassa lignosa. Caulis erectus rubidus fistulosus superne ramosus et flexuosus usque 5-pedalis. Panicula speciosa maxima floribus numerosissimis. Petala calyce longiora folia exstipulata alterna ampla tripinnata foliolis magnis petiolatis solitariis ternatisque. Capsulae oblongae acutae saepe 1-spermae. Semina exigua linearia utrinque attenuata ferruginea glabra. Fl. vere. Ubique in sylvis.

aa. *Floribus cymosis.*

b. *Radice tuberculifera tuberibus filipendulis floribus hermaphroditis.*

2. Filipendula. Sp. *Foliis interrupte pinnatis multijugis foliolis lanceolatis inciso-serratis floribus cymosis hexapetalis polygynis capsulis 8-12 obtusis erectis hirtis.*

Ic. Clus. hist. 2. 201. f. 2. Fuchs. hist. 562. Trag. hist. 885. Lob. ic. 729. f. 1. Dod. pem. 56. f. 1. Dal. lugd. 782. f. 1. Moris. s. 9. t. 20. f. 1. Zannichel. ist. t. 225. Lam. ill. t. 439. f. 1. Cambess. l. c. t. 16. f. 1. A. G. 1. Matth. com. 575. f. 1. Camer. epit. 608. Ludvv. ect. t. 60. Blackvv. t. 467. Fl. dan. t. 635. Hook. in flor. lond. ed. Grav. 4. t. 58. Svens. bot. t. 154. Plenck. ic. t. 399. Engl. bot. t. 284. Baxter. brit. bot. t. 155. Sturm. deut. flor. 5. 18. Hayne 8. 30. Schrank. fl. mon. t. 92. Dietr. flor. bor. t. 488. Herba glabra. Caulis erectus simpliciusculus striatus bipedalis et ultra. Folia sessilia basi auriculata stipulata stipulis petiolo adnatis foliaceis semicordatis serratis amplexicaulibus. Foliola subduplicato-pinnatifida alterna suprema maiora impari trifido minoribus interpositis ramentaceis incisis cyma prolifera. flores maiusculi male olentes extus rubidi. Semina pendula. Fl. junio. Vulgaris in arvis, et pascuis et pratis exsuccis, macilentis, collinis rubricosis. Laudarunt veteres tubera radicis in calculo, leucorrhoea, diarrhoea et dysenteria. Quaè forte vera sunt. Cavendum tamen ne adhibeantur cum acutus est morbus et febris et inflammatio subsunt. Adstringens enim et austera planta est.

bb. *Radice non tuberculifera: floribus polygamis.*

3. Ulmaria. Sp. *Foliis interrupte pinnatis duplicato-serratis subtus tomentosis extremo maximo palmato 3-fido lateralibus indivisis cymis pro-*

*liferis capsulis 4-8 compressis acutis carinatis glabris incurvato-contortis.* Var. *Foliis subtus glabris.* Cambess. l. c. t. 16. f. 2. f. A-F. Ic. Clus. hist. 2. 198. f. 1. Tabernam. ic. 777. f. 1. Dod. pempt. 57. Lob. ic. 711. f. 2. Dalech. lugd. 1081. f. 2. Bah. hist. 3. 488. f. 2. Moris. s. 9. t. 20. fig. 1. pro 3. Engl. bot. t. 960. Flor. dan. t. 547. Blakw. t. 465. Ludvv. ect. t. 23. Chabr. sciagr. 489. f. 5. Svens. bot. t. 189. Dreves 1. 53. Schrank. flor. mon. t. 584. Hayne. 8. 31. Nees. dusseld. t. 307. Dietr. flor. bor. t. 268. Schubert. naturges. t. 25. f. 20. Caulis erectus valde foliosus usque 4 pedalis striato-angulatus fistulosus superne ramosus ramis rubidis vel simpliciusculus. Folia obscure viridia discoloria paucijuga stipulata stipulis liberis, radicalia caespitosa petiolata caulina sessilia basi utrinque auriculata ut in priore. Flores parvi odorati odore gravi non ingrato. Fl. aest. Amat loca uliginosa, spongiosa, humentia: in fossis pratorum et aquaeductibus, pratis humidis, oris lacuum etc. passim. Herba ut duo superiores austera et adstringens. Tamen specificum fere remedium esse in hydrope praesertim ascite audivi. Operarius e vico *Ponderano* apud *Bugellam* cum in Gallia esset et hydrope ascite laboraret decocto herbae recentis cito liberatus est urinis copiose fluentibus. Galli vocant *Reine des près.* et Dodon. l. c. *Regina prati.* Quod nullibi scriptum invenio. Flores tamen diureticos esse apud multos est.

## 657. MESPILUS.

a. *Floribus albis pentagynis terminalibus solitariis maiusculis.*

1. GERMANICA. M. *Foliis oblongis subdentatis subtus villoso-tomentosis floribus terminalibus solitariis subsessilibus pentagynis ramis spinosis fructibus 5-locularibus turbinatis.*

M. vulgaris. Reich. excurs. 630. Ic. Matth. com. 199. f. 2. Camer. epit. 154. Ger. em. 1453. Lob. ic. 2. t. 162. f. 1. 2. Dod. pempt. 801. f. 1. Dalech. lugd. 334. f. 1. Bah. hist. 1. 69. f. 1. Tabern. ic. 1034. f. 1. Chabr. sciagr. 2. f. 6. Gaertn. fruct. 2. t. 87. Duham. arb. 1. t. 3. ed. nov. 4. t. 38. Pallas flor. ross. t. 13. f. 1. Plenk. ic. t. 393. Engl. bot. t. 1523. Blackvv. t. 154. Ludvv. ect. t. 38. Labr. et Heg. ic. fas. 59. t. 4. Dict. scienc. nat. t. 243. Spach. suites 7. Baxter. brit. bot. t. 493. Hartig. t. 82. Schubert. naturges. t. 23. 8. van. Spaendonk choix etc. t. 5. Arbuscula usque 10pedalis spinosa culta inermis ramosissima ramis patulis sparsis tortuosis villosis cortice rubido-cinereo. Radix repens gemmifera. Folia mollia subsessilla sparsa aliquando integerrima etiam duplicato serrata dorso lanuginosa aliquando lanceolata. Flores maiusculi. styli tubaeformes. Laciniae calycis patulae lineares. Fructus globosi maiusculi segmentis calycinis foliaceis coronati inter illa depresso-concavi, superficie inaequali aspera ferruginea. Fl. aest. Vulgaris in sylvis collium: *Montisfer.* agri *astensis*, *aquensis*, *ligust.* etiam *bugell.* etc. Stirps ubique culta ob fructus optimos et salubres qui primum acerbi demum mitescunt atque hyeme desideratissimi sunt. Cultura fructus magni etiam maximi fiunt. Aliquando apyreni.

aa. *Floribus roseis trigynis parvis subracemosis racemis nutantibus.*

2. COTONEASTER. M. *Foliis ellipticis ovatisque integerrimis subtus tomentosis racemis paucifloris ramis inermibus fructibus unilocularibus subturbinato-globosis.*

M. tomentosa. W. sp. 2. 1012. M. eriocarpa Cand. 5. 532. Cotoneaster tomentosa Lindl. trans. soc. lin. 13. 101. est var. *fructibus lanatis foliis ovatis rotundato-obtusis floribus erectis subterminalibus subcorymbosis.* Crant. aust. t. 2. f. 1. — Pyrus nebrodensis. Guss. prodr. 1. 569. Coton. vulgaris Lindl. l. c. Engl. bot. t. 2713. Hock. flor. lond. ed. Grav. 5. t. 36. Ic. Bah. hist. 1. 73. f. 1. Clus. hist. 1. 60. fig. 2. Lob. ic. 2. t. 167. f. 2. Dalech. lugd. 199. f. 1. Chabr. sciagr. 3. f. 3. Pall. fl. ross. 1. t. 14. Svens. bot. t. 293. Fl. dan. t. 112. Guimp. holzievv. t. 71. Frutex orgyalis et ultra alterne ramosus ramis teretibus erecto-patentibus rubido-ci-

nereis iunioribus villosis. Folia sparsa subsessilia acuta vel obtusa aliquando retusa supra obscure virentia nitida. petala calyce vix longiora. filamenta incurva alba basi dilatata. antherae ovales albae demum ferrugineae. fructus magnitudine pisi coronatus laciniis calycinis carnosis primum viridis dein ruber demum niger. Folia floresque parvi. Fl. vere. Amat loca alpina, frigida, humida. In monte *Cenisio*: in montibus vallis *Augustae Praetoriae*, *vallis Sessitis et Ossulae* etc., etiam nostris.

## 638. CRATAEGUS

a. *Foliis indivisis sempervirentibus.*

1. Pyracantha. Pers. ench. 2. 37. Cr. *Foliis sempervirentibus oblongo-lanceolatis crenatis lucidis corymbis compositis pubescentibus dentibus calycis obtusis.*

Mespilus. L. sp. 680. Pall. fl. ros. 1. t. 13. f. 2. A. B. C. Ic. Lob. ic. 2. t. 182. f. 2. Dalech. lugd. 154. f. 1. Bah. hist. 1. p. 2. 51. f. 1. Chabr. sciagr. 52. f. 4. Barrel. ic. 874. Schk. handb. t. 135. Frutex quadripedalis et ultra caespitosus erectus ramosissimus ramis teretibus sparsis spinosis spinis validis alternis simplicibus rubentibus iunioribus pilosis. folia usque pollicaria glabra supra nitida obscure virentia subtus subtomentosa pallidiora. Flores albi parvi. Petala calycem valde excedentia integra obovata obtusa concava. Antherae rubidae demum ferrugineae. Fructus subglobosi parvi magnitudine pisi pulchre coccinei umbilicis villosis numerosissimi. Stirps pulcherrima praesertim hyeme, fructibus flammeis. Fl. vere exeunte. In *Liguria orientali* circa *Sarzanam* ad sepes: in *Sabaudia*: in sepibus, locis alpinis agri *novar.* etc. Culta in hortis ornamenti causa. ego legi in montibus Apenninis inter *Bononiam* et *Florentiam*.

aa. *Foliis trifidis deciduis.*

b. *Subcoriaceis glabris, lucidis, parvis, fructibus parvis.*

2. oxyacantha. Cr. *Foliis obovatis subrhombaco-cuneatis subcoriaceis glabris pinnatifido-flabellatis laciniis acute dentatis integrisque imis divaricatis floribus 1-3-gynis dentibus calycis triangularibus.*

Cr. monogyna. Jacq. a. t. 292. f. 1. Finger. in Linnaea. 4. 374. t. 3. f. 2. Cr. laciniata. Wallr. l. c. Blackvv. herb. t. 149. Bull. herb. t. 333. f. B. E. F. Cr. elegans Poir. etc. est var. *foliis subtus discoloribus stigmate peltato.* Flor. dan. t. 1162. Cr. kirt. styla Fingenr. l. c. 4. 372. t. 3. f. 1. Mespilus monogyna. Wallr. sched. 221. Mespilus oxyacantha. Gaertn. fruct. 2. t. 87. Engl. Bot. t. 2504. Duham. ed. nov. 4. t. 41. M. maroccana. Tenor. neap. 4. 275. M. triloba. eiusd. syllab. 242. M. polyacantha. Guss. suppl. 1. 154. Cra. oxiacanthoides Thuil. par. 245. Fl. dan. t. 334. var. *foliis obtuse trilobis crenatis utrinque concoloribus.* Ic. Lob. ic. 2. 200. f. 2. Dodon. pempt. 751. f. 1. Dalech. lugd. 136. f. 1. Trag. hist. 984. Taber. ic. 1035. f. 1. Bah. hist. 1. par. 2. 49. f. 1. Chabr. sciagr. 52. f. 3. mala. Jacq. a. t. 262. f. 2. Plenk. ic. t. 389. Fl. dan. t. 634. Svens. bot. t. 157. Finger. In Lin. 4. t. 3. f. 3. Schk. handb. t. 132. Schrank flor. mon. t. 97. Hartig. 84. Baxter. brit. bot. t. 118. Schubert. naturgesis. t. 25. f. 7. Arbuscula 5-10. pedalis et ultra cortice cinereo senio rimoso ramis sparsis patentibus spinosis. Folia petiolata firma aliquando integra. Corymbi terminales fastigiati. antherae roseae. Petala alba patentia concava obovata. fructus globoso-subellipticus demum pulchre coccineus. Vulgaris in sepibus et dumetis. Fl. maio. Flores aliquando rosei, praesertim in cultis. Folia aliquando subtus rubida.

bb. *Membranaceis subtus villosis opacis maiusculis fructibus magnis.*

3. Azarolus. Cr. *Foliis obtusis trifidis subdentatis subtus villosis dentibus calycis ovatis vel triangularibus ramulis iunioribus tomentosis pedunculis calycibusque crispo-villosis.*

Mespilus. Poir. W. Pyrus Scop. Mesp. Aronia. Bosc. apud. Cand. prodr. 2. 629. Mespilus. W. enum. suppl. var. *fructu flavo* quae colitur in hortis etiam apud nos. Pock. cr. t. 85. Ic Matth. com. 199. f. 1. Ca-

mer. epit. 135. Lob. ic. 2. t. 201. f. 1. Dodon. pempt. 801. f. 2. Tabernam. ic. 1054. f. 2. Dalech. lugd. 333. f. 1. Bah. hist. 1. 67. f. 1. Chabr. sciagr. 5. f. 1. Duham. arb. 2. t. 5. Hartig. 86. Andr. repos. t. 579. Arbuscula multo procerior oxyacantha fructibus maiusculis coccineis vel flavis acidulis edulibus floribus roseis vel albis. Fl. maio. In agro *nic*. Ubique culta. Quamquam Lin. (sp. I. II.) scribit differre videtur ab oxyacantha sola magnitudine, ut Sorbus domestica a sylvestri: in hac quadruplo maiora omnia. Spinae in culta pauciores et saepe nullae tamen species omnino distincta est.

## 639. PYRUS.

a. *Foliis simplicibus.*

b. *Utrinque glabris.*

c. *Fructibus ellipticis foliis laciniato-lobatis.*

1. TORMINALIS. Ehrh. beitr. 6. 92. P. *Foliis cordato-ovatis laciniato-lobatis serratis lobis infimis maioribus divaricatis demum glaberrimis pedunculis corymbosis pubescentibu fructibus ellipticis floribus subdygynis.*

Craetegus. L. sp. 681. Engl. bot. t. 298. Jacq. a. t. 443. Plenck. ic. t. 388. Duham. ed. nov. 4. t. 53. Fl. dan. t. 798. Sorbus. Crant. a. 85. Mespilus. All. ped. 2. 141. Ic. Clus. hist. 110. f. 2. 200. f. 1. Dodon. pempt. 803. f. 2. Trag. hist. 1010. Matth. 205. Camer. epit. 162. Bah. hist. 1. 64. f. 1. Chabr. sciagr. 2. f. 4. Edw. av. t. 212. Baxter. brit. bot. t. 111. Hartig. 74. Arbor altitudine Pyri communis ut plurimum humilior. Cortex rubidus. Petala alba calyce valde longiora. Fructus parvi magnitudine pisi umbilicati demum glabri flavidi denique fusci subedules. Cortex lanam rubro colore inficit. Lignum ponderosum durum. Folia faciem habent foliorum Aceri campestris. Fl. maio. Vulgaris in sylvis montanis et collinis.

cc. *Fructibus ovalibus: foliis duplicato-serratis.*

CHAMAEMESPILUS. Ehrh. l. c. Lindl. trans. lin. soc. 13. 98. P. *Foliis subellipticis utrinque attenuatis duplicato-serrulatis floribus corymboso-fasciculatis petalis roseis concavis erectis conniventibus fructibus ovalibus.*

Mespilus. L. sp. 685. Crataegus. Jacq. a. t. 231. Cr. humilis. Lam. en. cicl. Sorbus Crant. a. 53. t. 1. f. 3. Aria. Host. a. 2. 80. Aronia. Reich. excurs. 650. — Var. *foliis iunioribus subtus tomentosis* quae est Pyr. sudetica. Tausch. bot. zeit. 17. 1. 75. — ic. Bah. hist. 172. f. 1. Clus. hist. 1. 63. f. 3. Chabr. sciagr. 3. f. 2. Hartig. t. 75. Arbuscula glabra humilis vix tripedalis cortice fusco prostrata ramosissima ramis sparsis tortuosis rubidis iunioribus pubescentibus. Folia numerosa sparsa. Corymbi fastigiati. Petala calycem valde superantia. Styli ut plurimum duo. Stigmata depressa papillosa. Fructus globosi magnitudine Avellanae, calycis laciniis virentibus coronati primum crocei demum atro-purpurei aciduli edules. Fl. aest. Habitat loca lapidosa, alpina, frigida. In pascuis montis *Cenisii*, et montium prov. *novar. Liguriae* alibique.

cc. *Fructibus basi productis: foliis serratis.*

3. COMMUNIS. P. *Foliis ellipticis obtusis serratis nitidis floribus corymbosis fructibus basi productis ramis spinosis.*

P. Achras. Wallr. sched. 213. Gaertn. fruct. 2. 44. t. 87. est *Fol. var. integerrimis longe petiolatis iunioribus calycisque tubo lanatis demum laevibus.* P. Pyraster. Wallr. l. c. 214. est var. *foliis subrotundis acutis argute serratis iunioribus calycisque tubo glabris fructibus basi rotundatis.* Planta culta in innumeras varr. inermes abiit quas Millerus, Duhamelius etc. descripserunt. Ic. Matth. com. 198. Lob. ic. 2. t. 16. 5. f. 2. Tabernam. ic. 1010-1018. varr. Bah. hist. 1. 35. f. 1. et varr. Dodon. pempt. 800. f. 1. Dalech. lugd. 308. f. 1. Chabr. sciagr. 1. t. 3. Blackw. t. 455. Duham. arb. 2. t. 45. et pag. 197. Eiusd. ed. nov. 6. 192. t. 59. Engl. bot. t. 1784. Fl. dan.

t. 218. Hartig. 78. Lam. ill. t. 433. Arbor etiam procera notissima. Fructus gratissimi, saluberrimi, si adhibeatur modus. Lignum durissimum aptum torno et supellectili domesticae conficiendae. Fl. aprili. In sylvis et culta ubique. Insitione perfectiores fructus fert. Insitio super Pyro Cydoniâ arborem humiliorem facit, quae citius etiam interit.

bb. *Subtus pubescentibus.*

c. *Pedunculis umbellatis.*

4. Malus. P. *Foliis ovatis acutiusculis duplicato-serratis subtus subtomentosis pedunculis umbellatis fructibus subrotundis basi apiceque umbilicatis ramulis spinescentibus.*

Ic. Duham. arb. 2. t. 2. et pag. 5. Ed. nov. 6. t. 45. f. 1. Lob. ic. 2. t. 165. f. 1. Dodon. pempt. 789. f. 1. Matth. com. 191. f. 1. Camer. epit. 141. Tabernam. ic. 108. f. 1. 2. Dalech. lugd. 285. f. 1. Bah. hist. 1. 1. varr. Chabr. sciagr. 1. f. 1. Svens. bot. t. 229. Engl. bot. t. 179. Flor. dan. t. 1101. Schk. handb. t. 134. Hartig. 77. Schrank. flor. mon. t. 339. Hayne. 4. 46. Guimp. et Schl. 61. Nees dusseld. t. 303. Wagner. 115. 116. Schubert. naturges. t. 25. f. 9. Arbor Pyro paulo minor sylvestris ramis spinescentibus sparsis patentibus distortis. Corolla primum rosea demum alba. Varr. innumerae cultu ortae quae fructus suppeditant gratissimos saluberrimos hyeme praecipue edules. Varr. fructibus maioribus, dulcioribus, mitioribus insitione propagantur. Insitio nisi super Malo sylvestri fit. Vulgaris in sylvis. Fl. aprili.

cc. *Pedunculis racemosis.*

5. Amelanchier. W. sp. 2. 1015. P. *Foliis subrotundo-ellipticis acutis serrulatis subtus pubescentibus pedunculis racemosis germinibusque pilosis petalis lanceolatis obtusis ramis inermibus fructibus ovoideis coronatis corona viridi erectis.*

Mespilus. Lin. sp. 685. Jacq. a. t. 300. Amelanchier vulgaris. Moench. meth. 682. Aronia rotundifolia. Pers ench. 2. 39. A. Amelanchier. Reichl exc. 630. A. cretica eiusd. l. c. excl. syn. Tournef, et Desfont. Crataegus rotundifolia. Lam. Sorbus Amelanchier Grantz. Ic. Clus. hist. 1. 73. f. 2. Lob. ic. 2. t. t. 191. f. 2. 1. Barrel. ic. 527. Aldrovand. dendrol. 619. Mill. ill. 1. 178. f. 1. Bot. mag. t. 2430. Hartig. 76. Schrank. flor. monac. t. 149. Frutex usque orgyalis et ultra ut plurimum tamen humilior erectus teres ramosus ramis sparsis erecto-patulis cortice ferrugineo iunioribus albo-pubescentibus. Folia parva longe petiolata sparsa aliquando integerrima. Petala alba lanceolata calyce valde longiora. Antherae fuscae. Stigmata papillosa. Fructus parvi rubidi demum atro-coerulei dulces. Stirps florens speciosa. Fl. vere. In sylvis apricis, montosis et subalpinis: in *Sabaudia*: circa *Segusium* et supra *Foresto* in agro *segus.*: in alpinis di *Rima*, *Rimella*, *Vanzone* et ad montem *Sempronium*: in montibus et alpibus *Valderiis* etc.

cc. *Floribus corymbosis.*

d. *Foliis inciso-dentatis.*

6. Aria. Ehrh. beitr. 4. 20. P. *Foliis subrotundo-ovatis inciso-dentatis subtus albido-tomentosis floribus digynis corymbosis corymbo composito plano petalis vix calyce longioribus fructibus parvis subglobosis.*

Crataegus. L. sp. 681. Duham. ed. nov. 4. t. 54. var. longifolia. Mespilus. Scop. carn. 1. 545. Sorbus. Crantz. a. 1. t. 2. f. 2. Aria nivea. Host. a. 2. 8. A. Clusii. Fl. dan. t. 302. var. *obtusifolia.* Ic. Bah. hist. 1. 65. f. 1. Park. 1431. Lob. ic. 2. t. 167. fig. 1. Dalech. lugd. 202. f. 1. Tabernam. ic. 1021. f. 1. Chabr. sciagr. 2. fig. 5. Engl. bot. t. 1858. Sibt. fl. gr. t. 478. Svens. bot. t. 45. Hartig. 72. 73. Schrank flor. mon. t. 221. Arbor grandis ut Pyrus, ramosa ramis patulis rubidis. Folia sparsa brevipetiolata aliquando simpliciter serrata vel duplicato-serrata vel lobata supra glabra nitentia. Flores parvi flavidi. Styli clavati. Stigmata papillosa. Fructus parvi demum coccinei edules. Lignum durum torno aptum. Cortex lanam rubro colore inficit. Fl. aest. Amat sylvas montanas, subalpinas, et alpinas: in *Sabaudia*: in agro *segus.*: in monte *Musinè*, in montibus ditionis *novar.* etc. et *Liguriae.*

dd. *Foliis lobatis.*

7. florentina. Targ. Tozz. mem. della soc. ital. delle scienz. 20. 302. t. 20. P. *Foliis longe petiolatis cor-*

*dato-ovatis lobatis serratis subtus tomentosis corymbis subsimplicibus floribus pentagynis petalis calycem valde excedentibus fructibus 5-locularibus ellipticis umbilicatis nutantibus ramis spinescentibus*

Crataegus. Zuccagn. in Roem. collect. 1. 142. Mespilus. Bertolon. am. ital. 29. Pyrus crataegifolia. Savi. alb. ed. 2. 169. P. torminalis. β. Tenor. syllab. Fructus primum flavidi demum rosei edules. Flores albi. Ceterum similis praecedenti. Flor. maio. In sylvis circa *Sardnam.*

ddd. *Foliis integerrimis.*

8. ELAEAGNIFOLIA. Pall. nov. acta. petr. 7. 355. P. *Foliis ovato-lanceolatis integerrimis tomentoso-lanatis floribus corymbosis dentibus calycis acutis floribus 4-pentagynis ramis spinosis fructibus pyriformibus.*

Pr. amygdaliformis. Vill. cat. Strasb. 322. P. salicifolia. Pall. ross. 1. 20. t. 9. Duham. arb. ed. nov. b. t. 56. omnino videtur cum hac iungenda. Flores albi fructusque parvi. Arbor magnitudine Pyrum communem aequat. Fl. vere. In sepibus et vineis inter *Vidanbac* et *Lue.*

aa. *Foliis pinnatis.*

b. *Fructu pyriformi.*

9. DOMESTICA. Smith. br. 2. 363. P. *Foliis pinnatis suboctoiugis subaequalibus subtus demum nudis foliolis oblongis antice serratis gemmis glabris acuminatis glutinosis fructibus pyriformibus floribus corymbosis corymbis compositis.*

P. Sorbus. Gaertn. fruct. 2. 45. t. 87. Mespilus domestica. Scop. All. ped. 2. 142. Sorbus. L. sp. 684. Jacq. a. t. 447. Duham. arb. 2. t. 73. et pag. 271. ed. nov. 3. t. 54. Plenck. ic. t. 391. Ic. Engl. bot. t. 350. Matth. com. 204. t. 1. Fuchs. hist. 576. Clus. hist. 1. 10. f. 5. Lob. ic. 2. f. 106. f. 2. Dodon. pempt. 803. f. 1. Dalech. lugd. 550. f. 1. Tabernam. ic. 1019. f. 2. Crantz. a. t. 2. f. 3. Bah. hist. 1. 59. f. 2. omnino mala ut Chabr. sciagr. 2. f. 2. Blackvv. t. 174. Arbuscula usque 20-pedalis ramosa ramis patulis rubidis. Flores albi. Fructus longitudine pollicis demum ruber acido austerus edulis. Lignum durum aptum torno. Fl. maio. In sylvis collium.

bb. *Fructu globoso.*

10. AUCUPARIA. Smith. l. c. P. *Foliis pinnatis suboctoiugis demum glabris foliolis oblongis duplicato-serratis petiolo communi pubescente gemmis subtomentosis obtusis fructibus globosis floribus corymbosis corymbis planis compositis ramosissimis.*

Sorbus. L. sp. 683. Engl. bot. t. 337. Flor. dan. t. 1034. Plenck. ic. t. 392. Lam. ill. t. 434. Duham. ed. nov. 3. t. 53. Schubert naturges. t. 23. f. 6. Mespilus. Scop. carn. 1. 346. Ic. Blackvv. t. 173 Svens. bot. t. 145. Crant. a. t. a. Matth. com. 204. f. 2. Lob. ic. 2. t. 107. f. 1. Dalech. lugd. 352. f. 1. Tabernam. ic. 1020. f. 1. Trag. hist. 1009. Bah. hist. 1. 62. f. 1. Chabr. sciagr. 2. f. 3 Gaertn. fruct. t. 87. Arbor usque 20-pedalis et ultra ramosa ramis patulis rubidis circulariter rugosis. Petala alba. Fructus magnitudine pisi maturi ruberrimi amari turdis gratissimi. Lignum durissimum aptum torno lente crescens. Fl. vere exeunte, autumno fructus maturi sunt. Vulgaris in subalpinis. Arbor fructificans speciosissima: in planitie aegre et maligne vivit.

### 640. CYDONIA

VULGARIS. Pers. ench. 2. 40. C. *Arbuscula caespitosa ramosissima ramis patulis aliquando usque 15-pedalis cortice fusco foliis ovalis basi obtusis integerimis subtus calycibusque tomentosis floribus solitariis sessilibus grandibus albis extus roseis fructibus magnis turbinatis tomentosis aureis fragrantibus loculis polyspermis mucilagine repletis.*

Pyrus Cydonia. Lin. sp. 687. Jacq. a. t. 342. Plenck. ic. t. 396. Ic. Matth. com. 191. f. 2. Ludvv. ect. t. 56. Blackvv. t. 137. Duham. arb. 1. t. 83. et pag. 201. Fuchs. hist. 374. Camer. epit. 142. 143. Lob. ic. 2. 151. f. 1. Tabernam. ic. 1011. fig. 2. Dodon. pempt. 795. f. 1. Dalech. lugd. 291. f. 1. Bah. hist. 1. 27. t. 1. Chabr. sciagr. 2. f. 1. mala. Gaertn. fruct. t.

87. Woodw. bot. med. t. 182. Rosseau bot. t. 40. 41. 42. Nees dusseld t. 304. Planta notissima ubique culta ob fructus fragrantiam qui in arcis tineas a vestibus laneis arcere videntur. Idem cum saccaro cocti, et musto gratissimi et saluberrimi sunt praesertim in alvi fluxibus atonicis sistendis. Per taleas facili negotio multiplicatur: ideo colunt hortulani ut super illam inserant Pyros, qui tamen brevius vivunt.

641. RUBUS

a. *Fruticosi.*
b. *Foliis pinnatis.*

1. IDAEUS R. *Foliis inferioribus pinnatis superioribus ternatis supra glabris subtus albido-tomentosis aculeis rectis floribus racemosis, racemis nutantibus calycibus reflexis caule erecto.*

Ic. Duham. arb. 2. t. 56. et pag. 231. Ed. nov. 6. t. 23. Blackvv. t. 289. Fl. dan. t. 788. Knor. del. 2. t. R. 1. Matth. com. 650. f. 2. Camer. epit. 752. Clus. hist. 1. 117. f. 1. Lob. ic. 2. 212. f. 1. Dodon. pempt. 743. f. 1. Dalech. lugd. 123. f. 1. Tabernam. ic. 897. f. 1. Bah. hist. 2. 59. f. 2. Chabr. sciagr. 110. f. 2. Weihe et Nees rub. germ. t. 47. Engl. bot. t. 2442. Svens. bot t. 181. Plenck. ic. t. 407. Woodvv. med. bot. t. 176. Guimp. holzgevv. t. 97. Schrank. flor. mon. t. 341. Hayne. Nees. duss. 3. 8. t. 310. Guimp. et Schl. t. 345. Wagner. t. 74. Radix repens. Caules caespitosi flexuosi pubescentes ramosi. Petala calyce breviora alba. Fructus rubri, raro albi. Fl. aest. Vulgaris in sylvis alpinis. Ubique culta ob fructus suavissimos, gratissimos, saluberrimos, fragrantes.

bb. *Foliis quinato-ternatis.*

c. *Caule 5-angulari suffruticoso aculeis recurvis.*

2. FRUTICOSUS. R. *Foliis petiolatis supra glabris subtus tomentosis caule suffruticoso erecto declinante 5-angulari ramis radicantibus aculeis recurvis calyce reflexo petalis obovatis.* R. praecox. Bertol. fl. ital. 5. 220. est var. *foliis floribusque maioribus.* R. discolor. Weihe et Nees rub. germ. 46. t. 20. Ic. Matth. com. 650. f. 1. Camer. epit. 751. Fuchs. hist. 152. Lob. ic. 2. 211. f. 2. Dodon. pempt. 742. f. 1. Dalech. lugd. 19. f. 1. Tabernam. ic. 806. f. 2. Bah. hist. 2. 57. f. 1. Chabr. sciagr. 109. f. 4. Blackvv. t. 45. Duham. arb. 2. t. 55. et pag. 231. ed. nov. 6. t. 22. f. 1. Weih. et Nees rub. germ. t. 7. Zannich. ist. t. 264. Engl. bot. t. 715. Schubert. naturges. t. 26. f. 2. Gaertn. fruct. t. 73. Schmidel. ic. 2. Fl. dan. t. 1163. Baxter. brit. bot. t. 334. Schk. handb. t. 135. Guimp. holzgevv. t. 103. Hayne. 3. 12. Guimp. et Schl. t. 144. var. *flore pleno.* Savi. flor. ital. 1. t. 28. Caulis erectus in sepibus et cum liber est prostratus usque 15-pedalis etiam ultra. Cor. rosea raro alba, calyce valde longior. Filamenta rosea. Antherae flavae. Fructus primum rubri dein nigri. Vita illi tenacissima est. Si rami terram tangunt crassum fasciculum radicum demittunt in terram ibique novi caules efferuntur ita ut brevi si diligentissime non evellatur campos et arva longe lateque obruat. Fructus edules sunt. Planta adstringens est et eximie vulneraria. Agricolae turiones teneros in vase vitreo probe clauso soli meridiano exponunt quo fit ut liquor densus, niger, adstringens et subbalsamicus erumpat quo utuntur ad vulnera et ulcera consolidanda si non sint specifica et inflammatione alantur. Etiam in ulceribus internis, et haemorrhagiis quae a virium infirmitate sunt magna praestare mihi visus est: quae omnia experientia millies comprobata disertis verbis Dioscorides (mat. med. lib. cap. 37. tom. 1. 535-4.) Longa experientia docuit me extracto eius leucorrhoeam omnino cohiberi maxime si genitalia decocto eius quotidie ablua tur.: ulceraoris et aphtas, et gingivas ab hydrargiro tumidas sanari.

cc. *Caule subtereti bienni aculeis rectiusculis.*

3. CORYLIFOLIUS. Smith. brit. 2. 542. R. *Foliis quinatis superioribus ternatis subtus pubescentibus lateralibus sessilibus aculeis confertis rectiusculis caule tereliusculo superne angulato declinante fragili bienni panicula glandulosa calycibus subreflexis petalis obovatis.*

Ic. Engl. bot. t. 827 Svens. bot. t. 187. Hayne. 3. 11. Guimp. holzgew. t. 102. Petala obovata calyce longiora. Fructus demum nigri. Foliola late ovata vel subrotunda duplicato serrata vel lobata. Caulis 5-pedalis et ultra. Fl. aest. In sepibus ad *A bam Pompeiam* et sylvis collium *taurinens.* forte est var. sup.

bbb. *Foliis ternatis.*

c *Caule angulato erecto.*

d. *Petiolis pedunculisque glanduloso-hispidis.*

4. GLANDULOSUS. Bellard. mem. taur. 3. 230. R. *Foliis subrotundo-ovatis acuminatis cuspidatis mucronato-serratis glabris ciliatis venis subtus pubescentibus caule superne angulato declinante petiolis pedunculisque glanduloso-hispidis aculeis rectiusculis petalis oblongis.*

R. Koeleri. a. Hook. brit. fl. ed. 2. 247. Engl. bot. t. 2065. Weihe et Nees. rub. germ t. 25. R. Bellardi. eorumd. 1. c. 97. t. 44. R. hirtus. Waldst. et Kit. hung. 2. 150. t. 141. Weihe et Nees. rub. germ. t. 43. R. hybridus. Vill. delph. 3. 559. R. incanescens. Bertol. fl. ital. 5. 225. var. *foliis supra glabris floralibus simplicibus cordatis* circa *Sarzanam.* Ic. Guimp. Holzgew. t. 99. Engl. bot. t. 2883. Flor. dan. t. 1696. Petala alba vel carnea vix calyce longiora. Folia ima non raro quinata probabili conjectura est var. fruticosi. Fl. vere exeunte, in alpinis aest. In collibus, montibus et subalpinis.

dd. *Petiolis pedunculisque cano-tomentosis.*

5. TOMENTOSUS. W. sp. 1083. R. *Incano-tomentosus foliis ternatis quinatisve foliolis obovatis oblongisve acutiusculis inaequaliter serratis supra pilosis subtus tomentosis lateralibus subincisis caule angulato aculeis gracilibus rectiusculis calyce villoso reflexo petalis oblongo-obovatis.*

R. triphyllus. Bellard. mem. taur. 3. 235. R. canescens. R. collinus. Cand. fr. 5. 545. Nocc. et Balb. Fl. ticin. 1. 238. t. 9. R. sanctus. Schreb. del. 13. t. 8. R. obtusifolius. W. enum. sup. 38. ex Link enum. 2. 61. R. Thuillerii. Poir. enc. sup. 4. 694. Non videtur differre a R. fruticoso cum quo probe coniunxit Koch syn. 254. Ic. Weihe et Nees rub. germ. t. 8. Nocca et Balb. l. c. t. 8. Guimp. holzgew. t. 98. Fl. aest. In sylvis, et dumetis collium, et montium praesertim agri *taur. novar. albens. bugell.* etc.

cc. *Caule tereti repente.*

6. CAESIUS. R. *Foliis ternatis subpubescentibus foliolis rhombaeis ovatisque inaequaliter serratis caule repente tereti caesio-pruinoso aculeis subrecurvis calyce erecto glanduloso-pubescente petalis obovatis emarginatis drupeolis syncarpii paucis magnis depressis.*

R. acheruntieus. Tenor. neap. 4. 288. t. 235. f. 2. R. corylifolius. Seb. et Maur. fl. rom. prodr. 171. Ic. Weihe et Nees rubi germ. t. 46. f. 1. 2. B. f. 1. Duham. ed. nov. 6. t. 22. f. 2. Svens. bot. t. 241. Engl. bot. t. 826. Fl. dan. t. 1213. Dodon. pempt. 742. f. 2. Bah. hist. 2. 59. f. 1. Bull. herb. t. 381. Schk handb. t. 135. Hayne 3. 9. Guimp. holzgew. t. 100. Schrank flor. mon. t 24. Caulis usque tripedalis. Folia raro quinata. Fructus caesio-pruinosi. Fl. aest. In montosis et alpinis secus torrentes etc.

aa. *Herbaceus.*

7. SAXATILIS. R. *Flagellis reptantibus apice radiciferis caule obtusangulo erectiusculo foliis ternatis rhombaeis acutis inciso-dentatis nudis pedunculis subternis elongatis petalis lineari-lanceolatis.*

Ic. Clus. hist. 1. 118. Bah. hist. 2. 61. f. 1. Weih. et Nees rub. germ. t. 9. Hook. lond. ed. Grav. 3. t. 57. Engl. bot. t. 2233. Svens. bot. t. 549. Fl. dan. t. 134. Guimp. holzgew. t. 101. Caulis vix spithameus pubescens basi squamatus paucifolius. Folia longe petiolata. Flores parvi. Petala alba virentia vix calycem superantia. Drupeolae in syncarpio paucae grandes maturae rubrae. Fl. aest. Habitat loca

alpina et subalpina; etiam in pratis humentibus. Perennis.

642. ROSA

a. Cinnamomeae. *Foliolis lanceolatis floribus bracteatis.*

1. Cinnamomea. R. *Cinereo-pruinosa germinibus globosis rubris sepalis apice spathulatis conniventibus coronatis pedunculisque glabris aculeis stipularibus geminis subrecurvis petiolis inermibus villosis foliolis 5-7 lanceolatis basi attenuatis sublus glaucescentibus pilosiusculis serrulatis ramis strictis fuscis saepe pruinosis stipulis dilatatis concavis undulatis.*

R. gemella. W. enum. 544. R. daburica. Pall. ros. 61. R. aristata. Lapeyr. fl. pyr. t. 105. R. mutica. Fl. dan. t. 688. R. maialis. Desfont. atl. 1. 400. R. collincola. Ehrh. beytr. 2. 70. R. spinosissima. Wahlemb. upsal. 171. R. fluvialis. Retz. fl. dan. t. 868. R. foecundissima. Munch. hausv. 5. 279. est var. *floribus plenis calycis laciniis superne dilatatis.* Ic. Lind ros. t. 5. Bah. hist. 2. 59. Chabr. sciagr. 106. f. 4. Flor. dan. t. 1214. Engl. bot. t. 2588. Guimp. holzgew. t. 88. Schrank flor. mon. t. 40. Roessig. Rosen 5. var. *caule subinermi.* Flores rosei vel rubri mediocres aliquando pleni. Fructus pulposi. Laciniae calycis integrae corollam aequant, aliquando acutae sunt. Stipulae ramulorum sterilium in tubulum fere convolvuntur et basi sua plusquam dimidium ramulum amplexantur. Fl. praecocius aliis. Apud *Exilles* in sylvis montis *Chapè*: in montosis di *Canobbio* et *Intragna* in agro *nov.*

aa. Pimpinellaefoliae: *Foliolis ovatis vel oblongis floribus ebracteatis.*

b. *Germinibus elongatis.*

2. alpina. R. *Germinibus elongatis glabris pedunculis hispidis caule erecto ramisque adultis inermibus hornis aculeatis fructibus pulposis rubris demum nigris pendulis foliolis 7-11 ellipticis duplicato-serratis stipulis ramorum sterilium linearibus apice dilatatis laciniis calycis integris lanceolatis acutis corollam superantibus in fructu erectis conniventibus.*

R. rupestris. Crant. a. 85. inermis. Mill. dict. n. 1. R. pendulina. L. sp. 705. Dillen. hor. Eltham. t. 245. f. 317. R. pyrenaica. Gouan. ill. 31. t. 19. Jacq. Schönbr. t. 416. R. monspeliensis. Gouan. R. glandulosa. Bellard. in mem. toc. 5. 250. R. gentilis. Sternb. bot. zeit. 1826. beil. 79. R. rubella. Smit. Engl. fl. 2. 374. Engl. bot. t. 2521. et t. 2601. est var. *aculeata foliolis subrotundis laciniis calycinis corolla brevioribus.* R. reversa. Waldst. et Kitaib. hung. 3. 293. t. 264. etc. Multa hic dubia et confusa sunt, atque conf. Cand. prodr. 2. 64. sq. Koch. syn. etc. Ic. Lawr. coll. t. 50. et 75. Jacq. a. t. 279. Bot. reg. t. 424. Bah. hist. 1. 59. Chabr. sciagr. 106. f. 5. Guimp. holzgew. t. 92. Sturm. deut. fl. 7. 26. Red. ros. t. 115. Maund. bot. 1. t. 21. var. *debilis.* Red. ros. t. 124. — *flore variegato.* id. t. 83. — *laevis* id. t. 18. *pendulina.* id. t. 47. Caul. caespitosi erectiusculi raro pedales plerumque humiliores inferne atro-ferruginei superne rubentes. Petala rosea obcordata. Fl. aest. Habitat loca lapidosa montium et alpium.

bb. *Germinibus globosis.*

3. spinosissima. R. *Caule erecto germinibus globosis atro-rubris erectis glabris pedunculisque glabriusculis aculeis ramorum duplicibus confertis reflexis maioribus falcatis basi latis petiolis aculeatis foliolis simpliciter et incurve serratis glabris parvis obtusis laciniis calycis indivisis corolla multo brevioribus integerrimis ovato-lanceolatis acutis.*

R. arvensis. Fl. dan. t. 398. R. pimpinellifolia. L. sp. 703. Redout. ros. t. 83. 85. 105. 119. Duham. arb. ed. nov. 7. t. 16. f. 2. Roes. ros. 1. t. 9. et t. 15. f. 2. et 2. t. 59. Jacq. frag. t. 107. Pall. fl. ros. t. 75. R. leyostyla. R. poteriifolia. Bess. enum. pl. volh. 81. R. mitissima. Gmel. bad. 4. 3. 8. R. affinis. Sternb. boil. zeit. 1826. teil. 80. — R. involuta. Smith. fl. br. 1398. Engl. bot. t. 2068. videtur huc etiam ducenda: differt *laciniis calycis corollam aequantibus apice margineque appendiculatis fructibus rubris.* — R. sanguisorbifolia. R. nivalis. Donn. cat. ed. 8. 170. R. altaica. W. enum. 543.

R. grandiflora. Lindl. bot. reg. t. 888. R. ochroleuca. Swar. in Wichstroem. ros. Rubex Link. enum. 2. 57. Ic. Clus. hist. 1. 116. Bah. hist. 2. 40. Chabr. sciagr. 108. f. 2. Svens. bot. t. 559. Jacq. fragm. 1. 124. Lawr. coll. t. 19. et 48. Engl. bot. t. 187. Guimp. holzgew. t. 87. — var. *picta*. Lod. bot. cab. t. 687. — *reversa*. Bot. regis. t. 431. Radix repens. Caules caespitosi usque tripedales. Flores odorati albi raro rosei. Petala obcordata. Fl. aest. Habitat loca lapidosa, aprica montium et alpium.

aaa. Centifoliae: *Foliolis rugosis, floribus bracteatis, aculeis difformibus.*

b. *Germinibus clavatis.*

4. Damascena. R. *Germinibus clavatis elongatis pedunculisque subcorymbosis glanduloso-hispidis laciniis calycinis reflexis ramis viridibus aculeis subconfertis validis inaequalibus petiolis aculeatis foliolis 5-7 subtus pubescentibus.*

Varr. multae in hortis cultae spectabiles et odore suavissimae. Patria videtur esse Syria. Icc. vid. in Redout. ros. (Cand. prodr. 2. 620. sq.) 1817-1820. 4. et fol Paris. textum elaboravit Anton. Thory et Bah. hist. 2. 54. Chabr. 106. f. 1. et 3. Kerner. hor. sempervir. t. 848. Roessig. ros. t. 18. et 38. etc.

bb. *Germinibus ovatis.*

c. *Hispidis: petiolis inermibus.*

5. centifolia. R. *Germinibus ovatis pedunculisque subgeminatis sepalis pinnatifidis patentibus glanduloso-hispidis aculeis ramorum sparsis ramulis petiolisque inermibus foliolis 5-7 ovatis margine glandulosis subtus pubescentibus radice repente.*

Varr. multae in hortis cultae sistunt florum pulcherrimum praesertim *muscosam* et *pomponiam*. Icc. in lib. cit. Redout et Thory. Etiam in splendidissimo libro — fleurs dessinées d'après nature par G. Vanspaendonck t. 2. et t. 11. quae tamen non sunt numeratae. citavi eo ordine quo dispositae sunt in meo exemplari. Patria eius videntur esse loca alpina et lapidosa *Graeciae, Macedoniae* et *Caucasi.*

cc. *Hispido glandulosis, petiolis aculeatis.*

6. gallica. R. *Germinibus ovatis rectis cartilagineis pedunculisque glanduloso-hispidulis aculeis inaequalibus ramorum subdeciduis sparsis petiolis aculeatis foliolis 5-7 ellipticis serratis vel duplicato-serratis subtus discoloribus subcoriaceis rugosis calycis laciniis glanduloso-hirsutis corolla brevioribus alternis pinnatifidis caule erecto inferne fusco inermi radice repente.*

R. polliniana. Spreng. syst. 2. 550. R. pumila. L. suppl 262. Jacq. a. t. 198. est var. humilior. Varr. multae in hortis cultae quarum enumerationem hab. in Cand. prodr. 2. 603. Icc. varr. mult. vid. apud Redout. et Thor. et iconem pulcherrimam in lib. cit. van. Spaendock. t. 7. Huc ducendae ex Koch. syn. 255. R. austriaca. Crant. a. 2. 86. Jacq. a. t. 198. R. Chamaerhodon. Wallr. ros. 257. R. agrestis Gmel. bad. 2. 416. R. Axmanni. eiusd. ibid. 3. 567. *Stylis connatis*. R. germanica. Markl. R. geminata. Rau enum. 98. R. hybrida. Schleich. var. *stylis pilosis*. Icc. var. multarum. apud Redout. Roes. etiam Savi. flor. ital. 1. t. 29. Bot. magaz. t. 1794. Bot. reg. t. 448. Lam. ill. t. 440. Kerner. hor. semp. t. 521. Sturm. deut. fl. 10. 54. Hayne. 11. 50. Wagner. 105. Guim. holzgew. t. 89. Van. Spaendonck choix t. 7. R. Czackiana. Bess. enum. pl. vohl. 66. *Stylis glabris* etc. etc. Stirps valde polymorpha. Setae inter spinas aliquando glandulosae. Frutex humilis plerumque usque bipedalis. Flores suaveolentes. Fl. vere et aest. In collibus ad vias et sepes, praesertim in agro *taur.*: inter *Chivasso* et *Ciliano*: secus *Ticinum*. Vulgaris etiam apud nos.

aaaa. villosae. *Foliis pilosis, serraturis divergentibus, aculeis rectiusculis.*

b. *Germinibus depresso-globosis glanduloso-hispidis.*

7. villosa. R. *Germinibus depresso-globosis pedunculisque glanduloso-hispidis laciniis calycis subdivisis in fructu conniventibus aculeis ramorum gracilibus rectiusculis sparsis petiolis subaculeatis glanduloso-setosis foliolis 5-7 ellipticis duplicato-serratis obtu-

*siusculis utrinque villosis petalis glanduloso-ciliatis radice repente.*

R. ciliato-petala. Bess. enum. 66. est omnino var. R. pomifera. Herm. dissert. 17. Roess. ros. t. 30. Redout. t. 22. R. terebintina eiusd. t. 95. Aliquando fructus laeves sunt, quae est R. nuda. Desr. journ. 1813. 17. Lawr. coll. of. ros. t. 53. Ic. Duham. ed. nov. 7. t. 15. f. 1. Fl. dan. t. 1458. Bah. hist. 2. 38. Chabr. sciagr. 106. f. 2. Engl. bot. t. 583. Svens. bot. t. 1515. Sturm. deut. fl. 5. 18. Guimp. holzgew. t. 88. Varr. multas enum. Sering. in Cand. prodr. 2. 618. 619. Caulis crassus erectus procerus usque orgyalis. Fructus maiusculi primum nutantes pulposi rubri demum atri. Folia ut plurimum fragrantia. Fl. aest. Planta alpina est.: amat locos lapidosos, apricos: in valle *Macugnaga*: in monte *Cenisio* etc.

bb. *Germinibus ellipticis glanduloso-hispidis.*

8. TOMENTOSA. Smith. br. 2. 539. R. *Germinibus ellipticis pedunculisque glanduloso-hispidis laciniis calycis alterne pinnatifidis aculeis gracilibus subrecurvis sparsis petiolis subaculeatis glanduloso-pubescentibus foliolis ellipticis acutis utrinque villosis duplicato-serratis carpellis centralibus stipitatis radice repente.*

Est omnino var. R. villosae qua non differt nisi figura fructus qui character perpetuo non constat ut videre est apud Koch. syn. 255. R. villosa. Svens. bot. t. 315. Synonimia itaque difficilis: var. multae quas vide ap. Cand. et Koch. Fl. aest. In dumetis *thermarum valderiarum* etc.

bbb. *Germinibus subovatis glabriusculis.*

9. ALBA. R. *Germinibus subovatis glabriusculis pedunculis corymbosis elongatis hispidis aculeis ramorum sparsis recurvis petiolis villosis aculeatis foliolis late ovatis simpliciter serratis subtus villosis glaucescentibus sepalis pinnatifidis petalis patentibus radice parce repente.*

Varr. multas vide apud monographos et Cand. prodr. 2. 621. Ic. Flor. dan. t. 1215. Hayne 11. 31. Guimp. holzgew. t. 96. — var. Roess. ros. 15. 23. 54. et Redout. l. c. t. 56. 46. 81. 125. etc. Caulis erectus usque orgyalis cortice inferne fusco. Flores albi vel pallide rosei vel carnei, pleni pulcherrimi. Fl. vere. In sepibus collium. Est ne Rosa sempervirens? ut habet Bertol. fl. ital. 5. 215.

aaaaa. RUBIGINOSAE. *Foliis glandulosis aculeis inaequalibus.*

b. *Germinibus globosis glabris.*

10. LUTEA. R. *Germinibus globosis pedunculisque glabris aculeis ramorum sparsis rectis peticlorum recurvis foliolis acutis duplicato-serratis supra nitidis subtus glandulosis concaviusculis calycis laciniis appendiculatis in fructu patentibus caule erecto radice parce repente.*

R. Eglanteria. L. sp. 703. Redout. ros. t. t. 69. R. foetida. All. ped. 2. 158. R. cerea. Roess. ros. 2. t. 2. R. chlorophylla Ehrh. beitr. 2. 69. R. vulpina. Wallr. ros. 301. R. punicea. Mill. dict. n. 12. var. *fl. puniceis.* R. bicolor. Jacq. hor. vindob. 1. t. 1. Bot. mag. t. 1677. var. *versicolor.* — Ic. Lawr. coll. t. 12. Curt. bot. mag. t. 363. Bessl. hor. eyst. vern. 6. t. 5. f. 1. Tabernam. jic. 1087. Bah. hist. 2. 37. et 2. 251. Chabr. sciagr. 107. f. 2. (forte huc trahenda R. Damascena.) Guimp. holzgew. t. 84. — plena. Sweet. fl. 9. 2. 353. et R. Hoggii id. 16. t. 410. Caules caespitosi erecti usque orgyales. Flores fructusque aurei. Stigmata atro-purpurea. Antherae basi hastatae. Foliola parva odorata. Flores magni odorem cimicum et formicarum spirant. Fl. vere. In collibus circa *Alliano*: in rupibus vallis di *Vegezzo* et di *Cima Mullera.*

bb. *Germinibus ovatis hispidiusculis.*

11. RUBIGINOSA. R. *Germinibus ovatis hispidiusculis glabrisve pedunculis hispidis aculeis ramorum sparsis validis subrecurvis petiolis aculeatis foliolis ovatis duplicato-serratis subtus serraturisve glanduloso-pilosis laciniis calycinis alternis pinnatifidis demum deciduis carpellis centralibus stipitatis caule erecto radice parce repente.*

R. Eglanteria. Mill. dict. n. 4. Svens. bot. t. 46. R. dumetorum. Sang. cent. 70. R. suavifolia Ligtf. scot. 262. Fl. dan. t. 870. R. agrestis Savi pis. f. 475. Matt. med. t. 27. R. systila. Sang. cent. 71. R. sepium. Thuil. par. ed. 2. 252. Engl. bot. t. 2653. Duham. arbr. ed.

nov. 7. t. 11. f. 2. Redout. ros. 2. 61. Eiusd. l. c. 3. 51. R. Seraphini. Viv. fl. cors. 8. R. glutinosa. Schultz. Sibt. fl. gr. t. 482. R. micrantha. Smith. engl. bot. t. 2490. etc. Varr. innumeras et icc. vide apud monographos. Cand. Koch. etc. Ic. Engl. bot. t. 991. Jacq. a. t. 50. Duham. lib. c. 7. t. 7. f. 1. Savi. mat. med. t. 27. Eiusd. fl. ital. 1. t. 55. f. 1. Law. coll. t. 45. 65. t. 74. 72. etc. Chabr. sciagr. 109. f. 1. mala f. 2. flore pleno quae potius videtur ic. R. caninae. D. Dietr. d. fl. t. 25. Schk. handb. t. 134. Guimp. holzgew. t. 91. Dietr. flor. bor. t. 862. Sturm. deut. fl. 5. 18. Caules caespitosi usque orgyales etiam ultra et tunc ramis arcuatis et arcuato-pendulis. aliquando pusilla est foliis floribusque parvis. Folia suaveolentia: odor therebinthinaceus, vel bituminosus. Flores albi carnei vel rosei parvi vel grandes suaveolentes modo solitarii modo corymbosi. Antherae aureae. Stigmata ut plurimum rubra. Fructus maturus coccineus pulposus pulpa molli arida demum ater. Ad vias et sepes collium calidiorum. Fl. vere et aest.

aaaaaa. Caninae. *Foliis eglandulosis conniventi-serratis aculeis aequalibus aduncis laciniis calycis deciduis.*

12. canina. R. *Glaberrima caule erecto germinibus ovatis pedunculisque aggregatis glabris laciniis calycinis alternis pinnatifidis aculeis ramorum sparsis validis recurvis petiolis subaculeatis foliolis nitidis simpliciter serratis utrinque glabris carpellis centralibus stipitatis radice parce repente.*

Var. *pedunculis vel foliis pilosis vel glanduloso-hispidis.* Hic varr. multae a monographis Cand. Koch. etc. enumerantur. Huius var. est juxta Koch R. alba. L. sp. 705. quae sententia probabili coniectura vero proxima est. R. collina. Jacq. a. t. 19. et R. rubrifolia. Vill. delph. 3. 549. var. *glauca laciniis calycinis subsimplicibus subtus coloratis*, qui charactères non raro deficiunt. R. Svartzii. Svens. bot. t. 541. Ic. *rubrifoliae.* Bot. reg. t. 430. Jacq. fragm. t. 106. Roess. ros. 2. t. 54. Duham. arb. ed. nov. 7. t. 10. f. 1. Bellard. mem. taur. 5. t. 6. etc. Ic. *caninae* Duham. l. c. 7. t. 11. f. 1. Lavvr. l. c. t. 81. Fl. dan. t. 555. a. Roess. l. c. t. 21. et t. 29. Plenck. ic. t. 404. Curt. lond. ed. Grav. 1. t. 64. Engl. bot. t. 992. Schubert. naturges. t. 26. f. 1. Fl. vere et aest. Vulgaris ubique ad sepes et dumeta et senticeta.

aaaaaaa. Systylae : *Stylis coalitis.*

b. *Germinibus glabris.*

c. *Foliolis subtus pilosiusculis.*

13. systyla. Bastar. sup. de la fl. Du Main. et Loir. 51. R. *Germinibus oblongis glabris pedunc. subternis hispidiusculis aculeis ramorum sparsis validis recurvis petiolis subaculeatis foliolis ovato-lanceolatis subtus pilosiusculis caule erecto vel assurgente laciniis calycis pinnatifidis corollam aequantibus.*

R. collina. Smith. engl. bot. t. 1895. R. stylosa. Desr. journ. 1815. 2. 115. t. 14. R. leucochroa. eiusd. l. c. 1809. 2. 316. R. brevistyla. R. bibracteata. Cand. fr. 5. 537. var. *columna stylari abbreviata.* Flores albi, rosei, vel luteoli. Habitat......

cc. *Foliolis utrinque glabris.*

14. arvensis. R. *Germinibus oblongis glabris pedunculis subaggregatis glabriusculis ramis prostratis repentibus aculeis sparsis subreflexis petiolis subaculeatis foliolis ovato-lanceolatis utrinque glabris opacis inaequaliter serratis subtus discoloribus caule procumbente laciniis calycinis simplicibus vel alterne pinnulatis corolla multo brevioribus demum deciduis columna stylosa elongata.*

R. repens. Gmel. bad. 2. 418. Jacq. fragm. t. 104. R. sempervirens. Roess. ros. t. 32. R. Erporrhodon. R. serpens. Ehrh. beitr. etc. Ic. Engl. bot. t. 188. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 60. Lavvr. l. c. t. 86. Baxter. brit. bot. t. 325. Bot. mag. t. 2054. Guimp. holzgevv. t. 93. Schrank flor. mon. t. 305. — Var. *ovata.* Redout. l. c. t. 52. Foliola 3-5. Flores albi, vel carnei majusculi noctu odorati. Fructus coccineus pulposus. Fl. vere et aest. In arvis, viis, sepibus, dumetis, et oris nemorum.

bb. *Germinibus hispido-glandulosis.*

15. sempervirens. R. *Germinibus oblongis pedunculisque corymbosis glanduloso-hispidulis bracteis colora-*

*tis subintegerrimis aculeis ramorum scandentium sparsis subreflexis petiolis subinermibus foliolis utrinque glabris sempervirentibus nitidis aequaliter serratis coriaceis 3-5 bracteis lanceolatis acuminatis ciliato-glandulosis pilosis laciniis calycinis ovato-lanceolatis simplicibus corolla valde brevioribus demum deciduis intus margineque villosis caule prostrato vel scandente.*

R. atrovirens. Viv. fl. ital. fragm. 14. t. 6. R. scandens. Mill. dict. n. 8. R. balearica. Pers. ench. 2. 49. R. prostrata. Cand. cat. hor. monsp. 138. Var. etiam *stylis distinctis* apud Koch syn. 233. Ic. Redout. l. c. t. 2. t. 45. t. 49. Sibt. fl. gr. t. 488. Lawr. l. c. t. 45. Bot. regist. t. 465. Duham. arb. ed. nov. 7. t. 13. f. 1. Dill. hort. eltham. t. 246. fig. 318. Tota glabra. Caulis orgyalis et ultra. Flores maiusculi noctu suaveolentes albi vel carnei. Fructus coccineus. Styli hirsuti. In agro *nic.* circa *Genuam*: apud *Sarzanam* et forte multis aliis locis in *Liguria*.

bbb. *Germinibus villosis tomentosis.*

16. MOSCHATA. Miller. dict. n. 13. R. *Germinibus ovatis pedunculisque paniculatis villoso-tomentosis bracteis stipulisque integerrimis ciliatis aculeis ramorum sparsis reflexis petiolis villosis aculeatis foliis simpliciter serratis subtus glaucis subpubescentibus foliolis 5-7 lanceolatis acuminatis discoloribus laciniis calycis subpinnatisectis elongato-appendiculatis floribus ut plurimum numerosissimis pedunculis lateralibus articulatis surculis ascendentibus.*

Flores albi vel rosei. Culta in hortis var. *floribus plenis noctu odoratissimis odore ambrosiaco.* R. noisettiana. Redout. l. c. fructus coccineus. Ic. Redout. l. c. t. 33. t. 99. Bot. regist. t. 861. Jacq. fragm. 34. eius. hor. Schoenb. t. 280. Guimp ed. Schl. t. 13. Hayne. 11. 33. Var. *nepalensis.* Bot. reg. t. 829. — nivea. Bot. regist. t. 861. In portu *Delphini Liguriae.*

Gallae et fructus Rosarum adstringentes. Flores odore suavissimo reficiunt vires. Petala in syrupum cocta alvum blande subducunt: unde optimus syrupus rosarum solutivus in morbis praesertim hominum delicatiorum, feminarum et puerorum, qui perperam fere exolevit.

## 643. DRYAS

OCTOPETALA. Dr. *Suffr. humilis vix dodrantalis caulibus caespitosis prostratis radicantibus ramosissimis subdichotomis foliosis cortice fusco facile secedente foliis rugosis numerosis parvis petiolatis alternis cordato-oblongis obtusiusculis supra virentibus laevibus subtus niveo-tomentosis nervis rubidis margine subrevolutis pectinato-serratis petiolis basi stipulatis pedunculis solitariis terminalibus unifloris petalis albis calyce longioribus.*

Geum chamaedrifolium. Crantz. a. 70. Ic. Lob. ic. 495. f. 1. 2. Tabernam. ic. 379. f. 1. Park. 1061. f. 1. Moris s. 4. t. 26. f. 9. Clus. hist. 1. 351. f. 2. Dalech. lugd. 1164. Svens. bot. t. 427. Engl. bot. t. 451. Fl. dan. t. 31. Schk. handb. t. 137. Sturm. deut. fl. hef. 20. t. 3. Pallas. flor. ross. 3. t. 5. Gaertn. fruct. t. 74. Lam. ill. t. 443. Schrank. flor. mon. t. 236. Guimp. holzgew. t. 105. Sturm. deut. flor. 3. 20. Baxter. brit. bot. t. 248. Schubert. naturges. t. 26. f. 7. Calyx aliquando trifidus. Petala tunc novem. Calyx pilis rubris apice glandulosis obsitus. Caryopses villosae caudis longissimis plumosis erectis flexuosis. Fl. vere exeunte. In summis alpium iugis. Stirps amara et calida et adstringens est. Jam Theophrasto et Galeno et Dioscoridi nota atque in morbis curandis adhibita. Sistit alvum et menses, et leucorrhoeam, si a virium infirmitate sunt. Urinam etiam et menses ciet si a debilitate viscerum cohibentur; purgat et consolidat ulcera. Jam Theophrastus adnotavit oculorum albugines delere. Ex Galeno colliquat lienem.

## 644. FRAGARIA

VESCA. Fr. *Herba perennis humilis villosa e collo radicis stolonifera stolonibus reptantibus radice lignosa transversa foliis omnibus radicalibus longe*

*petiolatis ternatis foliolis sessilibus ovatis dentatis terminali minore scapo usque semipedali floribus corymbosis albis aliquando dioicis sepalis erectis vel reflexis fructibus rubris pendulis.*

Var. — *sepalis erectis stolonibus abbreviatis pube foliorum erecta petiolorum patentissima foliis utrinque pubescentibus* est Fr. collina. Ehrh. beitr. 7. 26. Fl. dan. t. 1589. Svens. bot. t. 548. — var. *grandior pube pedunculorum petalorumque patentissima* est Fr. elatior. Ehrh. beitr. 7. 23. Engl. bot. t. 2197. quae novissima var. in hortis culta est. Ic. Matth. com. 656. f. 2. Cam. epit. 763. Fuchs. hist. 853. Lob. ic. 697. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 395. f. f. 3. Moris. s. 2. t. 19. fr.2. Chabr. sciagr. 169. f. 1. Blackvv. t. 77. Ludvv. ect. t. 156. Sabb. hor. rom. 4. t. 44. Knorr. del. I. t. E. 169. Schk. hand. t. 135. Gaertn. fruct. t. 73. f. 8. Sturm. deut. fl. hef. 2. t. 8. Hayne 4. t. 26. Svens. bot. t. 16. Labram. fasc. 45. Lam. ill. t. 442. Plenck. ic. t. 412. Engl. bot. t. 1524. Schrank flor. mon. t. 39. Dietr. flor. borus. t. 318. Baxter. br. bot. t. 242. Schubert. naturges. t. 26. 3. Fr. semperflorens. Duches. Fr. alpina. Duham. Hayne 5. t. 23. var. — Herba notissima ubique vulgaris et culta. Fl. primo vere. Fraga odore gratissima et gustu suavissima sunt praesertim si cum vino generoso et saccaro condita sint. Solvunt tartarum dentium, unde conjicere licet in podagra praecipue nodosa usum eius magnopere conferre. Sed magna copia ingeri debent quod ventriculo infestum est, praesertim si homo podagra laboravit. Ventriculum enim languidum inflat; unde in usu eius adhibendus est modus. Calculos forte etiam comminuit atque urinam auget et sudorem. Radicem eius in aqua decoctam urinam ciere certum est. Medici homiopatici taeniae infestam esse, atque illam interficere, et extrudere ut Punica, et Aspidium Filix mas Svvartz. institutis experimentis statuerunt, quae et mihi multoties felicissime cesserunt.

—

## 645. GEUM

a. *Floribus erectis, aureis, calycibus viridibus.*

1. URBANUM. G. *Foliis radicalibus lyrato-pinnatis foliolis oblongis inciso-dentatis impari maiore caulinis ternatis stipulis amplis foliaceis incisis floribus erectis fructibus hirsutis aristis nudiusculis.*

G. intermedium Ehrhar. beitr. 6. 143. est var. *floribus nonnullis nutantibus*. G. hederaefolium. C. C. Gmel. flor. bad. 2. 460. est var. *foliis simplicibus*. G. hirtum. Wahlemb. Caryophyllata urbana. Scop. carn. 1. 564. C. officinalis. Moench. meth. 660. Ic. Sab. hort. rom. 4. t. 43. Flor. medic. t. 64. Labr. fas. 29. Gaertn. fruct. t. 74. f. 1. Hayne 4. t. 33. Svens. bot. t. 94. Sturm. deut. fl. hef. 5. t. 7. Schk. hand. t. 137. Fl. dan. t. 672. Engl. bot. t. 1400. Nees. offic. t. 310. Blackvv. t. 253. Ludvv. ect. t. 36. Fuchs. hist. 584. Clus. hist. 2. 202. f. 2. Tabernam. ic. 115. f. 1. Lob. ic. 693. fig. 2. Dodon. pempt. 137. f. 1. Dalech. lugd. 686. f. 1. Bah. hist. 2. 398. Moris. s. 4. t. 26. f. 1. 2. Curt. lond. 2. t. 36. Ed. Grav. 3. t. 83. Petiv. h. br. t. 40. f. 2. Brunsf. herb. 2. 22. Matth. com. Valgr. 2. 333. Cam. epit. 723. Woodvv. sup. t. 239. Plenck. ic. t. 415. Savi. mat. med. t. 8. Dietr. fl. bor. t. 307. Wagner 11. Guimp. et Schl. t. 90. Schrank. fl. mon. t. 393. Dreves 3. 100. nov. com. Gotting. 5. 4. Schubert naturges. t. 26. f. 6. Radix amara et aromatica adstringens crassa transversa. Caulis usque bipedalis hirsutus bifido-ramosus. Petala calyce vix longiora. Radix optima in diarrhoea et dysenteria, etiam in albo fluore mulierum si morbus a laxitate est et abest nervorum teneritas. Venerem languentem excitare legitur in an. nat. cur. 5. ob. 83. Ulcera atonica foliis expurgari et sanari act. berol. dec. I. vol. 7. 45. Fl. aest. In sepibus, dumetis et circa domos etc.

aa. *Floribus cernuis maiusculis flavo-rubidis.*

2. RIVALE. G. *Foliis radicalibus lyrato-pinnatis foliolo impari maximo caulinis ternato-trifidis omnibus glabriusculis floribus nutantibus petalis calycem aequantibus aristis plumosis medio tortis.*

G. hybridum. Wulf. in Jacq. mis. 2. 33. Jacq. ic. rar. t. 94. est var. *sepalis foliosis.* Caryophyllata rivalis. Scop. carn. 1. 365. C. nutans. Moench. meth. 661. C. aquatica. Lam. enc 1. 399. Ic. Sturm. deut. fl. hef. 8. Clus. hist. 2. 105. f. 1. Lob. ic. 694. f. 1. Dalech. lugd. 686. f. 2. Bah. hist. 2. 398. f. 3. Moris. s. 4. t. 26. f. 7. Plenck. ic. t. 416. Engl. bot. t. 106. Svens. bot. t. 231. Fl. dan. t. 722. Petiv. her. br. t. 40. f. 4. Baxter. brit. bot. t. 3. Dreves. 3. 101. Hayne 4. 34. Dietr. fl. bor. t. 308. Schrank fl. mon. t. 71. Radix prioris, extus sanguinea. Caulis vix pedalis. Calyx sanguineus urceolatus magnus. Folia supra obscure virentia. Fl. aest. Secus aquas et fossas, et in pratis uliginosis, et spongiosis praesertim collinis et montanis. Perennis.

## 646. SIEVERSIA

a. *Stolonibus reptantibus.*

1. REPTANS. Spreng. syst. 2. 343. S. *Foliis pinnatis villosis foliolis ovatis subtrifido-incisis flagellis reptantibus caule unifloro ascendente aristis villosis.*

Geum. L. sp. 717. Jacq. a. 3. ap. t. 22. Caryophyllata. All. ped. 2. 61. Ic. Barrel. ic. 400. Boccon. mus. t. 128. Pona monte Baldo etc. 205. Sturm. deut. fl. hef. 14. Radix crassa fusiformis perpendicularis squamata extus sanguinea. Stolones 1-2. Caules caespitosi ascendentes flexuosi vix palmares. Flos magnus aureus erectus. Petala calyce ut plurimum longiora. Fl. aest. In summis alpium iugis, locis lapidosis, humidis: in monte *Cenisio*: *Assiette*, et *Montveran*: in montibus *Arbriez* et *Col de la Croix* versus *Queiras*: inter *Maccugnaga* et *Pecetto* vallis *Anzascae.*

aa. *Stolonibus nullis.*

2. MONTANA. Spreng. l. c. G. *Foliis lyrato-pinnatis pilosis caule erecto unifloro aristis villosis.*

G. montanum. Lin. sp. 717. Jacq. a. t. 373. Lam. ill. t. 443. Caryophyllata montana. Scop. carn. 1. 365. Ic. Pon. l. c. 203. Barrel. ic. 399. Sturm. deut. flor. hef. 14. Knovv. et West coll. t. 46. Radix transversa crassa fusca fibris lateralibus descendentibus. Caules caespitosi paucifolii uniflori ut plurimum humiles non raro tamen usque pedales. Flos aureus grandis pendulus. Fructus demum erectus. Petala calyce valde longiora. Nuculae cauda longissima plumosa saepe rubida apice aliquando nuda. Fl. aest. Vulgaris in pascuis alpinis.

## 647. POTENTILLA

a. *Foliis pinnatis.*

b. *Floribus flavis.*

c. *Caule erecto fruticoso.*

1. FRUTICOSA. P. *Caule fruticoso foliis impari-pinnatis subbijugis foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis villosis approximatis stipulis scariosis petalis obovatis calycem superantibus floribus subcorymbosis pedunculis folio longioribus laciniis calycis pilosis lanceolatis acutis basi latis bracteis lineari-lanceolatis subpetiolulatis.*

Ic. Engl. bot. t. 88. Kerner. t. 37. Svens. bot. t. 253. Nestl. pot. t. 1. f. a. flos. Moris. s. 2. t. 23. f. 5. Hort. angl. t. 54. Duham. arb. 2. t. 20. Edit. nov. 2. t. 4. Guimp. holzgevv. t. 42. Walth. hor. t. 17. Amm. ruth. t. 17. 18. f. 1. In agro *taur.* in montibus delle *Cafasse*: in montibus apud *Tendam* dictis l'*Inferno*, locis apricis.

cc. *Caule decumbente herbaceo.*

d. *Radice annua.*

2. SUPINA. P. *Caule decumbente dichotomo pubescente foliis imparipinnatis trijugis glabriusculis foliolis oblongis obtusis inciso-dentatis superioribus decurrentibus stipulis ovatis integerrimis pedunculis axillaribus unifloris fructiferis reflexis petalis calyce subbrevioribus laciniis calycinis triangulari-lanceolatis bracteo-

*tis lanceolatis carpellis ovatis subcompressis rugulosis brevibus.*

Ic. Clus. hist. 2. 107. f. 2. Lob. ic. 692. f. 1. Dodon. pempt. 117. fig. 1. Tabernam. ic. 121. fig. 2. Bah. hist. 2. 398. Ambros. phyt. 1. 414. Jacq. a. t. 406. Labr. fas. 50. Gmel. reis. 1. 27. Flor. dan. t. 2175. Sturm. deut. flor. 20. 91. Dietr. flor. bor. t. 585. Caules caespitosi rosulati usque pedales fistulosi. Flores parvi. Fl. vere exeunte et aest. In agro *taur.* secus *Padum* apud *Moncalieri*, et collibus *taur.*

dd. *Radice perenni.*

e. *Floribus corymbosis stolonibus nullis.*

3. MULTIFIDA. P. *Caule decumbente foliis longe petiolatis imparipinnatis subtrijugis foliolis oblongis pinnatifidis subtus lanato-tomentosis stipulis ovatis subintegris inferioribus fuscis coriaceis petalis calycem subaequantibus laciniis calycinis lanceolatis bracteolis oblongis receptaculo piloso carpellis tenuissime rugulosis olivaceis.*

Ic. Sering. mus. helv. 1. t. 8. Kniphaus. cent. 2. 62. Caules caespitosi apice surrecti superne ramosi vix spithamei. foliola supra obscure virentia laciniis linearibus obtusis margine revolutis. flores parvi. Fl. aest. In monte *Cenisio*: in summo iugo la *Vanoesa*. In monte *Crestesa* et *Cistella* agri *nov.*

ee. *Pedunculis unifloris: stolonibus repentibus.*

4. ANSERINA. P. *Caule repente foliis interrupte pinnatis multijugis subtus sericeis foliolis oblongis argute serratis stipulis multifidis pedunculis axillaribus unifloris elongatis laciniis calycinis lanceolatis integris bracteolis ut plurimum 3-5lobis petalis obovatis calyce longioribus receptaculo piloso.*

Var. *floribus geminis.* Sering. in Cand. prodr. 2. 582. Var. *foliolis undique sericeis et utrinque glabriusculis.* Ic. Flor. med. t. 34. Engl. bot. t. 861. Fl. dan. t. 544. Bull. herb. t. 157. Sturm. deut. flor. h. 4. t. 7. Hayne 4. t. 51. Zannichel. ist. t. 26. Plenck. ic. t. 413. Svens. bot. t. 152. Curt. lond. 3. t. 31. Ed. Grav. 3. t. 82. Ger. em. 993. Matth. com. 654. Camer. epit. 758. Moris. s. 2. t. 20. f. 4. Bah. hist. 2. 398. t. 1. Chabr. sciagr. 172. f. 1. Fuchs. hist. 619. Lob. ic. 693. f. 1. Dod. pempt. 600. f. 1. Dalech. lugd. 1064. f. 1. Tabernam. ic. 118. f. 1. Blackvv. t. 6. Dreves. 1. 35. Dietr. flor. bor. t. 142. Schrank. fl. mon. t. 386. Schubert. naturges. 1. 26. f. 4. Stolones seu potius caules inferne radicantes et ramosi caespitosi. Folia caespitosa ex quibus surgunt petioli qui potius scapi dicendi sunt foliis plerumque longiores. Fl. aest. In pascuis lapidosis et arenosis collium. frequens in *Sabaudia*: in pascuis di *Maggiora* et *Romagnano*, in agro *novar.* etc. Ego legi circa *Augustam Praetoriam.*

bb. *Floribus albis.*

5. RUPESTRIS. P. *Caule erecto dichotomo virgato foliis longe petiolatis radicalibus imparipinnatis 2-3iugis caulinis ternatis pubescentibus foliolis subrotundis ovatisque dentatis incisisve stipulis indivisis petalis calyce longioribus laciniis calycis latis lanceolatis bracteolis minimis saepe bilobis carpellis ovato-pyriformibus laevibus.*

Ic. Clus. hist. 1. 107. Bah. hist. 2. 398. Sering. mus. helv. 1. t. 6. f. 1. 2. Engl. bot. t. 2058. Jacq. a. t. 114. Krok. sil. 2. t. 9. Moris. s. 2. t. 20. f. 1. Chabr. sciagr. 170. f. 6. Sturm. deut. fl. 20. 91. Dietr. flor. bor. t. 170. Baxter. brit. bot. t. 313. Radix surculifera surculis cauliferis. Caules paucifolii plerumquehumiles aliquando tamen usque pedales. Flores corymbosi, corymbis terminalibus. Fl. aest. In pratis et pascuis exsuccis etc.

bbb. *Floribus rubris.*

6. PALUSTRIS. Scop. carn. 1. 359. P. *Caule ascendente foliis radicalibus longe petiolatis imparipinnatis subbiiugis glabris subtus glaucis superioribus ternatis subsessilibus foliolis lanceolatis argute serratis petalis lanceolatis acutis calyce brevioribus floribus subcorymbosis radice repente verticillata.*

P. Comarum. Nestl. pot. 36. Comarum palustre. Lin. sp. 718 Engl. bot. t. 172. Lam. ill. t. 444. Svens. bot. t. 318. Schk. hand. t. 138. Fl. dan. t. 636. Lob. ic. 691. f. 1. Dodon. pempt. 117. f. 2. Dalech. lugd. 1265. f. 4.

Camer. epit. 762. Tabernam. ic. 122. f. 2. Bah. hist. 2. 398. Valer. Cord. hist. 95. Pluk. phyt. t. 212. f. 2. Hoffm. germ. t. 7. Moris. s. 2. t. 19. f. 4. Chabr. sciagr. 171. f 2. Camer. epit. 762. Gaertn. fruct. t. 73. Dreves. 3. 92. Baxter. brit. bot 1. 197. Dietr. fl. bor. t. 824. Radix nodosa, rubra. Caulis ruber, simplex inferne laevis superne pubescens vix pedalis. Calycis ampli laciniae acutae inaequales interiores ovato-lanceolatae longiores exteriores lineares omnes interne sanguineae. Genitalia rubra. Nuculae glabrae fulvae vel purpureae. Fl. aest. Habitat loca palustria et uliginosa, et spongiosa, et oras lacuum: in monte *Cenisio*: circa lacus di *Candia* et *Viverone* etc.

aa. *Foliis digitatis.*

b. *Floribus flavis.*

c. *Caule erecto.*

d. *Petalis calyci aequalibus.*

7. OBSCURA. W. sp. 2. 1110. P. *Hirsutissima erecta foliis 7-9 natis foliolis lanceolatis acutis inciso-serratis hirsutis petalis obcordatis aureis calycem aequantibus.*

Ic. Balb. et Noc. fl. tic. 1. t. 10. Reich. ic. t. 540. f. 521. Bonan. panph. t. 80. Sturm. deut. fl. 20. 91. est var. procerior. P. hirtae.

dd. *Petalis calyce longioribus.*

e. *Stipulis indivisis.*

8. RECTA. P. *Foliis 5-7 natis foliolis oblongis inciso-serratis patentipilosis petalis pallidis calycem superantibus.*

P. pilosa. W. sp. 2. 1100. P. laciniosa. Lehem. pot. t. 7. Ic. Bah. hist. 2. 398. Garid. aix. t. 83. Sab. hor. rom. 3. t. 49. Nestl. pot. t. 6. Reich. ic. t. 539. f. 520. Jacq. a. t. 383. Fl dan. t. 1820. Mutel. flor. fr. t. 16. Sturm. deut. fl. 20. 91. Dietr. fl. bor. t. 38. est var. P. hirtae *stipulis latis coriaceis integris caule crasso ramosissimo multifloro.* Vulgaris praesertim locis apricis et collinis. Fl. vere et aest.

ee. *Stipulis bipartitis.*

9. HIRTA. P. *Foliis 5-7 natis cauleque paucifloro hirtis foliis spathulato-linearibus tridentatis serratis incisisque petalis aureis obcordatis calycem superantibus..*

P. pedata. W. enum. sup. 58. Nestl. pot. t. 7. P. rubens. All. ped. 2. 58. P. laeta. Reich. exc. 3. 595. Ic. All. pedem. t. 71. f. 1. Lehm. pot. t. 8. Sturm. deut. fl. 209. Radix fusca lignescens. Caules caespitosi simpliciusculi ut plurimum humiles raro usque pedales. Fructus rugosi carinati carina alaeformi membranacea. Fl. vere et aest. In pascuis montanis et collinis exsuccis et lapidosis. In agro *taur. segus. novar.* praesertim *nic.* et *ligustico.* Herba in aprico rubida.

cc. *Caule ascendente.*

d. *Petalis calyci aequalibus.*

e. *Foliis margine planis subtus cinereo-tomentosis.*

10. CANESCENS. Bess. fl. gal. 1. 330. P. *Foliis quinatis subtus incano-lanatis foliolis spathulato-lanceolatis profunde serrato-pectinatis floribus paniculatis petalis emarginatis sepala lanceolata subaequantibus stipulis lanceolatis integris vel dentatis.*

P. inclinata. Vill. delp. 3. 567. t. 45. P. ascendens. Walds. et Kit. ex Lehm. pot. 94. P. recta. Jacq. a. t. 385. P. intermedia. Wahlemb. carp. 154. Caules caespitosi aliquando etiam erecti raro pedales et ultra. Folia ima aliquando septenata. Flores parvi numerosi. Panicula dichotoma. petala aliquando calycem superant. Calycis laciniae exteriores lineares. Fructus rugosi carinati carina parva; valde accedit ad priorem. Stirps valde dubia.

ee. *Foliolis margine revolutis subtus niveo-tomentosis.*

11. ARGENTEA. P. *Foliis quinatis margine revolutis subtus candido-tomentosis foliolis lanceolatis basi attenuatis inciso-serratis petalis retusis calycem subaequantibus vel excedentibus.*

P. calabra. Tenor. neap. 1. 287. t. 45. var. *Foliolis utrinque tomentosis pectinato-incisis floribus grandiusculis petalis sepala valde superantibus.* P. impolita. Whalemb. carp. 145. Ic. Bah. hist. 2. 398. Engl. bot. t. 89. Fl. dan. t. 865. Matth. com 656. f. 1. Camer. 760. Moris. s. 2. t. 19. f. 11. Sturm. deut. fl. hef. 17. t. 7. Chabr. sciagr. 170. f. 4. Dietr. flor. bor. t. 273. Caules caespitosi non raro usque pedales in aprico superne rubidi. Pa-

nicula dichotoma. Flores parvuli. Foliola externa aliquando bipartita. Fl. vere et aest. Vulgaris ad muros et vias in collinis et montanis locis, lapidosis et apricis etiam planitiei.

dd. *Petalis calycem superantibus.*

12. AUREA. P. *Foliis quinatis utrinque subtilissime margine nervisque dense sericeis foliolis obovato-oblongis apice dentatis petalis retusis calyce duplo longioribus fructibus glabris vix rugosis.*

P. Halleri. Ser. mus. helv. 1. 75. Hall. enum. t. 6. f. 4. est omnino var. — var. *Foliis utrinque cauleque hirsutiusculis foliolis abbreviatis obovatis incisis obtuse dentatis floribus luteo-croceis* est P. alpestris. Hall. fil. in Sering. mus. helv. 1. 55. P. crocea. eiusd. in Schleich. cat. 1807. P. rubens. Vill. delph. 3. 566. P. aurea. Smith. br. 2. 549. et Engl. bot. t. 561. Fl. dan. t. 114. Sering. l. c. t. 8. P. verna. All. ped. 2. 56. P. salisburgensis Haenk in Jacq. coll. 2. 68. Jacq. ic. rar. t. 490. P. dubia. Suter. helv. 1. 308. P. sabauda Cand. fr. 4.458. P. affinis. Host. a. 2. 41. P. filiformis. Cand. fr. 5. 542. Fragaria villosa. Crantz. a. fas. 2. 75. t. 1. f. 2. Ic. Clus. hist. 2. 106. fig. 1. et 3? Bah. 2. 398. fig. 11. Caules caespitosi vix spithamei pauciflori, et paucifolii. Folia suprema ternata. Corymbi dichotomi pauciflori. Flores maiusculi. Fl. aest. In pratis et scopulis alpinis.

ccc. *Caule decumbente.*

d. *Petalis calyce longioribus.*

e. *Nuculis laevibus.*

13 SUBACAULIS. P. *Foliis radicalibus quinatis caulinis ternatis utrinque pube stellato incano-tomentosis foliolis obovatis obtusis crenatis reticulato-venosis caule prostrato paucifloro petalis obcordatis calycem subduplo superantibus fructibus vix rugosis.*

P. cinerea. Chaix. ap. Vill. delph. 3. 567. P. opaca. Poll. palat. 2. 68. P. arenaria. Borchaus. in fl. wett. 2. 248. P. incana. Moench. meth. 249. P. ovata. Poir. enc. 5. 601. P. velutina. Lehm. pot. 170. et sup. 1. 17. t. 8. P. grandiflora. Scop. carn. 1. 363. t. 22. P. verna. d. W. Ic. Garid. aix t. 109. Pluk phyt. t. 212. f. 3. Barrel. ic. 709. 710. Jacq. ic. rar. t. 491. Caules caespitosi vix dodrantales. Folia aliquando omnia ternata. Panicula pauciflora. Flores parvi. Fl. vere et aest. In pascuis apricis collium et planit. in agro *taur. albens.* etc. in apricis della *Pavarina* in valle *Pisii.*

ee. *Nuculis scabris.*

14. REPTANS. P. *Foliis quinatis ternatisque utrinque pilosiusculis foliolis obovatis utrinque serratis caule sarmentoso prostrato radicante pedunculis axillaribus unifloris petalis obcordatis calycem superantibus.*

Ic. Zannich. ist. t. 265. Plenck ic. t. 414. Schk. handb. t. 136. Hayne 4. t. 32. Engl. bot. t. 862. Fl. dan. t. 1164. Svens. bot. t. 709. Curt. lond. 1. t. 37. ed. Grav. 2. t. 65. Woodvv. med. bot. t. 59. Fuchs. hist. 624. Ger. em. 987. Moris. s. 2 t. 19. f. 7. Matth. com. 655. f. 1. Lam. ill. t. 442. Schrank fl. mon. t. 366. Sturm. deut. flor. 20. 91. Dietr. flor. bor. t. 171. Sarmenta simplicia longissima geniculata geniculis radicantibus. Pedunculi folio longiores. Flores maiusculi. Fl. vere et aest. Vulgaris ubique in ruderatis pascuis, ad vias, margines agrorum etc.

dd. *Petalis calyci subaequalibus.*

e. *Calyce 10-partito petalis 5.*

15. VERNA. P. *Foliis radicalibus quinatis septenatisve caulinis ternatis utrinque simpliciter pilosis foliolis obovatis apice profunde serratis caulibus declinatis caespitosis petalis obcordatis vix calycem superantibus distantibus.*

Var. *hirsutissima* est P. opaca. All. ped. 2. 56. Ic. Engl. bot. t. 37. Sturm. deut. fl. hef. 17. t. 8. Labr. fas. Schrank fl. mon. t. 364. Dietr. flor. bor. t. 168. 11. Caules caespitosi humillimi aliquando usque spithamei. Folia ima longe petiolata. Flores paniculati panicula contracta pauciflora. Petala aurea basi non raro macula crocea notata. Fl. primo vere. Serius in montibus. Ubique locis calidis, lapidosis, collinis etc. P. serotina. Vill. l. c. forte etiam trahenda est. P. opaca. L. sp. 717. At. P. subacaulis omnino var. videtur.

ee. *Calyce 8-partito, petalis 4.*

16. NEMORALIS. Nestl. pot. 65. P. *Foliis quinatis ternatisque subpedatis subtus appresse pilosis foliolis cuneatis acute serratis caule prostrato fili-*

*formi pedunculis axillaribus unifloris elongatis floribus subtetrapetalis.*

Tormentilla reptans. Lin. sp. 716. Engl. bot. t. 864. Ic. Lehm. pot. t. 13. Flor. dan. t. 1819. Radix extus intusque rufa irregulariter tuberosa lignosa. Caules simpliciusculi superne ramosi flagelliformes fructiferi ad genicula radicantes. Flores quidquam maiores; ceterum similis P. Tormentillae, cuius videtur var. Fl. aest. Passim in dumetis umbrosis, et oris sylvarum etc.

bb. *Floribus albis.*

c. *Petalis calyci aequalibus.*

d. *Filamentis villosis.*

17. CAULESCENS. P. *Viscosa foliis radicalibus quinatis caulinis ternatis utrinque nudis margine pilosis foliolis oblongis apice conniventi-serratis caule erecto vel ascendente multifloro stipulis lanceolatis superne latioribus petalis cuneatis calycem subaequantibus.*

P. petiolulata. Gaud. helv. 3. 374. Ic. Bonan. panph. t. 163. Jacq. a. t. 220. Sturm. deut. fl. 2. 1. Radix lignosa. Caules caespitosi vix spithamei. Flores corymbosi corymbis terminalibus. Fructus pilosi apice barbati. Fl. aest. Habitat loca aprica, lapidosa, rupes et scopulos alpium: in *Sabaudia*; in monte *Cenisio*: apud *Segusium*, et variis locis in alpibus maritimis.

dd. *Filamentis glabris.*

18. ALBA. P. *Foliis radicalibus longe petiolatis quinatis sup. ternatis subtus argenteo-sericeis foliolis oblongis apice conniventi-serratis caulibus prostratis paucifloris filiformibus flexuosis nudiusculis petalis obcordatis calycem superantibus fructibus basi barbatis.*

P. nitida. Scop. carn. 2. 362. P. splendens. Ram. in Cand. fr. 4. 467. est var. *sepalis maioribus etiam supra sericeis*. Ic. Engl. bot. t. 1384. Jacq. a. t. 115. Clus. hist. 1 105. f. 1? Lodd. bot. cab. t. 1534. Sturm. deut. fl. 2. 4. Schr. fl. mon. t. 165. Dietr. fl. 604. 166. Radix lignosa collo incrassata. Caules et folia caespitosa. Folia omnia radicalia longissime petiolata. Flores longe pedicellati. Fl. vere et aest. In pascuis siccis, collinis et montanis.

cc. *Petalis calyce brevioribus, filamentis hirsutis.*

19. VALDERIA. P. *Tomentosa foliis 5-7 natis rigidiusculis subtus incano-tomentosis foliolis obovato-oblongis serratis caule erecto floribus corymbosis congestis petalis calyce lanato brevioribus nuculis villosis.*

Ic. All. ped. t. 24. f. 1. Caulis usque pedalis, folia ima longe petiolata, floralia simplicia, tripartita vel trifida. Fl. aest. In lapidosis circa thermas *Valderias*; supra *Tendam*, et forte multis aliis locis in alpibus maritimis. flores ochroleuci.

aaa. *Foliis ternatis.*

b. *Floribus luteis.*

c. *Caule erecto vel ascendente.*

d. *Petalis calyce brevioribus.*

e. *Foliolis superioribus obovatis.*

20. FANTOLII. Birol. apud Colla herb. ped. 2. 326. P. *Molliter villosa caule erecto foliis ternatis foliolis oblongo-obovatis serratis calycibus corolla sublongioribus petalis obverse lanceolato-linearibus obtusis floribus terminalibus subumbellatis fructibus rugosis receptuculo piloso stipulis inferioribus lanceolatis acutis superioribus brevioribus ovatis.*

P. grammopetala. Moret. 616. ital. 4. t. 2. Radix transversa crassa fusiformis sanguinea. Caulis vix spithameus striatus simplex. Folia ima longe petiolata. Corymbus terminalis compactus viscosus. Folia floralia simplicia trifida, calyx viscosus. Petala ochroleuca. Fl. aest. In pascuis alpium del *Campello* et praesertim in monte *Moro* agri nov.

ee. *Foliolis superioribus lanceolatis.*

21. NORVEGICA. P. *Annua villosa foliis ternatis seu subquinatis petiolatis utrinque pilosis foliolis oblongis acutis serratis caule erecto dichotomo-ramoso pedunculis axillaribus petalis calyce brevioribus.*

Ic. Barthol. act. hafn. 1763. 2. 346. t. 1. f. o. Fl. dan. t. 171. Lam. ill. t. 442. Sturm. deut. fl. 20. 91. Dietr. fl. bor. t. 797. Caulis usque pedalis. Petala ochroleuca obovata. Fructus rugosi aliquando laeves. Fl. aest. In monte *Turlo* agri nov. atque in alpibus montis *Sylvii*.

dd. *Petalis calyce longioribus.*

e. *Calycibus 10-partitis, petalis 5.*

f. *Foliolis obovatis.*

22. NIVEA. P. *Villosa foliis ternatis supra hirsutiusculis subtus niveo-tomentosis foliolis obovatis margine planis inciso-serratis caule ascendente paucifloro paucifolio petalis obcordatis calycem acutum villosum superantibus.*

Ic. Flor. dan. t. 1035. Lodd. bot. cab. t. 460. Botan. mag. t. 2982. Sturm. deut. flor. 20. 92. Radix lignosa sanguinea. Caules caespitosi vix palmares ut plurimum humillimi. Folia subsessilia. Corollae aureae, grandiusculae. Petala obcordato-cuneata. Stirps pulcherrima. facie quodammodo refert. P. argenteam. Fl. aest. In summis iugis montis *Moro* ad nives deliquescentes: in alpinis di *Oulx.*

ff. *Foliolis subrotundo-ovalibus.*

23. GRANDIFLORA. P. *Pubescens foliis ternatis pubescentibus foliolis subrotundo-ovalibus acute dentatis caule ascendente paucifloro petalis obcordatis calyce duplo longioribus.*

Ic. Magn. bot. monsp. 80. Hall. helv. t. 21. Botan. mag. t. 72. Sturm. deut. flor. 20. 92. Radix transversa atro-rubra Caules caespitosi crassiusculi humiles non raro tamen usque pedales. Folia ima longe petiolata. Foliola si contra lucem spectabis parallele venosa. Corollae maiusculae aureae. Petala obcordata. flores corymbosi corymbo terminali dichotomo elongato. Filamenta glabra. Fructus laeves arcuatim rugosi. Fl. aest. Ad rupes et loca scopulosa alpium frequens.

ee. *Calycibus 8-partitis, petalis 4.*

24. TORMENTILLA. Sibt. oxon. 162. P. *Foliis ternatis nitidis glabriusculis caulinis sessilibus foliolis lanceolatis inciso-serratis stipulis folio proximis incisis pedunculis axillaribus unifloris floribus 4-petalis calyce longioribus.*

Tormentilla erecta. L. sp. 716. Plenck ic. t. 411. Svens. bot. t. 19. Fl. dan. t. 589. Schk hand. t. 136. Hayne 2. t. 48. Labram. fas. 69. Sturm. deut. flor. hef. 34. t. 12. Nees off. t. 509. Woodw. med. bot. t. 9. Liboscit. Petersb. Lam. ill. t. 444. Guimp. et Schl. t. 91. Wagner. t. 186. Dietr. flor. bor. t. 173 Schub. natur. t. 26. f. 5. T. officinalis. Smith brit. 552. Engl. bot. t. 863. Curt. lond. 5. t. 35. Ed. Grav. 5. t. 84. P. sylvestris. Nek. del. 1. 222. Ic. Malth. com. 617. f. 2. Fuchs. hist. 260. Lob. ic. 696. f. 2. Tabernam. ic. 124. f. 2. Bah. hist. 2. 398. f. 2. Mor. s. 2. t. 19. f. 13. Dod. pempt. 118. f. 1. Dalech. lugd. 1267. f. 1. Chabr. sciagr. 171. f. 6. Sab. hor. rom. 4. t. 46. Blackw. t. 445. Ludw. ect. t. 174. Knor. del. 2. t. 1. Schrank flor. mon. t. 399. Zannich. ist. t. 87. Garid. aix. t. 108. Radix irregulariter tuberosa, extus intusque sanguinea. Caules caespitosi ascendentes superne ramosissimi. Folia ima longe petiolata. Petala obcordata, aurea, basi macula crocea notata. Fl. aest. Stirps ubique vulgaris in ericetis, pascuis, sylvis etc.

cc. *Caule decumbente.*

d. *Petalis calyci aequalibus.*

25. FRIGIDA. Vill. delph. 3. 565. P. *Hirsuta foliis ternatis foliolis obovatis crenatis caule decumbente humili paucifloro petalis calycem subaequantibus.*

P. glacialis. Hal. fil. in mus. helv. 1. 51. Sering. ibid. 69. t. 7. Ic. Nestl. pot. t. 10. f. 3. Sturm. deut. fl. 20. 92. Zollikoffer alpen. fl. 8. Radix crassiuscula sanguinea. Caules caespitosi humillimi vix biunciales crassi 1-3flori. Petala aurea obcordata etiam calyce breviora, vel longiora. Fl. aest. In summis iugis montium *Cenisii* et *Rosae* ad nives deliquescentes.

dd. *Petalis calycem superantibus.*

26. MINIMA. Hall. fl. in mus. helv. 1. 51. Sering. 16. 67. t. 8. P. *Humillima foliis ternatis subtus pubescentibus ciliatis foliolis obovatis acute dentatis caule prostrato subunifloro petalis obcordatis calycem superantibus.*

P. Brauniana. Hop. taschenb. 1800. 137. Lodd. bot. cab. t. 480. Sturm. deut. fl. 5. 17. Herba vix pollicaris, vix differt a P. frigida nisi statura minore. mea sententia est var. eius. Fl. aest. In summis iugis montis *Cenisii.*

bb. *Floribus albis.*

27. FRAGARIA. Poir. enc. 5. 599. P. *Pubescens stolonifera foliis ternatis subsericeis foliolis ovalibus acute serratis retusis caulibus prostratis subbifloris foliis brevioribus petalis albis*

*obcordatis calycem aequantibus fructibus costa interna barbatis.*

Fragaria sterilis. L. sp. 709. Engl. t. 1785. Fl. dan. t. 1579. Hoffm. deut. fl. 1791. 6. Trattin. arch. P. Fragariastrum. Ehrh. herb. 146. Hoffm. flor. d'Allem. 1791. t. 6. P. fragarioides. Vill. delph. 3. 561. P. fragariaefolia. Gmel. bad. 2. 433. Comarum fragarioides. Roth. tentam. 2. 577. Pot. micrantha. Cand. fr. 4. 468. Sering. mus. helv. 1. t. 3. Ic. Sering. l. c. 1. t. 4. f. 2. Schk. hand. t. 133. Curt. lond. 3. t. 30. Ed. Grav. 3. t. 83. Lob. ic. 698. f. Bah. hist. 2. 39. f. 1. Moris s. 2. t. 19. f. 5. Petiv. herb. br. t. 40. f. 8. Dietr. fl. bor. t. 317. Herba pusilla. Radix lignosa crassa. Caules vix palmares. Flores parvi longe pedunculati. Petala apud nos basi macula sanguinea notata. Fl. ipso februario. Vulgatissima ubique in sepibus et pascuis apricis, calidis et aridis.

bbb. *Floribus roseis.*

28. nitida. P. *Tomentosa foliis ternatis utrinque argenteo sericeis foliolis obovatis apice tridentatis caule brevissimo ascendente subunifloro petalis roseis obovatis calycem superantibus filamentis glabris fructibus dense villosis.*

P. subacaulis. Scop. carn. 1. 564. P. tergloveusis. Hacq. pl. alp. carn. 15. t. 4. f. 2. P. apennina. Tenor. neap. 1. 291. t. 46. est var. *Petalis spathulatis longe unguiculatis fructibus apice barbatis.* Ic. Boccon. mus. t. 9. Jacq. a. ap. t. 25. Sering. mus. helv. 1. 62. t. 5. f. 1. a. d. Sturm. deut. flor. 6. 22. Radix lignosa collo incrassata. Caules caespitosi humillimi vix bipollicares. Corolla grandis rosea raro alba. Fl. aest. In summis iugis montium *Sabaudiae*: in rupibus montis *Petison* etc. Potentillae omnes adstringunt et roborant, et Geum, Sieversiam, Fragariam, Polygonum Bistortam cet. virtute aequant.

## 648. PAPAVER

a. *Capsulis hispidis.*

b. *Radice annua.*

c. *Capsula clavata.*

1. Argemone. P. *Capsula clavata caule folioso multifloro foliis bipinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis hirsutiusculis setis caulinis subpatulis sepalis glabriusculis filamentis superne dilatatis.*

Var. *caule unifloro* est P. maritimum. Wither. brit. 486. — P. clavigerum. Lam. fr. 3. 175. Ic. Dalech. lugd. 440. f. 2. Lob. ic. t. 276. f. 2. Observ. 144. f. 2. Ger. herb. 373. Bah. hist. 3. 396. f. 2. Chabr. sciagr. 460. f. 6. Tabern. Knaut. 83. Moris. s. 3. t. 14. f. 10. Curt. lond. 3. t. 38. Ed. Grav. 1. t. 67. Engl. bot. t. 643. Schk. hand. t. 140 (Semen.) Fl. dan. t. 867. Svens. bot. t. 338. Reich. ic. fl. germ. pap. t. 14. f. 4475. Schrank. flor. mon. t. 313. Hayne. 6. 37. Dietr. flor. bor. t. 187. Caules usque bipedales caespitosi plerumque tamen humiliores. Folia radicalia petiolata. Laciniae seta longa terminatae. Flores parvuli. Petala pallide coccinea basi macula atro-rubra. Capsula nervoso-angulata. Stigmata 4-6. Fl. iunio. Inter segetes montium et collium; in arvis arenosis et calidis etc. praesertim *Liguriae*, *Montisferrati*, agri *albens* etc. P. apulum. Tenor. neap. 4. 303. t. 238. f. 1. var. habeo *capsulis ellipsoideis*: forma capsularum in hoc genere perpetuo non constat, ut fatetur ipse Bertol. fl. ital. 5. 317. cum loquitur de P. argemonoide Cesat.

cc. *Capsula subglobosa.*

2. hybridum. P. *Capsulis subglobosis torosis sulcatis caule folioso superne appresse piloso multifloro foliis pinnatifidis laciniis multifidis linearibus filamentis superne dilatatis.*

P. argemonoides. Cesat. stirp. rar. ital. fas. 1. 4. ic. est var. *capsulis ellipsoideis.* — P. hispidum. Lam. fr. 3. 174. Ic. Dalech. lugd. 440. fig. 3. Lob. ic. 276. f. 1. Eiusd. obs. 144. fig. 1. Bah. hist. 3. 396. f. 1. Chabr. sciagr. 460.

f. 5. Moris. s. 3. t. 14. f. 9. Engl. bot. t. 45. Reich. l. c. t. 14. f. 4476. Similis priori. Filamenta superne dilatata ut in illo. Petala miniata basi macula atra. Capsula parva sulcata hispida setis rigidis luteolis. Laciniae foliorum margine subciliatae et revolutae apice seta longa terminatae. facies omnino prioris. Fl. iunio. Inter segetes collium *Liguriae*, in agro *segusiano* circa la *Brunetta* etc.

bb. *Radice perenni: capsula obovata*

3. PYRENAICUM. W. enum. 565. P. *Capsula obovata scapo unifloro foliis pinnatifidis bipinnatifidisque laciniis lanceolatis vel linearibus radice repente filamentis subulatis.*

Huc traho P. alpinum. Lin sp. 725. Jacq. a. t. 83. P. Burseri. Crant. a. 2. 138. t. 6. f. 4. ob characteres quibus haec species definitur valde inconstantes. Forma enim foliorum et hirsuties et florum color valde ludunt, in quo consentientem habeo Kochium syn. 31. Hanc formam in monte *Saxonet* supra lacum in *Sabaudia* habitare scribit. Cand. syst. 2. 72. — P. aurantiacum. Lois. not. 84. — Ic. Seguier. ver. 1. t. 4. f. 4. Barrel. ic. t. 764. Rich. Bellev ic. t. 167. Moris. s. 3. t. 14. f. 13. mala. Pluk. phyt. t. 247. f. 3. Reich. l. c. t. 13. f. 4472. et 4473. b. 4474. et eiusd. ic. t. 743. f. 986. et 988. Caudex e collo ramosus ramis foliiferis et scapiferis scapis unifloris vix spithameis. Folia congesta petiolata. Flores parvi odorati albi vel flavidi vel viriduli. Petala obovata sepalis valde longiora. Capsula sulcata. Fl. aest In alpibus, praesertim in monte *Vermellina* supra *Limone*: in monte *Rosa*: in valle d'*Anzasca*. descendit etiam ad humiliora: in agris *monreg*. etc. etc.

aa. *Capsulis glabris: radice annua; filamentis subulatis.*

b. *Foliis indivisis.*

4. SOMNIFERUM. P. *Capsula globosa obovataque calyceque glabris caule ramoso multifloro foliisque amplexicaulibus inciso-repandis obtuse dentatis glaucis glabris.*

**Huc traho P. setigerum. Requien. apud Cand. fr. 5. 585. ic. Delessert. ic. select. 2. t. 7. Quod non differt nisi *capsula obovata sepalis subsetosis foliorum dentibus aristatis*, quae** omnino infirma sunt; Papaver enim somniferum capsulas habet, fatente ipso Cand. aliquando obovatas (ut vulgatissimum est in hortis nostris.) Sepala aliquando glabra, ut frequentissime occurrit; de pedunculis setosis neutiquam loquitur Cand. Restat itaque seta terminans foliorum lacinias quae omnino ex solo macro et arido, et non raro in paucis dentibus tantum abest. Cf. etiam. Moris fl. sard. t. 80. qui mecum consentit. Hanc var. vivere in *Liguria* scribit Bertol. fl. ital. s. 527. Icones profero cumulate tum ex var. *floribus purpureis vel albis vel plenis*. Dalech. lugd. 1708. 1709. 1710. f. 1. Dod. pempt. 446. Lob. ic. t. 273. f. 1. 2. 274. f. 1. 2. Brunsf. herb. 3. 220. Trag. hist. 122. Chabr. sciagr. 439. f. 1. Moris. s. 3. t. 14. f. 1-4. Sab. hor. rom. 4. t. 62. 63. Regn. bot. 1. t. 123. Bull. herb. t. 57. Weimm. phyt. t. 791. f. 2. 792. f. a. 796. f. 6. 793. C. Woodw. mat. bot. t. 185. Sweet. 2. t. 22. f. 1. 2. 3. Blackw. t. 482. 483. Lam. ill. t. 451. Fl. med. t. 265. Rocq. phit. med. t. 110. Engl. bot. t. 2145. Sibt. flor. gr. t. 491. Schubert naturges. t. 26. f. 11. Baxter. brit. bot. t. 55. Svens. bot. 5. 525. Dict. scienc. nat. t. 177. Mem. de Genev. Hayne. 6. 40. Brandt. und Ratzeb. 43. Guimp. et Schl. t. 88. Nees. dusseld. t. 103. Wagner. t. 210. Hamburger symb. 2. — var. *floribus plenis* van. Spaendock. t. 16. cet. Herba notissima usque orgyalis. Semina innumera usque 32,000 in uno individuo profert (Lin. phil. bot. 4. 132.) occurrit in hortis flore simplici, et pleno petalis integris vel fimbriatis, albis, roseis, purpureis, violaceis, lilaciniis, ferrugineis etc. quae quidquid scribant botanici nullum discrimen adducunt in specie. Colitur etiam in Europa australi ob semina quibus oleum elicitur usui domestico multiplici aptum. Patria eius Graecia, Asia minor, Persia, Africa occidentalis et Europa australis. Succus eius opium est. Quod in Persia etc. si ex incisione sponte profluit optimum et perfectissimum est, quodque venale non prostat. **Remedium sistit vere mirandum ac prope divinum in sedandis doloribus, ac nervorum distensionibus, quae a sola nervorum teneri-**

tate sunt: nocet cum subest inflammatio (si inflammatio nervosa non est) vel congestio, vel haemorrhagia activa, aut gastrica colluvies. nocet in febribus putridis et morbis qui a podagra sunt sive ea sit regalaris, vel anomala, vel atonica. In tetano etiam a sauciatis nervis, vulnere undique discisso opium magna dosi vidi morbum sustulisse. In hydrope pectoris et abdominis cum Digitalis et Scilla vel Helleborus magna dosi intus dari debent opium addendum ut vomitus praecaveatur; etiam cum Mercurius in syphilide intus adhibetur cum opio coniungi debet. Magna dosi et diu datum vires infringit, sanguinem liquat et morbos putridos adducit. Optimum etiam est addere opium salibus chinoideis in febribus intermittentibus. optima forma est extractum gummosum et Laudanum Sydhenami. Ceterum experientia triginta nemorum fultus sententiae summorum in arte virorum Sydhenamii, Hufelandii etc. omnino subscribo, me neutiquam sine opio aegrorum curam suscepturum. Cf. Murrayum, Richterum etc. Medici homiopathici adhibent opium in omnigenis morbis nervorum, epilepsia, eclampsia, tetano, trismo, catalepsi, paralysi tetanica, typho, stupore, vertigine, apoplexia, marasmo, ecstasi, risu sardonico, astmate spasmodico, spasmo cynico, pollutionibus diurnis, colica saturnina, encephalitide, mania, metritide, suffusione, somnolentia, comate, lethargo, delirio tremente, alvoque clausa, et ileo, in cancro labiorum, pertussi, cangraena, hernia strangulata, hydrocephalo, pavore ac terrore, et morbis qui ex abusu vini, vel spirituum ardentium profluxerunt.

bb. *Foliis divisis.*

c. *Pinnatifidis.*

5. Rhoeas. P. *Capsula abbreviata obovata setis caulinis patentibus foliis pinnatifidis incisis stigmate multiradiato sepalis pilosis.*

Forma foliorum valde ludibunda ideoque mihi videntur huc facere. P. trilobum. Wallr. sched. cr. et Spreng. *foliolis ellipticis indivisis trilobisque lobis integerrimis intermedio maiore subdentato.* — P. Ronbiaei. Vig. diss. 39. t. 1. f. 1. est var. *humilior caule a basi ramoso.* P. intermedium. Beck. apud Reich. excurs. 701. Ic. Matth. com. 675. f. 1. Lob. ic. t. 275. eiusd. obs. 145 Camer. epit. 802. Dalech. lugd. 439. f. 1. 2. 440. Dodon. pempt. 447. Dorst bot. 209. fig. 1. Fuchs. hist. 514. Brunsf. herb. 3. 52. Trag. hist. 120. Paul. dan. t. 101. Blackw. herb. t. 560. Tabernam. ic. 570. Zannich. ist. t. 201. Sab. hor. rom. 4. t. 64. et t. 87. Bah. hist. 3. 395. Weimm. phyt. t. 788. f. 2. 789. f. a. 791. f. a. 790. f. e. Curt. lond. 3. t. 32. ed. Grav. 2. t. 60. Ludw. ect. t. 17. Knor. del. t. R. 14. Kerner oecon. t. 217. Schrank fl. mon. t. 29. Woodw. med. bot. t. 186. Sav. mat. med. t. 29. Regn. bot 1. t. 24. Barrel. ic. t. 763. et t. 1191. Boccon. mus. t. 63. ex Barrel. Engl. bot. t. 645. Flor. dan. t. 1580. Svens. bot. t. 519. Plenck. ic. 418. Fl. med. t. 134. Reich. l. c. fig. 4479. (per error. 4479) Sturm. deut. fl. hef. 17. t. 11. Nees. off. t. 406. Hayn. 5. t. 38. Labram. fasc. 12. Plée. types 10. Spach. suit. t. 55. Hayne 6. 38. Guimp. et Schl. t. 87. Wagner. t. 56. Dietr. flor. bor. t. 185. Schubert naturges. t. 26. f. 10 varr. plures coluntur in hortis, flore pleno, petalis totis coccineis, rubris, albo-marginatis, albis rubro-marginatis, candidis, carneis etc. Herba vulgaris inter segetes. Caulis multiflorus, ramosus, hirtus usque bipedalis. Flos maiusculus petalis ut plurimum miniatis basi atromaculatis. Antherae atro-rubentes. Odor gravis virosus accedit ad illum Papaveris somniferi. Virtus eadem sed milior. Fl. aest.

cc. *Foliis bipinnatifidis.*

6. dubium. P. *Capsula oblonga angulata setis caulinis appressis foliis superioribus bipinnatifidis laciniis linearibus sepalis pilosis caule multifloro.*

P. frentanum. Tenor. syllab app. 554. P. pinnatifidum. Moris. sard. 1. 74. P. obtusifolium. Desf. atl. 1. 407. P. parviflorum. Lam. fr. 3. 173. Ic. Moris. s. 3. t. 14. f. 11. Jacq. a. t. 25. Curt. lond. 5. t. 37. ed. Grav. 1. t. 66. Schk hand. t. 140. Schrank. flor. mon. t. 229. Fl. dan. t. 902 Engl. bot. t. 644. Svens. bot. t. 457. Reich. l. c. fig. 4477. Hayne 5. t. 39. Jacq. a. t. 25. Dietr. flor. bor. t. 186. Folia ima pinnatifida. Flores minores quam

in Rhoeade. Petala coccinea raro alba. Fl. aest. Var. glabra est P. laevigatum. March. Bieberst. flor. taur. cauc. 3. 384. quae pingitur in Reich. l. c. f. 533. In agris arenosis in *Pedem.* agro *nic.* et *ligustico*: in agro *novar.* versus *Ticinum*, etiam in agro *taur.*

## 649. GLAUCIUM

Herbae biennes glaucae sempervirentes succo croceo acri foetae foliis radicalibus petiolatis caulinis sessilibus pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis unifloris.

a. *Caule glabro foliis summis cordatis sessilibus.*

1. LUTEUM. Scop. carn. 1. 369. Gl. *Caule glabro foliisque inferioribus lyrato-pinnatifidis dentatis hispidiusculis summis cordatis amplexicaulibus dentatis siliquis tuberculato-scabris glabrisque.*

Gl. flavum. Crant. a. 2. 141. Spach. suit. 55. Nees. off. t. 409. All. ped. 1. 291. Gl. glaucum. Moench. meth. 249. Gl. litorale. Salisb. prodr. 377. Chelidonium Glaucium. Lin. sp. 724. Engl. bot. t. 8. Fl. dan. t. 685. Svens. bot. t. 171. Schk handb. t. 140. Ch. glaucum. Lam. fr. 3. 170. Ic. Matth. com. 678. f. 1. Dalech. lugd. 1712. f. 1. Dodon. pempt. 448. Clus. hist. 2. 91. f. 1. Valer. Cord. 151. Camer. epit. 805. Lob. ic. t. 270. f. 2. Eiusd. obs. 141. f. 1. Fuchs. hist. 520. Trag. hist. 125. Durant. herb. 334. Gaertn. fruct. t. 115. f. 6. Ger. hist. 367. Moris s. 3. t. 14. f. 1. Zannich. ist. t. 166. Hill. reg. sys. 11. t. 16. f. 2. Swert fl. 2. t. 22. f. 3. Debr. fl. 9. t. 93. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 64. Reich. l. c. fig. 4468. Baxter. brit. bot. t. 151. Nees. gener. 10. 10. Caules caespitosi usque bipedales. Folia glabra vel hirsuta. Flores aurei grandiusculi. Siliqua subcylindrica longissima usque pedalis saepe recurva. Fl. vere et aest. In litoribus maris et oris amnium et fluviorum locis arenosis: in agro *aquensi* secus *Burmidam*: in agro *derthon.* secus *Seriviam.* Medici homiopathici adhibent in catharro et blennoragia acuta etiam venerea, in inflammatione cutis et viarum urinae, in insomnia, congestionibus capitis et diarrhoea praesertim ea quae cum colicis doloribus iuncta est.

aa. *Caule piloso, foliis omnibus pinnatifidis.*

2. PHOENICEUM. Crantz. a. 2. 141. Gl. *Foliis omnibus sinuato-pinnatifidis dentatis cauleque pilosis siliquis setosis.*

Gl. corniculatum. Cand. syst. 1. 96. Curt. lond. 6. t. 32. ed. Grav. 1. t 63. Reich. l. c. fig. 4471. Gl. rubrum Smith. prodr. flor. gr. 357. Sibt. flor. gr. t. 489. Chelidonium corniculatum. Lin. sp. 724. Schk. hand. t. 140. sem. Hill. reg. Syst. 11. t. 17. f. 1. Ch. aurantiacum. Salisb. prodr. 377. Ic. Bah. hist. 3. 399. fig. 1. Chabr. sciagr. 460. f. 3. Dalech. lugd. 1715. f. 3. Dodon. pempt. 449. Lob. observ. 14. f. 2. Eiusd. ic. t. 271. fig. 1. Clus. hist. 2. 91. f. 2. Engl. bot. t. 1433. Gaertn. fr. t. 115. Flores minores quam prioris. Sepala obovata rubra basi macula oblonga atro-rubente. Siliqua tenuior hirta setis tuberculo calloso insidentibus. Fl. vere. Inter segetes in agro *nic.*

## 650. CHELIDONIUM

MAIUS. Ch. *Herba perennis usque bipedalis succo croceo, foetido, acri foeta caule ramoso foliis imparipinnatis foliolis inaequalibus obovatis obtuse lobatis, et inciso-dentatis impari maiore trifido reliquis descendendo minoribus petiolis supra canaliculatis nitidis subtus glaucis reticulato-venosis floribus subumbellatis aureis umbellis pedunculatis pedunculis solitariis terminalibus axillaribus aut oppositifoliis.*

C. haematodes. Moench. meth. 249. Ch. ruderale. Salisb. prodr. 377. Ch. murale. Ren. fl. orn. 180. Ic. Matth. com. 434. f. 1. Lonic. bot. 165. Camer. epit. 402. Dalech. lugd. 1249. 1250. Lob. ic. t. 760. f. 2. Chabr. sciagr. 484. f. 5. Till. ic. 18. Weinm. phyt. t. 366. f. a. Brunsf. herb. 1. 236. Bah. hist. 3. 482. f. 1. Moris. s. 3. t. 11.

f. 4. Mill. Ill. t. 92. f. 1. Durant. herb. 120. Hill. reg. syst. 11. t. 16. f. 1. Blackw. herb. t. 91. Knor. del. 1. t. S. 23. Kerner. oecon. 4. t. 58. Engl. bot. t. 1581. Flor. dan. t 542. Bois. fl. eur. t. 560. Svens. bot. t. 67. Schkran. flor. monac. t. 120. Lam. ill. t. 450. f. 1. Bull. herb. t. 61. Plenck ic. t. 419. Reich. l. c. f. 4466. Fl. med. t. 113. Hayn. 4. t. 6. Nees. t. 408. Labr. fas. 16. Dreves. 1. 18. Guimp. et Schl. t. 92. Woodw. med. bot. 2. 140. Dietr. flor. bor. t. 184. Baxter. brit. bot. t. 51. Mem. de Genev. l. 2. Annal. des scienc. nat. 2. 13. Plée types 11. Nees. gener. 10. 10. Schubert. naturges. t. 20. f. 9. — Ch. laciniatum. Mill. dict. n. 2. Fl. dan. t. 676. Chel. quercifolium W. fl. lon. 2. 613. Mill. ic. t. 92. f. 2. Moris s. 3. t. 11. f 3 Clus. hist. 2. 203. f. 2. Bah. hist. 3. 483. Chabr. sciagr. 484. f. 6. est var. *petalis laciniatis foliis pinnatifidis*. Fl. vere et aest. Vulgare ubique in sepibus, maceriis et ruderalis. Dioscorides (lib. 2, cap. 211, tom. 1. 530. 531.) scribit Chelidonium oculorum maculas, et albugines delere, et aciem adiuvare, contusum et redactum in cataplasma herpetes sanare, mederi dentium doloribus, si masticetur. radicem infusam vel decoctam cum vino auriginem sanare. quae etiam nituntur testimonio Galeni (de simpl. facultat. lib. 8.) Recentiores medici eius virtutem confirmaverunt. Arcanum vocat Lentilius (miscell. med. pract. 229.) in hydrope Scillae sociatum. In febribus intermittentibus extractum: in obstructionibus viscerum etiam mesenterii prodesse extractum eius pluries expertus sum. Ulcera mali moris purgat et consolidat. Prodest etiam extractum eius illis qui podagris et caculo laborant. Verrucas molliores exedere Heisterus et Platnerus (etiam apud Murrayum appar. 2. 159.) scripserunt: quod cum repetere instituissem, obstupui ob virtutem eius mirabilem. Vir erat nobilis 40 annorum gracilis et cachecticus, cuius manus totae verrucis obtegebantur nullo spatio vacuo relicto. Verrucae erant maximae tuberculosae superimpositae quibus manus adeo monstrosae factae fuerunt ut illas ostendere erubesceret. Circa ungues cutis callosa facta erat, atque ungues ipsi teretes et curvati fiebant ut ungues accipitrum potius quam hominis referrent. Eadem fiebant in pedibus, et crura etiam verrucis undique obsessa erant quae adeo multiplicata erant ex repetitis sacrificationibus: sanguis enim qui ex vulneratis verrucis profluit certissime contagiosus est ut multiplici experientia edoctus sum. Omnigena remedia frustra adhibuerat; acida, fortia, arsenicum, sublimatum corrosivum, praecipitatum rubrum, et butyrum antimonii probe antea scarificatis et avulsis verrucis: sed maiores inde evaserunt. Cum demum ad me confugisset, ego imprudenter spopondi me illum sanaturum. Verum paulo post vehementer penituit me imprudentis promissionis. Omnia enim auxilia in cassum adhibui. Confugi demum sd succos euphorbiarum, qui teterrimam inflammationem accenderunt qua discussa omnia ut ante facta sunt. Succum Fici Caricae adhibui etiam frustra. Demum ad Chelidonium refugi edoctus experimentis vulgi, quibus eius succo verrucas sublatas antea videram. Tetigi itaque manum dexteram succo manante ex illico sauciata radice Chelidonii maioris. Mirabile dictu quindecim dierum spatio verrucae evanuerunt non tantum in manu quae tacta succo fuerat, verumetiam in altera, et pedibus, et cruribus, quibus nullam medicinam adhibueram Quae me incredibili voluptate perfuderunt, atque ad virtutes simplicium probe investigandas maximo ardore animi impulerunt. Inde porros et verrucas et cristas venereas in genitalibus succo eius aggressus semper, tuto, cito, et iucunde sustuli quae sanatu difficillima sunt. Herbam venenatam esse experimenta super canibus ab Orfiila instituta abunde probarunt

In syphylide Hechtelius et Wenaius (Hufel. journ. 16. fas. 3. 8.) utilissimum Chelidonium experti sunt. in phtisi pituitosa, exanthematibus diuturnis psoricis, arthritide et rheumatismo diuturno ac rebelli, lithyasi, ulceribus cachecticis, et cachexia multiformi maxime ob iecinoris ac lienis valetudinem valdopere profuisse multi nostri aevi medici (Kunzmannus in

Hufel. journ. 36. fas. 6. 104.) Cf. Richter. mat. med. 2. 191. sq. Medici homiopathici adhibent in turbatis functionibus venae portarum, turgore et duritie hepatis, in diarrhoea mucosa cum colicis doloribus et copiosis urinis, in artuum superiorum et inferiorum resolutione, atque cathameniis nimiis quae metrorrhagiae speciem habent.

## 655. CAPPARIS

SPINOSA. C. *Suffrutex glaber glaucus usque bipedalis ut plurimum humilior simplex foliis crassiusculis simplicibus alternis petiolatis subrotundis obtusis subretusis basi inermibus vel stipulis 2 spinosis aduncis basi incrassatis pedunculis axillaribus solitariis unifloris folio subaequalibus floribus grandibus albo-roseis filamentis apice lilacinis baccis ovato-oblongis.*

C. rupestris. Sibt. fl. gr. t. 487 Reich. l. c. capp. f. 4488. Sab. hor. rom. 5. t. 8. est omnino var. inermis. formas enim intermedias multas vidi. quae apud nos vivit *inermis est folia habet carnosa subrotunda subretusa cum mucronulo in sinu pedunculos folio valde longiores fructus ovato-oblongos.* Ic. Sibt. fl. gr. t. 486. Schk hand. t. 139. Blackw. t. 417. Fl. med. t. 93. Lam. ill. t. 446. Smit. spic. t. 20. Ludw. ect. t. 107. Bah. hist. 2. 63. f. 2. Woodw. med. bot. t. 141. Chabr. sciagr. 110. f. 4. Matth. com. 425. Dodon. pempt. 746. f. 1. (Lob. ic. t. 635. et nov. Duham. 1. t. 31. perperàm aculeis solitariis) Dalech. lugd. 134. mala. Schubert. naturges. t. 26. f. 8. — var. *foliis acutiusculis.* Boccon. sic. t. 42. f. 3. Vulgaris apud nos. var inermis super muris vetustis. Fl. vere et aest. Alabastra sale et aceto condita praestantissimum et gratissimum obsonium.

## 652. ACTAEA

SPICATA. A. *Herba perennis glabra usque bipedalis plerumque tamen humilior radicibus crassis fasciculatis repentibus gemmiferis caule erecto angulato simpliciusculo inferne nudo folio radicali solitario longissime petiolato triternato supremis ternatis vel pinnatis foliolis ovato-lanceolatis inciso-serratis racemo ovato denso in fructu elongato floribus parvis albis staminibus petala aequantibus demum elongatis baccis subglobosis unisulcatis nigris.*

Christophoriana. Moench. 279. Ic. Dalech. lugd. 1747. Bah. hist. 3. 660. f. 1. Chabr. sciagr. 532. f. 4. Clus. hist. 2. 86. f. 2. Dodon pempt. 402. f. 1. Lob. ic. 682. f. 1. Tabernam. ic. 778. f. 2. Ger. herb. 979. f. 1. Bessl. hor. eyst. aest. 10. t. 3. f. 1. Weinm. phyt. t. 380. f. 6. Tillandl. ic. 148. Moris. s. 1. t. 2. f. 8. Blackw. herb. t. 385. Lam. ill. t. 448. f. 1. Gaertn. fruct t. 114. Fl. dan. t. 389. Engl. bot. t. 918. Svens bot. t. 291. Bull. venen. t. 83. Reich. l. c. f. 4759. Baxter. brit. bot. t. 218. Schrank. flor. mon. t. 64. Dreves. t 134. Hayne t. 14. Nees dusseld. sup. 17. 18. 48. Dietr. flor. bor. 47. Sturm. deut. fl. 6. 21. Schubert naturges. t. 27. f. 1. Caulis geniculatus spongiosus. Folia circumscriptione triangularia alterna bipinnata nitida. Foliola superiora sessilia. Racemi apice foliosi. Petala. rhombaea. Fl vere et aest. In sylvis umbrosis praesertim subalpinis. Medici homiopathici adhibent in prosopalgia, et ischiade, diarrhoea, vomitu, et omnis generis nervorum doloribus arthriticis et rheumaticis. Virtute itaque sua accedit ad Aethusam Cynapium.

## 653. TILIA

EUROPAEA. T. *Arbor procera cortice demum rimoso ramis patulis foliis basi aequaliter vel oblique cordatis argute serratis dentibus inaequalibus aliquando ciliatis cuspidatis utrinque*

*glabris vel subtus hirtis in axillis venarum barbatis pilis luteolis vel ferrugineis pedunculis axillaribus umbellatis pauci vel multifloris floribus fragrantibus petalis albis vel luteolis nucibus parvis tomentosis ovoideis vel subglobosis obsolete vel exquisite costatis chartaceis coriaceis vel sublignosis.*

Stirps perperam in multas futiles species dilaniata. Characteres enim quibus haec species nituntur infirmi sunt et valde ludibundi. Folia enim maiora vel minora subtus glabra vel hirta, umbellae pauci vel multiflorae petala alba vel luteola nuces ovatae vel subglobosae exquisite vel obsolete costatae, chartaceae, coriaceae vel sublignosae, lobi stigmatis erecti vel demum horizontaliter divaricati sunt characteres omnino inconstantes. Unde in duas varr. distinguo: 1. *Foliis subtus hirtis umbellis paucifloris lobis stigmatis erectis nuce lignosa exquisite costata.* quae est T. europaea. Lin. sp. 755. Engl. bot. t. 610. Svens. bot. t. 40. T. intermedia. Hayne apud Cand. prodr. 1. 513. Fl. dan. t. 555. Plenck. ic. t. 424. Characteres adeo infirmi sunt ut Cand. fructus membranaceos dicat. Huc ducenda ic. Ger. hist. 1845. f. 1. Spach. in ann. des scienc. natur. sec. ser. 2. 585. t. 15. f. 8. All. fl. ped 2. 94. Bull. herb. t. 175. — T. grandifolia Ehrh. beitr. 5. 158. Engl. bot. t. 2720. — T. platyphyllos. Scop. carn. 1. 575. Vent. mem de l'inst. sc. mat. et physiq. 4. 6. t. 1. f. 2. Nov. Duham. 1. t. 50. T. cordifoila. Bess. gal. 1. 545. — T. pauciflora. Hayne avz. gew. 5. t. 48. — T. mollis. Spach. in S. c. t. 15. f. 6. ic. Bah. hist. 1. 153. *fol. minor.* et 157. 2. *Foliis utrinque glabris minoribus subtus glaucis lobis stigmatis denique horizontaliter divaricatis nuce chartacea subrotunda obsolete angulata umbellis multifloris.* quae est T. parvifolia. Ehrh. l. c. Engl. bot. t. 1705. — Schubert. naturges. t. 27. f. 2. — T. microphylla. Vent. in l. c. t. 1. f. 1. T. ulmifolia. Scop. l. c. — — T. sylvestris. Spach. l. c. t. 15. f. 7. —. T. rubra Cand. cat. hor. mon. 150. — T. triflora. Puer. in Horn. cat. 2. 495. Alias addidit difficultates N. Th Host. cum multas novas alias species finxit. Cf. Koch. syn. 145. Fl. aest.. In sylvis montium agri *taur.* et *albens.* Vulgo culta in ambulacris. Flores siccati in infuso fervido adhibiti sudorem cient ideoque in catharro, podagra et rheumatismo utiles sunt. Galli ob id in deliciis habent. Ob odorem gratissimum vires quassatas erigunt et reficiunt ut eorum infusum in nervorum distensionibus utilissimum sit. Flores etiam apibus gratissimi, unde mel suavius eliciunt.

## 634. CISTUS

Fruticuli foliis oppositis exstipulatis integris aut subdentatis.

a. *Flores rubri: stylus cylyndricus.*

b. *Pedunculis unifloris.*

1. INCANUS. C. *Foliis obovato-spathulatis subtrinerviis rugosis tomentosis subsessilibus petiolis trinerviis basi dilatatis vaginantibus subconnatis pedunculis unifloris calycibus dense sericeis.*

Var. *foliis subrotundo ovatis* est C. pilosus. Lin. sp. 737. C. villosus. Lam. enc. 2. 12. Duham. arb. 1. t. 64. C. eriocephalus. Viv. flor. cors. diagn. 8. Ic. Matth. com. 151. foliis subrotundis. Bah. hist. 2. 2. Chabr. sciagr. 95. f. 2. Clus. hist. 1. 69. Dalech. lugd. 225. Sibt. fl. gr. t. 494. Reich. ic. fl. germ. cist. t. 59. f. 4566. et t. 40. fig. 4567. Botan. mag. t. 43. Sweet. cist. t. 44. Caulis humilis aliquando tamen usque tripedalis ramosus ramis brachiatis inferne laevis superne villosus. Folia ima subrotunda suprema angusta. Pedunculi terminales cauli ramisque etiam axillares ut plurimum solitarii uniflori aliquando 2. vel 3. Corolla rosea vel rubra vel purpurea magna. Stigma capitatum depressum 5-sulcatum. Capsula villosa ovoidea pentagona valvis rectis. Semina ferruginea glabra subtrigona parva. Fl. vere exeunte. Stirps inodora. In agro *nic.* et *ligustico.*

bb. *Pedunculis subternis.*

c. *Sepalis exterioribus maioribus.*

2. ALBIDUS. C. *Foliis ovali-oblongis sessilibus incano-tomentosis inferne*

*trinerviis pedunculis subternis geniculatis sepalis exterioribus maioribus.*

Ic. Clus. hist. 1. 68. Reich. l. c. t. 59. f. 4565. Bah. hist. 2. 5. Chabr. sciagr. 95. f. 5. Sweet cist. t. 51. Caulis usque bipedalis erectus ramosus ramis brachiatis. Folia plana integra subtus reticulato-venosa inferne 5-7 nervia. Pedunculi terminales cauli ramisque et in supremis axillis ut plurimum solitarii uniflori: aliquando 2-5. Cor. grandis rosea petalis basi macula lutea. stylus sygmoideus superne incrassatus. Stigma quadrilobum capitatum depressum. Capsula et semina ut in priore. Fl. vere. in agro *nic.* et *Liguria.*

ee. *Sepalis exterioribus minoribus.*

d. *Calycibus corollam subaequaantibus.*

3. CRISPUS. C. *Viscidus foliis lanceolatis utrinque attenuatis trinerviis undulato-crispis rugosis pubescentibus subconnatis pedunculis subternis abbreviatis calycibus corollam subaequantibus caule prostrato.*

Ic. Clus. hist. 1. 69. Bonan. panph. t. 10. Cavan. ic. t. 174. Reich. l. c. t. 58. fig. 4564. Bah. hist. 2. 3. Chabr. sciagr. 95. f. 4. Sweet. cist. t. 22. Caulis usque pedalis. Folia subtus reticulato-venosa. Flores subsessiles. Cor. parva purpurea vix calyce longior. Petala obovata. Herba suaveolens. Fl. vere. In agro *nic.*

dd. *Calycibus corolla brevioribus.*

4. PARVIFLORUS. Lam. encl. 2. 14. C. *Foliis ovatis acutis subtomentosis in petiolum attenuatis subtus rugoso-venosis petiolis vaginantibus pedunculis terminalibus subternis.*

Ic. Sibt. fl. gr. t. 406. Sveet. cist. t. t. 14. Reich. hort. t. 22. Petala ovato-lanceolata rosea. Flores parvi. In agro *nic.* In monte *Albano* inter *Nicaeam*, et *Villafranca.*

aa. *Flores albi: stigma sessile.*

b. *Pedunculis unifloris.*

5. SALVIIFOLIUS. C. *Foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis rugosis utrinque hirsutis pedunculis elongatis unifloris tomentosis superne articulatis floribus nubilibus nutantibus sepalis exterioribus latioribus.*

Var. *Foliis margine fimbriatis subglutinosis pedunculis 1-5 floris est.* C. Corbariensis Pour. apud. Cand. prodr. 1. 265. Reich. l. c. t. 56. f. 4560. — C. Sideritis. Presl. sic. 1. 116 Ic. Durant. herb. 157. Clus. hist. 1. 70. Sibt. fl. gr. t. 497. Jacq. coll. 2. t. 8. Cavan. ic. t. 137. Reich. l. c. t. 56. f. 4559. Bah. hist. 1. 4. Dalech. lugd. 226. Chabr. sciagr. 96. f. 1. Sweet. cist. t. 54. Caulis rubens ramosus ramis brachiatis pedalis, et ultra. Cor. alba grandior calyce basi aurea. Stigma globosum. Capsula subrotunda pentagona villosa 5-locularis. Semina scabra subtrigona maiuscula arillata. Fl. vere. In agro *nic.* et *ligustico*: in agro *segus.* in rupibus di *Condove*: in agro *aquensi.* et *astensi* circa *Canale* et la *Montà.*

bb. *Pedunculis multifloris.*

6. LAURIFOLIUS. C. *Foliis ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis supra glabris subtus tomentosis petiolis basi connatis pedunculis bracteatis multifloris sepalis tribus.*

Ic. Clus. hist. 1. 77. Bah. hist. 2. 9. Chabr. sciagr. 97. f. 5. Sweet. cist. t. 52. Reich. flor. germ. 5. 57. Folia utrinque viridia. Petioli basi rubidi. Pedunculi longissimi subumbellati. Flores albi ungue violaceo. Fl. vere. In collibus circa *Bistagno.*

bbb. *Floribus racemosis, racemis terminalibus.*

7. MONSPELIENSIS. C. *Foliis lineari-lanceolatis trinerviis viscosis utrinque hirsutiusculis margine revolutis sessilibus racemis terminalibus subsecundis calycibusque villosissimis.*

C. florentinus. Lam. enc. 2. 17. est var. *pedunculis subtrifloris.* C. affinis. Bertol. Clus. hist. 1. 79. Ic. Lam. ill. t. 477. f. 4. Cavan. ic. t. 137. Jacq. coll. t. 8. Sibt. fl. gr. t. 495. Reich. l. c. t. 57. fig. 4565. Dalech. lugd. 230. Bah. hist. 2. 10. Chabr. sciagr. 98. f. 1. Gaertn. fruct. t. 76. Sweet. cist. t. 27. Caulis usque quadripedalis rubens inferne laevis superne hirsutus viscosus ramosus ramis brachiatis. Folia subtus pallida reticulato-venosa. Racemi viscosi. Cor. alba parva grandior calyce, sepalis basi macula lutea. Stigma 5lobum. Capsula ovoidea pentagona apice pilosa. Semina fusca scabrida trigona. Planta suaveolens odore Rorismarini. Fl. vere exeunte. In litoribus maris *nic.* et *ligustici.*

## 655. HELIANTHEMUM

a. *Stylo erecto abbreviato: floribus luteis. exstipulata herbacea, foliis trinerviis.*

b. *Radice perenni.*

1. Tuberaria. Mill. dict. n. 10. H. *Foliis radicalibus ovato-oblongis incano-tomentosis subtus nervosis supra sulcatis caulinis lanceolatis glabriusculis sessilibus oppositis supremis alternis racemis bracteatis floribus racemoso-paniculatis calycibus glabris nitidis caulibus ascendentibus subsimplicibus.*

Cistus. L. sp. 741. Cavan. ic. t. 97. Ic. Bah. hist. 2. 12. Reich. l. c. t. 25. f. 4528. Chabr. sciagr. 99. fig. 3. Sweet. cist. t. 18. Radix crassa fusca flexuosa fusiformis. Caulis humilis vix pedalis superne glaber. Folia radicalia rosulata. Sepala 2-exteriora minora lanceolato-linearia. Petala obovata ochroleuca calycem valde excedentia. Stigma papiliosum. Capsula pubescens ovoidea pentagona imperfecte trilocularis, valvis margine ciliatis rectis. Semina parva ferruginea scabra trigona. Fl. vere exeunte. Circa *Nicaeam* in rupestribus etc. aliisque locis in agro *nic.* e *Liguria occidua.*

bb. *Radice annua.*

2. guttatum. Mill. l. c. H. *Viscidum foliis oblongo-linearibus hirsutis summis alternis substipulatis caule stricto simplici subhirsuto racemo laxo ebracteato sepalis inaequalibus hirtis.*

Cistus guttatus. L. sp. 741. Engl. bot. t. 544. Sibt. fl. gr. t. 498. Curt. lond. 6. t. 53. ed. Grav. 2. t. 67. C. serratus. Cavan. ic. 2. 57. t. 175. f. 1. est var. *petalis apice laciniatis.* — Hel. eriocaulon. Dunal. apud Cand. prod. 1. 271. H. plantagineum. W. sp. 2. 1197. Cist. serratus. Desf. atl. 1. 416. excl. syn. Cavan. est var. *sepalis exterioribus interiora subaequantibus petalis denticulatis.* C. acuminatus. Viv. flor. ital. fragm. 1. 13. t. 14. f. 1. H. Vivianii. Pollin. ver. 3. 799. Reich. l. c. t. 25. f. 4527. Ic. Column. ecphr. 2. 78. t. 77. f. 1. Reich. l. c. t. 25. f. 4526. Ger. em. 1281. Bah. hist. 2. par. 1. 14. Chabr. sciagr. 99. f. 5. Caulis non raro iam a basi ramosus. Cor. ochroleuca calyce longior petalis cuneatis aliquando serrulatis basi macula sanguinea. Capsula apice pilosa ovoidea trigona incomplete trilocularis. Semina granulata trigona parva flavida. Fl. aest. In collibus apricis et calidis.

aa. *Stylo recto stamina aequante: floribus luteis.*

b. *Frutex exstipulatus.*

3. lunulatum. Cand. fr. 4. 816. H. *Caule erecto suffruticoso tortuoso ramosissimo patulo glabriusculo foliis obovato-oblongis subtus incanis petiolatis ciliolatis penninerviis floribus subracemosis petalis basi lunula crocea notatis sepalis externis lineari-filiformibus recurvis.*

Cistus lunulatus. All. auct. 30. t. 2. f. 3. Ic. Reich. l. c. t. 26. f. 4529. ic. Allion. Caulis vix palmaris inferne rubens superne pilosus pilis stellulatis simplicibusque intermixtis. Folia superne punctulato-scabra. Flores parvi. Petala crenulata calyce longiora aurea maculis lunulatis croceis. Stigma parvum subtrilobum. Capsula laevis. Fl. aest. In montibus supra *Ormea*: in iugis *la Raschiera* extrema valle di *Pesio*: in montibus supra *Limone*: in *Liguriae occiduae* monte *Galè.*

bb. *Herbacea annua stipulata.*

c. *Corolla calyce brevior.*

4. sedifolium. W. enum. 1. 571. H. *Caule herbaceo foliisque oblongis subdenticulatis glabriusculis pedunculis erectis oppositifoliis calyce brevioribus pubescentibus.*

Cistus sedifolius. L. sp. 742. Engl. bot. t. 2414. H. niloticum. Pers. enc. 2. 78. Cistus niloticus. L. mant. 246. Ic. Clus. hist. 1. 76. Lob. ic. 418. Dalech. lugd. 228. f. 5. Bah. hist. 2. 13. Chabr. sciagr. 99. f. 1. Sweet. cist. t. 41. Caulis dodrantalis et ultra basi ramosus. Folia subsessilia superna alterna. Racemus foliatus. Sepala 2 exteriora minora. Petala calyce breviora ochroleuca obovata integerrima. Capsula laevis imperfecte trilocularis valvis ciliatis obtusa trigona grandis ovoidea. Semina flavida laevia rostellata ovoidea parva. Fl. vere in agro nic.

cc. *Corolla calyce paulo longior.*

5. SALICIFOLIUM. Pers. ench. 2. 78. H. *Caule herbaceo erecto ramoso ramis patulis foliisque oblongis petiolatis denticulatis subhirsutis pedunculis horizontalibus calyce longiori bus racemo foliato.*

H. intermedium. Pers. ench. 2. 78. H. denticulatum. eiusd. l. c. H. retrofractum. eiusd. l. c. Reich. l. c. t. 28. f. 4559. H. sanguineum. Lagasc. apud Cand. prodr. l. 275. Cistus salicifolius. Lin. sp. 742. Sibt. fl. gr. t. 499. Cav. ic. t. 144. Ic. Seguier. ver. sup. 197 t. 6. f. 3. Reich. l c. t. 28. f. 4558. Barrel. ic. 441 ? Sweet. cist. t. 71. Caulis pollicaris aliquando tamen usque pedalis iam a basi ramosus ramis intermediis aliquando abortivis. Flores parvi pallide flavi. Capsula laevis trigona ovoidea imperfecte trilocularis valvis ciliatis. Semina ochracea vel rubella quae cum adsunt petala ungue maculata sunt macula sanguinea (H. punctatum. W. enum. 570.) ovoidea parva granulata rostellata. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria occidua* alibique.

aaa. *Stylo basi inflexo: floribus luteis albis vel roseis: capsula glabriuscula melosperma patula.*

b. *Exstipulata suffruticosa.*

c. *Foliis linearibus subteretibus.*

6. FUMANA. Mill. dict. n. 6. H. *Ramis procumbentibus foliis alternis linearibus involutis scabris ciliatis inferioribus brevibus confertis superioribus sparsis longioribus pedunculis terminalibus unifloris folia superantibus caule ramoso tortuoso erectiusculo;*

H. ericoides. Dunal. apud Cand. prodr. l. 274. Cav. ic. t. 172. Reich. l. c t. 23. fig. 4530. H. procumbens Dun. l. c. Cistus Fumana. L. sp. 740. Jacq. a. t. 252. C. ericoides. Cavan. l. c. C. calycinus. All. ped. 2. 102. Ic. Barrel. ic. 286. 445. 446. Bah. hist. 2. 18. Chabr. sciagr. 101. f. 1. Zannich. ist. t. 116. Reich. l. c. t. 24. fig. 4531. Guimp. holzgew. t. 199 Sweet. cist. t. 16. Radix fusca longa. Caulis humilis aliquando prostratus ut plurimum humilis non raro usque pedalis. Sepala 2-exteriora longe breviora linearia, interioribus ovalis quadrinerviis nervis ciliatis ante anthesim contortis. Petala lutea obovata calyce longiora demum maculata. Capsula trigona ovoidea laevis flava valvis demum patentisssimis. Semina laevia demum nigra maiuscula subtrigona. Fl. toto anno, excepta hyeme. In agro *nic.* et *Liguria* etiam in Pedemonte, in pascuis et pratis, collinis calidis et apricis.

cc. *Foliis dilatatis.*

7. ALPESTRE. Dunal. apud Cand. prodr. H. *Foliis petiolatis oblongo-ellipticis obtusiusculis patenter pilosis supra viridibus sublus albidis petalis integerrimis calycem duplo superantibus caule ramoso prostrato racemo terminali laxo bracteato pedicellis fructiferis declinato-ascendentibus.*

H. oelandicum. Cand. fr. 4. 817. Reich. ic. cent. 1. 5. t. 1. f. 1. Svens. bot. t. 499. H. italicum. Pers. ench. l. c. Reich. ic. fl germ. Cist. t. 27. f. 4552. Cistus oelandicus. L. sp. 741. Jacq. a. t. 399. C. italicus. Lin. sp. 740. C. alpestris. Crant. a. 105. t. 6. f. 1. Scop. carn. 1. t. 25. Ic. Seguier. ver. sup. t. 6. f. 2. Reich. ic. cent. 1. t. 1. f. 2. et cist. t. 28. f. 4556. Sweet. cist. t. 2. Caulis vix spithameus inferne nudus medio rubidus superne virens et pilosus. Sepala 2. exteriora breviora obverse lanceolata interioribus dilatatis multinerviis nervis viridibus ante anthesim connniventibus neutiquam contortis. Petala calyce longiora lineata emarginata lutea immaculata. capsula calyce tecta oblonga hirsuta valvis erectis. Semina parva subtrigona acuta atro-rubentia scabrida. Fl. vere et aest. Vulgare in pascuis alpinis et montanis locis scopulosis etc.

Omnino assentio Kochio qui (Syn. 86.) H. canum. Dunal. apud Cand. prodr. 1. 277. Reich. cist. t. 27. f. 4554. (Cistus. Lin. 740. Jacq. a. t. 277. All. ped. t. 45. f. 3.) H. vineale. Pers. l. c. (Cistus. W. sp. 2. 1195. Reich. cist. t. 27. f. 4550.) H. marifolium. Pers. l. c. (Cistus. L. sp. 741. Engl. bot. t. 396. C. anglicus. L. mant. att. 245. Reich. ic. cr. fig. 578. Cav. ic. t. 143. Bah. hist. 2. 18. Chabr. sciagr. 102. Barrel. ic. 565. et 441 ? Clus. hist. 1. 74. Dill. hor. elth. t.

145. fig. 175. pro var. tomentosa. H. alpestris (illis oelandici) habet.

bb *Stipulata fruticosa.*

c. *Foliis ovatis planis.*

8. VULGARE. Gaertn. fruct. 1, 371. t. 76. H. *Caule procumbente ramoso ramis ascendentibus foliis oppositis petiolatis oblongis margine subrevolutis supra pilosis subtus canescentibus stipulis ciliatis petiolo longioribus racemis laxis pedicellis calycibusque pilosis fructibus pendulis.*

Cistus Helianthemum. L. sp. 744. Engl. bot. t. 1321. Flor. dan. t. 101. Svens. bot. t. 591. Curt. lond. 5. t. 36. ed. Grav. 2. t. 68. H. tomentosum. Dunal. apud Cand. prodr. 1. 279. Cistus tomentosus. Scop. carn. t. 24. Smith. engl. bot. t. 2208. H. arcuatum. Presl. sic. 1. 128. H. obscurum. Pers. Reich. cist. t. 31. f. 4548. H. grandiflorum. Cand. fr. 4. 821. Cistus grandiflorus. Scop. l. c. t. 25. Reich. l. c. fig. 4549. H. acuminatum. Pers. H. croceum. Pers. Reich. l. c. fig. 4552. Cistus croceus Desfont. atl. 1. 421. t. 110. C. pilosus. All. ped. 2. 104. t. 45. f. 1. Heliant. hirtum. Pers. Reich. l. c. fig. 4551. Cistus rosmarinifolius. All. l. c. Crant. a. 2. t. 6. f. 2. Hel. rosmarinifolium. Mill. dict. 4. 8. Reich. l. c. fig. 4550. — var. *floribus roseis* est H. roseum. Badar. in Moret. bibl. ital. 14. Reich. l. c. f. 4557. Cistus roseus. All. ped. 2. 105. t. 45. f. 4. in collibus agri *nic.* et *Liguriae.* H. Berterianum prope *Albam* in ripis *Tanari* amnis. Bertol. fl. ital. 5. 587. — H. Seguieri Pollin. viag. 98. Cistus ovatus. Viv. fl. ital. fragm. 1. t. 8. f. 2. C. barbatus Savi. pis. 2. 15. C. hirsutus. Thuill. paris. 266. — Ic. Matth. com. 505. f. 2. Loes. prus. t. 8. Camer. epit. 501. Ger. em. 1282. Clus. hist. 1. 73. f. 1. Trag. hist. 221. Taber. ic. 1062. f. 1-2. Lob. ic. 2. t. 117. f. 1. 2. Bah. hist. 2. 15. f. 2. et 16. f. 1. Chabr. sciagr. 100. f. 5. Zannich. ist. t. 21. Seguier. ver. suppl. t. 6. f. 1. Sab. hor. rom. 4. t. 78. Michel. catal. append. 141. t. 6. Reich. l. c. f. 4547. a. *discolor.* Gaertn. fruct. t. 76. Schrank. flor. mon. t. 269. Guimp. holzgew. t. 111. Dietr. fl. bor. t. 220. Plèe types. t. 51. Sweet. cyst t. 54. Baxter. brit. bot. t. 593. Schubert. naturges. t. 27. f. 7. Caulis pusillus raro pedalis caespitosus. Folia ima subrotunda ceteris aliquando lineari-lanceolatis summis non raro linearibus. sepala 2 exteriora valde breviora et minora. Petala obovata calyce valde longiora sulphurea basi subcrocea Capsula ovoidea trigona obtusa hirta valvis patentissimis. Semina ferruginea granulata ovoidea. Fl. vere et aest. Vulgare locis aridis, calidis, praesertim collinis, et rupestribus. variae formae eius in agro *albens. astens. derthon. Monteferrato nic.* et *ligust.*

cc. *Foliis linearibus, vel lineari-lanceolatis margine revolutis.*

d. *Floribus aureis.*

9. THYMIFOLIUM. Pers. l. c. H. *Foliis lineari-oblongis abbreviatis rubescentibus asperiusculis superioribus alternis stipulis mucronatis erectis pedunculis paucifloris villoso-glutinosis capsula complete triloculari seminibus reticulatis.*

H. glutinosum. Pers. Reich. l. c. fig. 4544. H. iuniperinum. Lagasc. in Cand. prodr. 1. 275. H. Barrelieri. Tenor. neap. 4. 314. t. 145. H. viride. Tenor. neap. 1. 299. t. 47. Reich. l. c. f. 4542. H. laeve. Pers. Reich. l. c. fig. 4541. H. semiglabrum. Badar. in Moret. bibl. ital. 14. Ic. Moris. fl. sard. 1. t. 15. Cistus glutinosus. Lin. man. alt. 246. Cav. ic. t. 145. f. 2. Cis. laevis. eiusd. t. 143. f. 1. C. thymifolius. L. sp. 745. Sibt. flor. gr. t. 500. Ic. Barrel. ic. 413. 443. 444. Sweet. cist. t. 102. Viscositas non raro deest: et cum etiam in H. vulgari folia aliquando omnia sint lineari-lanceolata margine revoluta characteres non video quibus haec stirps ab illa dissocietur si exceperis fructus in illa pendulos, quod non perpetuum esse potest. In agro *nic.* et *Liguria.*

dd. *Floibus albis.*

10. POLIFOLIUM. Cand. fr. 4. 823. H. *Foliis oblongo-linearibus petiolatis utrinque stellato-pubescentibus subtus incanis stipulis ramentaceis obtusis calycibus glabriusculis pedicellis fructiferis recurvatis foliolis calycinis internis obtusis.*

Cistus polifolius. Lin. sp. 745. Engl. bot. t. 1322. C. splendens. Lam. enc. 2. 26. Dill. elth. t. 145. f. 172. Hel. mutabile. Pers. Cistus mutabilis Jacq. ic. 1. t. 99. C. pilosus. All. ped. 1.

236. t. 45. f. 1. 2. H. pulverulentum. Cand. fr. 4. 823. Cistus pulverulentus. Pour. acta tolos. 3. 311. Reich. l. c. fig. 4555. Hel. apenninum. Cand. l. c. Cistus apenninus. L. sp. 744. Reich. l. c. fig. 4554. Hel. rhodanthum Dunal. apud Cand. prodr. 1. 282. Ic. Svveet. cist. t. 88. characteres etiam in hac specie adeo ludibundi, ut dempto colore florum, qui forte mutabilis est, nullus character certus ab H. vulgari distinguat. Fl. vere et aest. In agris, arvis, pascuis collium, et locorum calidiorum praesert. agri *nic.* et *Liguriae.*

ccc. *Foliis setaceis.*

11. LAEVIPES. Pers. H. *Foliis alternis fasciculatisque filiformibus glabris superioribus stipulatis racemis secundis calycibusque pilosis pilis apice glandulosis pedicellis laevibus caule ramosissimo ascendente seminibus reticulato-foveolatis.*

Cistus. L. sp. 739. Jacq. hor. vind. 2. t. 158. Cav. ic. t. 173. Ic. Pluk. phyt. t. 84. f. 6. Gerar. fl. gallo. prov. t. 14. Reich. l. c. fig. 4540. Svveet. cist. t. 24. Caulis atro-ruber humilis aliquando tamen usque pedalis. Flores parvi lutei petalis immaculatis subcrenatis obovato-cuneatis calyce valde longioribus. Sepala 2exteriora breviora et multo minora, interiora nervosa ovata obtusa ante anthesim contorta. Capsula laevis trigona ovoidea valvis patentissimis. Semina trigona acuta. Fl. vere. In collibus et rupibus *Liguriae* et agri *nic.*

## 656. NYMPHAEA

ALBA. N. *Herba perennis lacustris vel fluviatilis acaulis radice crassissima horizontali repente foliis longe petiolatis petiolis teretibus intus lacunosis cordatis integerrimis laevibus natantibus grandibus carnosulis scapis longissimis (si aquae profundae sunt) unifloris teretibus nudis crassis floribus albis magnis odoratis sub sole natantibus noctu et coelo nubilo immersis sepalis quatuor petalis 28 oblongis staminibus 84-90 exterioribus subabortivis stigmate 16-radiato radiis ascendentibus bacca subglobosa thoro obvoluta.*

Ic. Dalech. lugd. 1108. f. 2. Fuchs. hist. 534. 535. Lonic. bot. 177. f. 1. Brunsf. simpl. 37. Dorst. simpl. 199. Matth. com. 588. Lob. ic. 595. f. 1. Eiusd. observ. 324. f. 1. Dodon. pem. 585. f. 1. Camer. epit. 634. Tabernam. ic. 745. Bah. hist. 3. 770. Blackvv. herb. t. 498. a. b. 499. f. 2. Weinm. phyt. t. 761. f. a. b. c. Chabr. sciagr. 561. f. 1. Knor. del. t. N. Hill. syst. reg. 16. t. 58. f. 2. Gaertn. fruct. t. 19. f. 1. Lam. ill. t. 453. f. 1. Engl. bot. t. 160. Schk. hand. t. 142. Svens. bot. t. 92. Flor. dan. t. 602 Plenck ic. t. 429. Labram. fas. 21. Fl. med. t. 247. Hayne 4. t. 35. Diction. des scienc. nat. t. 179. Gmel. sib. 4. t. 72. Baxter. brit. bot. t. 181. 182. Sturm. deut. flor. 8. 30. Schrank. flor. mon. t. 345. Dietr. flor. bor. t. 765. Bullet. phil. 1811. 4. 57. Mem. de l'inst. 1830. 6. Mem. de Genev. 1. 2. Plée types. t. 36. 37. Gray gen. t 42. 43. Flora. 1853. 7. Acad. neap. 4. Schubert naturges. t. 27. f. 2.

Fl. vere exeunte. In paludibus et lacubus et ripis amnium lente fluentium. Evigilat hora matutina septima, occidit hora pomeridiana quinta. Lin. phil. bot. 277. Radix brachium humanum, vel etiam crus crassa. Decocta ad haemorrhagias desperatas valere scripsit Tragus. Herba veterum testimonio utilissima in cohibendis alvi fluxibus et leucorrhoea: etiam spermatis fluxum sanat. Veneris impetum infringit. Liquat lienem: lenticulas et vitiligines delet. imposita cum pice medetur alopeciae. pharmacopea patria aquam stillatitiam servavit quae mitissime sedat, somnum arcessit nervorum turbas leniendo et remedium narcoticum ceteris blandius suppeditat cum vires nimium concitatae sunt et inflammatio subest, quae alia remedia sedantia omnino probibent. commode sociatur Violae.

## 657. NUPHAR

LUTEUM. Smith. prodr. flor. gr. 1. 361. N. *Herba palustris perennis rhizomate crasso gemmifero repente submerso foliis submersis tenuioribus tenerrimis pellucidis emersis supra aquam exstensis cordato-ovalibus sinu angusto auriculis obtusis subcoriaceis petiolis acute marginatis scapis unifloris supra aquam exsertis floribus aureis, petalis obovatis obtusis dorso nectariferis stigmate integerrimo umbilicato 10-20radiato.*

Nymphaea lutea. Lin. sp. 729. Blackvv. t. 597. a. b. Knor. del. t. N. 1. Lam. ill. t. 453. fig. 2. Gaertn. fruct. t. 19. f. 1. Hill. reg. syst. 16. 58. t. 58. f. 1. Engl. bot. t. 159. Schrank. flor. mon. 1. t. 20. Schk. band. t. 142. Spreng. geh. d. nat. 273. t. 23. f. 5. 6. 7. 10. Mirbel an. du mus. 16. t. 20. (anat. et sem.) Fl. dan. t. 603. Svens. bot. t. 266. Plenck. ic. t. 450. Hayne. 4. t. 30. Hook. lond. 141. N. umbilicalis. Salisb. an. bot. 2. 71. Nymph. vulgaris. Rich. an. du Mus. 17. 230. t. 9. fig. 51. 52. Semen. Ic. Dalech. lugd. 1009. f. 2. Valerian. Cord. hist. 99. Weinm. phyt. t. 761. f. e. Bah. hist. 3. 771. Chabr. sciagr. 561. f. 2. Dodon. pempt. 583. f. 2. Camer. epit. 635. Lob. ic. t. 594. f. 2. Lonic. bot. fol. 1. 7. f. 1. Fuchs. hist. 556. Matth. com. cum priore ibid. Hock. fl. lond. ed. Grav. 4. t. 66. Baxter. brit. bot. t. 281. 282. Spach. suit. t. 87. Sturm. deut. flor. 8. 30. Reich. fl. germ. 7. 63. Dietr. flor. bor. t. 766. Annal. des sc. nat. 3. 4. 10. 11. 12. 13. 1833. 7. Flores spiritum vini redolent. Cetera ut in Nymph. alba. Semina ut prioris in aqua evolvuntur, et plantula pusilla natat usque dum tangat ripas vel fundum aquarum quo radiculas in solo figat a quo petiolos scaposque supra aquarum altitudinem proiiciat. noctu et coelo nubilo ut illa immergit flores. Fl. vere exeunte. In oris lacuum, paludum, amnium lente fluentium, et fossarum, praesertim in oryzetis.

## 658. PAEONIA

OFFICINALIS. *Herba perennis radice nodoso-filipendula tuberibus oblongis carnosis per fibram concatenatis caule usque bipedali flexuoso virente inferne 1-2 squamato superne folioso foliis petiolatis alternis supra virentibus petiolis tripartitis pinna terminali trisecta lateralibus pinnatis foliolis subtrifidis simplicibusque lanceolatis acuminatis subtus glaucis floribus roseis vel rubris germinibus rectiusculis tomentosis seminibus primum coccineis demum nigris.*

P. peregrina. Re. tor. 1. 281. P. paradoxa. Ander. in transact. soc. lin. 12. par. 1. 280. P. promiscua. Reich. ic. fig. 4742. P. bannatica. eiusd. fig. 4741. P. pubens. eiusd. l. c. P. rosea. Host. a. 2. 64. Ic. Lob. ic. 683. f. 2. et flore pleno. 684. f. 1. Dodon. pem. 196. fig. 1. et fl. pleno. fig. 2. Fuchs. hist. 202. Dalech. lugd. 857. et flore pleno. 858. Ger. em. 981. f. 2. et fl. pleno. fig. 3. et 982. f. 4. Bessl. eyst. vern. 6. t. 15. f. 1. et flore pleno. t. 7. f. 1. et t. 8. f. 1. Moris. s. 12. t. f. f. 6. 7. et fl. pleno 15. 15. Bah. hist. 3. 493. f. 2. Nees. t. 397. Fl. med. t. 274. Bot. mag. t. 1784. et 3173. Blakvv. t. 65. Knor. del. 1. t. R. 3. van. Spaendoch. tab. Woodvv. bot. med. t. 173. Lod. bot. cab. t. 1073. Hayne. 5. 26. Nees. dusseld. t. 395. Guimp. et Schl. t. 101. Schubert. naturges. t. 27. f. 9. Van. Spaendonk. Loisc. t. 44. Stirps pulcherrima ubique culta in hortis. sponte nascitur circa montem *S. Michaelis della Chiusa* et supra *Piossasco*. Veteres et non nulli recentiorum multis viribus eximiis pollere Paeoniam scripserunt: in epilepsia praesertim commendata a Galeni inde temporibus. At multi susceptis experimentis nihil profecerunt. Ego pluries adhibui radicem recentem, herbam et extractum et semina in epilepsia irrito conamine.

## 639. DELPHINIUM

a. *Annua.*

b. *Monocarpa: petalis confluentibus: foliis multifidis laciniis linearibus, vel lineari-lanceolatis.*

c. *Fructibus pubescentibus.*

1. Ajacis. D. *Caule glabro superne ramoso floribus racemosis racemo spicaeformi denso elongato pedicellis abbreviatis fructiferis strictis bracteas (inferiores decompositas) aequantibus fructibus pubescentibus seminibus circulariter rugosis foliorum laciniis linearibus numerosissimis.*

D. ambiguum. Mill. dict. n. 3. Ic. Lob. ic. 740. f. 1. Blackvv. t. 26. Clus. hist. 2. 206. f. 1. 2. fl. pleno. Dodon. pempt. 252. f. 1. Dalech. lugd. 698. f. 1. mala. Bah. hist. 3. 211. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 379. f. 3. 6. Moris. s. 12. t. 3. f. 2. et flore pleno. fig. 7. et t. 4. f. 2. 3. Ger. herb. 1183. f. 12. et fl. pleno. 3. 4. Debr. fl. nov. t. 96. 97. Weinm. phyt. t. 408. f. b. c. d. t. 409. f. a. b. c. d. t. 410. f. a. b. c. t. 411. f. a. b. c. d. Theatr. flor. t. 65. Bessl. eyst. aest. t. 11. 12. 13. 14. f. 2. 3. Rivin. pentap. irreg. t. 122. 123. Spreng. geh. d. nat. 1. 278. t. 24. f. 1-3. Reich. ic. fig. 4670. Caulis usque quadripedalis simpliciusculus ramis erectis racemo longo termininatis. Flores grandes coerulei, violacei, rosei, carnei vel albi. Fl. aest. In *Liguria occidua*: in rupibus vallis di *Vedro* supra *Trasquera*. Ubique culta in hortis quibus luxuriat floribus plenis.

cc. *Fructibus glabris.*

2. Consolida. D. *Caule glabro dichotome ramoso ramis divaricatis floribus laxe racemosis racemis paucifloris pedicellis bracteas superantibus fructibus glabris seminibus rugosis obsolete squamulosis foliorum laciniis multifido-linearibus.*

D. pubescens. Cand. fr. 5. 641. Delph. paniculatum. Host. a. 2. 65. D. segetum. Lam. fr. 3. 325. D. versicolor. Salisb. pr. 375. Ic. Weinm. phyt. t. 408. a. Bah. hist. 3. 210. Moris. s. 12. t. 3. f. 1. Dalech. lugd. 970. f. 2. Bessl. eyst. 2. t. 11. f. 1. t. 12. f. 1. t. 13. f. 1. et fl. pleno. t. 14. fig. 1. Ger. em. 1083. f. 3. Dodon. pempt. 252. f. 2. Lob. ic. 739. f. 2. Rivin. pentap. irreg. t. 124. f. 1. Ludvv. ect. t. 54. Knor. del. t. R. 17. Svens. bot. t. 58. Lam. ill. t. 482. f. 1. Flor. dan. t. 683. Engl. bot. t. 1839. Sibt. flor. gr. t. 504. Plenck. ic. t. 433. Reich. ic. fig. 4669. et ibid. b. Baxter. brit. bot. t. 297. Plée types. t. 17. Dietr. flor. bor. t. 556. Schubert. naturges. t. 27. f. 10. Caulis aliquando humilis non raro usque bipedalis. Fl. coerulei. Vulgare inter segetes praesertim collium.

bb. *Tricarpa. petalis liberis, foliis plerumque ternato-multifidis laciniis linearibus.*

3. peregrinum. D. *Caule erecto ramosissimo glabro racemis laxis calcare recto acuto elongato petalis ovatis unguiculatis seminibus subrotundis alis membranaceis circularibus imbricatis albis cinctis.*

D. junceum. Cand. fr. 5. 641. Reich. ic. fig. 4672. D. gracile. eiusd. syst. 1. 347. D. elatum. All. misc. bot. taur. 2. 76. Ic. All. ped. t. 25. f. 3. Sibt. fl. gr. t. 506. Caulis usque bipedalis. Folia glabra vel pubescentia. Flores parvi violaceo-coerulei. Fl. vere et aest. Circa *Nicaeam*: in *Liguria occidua* in alveo torrentis *Varenna* apud *Pegli*.

aa. *Biennia tricarpa: seminibus paucis grandibus.*

4. Staphysagria. D. *Caule petiolisque pilosis foliis palmatis 5-7 lobis lobis oblongo-lanceolatis subtrifidis integrisque pedunculis bracteas floresque superantibus calcare brevissimo floribus laxe racemosis fructibus dense pubescentibus.*

Ic. Dalech. lugd. 1629. Camer. epit. 947. Bah. hist. 3. 642. f. 1. Stapel. ad. Theophr. 1140. Weinm. phyt. t. 949. fig. a. mala. Sibt. fl. gr. t. 508. optim. Rivin. pentap. irreg. t. 127. Plenck. ic t. 434. Nees. dusseld. t. 392. Woodw. med. bot. t. 168. Reich. flor. germ. 4. 69. Caulis pedalis et ultra. Flores coerulei extus puberuli. filamenta inferne ciliata. Herba foetida unctuosa. Fl. vere. In agro *nic.*

aaa. *Perennia : tricarpa : petalis liberis iuferioribus bifidis barbatis radice tuberosa.*

3. INTERMEDIUM. Ait. hor. kew. 3. 320. D. *Foliis profunde cordatis 3-5-7 fidis subtus pubescentibus laciniis lanceolatis inciso-serratis racemis elongalis strictis fructibus glabris seminibus grandibus trigonis alatis.*

D. elatum. Lin. sp. 749. Schk. handb. t. 166. D. alpinum. Wald. et Kit. hung. 3. 273. t. 246. et Reich. ic. fig. 4677. Botan. regist. t. 1913. Varr. t. 1984. 1969. 58. 52. Caulis fistulosus erectus simpliciusculus usque orgyalis. Racemus terminalis demum laxus ut plurimum basi compositus. Flores coerulei vel violacei. Cornu conicum vix perigonium excedit. Fl. aest. In montibus alpium maritimarum.

D. montanum. Cand. system. 1. 360. *Foliis subtruncatis 3-fidis pubescentibus laciniis basi attenuatis 3-fidis incisis cornu uncato racemo elongato capsulisque villosis* videtur var. cui referri debent. D. elatum. All. ped. 2. 63. et multae aliae formae, ut videbis apud Koch. syn. 24. 25. quae forma monente Cand. l. c. in alpibus patriis vivit.

Herbae acres et venenatae. utiles in scabie et pediculis necandis. Unguentum conficitur seminibus pulveratis praesertim *Staphydisagriae.* Medici homiopathici Staphysagriam remedium experti sunt vere heroicum in multis et gravissimis morbis. In podagra et tophis arthriticis genuum, rheumatismo diuturno paralytico, in exostosi et doloribus osteocopis, in hydrargiriasi, ulceribus et tumoribus oris, impetiginibus diuturnis, herpete, alopecia, scabie, et tinea, in diarrhoea et dysenterla et spermatis profluvio. in morbo scrophuloso, cancro uteri, calculis renum et vesicae, in odontalgia et prosopalgia, et glandulis palpebrarum induratis et coxalgia. Medetur etiam morbis animi qui ab ira vehementi profluxerunt et hypochondriasi.

## 660. ACONITUM.

a. *Floribus flavidis.*
b. *Persistentibus.*

1. ANTHORA. A. *Calcare refracto labello obcordato seu bifido galea fornicato-haemisphaerica antice sinuata rostrata rostro horizontali foliis palmato-multifidis laciniis angustis folliculis quinque.*

A. Jacquini. Reich. mon. 63. t. 2. A. eulophum. Eiusd. ibid. 69. t. 5. A. anthoroideum. Cand. syst. 1. 366-7. A. Candollii. Reich. mon. t. 3. et ill. t. 61. A. nemorosum. Mar. Bieb. Reich. mon. t. 6. Ic. Barrel. ic. 609. Rivin. pentap. irreg. t. 128. Camer. epit. 837. Clus. hist. 2. 98. f. 2. Bah. hist. 3. 660. fig. 2. Chabr. sciagr. 530. f. 4. Moris. s. 12. t. 2. f. 7. Weinm. phyt. t. 22. f. 6. 23. f. a. Rob. ic. t. 10. Ger. em. 969. Tabern. 112. f. 1. Dodon. pempt. 443. f. 2. Lob. ic. 677. f. 1. Dalech. lugd. 1748. f. 1 et 2. Mill. ic. t. 12. Jacq. a. t. 382. Ludvv. ect. t. 104. Blackvv. herb. t. 562. Schk. hand. t. 143. Plenck. ic. t. 436. Sering. in Mus. helv. 1. 130. t. 13. f. 1. 3. 4. 7. Reich. mon. t. 1. ill. t. 69. flan. t. 100. f. 4711. a. b. g. Botan. mag. t. 2634. Hayne 12. 11. Br. und. Ratz. t. 38. Radix fasciculata tuberibus 2-4 fusiformibus. Caulis farctus subangulatus simpliciusculus ramis brevibus alternis ut plurimum humilis usque tamen bipedalis superne pubescens pilis arcuatis. Folia numerosa conferta alterna brevipetiolata palmato-tripartita segmentis inferne angustissimis cuneatis reliqua parte flabellato-multifidis laciniis anguste linearibus acutis divergentibus margine subrevolutis glabra aut vix pilosula supra laete viridia subtus pallidiora nervo per lacinias excurrente instructa. petioli plani subcanaliculati amplexicaules superiores brevissimi. Racemus terminalis simplex vel ramosus pubescens pilis recurvato-arcuatis foliosus modo laxe modo dense florifer. Folia floralia inferiora caulinis supremis similia reliqua minus decomposita suprema sim-

plicia linearia. Bracteolae in quovis pedicello duae vel tres situ variae. flores suaveolentes. Perigonium ochroleucum cum virore aliquo undique pubescens pubescentia nunc densa nunc rariuscula. Galea brevis haemisphaerica obtusa apice plus minus inclinata rostro longo fere horizontali inter rostrum et verticem incavata. Sepala lateralia grandia orbiculata. Sepala inferiora dependentia oblongolanceolata utrinque obtusa. Nectaria stipite more galeae arcuato labello superne desinente in calcar contortuplicatum inferne in laminam dilatatam obcordatam refracte incurvam. Staminum filamenta glabra. Antherae subrotundae rubido-fuscae polline albo. Folliculi quinque erecti pubescentes rostrati. Bertol. Quae descriptio optima est. Fl. aest. In rupibus et convallibus alpium locis apricis.

bb. *Deciduis.*

2. Lycoctonum. A. *Galea elongata conico-cylindrica subcompressa clavata rostroque inclinato nectarii calcare gracili spiraliter contorto labello recto retuso folliculis ternis foliis palmatis segmentis latis cuneatis acute inciso-dentatis.*

Nostra exemplaria omnes fere comprehendunt varr. quas Seringe in Cand. prodr. 1. 57. 58. enumeravit, et paucis exceptis congruunt cum opt. descriptione Bertolon. Ideoque huc traho A. pyrenaicum. Lam. enc. 1. 33. Reich. ill. t. 48. A. ranunculifolium. Reich. van. t. 81. f. 4681. b. A. neapolitanum. Tenor. neap. 4. 37. A. Vulparia. Reich. ill. t. 56. 57. 58. et ran. t. 81. f. 4681. A. Lamarkii. Reich. ill. t. 55. A. Thelyphonum. Reich. ill. t. 54. A. Myoctonum. Reich. ill. t. 51. A. pallidum. Reich. ill. t. 50. A. Tragoctonum. A. lupicida. A. Cynoctonum. A. lasiostomum. A. Phtora Reich. l. c. Radix crassa napiformis descendens ramosa ramis crassis extus fusca intus alba neutiquam e napulis fasciculatis fusiformibus ut scribit Bertol. semper vidi cavam. Cavum epidermide nigra vestitum ut extra. Napum est eximie cancellatum ut ic. 599. 600. Barrel. imperfecte pingunt. Caulis apud nos in sylvis orgyalis, et ultra inferne rubidus superne fuscus lanuginosus gracilis et puberulus pilis patulis et flexuosus angulatus ex lineis prominentibus decurrentibus de nervo medio petioli fistulosus superne ramosus ramis brevibus erectis. Folia palmata 5-7-9 partita segmentis lateralibus bifidis reliquis trifidis cuneatis inciso-dentatis dentibus mucronatis elongatis margine ciliatis supra glabris subtus puberulis venosis venis anostomosantibus. Folia ima longissime petiolata petiolis supra canaliculatis fistulosis basi rubidis et in vaginam dilatatis: suprema subsessilia. Laciniae in plantis a me lectis in planitie sunt remotae inter se, aliquando nonnullae in eodem exemplari remotissimae sunt. Ic. Lob. ic. 677. fig. 2 eiusd. adver. 301. Dalech. lugd. 1739. f. 2. 1741. f. 3. Dodon. pempt. 439. f. 1. Moris s. 12. t. 2. f. 1. Tabernam. ic. 581. fig. 1. et 583. f. 1. Camer. epit. 827. Bessl. eyst. aest. 1. t. 11. f. 2. Clus. hist. 2. 94. f. 1. Trag. stirp. 247. mala. Bah. hist. 3. 652. Chabr. sciagr. 551. fig. 1. mala. Barrel. ic. t. 599. 600. Weinm. phyt. t. 23. 6. t. 24. a. b. c. Blackw. herb. t. 563. Bull. herb. t. 63. Boiss. fl. eur. t. 369. Jacq. a. t. 380. Rivin. pentap. irreg. t. 127. Stapel. ad Theophr. 1137. 1158. malae. Labram. fasc. 47. Gaertn. fruct. t. 65. Schrank. flor. mon. t. 6. Br. u. Ratz. t. 38. Schubert. naturges. t. 28. f. 1. — Var. humilem et ramosissimam legi in convallibus vallis *Elvi* in alpibus *Sordevoli* et *Graliae*. Vix pedalis est ramosissima ramis erectis inaequalibus racemis strictis elongatis quod pulchrum visu est. Forma vulgaris adeo gracilis superne est ut sarmentosa videatur. Vulgare in oris sylvarum secus aquas locis opacis, dumetis et senticetis. Folia non raro supra albo maculata sunt.

3. Giganteum. Zum. A. *Caule altissimo usque biorgyali inferne crasso, angulato, sulcato, ramosissimo ramis erectis foliis imis maximis usque semipedalibus, supra albo-maculatis laciniis cuneatis flabellato - multifidis truncatis equitantibus floribus magnis; racemis densis longissimis etiam innuptis erectis pedicellis strictis apice incrassatis recurvis villosis bracteatis bracteis 2-3 distantibus galea*

*clavata usque pollicari cilindrico-compressa rugosa antice incurvata.*

A. Lycoctonum luteum maius Dod. pempt. 439. fig. 439. omnino videtur diversum a planta mea. A. altissimum. Mill. dict. n. 2. nullis certis limitibus et characteribus circumscriptum est. Species mea faciem habet omnino diversam ab A. Lycoctono eiusque formis, etiam A. Lamarkii Reich. et A. pyrenaico Lam. legi in alpibus *bugellensibus* ad nives aeternas supra lacum dictum *della Vecchia* quo exit amnis *Cervus* in valle ad orientem iacus posita versus pascua et prata alpina dicta di *Irogna*. Species omnino alpina est. Nam in hortum meum translata quamquam in loco frigido, et ad septemtrionem posito tamen maligne vixit duos annos et caules non protulit. Vivit locis apricis neutiquam opacis, quippe qui nullam arborem neque fruticem alant sed lapides soli sint perpetuo aquarum stillicidio ex proxima nive deliquescente orto. Cum A. Lycoctonum planitie et sylvis, locisque umbrosis, et opacis delectetur. Area ibi est latissima hoc solo Aconito dense stipato occupata. Caules caespitosi basi usque tres pollices crassi, angulato-sulcati, et a basi ramosi, ramis crassis erectis totis floriferis. Altitudo eius etiam bi, vel triorgyalis. Folia latissima sunt usque semipedalia supra albo-maculata laciniis 3-5-7 fidis cuneatis flabellatis incisis truncatis, quo charactere omnino etiam prima fronte differt ab A. Lycoctono eiusque variis formis, equitantibus, flores maximi usque duos pollices longi racemosi, racemis paniculatis crassis longissimis inferne longe nudis densis. pedicelli stricti apice incrassati et recurvi villosi, bracteati bracteis linearibus 2-3 distantibus. Sepala luteola galea albida elongata cylindrico-subcompressa ultra pollicem longa rugosa extus puberula pilis raris brevibus aequalibus, apice clavata antrorsum incurvata inferne obscurius lutea rostro virente deorsum verso. Sepala lateralia suborbiculata planiuscula medio intus concava in cavitate margineque pilosa luteo-virentia. Sepala inferiora valde inaequalia altero multo minore, oblonga utraque obtusa. Nectaria habent filamenta erecta alba glabra elongata. Calcar gracile circinatim convolutum. Labellum dependens rectum perfecte retusum. Pars calcaris inferior etiam in spira luteo-virens est glabra qui color in filamenti apicem abit, superior candida hyalina, pilosa, pilis brevibus aequalibus apice glanduliferis. Labelli margines pilis talibus etiam ciliati. Verum haec nisi vitris convexis videri possunt. Filamenta basi dilatata alba glabra. Antherae primum aureae demum atro-coeruleae polline albo. Folliculi tres erecti rostrati glabriusculi nodosi primum virentes demum cum dehiscunt nigri. Semina in quovis folliculo 5-6 obtuse trigona extus convexiuscula ovato-oblonga acuta subdifformia nigra nitida rugoso-scrobiculata rugoso-plicata plicis appressis subimbricatis undulatis ferrugineis longitudinaliter striatis margine libero atris. Radix crassa descendens napiformis cancellata extus, et in cavitatibus fusca intus alba. Fl. aestate exeunte. Autumno semina matura sunt.

aa. *Floribus coeruleis deciduis nectariis magnis elongatis.*

b. *Fructibus iunioribus erectis.*

c. *Caule superne pubescente galea haemisphaerica.*

CERNUUM. Wulf. apud Koell. spic. 17. A. *Caule paniculato superne pubescente foliis palmato-ternatis foliolis cuneatis dilatato-flabellatis pinnatifido-incisis acuminatis panicula laxa patula galea haemisphaerica hiante calcare longo capitato uncato labello emarginato revoluto folliculis glabris tribus vel quinque.*

Ic. Reich. ill. t. 33. eiusd. ran. t. 85. fig. 4687. Caulis usque tripedalis angulatus flexuosus fistulosus cernuus superne ramosus ramis diductis. Flores violacei vel coerulei vel variegati. Sepala ciliata utrinque barbata. Nectaria habent filamenta ascendentia glabra similia illis praecedentis vix basi dilatata. Folliculi elongati demum diducti. Calcar breve spirale. Radix fusca ramosa intus alba prope basim napulifera. Fl. aest. In montibus et sylvis alpinis: monte *Cenisio*: ad radices montis *Rosae*: *in pizzo di Anzasco* vallis di *Vegezzo* agri novar. in sylvis circa thermas *Valderias* etc. Huc omnino ducendum A. panicula-

tum. Lam. fr. sup. 1224. quae est var. *nectariis supinis galea antice sinuata subincumbente panicula ramosissima.* A. hebegynum. Cand. syst. 1. 376. A. flexicaule Hoppe etc.

cc. *Caule glabro, galea elongata.*

5. Cammarum. A. *Glabrum caule erecto foliis palmato-ternatis foliolis basi cuneatis superne dilatato-flabellatis pinnatifido-incisis laciniis acutis panicula strictiuscula galea elevata fornicato-conica subinclinata rostro porrecto calcare uncato folliculis 3-5 linea superiore pubescentibus vel glabris.*

A. rostratum. Bern. Schleich. cat. 1815. Reich. ill. fig. 11. et. 50. A. gracile. Reich. A. Bernardianum. Wallr. sched. 1. 25. t. 2. A. nasutum. Fisch. Reich. ill. t. 9. f. 1. 2. et t. 10. A. variegatum. L. sp. 750. A. album. Ait. kevv. ed. 2. 322. Ic. Clus. hist. 2. 97. Reich. ill. t. 8. f. 12. Eiusd. ran. ic. t. 83. f. 4684. Jacq. a. t. 424. Sering. mus. helv. 1. 141. t. 15. f. 16. 17. Hoffm. deut. fl. 1791. 8. Hayne. 12. 15. Wagner. 162. Br. und. Ratz. t. 39. Mihi videtur var. superioris. Fl. aest. Vulgare in sylvis umbrosis alpium.

bb. *Fructibus iunioribus divergentibus.*

6. Napellus. A. *Foliis palmatis segmentis cuneato-flabellatis multifido-linearibus nitidis subtus uninerviis, nervis prominulis racemo stricto galea haemisphaerica clausa vel hiante sepalis lateralibus ciliatis utrinque pilosis inferioribus barbatis nectarii sygmoidei calcare brevi, supino, capitato subuncato, labello marginato incurvo seminibus argute triquetris angulis alatis lateribus rugosis folliculis 3-4 reticulato-venosis.*

A. tauricum. Wulf. in Jacq. coll. 2. 112. Jacq. ic. rar. 3. t. 492. Moris. s. 12. t. 3. f. 10. Clus. hist. 2. 95. f. 2. Ger. herb. 773. f. 6. Reich. ill. t. 65. Eiusd. ran. t. 99. f. 4. 709. A. neubergense. Cand. syst. 1. 373. Clus. hist. 2. 96. f. 1. Ger. herb. 973. f. 7. Bah. hist. 3. 657. fig. 2. Chabr. sciagr. 331. f. 5. Jacq. a. t. 381. Reich. ill. t. 69. Eiusd. ran. t. 88. f. 4694. A. strictum. Bernard. ap. Cand. syst. 1. t. 373. A. vulgare. Eiusd. l. c. 371. Reich. in plures species distraxit characteribus laevissimis, et minime constantibus ideoque difficultates non sustulit sed auxit. [Synonimiam Reichenb. exposuit Koch syn. 25. quam heic scribo.

I. *Pedunculis erectis filamentisque glabris.*

1. *Calcare brevissimo rotundato nec sursum dilatato vel curvato.* A. Koelleanum. ill. t. 62. mon. t. 11. f. 1. t. 12. f. 1. et ranunc. t. 99. f. 4710.

2. *Calcare sursum curvato vel sursum dilatato galea hiante.* A. Hoppeanum. ill. t. 63. mon. t. 15. f. 1. et ran. t. 94. f. 4703. *Galea incumbente semiannulari.* A. angustifolium. Bernand. Reich. ill. t. 65. et ran. t. 93. f. 4704.

II. *Pedicellis erectis glabris filamentis pilosis.*

1. *Calcare brevissimo* ut in A. Koellano a quo differt *filamentis valde pilosis.* A. tauricum. Wulf. ill. t. 63. ut supra.

2. *Calcare recurvo galea incumbente.* A. amoenum. ill. t. 70. *Calcare sursum curvato galea hiante.* A. laxum. ill. t. 66. et ran. t. 93. f. 4701.

III. *Pedicellis erectis crispule pubescentibus.*

1. *Calcare brevissimo* ut in Koelleano. A. formosum. ill. t. 64.

2. *Calcare sursum curvato vel dilatato, galea hiante.* A. Napellus Dodonaei. ill. t. 14. *galea incumbente humili antice patula.* A. A. Funkianum. ill. t. 66. *Galea incumbente semicirculari pedicellis elongatis.* A. pyramidale. Mill. Reich. ill. t. 68. *pedicellis flore brevioribus.* A. Bernhardianum. ill. t. 68. *Galea incumbente altius fornicata foliorum laciniis angustissimis.* A. multifidum Koch. Reich. ill. t. 70.

IV. *Pedicellis crispule pubescentibus stricte patentibus.*

1. *Calcare brevissimo rotundato.* A. strictum. Bern. Reich. ill. t. 64.

2. *Calcare capitato vel sursum curvato galea humili antice patula.* A.

autumnale. Reich. ill. t. 67. *Galea semicirculari incumbente.* A. neubergense. ill. t. 69. ut supra (A. neomontanum. Wulf.) — A. eminens. Koch. ab hoc *nectarii labello superiore differt.*

V. *Pedicellis pubescentibus pilis rectis patentibus.*

A. acuminatum. ill. t. 68.

Ic. Dodon. pempt. 442. Dalech. lugd. 1745. Lob. ic. 679. f. 1. Ger. em. 792. f. 3. Debry. floril. t. 101. Tabernam. ic. 584. Bah. hist. 3. 655. Chabr. sciagr. 531. f. 2. et 527. f. 2. Moris. s. 12. t. 3. f. 9. Clus. hist. 2. 96. f. 2. Woodvv. med. bot. 1. 16. t. 6. Spreng. geh. d. nat. 1. 278. t. 15. f. 26. et 35. t. 24. f. 12. 14. Engl. bot. t. 2730. Svens. bot. t. 46. Sering. in mus. helv. 1162. t. 15. f. 41. 42. 50. Reich. ill. t. 1. 2. 3. et ran. t. 4700. Nees. offic. t. 394. Labr. fas. 28. Fl. med. t. 5. Garid. aix. t. 2. act. Stokolm. 1759. t. 2. Blackw. t. 561. Knor. del. 1. t. E. Matth. com. 1697. Plenck. ic. t. 435. Orfila. med. leg. t. 6. Stoerk. Libell. etc. t. 3. Schk. handb. t. 145. Sturm. deut. flor. 2. 6. Wagner. t. 161. Woodw. med. bot. t. 65. Linnaea. 7. 7. Radix crassa ramosa ramis napiformibus extus nigra intus alba. Caulis fistulosus subflexuosus ut plurimum simplex non raro valde ramosus ramis erectis pedalis aliquando tamen usque orgyalis et ultra. Flores magni violacei vel violaceo-coerulei raro albi vel variegati racemosi racemis strictis densis ut plurimum elongatis et simplicibus, galea antice brevi rostrata. Filamenta inferne glabra vix dilatata superne ut plurimum pilosa et hirsuta alba. Antherae luteae. Semina nigra. Fl. aest. locis alpinis, frigidis, tamen apricis in vallibus et ad oras sylvarum. Ego legi in valle *Sesserae* agri bugell. in vallecula unica quae dicitur *Val del Tossi* etc.

A. Storkeanum. Reich. ill. t. 71.

A. Napellus. Stoerk. libel. etc. A. palmatifidum. Reich. A. exaltatum. Reich. ill. t. 72. Videtur spectare ad A. Cammarum. L. sp. 751. A. intermedium. Cand. syst. 1. 374. et W. sp. 2. 1236. Aconitum stirps veteribus nota ut venenum referret. Et quamquam Dioscorides (Mat. meh lib. 4. cap. 78. tom. 1. 575.) scribit variis eius speciebus uti medicos, et alia in venationibus, tamen quibus morbis adhibebant non indicat. Ac miror omnino Curtium Sprengel ceterum doctissimum et magni subsellii virum (com. ad Dioscor. 2. 608.) ab imperfecta illius descriptione statuisse Dioscoridem Aconitum Napellum intellexisse. Mihi ex adverso videtur de A. Lycoctono sermonem habere: scribit enim radicem illi esse nigram (Napi A. Napelli albi sunt) et ad lupos capiendos adhiberi. Quod semper de A. Lycoctono intellectum est. Ceterum verbum nullum profert quod prae aliis speciebus ad A. Napellus referri possit. Falsum est Aconitum Anthoram a venenata indole aliarum specierum recedere. Veronicam officinalem capras, et oves et vaccas Aconiti Napelli veneno infectas sanare comperi, testibus pastoribus vallis *Sesserae* in agro *bugel.* qui observarunt pecora veneno infecta si Veronicam officinalem comedissent incolumes fieri. Quod nescio utrum ab alio hactenus scriptore observatum sit. Unde concludo Veronicam officinalem magni momenti vi imbutam esse quae experimentis probe institutis explorari debet. Arabes medici Aconiti vires exploraverunt in impetiginibus, ipsaque lepra. Verum certum est Antonium Storchium primum methodo philosophica experimentis in se ipso institutis vires eius in patulo posuisse. Quas cum medici aetatis suae repetitis experimentis confirmavissent tandem in materia medica receptum est. Plura videbis in optima dissertatione de Aconito Samuelis Abrahami Reinhold (Argentor. 1760.) recusa in Baldingeri Sylloge opusculorum tom. 2. (Gotting. 1777.) Storchius videtur experimenta sua instituisse super Aconito Cammaro, et Ac. neomontano. Tamen medici homiopathici soli Samuel praecipue Hanhemann divinam eius virtutem patefecerunt. Storchius in libro suo (Libellus de Stramonio, Hyoschiamo et Aconito etc. Vindobonae 1772. Eiusd. continuatio etc.) probavit Aconitum valde iuvisse in rheumatismo diuturno, syphilide variisque eius formis, in scirrhis, scrophulosi, amaurosi

et paralysi, etiam morbo coxario si recens et acutus est et rheumaticae indolis. Josephus Henricus Collin experimenta continuavit (observationes circa morbos acutos et chronicos par. 2. Wiennae 1772.) virtutem eius salutiferam confirmavit in doloribus podagricis, et rheumaticis acutis et diuturnis, epilepsia, (Casus 4.) paralysi (Cas. 5. 6.) atque alias Storchii observationes testimonio suo firmavit. Etiam Joannes Ernestus Greding summus et magnae fidei observator experimenta fidelissime instituit et dicta Storchii confirmavit. Multi de hinc medici vel pro Aconito vel contra illud scripserunt usque ad nostram aetatem qua scripta medicorum allopathicorum circa virtutem eius et morbos quibus adhiberi debeat ingenti confusione laborant. Verum medici homiopathici super hominem sanum certis habitis experimentis vires eius certas extra omnem dubitationis aleam posuerunt. Animadvertendum praeterea est multos medicos in errorem actos esse ab actione remedii diversa pro ut recens vel vetus est (post annum enim omnis eius virtus perit.) Ego vidi medicum qui cum audivisset Aconito homiopathicos mira perficere et morbos gravissimos superare magnam eius vim parvi faciens vel ignorans drachmam extracti eius in morbo laevi ac neutiqnam periculoso una vice sumendam in juvene sexdecim annos nato robusto ac morbo inflammatorio correpto imperavit, quo pluries iam sanguinem miserat. Paucis horis aeger mortuus est. Hanhemannus eiusque discipuli soli virtutem prope divinam Aconiti invenerunt, experimenta in homine sano instituerunt, quibus constitit Aconitum morbos omnes sanare qui a vi aucta systematis sanguiferi pendent, in omnibus nempe febribus acutis continuis atque intermittentibus ac remittentibus, quae a nimia vasorum incitatione originem habent, in inflammationibus praesertim parenchymatosis et membranosis ac rheumaticis doloribus sive acuti sint sive diuturni: etiam in podagra acuta: in omnibus denique morbis quibus venae sectio et methodus antiphlogistica indicantur: etiam in plethora vera et spuria, et congestione sanguinis activa, in catharro epidemico si oculos ille, sive aures vel capitis partes externas, vel fauces obsideat. Atque haec omnia contra medicorum allopathicorum præcepta. Audiendus summus vir, et magnae autoritatis Curtius Sprenges(pharmac. 1. 232. Instit. med. 8. Mediol. 1817)Incitans vis in hac substantia conspicua, in remota organa et capillaria vasa secretioni dicata agit diaphorhesim promovet, urinam ciet, nervosque forte organicos singulari modo lacessit ut anomalia conductionis tollatur. Hinc in adfectibus diuturnis rheumaticis, in arthritide, morbis syphiliticis et cutaneis rebellibus, in scrophulis etiam et aliis adfectibus glandularum laudes meritum est Aconitum. Sed necesse est et febris absit aut saltem manifesto se se remittat, et inflammationis suspicio, omnisque sanguinis impetus: neque diu pergere in eius usu licet, cum et ventriculum offendat, et stuporem sensuum interdum afferat. - In arthritide regulari abstinendum eo; circumscribendus usus ad arthritidem vagam variosque adfectus cum ea cohaerentes. Morbi syphilitici inveterati, degenerati, recurrentibus saepe doloribus nocturnis, exanthematibus etiam variis conspicui magis id exigunt quam recentes adfectus. Verum specificum remedium Ascaridum lombricoideorum quos expellit et interficit quodque meis experimentis multoties confirmatum vidi. Atque ut quae ipse vidi atque observavi libere fideliterque afferam sancte adfirmo Aconitum remedium esse vere divinum atque rem quae plus hominibus prosit numine deorum largitam. In diuturnis crurum ulceribus praesertim senum si incitatione vasorum foventur quod ut plurimum accidit. In herpete exedente vel flagedenico, qui *Lupus* dicitur, cuius natura ad cancrum accedit et morbus compositus esse videtur ex herpete, struma, et cancro, qui carnes et tendines et vasa nervosque vorat, atque incredibili celeritate exhaurit non raro ab Aconito sanationem integram vel magnum auxilium habet. Aconitum Lycoctonum, et Aconitum giganteum mihi videtur peculiari ac specifica ratione agere in gravissima

peripneumonia. Singulare est omnino magnam et subitam medelam adducere in maxima virium infirmitate et extrema praesertim peripneumoniae periodo cum mors jam jam imminere videtur et multoties sanguis missus est. Vidi in haematuria gravissima cum iam aegra moritura videbatur haemorrhagiam repente sustulisse cum alia et magna dosi sumpta et multa remedia et venesectio quater repetita nihil iuvissent. Atque hic animadvertendum puto non semper Aconitum solum in curanda peripneumonia et pleuritide, vel rheumatismo acutissimo sufficere. Non semel occurrit ut venaesectio ter quaterve imperanda sit: secus enim aeger servari neutiquam posset: quo facto Aconitum ut plurimum curationem absolvit et multas sanguinis missiones supplet. Neque silentio praetereundum non paucos esse morbos quibus methodus homiopathica sola omnino impos sit. Huiusmodi sunt febres intermittentes quae quandoque solis remediis homiopathicis non cedunt, quamvis ut plurimum id fiat. Eiusmodi etiam sunt congestiones sanguinis in capite et pectore et pletora vehementer commota quibus nisi citissime succurreris aegro venesectione certo mors cita sequitur. Eiusmodi et syphilis, quae hydrargiro homiopathice sumpto ut plurimum non auscultat. Et cum de syphilide incidit oratio monendum duco Aconitum magnum nonnumquam cum mercurio subsidium suppeditare praesertim si viscera obsidet virus et praecipue systema vasorum et febris et morbus acutus inde sequantur. In paralysi si vires ob congestionem activam sanguinis oppressae et resolutae sunt. In nervorum distensionibus si ab iisdem causis profluunt. In ipsa mania si ex viribus vasorum incitatis est. In morbo haemorrhoidario qui febrem continuam infert: in prosopalgia et Ischiade si a congestione activa vel inflammatione nevrilemmatum. In impetiginibus, atque ulceribus cutis si acutae sunt et febre continua sociatae incedunt. Febres intermittentes vernales acutas praesertim quartanas non raro sanat Aconitum nihil iuvantibus neque Cinchona neque preparatis ab ea. In coxalgia unicum semper et certum remedium expertus sum. In otitide, otalgia, et surditate si pendent ab incitatione vasorum. In hydrope acuto, et plethorico: in ophtalmia gravissima et anginis.

---

## 661. AQUILEGIA

Herbae perennes radice fibrosa foliis radicalibus bi-triternatis floribus nutantibus seminibus pluribus ovatis carinatis glabris rubidis.

a. *Corniculis perigonio brevioribus.*

1. ALPINA. A. *Calcaribus rectis apice subincurvis perigonio amplissimo dimidio brevioribus fructibus pubescentibus caule glabro foliis biternatis foliolis tripartitis segmentis angustis angustique laciniatis radicalibus ternatis.*

A. pyrenaica. Cand. fr. 5. 640. est var. *minor calcaribus longioribus caule subnudo subunifloro.* Huc etiam videtur esse ducenda A. viscosa. Suffr. Waldst. et Kitaib. hun. t. 469. Trevir. obs. de aquileg. et delphin. t. 2. — — Ic. All. pedem. t. 66. Delessert. ic. sel. 1. 45 t. 48. Reich. ran. etc. t. 119. fig. 4754. Lodd. bot. cab. t. 657. Sweet. fl. g. t. 218. Caulis pauciflorus simpliciusculus vix pedem excedens. Flores coerulei. Fl. aest. Amat loca alpina humida umbrosa in *Pedemonti Sabaudia* etc.

aa. *Corniculis perigonium subaequantibus.*

2. VULGARIS. A. *Calcaribus incurvis limbum petalorum subaequantibus petiolis fructibusque villosis foliis radicalibus biternatis foliolis subtrifidis laciniis latis obtuse lobatis crenatis.*

A. nigricans. Baugm. ap. Reich. excurs. 748. Einsd. ran. etc. t. 115. fig. 4751. A. atrata. Koch. bot. zeit. 1850. t. 118. A. Haenkeana. Koch. syn. 25. A. viscosa. Gouan. ill. t. 19. Lachen. act. helv. 8. 146. t. 5. A. inversa. Mill. dict. n. 5. est var. *corniculis sursum versis.* Clus. hist. 2. 204. fig.

2. Edw. brit. herb. t. 16. Dalech. lugd. 821. fig. 1. Lob. ic. 763. fig. 2. Moris s. 12. t. 2. f. 8. Barrel. ic. 615 Ger. herb. 1094. f. 5. 6. Bessl. eyst. aest. 2. t. 9. f. 2. Debry flor. nov. t. 99. — *A. stellata* var. est *flore pleno petalis planis ecalcaratis coloratis.* Ic. Clus. hist. 2. 205. f. 1. 2. Debr. l. c. t. 99. Ger. her. 1094. f. 7. Bessl. l. c. 2. t. 6. f. 3. t. 7. f. 1. t. 8. f. 1. t. 9. f. 1. Lob. ic. 764. f. 1. Chabr. sciagr. 485. f. 4. Bah. l. c. 485. Barrel. ic. 608 607. 619. 620. 621. 622. 624. 625. 626. 633. 635. 636. Weinm. phyt. 1. 161. f. 6. et t. 164. f. c. d. — *Corniculata. flore pleno petalis calcaratis calcaribus deorsum productis.* Clus. hist. 2. 204. f. 1. Lob. ic. 762. f. 1. et 2. Moris s. 12. t. 2. f. 6. Weinm. phyt. t. 162. f. c. f. 163. f. a. b. c. t. 164. f. a. b. Barrel. ic. 614. 616. 618. 625. 629. 32. Tabernam. ic. 40. f. 2. Camer. epit. 405. Ger. herb. 1093. f. 3. 4. Debr. l. c. t. 99. Bessl. eyst. 2. t. 6. f. 1. 2. t. 7. f. 2. 3. t. 8. f. 2. 3. — Ic. Trag. stirp. 137. Eiusd. herb. 1. t. 9. f. 1. Fuchs. hist. 102. Camer. epit. 404. Dodon. pempt. 83. Dalech. lugd. 820. f. 2. Moris. s. 12. t. 1. f. 1. Tabernam. ic. 40. f. 1. 41. f. 1. Lob. ic. 761. f. 1. 2. Ger. herb. 1093. f. 1. 2. Columm. phyt. t. 1. Bess. l. c. 2. t. 6. f. 3. Debr. l. c. t. 99. Barrel. ic. 628. Weinm. l. c. t. 160. f. a. b. c. t. 161. f. a. t. 162. f. a. b. Garid. aix. t. 8. Spreng. geh. d. nat. t. 15. f. 3. Svens. bot. t. 118. Engl. bot. t. 297. Plenck. ic. t. 437. Flor. dan. t. 695. Reich. ran. t. 114 f. 4729. Fl. med. t. 24. Gaertn. fruct. t. 118. Hayne 3. t. 6. Labr. fas. 53. Schrank flor. mon. t. 46. Liboschitz. petersb. t. 14. Baxter. brit. bot. t. 221. Jard. ann. 7. 11. Schubert. naturges. t. 28. f. 3. Caulis usque tripedalis erectus aliquando viscosus. Flores albi vel varie colorati in hortis pleni. Fl. aest. Vulgaris in sylvis et dumetis montanis.

Medici homiopathici adhibent Aquilegiam in morbis qui praecedunt, vel comitantur, vel sequuntur puellarum cathamenia, et cum senescente corpore restiterunt in aetate mulierum critica, in amblyopia, et amaurosi. Medici hispanici et americani calculos renum et vesicae praecavere et certissime comminuere et expellere experti sunt (Vogel. mat. med. 155. Tripi less. om. 12., Torino 1856.) Medici antiquiores semine eius in uteri inertia ad foetum expellendum, in ictero, et in exanthematibus, cum exanthema ob virium infirmitatem difficulter erumpit. Flores, et herba laudantur in gingivis a scorbuto tumentibus et fundentibus sanguinem. etiam in febri hectica cum tussi diuturna praeclaram opem praestare.

## 662. NIGELLA

Herbae annnae caule erecto striato angulato alterne ramoso foliis pinnatis bel bipinnatis pinnis multifido-linearibus vel capillaceis floribus solitariis terminalibus seminibus nigris angulatis scabris vel rugosis.

a. *Antheris apiculatis floribus nudis.*

1. ARVENSIS. N. *Antheris apiculatis floribus nudis capsulis laeviusculis ultra medium nexis seminibus scabris.*

Nig. divaricata. Cand. syst. 1. 529. Delessert. ic. sel. 1. t. 46. est var. *ramis patulis sepalis subsessilibus.* Aegypti incola. Ic. Dalech. lugd. 813. f. 3. Tabernam. ic. 72. f. 2. Weinm. phyt. t. 757. f. 6. Garid. aix. t. 72. Moris s. 12. t. 16. f. 1. Lob. ic. 742. f. 1. Camer. epit. 553. Dodon. pemp. 303. f. 2. Ger. herb. 1084. f. 2. Fuchs. hist. 505. Valer. Cord. hist. 127. Bulliar. herb. t. 126. Lam. ill. t. 488. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 512. Bois. fl. d'Eur. t. 572. Hayne term. bot. t. 38. Spreng. geh. d. nat. t. 6. f. 1-12 16-18. 22. t. 24. f. 5. 6-9. t. 25. f. 8. Schk. hand. t. 146. Reich. van. t. 420. f. 4735. Labr. fas. 27. Dietr. flor. bor. t. 436. Caulis usque pedalis. Sepala subcordato-ovata viridi-mucronata stipitata margine denticulata pallide coerulea extus viridi venosa venis reticulatis: var. *floribus plenis.* Fl. vere et aest. In agris sterilibus et macilentis *Laumel.* agri *taur. alexandr. derthonens.* etc.

—

aa. *Antheris muticis, floribus involucratis.*

2. DAMASCENA. N. *Glabra antheris muticis involucro florum folioso capsula inflata loculis totis connatis sepalis patentibus seminibus transverse rugosis.*

N. coerulea. Lam. fr. 3. 312. N. multifida Gat. fl. mont. 100. N. involucrata. Moench. meth 314. N. elegans. Salisb. prodr. 374. var. *flore pleno*. Clus. hist. 2. 208. f. 1. Ger. her. 1085. f. 5. Bah. hist. 3. 209. Chabr. sciagr. 379. f. 2. Bessl. l. c. t. 10. f. 3. Debr. flor. nov. t. 32. — Ic. Ger. herb. 1084. f. 3. Fuchs. hist. 504. Blackvv. herb. t. 558. Lob. ic. t. 745. f. 2. Valerian. Cordus hist. 128. Trag. hist. 117. Camer. ep. 552. Dodon. pempt. 304. Tabernam. ic. 72. f. 1. Bessl. l. c. t. 10. f. 2. Bah. hist. 3. 207. Chabr. sciagr. 378. f. 6. Moris. s. 12. t. 18. f. 7. 8. Weinm. phyt. t. 757. f. c. d. Gaertn. fruct. t. 118 f. 1. Sibt. fl. gr. t. 509. Curt. bot. magaz. t. 22. Savi. mat. med. t. 16. Schk. hand. t. 146. Lam. ill. t. 488. f. 2. Mill. ic. t. 187. f. 2. Reich. ran. t. 120. f. 4737. Hayne arzn. 6. t. 45. Fl. pallide coerulei. Sepala ovato-lanceolata unguiculata. Fl. vere et aest. Vulgaris in agro *nic*. In hortis ubique culta.

Medici homiopathici adhibent Nigellam arvensem in febre puerperali, in ventriculi doloribus, prosopalgia, cardialgia, somnolentia, cephalalgia, epilepsia, quae exanthemata et impetigines retropulsas excepit.

Medici antiquiores sternutationem vehementem inducere semina pulverata naribus indita. (Wansvv. com. 3. 381.) somnum blandum afferre, etiam hydrophobiam sanare Montagnana (apud Vogel. hist. mat. 164.) Semina intus sumpta lac augere, expectorationem adiuvare, colicos dolores sedare. (Act. nat. cur. vol. 2. obs. 193.) Venerem languentem resuscitare et cathamenia pellere veteres medici scripsere (Cf. Richt. mat. 3. 264.) Semina grate aromatica non exiguas vires promittunt.

---

## 663. ATRAGENE

ALPINA. A. *Fruticulus sarmentosus prostratus vel scandens glaber angulatus nodosus gemmifer humilis aliquando tamen usque tricubitalis foliis petiolatis geminatis oppositis biternatis foliolis oblongo-lanceolatis inciso-serratis pedunculis unifloris nudis sepalis pilosis quatuor exterioribus grandibus oblongo-lanceolatis multinerviis dense ciliatis coeruleo-violaceis interioribus 10-12 brevioribus spathulatis albis vel roseis staminibus pilosis maculis ovatis compressis villosis.*

Clematis. Mill. dict. n. 9. Atrag. austriaca. Scop. carn. 1. 387. Andr. bot. repos. t. 180. A. clematides. Crant. a. 2. t. 5. Ic. Pona. Bald. 321. Guimp. 112. Sturm. deut. fl. hef. 20. t. 14. Schk. hand. t. 150. Jacq. a. t. 241. Pallas. ros. 2. t. 76. Clus. hist. 2. 333. Bah. hist. 2. 129. f. 2. Chabr. sciagr. 117. f. 6. Moris. s. 15. t. 2. f. ult. Pluk. almag. t. 84. f. 1. Gaertn. fruct. t. 74. f. 8. Sims. in bot. magaz. t. 530. Boiss. fl. eur. t. 376. Reich. anem. clem. etc. t. 60. f. 4662. facies Clematidis. Foliola decidua. Pedunculi superstites demum in cirrhos tortuosos mutantur. Fl. aest. Inter rupes summarum alpium *Cenisii, Fenestrelle, Rosa, Moro, Sempronio etc.*

## 664. RANUNCULUS

1. BATRACHIA. Cand. *Fructus transverse rugoso-striati. Flores albi.*

a. *Foliis difformibus.*

1. AQUATILIS. R. *Caule natante radicante foliis emersis tripartitis subdentatis submersis multifidis lineari-setaceis petalis calycem superantibus fructibus subhispidis.*

R. tripartitus. Cand. fr. 3. 637. ic. rar. 1. t. 49. Petiv. her. br. t. 39. f. 1. R. peltatus. Moench. meth. 214. R. capillaris. Gat. fl. mont. 102. R. heterophyllus. Hoffm. germ. 97. R.

diversifolius. Schk. fl. bav. 115. Batrachium peltatum. Presl. sic. 1. 10. B. heterophyllum. eiusd. l. c. B. tripartitum. a. b. eiusd. l. c. Ic. Tabernam. 54. f. 2. Ger. hist. 829. f. 2. Weinm. phyt. t. 855. f. a. — var. *foliis peltatis*. Dodon. pempt. 587. f. 2. Moris s. 4. t. 29. f. 51. Bah. hist. 3. 781. f. 1. Barrel. ic. 565. Engl. bot. t. 101. Reich. f. 4576. Dietr. flor. bor. 183. — var. *foliis omnibus reniformibus trifidis segmentis late lobato-crenatis*. Caulis ramosus radicans, si aqua profunda est longissimus fistulosus teres striatus. Flores grandiusculi albi basi luteoli. Herba valde ludibunda. Fl. vere et aest. Frequens in paludibus, fossis, amnium, et fluviorum ripis, lacubus praesertim montanis.

aa. *Foliis conformibus.*

2. PEUCEDANIFOLIUS. All. ped. 2. 55. R. *Caule aquatili natante terrestri caespitoso foliis omnibus submersis dichotome repetito-dissectis laciniis longissimis linearibus parallelis vagina stipulari grandi oblonga biloba petalis calycem multo superantibus, fructibus subhispidis.*

R. aquatilis. g. L. sp. 782. R. aquatilis. Savi pis. 2. 29. Batr. capillaceum. Presl. l. c. R. pantotrix. Broter. lus. 2. 375. — var. *caespitosa foliis omnibus emersis circumscriptione suborbiculatis in lacinias divergentes rigidulas dissectis petiolis basi late vaginato-auriculatis* est R. rigidus. Pers. in Hoffm. germ. 4. 257. R. caespitosus. Thuill. par. ed. 2. 1. 279. R. pumilus. Poir. enciel. 6. 133. R. circinatus. Sibt. in Smith. brit. 2. 596. Petiv. her. br. t. 39. f. 3. Pluken. alm. t. 55. f. 2. Schk. hand. t. 152. Reich. fig. 4575. Est procul dubio var. R. aquatilis, nam et ego post Mutelium (fl. fr. 1. 14. 15.) exemplaria legi in rivulis et fossis praesertim *Gaglianici* laciniis foliorum apice in folium crassum ambitu triangulare trilobum desinentibus. Herba cum natat longissima luride virens ramis flocciformibus, extra aquam solo coenoso laetae virens caule est ascendente brevissimo: petala basi luteola et nectaria cyatiformia habent. Floret vere et aestate. Vulgaris in fossis et aaquis fluentibus. Vivit etiam in solo humido et coenoso.

2. RANUNCULASTRA et THORAE. Cand. *Flores lutei; fructus laeves compressi subglobosi : radix grumosa perennis : folia inferiora integra.*

b. *Glabri.*

c. *Foliis inferioribus reniformibus.*

3. THORA. R. *Foliis inferioribus longe petiolatis amplis crenatis subcoriaceis, caulinoque subsessili crenatis floralibus paucis angustis incisis caule subbifloro.*

R. scutatus. Waldst. et Kitaib. 2. 205. t. 187. R. hybridus. Cand. syst. 1. 266. Ic. Clus. hist. 1. 239. f. 2. Tabernam. ic. 585. 586. Moris. s. 4. t. 31. fig. 59. et 60. Bah. hist. 650. fig. 1. Chabr. sciagr. 530. f. 2. Ger. herb. 966. f. 1. et 2. Debr. flor. nov. t. 69. Dalech. lugd. 1735. f. 2. 1738. f. 2. 1739. f. 1. Dod. pempt. 443. f. 1. Camer. epit. 825. 826. Lob. adver. 263. eiusd. ic. 604. fig. 1. Matth. com. 767. f. 1. Jacq. a. t. 442. eiusd. obs. 1. t. 13. Cesati stirp. Ital. rar. fas. 1. t. 1-7. Reich. l. c. fig. 4593. Sturm. deut. fl. 14. 53. Brand. and. Ratzeb. t. 33. Radix grumosa tuberibus oblongis apice fibrillosis. Folia radicalia 1-4. aliquando nulla. Caulis humilis raro usque pedalis raro teres farctus erectus aliquando 5-6 florus. Flores parvuli. Corolla vix calycem excedens. Petala basi poro tubuloso. Fl. aest. Habitat summa alpium iuga et pascua nivibus deliquescentibus contermina. monte *Rosa* etc.

cc. *Foliis inferioribus cordatis.*

4. FICARIA. R. *Foliis cordatis nitidis dentato-angulatis integrisve longe petiolatis caule ascendente calyce subtrisepalo petalis numerosis oblongis radice fasciculato-tuberosa.*

Ficaria ranunculoides. Moench. meth. 215. Reich. l. c. fig. 4572. Labr. fas. 22. F. calthaefolia. Reich. excurs. 718. eiusd. ic. fig. 4571. F. verna. Huds. angl. 244. F. communis. Dumon. Cours. bot. cult. 4. 445. Ran. praecox Salisb. prodr. 372. Ic. Trag. stirp. 113. Fuchs. hist. 867. Brunsf. herb. 215. Matth. com. 468 f. 1. Valer. Cord. hist. 121. Lob.

ic. t. 593. f. 2. Bah. hist. 3. 468. Moris s. 4. t. 50. f. 45. Petiv. herb. br. t. 58. f. 1. Buxb. cent. 5. t. 25. Blackw. herb. t. 51. Lonic. stirp. 166. Sabbat. hor. rom. 5. t. 37. Chabr. sciagr. 484. f. 4. Duran. herb. 121. f. 1. Dalech. lugd. 1048. Tabern. ic. 755. Ger. hist. 816 Bessl. eyst. vern. 9. t. 1. f. 2. Bull. herb. ven. t. 43. Mart. fl. rust. t. 21. Engl. bot. t. 584. Svens. bot. t. 17. Curt. lond. 2. t. 39. ed. Grav. 2. t. 71. Plenck. ic. t. 460. Fl. dan. t. 499. Sturm. deut. fl. hef. 11. t. 7. Hayne. 5. 27. Verhandl. Rheinl. 7. 5. Caules superne parce ramosi fistulosi vix dodrantales. Flos terminalis solitarius grandiusculus. Petala aurea ovato-lanceolata basi squama lucida. Fl. primo vere. Ubique ad vias, in sepibus, dumetis. Herba contra morem gentis innoxia: imo cocta edulis est.

bb. *Villosus.*

5. ILLYRICUS. R. *Foliis sericeo-lanatus primordialibus longe petiolatis lineari-lanceolatis indivisis reliquis tripartitis vel ternatis laciniis linearibus subintegris caule multifloro erecto parce ramoso sepalis patentissimis fructu oblongo nuculis impresso-punctatis laevibus rostro ensiformi.*

R. sericeus. W. enum. 1. 589. R. monspeliaccus. L. sp. 778. est var. *foliis radicalibus trilobis.* Reich. l. c. fig. 4586. Cand. ic. rar. t. 50. Loisl. fl. fr. gen. t. 63. R. saxatilis. Balb. misc. bot. 1. 27. R. apiifolius. Desf. in pic. bor. par. 57. t. 75. Moris. s. 4. t. 30. f. 43. Bessl. eyst. vern. ord. 1. t. 15. f. 1. — R. tomentosus. Moenc. meth. 212. R. gramineus. Balb. taur. 149. — Ic. Clus. hist. 1. 240. f. 1. Bah. hist. 3. 863. f. 1. Debr. fl. nov. 1. 30. Moris. s. 4. t. 30. f. 46. Dalech. lugd. 1032. f. 2. Tabernam. ic. t. 48. f. 1. Chabr. sciagr. 469. f. 3. Ger. herb. 953. f. 5. Lob. ic. 672. f. 1. Dodon. pempt. 428. f. 1. Lodd. bot. cab. t. 1620. Sturm. deut. flor. 12. 46. Reich. l. c. fig. 4587. Caulis farctus e collo radicis aliquando flagella radicantia emittens erectus spithameus aliquando tamen usque pedalis simpliciusculus inferne nudus. Flores grandiusculi. Petala aurea calycem longe superantia, obovata venis ramosis basi squama canaliculata. Fl. vere exeunte. In valle *Augustae Praetoriae* inter *Pollein* et *Brissac*.

5. HECATONIAE. Cand. *Radix fibrosa seu fasciculata fructus laeves subrotundi.*

a. *Foliis integris.*

b. *Floribus albis.*

c. *Foliis radicalibus lineari-lanceolatis.*

6. PYRENAEUS. R. *Foliis radicalibus paucis lineari-lanceolatis integerrimis nervosis basi in petiolum attenuatis scapo subunifloro apice piloso petalis obovatis squama petaloidea semitubulata radice collo subbulbosa fasciculata.*

R. plantagineus. All. ped. 48. t. 78. fig. 1. R. bupleurifolius. Lapeyr. pyren. 314. Jacq. misc. t. 18. f. 1. R. lanceolatus. Guid. herb. vales. 177. Ic. Roem. fl. eur. fasc. 8. Deless. ic. select. 1. t. 27. f. B. Reich. l. c. fig. 4758. b. Sturm. deut. fl. 5. 19. Caulis subnudus humilis raro usque pedalis. Folia nervosa radicalia caespitosa numerosa brevipedunculata. Corolla grandiuscula calyce multo longior. Fl. aest. in pascuis, et pratis humidis summarum alpium: in monte *Cenisio*: in alpibus *valderiis* etc. R. lacerus. Bellard. act. taur. 5. t. 8. videtur planta hybrida ex R. pyrenaeo et aconitifolio. Fructus abortivi. Folia R. pyrenaei sed apice dilatata et incisa. Caulis R. aconitifolii ramosus multiflorus laevis. In pascuis summarum alpium quibus vivunt parentes sui inter quos nascitur.

cc. *Foliis radicalibus subcordato-ovatis.*

7. PARNASSIFOLIUS. R. *Foliis radicalibus subcordato-ovatis nervosis petiolatis cauleque paucifloro hirsutis, caulinis sessilibus ovato-lanceolatis pedunculis subcorymbosis radice subbulbosa nuculis laevibus.*

Ic. Wulf in Jacq. coll. 1. 191. t. 9. f. 3. Hoh. et Rein. it. 190. t. 5. Reich. fig. 4579. Bot. mag. t. 386. Lodd. bot. cab. t. 245. Reiner. reis. 1. 5. Roem. fl. eur. 4. 7. Sturm. deut. fl. 5. 19.

Caulis subnudus humilis raro palmaris inferne glaber. Sepala dorso saepe rosea marginibus albis. Fl. aest. Habitat summa alpium cacumina ad nives deliquescentes.

bb. *Floribus flavis.*

c. *Caule fistuloso.*

d. *Radice articulata repente nucibus laevibus caule annuo vel perenni.*

8. Flammula. R. *Foliis lanceolatis acutis subintegerrimis glabris inferioribus petiolatis oblongis summis linearibus caule basi radicante ascendente declinato pedunculis oppositifoliis floribus exiguis.*

Var. *Foliis linearibus* est R. reptans. L. sp. 773. Fl. dan. t. 108. Lin. fl. lap. t. 3. f. 5. Amman. stirp. rar. in imp. ruth. t. 13. f. 1. — R. ovatus. Pers. ench. 2. 102. est var. *foliis ovatis.* — Var. *foliis serratis.* Ic. Mor. s. 4. t. 29. f. 35. Weinm. phyt. t. 834. f. e. d. Dalech. lugd. 1042. f. 1. Dodon. pempt. 432. f. 2. Tabern. ic. 49. f. 2. Lob. ic. 670. f. 2. Mor. s. 4. t. 29. f. 34. Lob. ic. 670. f. 1. Park. theat. 1215. f. 2. Weinm. phyt. t. 834. f. f. Ger. hist. 961. f. 2. Tabernam. ic. 49. f. 1. Dalech. lugd. 1038. f. 1. 1035. f. 2. Valerian. Cord. hist. 121. Dodon. pempt. 432. f. 1. Paul. dan. t. 109. Curt. lond 6. t. 37. ed. Grav. 2. t. 70. Engl. bot. t. 387. Svens. bot. t. 317. Bull. herb. t. 12. et ven. f. 13. Flor. dan. t. 575. Pienck. ic. t. 459. Reich. l. c. fig. 4593. et 4595. 6. Flor. med. t. 51. Woodw. med. bot. t. 13. Schrank. fl. mon. t. 340. Sturm. deut. fl. 18. 82. Bran. und. Ratzeb. t. 33. Dietr. flor. bor. t. 180. Caulis aliquando humilis plerumque pedalis et ultra teres striatus alterne ramosus ramis axillaribus quorum loco aliquando fasciculi foliorum. Pedunculi oppositifolii filiformes nudi uniflori elongati. Flores parvi. Petala calyce valde longiora basi poro nectarifero squama tecto. Fructus obovati, marginali Fl. aest. Vulgaris ubique in fossis, pratis, locis spongiosis, humentibus, paludosis, in ripis aquarum fluentium et stagnantium.

—

dd. *Radice articulata, nucibus punctato-asperis, caule perenni.*

9. Lingua. R. *Foliis lanceolato-ensiformibus denticulatis sessilibus glabriusculis caule erecto ramoso multifloro hirsutiusculo floribus grandibus.*

R. longifolius. Lam. Ic. Bah. hist. 3. 865. Chabr. sciagr. 470. f. 3. Dalech. lugd. 1037. f. 1. Ger. hist. 961. f. 1. Tabernam. ic. 48. f. 2. Petiv. herb. br. t. 59. f. 5. Weinm. phyt. t. 834. f. c. Roem. fl. eur. fas. 8. Engl. bot. t. 100. Flor. dan. t. 755. Hook. fl. lond. ed. Grav. 5. t. 41. Svens. bot. t. 636. Reich. l. c. fig. 4595. Labr. fas. 65. Dict. des scien. nat. t. 144. Sturm. deut. fl. 18. 82. Dietr. flor. bor. t. 181. Caulis crassiusculus superne ramosus cubitalis et ultra. Folia lanceolata vel oblongo-lanceolata venosa, venis prominulis. Petala calyce valde longiora supra nitida basi poro nectarifero squama tecto. Floret aest. Ad fossas quibus aquae non vel lente moventur: in paludosis et oryzetis et oris lacuum: in agro *nov. vercell. taurin. canap. bugell.* etc.

ee. *Caule farcto, radice perenni bulbosa.*

10. Gramineus. R. *Foliis lineari-lanceolatis subnervosis cauleque erecto paucifloro glaberrimis squamis nectariferis tubulosis nuculis reticulato-rugosis.*

Var. *flore pleno.* Dod. pempt. 428. f. 2. Lob. ic. 671. f. 2. Ger. hist. 954. f. 9. — Ic. Lob. advers. 299. eiusd. ic. 671. f. 1. Bah. hist. 3. 866. f. 2. 3. Chabr. sciagr. 471. fig. 3. 4. Moris. s. 4. t. 30. f. 38. 39. Dalech. lugd. 1036. fig. 1. Column. ecphr. 1. 313. Boiss. fl. d'Eur. t. 380 Bull. ven. t. 123. Bot. mag. t. 164. Engl. bot. t. 2036. Reich. l. c. fig. 4594. Roem. fl. eur. 14. 3. Caulis humilis vix dodrantalis tenuis simpliciusculus subnudus superne glaber. Folia caespitosa radicalia glauca petiolata nervosa caulinis paucis sessilibus. Flores terminales solitarii. Petala calyce paulo longiora. Fl. aest. Herba rara. In agro *segus.* prope urbem, et in monte *Oli-*

*veto* prope *Meana*! in pratis uliginosis circa lacum *Cusii* versus *Buscione*.

aa. *Foliis dissectis.*

b. *Floribus albis, radice perenni.*

c. *Glabri.*

d. *Foliis radicalibus subcordato-orbiculatis tripartitis caule subunifloro.*

11. ALPESTRIS. R. *Foliis radicalibus subcordato-orbiculatis tripartitis laciniis subtrifido-dentatis obtusiusculis caulino lineari-lanceolato caule subunifloro petalis obcordatis fructibus utriculosis mucronatis.*

R. crenatus. Waldst. et Kitaib. hung. 1. 9. t. 10. Reich. l. c. t. 4580. R. magellensis. Tenor. cat. hor. neap. ap. 1. 53. R. nivalis. eiusd. neap. t. 237. f. 2. Sunt profecto varr. *foliis minus dissectis*. R. Traunfellneri. Hop. bot. zeit. 1. 2. 731. Ic. Chabr. sciagr. 468. f. 5. Seguier. ver. 1. 489. t. 12. f. 1. Jacq. a. t. 110. Clus. hist. 2. 234. Reich. l. c. fig 4581. Sturm. deut. fl. 5. 19. Brandt. und. Ratzeb. t. 53. Caulis humilis vix palmaris. Folia radicalia caespitosa, petiolata. Petala calyce longiora basi poro nudo albo. Nuculae granulatae stylo longo subulato apiculata. Fl. aest. In pratis et pascuis humentibus summarum alpium.

dd. *Foliis palmatis quinque partitis caule alato multifloro.*

12. ACONITIFOLIUS. R. *Foliis palmatis quinque partitis laciniis omnibus lanceolatis serratis inferiorum obtusis superiorum acutis caule alato fistuloso ramoso multifloro calycibus appressis nucibus laevibus venoso-rugosis rostro recurvo.*

R. platanifolius. Lin. man. 1. 79. Fl. dan. t. 111. R. dealbatus. Lapeyr. abr. pyr. 315. est var. *foliis subtus candicantibus*. R. palmatus. Guid. herb. val. 177. R. lobatus. eiusd. l. c. R. heterophyllus. Lapeyr. l. c. — var. *flore pleno*. Clus. hist. 1. 236. f. 2. Matth. com. 468. f. 4. Lob. ic. t. 667. f. 2. Dalech. lugd. 1035. f. 1. Theatr. fl. t. 53. Ger. herb. t. 812. f. 1. et t. 957. f. 3. Moris s. 12. t. 2. f. 4. Barrellier. ic. 88. Weinm. phyt. t. 847. fig. D. Debr. fl. nov. t. 51. Bessl eyst. vern. ord. 1. t. 12. f. 1. Ic. Camer. epit. 383. Lob. advers. 300. t. 2. eiusd. ic. t. 668. f. 1. 2. Bah. hist. 3. 860. et 859. f. 2. Chabr. sciagr. 468. f. 1. et 467. f. 6. Moris. s. 12. t. 2. f. 3. Ger. herb. t. 951. f. 4. et 964. f. 8. Dalech. lugd. 1031. f. 1. et 1029. f. 1. Clus. hist. 1. 236. f. 1. Tabernam. ic. t. 45. fig. 2. Dietr. fl. bor. t. 552. Reich. l. c. fig. 4585. b. Caulis usque bipedalis, aliquando humillimus. Folia radicalia petiolata suprema sessilia omnia subtus venosa venis prominulis. Flores parvi. Calyx deciduus. Petala calyce valde longiora. Fl. aest. In pratis et pascuis alpinis.

ddd. *Foliis inferioribus bipinnatifidis.*

13. RUTAEFOLIUS. R. *Foliis bipinnatifidis foliolis sessilibus ovatis subpalmato-multifidis caule simpliciusculo ascendente corolla polypetala petalis emarginatis radice fusiformi nuculis ovatis reticulato-rugosis rostro brevi uncato.*

R. aenemoides Zahlbrunkner. bot. zeit. 6. 1. 220. Reich. l. c. fig. 1048. Callianthemum rutaefolium Meier. in flor. alt. 3. 336. Reich. l. c fig. 4624. C. coriandrifolium. Reich. excurs. 727. et ic. fig. 4623. Ic. Clus. hist. 1. 232. Pona bald. 87. Barrel. ic. t. 456. Moris s. 4. t. 31. fig. 54. Wulf. in Jacq. coll. 1. 186. t. 6. 7. Sturm. deut. fl. hef. 19. t. 5. Radix fasciculata. Caulis inferne nudus humilis raro semipedalis. Folia radicalia petiolata pauca ima bipinnatifida superiora pinnatifida ambitu rotundata. Petioli basi vaginantes. Petala calyce valde longiora basi croceo-maculata rima nectarifera nuda. Flores mediocres aliquando extus carnei. Fl. vere et aest. In pratis et pascuis graminosis humidiusculis summarum alpium ad nives deliquescentes.

cc. *Villosi.*

d. *Calyce glabro.*

14. SEGUIERI. Vill. delph. 3. 757. t. 49. R. *Foliis ambitu cordato-subrotundis ternato-tripartitis foliolis ovatis acutis trifidoincisis caule ramoso multifloro prostrato tortuoso inferne nudo calycibus glabris nuculis semiovatis rugosis stylo recurvo appresso terminatis.*

R. Columnae. All. ped. 2. 50. t. 67. f. 3. 4. Ic. Barrel. ic. t. 1153. f. 2. Reich. l. c. fig. 4583. Seguier. ver. t. 12. f. 3. folium. Sturm. deut. fl. hef. 19. Caulis humilis vix spithameus. Fo-

lia radicalia caespitosa longe petiolata petiolis sulcatis tortuosis basi vaginantibus. Flores maiusculi. petala calyce valde longiora venosa ungue squamata squama ut plurimum bifida. Fl. aest. In montibus di Limone loco dicto *Vermelina* supra *Carlin.*

dd. *Calyce hirsutissimo.*

15. GLACIALIS. R. *Foliis tripartito-ternatis crassiusculis glabris laciniis obtusiusculis flabellatis incisis caule subunifloro calycibus obtusis hirsutissimis petalis persistentibus nuculis compressis marginatis laevibus rostro recto.*

Ic. Bah. hist. 3. 862. f. 3. Chabr. sciagr. 469. f. 2. Moris. s. 4. t. 51. fig. 55. Scheuz. iter. alp. 1. 159. t. 20. f. 1. Barrel. ic. t. 456. L. fl. lap. t. 3. f. 1. Fl. dan. t. 19. Svens. bot. t. 747. Wulf. in Jacq. coll. 1. t. 189. t. 8. et t. 9. f. 1. 2. Reich. l. c. fig. 4584. a. b. g. Caulis crassus inferne nudus simpliciusculus vix spithameus 1-4 florus. Flores maiusculi. Sepala pilis fuscis onusta. Petala alba vel sanguinea rubida, basi virentia venosa basi poro squamato squama bifida. aliquando corolla villosa est. Fl. aest. Vulgaris in summis alpium iugis ad nives deliquescentes.

bb. *Floribus flavis.*

c. *Foliis glabris.*

d. *Caule uni-paucifloro.*

16. MONTANUS. W. sp. 2. 1321. R. *Caule subunifloro foliis radicalibus petiolatis cordato-orbiculatis palmato-quinquelobis caulinis sessilibus subtripartitis acutis pedunculis sericeis calycibus acutiusculis glabris nuculis brevibus stylo brevi revoluto uncuto.*

R. nivalis. Scop. carn. 1. 396. Jacq. a. t. 325. 326. R. gracilis. Schleich. cat. 1815. Reich. l. c. f. 4605. R. lapponicus. Vill. delph. 3. 743. R. Villarsii. Cand. fr. 4. 898. R. Gouani Cand. fr. 4. 896. et Tenor. neap. 4. 346. Reich. l. c. fig. 4608. 6. R. pyrenaeus. Gouan. ill. t. 77. f. 2. 3. R. nemorosus. Cand. syst. 1. 280. a. b. R. aureus. Reich. excurs. 724. eiusd. l. c. f. 4608. R. Hornschluchii. Hop. ap. Sturm. deut. fl. hef. 48. R. oreophilus Mar. Bieb. taur. cauc. 3. 383. Ic. Reich. l. c. f. 4604. Bot. mag. t. 3022. Lodd. bot. cab. t. 1610. Rhizoma praemorsum crassum fuscum. Caulis subnudus plerumque humilis raro usque pedalis. Folia radicalia caespitosa firma. Petala calyce valde longiora supra aurea ungue squamato, squama parva, extus ochroleuca. Nuces marginatae. Fl. aest. In pratis et pascuis humentibus summarum alpium.

dd. *Caule multifloro.*

f. *Radice perenni foliis radicalibus reniformibus trifidisque.*

17. AURICOMUS. R. *Foliis membranaceis nitidis radicalibus longe petiolatis cordato-reniformibus crenatis trilobis trifidisque caulinis sessilibus in lacinias lineares subdentatas partitis calyce appresso pubescente nuculis pubescentibus rostro elongato recurvo.*

R. polymorphus. All. ped. 2. 49. t. 82. f. 2. R. marsicus. Tenor. neap. app. 4. 14. R. mitis Gilber. in Usteri. delect. 2. 420. R. variifolius. Salisb. prodr. 1. 373. R. vernus. Spenn. frib. 3. 1078. R. cassubicus. L. sp. 775. Loes. prus. t. 72. est omnino var. *foliis firmioribus radicalibus integris crenatis paucis vaginis radicalibus aphyllis caulinorum laciniis serratis.*

Ic. Petiv. herb. br. t. 58. f. 2. Weinm. phyt. t. 857. f. a. Trag. hist. 97. Lob. ic. 669. f. 2. Ger. herb. 954. fig. 7. Tabernam. ic. 117. Dalech. lugd. 1029. f. 4. Fuchs. hist. 156. Lonic. simpl. 162. f. 1. Spreng. geh. d. nat. t. 23. f. 23. 28-30. 32. 33. 35. 36. Engl. bot. t. 624. Flor. dan. t. 665. Curt. lond. 2. t. 41. ed. Grav. 1. t. 71. Reich. l. c. f. 1599. et 1599. 6. Labr. fas. 33. Dietr. fl. bor. t. 173. Linnaea. 10. 2. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 16. Rhizoma fusiforme transversum. Caulis fistulosus inferne nudus humilis raro pedalis. Petala calyce valde longiora aurea basi poro nectarifero. Styli pilosi apice recurvi Fl. vere et aest. In valle *Ulciensi* et circa *Casale.*

ff. *Radice annua, foliis radicalibus tripartitis.*

18. SCELERATUS. R. *foliis inferioribus trilobis lobis trifidis obtuse dentatis caulinis tripartitis laciniis sublinearibus integris calycibus glabris fructibus subspicatis exiguis rugulosis caule fistuloso erecto superne ramoso.*

R. sardous. Bellard. mem. taur. 5. 286. R. fasciculatus. Moricand. venet 1. 238. Ic. Petiv. her. br. t. 58. fig.

11. Moris. s. 4. t. 29. f. 27. 28. Weinm. phyt. t. 853. fig. d. e. Durant. herb. 27. f. 2. Dod. pempt. 426. f. 2. Blackw. herb. t. 259. Dalech. lugd. 1027. Camer. epit. 380. Valer. Cord. hist. 119 Tabernam. ic. 42. f. 1. Lonic. hist. 165. f. 2. Lob. ic. 669. f. 1. Fuchs. hist. 159. Trag. hist. 93. Bah. hist. 3. 858. f. 1. Chabr. sciagr. 467. f. 2. Gmel. sib. 4. t. 83. f. 2. Curt. lond. 2. t. 42. ed. Grav. 2. t. 72. Engl. bot. t. 681. Svens. bot. t. 412. Bull. venen. t. 47. Plenck. ic. t. 456. Flor. dan. t. 571. Reich. l. c. fig. 4598. Fl. med. t. 295. Labr. fasc. 53. Libosc. Petersb. t. 22. Dietr. fl. bor. t. 179. Brandt. und. Ratzeb. t. 32. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 23.

Glaber. Caulis aliquando usque biped. Flores parvi. pedunculi pilosi raro glabri. Petala vix calycem superant basi poro nectarifero. Nuculae dense imbricatae stylo recto brevi apiculatae. Fl. vere et aest. In fossis et oris paludum, lacuum etc. Herba acerrima venenata exulcerans.

cc. *Foliis pubescentibus caule multifloro radice perenni.*

d. *Radice stolonifera, stolonibus repentibus.*

19. REPENS. R. *Sarmentis radicantibus caule ascendente fistuloso foliisque ternatis glabriusculis vel hirsutis foliolis trifido-cuneatis inciso-dentatis pedunculis teretibus calycibus appressis vel patulis nuculis marginatis laevibus vel appresso-punctatis stylo recto uncatove mucronatis.*

R. oenanthefolius. Tenor. neap. t. 137. f. 1. Gusson. memor. sulle per. etc. 58. t. 1. f. 1. R. lucidus. R. prostratus. Poir. enc. b. 115. Ic. Blackw. t. 31. Petiv. herb. 60. t. 58. f. 7. 8. Moris. s. 4. t. 28. f. 12. Chabr. sciagr. 466. f. 5. Ger. herb. 951. f. 1. Lob. ic. 664. f. 2. Tabern. ic. 51. f. 2. 54. f. 1. Dalech. lugd. 1051. f. 5. 1028. f. 2. Dod. pempt. 425. Mart. fl. rust. t. 29. Gmel. sibir. 4. t. 84. Curt. lon. 4. t. 38. ed. Grav. 1. t. 72. Engl. bot. t. 516. Bull. ven. t. 77. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 19. Roem. fl. eur. fas. 12. Svens. bot. t. 400. Flor. dan. t. 785. Reich. l. c. fig. 4610. Sturm. deut. fl. hef. 46. Labr. fasc. 68. Dietrich. fl. bor. t. 177. — var. *floribus plenis* in hortis culta Tabern. ic. 53. f. 1. Ger. herb. 957. f. 2. Bessl. eyst. vern. t. 15. f. 2. Bah. hist. 3. 857. Chabr. sciagr. 466. f. 6. Petala aurea, calyce longiora basi squamata squamula obcordata. Fl. vere et aest. Vulgaris locis humidis, pratis, pascuis, fossis, etc.

dd. *Radice non stolonifera.*

e. *Caule basi bulboso.*

20. BULBOSUS. R. *Caule basi bulboso multifloro foliisque ternato-tripartitis villosis foliolis trifidis inciso-dentatis pedunculis sulcatis calycibus reflexis nucibus lenticulari-compressis marginatis laevibus stylo brevissimo subuncato terminatis.*

R. tuberosus. Moret. dec. 7. 9. R. laetus. Salisb. prodr. 373. Ic. Petiver. herb. br. t. 38. f. 4. Moris. s. 4. t. 28. f. 19. Tabernam. ic. 43. f. 1. Lob. ic. 667. f. 1. Bah. hist. 3. 417. f. 4. Chabr. sciagr. 466. f. 2. 3. Fuchs. hist. 160. Matth. com. 459. f. 1. Camer. epit. 384. Dalech. lugd. 1029. f. 2. 1054. f. 1. Brunsf. herb. 1. 145. Valer. Cord. hist. 121. Dod. pempt. 431. f. 1. Ger. herb. 953. f. 6. Spreng. d. nat. 293. t. 3. f. 14. 16. 17. et t. 15. f. 35. Bull. herb. t. 27. Engl. bot. t. 515. Roem. fl. eur. fas. 11. Flor. dan. t. 551. Curt. lond. 1. t. 38. ed. Grav. 2. t. 73. Mart. fl. rust. t. 28. Plenck. ic. t. 467. Svens. bot. t. 387. Reich. l. c. fig. 4614. et fig. 4611. b. Sturm. deut. fl. hef. 46. Bigelow. med. t. 47. Schrank. flor. mon. t. 314. Dietr. fl. bor. t. 176. Plée types t. 3. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 19. Caulis basi rubidus ut plurimum unibipedalis superne fistulosus et ramosus ramis alternis. Folia ima longe petiolata aliquando etiam simplicia. Petala calyce longiora aurea extus ochroleuca basi ungue squamato squama obcordata. Herba acris exulcerans. Fl. vere. Vulgatissima ubique in viis, pascuis, aggeribus etc. Aliquando occurrit in hortis var. floribus plenissimis aureis pulcherrimis ut R. repens.

ee. *Caule basi equali.*

f. *Pedunculis teretibus.*

g. *Receptaculo glabro.*

21. ACRIS. R. *Caule erecto multifloro foliisque pubescentibus radicalibus pal-*

*nato-quinque partitis caulinis tripartitis laciniis inciso-dentatis floralibus linearibus integerrimis pedunculis teretibus calycibus patulis petalis emarginatis nuculis laevibus stylo brevissimo rectiusculo terminatis.*

R. Steveni. Andrz. ap. Bess. enum. plant. Vohl. 22. Reich. l. c. f. 4605. Ic. Petiv. herb. br. t. 38. f. 3. Trag. hist. 94. Fuchs. hist. 879. Brunsf. herb. 143. Lonic. simpl. 163. A. f. 1. et D. f. 1. Matth. com. 764. f. 1. Tabern. ic. 42. f. 1. et 381. f. 2. Valer. Cord. hist. 120. Dod. pem. 426. f. 1. Dalech. lugd. 1032. f. 1. et 1739. f. 3. Lob. ic. 663. f. 1. Moris. s. 4. t. 28. f. 16. Weinm. phyt. t. 858. f. 6. Bah. hist. 3. 416. f. 1. Chabr. sciagr. 465. f. 4. Ger. herb. 951. f. 2. Mart. fl. rust. t. 30. Curt. lond. 1. t. 59. ed. Grav. l. t. 74. Engl. bot. t. 652. Bull. ven. 109. Plenck. ic. t. 458. Svens. bot. t. 375. Reich. l. c. fig. 4606. Fl. fr. t. 294. Sturm. deut. fl hef. 46. Woodw. med. bot. t. 172. Baxter. brit. bot. t. 502. Spach suit. t. 57. Schrank. flor. mon. t. 160. Dietrich. fl. bor. t. 178. Nees. gener. 10. 10. Brandt. undt. Ratz. t. 32. Schubert. naturges. t. 28. f. 11. David. Dietr. fl. 1. t. 19. Radix fibrosa. Caulis fistulosus alterne ramosus cum luxuriat usque quadripedalis. Sepala patentia decidua. Petala calyce longiora. Fl. vere et aest. Ubique in pratis.

gg. *Receptaculo apice villoso.*

22. LANUGINOSUS. R. *Caule erecto multifloro petiolis calycibusque patentissime villosis foliis holosericeis radicalibus amplis cordatis tripartitis laciniis obovatis trifidis inciso-serratis summis sensim minoribus pedunculis teretibus calyce patente nucibus longe uncinato-muricatis lenticularibus compressis marginatis.*

R. neapolitanus. Tenor. neap. t. 148. R. umbrosus. Tenor. et Guss. mem. sulle per. 160. Ic. Bah. hist. 3. 417. f. 3. Chabr. sciagr. 465. f. 6. Bah. prodr. 96. Weinm. phyt. t. 858. fig. d. Loes. prus. t. 71. Sibt. fl. gr. t. 519. Fl. dan. t. 597. Reich. l. c. fig. 4609. a. b. Sturm. deut. fl. hef. 46. Schrank. fl. mon. t. 326. Dietr. fl. bor. t. 287. David. dietr. deut. fl. 1. t. 23. Caulis fistulosus striatus valde ramosus usque bipedalis. Sepala luteola dorso hirsuta patentia concava margine membranacea. Petala aurea calyce valde longiora. Recept. glabrum apice villosum. Fl. vere. Habitat oras sylvarum et nemorum locis lapidosis.

ff. *Pedunculis sulcatis.*

g. *Receptaculo piloso.*

23. POLYANTHEMOS. R. *Caule erecto multifloro foliisque villosiusculis radicalibus palmatis tri-quinque partitis, laciniis multifido-incisis angustis floralibus integerrimis pedunculis sulcatis calycibus patulis receptaculis glabris vel pilosis nuculis lenticularibus compressis marginatis stylo brevi lato apice hamato.*

R. nemorosus. a. Cand. syst. 1. 280. R. polyanthos. Nek. galloprov. 240. R. napellifolius. var. Crant. a. 2. 90. t. 4. f. 1. sup. R. multiflorus. Gilb. in Uster. del. 2. 418. facies et habitus. R. acris. Ic. Flor. dan. t. 1700. Sturm. deut. fl. 18. 82. Reich. flor. germ. 3. 18. Dietr. fl. bor. t. 222. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 20. Floret vere et aest. In sylvis caeduis, etiam collium.

gg. *Receptaculo glabro.*

24. VELUTINUS. Tenor. 4. 330. t. 147. R. *Molliter villosissimus caule erecto basi villis deflexis multifloro foliis inferioribus cordatis trifidis segmentis circumscriptione subrotundis medio trilobo lateralibus bilobis omnibus inaequaliter acutiuscule inciso-dentatis nuculis laevibus apiculo brevissimo rectiusculo terminatis.* Bertol.

R. Haarbachii De Notaris ind. serm. hor. bot. gen. 1840. Huc trahit Bertol. ic. C. Bah. prodr. 96. Mihi non videtur differre a R. lanuginoso nisi *villo densiore molli stylo breviore foliis minoribus, et minus profunde sectis.* Qui characteres adeo laeves sunt, ut speciem distinctam neutiquam constituant. Fl. vere. Vulgaris in *Liguria* praesertim circa *Genuam* et *Sarzanam.*

4. Echinellae. Cand. *fructus muricati : radice annua.*

a. *Foliis indivisis, radice perenni.*

b. *Foliis inferioribus subcordatis.*

25. ophioglossifolius. Vill. delph. 3. 731. t. 49. R. *Caule crasso fistuloso demum erecto inferne radicifero glaberrimo foliis omnibus petiolatis inferioribus subcordatis superioribus oblongis nervosis petiolis late vaginantibus pedunculis oppositifoliis nucibus ovatis acutis compressis granulato-scabris.*

R. ophioglossoides. W. sp. 2. 1310. R. fistulosus. plant. rar. for. fas. 25. R. Flammula. Bivon. cent. 2. 47. R. cordifolius. Bast. fl. Main. etc. 207. — R. fontanus Spreng. syst. 4. cur. post. 218. R. uliginosus. Tenor. neap. 4. 345. R. erinifolius. Tenor. syll. 275. R. cochlearifolius. Hornem enum. 529. est var. *nucibus laevibus.* Ic. Engl. bot. t. 2833. Sturm. deut. flor. 14. 59. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 12. Caulis humilis vix sexquipedalis cum luxuriat, striatus. Flores paniculati. pedunculi uniflori elongati nudi. Folia ut plurimum glabra integra crenata vel denticulata. Sepala plerumque extus appresse pilosa. Petala aurea calycem superantia basi poro nectarifero. Herba quandoque superne pilosiuscula. Fl. vere. In agro *nic.*

bb. *Foliis omnibus oblongo-lanceolatis.*

26. nodiflorus. R. *Caule ramoso erecto fistuloso basi radicifero foliisque longe petiolatis oblongo-lanceolatis subdentatis glabris floribus axillaribus subsessilibus nucibus squarrosis ovatis compressis marginatis rostellatis granulato-scabris.*

Huc trahendus procul dubio. R. lateriflorus. Cand. syst. 1. 251. Deless. ic. sel. 1. t. 30. Bonan. panph. t. 65. Ic. Vaill. act. par. 1719. t. 4. f. 4. Petiv. gaz. t. 25. f. 4. Wald. et Kitaib. hung. t. 176. Bot. mag. t. 2171. David Dietr. deut. fl. 1. t. 18. Herba glabra vix palmaris superne ramosa ramis dichotomis. Petala calyce longiora ovata patentia basi poro nectarifero. Stamina 8-10. Flores parvi solitarii sessiles gemini altero brevi pedunculato. Fl. vere. In locis uliginosis apud *Augustam Praetoriam* : in *Sabaudia* oris lacus *de Bourget.*

aa. *Foliis divisis, radice annua.*

b. *Subreniformibus trilobis.*

27. muricatus. R. *Caule foliisque petiolatis subreniformibus basi truncatis trilobis glabris lobis subtridentatis summis subintegerrimis pedunculis oppositifoliis calycibus patentibus nucibus maiusculis subovatis compressis marginatis muricato-cornutis margine laevi arguto cinctis.*

R. lobatus. Moench. meth. 214. Ic. Boccon. mus. t. 124. Bah. hist. 3. 858. f. 2. Chabr. sciagr. 467. f. 4. Clus. hist. 1. 233. f. 2. Moris. s. 4. t. 29. f. 25. Ger. herb. 965. fig. 7. Lam. ill. t. 498. f. 2. Sibt. flor. gr. t. 522. Reich. l. c. fig. 4615. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 12. fructus. Schk. hand. t. 152. fruct. Sturm. deut. fl. 18. 82. R. creticus. Alpin. exot. t. 262. Gaertn. fruct. t. 74. f. 4. Caulis humilis vix cum luxuriat pedalis ramosus ramis divaricatis. Folia ima longe petiolata. Sepala ovato lanceolata concava margine membranacea demum decidua. Petala vix calycem excedentia basi squamula subrotunda crenulata. Receptaculum pilosum. Flores parvi. Fl. vere. In agri *nic.* humentibus : in agri *novar.* pratis di *Cambio*, *Borgofranco*, et vallis di *Antigorio* : in *Liguria* passim.

28. parviflorus. R. *Villosus foliis imis longe petiolatis cordato-subrotundis trifidis lobato-crenatis superioribus quinque lobis, supremis oblongis indivisis trilobisve pedunculis oppositifoliis calyce reflexo nucibus stylo brevi hamato apiculatis lenticularibus compressis spinulosis margine laevi arguto cinctis.*

R. incrassatus. Guss. syn. 2. 50. R. muricatus. Moench. meth. 215. Ic. Raius. angl. 3. t. 12. f. 1. Pluk. almag. t. 55. f. 1. Moris. s. 4. t. 28. f. 21. Petiv. herb. br. t. 38. fig. 9. Engl. bot. t. 120. Fl. dan. t. 1218. Reich. l. c. fig. 4616. Sturm. deut. flor. 18.

82. Caules caespitosi humiles aliquando usque pedales ramosi ramis dichotomis. Flores parvi. Sepala ovata acuta dorso pilosa flavo-virentia demum reflexa. Petala calyci aequalia. Tuberculi fructuum pilo curvato terminati. Receptaculum glabrum. Fl. vere. In arvis udis agri *nic. unel.* et similibus locis in colle di *Sarzanello* apud *Sarzanam.*

bb. *Foliis tripartitis.*

c. *Nucibus verruculosis.*

29. Philonotis. Ehrh. beytr. 2. 145. R. *Caule foliisque subternato-tripartitis hirsutiusculis lobis inferiorum obtusiusculis inciso-dentatis superiorum integerrimis pedunculis sulcatis calycibus reflexis nuculis muticis lenticularibus compressis marginatis ante marginem serie tuberculorum notatis vel in disco adspersis.*

Var. *Foliis imis subrotundis obtuse acuteve lobato-dentatis* est R. cordigerus. Viv. fl. cors. diagn. 8. — Var. *caule humillimo subunifloro* est R. parvulus. L. mant. 79. R. parviflorus. Gouan. monsp. 270. Columnn. ecphr. 316. Moris. s. 4. t. 28. f. 20. — R. hirsutus. Ait kew. ed. 1. 2. 268. Curt. lond. 2. t. 40. ed. Grav. 1. t. 72. Engl. bot. t. 1504. Reich. l. c. fig. 4617. R. verrucosus. Reich. excurs. 726. et ic. fig. 4618. R. agrarius. All. auct. 27. R. pallidior. Vill. delph. 3. 751. R. sardous. Crant. a. 2. 84. R. pallidus. Russel. in Schrad. journ. 1. 425. R. palensis Berg. fl. bas. pyr. 2. 405. R. intermedius. Poir. enc. 6. 116. R. pumilus. Thuill. par. ed. 2. 1. 217. Ic. Petiv. herb. br. t. 38. fig. 5. Bah. hist. 3. 417. fig. 2. Chabr. sciagr. 466. f. 1. Dalech. lugd. 1028. f. 1. Bessl. eyst. vern. 1. t 14. f. 1. Trag. hist. 94. Flor. dan. t. 1459. Sturm. deut. fl. 18. 82. Dietr. fl. bor. t. 668. Nees. gen. 10. 10. Herba humilis raro pedalis. Caulis striatus. Pedunculi terminales solitarii. Flores parvi Sepala ovato-lanceolata acuta margine membranacea dorso ut plurimum pilosa. Petala aurea calycem valde excedentia basi squammifera. Receptaculum pilosum. Nuces raro laeves. Fl. vere. In agro *taur.* praesertim in collibus in agris circa *Novariam.* Vulgatior in agro *nic.* et *Liguria orient.* Herba pallide virens.

cc. *Nucibus lateraliter echinatis.*

30. Arvensis. R. *Caule erecto multifloro foliisque tripartito - multifidis glabris laciniis lineari-lanceolatis apice subtrifidis subintegerrimis calyce patente nuculis semicircularibus plano-compressis rostrulis spinosis tuberculatis reticulatisve margine prominulo carinato utrinque spinoso dentatoque.*

R. tuberculatus. Cand. syst. 1. 297. est var. *nucibus tuberculatis.* – var. rara *nuculis laevibus* apud Koch. syn. 20. R. echinatus. Crant. a. 2. 118. Ic. Dalech. lugd. 1030. fig. 1. Tabernam. ic 47. f. 1. Lob. ic. 665. f. 2. Ger. herb. 951. fig. 5. Dod. pempt. 4?7. fig. 2. Weinm. phyt. t. 854. f. a. Moris. s. 4. t. 29. f. 3. Petiv. herb. br. t. 38. f. 10. Valerian. Cord. hist. 120. Fuchs. hist. 15 . Bah. hist. 3. 859. l. 1. Chabr. sciagr. 467. fig. 5. Bull. herb. t. 117. Brugn. in act. taur. 4. f. 3. Mart. fl. rust. t. 56. Curt. lond. 6. t. 56. Ed. Grav. 1. t. 75. Flor. dan. t. 219. Svens. bot. t. 557. Reich. l. c. fig. 4614. Schk. hand. t. 152. Labr. fasc. 47 Dietr. fl. bor. t. 182. Nees. gen. 10 10. David. dietr. deut. fl. 1. t. 19. Caulis pedalis et ultra superne pilosus ramosus ramis diductis. Folia radicalia simplicia ovato-oblonga basi cuneata flabelliformia apice dentato-incisa. Pedunculi uniflori solitarii. Sepala concava patentia dorso pilosa flavida ovato-lanceolata. Petala aurea calyce longiora basi squamifera squama lata brevissima semicirculari. Fl. aest. Vulgatissimus inter segetes.

Ranunculi omnes herbae sunt acerrimae venenatae exulcerantes, exceptis apud nos R. Ficaria. R. auricomo, et R. lanuginoso, qui mites sunt atque edules. Radix tamen eorum acris et venenata. Herbae siccae inertes, virentes cuti impositae illam in vesiculas attollunt et exulcerant cantharidum aemulae effectibus tamen dynamicis longe alienis. In Ischiade rheumatica et doloribus podagricis artuum inferiorum folia contusa et volis pedum arcte imposita ulcus faciunt dolentissimum multis humoribus adsidue manans quo demum morbus abigitur.

Simili ratione prosopalgiam atrocissimam sustuli ulcus faciendo in zygomate quo abunde manante dolor saevissimus continuo siluit. Cephalalgiam etiam longam et atrocem omni remedio rebellem ex causa arthritica ulcus foliis R. acris in occipite excitatum omnino sanavit. Febres intermittentes rebelles saepissime fugari foliis Ranunculi contusis carpisque arcte impositis, usque dum dolor ingens subortus esset. Epilepsiae mederi si in cerevisia decoquatur Frank Samml. i. 428. eadem forte ratione ut argentum nitricum intus sumptum agit.

Medici homiopathici utuntur Ran. scelerato et bulboso queis forte adjiciendae caeterae species acres et venenatae. Remedium sistunt vere heroicum in febribus nervosis, putridis et intermittentibus, in urticaria et pemphygo, in herpetibus gravissimis manantibus omne praesertim corporis ambitum obsidentibus quique in volis manuum sedent, aliisque cutis morbis diuturnis, in ulceribus mali moris, in colicis doloribus ardentibus, et cardialgia. Remedium certissimum in ardore, vel dolore ardente viscerum abdominalium ac membranarum mucosarum: in doloribus rheumaticis pectoris: in ophtalmia et angina: in oesophagi, ventriculi atque hepatis inflammationibus: in omnibus denique diuturnis viscerum inflammationibus: in epilepsia, ulceribus nasi et cutis.

## 665. ADONIS

POLYMORPHA. Zum A. *Herba annua glabra vel pilosa pedalis et ultra caule simplici vel ramoso viridi erecto sulcato angulato foliis bipinnatis foliolis pinnatifidis laciniis linearibus mucronatis inferioribus petiolatis floribus pedunculatis terminalibus solitariis petalis suboctonis concavis vel planiusculis erectis conniventibus vel diductis rubris, coccineis, vel luteis basi sanguineo-maculatis vel concoloribus calyce glabriusculo petalis proximo vel distante maioribus staminibus corolla brevioribus antheris obscure coeruleis fructibus spicatis spica ovata vel elongata ovoideo-trigonis inferne turgidulis laevibus vel bidentatis stylo persistente mucronatis mucrone recto vel recurvo demum reticulato-rugosis.*

A. aestivalis. L. sp. 771. Weinm. phyt. t. 27. fig. d. e. f. Moris s. 6. t. 9. fig. 4. Trag. hist. 126. Valer. Cord. adn. Reich. l. c. fig. 4619. A. autumnalis. Dietr. fl. bor. t. 757. Schubert. naturges. t. 28. f. 12. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 11 L. l. c. Clus. hist. 1. 336. f. 1. Dodon. pempt. 260. eiusd. cor. 245. Trag. hist. 129. Lob. ic 283. Park. par. 293. f. 1. Petiv. herb. br. t. 59. f. 8. Garid. aix t. 82. Debr. fl. nov. t. 101. Moris s. 6. t. 8. f. 1. David. dietr. deut. fl. 1. t. 11. Dalech. lugd. 970. Bessl. eyst. aest. ord. s. t. 11. f. 1. Weinm. phyt. t. 27. f. 6. c. Curt. lond. 2. t. 57. Engl. bot. t. 308. Schk. hand. t. 152. Reich. l. c. fig. 4621. Baxter. brit. bot. t. 7. A. miniata. Jacq. a. 4. 28. t. 354. A. annua. Mill. dict. n. 1. Lam. ill. t. 498. f. 1. 2. A. flammea. Jacq. a. 4. 29. t. 355. Bessl. hort. eyst. aest. ord. 5. t. 11. f. 3. Reich. l. c. ic. fig. 4620. A. citrina. Hoffm. fl. germ. t. 251. A. flava. Vill. cat. stras. 247. Tabern. ic. 790. f. 1. Weinm. phyt. t. 28. f. a. b. c. Camer. epit. 648. A. microantha. Cand. prodr. 1. 222. A. microcarpa. Cand. l. c. 223. A. dentata. Delil. aeg. t. 33. f. 1. R. anomala. Wallr. sched. 275. A. maculata eiusd. l. c. 270. A. parviflora. Fisch. ap. Cand. prod. 1. 24. A. autumnalis folia habet breviora, lacinias densiores petala paulo maiora, spicas breviores. Fl. aest. et autumn. Inter segetes.

Kochius (synops. 8. 9.) et Grenier, et Godron. (flor. franc. 1. 15. 16.) tres species distinctas habent, quas hisce characteribus distinxerunt.

a. *Calyx patulus a petalis 5-8 haemisphaerico-conniventibus paulo secedens.*

1. AUTUMNALIS. A. *Calyce glabro patulo a petalis obovatis obtusis haemisphaerico-conniventibus secedente carpellis edentulis in rostrum rectum excurrentibus dense spicatis spica ovali-oblonga receptaculis scrobiculatis, scro-*

*biculis membrana cinctis margine superiore carpellorum medio gibbo.*

A. micrantha. Cand. syst. 1. 22. Ic. Dodon. pempt. 260. Coss. et Germ. flor. par. t. 3. Mutel. fl. fr. t. 1. f. 2. Reich. ic. ran. t. 24. f. 4621. Herba erecta glabriuscula caule sulcato simplici vel superne ramoso foliis inferioribus petiolatis superioribus sessilibus bipinnatis foliolis profunde pinnatifidis laciniis linearibus simplicibus vel divisis brevibus petalis sanguineis basi macula nigra notatis.

aa. *Calyx erectus petalis 3-5 patulis appressus.*

b. *Calyx glaber.*

2. aestivalis. A. *Calyce glabro petalis expansis appresso spica ovali-oblonga carpellis margine superiore bidentatis dente baseos acuto rostro adscendente concolore receptaculis scrobiculatis scrobiculis membrana cinctis.*

A. miniata. Jacq. aus. t. 354. A. maculata. Wallroth. sched. crit. 210. A. ambigua. Gaud. helv. 3. 518. A. dentata. Cand. syst. 1. 224. — var. *pallida. floribus stramineo-flavis* A. citrina. Hoffm. deut. flor. edit. 2. 251. A. flava. Vill. catal. Strasb. 274. Ic. Camer. epit. 648. Reich. l. c. fig. 4619. Mutel. fl. franc. t. 1. f. 4. Cosson. et Germ. fl. par. t. 3. Herba glabra.

bb. *Calyx pubescens.*

3. flammea. Jacq. aus. t. 355. A. *Calyce hirsuto petalis expansis appresso spica elongata cylindrica laxa carpellis margine superiore ante rostrum adscendens apice sphacelatum dente rotundato receptaculis areolatis neutiquam scrobiculatis.*

A. anomala. Wallr. sched. 273. A. aestivalis. Gaud. helv. 3. 517. — var. *pallida* A. citrina. Cand. syst. 1. 225. — var. *petalis integris vel apice eroso-dentatis*. Ic. Mutel. fl. fr. t. 1. f. 3. Cosson. et Germ. fl. par. t. 3. Reich. l. c. fig. 4620. Herba minor, tenuior, debilior prioribus. Flores longius pedicellati. Petala pauciora angustiora. Fructus minores. Quae omnia etiam ex inspectis exemplaribus vivis, magis ingeniose excogitata arbitror quam vera. Neque poenitet me tres species in unam coniunxisse. Multi enim individui intermedii transitum probant.

## 666. TROLLIUS

europaeus. Tr. *Herba perennis glabra erecta usque pedalis raro ultra rhizomate crasso brevissimo fibris nigris caule simpliciusculo inferne nudo uni-paucifloro foliis petiolatis palmato-quinque partitis segmentis cuneato-flabellatis trifidis exterioribus ut plurimum bifidis laciniis inciso-serratis supra obscure viridibus nitidis subtus pallidis reticulato-venosis radicalibus caespitosis petiolis supra sulcatis basi dilatatis floribus magnis aureis terminalibus solitariis pedunculatis sepalis 5-15 in globum fere conniventibus nectariis 5-10 sepalis brevioribus stamina aequantibus capsulis subcylindricis subincurvis fasciculato-capitatis transverse rugosis unilocularibus superne latere interno dehiscentibus dorso carinatis carina in breve rostellum desinente seminibus numerosis ovato-triquetris biserialibus.*

Tr. altissimus. Crant. a. 2. 125. Tr. connivens. Moench. meth. 315. Tr. montanus. Sal. prodr. 375. Tr. sphaericus. eiusd. trans. soc. lin. 8. 302. Tr. humilis. Crant. a. 2. 124. Tr. minimus. Vender. flor. 1818. 379. Tr. medius. eiusd. l. c. Tr. napellifolius. Roepp. in flor. 1820. 105. Ic. Tabernam. ic. 46. f. 2. Dalech lugd. 1029. t. 3. 1035. f. 2. Clus. hist. 1. 237. Dodon. pempt. 430. f. 1. Lob. ic 675. eiusd. obs. 385. Ger. herb. 955. f. 12. Theatr. flor. t. 55. Bah. hist. 3. 419. Debr. fl. nov. t. 30. Bessl. hor. eyst. vern. ord. 1. t. 12. f. 2. Moris. s. 12. t. 2. f. 2. Petiv. herb. br. t. 43. f. 2. Lam. ill. t. 499. Engl. bot. t. 28. Schk. hand. t. 153. Reich. l. c. fig. 4715. Gaertn. fruct. t. 118. Herb. de l'amat. 1. t. 69. Baxter. brit. bot. t. 241. Dreves. 3. 136. Hayne. 1. 12. Sturm. deut. fl. 2. 5. Schrank. fl. mon. t. 30. Dietr. fl. bor. t. 406. Dav. Dietr. deut. fl. 1. t. 28. Fl. vere et aest. In pratis et

pascuis alpinis humentibus et frigidis. Procerior est cum descendit ad inferiora. Flos speciosus.

## 667. HELLEBORUS

a. *Scapiger.*

1. NIGER. H. *Scapo subunifloro flore bracteato foliis radicalibus pedatis crasse coriaceis apice remote serratis glaberrimis atro-virentibus.*

H. grandiflorus. Salisb. prodr. 374. Ic. Bah. hist. 3. 635. Chabr. sciagr. 326. fig. 5. Dalech. lugd. 1636. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 26. Lob. ic. 681. Weinm. phyt. t. 569. f. c. Clus. hist. 1. 274. Dodon pempt. 385. Camer. epit. 940. Bessl. eyst. hyem. t. 1. f. 1. Moris. s. 12. t. 4, f. 4. Schimd. ic. ed. Gessn. t. 6. Knor. del. t. N. 6. Blakw herb. t. 506. 507. Flor. med. t. 153. Plenk. ic. t. 446. Curt. bot. mag. t. 8Jacq. a. t. 201. Bull. ven. t. 33. Savi. mat. med. t. 35. Woodw. med. bot. t. 18. Spreng. geh. d. nat. t. 15. fig. 36. 37. t. 25. f. 11. 19. 22. Reich. l. c. fig. 4726. Nees. offic. t. 393. 6. Hayne 1. t. 7. 8. Sturm. deut. fl. 2. 3. Brandt. und. Ratzeb. t. 34. Guimp. et Schl. t. 66. Wagner. 12. Spach. Suit. t. 58. Schubert. naturges. t. 29. f. 2. Scapus dodrantalis usque pedalis 1-3 florus basi squamatus squamis ovatis concavis obtusis. Singuli flores bracteati maiusculi speciosi primum albi teneri dein rosei, demum fere rubri et membranacei duri: bracteae coloratae ovatae acutae integerrimae. Sepala ovata: nectaria bilabiata vel oblique truncata. Caps. 6-7 longe rostratae. Semina nigra oblonga. Folium prodit cum scapo longe petiolatum segmentis 5-9 oblongo-lanceolatis: scapum demum superat. Cetera hysterantia. Fl. tota hyeme, Vere et aest. semina matura sunt. In collibus *Montisferrati*, et agri *nic.* In sylvis di *Varallo* et *Vogogna*: in valle *Augustae Praetoriae.*

—

aa. *Cauliferi.*

b. *Caule bifido paucifloro, floribus cernuis.*

2. VIRIDIS. H. *Caule bifido dichotomo ramis foliatis unifloris foliis digitato-pedatis duplicato-mucronato-serratis rigidis floribus cernuis.*

H. dumetorum. Waldst. et Kitaib. in W. enum. 592. Reich. l. c. fig. 4719. H. odorus. Wal. et Kitaib. l. c. Reich. l. c. f. 4721. H. atro-rubens. Waldst. et Kitaib. hung. 3. 301. t. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 27. H. purpurascens. W. et Kit. hung. 2. 105. t. 101. David. Dietr. l. c. ibid. idem. ac Hell. Bocconi Tenor. neap. 4. 354. t. 150. Reich. l. c. fig. 4717. Boccon. mus. t. 11. f. RR. Helleborus intermedius. Guss. plan. rar. 224. t. 4. H. angustifolius. Hos. a. 2. 190. H. multifidus. Vis. pl. rar. Dalmat. 13. H. laxus. Reich. l. c. fig. 4720. H. graveolens. eiusd. l. c. fig. 4716. — et nullus dubito huc trahere. H. orientalem. Lam. enc. 3. 92. (H. officinalis Salisb. trans. soc. lin. 8 305.) Gars. exot. t. 19. f. B. Desf. choix pl. cor. 58. t. 43. Sibt. fl. gr. t. 583. Hayne. off. t. 2. Ann. du Mus. II. 52. Trattinich. arch. t. 189. Botan. regist. t. 34. Spach. suit. t. 58. qui non differt nisi *caule proceriore floribus purpurascentibus et foliis subtus pubescentibus*, cum varr. supra enumeratae transitum omnino probent. A multis annis colo in horto meo Hel. viridem, quem legi variis locis in agro nostro, quemque etiam habui ex agro *aquensi*. Qui ultimus folia habet maxima, lacinias oblongo-lanceolatas latas rigidas *subtus pubescentes indivisas*, sepala *demum extus viridi-livescentia vel rubro-liventia, vel rubida* (primum viridia sunt) *caulem demum valde procerum usque bipedalem et ramosum.* Quae species prima fronte et habitu omnino refert H. orientalem a celebri viro Tournefortio (*Voyage du levant*, *tom.* 2, *p.* 189, 190.) in Graecia repertum qui copiose vivit in montibus Macedoniae, Thraciae et Asiae minoris, et copiosius in Anticyra insula et est Hell. niger Dioscoridis (Mat. med. lib. 4. cap. 149. Tom. 1. 650. 651. 632.) qui viventem in montibus Helicone,

Parnasso, et Oeta meliorem dicit, meliorem tamen qui in Helicone nascitur. In nostro folia habent lacinias lineares elongatas 2-3 divisas, ut optime describit Bertolonius (fl. ital. 5. 591. 592.) nervos subtus pubescentes ceterum glabra omnia margine mucronato-serrata mucronibus longis aliquando duplicatis, flores semper virentes. Itaque certus sum Helleborum orientalem nonnisi var. proceriorem sistere Helleb. viridis quae e climatis et soli diversitate pendet. Notandum praeterea est Helleboros cultos characteres suos mordicus servare sive per semina sive per diffractas radices multiplicaveris,de quo ego multiplici experientia edoctus sum. Ic. Matth. com. 844. Dalech. lugd. 1635. 1637. Bah. hist. 3. 636. Chabr. sciagr. 127. f. 6. Lob. ic. 680. Ger. herb. 976. Camer. ep. 941. Dod. pempt. 385. Clus. hist. 274. Fuchs. hist. 277. fig. 1. Trag. hist. 405. Brunsf. herb. 1. 50. Garid. aix. t. 47. Bessl. eyst. hyem. t. 2. Savi mat. med. t. 12. Plenck ic. t. 447. Jacq. a. t. 106. Curt. lond. 2. t. 74. Engl. bot. t. 200. Blackw. herb. t. 509. 510. Schk. hand. t. 154. Sprengel. geh. d. nat. t. 15. fig.39. 40. Gaertn. fruct. t. 65. fig. 2. Hayne 1. t. 9. — Lam. ill. t. 499 Brandt. und. Ratzeb. t. 36. Nees. dusseld. sup. t. 46. 48. Dietr. fl. bor. t. 538 .Berg. darstellung. 2. f. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 26. — var. *foliis sanguineo - maculatis*. Boccon. mus. t. 11. Rizoma crassum breve deorsum fibrosum fibris nigricantibus sursum ramosum et gemmiferum. Caulis angulatus inferne nudus bifidus dichotomus pedalis et ultra inferne squamatus squamis imis ovatis summis lanceolatis omnibus albidis membranaceis acutis amplexantibus. folia radicalia longe petiolata petiolis basi squamatis, caulina digitata ad bifurcationes caulis ima solitaria suprema geminata. flores cernui brevi pedunculati pedunculis rugosis primum albido-virentes demum obscure virides sepalis ovatis obtusis reticulato-rugosis. Antherae ochroleucae. Nectaria usque 15 ore truncata facie superiore concava. Capsulae 3 longe rostratae virentes. Semina nigra. forma et pubescentia foliorum, magnitudo et color florum valde ludunt. Caulis apud nos paulo ante folia prodit initio februarii, floretque martio et aprili. Ad radices montium *taurin.* in sylvis prope la *Mandria*: in sylvis del *Margozzolo* di *Varallo*: in montibus *aquensibus* prope *Cassinelle* ex quo loco allata mihi fuit var. insignis transitum probans in H. orientalem de qua supra locutus sum. In agro nostro. Vulgaris est in pratis et pascuis montanis di *Pralungo* et *Miagliano*, et *Zumaglia*: etiam inter *Sordevolo* et *Pollone* Rhizotomi vendunt pharmacopolis radices H. viridis pro illis H. nigri qui rarus est et maligniuus multiplicatur: unde qui in officinis nostris prostat Helleborus est H. viridis rarissime niger. Sed nullopacto hoc contra aegrorum valetudinem est. Remedium est excellentissimum et perperam a medicis neglectum.In hydropeomnino princeps remedium est.In hydrope pectoris cum Digitali et Scilla in ascite cum Scilla extracto Verbenae officinalis et Artemisiae Absynthii remedium sistit numquam satis laudandum. Aquas subducit sive per alvum, sive per urinam, morbumque sanat per quem aquae in cavitatibus colliguntur. Unde morbi reditum prohibet Vehementer viscera abdominalia lacessit, eorum vires prostratas erigit ita ut quae primum sanguinem parabant serosum et debile demum conficiant vitalem et rubrum multaque fibrina, et cruore pollentem: alvum modice laxat et urinam ciet non sine intestinorum dolore. Si catamenia post febres intermittentes atque ob virium infirmitatem restiterunt Helleborus revocat illa. Febres quartanas rebelles fugat si cum cortice perruviano iungatur et testimonio Matthioli etiam solus et certissime. Scabiem et tineam sanat in unguento. Impetigines et lepram ex testimonio veterum. In epilepsia, et mania aliisque similibus morbis si sine febre sunt magnum est remedium intus sumptus et diu. Etiam in fonticulo prodest quo non raro movet alvum. Curet medicus ne Helleborum adhibeat si adest febris et nervorum distensione ob fibrae teneritudinem laboret homo, atque ab usu eius abstineat si parva dosis tormina intestinorum adducat. A viginti et ultra annis Helleborum

adhibeo, et sancte adfirmo pauca remedia illi paria esse. In hydrope praesertim sub forma pilularum tonicarum Bacheri est remedium omnino princeps. In hydrope tamen pectoris non raro parum juvisse vidi; tunc mira praestavisse animadverti pillulas Janini (Selle Chr. Theoph. lib. de curandis hominum morbis: curav. Curtius Sprengel. Berolini 1798. pag. 591.) semper Helleb. viridi usus sum. atque usus eius sententiam meam confirmavit H. orientalem var. H. viridis esse cum vires huius ab Hippocrate et Dioscoride descriptae et exploratae cum viribus nostri omnino conveniant: exiguis etiam dosibus ad medicorum homiopathicorum nutum usurpavi mirabili prorsus eventu praesertim in nervorum distensionibus. et illarum principe epilepsia. et novissime in hydrope qui scarlatinae epidemicae malignae et gravissimae successit. pauci globuli ex H. viridi citatis urinis dispulerunt illum.

Medici homiopathici adhibent in hydrope universali praesertim illo, qui exanthemata acuta praecipue scarlatinam excepit. quo ego etiam certissimum remedium habui: in morbis mentis praeprimis illis, qui pendent ab animi depressione, moestitia, moerore diuturno, nostalgia. melancolia. hypocondriasi, stupore, taciturnitate, hysericis convulsionibus gravissimis, in cephalalgia cum nausea, et dyspepsia, febribus intermittentibus, ac nervosis. si calor urens corpus torquet, in turgore ventriculi et plenitudinis sensu, in frigoris interni sensu, oris ulceribus. Videtur prae primis prodesse hominibus phlegmaticis et cholericis, in tumoribus, qui se in scirrhum convertere tendunt, et cum vires vasorum praesertim sanguiferorum collabi videntur.

bb. *Caule multifloro superne paniculato floribus erectis.*

3. FOETIDUS. H. *Caule folioso multifloro superne paniculato foliis multipartito-pedatis serratis glabris superioribus trifidis petiolo dilatato minoribus floribus erectis trigynis bracteis ovato-oblongis sepalis concavo-connivventibus.*

Ic. Lob. ic. 679. 680. (Clus. hist. 1. 274.) omnino ad H. nigrum referenda. Dalech. lugd. 1637. f. 2. 1638. f. 2. Dodon. pempt. 586. Bah. hist. 3. 880. Chabr. sciagr. 528. f. 1. Weinm. phyt. t. 579. f. a. Sternb. fung. 572. t. 36. f. c. Ger. herb. 976. Fuchs. hist. 275. Moris. s. 12. t. 4. f. 6. Blackw. herb. t. 57. Woodw. med. bot. t. 19. Boiss. fl. eur. t. 383. Bull. herb. t. 71. Savi. mat. med. t. 13. Engl. bot. t. 613. Plenck. ic. t. 449. Reich. ic. f. 4715. Sab. hor. rom. 1. t. 27. Hayne 1. t. 10. Lam. ill. t. 499. Baxter. brit. bot. t. 103. Dreves. 4. 132. Brandt. und. Ratzeb. t. 35. Nees. dusseld. sup. t. 47. 48. Dumas thes. 1-6. David. Dietr. flor. 1. t. 26. Labr. fasc. 39. Matth. com. 761. fig. 1. Garid. aix. t. 48. Herba perennis semper virens. Caulis ramosus inferne ut plurimum simplex crassus erectus usque tripedalis. Folia radicalia pauca, caulina numerosa crebra sparsa patentia ima pedata segmentis lanceolatis basi integris superne subserrulatis omnia coriacea supra atro-viridia subtus pallidiora. flores nutantes vel erecti pedunculis rugosis sepalis virentibus apice extus rubido-lividis. nectaria 57- subcompressa ore oblique truncato hiante crenulato extus fere bilobo. Caps. 2-4. Flores et panicula piloso-viscosi, pilis apice glanduliferis. Fl. vere. In agro *aq.*, *cuneens.* in valle *Augus. Praetor.* in collibus *taur.* Amat loca collina et lapidosa. Ego legi in valle *Pellina* supra *Gignoud* etc. Herba foetida odore Ebuli. Viribus accedit ad Hell. nigrum et viridem. Virtute tamen pollere mihi visus est specifica in hydrope pectoris ut multiplici experientia edoctus sum. Medici veterinarii adhibent radices et caulem in setaceo in morbis jumentorum, et pecorum ut suppurationem cieant et inflammationes praesertim nervosas periculosasque a visceribus avertant.

## 668. ERANTHIS.

**HYEMALIS.** Salisb. trans. lin. soc. 8. 303. E. *Herba perennis glabra radice tuberosa tuberibus subrotundis parvis apice gemmiferis extus fuscis intus albis scapo unifloro inferne ebracteato vix spithameo flore sessili involucrato involucro sessili horizontali monophyllo orbiculari tripartito segmentis profunde palmatifidis sepalis deciduis oblongis obtusis striatis luteis foliis radicalibus longe petiolatis scapo longioribus nitidis orbiculatis peltatis tripartitis segmentis cuneato-flabellatis profunde multipartitis laciniis linearibus supra obscure virentibus subtus pallidioribus nectariis longe unguiculatis lamina tubulosa inaequaliter bilabiata labio interiore brevissimo exteriore elongato obtuso bifido, capsulisque pedunculatis demum stellatim patentibus usque septem seminibus paucis maiusculis ovato-subglobosis laevibus nigris.*

Helleborus. Lin. sp. 783. Jacq. a. t. 202. Bull. herb. t. 53. Curtis bot. mag. t. 3. Pienck. ic. t. 448. H. monanthos Moench. meth. 515. Robertia Merat. fl. par. 211. Koellea. Biv. ven. 21. Ic. Lob. advers. 500. eiusd. ic. 676. Dodon. pempt. 440. Dalech. lugd. 1303. f. 1. et 1742. f. 1. Stapel ad Theophr. 1141. Camer. epit. 528. Bah. hist. 3. 414. Ger. em. 968. Bessl. eyst. hyem. or. 1. t. 3. f. 2. Moris. s. 12. t. 2. f. 4. Weinm. phyt. t. 569. Blackw. t. 576. Hill. ann. t. 11. Herb. de l'Amat. t. 42. Reich. l. c. fig. 4714. Bot. mag. 1. 3. Trattin. arch. t. 206. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 54. Floret primo vere. In vinetis agri *albens.* et *monregal.* et *Liguriae.* In collibus *taurin.* prope *Eremum*: in montibus agri *novar.* del *Margozzo.*

## 669. CALTHA

**PALUSTRIS.** C. *Herba perennis glabra caule ascendente alterne ramoso fistuloso inferne squamato usque bipedali pedunculis unifloris elongatis sulcatis saepe geminatis foliis cordato-subrotundis obtusis crenatis supra nitidis subtus pallentibus radicalibus longe petiolatis petiolis basi squamatis supra sulcatis basi dilatatis auriculatis floribus maiusculis aureis speciosis sepalis oblongis obtusis deciduis venosis nectariis nullis capsulis demum stellato-patentibus e tereti-compressis rostratis interne dehiscentibus seminibus numerosis biserialibus oblongis nigris nitidis.*

Populago. Scop. carn. 1. 404. Calt. minor. Mill. dict. n. 2. var. *humilior caule unifloro.* Ic. Matth. com. 565. f. 1. Camer. epit. 594. Dalech. lugd. 1049. Bah. hist. 3. 470. 471. Lob. ic. 594. f. 1. Dod. pem. 598. f. 1. 2. Ger. herb. 817. f. 1. 2. et 818. f. 1. Valer Cord. hist. 122. Trag. stirp. 142. Debr fl. nov. t. 70. 71. Moris. s. 12. t. 2. f. 1. Lam. ill. t. 500. Curt. lond. 4. t. 40. Ed. Grav. 1. t. 77. Knor. del. 1. t. h. 2. Spreng. geh. d. nat. t. 13. f. 38-41. Drev. et Hayn. pl. eur. t. 10. Schk. hand. t. 154. Fl. dan. t. 668. Svens. bot. t. 200 Engl. bot. t. 506. Plenck ic. t. 451. Reich. l. c. f. 4712. Labr. et Heg. ic. fasc. 1. t. 1. Sturm. deut. fl. hef. 8. t. 9. Gaertn. fruct. t. 118. f. 4. Schrank. flor. mon. t. 48. Brandt. und. Ratzeb. t. 37. Dietr. fl. bor. t. 401. Nees. gener. 10. Schubert. naturges. t. 28. f. 10. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 25. Fl. primo vere. Vulgatissima in pratis et dumetis montanis locis aquosis humidis, spongiosis, palustribus, fossis, rivulis, et fontium scaturiginibus. Flores non evoluti edules sapidi ut Capparidum: aliquando pleni, et pulcherrimi etiam in sylvaticis.

## 670. ANEMONE

1. **HEPATICAE.** Cand. *Involucrum tri-*

*phyllum flori proximum calycem mentiens. Herbae acaules.*

1. Hepatica. A. *Foliis cordatis trigono-trilobis lobis ovatis obtusiusculis integerrimis involucro triphyllo simplici petiolis scapisque pilosis.*

A. praecox. Salisb. prodr. 371. Hepatica triloba. Chaix in Vill. delph. 1. 336. H. nobilis. Moench. meth. 216. Reich. excurs. 750. eiusd. ic. fig. 4642. Ic. Trag. stirp. 519. Matth. comment. 561. Camerar. epit. 585. Valer. Cord. adn. 93. f. 2. Brunsf. herb. 190. Dill. giess. nov. gen. t. 5. Dodon. pempt. 579. f. 2. Dalech. lugd. 1574. f. 1. 2. Lob. ic. 2. 34. f. 1. 2. 35. f. 1. Chabr. sciagr. 164. fig. 5. 6. et 165. f. 1. Moris. s. 4. t. 26. f. ult. Weinm. phyt. f. 570. f. a. f. Blackw. herb. t. 207. Clus. hist. 2. 247. f. 3. et 248. f. 1. 2. Debr. fl. nov. t. 37. Spreng. geh. d. befr. t. 23. f. 24-27. Ludw. ect. t. 140. Houtt. pflanz. syst. 7. 8. 280. Schk. hand. t. 150. Sibt. fl. gr. t. 513. Flor. dan. t. 612. Engl. bot. t. 51. Svens. bot. t. 141. Plenck. ic. t. 452. Harb. sam. t. 61. Sturm. deut. flor. hef. 7. t. 8. Bot. mag. t. 10. Hayne. arzng. 1. t. 21. Garid. aix. t. 94. Knor. del. 1. t. L. 13. Herb. de l'am. 1. t. 61. Tratt. arch. t. 253. Schubert. naturges. t. 18. f. 9. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 12. Scapi uniflori numerosi aequales palmares basi squamati. Flores albi, cinerei, pallide coerulei, ut plurimum rosei aut rubri. Folia prodeunt post flores, omnia radicalia longe petiolata petiolis supra sulcatis coriacea supra laevia viridia subtus ut plurimum rubida villosa. Fructus ovati pubescentes rostrati rostro recurvo. Herba cum e terra erumpit villosa demum glabriuscula. Floret primo vere. Ubique in sylvis et dumetis collium praesertim et montium flore ut plurimum coerulescente. var. *floribus plenis purpureis* colitur in hortis qui flos pulcherrimus est.

2. stephanomata. Spreng. *Involucra remota foliacea multifida: pedunculi subsolitarii uniflori: caryopses lanatae villosae.*

a. *Radice tuberosa.*

b. *Sepalis lineari-lanceolatis numerosis.*

2. stellata. Lam. enc. 1. 166. A. *Foliis radicalibus cordato-orbiculatis 3-5 partitis laciniis cuneatis incisis mucronato-dentatis sepalis obtusiusculis involucro sessili integro vel apice subinciso stylo elongato recto.*

A. hortensis. L. sp. 761. Curt. bot. magaz. t. 123. Sibt. flor. gr. t. 515. Reich. ic. fig. 4646. A. versicolor. Salisb. prodr. 371. A. pavonina. Lam. l. c. est var. *involucri foliolis subintegris sepalis acutis coccineis ut plurimum numerosis vel flore pleno* quae vivit circa *Nicaeam* et colitur in hortis picta in Lob. ic. 278. Clus. hist. f. 261. pl. absque flor. et 262. f. 1. f. tota planta. Loisl. fl. ger. fr. t. 9. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 10. A. fulgens. Gay. Reich. ic. cent. 3. fig. 343. Mut. fr. fig. 1. Bah. hist. 3. 404. f. 4. 405. f. 1. Chabr. sciagr. 462. f. 2. 3. Debr. fl. nov. t. 29. 36. 111. Cupan. panph. sicul. t. 22. Moris. s. 4. t. 23. f. 10. Bessl. hor. eyst. vern. ord. 1. fol. 17. f. 2. fol. 18. f. 2. Theatr. flor. fol. 48. f. 1-4. fol. 49. fig. 1-4. Reich. ran. t. 49. f. 4650. Ic. Camer. epit. 587. Dodon. pempt. 434. f. 1. Bah. hist. 3. 402. f. 2. Chabr. sciagr. 461. f. 3-4-6. et 466. f. 1. Moris. s. 4. t. 25. f. 4. 3. Debr. fl. nov. t. 29. 30. 32. Lob. ic. 279. f. 1. Theatr. fl. 30. fol. 1. 2. 3. Bessl. hor. eyst. vern. or. 1. fol. 17. f. 3. et fol. 18. f. 3. Sab. hor. rom. 3. t. 33. Sturm. deut. fl. hef. 46. Risso fl. de Nice t. 1. purpurea. Sweet. fl. g. t. 112. Herba dodrantalis. Folia subcoriacea longe petiolata petiolis gracilibus flexuosis. Sepala 10-12 supra violacea vel rosea vel purpurea extus pallida appresse pilosa. Stamina coerulea. Fl. vere. In agro *nic.*

bb. *Sepalis obovatis obtusis.*

3. coronaria. A. *Foliis radicalibus biternatis foliolis pinnatifidis lanceolatis obtusiusculis incisis mucronato-dentatis involucro sessili vaginante triphyllo palmatifido sepalis late obovatis obtusis.*

A. Oenanthe. Ab Ucr.i n opus. d'Autor. Sicil. 6. 252. A. pratensis eiusd. hor. panorm. 229. Ic. Weinm. phyt. t. 119. excl. lit. A. 120-128. Theatr. flor. 51. fig. 1-5. Moris s. 4. t. 25. f. 6. 11-15. Debr. fl. nov. t. 28. 56. 85. Clus. hist. 1. 255. 256. f. 1. 2. 257. f. 1. 2. 258. 259. 260. 263. et eiusd. curae poster. 52. 53. Camer. epit. 586. 589. David. Dietrich. deut. flor. 1. t 9. Dodon. pempt. 434. f. 3. 435. f. 1. Lob. ic. 277. f. 1. et flore pleno f. 2. Stapel. ad Theophr. 704. 705. f. 5. 706. f. 1. Bah. hist. 3. 406. f. 2. 3. 4. 5. 407. fig. 1. 2. 5. Chabr. sciagr. 462. f. 6. 463. fig. 1. et fol. 18. f. 1. Mill. ill. t. 31. Edvv. brit. herb. t. 11. Bot. mag. t. 841. Lam. ill. t. 496. f. 1. Sibt. fl. gr. t. 514. Reich. ran. t. 49. fig. 4648. Savi. flor. ital. 2. t. 141. Wan. Spaendonc. praeter characteres in phrasi scriptos non differt a praeced. Fl. vere. In agro *nic.* et *Liguria*. Ubique culta in hortis ob flores plenos, et plenissimos coloris varii splendidissimos, pulcherrimos.

aa. *Radice sublignosa.*

b. *Scapo subbifloro sepalis aureis rhizomate horizontali apice squama terminato quo folium aut scapus prodit.*

4. RANUNCULOIDES. A. *Caule subbifloro foliis involucri ternis subpetiolatis tripartito-ternatis foliolis lanceolatis inaequaliter serratis sepalis 5 fructibus glabris folio radicali solitario longe petiolato ternato quinatove foliolis pinnatifidis inciso-serratis.*

A. lutea. Lam. fr. 3. 518. Ic. Dalech. lugd. 1030. f. 3. Lonic. simpl. 165. 4. 7. Bah. hist. 3. 415. Chabr. sciagr. 465. f. 2. Lob. ic. 674. f. 1. Tabernam. ic. 108. Ger. em. 383. Valer. Cord. adn. 120. f. 1. Moris. s. 4. t. 28. f. 11. Bessl. eyst. vern. ord. 1. t. 5. f. 1. 2. Flor. dan. t. 140. Engl. bot. t. 1484. Svens. bot. t. 405. Reich. ran. t. 47. f. 4643. Bot. cab. t. 556. Sturm. deut. flor. hef. 7. t. 10. Labr. fasc. 17. t. 4. Libosch. Petersb. tab. 34. Dietr. fl. bor. t. 164. Kroker. fl. siles. 2. 18. Schrank. fl. mon. t. 360. Engelman. anthol. 1. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 1. Scapus vix spithameus folio longior. Pedunculi involucro saepe breviores altero ferente florem aliquando masculum. Flores parvi. Sepala extus pilosa raro violacea. Stamina aurea. Folia raro duo, aliquando nulla. Fructus aliquando pilis raris obsiti. Fl. vere. In pratis humidis, palustribus: circa *Segusium*, praecipue in pratis *delle Blaccie* et di *Croala* in agro *taur.*: in sylvis *Cherii*: ad *Verbanum* et in valle *Strona*: etiam in *Liguria orient.* Habitus A. nemorosae, multo tamen rarior illa.



bb. *Scapo unifloro: sepalis albis extus roseis.*

c. *Involucrum remotissimum: radix fusiformis obliqua undique gemmifera.*

5. BALDENSIS. A. *Foliis biternatis foliolis abbreviatis cuneato-flabellatis tri-quinquefidis involucri foliolis ternis multifidis petiolis late vaginantibus caule lanato sepalis 8-10 ovalibus extus lanatis.*

A. alpina. Scop. carn. 1. 384. t. 26. A. fragifera. Wulf. in Jacq. misc. 2. 55. Ic. Jacq. rar. 2. 11. t. 103. All. pedem. t. 44. f. 3. et t. 67. f. 2. Vill. delph. 3. t. 49. folium. Fl. gen. fr. t. 77. Sturm. deut. fl. hef. 14. t. 13. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 6. Folia pauca caespitosa. Involucrum vix supra basim scapi spithamei. Sepala aliquando rosea ut plurimum intus alba extus rosea vel violacea. Stamina aurea. fructus fragiformis. Caryopses stylo recto brevi apiculatae lanatae. Fl. aest. In monte *Cenisio*.

cc. *Involucrum approximatum: radix cylindrica horizontalis apice squama terminata quo folium vel scapus prodit. Herbae gregariae.*

d. *Foliola trifida.*

6. NEMOROSA. A. *Foliis ternatis quinatisve foliolis trifidis lanceolatis inciso-dentatis involucri foliis ternatis petiolatis similibus sepalis sex ellipticis fructibus villosis.*

A. quinquefolia. L. sp. 762. Pluk. almag. 319. t. 106. f. 3. Ic. Dalech. lugd. 847. f. 1. 1030. f. 2. Tabern. ic. 108. et 45. 46. Bah. hist. 3. 412. f. 2. 413. f. 1. fl. pleno. Chabr. sciagr. 605.

f. 1, Moris. s. 4. t. 28. f. 10. Edvv. brit. 616. t. 93. Debr. fl. nov. t. 29. et 56. Sturm. deut fl. heft. 14. t. 13. Bessl. hor. eyst. vern. ord 1. t. 2. f. 3. Dodon. pempt. 435. f. 2. Fuchs. hist. 161. Lob. ic. t. 675. f. 2 Lonic. simpl. 163. n. b. Trag. hist. 95. Brunsf. herb. 2. 82. Clus. hist. 247. f. 1. 2. 248. f. 1. Drev. et Hayn. pl. eur. t. 2. Boiss. fl. europ. t. 575. Spreng. geb. d. befr. t. 23. f. 1. Schk. hand. t. 130. Engl. bot. t. 355. Flor. dan. t. 549. Svens. bot. t. 3. Curt. lond. 2. t. 38. edid. Grav. 1. t. 68. Ger. em. 383. Buil. ven. t. 3. Plenck. ic. med t. 433. Reich. ran. t. 37. f. 4644. Labr. et Heg. fas. 4. t. 3. Liboschit. petersb.. t. 17. var. Trallin. arch. t. 247. 248. Brandt. und. Ratzeb. t. 51. Dietr. fl. brit. bot. t. 48. Schubert. naturges. t 28. f. 8. David. Dietrich. deut. fl 1. t. 8. Scapus usque dodrantalis. Folium radicale ut plurimum humile ternatum vel quinatum foliolis ovatis vel oblongo-lanceolatis incisis inaequaliter serratis dentibus magnis medio trifido lateralibus bifidis omnibus brevissime petiolulatis. Involucri foliola similia. Antherae luteae: filamenta alba. Rhizoma extus fuscum vel roseum. Var. sepalis demum etiam intus roseis apud nos vulgaris est. Var. monstrosam petalis in foliola staminibus in petala multiformia variegata mutatis de qua J. Monnard. in syn. flor. helvet. J. Gaudin 148 (Turic. 1836) et ego legi in oris sylvarum *Pralungi et Tollinii* prov. *bugell.* Floret primo vere. Ubique in pratis montanis, vepribus, dumetis, sepibus, senticetis, sylvis. prodit post Primulam acaulem, et cum Leucoio verno. Herba hirsuta acerrima, venenatissima, cutem imposita exulcerans, ulcere cacoethe eodem prope modo quo ranunculorum plerique agunt. Omnes Anemonis species virtute quodammodo congruunt. Nemorosa tamen prae caeteris acris, vi sua ad Pulsatillam vulgarem omnino accedit; de quo experimentis diligenter institutis comperi. Quae itaque de illa scribentur et de hac dicta sunto.

dd. *Foliola indivisa.*

7. TRIFOLIA. A. *Foliis omnibus petiolatis ternis ternatis foliolis indivisis ovato-lanceolatis acutis supra medium dentatis involucro similibus sepalis 5 ellipticis obtusis.*

Ic. Bah hist. 3. 402. f. 1. Chabr. sciagr. 464. fig. 3. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 8. Lob. ic. 281. f. 1. Dalech. lugd. 847. f. 2. Moris. s. 4. t. 23. f. 1. Dodon. pempt. 436. Reich. ran. t. 48. f. 4646: Sturm. deut. fl. hef. 14. Var. Trallin. arch. t. 249. 250. Rhizoma ut plurimum album. Folium radicale solitarium longe petiolatum. Sepala etiam decem. Stamina alba. Fructus vix puberuli. Herba pubescens. Fl. primo vere. In alpibus maritimis: inter *Vernante* et *Limone.* Vulgaris in *Liguria*: circa *Genuam* et *Sarzanam* etc.

aaa. *Radice fibroso-fasciculata.*

8. SYLVESTRIS. A. *Foliis omnibus petiolatis ternatis subquinquepartitis subtus hirsutis laciniis lanceolatis trifido-incisis inaequaliter serratis sepalis sex ellipticis extus villosis fructibus hirsutis stylo glabro brevissimo.*

A. alba. Juss. ann. du Mus. 3. 248. t. 20. f. 1. Bot. mag. t. 2167. A. ochotea. hor. gor. 47. est var. *humilior sepalis brevioribus obtusissimis subrotundis.* Ic. Matth com. 428. f. 3. Dalech. lugd. 843. f. 1. Lob. ic. t. 280. f. 2. Clus. hist. 1. 244. f. 1. Dodon. pempt. 434. f. 4. Bah. hist. 3. 411. Chabr. sciagr. 464. f. 2. Moris s. 4. t. 23. f. 2. Weinm. phyt. t. 118. Debr. fl. nov. t. 56 Bessl. hor. eyst. vern. ord. 1. t. 13. f. 3. Schk. hand. t. 150. Bull. herb. t. 59. Bot. mag. t. t. 54. Lodd. bot. cab. t. 1759. Dietr. flor. t. 165. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 8. Fl. vere et aut. In *Sabaudia*, et in montibus supra *Coasse.*

3. PETASODES. Spreng. *Pedunculi umbellati uniflori: fructus glaberrimi.*

9. NARCISSIFLORA. A. *Foliis radicalibus palmato-digitatis subpedatis laciniis subtrifidis involucri foliis sessilibus cuneatis tri-quinquefidis pedunculis subnumerosis fructibus orbicularis.*

A. umbellata. Lam. fr. 3. 322. — A. fasciculata. L. sp. 763. est var. *floribus subsessilibus fasciculatis.* — A. dubia. Bell. app. 232. f. 2. est var.

*floribus solitariis aut binis.* Ic. Dalech. lugd. 1743. f. 2. Ger. em. 956. f. 13. Clus. hist. 1. 235. f. 1. Bah. hist. 3. ap. 860. et 861. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 468. f. 2. 3. Barrel. ic. t. 494. Crantz. austr. 2. t. 3. f. 1. Bot. mag. t. 1120. Jacq a. t. 159. Reich. ran t. 48. f. 4647. Kroch. sil. 2. 19. Zollikoff. alp. 9. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 9. Herba hirsuta villis longis diductis. Scapus aliquando usque pedalis folia superans. Folia radicalia plura caespitosa longe petiolata synanthia. Involucrum etiam monophyllum vel diphyllum, vel triphyllum. Pedunculi usque sex involucro longiores aliquando breviores vel subsessiles. Sepala ut plurimum sex alba extus rosea aliquando pilosa ovata concava. Fructus maiusculi subfastigiati suborbiculati compressi marginati. Fl. aest. In pratis et pascuis editioribus alpium: in montibus di *Giaveno*: in monte *Cenisio*: in alpibus di *Anzasca* et *Formazza*: etiam in alpibus maritimis: prope la *Madonna delle Finestre* etc.

## 671. THALICTRUM

Herbae perennes foetidae radice flavicante amara fibrosa vel repente vel grumosa, caulibus erectis fistulosis ramosis foliis alternis decompositis vel supra decompositis basi dilatatis floribus corymbosis vel paniculatis vel racemosis sepalis aestivantibus imbricatis.

a. *Fructibus triquetris alatis stipitatis.*

1. AQUILEGIFOLIUM. Th. *Glabrum foliis decompositis foliolis ovatis obtuse lobatis inciso-dentatis petiolis basi stipulatis floribus corymbosis paniculatis erectis fructibus alatis pendulis.*

Th. atro-purpureum. Jacq. hor. vindob. 3. t. 81. Th. maius. Tenor. syllab. 265. Th. formosum. Sims. bot. mag. t. 2025. Ic. Moris. s. 9. t. 20. f. 16. Sabb. hor. rom. s. t. 24. Bah. hist. 3. par. 2. 487. f. 2. Jacq. a. t. 318. Botan. mag. t. 1818 Reich. ran. t. 56. f. 4655. Sturm. deut. flor. 11. 44. Schrank. flor. mon. t. 275. Schubert naturges. t. 28. f. 6. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 5. Caulis usque tripedalis foliosus, in aprico rubidus. Folima tripinnata superiora bipinnata. Caulis et folia subtus glauco-pruinosa. Foliola nonnulla aliquando integerrima superiora quandoque cuneata. Sepala 4 ovata concava alba vel rubida cito decidua. Filamenta longissima superne dilatata rubra vel rosea, vel albida erecta. Fructus grandes oblongi glabri basi attenuati. Fl. vere exeunte. Vulgare in sylvis, sepibus, dumetis, pratis spongiosis etc.

aa. *Fructibus solidis oblongis utrinque attenuatis striatis apteris sessilibus.*

b. *Floribus erectis.*

c. *Radice repente.*

d. *Caule simplici.*

2. SIMPLEX. Th. *Foliis subsimpliciter compositis foliolis oblongo-linearibus obtusiusculis trifidis subtus glaucescentibus caule simplici subangulato racemis axillaribus terminalibusque paucifloris fructibus ovato-oblongis sulcatis oblique mucronatis.*

Th. angustifolium. Vill. delph. 3. 712. excl. syn. Th. minus. Flor. dan. t. 244. Th. tenuifolium. Sweet. apud Spreng. syst. 2. 673. Ic. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 4. Fl. vere exeunte; in alpinis aest. In pratis di *Azeglio* et *Moncrivello*: in lapidosis alpium *Cottiarum*: in *Sabaudia* circa *Gege*, alibique. Flores rubidi.

dd. *Caule ramoso.*

3. FLAVUM. Th. *Glabrum foliis decompositis foliolis inferioribus subrotundis vel ovato-oblongis basi cuneatis superioribus angustis omnibus subtrifidis integrisque caule tereti sulcato panicula densiflora corymbosa vel thyrsoidea floribus staminibusque erectis fructibus ovato-subrotundis submuticis.*

Th. nigricans. Jacq. a. 3. 10. t. 421. Moris. s. 9. t. 20. f. 3. Bah. hist. 3. 486. Zannich. ist. t. 511. Reich. ran. t. 43. f. 4638. est var. *foliolis*

*inferioribus cuneatis superioribus linearibus*. Th. rugosum Poir. enc. 5. 517. excl. syn. Th. anonimon. Wallr. sched. 265. Th. heterophyllum. Less. ver. 119. Th. marginatum. Desf. cat. ed. 2. sup. 274. — Th. angustifolium. Jacq. hor. vind. 3. 25. t. 45. Pluk. phyt. t. 65. f. 3. Th. angustissimum Crant. a. 2. 79. Th. Bahuini. Crantz. a. 2. 76. Th. galioides Netsler. in Pers. ench. 2. 101. Reich. l. c. t. 38. 39. 40. n. 4626. Dav. Dietr. deut. fl. 1 t. 4. Th. lucidum. L. sp. 770. Pluk. phyt. t. 65. f. 5. Th. longifolium. Krok. sil. 2. 242. Th. medium. Poir. enc. 5. 316. excl. syn. Th. speciosum. Mill. dict. n. 2. est var. *foliotis inferioribus anguste lanceolatis vel lanceolato-linearibus vel lineari-filiformibus margine revolutis fructibus ovato-oblongis vel lineari-oblongis muticis vel rostratis radice fibrosa floribus in apice ramulorum aggregatis*. Huc etiam faciunt ex Koch. Th. Morisoni. Gmel. bad. 422. Th. laserpitiifolium. W. enum. 1. 40. — Ic. Bah. hist. 3. 487. f. 1. Tabernam. ic. t. 55. f. 1. Engl. bot. t. 367. Flor. dan. t. 939. Svens. bot. t. 328. Plenck. ic. t. 445. Reich. ran. t. 44. f. 4639. Baxter. brit. bot. t. 234. Dietr. flor. bor. t. 750. Dietr. deut. fl. 1. t. 3. et t. 5. Caulis usque quadripedalis superne ut plurimum ramosus ramis strictis. Folia ima bi-tripinnata supra obscure virentia nitida subtus glauca reticulato-venosa. Quandoque folia utrinque glauca sunt. Sepala 4 ovata concava ochroleuca. Genitalia flava. Fructus sulcati aliquando oblongo-lineares. Fl. vere et aestate. Vulgare secus fossas, ad vias, sepes, dumeta, senticeta: in oryzetis etc.

cc. *Radice fibrosa.*

d *Caule foliisque subtus virentibus: floribus albis.*

4. ELATUM. Jacq. hor. vind. 3. 49. t. 95. Th. *Glabrum foliis decompositis foliolis subrotundo-cordatis lobato-dentatis utrinque glabris viridibus panicula diffusa fructibus basi crassioribus ovato-oblongis sulcatis oblique rostratis caule elato tereti striato-sulcato.* Caulis etiam orgyalis. Folia ima tripinnata, alia bipinnata. Foliola superiora oblonga, aliis cuneatis intermixtis dentes mucronati. Folia subtus pallide virentia. Paniculae rami terminales ut plurimum umbellati. Sepala 4. genitalia lutea. Antherae apiculatae. Fructus glabri Fl. aest. In agro *cuneensi*. Huc mihi videntur esse trahendum. Th. saxatile. Mut. et Th. capillare Reich.

dd. *Caule foliisque subtus glaucis: floribus flavidis foetidis.*

5. GLAUCUM Desf. cat. hor. par. ed. 2. 126. Th. *Foliis decompositis foliolis subcordato-oblongis obtuse tridentatis utrinque glaucis, caule tereti glauco pruinoso striato panicula stricta conferta fructibus striatis.*

Th. speciosum. Poir. enc. 5. 315. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 3. Ic. Moris. s. 9. t. 20. f. 1. Bessl. hor. eyst. vern. 1. t. 11. f. 2. Schrader. hor. gott. 8. Caulis usque orgyalis simplex. Folia ima tripinnata cet. subbipinnata. Foliola ima maiuscula suborbiculata triloba lobis dentatis dentibus magnis. Flores flavidi summi subumbellati. Sepala in floribus mediis 5. in lateralibus 4. albida ovato-oblonga concava. Stamina circiter 20. ovar. 4-6. Fl. aest. In alpibus di *Frabosa*. Si quid recte judico est var. Th. flavi. Quod et de Th. elato suspicor.

bb. *Floribus cernuis.*

c. *Floribus albis, antheris luteis cuspidatis.*

6. MAIUS. Jacq. a. 5. 9. t. 420. Th. *Glabrum foliis decompositis foliolis subcordato-late ovatis trifidis subtus glaucis caule glabro sulcato elato panicula diffusa foliosa ramis supremis umbellatis antheris cuspidatis fructibus oblongis oblique mucronatis.*

Th. nutans. Desf. l. c. ed. 1. 125. omnino huc facit. Th. capillare. Reich. l. c. fig. 4634. Videtur coniungere, et transitum sistere cum Th. elato. Ic. Dodon. pempt. 58. f. 1. Lob. ic. 2. 56 Ger. em. 1251. Engl. bot. t. 611. Reich. l. c. fig. 4629. Caulis etiam orgyalis angulatus. Folia tripin-

nata lobis aliquando integerrimis, alia bipinnata. Foliola nonnulla cuneata. Sepala 4 ovata concava albida vel dorso virentia. Fructus glabri sulcati. Genitalia lutea. Stamina pendula. Fl. aest. Circa *Albam Pompeiam* secus *Tanarum*. In valle *Augustae Praetoriae* et circa *Domum Ossulae*. Videtur omnino var. Th. minoris.

cc. *Floribus roseis: antheris aristatis.*

d. *Floribus racemosis, racemo terminali simplici.*

7. ALPINUM. Th. *Glabrum foliis bipinnatis pinnatisque foliolis obovatis obtuse trilobis utrinque glaberrimis caule simplicissimo a basi florifero nudo paucifloro humili pedicellis bracteatis antheris aristatis fructibus 3-4 nutantibus glabris sulcatis stigmate persistente conico pubescente.*

Tr. alpestre. Gaud. syn. 451. var. humillima. Ic. Boerhaav. ind. alt. 1. 44. t. 1. mala. Moris. s. 9. t. 20. f. 14. Lightf. scot. t. 13. f. 1. Engl. bot. t. 262. Svens. bot. t. 655. Flor. dan. t. 11. Reich. ran. t. 26. f. 4625. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 4. Herba digitalis vix palmaris. Folia omnia radicalia aliquando ternata vel biternata foliolis subrotundis brevissime petiolulatis supra subconvexis subtus glaucis nervoso-reticulatis. Sepala 4 lanceolata albida vel rosea. Stamina 12. Flores 7-8. Fl. aest. In summis montium iugis: in *Sabaudia* etc.

dd. *Floribus paniculatis, panicula ramosa patula.*

e. *Glabrum.*

8. MINUS. Th. *foliis supra decompositis foliolis subcordato-subrotundis trifidis dentatis subtus glaucis caule flexuoso pruinoso panicula diffusa fructibus oblongis utrinque contractis erectis.*

Th. pubescens. Schleich. ap. Cand. fr. 5. 633. Th. montanum. Wallr. sched. 255. Th. flexuosum. Reich. ran. t. 28. f. 4628. Ic. Lob. ic. 2. 56. f. 2. Tabernam. ic. 55. f. 2. Moris. s. 9. t. 20. f. 12. Bah. hist. 3. 487. f. 3. Lam. ill. t. 497. Seguier. ver. 478. t. 11. Engl. bot. t. 11. Schk. hand. t. 151: Jacq. a. t. 419. Fl. dan. t. 732. et 244. Caulis angulatus flexuosus basi squamatus ut plurimum humilis aliquando tamen usque tripedalis et tunc ramosus. Folia inferiora ambitu triangularia 3 pinnata foliolis subrotundis. Foliola cuneata intermixta sunt. Sepala 4 ovato-lanceolata concava albo-virentia dorso aliquando rosea vel purpurascentia glabra. Genitalia lutea. Antherae cuspidatae. Fructus glabri erecti sulcati. Fl. vere et aest. In pratis, et dumetis secus amnes *Duriam* et *Sturam*: in valle *Ticini*: in *Liguria* etc.

ee. *Pubescenti-viscidum.*

9. FOETIDUM. Th. *Pubescenti-viscidum foliis supra decompositis foliolis exiguis subrotundis obtuse lobato-dentatis caule basi squamato simpliciusculo flexuoso inferne dense folioso panicula patente ramosa antheris elongatis cuspidatis fructibus puberulis striatis stigmate apiculatis.*

Th. saxatile. Vill. delph. 3. 714. Th. styloideum. Lin. fil. sup. 273. Ic. Moris. s. 9. t. 20. f. 13. Waldst. et Kitaib. hung. t. 174. Lam. ill. t. 497. f. 3. Reich. ran. t. 26. f. 4626. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 5. Caulis vix pedalis flexuosus angulatus. Folia ima ambitu triangularia 4-5 pinnata petiolata foliolis parvis subcarnosis subtus glaucis venoso-reticulatis aliis trilobis aliis integris, aliis dentatis. Sepala 4 extus rubida et pilosa. Herba cinerea pubescens pilis aliis eglandulosis, foetidissima. Fl. aest. In summis alpium iugis: in *Monblanc*: in valle *Pisii*: in parvo *Cenisio*: in alpibus *sessitanis* ad *Cimamullera*: supra *Segusium* etc.

Thalichtrum minus Dioscoridi notum, de quo ille scribit ulcera diuturna implere et conglutinare. Th. flavum herba est purgans, et amara Rhei barbari aemula ex Boerhaavii testimonio. Th. foetidum ob odorem eius foetidissimum multas et magnas vires promittit praesertim in inaequali virium dispensatione et distensionibus nervorum. ideoque usum eius medicis homiopathicis commendo.

—

## 672. PULSATILLA

Involucrum uniflorum: herbae perennes.

a. *Foliis tripinnatis.*

1. ALPINA. Arb. fl. d'Auvergn. ed. 2. 552. P. *Involucro triphyllo foliisque ternatis supra decompositis villosis laciniis pinnatifidis inciso-serratis basi cuneatis terminali maiore sepalis sex patulis oblongis.*

Anemone. L. sp. 760. Jacq. a. t. 85. A. sulphurea. id. l. c. A. apiifolia. Scop. carn. 1. 585. Jacq. misc. 2. 47. t. 4. est var. *floribus magnis flavis foliis praecocibus*. A. Burseriana. Dav. Dietr. deut. fl. 1. t. 10. Scop. l. c. Pulsatilla alba. Reich. excurs. 732. et ic. ran. t. 51. f. 4635. P. Burseriana eiusd. l. c. et ic. fig. 4634. est var. *micrantha foliis glabriusculis ante florem prodeuntibus*. A. baldensis. Lam. enc. 514. Pulsatilla Delarb. l. c. Ic. Clus. hist. 1. 245. Dalech. lugd. 849. f. 2. 850. f. 3. Lob. ic. 282. f. 2. Moris. s. 4. t. 26. f. 3. Weinm. phyt. t. 838. f. d. Crantz. a. 2. t. 3. f. 2. Krocher. sil. 2. t. 16. 17. Lodd. bot. cab. t. 1617. Sturm. deut. flor. 13. 51. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 6. Herba in summis alpibus digitalis in humilioribus etiam bipedalis glabriuscula vel pilosa. Scapus et petioli basi squamati. Folia radicalia 1-2 ambitu triangularia tripinnata ante vel cum flore prodeunt, in summis jugis post florem. Involucrum simile a flore remotum. Sepala aliquando plura extus pilosa intus albida extus rosea, aliquando tota flava. Flos grandis raro parvus. Fructus longissime caudati, caudis divergentibus. Floret aest. In summis alpium iugis *Rosa*, *Turlo*, *Moro*, *Sylvio* etc. Ego legi in monte *S. Magni Bernardi* in summa valle *Augustae Praetoriae*. Huc etiam mea sententia A. myrrhidifolia. A. et B. Vill. 4. 727. A. millefoliata. Bertol.

aa. *Foliis bipinnatis.*

b. *Floribus demum coeruleo-violaceis reflexis sepalis stamina valde excedentibus.*

2. VULGARIS. Mill. dict. n. 1. P. *Foliis bipinnatis hirsutis foliolis multipartitis laciniis linearibus subintegerrimis flore subnutante sepalis sex patenti-reflexis.*

Anemone Pulsatilla. L. sp. 759. Knor. del. 2. t. A. 7. Ludw. ect. t. 119. Engl. bot. t. 51. Bull. herb. t. 49. Hook. lond. ed. Grav. 4. t. 67. Flor. dan. t. 153. Svens. bot. t. 297. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 6. Plenk. ic. med. t. 435. A pratensis. With. brit. 498. A. collina. Salisb. prodr. 371. A. acutipetala. Schleich. catal. 1815. A. tenuifolia. eiusd. cat. 1821. A. Bogenhardiana. Pritz. anem. 51. A. montana. Sturm. deut. fl. heft. 7. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 7. Pulsatilla media. Bogenh. in bot. zeit. 23.1.74. P. pratensis. Nocc. et Balb. tic. 1. 257. excl. synon. P. montana. Reich. ran. t. 52. fig. 4636. P. Bugenhardiana eiusd. l. c. t. 53. fig. 4637. b. — var. *petalis laciniatis*. ap. Koch. syn. 8. — *flore rubro-lilacino-extus pilosissimo - coeruleo - albo - virente - pleno.* — Ic. Dalech. lugd. 849. f. 1. 850. f. 1. Lob. ic. 281. f. 2. 282. f. 1. Bah. hist. 3. 409. f. 2. et 3. Chabr. sciagr. 464. f. 4. et 5. Weinm. phyt. t. 839. f. a. d. et 840. fig. a. — b. Matth. com. 429. f. 2. Dodon. pempt. 433. f. 1. Moris. s. 4. t. 26. f. 1. Camer. epit. 292. Clus. hist. 1. 246 f. 1. Tabernam. ic. 80. Bessl. hor. eyst. hyem. t 6. f. 2. 3. Helw. puls. 62. t. 8. Reich. ran. t. 54. fig. 4637. a. b. Ger. em. 385. Petiv. h. br. t. 40. f. 10. Nees. Es. off. 391. Labr. fasc. 28. Sturm. deut. fl. hef. 7. t. 9. mala. Hayne. arzneig. 1. t. 22. Relhan. flor. caut. 3. Liboschi. petersb. 1. Nees. Dusseld. 1. 369. Linnaea. 15. 3. Schubert. naturges. t. 28. f. 7. Radix crassa fusiformis extus nigra. Folia caespitosa ut plurimum longe petiolata petiolis villosis basi dilatatis membranaceis cum flore vel post eum prodeunt. Scapus usque pedalis plerumque pilosissimus. Involucrum triphyllum foliis verticillatis remotum a flore. Sepala conniventia patentia submeridie dorso villosa. Fl. vere. Locis siccis praesertim collinis agri *taur.*: in collibus di *Su-*

*perga* : in pascuis *Ticini* : in collibus di *Serravalle* prope *Novi*.

bb. *Floribus demum atro-violaceis campanulato-erectis sepalis stamina vix superantibus.*

3. PRATENSIS. Mill. l. c. *Foliis bipinnatis hirsutissimis foliolis multipartitis laciniis linearibus inciso-dentatis flore pendulo sepalis sex apice reflexis.*

Anemone. L. sp. 760. Woodw. med. bot. t. 148. Spreng. geh. d. betr. t. 15. fig. 50. 53. Schk. hand. t. 150. Fl. dan. t. 611. David. Dietr. deut. flor. 1. t. 7. A. sylvestris. Vill. delph. 4. 726. P. nigricans Stoerk. libell. eum ic. Ic. Dalech. lugd. 850. f. 2. Dodon. pempt. 435. f. 2. Trag. hist. 413. Valer. Cord. hist. 121. Lob. ic. 283. Clus. hist. 1. 246. fig. 2. Moris. 3. 4. t. 26. fig. 2. Helw. puls. t. 11. 12. Nees. Esemb. off. 892. et 588. Sturm. deut. fl. hef. 12. 46. et 90. Bot. cabin. t. 900. Svens. bot. t. 299. Bot. mag. t. 1863. Krok. siles. 2. 15. Guimp. et Schl. t. 68.

Flos minor cernuus, summo apice reflexus. Sepala acutiora, angustiora, quam in praeced. Fl. vere. In pratis inter *Carignano* et *Carmagnola*.

aaa. *Foliis pinnatis.*

b. *Floribus rubro-violaceis.*

4. HALLERI. Presl. cech. 112 P. *Foliis pinnatis ternatisque sericeo-villosissimis foliolis profunde pinnatifidis vel tripartitis laciniis lanceolato-linearibus acuminatis flore erectiusculo sepalis sex oblongo-lanceolatis.*

A. Halleri. All. ped. 2. 170. t. 80. f. 1. mala. Pritz. anem. 10. a. b. t. 1. 2. Dav. Dietr. deut. fl. 1. t. 7. A. Hakelii. Koch. syn. 8 excl. syn. Sturm. Reich. ran. t. 57. fig. 4658. Dav. Dietr. deut. fl. 1. t. 7. P. hybrida. Mich. ap. Koch. l. c. Lodd. bot. cab. t. 940. Var Linnaea. 15. 1. 2.

Scapus spithameus et ultra. Folia caespitosa longe petiolata prodeunt cum scapo, imparipinnata. Involucrum triphyllum foliolis sessilibus profunde partitis. Flos grandis rubro violaceus vel extus pallidus villosus submeridie patens sepalis neutiquam reflexis. Stamina sepalis valde breviora. Fl. vere. In pascuis subalpinis, et alpinis : in monte *Musinè* : in monte *Cenisio* : supra *Fenestrelle* : in valle *Queiras* etc.

bb. *Floribus albis extus coeruleis.*

5. VERNALIS. Mill. l. c. P. *Involucro multifido villosissimo laciniis linearibus angustissimis integerrimis villosissimis foliis pinnatis ternatisque subhirsutis foliolis sessilibus ovato-oblongis obtuse dentatis cuneatisve subtrifidis 2-trijugis flore erecto patente sepalis sex rectis oblongis.*

Anemone. L. sp. 758. Flor. dan. t. 29. Svens. bot. t. 637. Dav. Dietrich. deut. fl. 1. t. 6. A sulphurea. All. ped. 2. 170. Ic. Dalech. lugd. 851. f. 1. Hall. helv. t. 21. Sturm. deut. fl. Helw. puls. t. 9. Reich. ran. t. 59. f. 4660.

Scapus vix spithameus. involucrum a flore remotissimum. Folia brevipetiolata. Pili nitentes rubidi. Sepala extus villosa villis ut plurimum sordide luteolis. Flos aliquando nutans. Bona parte diei clausus non nisi sereno coelo, et submeridie patulus. Ceterum similis praeced. Fl. aest. In summis alpium iugis ad nives deliquescentes: in monte *Sempronio* : in *Cenisio* etc. Pulsatillae ut Anemones herbae sunt acerrimae et venenatae. Primus Antonius Stoerkius Archiater vindobonensis experimenta instituit super Pulsatilla pratensi (Libellus de usu medico Pulsatillae nigricantis. Viennae 1771.) quibus probare contendit magno subsidio esse in curandis morbis oculorum praesertim amblyopia, amaurosi ac suffusione, in membrorum resolutione, in ulceribus mali moris etiam cancrosis, in diris ac rebellibus impetiginibus, in melancholia, et syphilide si ossibus ac membranis incubuit, atque in menostasia. singulare est iam Stoerkium animadvertisse, protinus morbos ingravescere si Pulsatilla profutura erat. Quae omnia quodammodo confirmare visi sunt multi celebres scriptores Tode et Nielfen (dissert. de praest. rat. illustrandi materiam medicam ). Zimermannus (dissert. observ. circa Mercur. Cicut et Pulsat. Argentor, 1779.) Mohrenheimius (Wei-

ner. pract. beitrag. et Chir. beobact.) etc.) E contra multi et gravissimi viri nullam opem attulisse quaesti sunt, inter quos enumerandi sunt Pet. Jonas Bergius (Mat. med.) Schmukerus (vern. chir. schrift. 2. 26) Obeiteuferus (in Hufel. journ. 9. hef. 5. 94) Richterus (Chir. bibl. 6. 584.) aliique non pauci. Samuel Hanhemannus primus (de viribus medicam. 1. 217) experimenta methodo homiopathica instituit quae a sectatoribus et discipulis suis rite et multoties repetita vires eius mirabiles demonstraverunt. Itaque medici homiopathici utuntur Pulsatilla in morbis mulierum, qui ad genitalia organa referuntur, quaeque non adhuc consenuerunt. Tunc enim magnum remedium est Sepia Itaque morbi gravidarum, vomitus et nausea iliarum, tumores mammarum, et dolores, nervorum distensiones, hysterici dolores, cephalalgia, dolores crurum, menostasia praecipue, errores cathameniorum, dolores praesertim, qui eorum eruptionem vel praecedunt, vel comitantur, vel sequuntur; in dysecoea, hemeralopia, raucedine, chlorosi feminarum, in dolore funiculi spermatici, febre puerperali, gastricis saburris, aurigine, melaena, gonorrhoea, vel blenorrhagia secundaria, vel suppressa, inflammatione ac tumore testium, hydrocele, scroti inflammatione, hypersarcosi prostratae, enuresi, haemorrhagia uteri, contractione uteri, atque placenta post partum inclusa atque adhaesione eius, mentis hallucinatione, ophtalmia, amblyopia, diplopia, ulceribus aurium, haemoptysi, febribus intermittentibus, hepatitide, spasmis abdominis, podagra (unicum forte podagrae homiopathicorum remedium) leucorrhoea, et morbis qui morbillos, et scarlatinam exceperunt, hydrope abdominis, vesicae resolutione et rheumaticis doloribus, pertussi, catharro etiam suffocativo qui morbillos excepit: quo divinum prope remedium multoties expertus sum. Morbos prae primis subigit qui vespere, aut noctu ingravescunt. Specificum et certissimum remedium est inflammationis aurium acutae vel diuturnae. Ego millies Pulsatillam adhibui in menostalia et chlorosi, et numquam fefellit expectationem meam. In chlorosi hominum (quam ter vidi stipatam omnibus symptomatibus chloroseos feminarum) nullam attulit opem. Morbum sanat in homine ferrum tartaricum. Maximum remedium Pulsatillam vidi in febribus intermittentibus puellarum quibus imminent cathamenia vel suppressa sunt. Usus semper sum Pulsatillae vulgaris herba sicca, et comperi etiam siccam actuosissimam esse. Eadem ferme virtute pollet A. nemorosa, ut supra scripsi.

### 673. CLEMATIS

a. *Pedunculis unifloris nudis floribus purpureis caule scandente.*

1. Viticella. Cl. *Foliis integris ternatis biternatisque vel quinato-pinnatis foliolis ellipticis mucronatis integerrimis bi-trilobisve pedunculis nutantibus folio longioribus sepalis triangulari-obovatis patentibus cauda fructuum abbreviata imberbi, stylo glabro.*

Cl. lugubris. Salisb. prodr. 371. — Cl. pulchella. Pers. ench. 2. 99. est var. *flore pleno.* Ic. Clus. cur. post. 14. Chabr. sciagr. 117. f. 5. Weinm. phyt. t. 598. fig. d. Bessl. hor. eyst. aest. ord. 13. fol. 10. f. 2. 3. Viticella deltoidea. Moench. meth. 297. — Cl. baccata. Pers. l. c. est var. *fructibus subbaccatis.* — Ic. Camer. epit. 696. Dalech. lugd. 1430. fig. 2. Clus. hist. 1. 112. f. 1. Dod. pempt. 416. f. 2. Matth. com. 622. f. 2. Lob. ic. 626. f. 2. Weinm. phyt. t. 598. f. 6. Bessl. hor. eyst. aest. ord. 13. t. 6. f. 2. 3. Bah. hist. 2. 128. Chabr. sciagr. 117. f. 4. Stap. ad Theophr. 719. f. 2. Sibt. fl. gr. t. 516. Zannichel. ist. t. 8. Reich. ran. t. 65. fig. 4668. Botan. mag. t. 563. Act. leopold. 14. 2. 57. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 2. Frutex caule angulato ramoso ramis oppositis ut plurimum longissimo. Petioli cirrhosi. Pedunculi terminales. Flos grandis. Sepala purpurea aliquando cinereo-lilacina extus villosa dorso glabra marginibus membranaceis. Styli caudaeque interne scabri. Fl. aest. Inter *Borgomanero* et *Maggiora* in agro *novar.*

aa. *Pedunculis multifloris corymbosis floribus ochroleucis.*

b. *Caule erecto.*

2. ERECTA. Cl. *Foliis inferioribus simplicibus ovatis superioribus pinnatis glabris foliolis ovato-lanceolatis integerrimis caule erectiusculo tereti striato fistuloso floribus umbellato-paniculatis sepalis oblongis obtusis glabris extus margine pubescentibus.*

Cl. Flammula. All. ped. 1. 297. excl. syn. Cl. hispanica. Mill. dict. n. 5. Cl. corymbosa. Poir. enc. sup. 2. 297. Clematis erecta. Moench. meth. 104. Cl. recta. L. sp. 767. Woodw. med. bot. 1. 175. t. 62. Ic. Dodon. pempt. 405. f. 1. Dalech. lugd. 1171. f. 2 Clus. hist. 1. 124. f. 1. Matth. com. 623. f. 2. Camer. epit. 698. Lob. ic. 627. f. 2. Bessl. hor. eyst. aest. ord. 13. fol. 10. f. 1. Bah. hist. 2. 127. fig. 2. Chabr. sciagr. 117. fig. 3. Jacq. a. t. 291. Zannich. ist. t. 139. Plenck. ic. t. 441. Reich. ran. t. 61. fig. 4664. Schk. hand. t. 151. fruct. Sturm. deut. fl. hef. 8. t. 8. Nees. ab Esemb. off. t. 390. Guimp. et Schl. t. 24. Dav. Dietrich. deut. fl. 1. t. 2.

Caulis usque quadripedalis. Folia brevipetiolata subtrijuga magna. Foliola lata subpetiolulata supra glabra virentia subtus pallida, pilosa, reticulato-venosa. Panicula corymbosa terminalis pedunculata ramis brachiatis. Sepala 4 extus trinervia. Cauda longa plumosa. Fl. aest. et aut. In sepibus et dumetis et sylvis collium agri *nic.* et *Liguriae*. etiam in agro *taur.* secus *Duriam*, et in sylvis della *Veneria* etc.

bb. *Caule scandente.*

c *Tereti.*

3. FLAMMULA. Cl. *Foliis pinnatis bipinnatisve glabris, foliolis oblongis, vel linearibus obtusiusculis integris trilobisve caule scandente tereti paniculis brachiatis sepalis 4 subtus margine tomentosis.*

Cl. fragrans. Tenor. neap. 1. 308. t. 48. est var. *foliolis suborbiculatis.* — Cl. maritima. All. ped. 1. 297. Cl. integrifolia. Jacq. enum. 310. est var. *foliolis lanceolato-linearibus linearibusque.* — Cl. maritima. L. sp. 767. Cl. caespitosa. Scop. carn. 1. 389. Cl. suaveolens. Salisb. prodr. 371. — Cl. rubella. Pers. ench. 2. 100. est var. *sepalis extus rubellis.* — Ic. Dalech. lugd. 1171. f. 1. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 1. Lob. ic. 627. f. 1. Ger. em. 888. Park. theatr. 380. Bah. hist. 2. 127. f. 1. Chabr. sciagr. 117. f. 2. Tabernam. ic. 882. 883. Dodon. pempt. 404. f. 2. Zannich. ist. t. 129. Reich. ran. t. f. 2. f. 4666. a. et t. 65 fig. 4666. b. c. d. Hayne. 12. 34. Caulis aliquando prostratus. Folia glabra petiolata. Foliola subpetiolata coriacea. Petioli cirrhosi. paniculae terminales cauli ramisque axillaresque solitariae subcorymbosae. Flos parvus. Sepala raro 5 extus trinervia. Fructus puberuli subrotundi longe caudati cauda plumosa flexuosa. Fl. aest. Habitat sepes, dumeta, senticeta et sylvas passim. var. maritima habitat pascua, sylvas, et sepes in litoribus maris agri *nic.* et *Liguriae.*

cc. *Angulato.*

4. VITALBA. Cl. *Foliis pinnatis glabris foliolis subcordato-ovatis acuminatis inciso-dentatis integerrimisque pedunculis multifloris folia subaequantibus caule angulato sepalis 4 oblongis utrinque tomentosis.*

Cl. sepium. Lam. fr. 3. 306. Cl. dumosa. Salisb. prodr. 371. Ic. Bah. hist. 2. 125. f. 2. Chabr. sciagr. 116. f. 5. Fuchs. hist. 97. Camer. epit. 697. Bessl. eyst. aest. ord. 6. fol. 5. f. 5. Matth. com. 622. f. 2. Lob. ic. 628. f. 1. Clus. hist. 1. 122. f. 2. Weinm. phyt. t. 393. Dodon. pempt. 404. fig. 1. Curt. lond. 4. t. 57. et ed. Grav. 1. t. 70. Jacq. a. t. 308. Gleich. a. micr. a. 55. 54. Bull. herb. t. 89. Gaertn. fruct. t. 74. f. 3. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 1. Schk. hand. t. 151. Engl. bot. t. 612. Schran. fl. mon. 2. t. 108. Plenck. ic. t. 442. Reich. ran. t. 64. f. 4667. Labr. et Heg. ic. fasc. 18. t. 2. Flor. med. t. 124. Guimp. t. 115. Baxter. brit. bot. t. 129. Schubert. naturges. t. 28. f. 5.

Caulis pubescens. foliola grandia aliquando pauca nervoso-venosa nervis pilosis subtus pallidis. Petioli cirrhosi. Paniculae subcorymbosae ramis

brachiatis axillares et terminales solitariae. Flores parvi fragrantes. Cauda seminum elongata flexuosa plumosa. Turiones edules. Herba ceterum ut congeneres, acris corrosiva venenata. Fl. aest. Vulgatissima in sepibus et dumetis, sylvis etc. Agricolae nostri vocant *Viorna*.

Clem. Vitalba jam Dioscoridi nota (mat. med. lib. 4, cap. 179, tom. 1, 675) *fructus eius tritus potus cum aqua aut hydromelite pituitam bilemque per inferiora purgat. Folia imposita lepras removent.* Unde medici posteriores in hydrope adhibuerunt, in scabie, et gravissimis impetiginibus, et novissime in syphilide. Antonius Stoerkius super illa instituit experimenta et multum iuvisse scribit in syphilide, eiusque ulceribus, et tophis, in ulceribus mali moris, etiam canceriformibus, in scabie diuturna ac rebelli. In qua et herpete universali gravissimo et ego expertus sum optimo eventu. Tincturam in podagra etiam bono successu adhibui. Herbam fructusque siccos et pulveratos cum adipe adhibui externe in unguento. Medici homiopathici adhibent Cl. erectam in peripneumonia, qua supparem vel maiorem Aconito habent, in scabie, herpetibus, maculis, atque malis ulceribus cutis, in morbis vesicae, et partium genitalium, testibus inflammatis atque induratis, in urethrae stricturis a tumoribus in illa natis, in tumoribus et scirrhis labiorum, vesicae et glandularum inquinalium. Ego utilissimam inveni in tinea capitis, quam ter sanavi globulis homiopathicis primum intus datis, demum guttula una aut altera tincturae in poculo aquae. In puella septenni cum tali methodo nihil profuissem cataplasma paravi ex pane triticeo cocto et foliis probe contusis. quo crustae deciderunt ulcera rubra et tersa facta sunt indeque brevi sanata. Ego Cl. Vitalbam adhibui. Sibthorpius contendit Clematitidem Dioscoridis in Clem. cirrhosa circa *Athenas* obvia quaerendam esse (flor. gr. 1. 366.)

## 674. MALVA

a. *Foliis lobatis, pedunculis axillaribus fasciculatis.*

b. *Radice annua.*

c. *Foliolis calycinis exterioribus linearibus.*

d. *Corollis calyce duplo longioribus: capsellis margine integris.*

1. ROTUNDIFOLIA. M. *Caule diffuso prostrato foliis reniformi-cordatis obsolete lobatis duplicato-dentatis glabriusculis pedunculis subbinis longiusculis fructiferis erecto-patulis corolla calycem duplo superante petalis emarginatis capsellis subreticulatis laevibus vel pubescentibus.*

Var. *pedunculis fructiferis deflexis petalis brevioribus capsellis marginatis scrobiculato-rugosis.* est M. borealis. Wallr. man. in Liljebl. Sv. juxta Friesium. nov. edit. 2. 218. Reich. ic. fig. 58. M. parviflora. Huds. angl. 307. M. pusilla. Wither. arr. 612. M. Henningii Goldb. act. mosq. 5. 158. — M. neglecta. Wallr. syllog. 1. 140. M. vulgaris. Fries. nov. ed. 2. 219. Reich. ic. fig. 4836. Ic. Brunsf. herb. 2. 74. Bull. herb. t. 461. Cavan. t. 26. f. 3. Plenck. ic. t. 541. Flor. dan. t. 721. Curt. lond. 3. t. 43. ed. Grav. 2. t. 92. Engl. bot. t. 241. Schk. hand. t. 192. Reich. ic. fig. 37. Fuchs. 508. Lob. ic. 651. f. 1. Dodon. pempt. 655. fig. 2. Trag. 369. Moris. s. 5. t. 17. f. 7. Tabernam. ic. 768. Bah. hist. 2. 949. fig. 2. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 134.

Cor. albida, rosea, demum coerulescens. Herba notissima ubique vulgaris in hortis, ruderatis etc. Fl. vere et aest. Radix mihi videtur perennis.

dd. *Corollis calycem subaequantibus: capsellis margine dentatis.*

2. PARVIFLORA. M. *Caule erecto hirsutiusculo ramis petiolisque elongatis patentibus foliis subrotundis obtuse angulatis 5-7-lobis crenatis pedunculis axillaribus aggregatis brevissimis calycibus glabriusculis corolla sub-*

*brevioribus capsellis dorso reticulatis hirsutissimis vel glabriusculis.*

M. mareotica. Del. ap. Cand. prodr. 1. 453. M. flexuosa. Hornem. h. hafn. 2. 655. Ic. Zanon. cum Mont. t. 113. Jacq. hor. vindob. 1. t. 59. Cavan. monadel. t. 26. f. 1. Caulis ut plurimum humilis non raro tamen usque bipedalis. Ceterum similis Malvae rotundifoliae. In agro *nic.* et *Liguria.*

cc. *Foliolis calycinis exterioribus ovato-oblongis.*

3. NICAEENSIS. All. ped. 2. 40. M. *Caule decumbente foliisque 5-angularibus acutis dentatis scabris tuberculis piliferis foliis inferioribus reniformi-rotundatis obtusis lobis superioribus basi truncatis profunde acuteque lobatis foliolis calycinis externis ovato-oblongis pedunculis defloratis erectis corollis calycem excedentibus petalis emarginatis ungue barbatis capsellis marginatis reticulato-rugosis hirsutis vel glabriusculis.*

M. arvensis. Presl. del prag. 1. 28. Ic. Cav. mon. t. 25. f. 1. Recih. ic. f. 4838. Caules humiles raro pedales. Cor. roseae rubro-venosae serio coerulescentes. Fl. vere exeunte et aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

bb. *Radice perenni.*

4. SYLVESTRIS. M. *Caule erecto pedunculis aggregatis subcorymbosis petiolisque pilosis foliis 5-7 lobis inferioribus reniformi-rotundatis subplicatis obtuse lobatis superioribus basi truncatis profunde acuteque lobatis petiolis pedunculos defloratos erectos superantibus corollis amplis petalis bifidis bilobisque ungue barbatis capsellis marginatis minute punctulatis reticulato-rugosis foliolis calycinis exterioribus elliptico-oblongis.*

M. mauritiana. L. sp. 970. David. Dietr. deut. fl. 1. t. 154. M. obtusa. Moench. M. vulgaris. Tenor. neap. 5. 88. Cavan. monad. t. 25. f. 2. et Reich. ic. fig. 4889. est var. *glabra strigosior.* — M. ambigua. M. erecta. M. hirsuta. M. polymorpha. Gusson. flor. sicul. prodr. Ic. Matth. com. 543. f. 1. Dodon. pempt. 655. f. 1. Moris. s. 5. t. 15. f. 8. Dalech. lugd. 585. f. 1. Fuchs. hist. 509. Brunsf. herb. 2. 75. Zannich. ist. t. 260. Durant. herb. 270. Engl. bot. t. 671. Curt. lond. 2. t. 51. ed. Grav. 2. t. 91. Cavan. mon. t. 26. f. 2. Svens. bot. t. 602. Plenck. ic. t. 540. Bull. herb. 2. 75. Zannich. ist. t. 260. Durant. herb. 270. Engl. bot. t. 671. Curt. lond. 2. t. 51. ed. Grav. 2. t. 91. Svens. bot. t. 602. Plenck. ic. t. 540. Bull. herb. t. 225. Flor dan. t. 1225. Reich. ic. fig. 4840. Flor. med. t. 228. Labr. et Heg. ic. fas. 49. t. 2. Nees. Esenb. offic. t. 413. Hayne. 2. t. 28. Gaertn. fruct. 2. t. 130. f. 1. Blackw. t. 22. Valer. Cord. hist. 114. Lob. ic. 650. fig. 2. Tabern. ic. 768. fig. 2. Bah. hist. 2. 949. f. 1. Lam. ill. t. 582. Woodw. med. bot. t. 199. Schrank. flor. mon. t. 257. Guimp. et Schl. t. 80. Wagner. t. 43. Dietrich. fl. bor. t. 191. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 154. Caulis usque tripedalis ramosissimus. Radix alba profunde descendens. Corollae roseae vel rubrae lineis tribus obscurioribus virgatae speciosae, aliquando albae. Fl. vere et aest. Vulgaris ubique in hortis et ruderatis.

aa. *Foliis partitis, pedunculis axillaribus solitariis, radice perenni.*

b. *Foliolis calycinis exterioribus ovatis capsellis carinatis.*

5. ALCEA. M. *Caule erecto foliis inferioribus reniformi-rotundatis lobatis superioribus 5-partitis glabriusculis laciniis lanceolato-cuneatis incisis ramis calycibusque stellato-pubescentibus floribus magnis capsellis glabris transverse rugosis margine rotundatis dorso carinatis.*

M. italica. Pollin. hor. et prov. ver. pl. n. 17. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 156. Reich. ic. f. 4843. M. Morenii. Poll. flor. veron. 2. t. 3. f. 6. Reich. ic. fig. 4844. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 156. M. fastigiata. Cav. mon. t. 25. f. 2. Reich. ic. fig. 4844. b. M. excisa. Reich. ic. fig. 4842. b. M. alceoides. Orsin. in cap. op. 284. M. Orsiniana. Tenor. neap. 5. 85. Ic. Fuchs. hist. 80. Brunsf. herb. 2. 75. Matth. com. 543. f. 1. Cav. mon. t.

27. f. 2. Hayn. 2. t. 30. Labr. et Heg ic. fas. 59. t. 5. Dodon. pempt. 656. f. 2. Moris. s. 5. t. 18. f. 3. Bah. hist. 2. 953. Blackw. t. 509. Sabb. hor. rom. 1. t. 48. Clus. hist. 2. 25. Svens. bot. t. 601. Lam. ill. t. 582. f. 1. Flor. dan. t. 1882. Reich. ic. f. 4842. Gaertn. fruct. t. 136. Bot. magaz. t. 2297. Dietr. fl. bor. t. 192. Schubert. naturges. t. 35. f. 5. Van. Spaendonk. choix. t. 4. David Dietrich. deut. fl. 1. t. 155. Caulis usque tripedalis scaber ramosus. Folia radicalia longe petiolata. Cor. carneae vel pallide violaceae. Petala basi punctata marginata ungue barbata. Fl. aest. Vulgaris in aggeribus, marginibus viarum etc.

bb. *Foliolis calycinis exterioribus linearibus capsellis ecarinatis.*

6. MOSCHATA. M. *Caule erecto ramisque scabris foliis radicalibus reniformibus lobatis crenatis caulinis 5-partitis laciniis pinnatifidis bipinnatifidisque involucri foliolis lineari-lanceolatis acutis calycibus stellato-pubescentibus capsellis ecarinatis villosissimis.*

M. laciniata. M. tenuifolia. Savi due cent. 122. M. Alcea. Ab Ucria hor. panor. 293. Ic. Columnn. ecphr. 147. Engl. bot. t. 754. Cavan. mon. t. 18. f. 1. Curt. lond. 4. t. 50. ed. Grav. 2. t. 93. Flor. dan. t. 903. Bah. hist. 2. 1067. Reich. ic. f. 4841. Gaertn. fruct. t. 136. Baxter brit. bot. t. 23. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 155. Ceterum similis M. Alceae. Cor. magnae roseae. Petala ungue barbata biloba aut bifida. Herba odorata, odore Moschi. Fl. vere et aest. Rarior praecedente. In agro *nic.* *Sabaudia*: circa thermas *Vinadii*: in sylvis *Garexii*. Amat loca elata, collina aprica, calida.

## 675. LAVATERA

a. STEGIA. Cand. fr. 4. 835. *Receptaculum seu axis fructuum apice expansus in discum ovaria tegentem.*

b. *Radice annua.*

1. TRIMESTRIS. L. *Hirsuta caule erecto foliis longe petiolatis inferioribus subrotundo-reniformibus integris vel lobatis superioribus angulatis summis hastato-trilobis lobo medio elongato lanceolato pedunculis solitariis petiolo longioribus.*

L. grandiflora. Moench. met. 614. Stegia Lavatera. Cand. fr. 4. 836. St. trimestris. Risso. fl. de Nic. 96. Ic. Chabr. sciagr. 294. t. 4. Bah. hist. 2. 950. Clus hist. 2. 25. t. 2. Barrel. ic. t. 1201. Cavan. mon. t 31 f. 1. Lam. ill. t. 582. f. 2. Jacq. hor. vind. 1. 72. Reich. ic. f. 4852. Gaertn. fruct t. 136. Botan. mag. t. 109. Schk. handb. t. 193. Van. Spaendonck choix etc. t. 23. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 139. Caulis simpliciusculus vel parce et alterne ramosus inferne rubidus usque bipedalis ut plurimum tamen humilis hispidus setis deflexis raro geminatis callo insidentibus. Stipulae ciliatae ovato-lanceolatae. Pedunculi raro biflori. Cor. magna rosea purpureo-striata demum coerulescens raro alba. Petala obovato-cuneata non sublinearia ut pingit Barrellier. Capsellae glabrae transverse rugosae. Orbiculus demum niger. Fl. aest. In agro *nic.* et *Liguria*: in collibus circa *Genuam* etc.

bb. *Frutex.*

2. HISPIDA. Desf. atl. 2. 118. t. 171. L. *Caule fruticoso petiolisque hispidis pilis fasciculatis foliis inferioribus 5 superioribus 3-lobo-hastatis dentatis incanis pedunculis abbreviatis subsolitariis involucello 3-partito maximo hirsutissimo.*

L. Olbia. Badar. in Moret. bib. it. 18. Reich. ic. fig. 4855. Ic. Botan mag. t. 2541. Caulis alterne ramosus rubidus inferne glabriusculus usque biorgyalis. folia mollissime tomentosa. Cor. magna rubra. Orbiculus tomentosus margine dentatus. Fl. aest. In *Liguria occid.* inter *Alessio* et *Albinganum.*

aa. OLBIA. Medik. malv. 41. *Receptaculum fructus centrale conicum exsertum.*

b. *Radice annua.*

3. PUNCTATA. All. ped. auct. 26. L. *Caule diffuso vel erecto punctato pilis stellatis aspero foliis subtomentosis inferioribus cordato-orbiculatis superioribus hastato-trilobis obtuse dentatis pedunculis solitariis unifloris folia superantibus.*

Olbia deflexa. Moench. sup. 200. Lavat. biennis. Gusson. fl. siculae prodr. 2. 347. L. thuringiaca. Savi. pis. 2. 126. Ic. Bah. hist. 157. mala. Colla. herb. pedem. t. 47. f. 2. Reich. ic. f. 4853. Caulis usque quadripedalis ut plurimum tamen hmilior saepe rubidus. Folia molliter tomentosa. Stipulae lineari-lanceolatae ciliatae. Flores magni. Involucrum trilobum laciniis patulis latis dentato-angulatis. Laciniae demum erecto-conniventes ovato-lanceolatae. Cor. maiuscula rosea purpureo-striata demum coerulescens raro alba petalis triangulari-cuneatis vix emarginatis. Capsellae glabrae medio dorso scabrae transversae rugosae. Fl. aest. In agro *nic.* et *Liguria.*

bb. *Frutex.*

4. OLBIA. L. *Caule fruticoso erecto ramisque flexuosis foliisque molliter incano-tomentosis inferioribus hastato-quinquelobis superioribus trilobis integrisque lacinia media longiore floribus solitariis sessilibus racemo simplici.*

L. thuringiaca. All. ped. 2. 42. excl. syn. Ic. Lob. ic. 653. Eiusd. adv. 294. Pluk. phyt. t. 8. f. 1. Lam. ill. t. 582. f. 1. Cavan. mon. t. 52. f. 1. Jacq. hor. vind. 1. t. 75. Moris. s. 5. t. 19. f. 17. Caulis usque orgyalis alterne ramosus flexuosus saepe rubidus. pubes stellata. Folia plicata caespitosa ima reniformi-subrotunda. Flores magni. Involucri laciniae ovatae exteriores breviores. Corolla ampla rosea demum violacea petalis emarginatis unguibus elongatis angustis rubris margine albo-barbatis, vel rubida purpureo-striata. Capsulae hirsutae pilis pluribus apice glanduliferis. Fl. vere exeunte et aest. In agro *nic.*

aaa. AXOLOPHA. Cand. prodr. 1. 439. *Receptaculum apice truncatum in cristas tot quot capsella membranaceas laterales verticales expansum.* Frutices.

b. *Albo-tomentosa; stipulis lineari-subulatis pedunculis unifloris axillaribus subsolitariis.*

5. MARITIMA. Gouan. ill. 46. t. 11. f. 2. L. *Caule fruticoso foliisque rotundato-reniformibus obtuse angulatis lobatisque dentatis subtus floccoso-tomentosis pedunculis axillaribus unifloris abbreviatis subsolitariis capsellis glabris carinatis transverse rugosis.*

L. hispanica. Mill. dict. n. 9. L. rotundifolia. Lam. Ic. Tabern. kraut. 2. 1155. Chabr. sciagr. 301. f, 1. Lob. obs. 373. Eiusd. ic. t. 654. f. 1. Bah. hist. 2. 950. f. 1. Clus. hist. 2. 24. f. 2. Cavanil. mon. t. 52. f. 3. Reich. ic. fig. 4856. Mollissime tomentosa. Caulis usque quadripedalis inferne rubidus superne tomentosus alterne ramosus. Folia iuniora plicata. Pedunculi folio breviores. Cor. alba vel carnea unguibus sanguineis demum coerulescens. Antherae albae polline granulato ochroleuco. Stigmata et columna rubra. Fl. vere exeunte. In rupibus mari proximis agri *nic.* et *Lig. occid.*

bb. *Luteo-tomentosa: stipulis amplis cordatis: pedunculis axillaribus aggregatis.*

6. TRILOBA. L. *Caule fruticoso foliisque late cordato-reniformibus obtuse 3-7 lobis undulato-plicatis dentatis utrinque tomentosis stipulis cordatis profunde dentatis pedunculis aggregatis unifloris involucro lato calycem aequante profunde tripartito.*

L. calycina. Poir. enc. sup. 3. 310. L. moschata. Moris. el. 1. 9. Cavan. mon. t. 51. f. 1. Pluk. al. phyt. t. 8. f. 3. 1. Jacq. hort. vind. t. 34. Botan. regist. t. 1039. Botan. mag. t. 2226. Caulis ramosus ramis dense foliatis inferne rubidus usque orgyalis. Pedunculi breviores petiolis. Cor. maiuscula rubida purpureo-striata demum coerulescens petalis cuneatis unguibus angustis albo-barbatis. Stigmata et columna staminum rubra. Antherae pollenque granulosum albae.

Racemus longus densus foliatus. Involucrum aliquando profunde divisum imo triphyllum, aliquando diphyllum est. Pili alii breves apice glandulosi, alii longe stellato-patentes. Fl. vere et aest. In rupibus mari proximis circa *Nicaeam.*

aaaa. ANTHEMA. Medik. malv. 42. *Receptaculum parvum foveolatum nec exsertum nec in cristas expansum*

b. *Radice annua: petalis bifidis.*

7. SYLVESTRIS. Brot. lus. 2. 277. L. *Caule erecto scabro foliis subrotundis obtusissime septemlobis crenatis septemnerviis pedunculis aggregatis calycibus acuminatis petalis obcordatis bifidis.*

L. neapolitana. Tenor. neap. 2. 113. t. 65. L. sicula. Tin. pug. 1. 14. L. Empedocl s. Ab Ucria in opus. di autori siciliani. 6. 255. L. cretica. Lin. sp. 973. Cav. mon. 89. t. 32. f. 1. L. Malva hirsuta. Viv. fl. cors. diagn. 12. Anthema scabra. Presl. sic. 1. 181. A. tenoreana. id. ib. Ic. Barrel. ic. 479. Moris. s. 3. t. 17. f. 3. Brot. lus. t. 179. Nees. amoen. 604. t. 6. Caulis humilis in pinguibus tamen usque 4-pedalis simpliciusculus. Cor. rosea maiuscula purpurea striata demum coerulescens. Fl. vere. In *Liguria occidua*, etiam circa *Genuam.*

bb. *Frutex in frigidis radice bienni, petalis bilobis.*

8. ARBOREA. L. *Mollissime villosa caule arborescente subbienni foliis reniformi-rotundatis inferioribus obtuse superioribus acute angulatis crenatis plicatis villosis pedunculis confertis axillaribus involucri laciniis subrotundis foliaceis maximis calycem superantibus.*

Anthema. Presl. sic. 1. 180. Ic. Matth. com. 545. f. 2. Dalech. lugd. 586. f. 3. Durant. herb. 272. Bah. hist. 2. 955. Cavan. mon. t. 59. f. 2. Engl. bot. t. 1881. Sibt flor. gr. t. 665. Reich. ic. fig. 4857. Gaertn. fruct. t. 136. Lam. ill. t. 582. Baxter brit. bot. t. 106. Caulis in pinguibus usque biorgyalis superne foliosus atque alterne ramosus. Folia magna longe petiolata. Calycis laciniae triangulares in fructu erectae. Cor. rubro-violacea sanguineo-striata petalis basi unguibusque nigro-sanguineis. Fl. vere et aest. In *Liguria* circa *Genuam*: in rupibus mari proximis in agro *nic.*

Malope malacoides inventa a Risso circa *Gilette* et *Aiglun* apud *Nicaeam* forte pianta advena est: tamen ne aliquid in hoc libro desideretur subjicio characteres generis et descriptionem stirpis.

## 675 *bis* MALOPE

Calyx semiquinquefidus. Involucrum triphyllum foliolis cordatis. Petala obovata vel obcordata. Stamina in cylindrum coalita. Antherae reniformes. stylus simplex. Stigmata plura setacea. Capsulae plures monospermae in capitulum aggregatae.

MALACOIDES. M. *Herba perennis caulibus caespitosis erectis tetragonis usque pedalibus foliis longe petiolatis oblongis indivisis sinuatis trifidisve, stipulis lineari-lanceolatis pedunculis axillaribus unifloris elongatis sub flore articulatis corollis magnis rubidis lineis rubris striatis petalis cuneatis truncatis capsellis demum rubidis.*

Malva pedunculata. Raf. carat. 76. t. 19. Malope trifida. Cavan. mon. t. 27. f. 1. Lam. ill. t. 583. f. 2. Ic. Zanon. hist. ed Monti. t. 112. Zanon. ist. bot. t. 52. Sab. hor. rom. 1. t. 50. Boccon. sic. t. 8. f. E. II. Cavan. mon. t. 27. f. 1. Lam. ill. t. 583. f. 1. Reich. ic. f. 4830. Herba pilosa pilis raris vix fasciculatis basi tuberculatis. Fl. aest. Patria eius Italia media et australis. Passim culta ob flores speciosos.

## 676. ALTHAEA

a. *Carpella emarginata margine membranaceo destituta. Involucellum saepius 8-9 fidum.* ALTHAEA. Lin. Lam. ill. t. 581.

b. *Radice perenni: pedunculis multifloris.*

1. CANNABINA. Alth. *Scabrida caule elato ramosissimo ramis diffusis foliisque inaequaliter dentatis stellato-tomentosis inferioribus palmato digitatis superioribus tripartitis laciniis angustis intermedia longissima pedunculis 1-3 floris elongatis subracemosis solitariis.*

A. narbonensis. Pour. in Cav. mon. 2. 94. t. 29. f. 2. et Jac. ic. rar. 1. t. 138. est var. *foliis inferioribus* 5 *fidis, superioribus trifidis.* Ic. Clus. hist. 2. 25. Sab. hor. rom. 1. t. 48. Lob. ic. 636. Moris. s. 5. t. 18. f 5. Cavan. mon. t. 30 f. 2. Jacq. fl. a. t. 101. Reich. ic. fig. 4847. Gaertn. fruct. t. 136. Lam. ill. t. 581. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 138. Caulis a basi ramosus ramis alternis usque orgyalis. Folia ima cordata. Involucellum multifidum laciniis lanceolatis demum erectis. Cor. rosea maiuscula calyce duplo maior. Petala obcordata. Capsellae glabrae dorso transverse rugosae. Semina fusca reniformia. Fl. vere et aest. In sepibus, dumetis, aggeribus, fossis etc.

cc. *Pedunculis folio brevioribus.*

2. OFFICINALIS. A. *Caule erecto foliisque subcordato ovatis subangulatis indivisis, vel inferioribus* 5-*superioribus* 3-*lobatis inaequaliter dentatis utrinque incano-tomentosis pedunculis axillaribus abbreviatis superioribus subtrifloris.*

A. taurinensis. Cand. prodr. 1. 436 Bah. hist. 2. 955. Reich. ic. fig 4848. est var. *foliis profundius partitis pedunculis folio subaequalibus.* Ic. Matth. com. 604. f. 1. Dalech. lugd. 590. Chabr. sciagr. 501. t. 4. Fuchs. hist. 15. Zannich. ist. t. 236. Sab. hor. rom. 1. t. 46. Duran. herb. 20. Camer. epit. 667. Clus. hist. 2. 24. f. 1. Blackw. herb. t. 90. Woodw. med. bot. t. 53. Happe bot. pharm. t. 17. Ludw. ect. t. 1. Cavan. mon. t. 30. f. 2. Schk. hand. t. 192. Savi mater. med. t. 3. Engl. bot. t. 147. Flor. dan. t. 530. Flore med. t. 191. Bah. hist. 2. 954. Dodon. pempt. 655. f. 1. Lob. ic. 653. Eiusd. obs 373. f. 1. Bull. herb. t. 373. Plenck. ic. t. 538. Reich. ic. fig. 4849. Moris. s. 5. t. 19. f. 12. Nees. Esemb. off. t. 417. Gaertn. fruct. t. 136. Hayne. 2. 25. Lam. ill. t. 581. Guimp. et Schl. t. 82. Wagner. t. 211. 212. Dietr. fl. bor. t. 280. Baxter. brit. bot. t. 226. Schubert. naturges. t. 35. f. 4. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 137. Caulis usque quadripedalis simpliciusculus virgatus. Folia non raro lobato-partita subplicata. Involucellum 8-12 fidum laciniis lanceolatis. Calycis laciniae 5 latiores. Corolla pallide carnea demum pallide coerulescens petalis obcordatis. Stamina rubida. Semina nitida reniformia demum ferruginea. Fl. aest. Non raro in fossis et locis humidiusculis; etiam in ruderatis et circa domos agricolarum, forte ibi allata a rusticis qui frequentissime adhibent decoctam cum secale in morbis acutis boum et equorum etc. Alth. Bertolae. Colla. herb. ped. 1. 388. t. 47. f. 1. est var. *floribus violaceis pedunculis* 1 *floris felium subaequantibus.*

bb. *Radice annua: pedunculis* 1 *floris.*

3. HIRSUTA. A. *Caule ramoso hirto pilis horizontalibus foliis quinquelobis dentatis inferioribus rotundato-reniformibus superioribus palmatis inaequaliter serratis supremis profunde trifidis supra glabriusculis pedunculis unifloris folium excedentibus involucris calycibusque acuminatis.*

Malva setigera. Spen. frib. 3. 886. — Ic. Dalech. lugd. 594. fig. 2. Chabr. sciagr. 300. 3. Bah. hist. 2. 1057. f. 2. Barrel. ic. 1169. Moris. s. 5. t. 18. t. 6. Cavan. mon. t. 29. f. 1. Jacq. a. t. 170. Reich. ic. fig. 4846. Explor. d'Alger. t. 69. Dav. Dietr. deut. fl. 1. t. 138. Reich. ic. fig. 4866. Caulis ut plurimum humilis aliquando tamen pedalis et ultra. Pili e tuberculo saepe rubro orti. Folia longe petiolata. Flores maiusculi. Involucellum suboctopartitum. Calyx quinque partitus laciniis setoso-ciliatis. Corolla rosea tandem coerulescens calyce paulo longior petalis cuneatis crenulatis subtruncatis. Capsellae transverse rugosae demum nigrae. Semina reniformia ferruginea. Fl. vere et aest. In collibus apricis et aridis *Liguriae*, agri *nic. astens. albens. derton. taurin.* et *Montisferrati.*

aa. *Carpella margine membranaceo sulcato: involucellum 6-7 fidum.* ALCEA. L. Lam. ill. t. 581.

4. ROSEA. Cavan. mon. 2. 91. A. *Caule elato simpliciusculo hirsuto foliis cordato-reniformibus 5-7 angularibus crenatis rugosis hirsutiusculis subplicatis pedunculis abbreviatis involucris calycibusque villosissimis petalis subcrenatis unguibus villosis.*

A. pallida. Waldst. et Kitaib. hung. t. 4. est procul dubio var. Ic. Cavan. mon. t. 29. f. 2. Dodon. pempt. 652. Ludw. ect. t. 42. Knor. del. 1. t. R. 15. Botan. mag. t. 5198. Hayne. 2. 26. Guimp. et Schl. t. 81. Van. Spaendonck choix etc. t. 15. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 157. Caulis usque biorgyalis. Folia magna longe petiolata. Stipulae bifidae. Flores maximi pulcherrimi lutei, rosei, vel purpurei basi unguibusque sanguinei. Varr. plurimae coluntur in hortis floribus plenis, qui pulcherrimi sunt. Fl. aest. Radix biennis. spontanea in agro *nic*, sed ubique culta.

677. HIBISCUS

a. *Caule fruticoso: calyce immutato.*

1. SYRIACUS. H. *Caule fruticoso foliis rhombaeis acuminatis subtrilobis crenatis glabris pedunculis petiolo vix brevioribus involucri foliolis 5-7-linearibus calycem aequantibus.*

Ic. Camer. hor. t. 5. 4. Knor. del. 2. t. H. 2. a. et t. K. 2 6. Cavan. monad. t. 69. f. 1. Frutex arborescens, ramosus plusquam orgyalis cortice albo-cinereo laevi ligno tenero. Corollae magnae albae carneae vel rubrae basi unguibusque sanguineis. Var. floribus plenis pulcherrimis. Patria eius Syria, Asia minor. etc. Cultus ubique in patria qua spontaneus factus est et nascitur circa hortos quibus migravit. Fl. aest.

aa. *Radice annua: calycibus demum inflatis.*

2. TRIONUM. H. *Caule herbaceo simpliciusculo hirsuto foliis superioribus tripartitis glabriusculis laciniis lanceolatis dentatis dentibus magnis media longissima inferioribus subindivisis subrotundis involucris calyce vescicoso-inflato membranaceo nervoso venoso brevioribus pedunculis axillaribus solitariis unifloris brevioribus.*

H. vesicarius. Cavan. monad. 2. 171. t. 64. f. 2. Ketmia Trionum. Scop. carn. 2. 44. — Ic. Durant. herb. 251. Bah. hist. 2. 1668. Lob. ic. 656. Zannich. ist. t. 167. Barrel. ic. 471. Sab. hor. rom. 1. t. 55. Lam. ill. t. 584. f. 5. Cavan. monad. t. 64. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 666. Reich. ic. fig. 4860. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 140. Caulis humilis vix pedalis raro basi ramosus flexuosus. Pili e tuberculo orti. Pedunculi sub flore geniculati. Involucellum 8-12-phyllum laciniis linearibus angustis. Calycis laciniae triangulares acutae nervosae nervis coloratis. Corolla pulchra calycem longe superans petalis luteis basi sanguineis obovatis integris. Columna staminum glandulosa rubra. Antherae albae. Stigmata rubra barbellata recurva. Capsula ovato-subglobosa rugosa pilosa matura fusca, loculis 8-spermis. Semina fusca reniformia. Fl. aest. In *Liguria orient.* circa *Sarzanam* etc. et cultus in hortis.

678. SIDA

ABUTILON. S. *Herba annua mollissime tomentosa usque orgyalis caule simpliciusculo vel superne alterne ramoso foliis magnis longe petiolatis cordato-subrotundis abrupte cuspidatis crenatis palmatinerviis pedunculis folio brevioribus axillaribus terminalibusque uni-paucifloris superne articulatis floribus parvis flavis petalis obcordatis calycem paulo excedentibus carpellis compressis apice truncatis angulo externo birostratis seminibus reniformibus demum fuscis.*

Abutilon Avicennae. Gaertn. fruct. 2. 251. t. 135. f. 1. Reich. ic. fig. 4852. Ic. Matth. com. 604. f. 2. Camer. epit. 668. Dalech. lugd. 592. f. 2. Bah.

hist. 2. 938. Moris. s. 5. t. 19. f. 3. Durant. herb. 3. Ger em. 955. Sab. hor. rom. 1. t. 52. Schk. hand. t. 190. a. Fl. aest. et aut. Circa domos, et in ruderalis. in vineis di *Borgomasino* etc. Secus fossas etc.

Malvaceae omnes multo glutine foetae praesertim decoctae partes inflammatas et tensas relaxant et molliunt. Ideoque in partium internarum inflammationibus, anginis, gastritide, enteritide aliisque abdominis, et pectoris inflammationibus etiam catharro et diarrhoea et dysenteria et catharris renum, et vesicae utilissima sunt decocta ex Althaea, Malva, aliarumque cognatarum stirpium. Etiam clysmate prosunt etc.

## 679. ANDROSAEMUM

OFFICINALE. All. ped. 1. 47. A. *Herba perennis basi suffruticosa caule erecto rubente subancipiti ramosissimo ramis oppositis decussatis usque tripedali foliis magnis ovatis acutis glaberrimis oppositis decussatis sessilibus firmis pellucido-punctatis subtus glaucis reticulato-venosis imis minoribus pedunculis tetragonis corymbosis floribus flavis stylis longitudine staminum multo brevioribus capsulis obtusis umbilicatis primum bacciformibus demum exsuccis.*

A. vulgare. Gaertn. fr. 1. 282. t. 59. f. 2. Hypericum Androsaemum. L. sp. 1102. — Ic. Tabernam. herb. t. 1145. Dodon. pempt. 78. f. 2. Sab. hor. rom. 4. t. 80. Reich. ic. fig. 5192. Blackw. herb. t. 94. Curt. lond. 1. t. 164. Ed. Grav. edit. 1. 5. t. 48. Engl. bot. t. 1225. Lob. ic. 652. 1. Ger. em. 543. Tabern. ic. 760. f. 2. Bah. hist. 3. 384. Moris. s. 5. t. 6. fig. 12. Chabr. sciagr. 455. f. 4. Baxter. brit. bot. t. 59. Folia patula autumno rubescunt ut in aliis Hypericis. Baccae primum virentes postea rubidae demum coeruleo-nigrae tandem exsuccae fiunt. Anatome fructus optima in Bertol. flor. ital. 8. 509-10. Capsula globosa aut ellipsoidea obtusa demum apice depresso-umbilicata immatura extus viridis nitens paulatim rubescens incipiens a superioribus, postea nigro-coerulescens sicca nigra cum aliquo rubore brevissime triquadrivalvis valvis modo dehiscentibus modo non, et sulco tantum distinctis. Semina exigua numerosissima cylindraceo-oblonga funiculo umbilicali brevissimo, iuniora tecta arillo albo celluloso succoso ex quo capsula apparet baccata, affiguntur laminis placentaribus quarum tres maiores late rotundae initio haerent parieti pericarpico a quo arescendo secedunt remanente capsula vera chartacea. Ceterum concavae et in cavitate seminiferae: ex earum basi introflexa exsurgunt tres aliae laminae placentares centrales angustiores nervo carinali dorso diremptae juxta margines dense seminiferae. In capsula matura arilli exsiccantur et disparent seu arcte tegunt semina quae tunc videntur nuda sub vitro tenuiter striata et scabrida fusca vel nigrescentia. placentae fiunt hirtae a funiculis umbilicalibus persistentibus congerie seminum delapsa. Structura interna capsulae aegre dignoscitur, nec mihi videtur satis apta ad statuendum genus diversum praesertim cum reliqua floris et habitus plantae obstent. Fl. aest. Amat margines humidiusculos aquarum fluentium, rivulorum etc. Copiosum in agro *nic.*, *astens.*, *taurin.*, *pinerol.*, *Monteferrato* etc.

## 680. HYPERICUM

Herbae vel frutices ramosi ramis decussatis foliis sessilibus oppositis decussatis floribus cymosis luteis trigynis.

a. *Caule basi fruticoso foliis linearibus margine revolutis calycibus glanduloso-serratis.*

b. *Foliis quaternis linearibus petalis eglandulosis.*

1. Coris. H. *Foliis verticillato-ternis quaternisque linearibus obtusiusculis subtus revolutis glaucis pellucido-punctatis pedunculis terminalibus corymbosis bracteis calycibusque glanduloso-punctatis.*

Ic. Durant. herb. 147. Pona Monte

Baldo 98. Bah. hist. 3. 584. Chabr. sciagr. 456. f. 5. Matth. com. 611. f. 2. Dalech. lugd. 1158. f. 1. Sibt. flor. gr. t. 777. Curt. bot. mag. t. 178. Reich. ic. fig. 6191. Roem. mag. 3. 4. Moris. s. 3. t. 6. fig. 11. Stirps glabra. Caules ramis lateralibus sterilibus. Folia aliquando setacea. panicula pauciflora. Flos aliquando solitarius terminalis. Corolla maiuscula. Petala obovata striata. Capsula conica calycem longe superans rugosa. Fl. aest. et aut. In collibus calidis, apricis, aridis agri *nic. segus.* etc.

bb. *Foliis fasciculatis lanceolatis petalis glanduloso-dentatis.*

2. HYSSOPIFOLIUM. Vill. delph. 3. 503. t. 44. H. *Caule tereti foliis lanceolatis obtusiusculis pellucido-punctatis axillaribus angustissimis fasciculatis paniculae ramis verticillatis sepalis obtusis glanduloso-dentatis.*

H. diversifolium. Cand. fr. 5. 631. H. fasciculatum. Lapeyr. abr. 450. H. elongatum. Reich. ic. fig. 445. H. phacellophyllum. Lapeyr. sup. a l'hist. des plant. des pyr. 118. Reich. ic. fig. 5190. c. Botan. mag. t. 3277. Knowles et Wescott. t. 91. Stirps glabra. Caulis ramosus ramis imis numerosis sterilibus humilis usque tamen pedalis et ultra. Cymae axillares pauciflorae pedunculatae paniculam racemosam facientes ut plurimum valde longam. Petala oblonga calycem longe superantia. Capsula rostrata, ovoidea, nervosa. Semina maiuscula oblonga striata straminea. Fl. aest. circa *Nicaeam.*

aa. *Herbae.*

b. *Calycibus integerrimis.*

c. *Radice fibrosa.*

d. *Caule erecto.*

3. PERFORATUM. H. *Ramis ancipitibus foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis floribus corymbosis sepalis lanceolatis petalis margine punctatis.*

H. veronense. Schkr. (Veber. Bex. in C. Waadt.) Reich. ic. f. 5177. b. est var. *foliis angustioribus.* — Ic. Matth. comm. 610. f. 1. Dalech. lugd. 1153. Durant. herb. 232. Boccon. mus. t. 11. B. B. Dodon. pempt. 76. f. 1. Sab. hor. rom. 4. t. 89. Sturm. deut. flor. hef. 18. t. 15. Engl. bot. t. 295. Curt lond. 1. t. 57. Ed. Grav. 1. t. 106. Woodw. med. bot. t. 10. Fl. dan. t. 1043. Svens. bot. t. 75. Fuchs. hist. 831. Lob. ic. 398. f. 1. Moris. s. 5. t. 6. fig. 1. Gaertn. fruct. t. 62. Hayne 8. t. 42. Flor. med. t. 238. Dict. sc. nat. t. 158. Nees. ab Esemb. off. t. 420. Ludw. ect. t. 11. Blackw. herb. t. 15. Reich. ic. fig. 5177. Savi. mat. med. t. 3. Dietr. flor. bor. t. 271. Baxter. brit. bot. t. 80. Guimp. et Schl. t. 85. Schrank. flor. mon. t. 115. Schubert. naturges. t. 39. f. 9. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 142. Herba glabra. Radix subrepens flavida. Caules caespitosi usque bipedales ramosi ramis imis sterilibus rubidi. Flores maiusculi aliquando galliferi. Fasciculi staminum tres. Antherae albidae, didymae locellis globulosis glandula atro-purpurea inter locellos apiculatae. Capsula ovoidea calycem longe superans 3-locularis 3 valvis. Semina parva demum fusca scabra. Fl. aest. et autumno. Vulgare ubique ad semitas, aggeres, sepes, margines agrorum praesertim locis apricis, et aridis.

dd. *Caule prostrato.*

4. HUMIFUSUM. H. *Caule prostrato ancipiti filiformi foliis oblongis obtusis punctatis floribus cymosis sepalis inaequalibus lineari-lanceolatis petala superantibus.*

Ic. Trag. hist. 72. Bah. hist. 3. 384. Curt. lond. 5. t. 50. Ed. Grav. 1. t. 107. Flor. dan. t. 141. Engl. bot. t. 1226. Reich. ic. fig. 5176. Lob. ic. 400. Vill. prosp. t. 29. f. 3. Eiusd. delph. 3. t. 44. (H. Liottardi) Clus. hist. 2. 181. Dalech. lugd. 1154. Dietr. flor. bor. t. 325. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 143. Herba glabra. Caules caespitosi vix dodrantales apice surrecti. Folia demum rubida margine nigro punctato. Flor. parvi. Petala apice nigra punctata. Sepala etiam margine nigro-punctata. Petala aliquando sepalis longiora sunt. Aliquando 4. Capsula ovoidea calyce ut plurimum lon-

gior demum puspurascens. Semina minutissima scabrida. Fl. aest. et aut. Vulgare in pascuis, et arvis, apricis, calidis praesertim collinis.

cc. *Radice repente.*

5. QUADRANGULUM. H. *Ramis tetragonis foliis oblongis obtusis subpellucido-margine nigro-punctatis floribus corymbosis sepalis lanceolatis.*

H. delphinense. Vill. delph. 3. 497. t. 44. H. maculatum. Crant. a. 98. All. ped. t. 13. f 1. H. dubium Leers. herb. 165. H. Leersii. Gmel. bad. 3. 352. est var. *petalis atro striatis*. H. tetrapterum. Fries. nov. ed. 1. 94. Reich. ic. fig. 5179. H. tetragonum. Fries. nov. ed. 1. 94. Reich ic. fig. 5179. H. tetragonum. eiusd. l. c. ed. 2. 237. H. quadrangulare. Smith. engl. bot. t. 370. H. quadrilatum. Wahlemb. fl. svec. 476. est var. *angulis caulis subalatis sepalis lanceolato-subulatis*. H. neapolitanum. Tenor. ind. sem. hor. neap. 1829. H quadrangulo-tetrapterum. Reich. ic. fig. 5178. H. perforato-tetrapterum. Reich. ic. fig. 5179. Ic. Dodon. pempt. 78. fig. 1. Lob. ic. 399. f. 1. Moris. s. 5. t. 6. f. 10. Matth com. 611. f. 1. Dalech. lugd. 1156. f. 1. Durant. herb. 49. Bonan. panph. t. 67. Flor. dan. t. 640. Curt. lon. 4. t. 52. Ed. Grav. 2 t. 104. Camer. epith. 640. Bah. hist. 3. 582. Hayne 8. 43. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 142. et t. 144. Herba glabra. Caulis usque bipedalis. Petala obliqua. Capsula oblongo-conica trilocularis trivalvis. Floret aest. et aut. Ad margines fossarum et rivulorum: in sepibus et dumetis umbrosis, humidis praesertim montium et collium.

bb. *Calycibus glanduloso-serratis.*
c. *Foliis glabris.*
d. *Radice fibrosa.*
e. *Foliis amplexicaulibus margine nigro-punctatis.*

6. MONTANUM. H. *Caule simplici erecto tereti foliis amplexicaulibus cordato-oblongis margine nigro-punctatis subtus scabriusculis floribus congesto-corymbosis sepalis lanceolatis acutis glanduloso-ciliatis glandulis globosis stipitatis seminibus subtiliter punctatis.*

Ic. Fuchs. hist. 76. Columu. ecphr. 1. 74. Boccon. mus. t. 44. Bah. hist. 3. 383. Moris. s. 5. t. 6. f. 9. Hill. plant. t. 14. Fl. dan. t. 173. Svens. bot t. 641. Engl. bot t. 371. Reich. ic. fig. 5187. Barrel. ic. 490. Schrank. fl. mon. t. 369. Dietr. fl. bor. t. 729. David. Dietrich. deut. fl. 1. t. 143. Radix subrepens. Caulis usque bipedalis subflore longe nudus. Capsula calyce ut plurimum longior nervosa nervis crenulatis. Flor. aest. et aut. Vulgare in sylvis et ericetis, sepibus, dumetis etc. praesertim montanis.

ee. *Foliis petiolatis epunctatis.*

7. NUMMULARIUM. H. *Caule tereti adscendente foliis petiolatis subcordato-orbiculatis epunctatis pedunculis terminalibus sepalis obtusis glanduloso-serratis.*

Ic. Boccon. mus. 2. t. 91. Lam. ill. t. 643. f. 3. Reich. ic. fig. 5184. Pluk. phyt. t. 93. f. 4. Caules usque semipales simpliciusculi vel inferne ramosi. Folia ima minima, omnia subtus rubida. Flores maiusculi. Antherae flavae. Fl. aest. et autumno. In montibus Sabaudiae: supra Carthusiam maiorem, et les Echelles, in monte de la Grotte etc.

dd. *Radice repente.*

8. RICHERII. Villar. delph. 3. 501. t. 44. H. *Caule erecto inferne tereti superne ancipiti simpliciusculo foliis amplexicaulibus ovatis margine nigro-punctatis floribus subcorymbosis 3-5-gynis sepalis ciliato-fimbriatis.*

H. barbatum. All. ped. 2. 46. H. fimbriatum. Lam. enc. 4. 148. H. androsaemifolium. Vill. delph. 3. t. 44. H. maculatum. Reich. ic. f. 5179. H. barbatum. Jacq. a. 5. 53. t. 259. Engl. bot. t. 1986. Reich. ic. f. 5188. H. elegans. Stephens. ap. W. sp. 3. 1469. Reich. ic. f. 5190. H. Kohlianum. Spreng. flor. hal. 214. t. 9. mihi videntur varr. *foliis pellucido-punctatis*, qui character forte perpetuus non est. De hoc enim Bertolon. flor. ital. 8. 522. Folia inferiora subinde parce punctata aut impunctata. Ic. Rochel. banat. t. 12. David. Dietrich.

deut. flor. 1. t. 142. Herba glabra. Caules usque pedales, ut plurimum tamen humiliores. Cyma terminalis bi- vel tri-radiata, aliquando flores pauci etiam solitarius terminalis. Petala oblonga aurea rubro-striata apice ut plurimum ciliata aliquando obliqua. Bracteae, calyces et petala disco glandulis nigris depressis referta. Capsula cōnica calycem demum duplo superans. Semina subcylindrica luteola curva undulato-striata. Fl. vere exeunte, aest. et aut. In pratis alpinis, praesertim humidis.

cc. *Foliis pubescentibus.*

d. *Radice fibrosa, foliis brevipetiolatis caule erecto.*

9. HIRSUTUM. H. *Caule tereti erecto fistuloso villoso foliis oblongis basi attenuatis pellucido-punctatis venosis subtus pubescentibus floribus corymboso-paniculatis calycibus bracteisque glanduloso-serratis seminibus velutinis.*

Ic. Bah. hist. 3. 382. Columnn. ecphr. 1. 74. Flor. dan. t. 802. Curt. lond. 3. t. 49. Ed. Grav. 2. t. 105. Engl. bot. t 1136. David. Dietrich. deut. flor. 1. t. 145. Reich. ic. fig. 5189. Moris. s. 5 t. 6. f. 11. Chabr. sciagr. 455. f. 5. Dietrich. fl. bor. t. 288. Herba villosa villis densis mollibus brevibus. Caules basi ramosi ramis sterilibus usque quadripedales ut plurimum tamen humiliores stricti. panicula thyrsoidea foliosa hirsuta. Flores aurei immaculati parvi. Semina demum rubra. Fl aest. et aut. In montium oris sylvarum, sepibus, dumetis etc.

dd. *Radice repente: foliis sessilibus subamplexicaulibus caule prostrato.*

10. TOMENTOSUM. H. *Caulibus teretibus prostratis caespitosis ascendentibus foliisque amplexicaulibus oblongis obtusis nervosis pellucido-punctatis tomentosis panicula terminali dichotoma sepalis lanceolatis acutis tomentosis glanduloso-serratis.*

Ic. Clus. hist. 2. 181. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 436 f. 4. Moris. sard. 1. t. 21. Reich. ic. fig. 5183. Incano-tomentosum. Caules caespitosi ascendentes basi ramosi ramis imis sterilibus. Flores mediocres aurei. Petala apice glanduloso-punctata glandulis rubro-ferrugineis. Antherae apice glandula atrorubra. Capsula vix calycem superat ovoidea glabra nervosa. Semina striata scabra. Fl. aest. et aut. In agro *nic.*

Legi speciem certe novam nescio quo loco, forte importatam? quam heic subiicio:

H. DICHOTOMUM. Zum. H. *Suffruticosum caespitosum glaberrimum caule alato superne ramoso foliis oppositis petiolatis lato-lanceolatis obtusissimis subcoriaceis integerrimis basi minutissime pellucido-punctatis ceterum pellucido-venosis costa magna alba basi prominula bracteis linearibus obtusiusculis sepalisque inaequalibus ovatis basi attenuatis minutissime pellucido-punctatis apice albo-callosis pedunculis imis axillaribus erectis alatis dichotomis cum flore in dichotomia maiore petalis nudis immaculatis neque striatis stamina neutiquam fasciculata aequantibus stylis quinque capsulis oblongo-conicis sepala superantibus.*

Caulis usque bipedalis: sepala filamenta antherae aureae. Folia in longum petiolum attenuata supra obscure viridia subtus glauca. Styli fusci. Axillae inferiores fasciculos foliorum ferunt quae foliis Rorismarini similia sunt, unde accedit ad H. hyssopifolium. Folia lata centim. 1 1|2. longa centim. 7. Omnino differt ab H. hyssopifolio petalis sepalisque nudis foliis petiolatis latioribus longioribusque stylis quinque staminibus neutiquam fasciculatis. Floret toto fere anno, hyeme excepta.

Hyperica stirpes sunt amarae, aromaticae, balsamicae multo oleo aethereo et resina foetae: digitis contritae illos succo rubro inficiunt et veluti cruentant. Multae species veteribus notae et commendatae. In ulceribus, et vulneribus, et echimomatibus, fractis, ruptis, luxatis, contusis etc. Vim prope divinam Arnicae aemulari videntur. Hyp. perforatum. prae aliis speciebus praeferri debet. Cum vino decoctum menses educit et feminis juvat leucorrhoea laborantibus. Urinam etiam auget; unde juvat in hy-

drope qui a viribus resolutis est. Etiam in paralysi succurrit, copiosos, calidos sudores promovendo. Utilissimum expertus sum in pleuritide et peripneumonia notha, et nervosa senum et debilium quae non raro epidemica est. Vires tunc erigit quassatas, et refocillat, sanguinem visceribus impactum discutit, et *hepatizationem* neotericis medicis dictam prohibet. Quod iamdiu Baglivius praecepit. Ischiadas sanare si cum vino decoctum per longum tempus bibatur. Febres intermittentes diuturnas et rebelles sanare Dioscorides (lib. 5. cap. 161. tom. 1. 498.) scribit. Vermibus esse inimicum (acta hafn. 1. obs. 40.) icterum, et biliosam colluviem purgare omnes consentiunt. Ulcera praesertim crurum cum febrium intermittentium sequelae sunt optime a decocto vinoso Hysperici sanantur. Etiam in phtisi ulcerosa succurrit si ulcus atonicum est neque inflammatio morbo complicatur. Quae multiplici experimento comprobavi. Alpicolas in sanguinis fluxibus atonicis semina vino infusa praesertim in gravi metrorrhagia maxima utilitate adhibuisse pluries vidi. perperam itaque stirps utilis paene obsolevit. Mediei homiopathici Hiypericum perforatum commendant in doloribus capitis acutis et diuturnis.

## 681. CITRUS

a. *Petiolis linearibus : fructibus ovalibus.*

1. MEDICA. C. *Petiolis linearibus foliis oblongis, acutis, fructibus ovalibus acidis sulphureis.*

Varr. multas et sequentis enumeravit et descripsit Risso pharmacopola nicensis (hist. nat. des princip. product. de l'Europ. meridion. Paris. 1826. 1. 536. sq. et Risso et Poit. hist. nat des orang.) C. Limetta Risso an. du mus. 20. t. 2. f. 1. Blackw. herb. t. 362. Ferrar. hesp. t. 230. 595. 233. 521. var. vel hybrida. *fructibus subglobosis dulcibus.* — C. Limonium. Riss. Loisl. Duham. ed. nov. t. 28. C. Medica. Hayne. 11. t. 27. Ferrar. l. c. t. 211. 247. 223. 229. 233. 235. 265. 293. 105. 225. 207. 243. 219. 301. 307. 215. var. vel hybrida *petiolis sub. alatis, fructibus oblongis acidissimis-* — Arbuscula mediocris glabra foliis pellucido-punctatis breviter serratis petalis carnosis albis extus rubidis ramis iunioribus violaceis. Stamina 35-40. Flores albi fragrantissimi. Folia laete virentia fragrantia dura nitida. Fructus cortice tuberculoso pulpae acidae haerente. Ic. Knor. del. 1. t. P. C. 1. Blackw. t. 361. Risso. an. du mus. 20. t. 2. f. 2. Bah. hist. 1. 94. 96. Tournef. inst. t. 395. Chabr. sciagr. 4. f. 4. 5. 6. malae. Flore medic. t. 122. Nees. Esemb. 224. Ferrar. hesper. t. 59. 60. 63. Schubert naturges. t. 27. f. 8. Numerus staminum ludibundus. Culta in *Ligur.* et agro *nic.* ibique fere spontanea. Patria eius *Persia*, *Media*, *Assyria*, *Mauritania*, *Numidia.* Introducta circa an. 300. post Chr. nat. in *Gallo-provincia*, agro *nic.*, indeque in *Hispania*, et *Lusitania* et *Liguria*, *Hetruria*, atque omni *Italia merid.* et *Sicilia.*

aa. *Petiolis alatis , fructibus subglobosis.*

AURANTIUM. C. *Petiolis foliaceis obovato-oblongis foliis oblongis acutis subcrenulatis pedunculis paucifloris fructibus subglobosis aureis.*

Var. *foliis ovato-lanceolatis acuminatis parvis fructibus parvis amaris* est C. sinensis. Pers. en. 2. 74. var. *petiolis sublinearibus foliis ovato-oblongis acutis magnis fructibus magnis dulcibus pulpa albida vel rubra* est C Aurantium. Risso an. mus. 20. t. 1. f. 1. 2. Lam. ill. t. 639. fig. 2. Hayne. 11. t. 28. Duham. ed. nov. 35. Ferrar. hesperid. t. 385 399. 401. 427. Chabr. sciagr. 5. f. 1. — C. vulgaris. Risso. l. c. C. Hystrix. Cand. catal. hor. monsp. 97. — Ic. Knor. del. 1. t. P. 4. Camer. epit. 40. Blackw. t. 349. Nees. Esemb. 425. Flor. med. t. 253. Diction. des scien. nat. t. 159. etc. Ferrar. hesp. t. 391. 409. 430. 433. 389. Arbor mediocris pulcherrima semper virens, ut prior caudice inferne nudo superne ramoso ramis diductis comantibus flores albi fragrantissimi. Folia obscure virentia dura coriacea

nitida. Stamina 20. Fructus acido-dulces suavissimi, raro amari, pulpa albida, rosea, raro rubra. Patria eius *China*, *Mauritania*, *Numidia*, regio *Cyrenaica*, forte etiam *Asia Minor* et *Persia*, nunc *Iberia* et *Lusitania*, sed ubique culta et fere spontanea in *Liguria*, et agro *nic.* Succus fructuum gratissimus cum saccaro et aqua: optimus ad sitim coercendam in febribus acutis praesertim biliosis: ambarum specierum videtur utilis in calculis comminuendis. Citri medicae cum decocto Coffaeae arabicae utilis in febribus intermittentibus rebellibus profligandis. Folia Citri Aurantii in nervorum distensionibus multum opis attulisse etiam in epilepsia in vulgus notum est. Ideoque in teterrimo morbo irritis aliis ad Aurantium confugiendum est. Cortex fructuum aromaticus, aromate suavissimo optime cum extractis amaris et vino iungitur in dyspepsia hypocondriacorum in Elixirio balsamico viscerali Hoffmanni.

## 682. ARUM

Herbae perennes radice tuberosa glabrae succosae luridae foetidae.

a. *Acaule, foliis simplicibus.*

1. MACULATUM. A. *Acaule foliis hastato-sagittatis lobis deflexis vel divaricatis auriculatisque spadice spatha breviore recto, clavato, clava stipitem aequante vel breviore.*

A. italicum. Mill. dict. n. 2. est var. *procerior foliorum lobis divaricatis auriculatis clavo spadicis stipitem aequante.* Qui characteres infirmi sunt ut et illi e foliis petiti. In montibus enim ad orientem et meridiem positis circa ipsam urbem *Bugellam* vivit Arum maculatum, quod numquam florere vidi. Folia sunt omnino oblongo-lanceolata. Quod cum in hortum meum transtulissem loco macro ac septemtrioni exposito flores utique non edidit sed protulit folia hastato-sagittata lobis divaricatis et auriculatis atque obsolete fusco-maculata. Anno altero folia albo-maculata facta sunt. Inde cum in hortum *Verroni* loco pingui, calido et aprico transtulerim procerius crevit, floruit foliis minime maculatis triangulari-hastatis sagittatisque lobis divaricatis et auriculatis clava spadicis cylindrici pulcherrime pallide flavi fungosi stipitem suum multo superante spatha ampla dilatata. Unde conjeci characteres quibus A. maculatum et italicum distinguuntur infirmos, et ludibundos omnino esse. Ic. Fuchs. hist. 69. Brunsf. herb. 1. 56. Egenolf. herb. ic. 151. Ruel. in Dios. 181. Valer. Cord. hist. 104. Lonic. hist. 200. Tabern. ic. 746. Lob. ic. 597. fig. 2. Eiusd. obs. 325. f. 2. Dod. pempt. 328. fig. 1. 329. fig. 2. Eiusd. purg. 2. eiusd. herb. belg. 330. Bah. hist. 2. 783. Chabr. sciagr. 258. f. 3. Trag. hist. 774. Camer. epit. 365. 366. Dalech. lugd. 1597. f. 1. Matth. com. 417. f. 1. Moris. hist. s. 13. t. 5. f. 1. Sabbat. hor. rom 2. t. 74. t. 5. Blackw. t. 228. Rivin. monop. irreg. t. 124. Baxter. brit. bot. t. 261. Schran. flor. mon. t. 125. Hayne 13. 32. Brandt und. Ratzeb. 7. Dietr. flor. bor. t. 225. Nees gener. 3. 10. Verhandl rheinl. 5. 1. Schubert. naturges. t. 47. f. 3. David. Dietrich. deut. flor. s. t. 93. Sim. Paul. flor dan. t. 178. Flor. dan. t. 105. Bull. herb. t. 25. Lam. ill. t. 740. f. 1. Mill. ill. t. 76. Woodw. med. bot. t. 25. Curt. lond. 2. t. 65. Knor. del. 2. t. A. 11. Engl. bot. t. 1298. Regnaul. bot. ic. Zannich. ist. t. 239. Dict. sc. nat. t. 3. Flor. med. t. 41. Nees. Esemb. t. 20. Labr. fasc. 46. Sturm. deut. flor. hef. 44. et de *italico*. Sab. hor. rom. 2. t. 7. Bot. mag. t. 2432. Kerner hor. semp. t. 209. Annal. des scienc. nat. 5. 13. 2. Folia nitida. Spadix flavus vel fusco-ruber. Radix tuberosa multo amylo foeta edulis postquam cocta acre suum et venenatum amiserit. Spatha ventricosa erecta flavo-virens. Spadix purpureus vel sulphureus superne filamentis sterilibus medio antheris biporosis sessilibus inferne stigmatibus sessilibus onustus. Baccae coccineae. Fl. vere. In sepibus et dumetis, et sylvis collium et montium, locis calidis et apricis.

aa. *Caulescens, foliis compositis.*

2. Dracunculus. A. *foliis pedatis foliolis lanceolatis integerrimis spatha plana spadicem subclavatum superante.*

Ic. Matth. com. 414. fig. 2. Chabr. sciagr. 259. f. 1. Egenolf. herb. 188. Ruel. in Diosc. 280. Lonic. hist. 200. Brunsf. herb. 3. 131. Bah. hist. 2. 789. Dalech. lugd. 1602. f. 1. 2. Moris. s. 13. t. 5. f. 46. Barrel. ic. t. 147. Fuchs. hist. 235. Trag. hist. 777. Valer. Cord. hist. 152. Lob. ic. 600. f. 1. Eiusd. observ. 327. Dodon. pempt. 329. f. 1. Eiusd. purg. 31. Sabbat. hor. rom. 2 t. 76. 77. Blackvv. t. 269. Lam. ill. t. 740. f. 2. Bull. herb. t. 73. Flor. med. t. 43 bis. Bessl. eyst. t. 186. Caulis usque tripedalis subcompressus pallide virens fusco-maculatus. Folia magna longe petiolata foliolis 5-7 undulatis aliquando albo-maculatis. Spatha pedem et ultra longa extus virens intus sanguinea, marginibus undulatis. Spadix lineari-lanceolatus violaceo-ruber. Filamenta sterilia cirriformia. Baccae primum virides demum rubrae. Fl. vere. In agro *nic*, circa *Montaldum*, in agro *monreg.* in collibus *taur.* Dracontia grandis Dioscoridis (lib. 2. cap. 193. tom. 1. 307. sq.) est procul dubio Arum Dracunculus L. Dracontia minor eiusd. (ibid. cap. 196.) est Arum maculatum. Arum eiusdem est var. vulgaris eiusdem speciei, et Arisarum (ibid. cap. 197.) est Arisarum vulgare. Omnes species natura ac viribus conveniunt. Radicem habet esculentam dummodo lotione et coctione acri et venenato suo exuatur. Lenit dolores podagricos si cum fimo bibulo in cataplasma redacta artubus dolentibus imponatur. succus baccarum auribus cum gossypio inditus dolores aufert si inflammatio non subest. Sanat carcinomata radix contusa et imposita. Quod repetitis experimentis indiget. Polypos etiam nasi succus gossypio vel vellere exceptus ac naribus inditus sanare dicitur. eius grana triginta si in posca bibuntur abortum inferunt. Odor eius postquam marcuerint flores conceptus foetus enecat. Radix pituitam in pectore congestam expellit vires pulmonum resolutas resuscitat,atque ulceraconsolidat.Unde medici superioris aevi phtisim ulcerosam sanaverunt. Potam ex vino venerem languentem resuscitare, et neutiquam morderi a vipera qui folia manibus confricuerit aut radicem gestaverit. Ulcera maligna et phadegenica impositam sanare tritam atque contusam cum vino. Nubeculas, albugines, et caliginem oculorum delere, coctam cum vino perniones sanare, fistulas consolidare. Haec Dioscorides. Quae omnia cum gravissima sint et a summo et magnae auctoritatis viro scripta novis experimentis exploranda. Ab hortis quibus colitur Arum Dracunculus serpentes praesertim Coluber atro-virens arceri hortulanorum sententia est quae ab illis tenacissime tuetur et verissimam esse atque innumeris experimentis comprobatam.In asthmate pituitoso, et phtisi pulmonali ulcerosa et dyspepsia vim eius non dubia nuperorum industria atque experimenta demonstrarunt. Heringius homiopathico modo adhibuit atque in dysphagia, angina pectoris, atque nimio post prandium somno valdopere commendavit.

## 683. ARISARUM

Vulgare. Targ. Tozz. atti del mus. di Firenz. 2. t. 8. A. *Herba perennis acaulis foliis pedalibus et ultra cordato-sagittatis obtusis aliquando albo-maculatis obscure viridibus rugosis spatha cucullata subcylindrica obtusa bipollicari inferne tubulosa lateraliter hiante albo-virenti-striata apice fusca spadice spatha breviore incurvo antheris pedicellatis capsula subtetrasperma radice carnosa globosa verrucosa.*

Arum Arisarum. L. sp. 1370. A. incurvatum. Lam. fr. 3. 538. Arisarum australe. Rich. Ic. Clus. hist. 2. 73. Lob. ic. 598. fig. 1. 2. Dodon. pempt. 332. fig. 1. Eiusd. purg. 38. Dalech. lugd. 1599 fig. 1. Tabern. ic. 748. Bah. hist. 2. 786. Moris. s. 13. t. 6. f. 13. Barrel. ic. 1130. quae tamen ex Schott (Blume Rumphia 91.) A. proboscideum refert. Dietrich. syn. 5. 49. qui adducit etiam Boccon. mus. t. 50. quae species non rite consti-

tuta mihi videtur, et ab ipsa ic. Barrelieri 1150. nam flos qui dextrorsum positus est florem quodammodo similem illis qui in tab. 575. pinguntur Sab. hor. rom. 2. t. 79. Tournef. inst. t. 70. B. Jacq. hor. Schonbr. 2. t. 192. Explor. d'Alger. t. 44. Fl. vere. In sylvis collium circa *Nicaeam* et *Oneliam*.

684. BETULA

a. *Arbor: foliis ramoso-venosis post flores prodeuntibus filamentis* 5 *bianteriferis.*

1. ALBA. B. *Foliis subrrhombeo-triangularibus acutis duplicato-serratis petiolisque elongatis glabris lobis fructus lateralibus elongatis.*

B. pubescens. Erhrh. beitr. 6. 98. arb. 67. Engl. bot. t. 2198. quae vivit locis humidis, et humilioribus est var. *ramulis iunioribus saepe pubescentibus nucibus obovatis ala angustiore* quaeque non raro foliis, et ramulis omnino glabra est. Huc. B. odorata. Bechst. dian. 1. 80. In Svecia occurrit. var. *foliis laciniatis:* Wahlemb. svec. 624. quae est B. dalecarlica. L. — *ramulis* (exclusis floriferis) *resinoso-verruculosis*, quae vulgatissima apud nos est. B. verrucosa. Ehrh. beitr. 6. 98. B. gummifera. Bertol. fl. it. 10. 229. B. hybrida. Bechst. l. c. B. aurea. Bork. forst. bot. 1. 498. Ic. Trag. 1115. Matth. com. 128. f. 2. sine flor. Camer. ep. 69. Lob. ic. 2. t. 190. f. 2. Dalech. lugd. 92. f. 1. Tabern. ic. 982. f. 2. Park. 1040. f. 8. Bah. hist. 1. par. 2. 148. f. 1. Chabr. sciagr. 60. f. 3. Schk. hand. t. 288. f. inf. Ger. em. 1478. Blackw. t. 240. Mont. in Zanon. hist. t. 51. Duham. arbr. 1. t. 59. Gmel. sibir. 1. t. 36. f. 2. Lam. ill. t. 760. f. 1. Flor. med. t. 75. Svens. bot. t. 80. Guimp. t. 145. Hartig. t. 27. Reich. fl. germ. 12. 625. Dietr. fl. bor. t. 787. Nees. gen. 4. 18. Schnizl. ic. 2. 88. Baxter brit. bot. t. 326. Schubert. naturges. t. 47. f. 8. David. Dietrich. deut. fl. 3. t. 79. Arbor. 20-30 pedalis et ultra aliquando humilior epidermide nivea. ramuli iuniores stricti erecti puberuli, adulti, laeves longi penduli rubidi maculis albis verrucaeformibus. Folia longe petiolata forma varia subtus albida laevia pendula, gemmae fuscae squamatae. Amenta mascula terminalia geminata feminea solitaria lateralia longe pedunculata. nuces ellipticae vel obovatae alatae ala latiore vel angustiore. Fl. vere. Vulgaris in alpinis et montosis, locis frigidis, sterilibus. in planitie maligne vivit.

aa. *Frutex. foliis subtus dense reticulato-venosis ante flores prodeuntibus, filamentis 4 biantheriferis.*

2. NANA. B. *Foliis orbiculatis crenatis glabris supra nitidis subtus reticulato-venosis amentis femineis ovatis erectis subsessilibus nucibus subrotundo-obovatis subapteris squamis digitato-trifidis laciniis subaequalibus oblongis secedentibus.*

Ic. Lin. flor. lap. t. 6. f. 4. Eiusd. Amoen. acad. 1. t. 1. Guimp. t. 149. Pallas. flor. ross. 1. t. 40. Flor. dan. t. 91. Amman. act. petrop. 9. t. 14. Lightfoot. flor. scot. 2. t. 25. Engl. bot. t. 2326. Hartig. t. 51. Reich. fl. germ. 12 621. Torr. New. York. t. 114. David. Dietrich. deut. flor. 3. t. 80. Frutex erectus usque tripedalis ramosissimus ramis puberulis rigidis fusco-rubris. Folia parva illis Lysimachiae nummulariae aemula. Fl. aest. In summis alpium iugis *Turlo*, *Moro*, vallis *Formazzae* in agro *nov.* locis umbrosis.

Betulae albae lignum album torno aptum. Tophi ramorum pulcherrime variegati sunt. Folia ovibus et capris pabulum gratum et salubre, colorem luteum largiuntur. Ex ramis eius cistae magnae et minores et scopae conficiuntur in usum domesticum multiplicem. Rami iuniores et folia decocta urinam voldopere cient ad diabetem usque. Quod novissime experimento confirmavi in muliere 40 annorum quae puerpera cum nervorum distensionibus vexata a medico imperito venaesectione atque hirudinibus curata est. Unde turbae nervorum innumerae et hydrops universus. Nervorum turbis consulu Chamomilla methodo homiopathica adhibita felicissimo successu. Hydropi superstiti medendo adhibui summitates et folia Betulae albae in

decocto aquoso, quae urinis uberrime profluentibus morbum cito, tute et iucunde omnino sustulerunt. Dolendum itaque medicos illo neutiquam uti quo multi aegri profecto servarentur. Calculi dolores lenit, et aufert, et forte illum comminuit. Scabiem intropulsam revocat, externe etiam decoctum scabiem sanat. Decoctum corticis febribus intermittentibus etiam mederi certum est. Ex caudice vulnerato succus saccaro foetus stillat qui vim habet cum foliis communem. Sudores pedum suppressos folia restituunt, quod de foliis Betulae Alni (Alni glutinosae Gaertn.) solemne est. Et cum de Alno glutinosa incidit oratio heic, addam quae sub eius articulo omissa sunt. Sudores pedum restituere; viatores quibus pedes dolent vehementer solari si pedes nudi in calceis foliis Alni recentibus obvolvantur. Folia praeterea viridia concisa atque excalefacta uberibus lacte turgentibus imposita lac prae aliis remediis cito dissipare multiplici experientia edoctus scribit Andr. Murray (Appar. med. 1. 58. Venetiis 1795).

## 685. PLATANUS

ORIENTALIS. Pl. *Arbor procera diffusa ramis patulis versum solem maioribus inclinatisque cortice quotannis per frusta crassa lataque deciduo foliis quinquelobo palmatis basi cuneatis laciniis lanceolatis sinuatis glabris stipulis subintegerrimis amentis 2-3 pendulis sessilibus adfixis petiolo communi.*

Pl. occidentalis Americae borealis incola (Catesb. Carol. t. 56. Schk. hand. t. 306. Duham. arb. ed. nov. t. 2. Schubert. naturgesis. t. 47. f. 10. non differt nisi *foliis basi cuneatis 3-angularibus obsolete lobatis dentatis subtus pubescentibus stipulis denticulatis.*

Prope *Nicaeam* fere spontan. Ic. Clus. hist. 1. 9. t. 1. Dalech. lugd. 93. f. 1. Duham. arb. 1. t. 33. Ed. nov. 1. t. 1. Tournef. instit. t. 363. Lam. ill. t. 783. Schk. hand. t. 306. Dict. scien. nat. t. 1. Dodon. pempt. 842. f. 1. Tabern. ic. 1972 fig. 2. Park 1427. Bah. hist 1. par. 2. 170. f. 1. Camer. epit. 62. Chabr. sciagr. 6. 2. f. 2. Matth. com. 122. Pallas. flor. ross. t. 51. Gaertn. fruct. t. 90. Watson. dendrol. 2. t. 101. Sibt. fl. gr. t. 945. Petioli longi fusci basi tumidi cavi gemmam foventes. Arbor pulcherrima. Fl. vere exeunte, autumno fructus maturi sunt, qui nisi vere altero deserunt matrem. Amat loca humida et irrigua *Tessaliae*, *Macedoniae*, *Graeciae*, atque insularum arcipelagi *Cretae*, *Lemni* etc. quibus in hortos nostros atque ambulacra migravit. Hodie vero ut plurimum expulsa ob lignum molle et solis radiis adeo flectendum ut arbor versus meridiem se se inclinet, quod oculi moleste ferunt. Cortice suo quotannis frustis latis crassis exuitur ut Lagerstroemia indica mirando sane spectaculo.

## 686. CERATOPHYLLUM

Herbae aquaticae radice repente caulius teretibus ramosis foliis capillaceo-multifidis floribus axillaribus solitariis sessilibus.

a. *Foliis natantibus denticulato-spinosis, fructibus trispinosis.*

1. DEMERSUM. C. *Foliis verticillatis filiformibus dichotomo-bigeminis dorso denticulatis nucibus ovalibus apteris trispinosis spinis duabus basilaribus recurvatis terminati longissima fructum aequante vel superante.*

C. asperum. Lam. fr. 2. 796. C. oxyacanthum. Cham. lin. 4. 504. t. 5. f. 6. b. b. — Var. *spinis basilaribus obsoletis tuberculiformibus* est C. apiculatum. id. ibid. fig. b. c. var. *spinis basilaribus complanatis nucibus inter spinas alatis* est C. platyacanthum. Cham. ibid. t. 5. f. 6. a. — Ic. Gaertn. fruct. 1. t. 44. fig. ult. Vaill. act. par. 1719. t. 2. f. 1. Loesel. prus. t 12. Baxter. brit. bot. t. 260. Fl. dan. t. 2000. Nees. gener. 4. 1. Schnizl. ic. 2. 83. David. Dietrich. deut. flor. 3. t. 26. Dill. giss. t. 7. Engl. bot. t. 947. Lam. ill. t. 775. f. 2. Gessn. ic. aen. 158. Herba pro altitudine aquarum aliquando valde elongata: aqua immersa natans. Folia octona dichotome in lacinias lineari-

filiformes 2-4-divisa. Vulgare in aquis profundis et quietis. Floret iunio, lulio sq.

aa. *Foliis submersis vix denticulatis muticis mucronatis.*

2. SUBMERSUM. C. *Foliis verticillatis linearibus dichotomo-trigeminis sub-denticulatis fructibus compressis sub-mucronatis.*

C. muticum. Cham. lin. 5. t. 4. A. B. C. laeve. Lam. fr. 2. 197. Ic. Vaill. act. par. 1719. t. 2. f. 2. sinis. Lam. ill. t. 775. f. 1. David. Dietr. deut. fl. 5. t. 26. Fl. dan. t. 510. Engl. bot. t. 679. Nees. gen. 4. 1. Folia ut plurimum ter dichotome in lacinias setaceas 5-8divisa. Fructus subtuberculati. Ceterum simile priori. In oris lacuum. Ego legi in lacu di *Viverone* etc. Multo rarius praecedente.

## 687. QUERCUS

a. *Foliis dentatis sempervirentibus glandibus oblongis.*
b. *Foliis glabris nitidis.*

1. COCCIFERA. A. *Foliis subcordato-oblongis mucronato-vel spinoso-dentatis utrinque glabris nitidis squamis cupulae patulis lignosis.*

Ic. Camer. epit. 774. Clus. hist. 1. 24. fig. 1. Lob. ic. 2. t. 153. f. 1. Dodon. pempt. 827. Dalech. lugd. 28. f. 1. Tabernam. ic. 969. f. 2. et Krtb. 13. 81. Bah. hist. 1. par. 2. 106. et ic. 70. f. 1. Garid. aix. t. 53. Duham. arb. 1. t. 125. Edit. nov. 7. t. 46. Weisse forstb. 1. t. 4. Marsig. osserv. t. 1. f. 1. Frutex tortuosus parvus ramosissimus foliis parvis densis. Glans magna. Fl. vere. In sylvis agri *nic.*

bb. *Subtus incanis vel tomentosis.*
d. *Cortice laevi.*

2. ILEX. A. *Foliis ovato-oblongis lanceolatisve dentato-serratis vel integerrimis mucronatis subtus incanis squamis cupulae arcte imbricatis.*

Ic. Tabernam. Krtb. 1380. Eiusd. ic. 968. f. 2. 969. f. 1. var. Bah. hist. 1. par. 2. 101. fig. 1. Chabr. sciagr. 57. f. 2. Duham. arb. 1. t. 123. ed. nov 1. t. 43. 44. f. 2. Lob. ic. 2. t. 154. f. 1. Dodon. pempt. 829. f. 1. Dalech. lugd. 25. f. 1. 2. Blackw. t. 186. Pluk. phyt. t. 197. Weisse. forstbot. 1. t. 5. f. 4. a. b. c. d. Matth. com. 170. f. 1. *foliis lanceolatis.* Var. etiam *foliis dentato-spinosis*, *vel sinuato-spinosis.* Arbor mediocris tortuosa ramosissima ligno durissimo ponderoso foliis coriaceis petiolatis aliquando utrinque glabris cortice integro quo praesertim differt a *Subere.* Floret vere exeunte. In sylvis agri *nic.*

dd. *Cortice suberoso fungoso.*

3. SUBER. Q. *Foliis subcordato-oblongis lanceolatisve mucronato-dentatis subtus tomentosis cortice suberoso fungoso cupulae squamis brevibus superioribus erecto-patulis inferioribus apice squamosis.*

Ic. Matth. com. 170. f. 2. 172. f. 1 ? 173. f. 1 ? Durant. herb. 4442. Dodon. pempt. 830. Tabernam. Krtb. 1379. Blackvv. herb. t. 193. Duhamel. arb. t. 80. et 81. ed. nov. 7. t. 45. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 10. Chabr. sciagr. 57. f. 3. Watson. dendr. 2. t. 89. Nees. ab Esemb. Dusseld. suppl. t. 119. Hayne. 12. t. 43. Reich. flor. germ. 12. 641. Weisse forstb. 1. t. 1. f. 10. Ceterum similis Q. Ilici. fructus utriusque speciei si loco calido et aprico vivunt esculenti sunt et Castaneam aemulantur. Floret maio. In montanis agri *nic.* et circa *Sarzanam* etc.

ddd. *Cortice rimoso-suberoso.*

4. PSEUDO-SUBER. Sant. viag. al Mont. 156. t. 4. Q. *Foliis ovato-oblongis mucronato-dentatis subsinuatis subtus tomentosis cupulae grandis squamis patulis laxis reflexis crinitae cortice rimoso-suberoso tenui.*

Ic. Duham. arb. ed. nov. 7. t. 48. f. 2. Spreng. antiq. bot. t. 1. Nees. ab Esemb. Dusseld. suppl. t. 119. Videtur var. procerior Q. Suberis foliis profundius dentatis habitu elatiore, cortice tenuiore. In *Liguria*: circa *Sarzanam* etc. Habitus tamen omnino

diversus est, et perpetuo constat, et perstant caracteres cupulae.

aa. *Foliis sinuatis deciduis.*

b. *Lobis dentibusque mucronatis calyce maximo squamis cupulae subfoliaceis lanceolato-linearibus patentissimis.*

5. Aegilops. Q. *Foliis ovato-oblongis subtus incano-pubescentibus sinuatis dentibus mucronato-cuspidatis cupulae maximae squamis subfoliaceis laxis.*

Ic. Bah. hist. 1. 77. Dodon. pempt. 831. Mill. ill. t. 215. Olivier. voy. 1. 234. t. 13. Lob. ic. 2. 156. f. 1. Hayne. 12. t. 47. Arbor procera. Glandes maiusculae. Fl. maio. In sylvis regionum calidiorum. in sylvis di *Collegno*: in valle di *Sassi* collium taurin. forte culta est.

bb. *Lobis muticis.*

c. *Foliis glabris.*

d. *Fructibus sessilibus.*

6. Robur. W. arbr. 277. et spec. 4. 450. Q. *Foliis petiolatis oblongis glabris sinuatis basi angustatis lobis rotundatis fructibus oblongis sessilibus spicarum femınearum pedunculis elongatis.*

Q. sessiliflora. Smith. engl. flor. 4. 150. et flor. brit. 3. 1026. Engl. bot. t. 1845. est var. *fructibus subsessilibus.* — Q. apennina. Cand. fr. 5. 352. Duham. arb. edit. nov. 7. t. 53. est var. *spicis axillaribus elongatis interruptis brevi pedunculatis.* — Q. amplifolia. Guss. syn. 2. par. 2. 607. est var. *foliis ample ovatis lobis latis obtusis subintegris spicis abbreviatis.* Q. fastigiata. Lam. enc. 1. 725. Q. Robur. Lin. flor. svec. ed. 2. 2. 340. — Q. racemosa. Lam. Duham. arb. ed. nov. 7. t. 54. — Q. lanuginosa Roch. banat. t. 38. est var. *foliis subtus tomentosis glandibus oblongis subtuberculatis.* Q. sessilis. Ehrh. arbr. 87. Mart. flor. rust. t. 11-12. Dalech. lugd. pag. 2. fig. 1. 2. pag. 4. — Ic. Matth. com. 169. f. 1. Tabernam. Krtb. 1374. Chabr. sciagr. 34. f. 1. 2. 3. 4. 55. f. 5. 56. fig. 2. 4. 5. Woodw. med. bot. t. 126. Mart. flor. rust. t. 10. Duham. arb. 2. t. 47. ed. nov. 7. t. 52. Schk. hand. t. 301. b. Gaertn. carp. t. 37. f. 3. Blackw. herb. t. 487. Kram. fortwes. t. 53. Engl. bot. t. 1342. Kerner. t. 8. Reit. und. Abel. abbild. t. 1. Secondat mem. du Chen. t. 4. Oelhaf. 2. t. 4. Ludw. ect. t. 169. Loes. Prus. t. 69. Gleich. nevest. abbild. t. 29. David. Dietrich. deut. flor. 3. t. 9. Flor. med. t. 114. Svens. bot. t. 73. Durant. herb. 382. Guimp. t. 139. Hayne. 6. t. 35. Nees. ab Esemb. 92. Baxter. brit. bot. 5. t. 371. Wagner. t. 171. Reich. flor. germ. 12. t. 644. Memoir. instit. 1850. t. 8. 1850. t. 11. Van. Spaendonk choix etc. t. Arbor procera longaeva ligno duro ponderoso, ubique nota. Fl. maio. In sylvis vulgatissima. Amat solum rubricosum.

dd. *Fructibus pedunculatis.*

7. pedunculata. W. sp. 4. 451. Q. *Foliis subsessilibus oblongis glabris sinuatis lobis rotundatis fructibus oblongis pedunculatis.*

Ic. Fuchs. hist. 229. Knor. del. hor. 1. t. E. 2. Q. femina. — Flor. dan. t. 1180. Schk. hand. t. 301. a. Schubert. naturgesis. t. 47. f. 6. David. Dietrich. deut. flor. 3. t. 9. Ceterum similis omnino Q. Robori cuius probabili coniectura var. est, Bertolonio etiam assentiente. passim cum illa.

cc. *Foliis subtus pubescentibus.*

d. *Pinnatifidis.*

e. *Squamis cupulae linearibus elongatis reflexis.*

8. Esculus. Q. *Foliis brevi petiolatis oblongo-lanceolatis sinuato-subpinnatifidis subtus pubescentibus dentibus acutis submucronatis squamis cupulae linearibus elongatis reflexis glande oblongo-cylindrica grandiuscula brevi pedunculata.*

Q. sessiliflora. De Notar. reper. fl. lig. 369. Q. Robur. Duham. edit. nov. 7. t. 52. Q. picena. Spad. xil. 2. 251. Q. virgiliana. Tenor. neap. 5. 262. Ic. Dalech. lugd. pag. 5. Bah. hist. 1. 74. Chabr. sciagr. 55. f. 1. Kerner hor. t. 509. Folia pinnato-partita fere ad costam marginatam laciniis remotis lanceolatis acutis posticis in primis angulatis subtus etiam aliquando glabriuscula. mant. 2. 496. Fl. maio.

In sylvis collium *della Mandria* in agro *taur.* fructus dulces praesertim tosti ut Castaneae ?

ee. *Squamis cupulae elongatis ramentaceis lineari-subulatis.*

9. Cerris. Q. *Foliis oblongis utrinque attenuatis pinnatifido-sinuatis subtus pubescentibus laciniis lanceolatis subdentatis stipulis filiformibus elongatis squamis cupulae grandis elongatis ramentaceis lineari-subulatis.*

Q. austriaca. W. sp. 4. 454. Lam. enc. 1.718.Q. Haliphleos. id. ib. Q. A e gilops. Scop. carn. 2. 241. Allion ? Q. Tournefortii. W. sp. 4. 453. Q. nigra. Thor. land. 581. Q. pedemontana. Coll. h. ped 5. 185. Ic. Clus. hist. 1. 20. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 11. Du Roi harbk. 2. t. 5. f. 1. Bah. hist. 1. 74 Dalech. lugd. 67. Chabr. sciagr. 55. f. 3. Lob. ic. 2. t. 156. fig. 2. Duham. arb. ed nov. 7. t. 57. Oliv. voyag. v. 221. t. 12. Hartig. t. 14. Watson. dendr. 2. t. 92. 93. Hayne 12. 48. Reich. flor. germ. 12. t. 650. Plenck. ic. med. t. 669. Arbor procera alias humilis caudice crasso tortuoso. Fructus parvi anno altero maturi. Glans aliis dicitur dulcis et esculenta reapse amara est. et quae a suibus respuatur. Fl. maio. Habitat sylvas collium praesertim calidiorum.

dd. *Sinuatis : fructibus asperis.*

10. fagine. Lam. enc. 1. 715. Q. *Foliis petiolatis inaequaliter subcordatis obovato-oblongis sinuatis subtus villosis demum glabris lobis obtusis angulatis fructibus subsessilibus tomentosis asperis.*

Q. pubescens. W. sp. 4. 450. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 10. Q. lanuginosa. Thuil. par. 1. 502. Q. Frainetto. Tenor. neap. 5. 260. differt *foliis sinuato-pinnatifidis fructibus sessilibus cupulae squamis lanceolatis villosis.* Huc forte etiam Q. Dalechampii. Tenor. cat. sem. hor. neap. 1830. 15. Flor. maio. super collibus *taurinens.*

Quercus habent glandes aliquando edules. Species eadem etiam pro diversitate loci modo edules fert modo non. glandes ex var. Q. Roboris in regno neapolitano edules sunt. Audiendus M. Tenore (syllog. 1831. 469) var. B. omnibus numeris Q. Esculi Virgilii, et Plinii respondet cuius fructus apud nos edules veniunt et planta idcirco *Quercia castagnara* appellatur. Sed forte var. dicta aliam distinctam speciem sistit. Glandes enim. Q. Roboris testimonii doctissimi viri Spreng. (antiquit. bot. 28. Lipsiae 1798) semper amarae sunt. Omnes species adstringentes sunt, et *tanninum* habent quod praecipue in cortice et gallis continetur coriis densandis, et atramento scriptorio parando aptum. Gallae optimae ex Oriente (Halpeo, Smyrna etc.) advehuntur, atque petuntur ex Q. infectoria Oliv. Lignum optimum igni alendo, atque aptissimum fabris lignariis, tornitoribus etc. est. Calculum solvere scriptum est. Cortex decoctus dysenteriam, fluxum coeliacum, diarrhoeam, et fluorem album mulierum et profluvium seminis et blenorrhaeam diuturnam sistit. Dummodo inflammatio non subsit, neque virium inaequalis dispensatio cum teneritudine fibrae et colluvies biliosa, sed a sola laxitate et infirmitate virium sint. Decoctum corticis vinosum cum alumine in uretra atque vagina injectum blennorrhaeam, et leucorrhoeam diuturnam sanat. Etiam febribus intermittentibus mederi corticem et ramos iuniores decoctos. Glandes tostas pulveratas et decoctas in atrophia mesenterica et scrophula non levem opem attulisse vidi. Cupulas pulveratas in alvi fluxibus Scopoli (flora carn. ed. 1. 414.) etc. eximie profuisse vidit. In recti intestini, uteri, vaginae prolapsu fotus cum decocto quercus vinoso, et allumine morbos sanat. Etiam hernias recentes (Lizars edimb. med. and. surg. journ 1822. jul. 401.) Glandes plerarumque specierum suibus gratissimae. Conferatur dissert. Curtii Sprengel de Quercubus veterum in antiquit. bot. Lipsiae 1798.

—

### 688. CARPINUS

BETULUS. C. *Arbor mediocris cortice cinereo albo-maculato laevi, foliis alternis petiolatis ovatis acuminatis glabris duplicato-serratis rugosis nervosis nervis rectis parallelis amentis masculis lateralibus squamis ferrugineis concavis ciliatis staminibus 8-16 antheris pilo terminatis femineis terminalibus solitariis laxis squamis lineari-elongatis, planis recurvis ciliatis germinibus geminis setosis digynis nucibus solitariis ovatis compressis angulatis squamis persistentibus planis demum amplissimis subserratis tripartitis laciniis lanceolatis intermedia elongata.*

C. Carpinizza. Hos. 2. 626. C. sepium. Lam. enc. I. 707. — var. etiam foliis nonnullis subincisis quae est C. incisa. Ait. kew. 3. 362. C. quercifolia. Cand. fr. 5. 505. Ic. Gaertn. carp. t. 89. f. 2. Duham. arb. 1. t. 49. ed. nov. 2. t. 58. Lam. ill. t. 780. Matth. com. 131. f. 2. Camer. epit. 71. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 12. Durant. herb. 93. Engl. bot. t. 2032. Flor. dan. t. 1343. Svens. bot. t. 433. Schk. hand. t. 304. Bah. hist. 1. par. 2. 146. Dodon. pempt. 841. Kram. forstw. t. 4. Kerner. hor. t. 12. Reiter. und. Abbel. abbild. t. 12. Oelhaf. 2. t. 9-12. Heyne. term. bot. t. 41. f. 7. Trattin. arch. t. 163. Hartig. t. 21. Schkran. flor. monac. t. 389. Reich. flor. germ. 12. t. 632. Nees. ab Esemb. gen. 4. t. 20. Baxter. brit. bot. 3. t. 234. Schubert. naturgesis. t. 47. f. 9. Arbor usque 50 pedes alta caudice tamen parvo, ramosa. Nuces positae sunt in axilla squamarum. Amenta prodeunt ante folia. Lignum durum ponderosum torno aptum. Inde sudes validissimae conficiuntur. Floret aprili Vulgaris in sylvis et sepibus.

### 689. FAGUS.

SYLVATICA. F. *Arbor procerrima usque 80 pedalis ramosa ramis patulis subpendulis foliis alternis petiolatis ovatis acutis undulatis serrulatis nitidis flavescentibus villoso-ciliatis amentis pedunculatis masculis globulosis pendulis superiorbus staminibus 5-6 nuculis parvis erectis ovatis.*

F. sylvestris. Gaertn. de fructib. 1. 1. 182. t. 37. f. 2. Var. etiam *Foliis fusco-purpureis.* Ic. Matth. com. 169. f. 2. Camer. epit. 112. Dodon. pempt. 232. Chabr. sciagr. 57. f. 6. Dalech. lugd. 54. fig. 1. 2. Duham. arb. 1. t. 98. Edit. nov. 2. t. 24. Bah. hist. 1. p. 2. 117. Gleich. nevest. t. 17. Kern. hor. t. 10. Oelhaf. 2. t. 68. Reit. und. Abel. Abbild. t. 6. Hunt. evel. sylv. tab. ad pag. 156. Schk. hand. t. 303. Lam. ill. t. 782. f. 2. Schmidt. samml. 1. Flor. dan. t. 1285. Engl. bot. t. 1841. Baxter. brit. bot 3. t. 331. David. Dietrich. deut. flor. 3. t. 7. Linn. trans 5. 11. Svens. bot. t. 361. Trattin. archiv. t. 162. Schrank flor. monac. 4. t. 392. Hartig. t. 20. Dietr. flor. borus. 12. t. 819. Reich. flor. germ. 12. t. 639. Michaux. arb. 2. 8. Nees ab Esemb. gen. 4. t. 24. Bot. zeit. 1850. t. 8. Schacht. baum. 4. 5. 6. Schubert. naturges. t. 47. Folia non nisi vere decidua. Floret maio. In montanis ubique. Cortex interior videtur opem afferre illis qui febre hectica laborant (Lange med. brunsv. dorn. 249.) semina oleosa narcotica sunt quamquam palato grata (Murray apparat. 1. 28.) quae tamen oleum largiuntur gratum et salubre atque non solum ad lucernas alendas idoneum, sed etiam alimentis condiendis aptissimum. Cf. Loisl. des Longcham. in dict. d'hist. natur. 21. 155. sq.

### 690. CASTANEA

VESCA. Gaertn. de fructib. 1. 181. t. 37. f. 1. C. *Arbor procera cortice fusco senio rimoso ramosa ramis patulis foliis alternis brevipetiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-serratis subtus glabris deciduis venosis venis numerosis parallelis fructibus 2-3 spermis floribus masculis spicato-racemosis racemis moniliformibus pendulis, racemis femineis erectis.*

Fagus castanea. L. sp. 1416. Ca-

stanea vulgaris. Savi. pis. 2. 347. C. sativa. Scop. carn. 2. 242. Ic. Matth. com. 175. f. 1. Durant. herb. 98. Dalech. lugd. 51. Chabr. sciagr. 58. f. 1. Camer. epit. 118. Dodon. pempt. 815. f. 1. Flor. med. t. 112. David. Dietr. deut. flor. 5. t. 8. Duham. arb. 1. t. 50. ed. nov. 5. t. 19. Mill. ill. t. 84. Lam. ill. t. 782. f. 1. Hunt. evel. sylv. tab. ad. pag. 159. Bah. hist. 1. par. 2. 121. Blackvv. herb. t. 350 Kram. forstw. t. 23. Trattin. tab. rei herb. ic. 106. Engl. bot. t. 886. Fl. maio. octobr. fructus maturi sunt. Vulgaris ubique in montanis et collinis. Fructus edules optimi tosti atque elixati recentes atque exsiccati. Lignum durum ponderosum quamvis facile fissile. in aqua fere immortale ut Alnus. Resistit etiam prae caeteris aquae et nivi etc. Unde optimi asseres et trabes in domuum tectis et contignationibus. farina seminum alvum sistit ex Duhamel. (arb. 1. 155.) decoctum epispermatis perniones vix prodeuntes arcet, et sanat.

## 691. OSTRYA

VULGARIS. W. sp. 4. 469. O. *Arbor mediocris facie Carpini foliis distichis basi subcordatis ovatis acutis duplicato-dentatis nervosis nervis ferrugineis gemmis obtusis strobilis ovatis pendulis squamis strobilorum inflatis basi villosis limbo perigonii fructiferi brevissimo integerrimo.*

Carpinus Ostrya. Lin. hor. cliff. 447. et spec. 141.. Duham. arb. ed. nov. 2. t. 59. Ostr. carpinifolia. Scop. carn. 2. 215. Nees. gen. 4. 21. Ic. Michel. gen. t. 104. f. 1. 2. Pluken. almagest. t. 156. f. 1. Watson. dendrol. 2. t. 145. Hartig. t. 22. Reich. flor. germ. 12. 635. Bull. mosc. 1850. t. 15. Flor. vere exeunte. In sylvis agri *nic.* praesertim circa *Castiglione.*

## 692. JUGLANS

REGIA. J. *Arbor procera cortice fusco senio rimoso, ramosa ramis diffusis diductis foliis impari-pinnatis 4-6 iugis foliolis oblongis aequalibus subserratis glabris atro-virentibus fructibus globosis.*

Ic. Blackw. herb. t. 247. Knor. del. 1. t. N. 7. Dodon. pempt. 876. Ludvv. ect. t. 188. Duham. arb. ed. nov. 4. t. 47. Flor. med. t. 250. Dalech. lugd. 321. Woodw. bot. med. 1. t. 90. Schk. hand. t. 302. Diction. des scien. nat. t. 268. 269. Annal. des scienc. nat. 17. t. 16. Mem. instit. 1830. t. 3. 8. 1850. t. 12. Nees. ab Esemb. Dusseld. t. 96. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 30. a. et t. 30. 6. t. 96. Guimpel et Schl. t. 98. Wagner. 5. 6. Hayne. 13. t. 17. Nees. ab Esemb. gen. 4. 27 Schubert. naturges. t. 41. f. 5. 17. Patria eius Persia nunc ubique culta ac spontanea. varr. multae coluntur. 1. *Putamine tenero.* 2. *Fructu minimo.* 3. *Fructu maximo.* 4. *Fructu serotino.* Usus eius omnibus notus. Addo oleum prae aliis vermibus inimicum illos interficere aut expellere etiam Taeniam. Decoctum putaminis sicci diarrhoeam ac dysenteriam diuturnam frustra plerisque ad hoc aptis remediis adhibitis facili negotio cohibet. Quod nescio utrum ab alio scriptore vulgatum sit cum Bucherum (disser. de nuce luglande respondente G. F. Spindler. Erford. 1743. 4) legere non potuerim. Omnes arboris partes colorem obscure luteum largiuntur. Cortex radicis lieni tumenti impositus eius obstructionem reserat et tumorem aufert, sed cutem inflammat, et febrem acutam non raro adducit. Epicarpium fruct. carnosum cum Salsaparilla Guajaco, antimonio sulphurato, et hydrargiro sulphurato decoctum sistit in lue venerea rebelli, et hydrargirosi optimum.

## 693. PINUS.

a. *Foliis solitariis.*

b. *Planis subdistichis.*

PICEA. P. *Foliis pectinatis subemarginatis subtus albido-bilineatis approximatis sursum secundis strobilis cylindricis erectis terminalibus squamis*

*obtusissimis appressis bracteis squamas superantibus.*

P. pectinata. Lam. fr. 2. 202. P. Abies. Du Roi. harbk. 2. 95. Reich. flor. germ. 11. t. 533. fig. 1139. Abies pectinata. Cand. fr. 3. 276. Duham. arb. 5. t. 82. Reich. com. de conif. et escad. t. 1. f. 1. Strobilus. Reich. flor. german. 11. 533. Schubert. naturges. t. 48. f. 4. A. excelsa. Link. abb. d. ber. akad. 1827. 183. A. vulgaris. Poir. enc. 6. 514. Ic. Matth. comment. 99. Camer. epit. 48. 49. David Dietrich. deut. flor. 4. t. 171. Dalech. lugd. 54. Chabr. sciagr. 68. f. 1. Bah. hist. 1. 231. Trag. hist. 1177. Nova acta natur. curiosor. 3. app. t. 13. fig. 29. 44. Antoin. confer. t. 27. f. 2. Blackvv. herb. t. 203. Dodon. pempt. 866. Clus. hist. 1. 1. Kerner. oekon. pflanz. t. 468. Kram. fortwes. t. 261. Reit. und. Abel. t. 98. Oelhaf. 1. t. 9-16. Lamb. descript. of. pin. t. 30. Pallas. flora ros. t. 1. F. F. Duham. arb. 1. t. 2. Rocq. phyt. med. t. 148. Woodvv. med. 1. t. 3. Guim. pel holzgevv. t. 156. Arbor procera. Rami horizontales: ramuli pectinati. Folia apice emarginata. Squamae apice paulo latiores, strobilonum subrotundae planae basi acumicatae. Cotyledones quadrilobae. Fl. aprili. In alpinis et subalpinis.

bb. *Foliis angulatis seu subulatis sparsis.*

2. Abies. P. *Foliis brevibus subtetragonis mucronatis bifarium versis viridibus strobilis cylindricis pendulis squamis rhombeis obtusis undulatis imbricatis denticulato-erosis persistentibus ramulisque pendulis, bracteis nullis.*

Picea excelsa. Lam. fr. 2. 202. P. Picea. Du Roi harbk. 2. 110. Reich. fl. germ. t. 532. f. 1138. Abies excelsa. Poir. enc. 6. 518. Duham. arb. nov. edit. 3. t. 80. Rich. com. de conif. et cycad. t. 14. f. 2. et t. 15. Picea excelsa. Link. in Linnaea 13. 517. P. vulgaris. Link. abh. d. ber. akad. 1827. 180. Pinus baldensis. Zucc. cent. 1. in Roem. coll. 158. 4. 96. Ic. Matth. com. 93. f. 1. Dalech. lugd. 50. Durant. herb. 358. Blackw. herb. t. 198. Trag. hist. 117. Nova act. nat. cur. 3. ap. t. 14. f. 3. 10. et t. 16. f. 1. 10. Flor. dan. t. 193. Pluk. almag. 1. t. 1. f. 1. Camer. epit. 47. Dodon. pempt. 866. var. pumila. Clus. hist. 1. 33. f. 2. Lambert. pin. t. 25. Svens. bot. t. 217. Woodvv. med. 1. t. 2. Schk. hand. t. 308. Guimp. holzgevv. t. 157. Nees. ab Esemb. Dnsseld. t. 81. Antoine Conif. t. 33. Schubert. naturgesis. t. 48. f. 3. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 170. Arbor europearum altissima caudice nudo ramis apice pyramidantibus subpendulis. Folia atro-virentia brevia supra nitida ut plurimum curvula. Cotyledones bitrilobae. Strobili terminales ramis. Fl. aprili. In sylvis montanis et subalpinis. In *Sabaudia*: in monte *Cenisio* et di *Cesana*: in alpibus agri *novar*. etc.

aa. *Foliis geminis.*

b. *Glaucis.*

c. *Glauco-coerulescentibus subtus convexis abbreviatis; strobilis reflexis acutis oblongis mediocribus alis semine triplo longioribus.*

3. sylvestris. P. *Foliis glaucis rigidis subtus convexis vagina abbreviata strobilis subsolitariis opacis reflexis longe pedunculatis pedunculis uncinatis squamis subrhombeis truncatis.*

Pinus Mughus. Jacq. ic. rar. t. 193. est var. *humilior*. P. rubra. Mill. dict. n. 3. Duham. edit. nov. 3. t. 67. f. 1. var. *strobilis brevioribus cortice rubido ramis inferioribus reflexis.* P. resinosa. Savi pis. 2. 354. Ic. Matth. com. 93. f. 3. Chabr. sciagr. 69. f. 3. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 172. Dalech. lugd. 44. f. 1. Kram. forstvv. t. 26. Hort. angl. t. 17. Reit. und. Abel. albild. t. 97. idem Oekon. pflanz. t. 472. Oelhaf. t. 2. Mill. ill. t. 82. Woodvv. med. bot. t. 207. Hunt. evel. sylv. t. ad. pag. 266. Nov. act. nat. cur. 111. app. t. 13. f. 1. 3. t. 16. Hayne term. bot. 33. f. 3. Schvvcllemb. albild. t. 1. 4. Pallas. flor. ros. t. 2. fig. I. Lamber. pinus. t. 1. Kerner. hor. t. 3. Blackvv. herb. t. 190. Duham. arb. 2. t. 50. edit. nov. 5. t. 66. Guimp. t. 150. Anton. Conif. t. 4. f. 5. Engl. bot. t. 2460. Svens. bot. t.

91. Reich. flor. germ. t. 521. fig. 1127. Barrel. ic. 729. Baxter brit. bot. 5. t. 389. Schk. hand. t. 508. Hartig. 4. Schkr. flor. mon. 3. t. 225. Nees ab Esemb. dusseld. t. 80. Guimp. et Schl. t. 171. Wagner. t. 185. Dietr. flor. borus. t. 686. Richard. conif. 11. t. 25. Lam. ill. t. 786. Ann. des scienc. nat. 2. 20. t. 9. 5. 11. t. 6. Nees. ab Esemb. gen. 4. t. 6. Schact. baum. 2. 6. Jaeger. obs. 1. Caudex usque 80 pedalis ut plurimum tame brevior saepe distortus ramis obliquis cortice rimoso, pallide virens, si in sylva densa vivit caudex inferne longe nudus, contra si solitarius et loco aprico et a basi ramosus est. Folia recta linearia rigidissima acuta subpungentia supra concava subtus convexa minute ciliata squamis fulcrantibus lanceolato-subulatis albo-marginatis apiceque albis fimbriatis fimbriis araeknoideo connexis ramulum novellum laxe involventibus strobilis opacis hornotinis in pedunculo uncinato longitudine strobili ipsius ad terram deflexis maturis conicis scuto squamarum strobili maturi convexo vel inferiorum obtuse rostrato rostro brevi recurvo amentis masculis ovatis oblongisve antherarum crista reniformi vel breviter ovata parce obtuse denticulata. Strobili squamae facile aperiuntur. Fl. aprili. maio. In montibus, alpibus, et collibus praeserlim *Liguriae* et Montisferrati etc.

cc. *Atro-viridibus crassis duriusculis margine scabris semiteretibus supra vix canaliculatis abbreviatis erectis strobilis parvis ovatis erectis alis semine triplo longioribus.*

4. Mughus. Scopoli carn. 2. 247 P. *Caule subnullo ramis imis breviore a basi ramoso ramis imis late diffusis decumbenti-ascendentibus foliis geminis crassis duriusculis gramineo-viridibus strobilis parvis demum recurvatis unguis angulo inferioribus soluto retroflexo.*

P. Pumilio Haenk. berbact. auf. der Regens. 68. Waldst. et Kitaib. t. 149. Lambert. pin. t. 2. Antoin. Conif. t. 3. f. 4. Pinaster Pumilio Clus. hist. pannon. 15. ic. Truncus ascendens. — var. *trunco erecto 40 pedali.* est P. obliqua Sauter. Regensb. bot. zeit. P. rotundata. Link. abh. der. ber. akad. 1827. 168. 170. P. uliginosa. Neumann. etc. Ic. Matth. com. 94. f. 2. Clus. hist. 1. 32. f. 2. Reich. flor. germ. t. 525. f. 9. 1130. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 175. Caudex in uliginosis erectus ramis verticillatis sensim ascendendo brevioribus pyramidatus. Folia pollicem longa ima breviora erecta vel in idem latus inclinata. Squamae fulcrantes lanceolato-subulatae superne albo-marginatae apice fimbriatae fimbriis arachnoideo-connexis ramulum novellum laxe involventibus strobilis nitidis hornotinis in pedunculo recto strobilo ipso dimidio breviore erectis maturis ovalibus conicisve patentibus vel deflexis scuto squamarum convexo vel obtuse rostrato rostro brevi recurvo alis semine duplo triplore longioribus amentis masculis ovatis superioribus dense compositis crista antherarum reniformi vel subquadrata inaequaliter denticulata. In alpibus agri *nic.* et apennino *Liguriae orientalis.* Floret maio.

ccc. *Glauco-albentibus longissimis primordialibus solitariis ciliatis alis semine triplo brevioribus strobilis maximis ovato-subrotundis.*

5. Pinea. P. *Foliis rigidis primordialibus brevibus ciliatis strobilis lucidis maximis ovato-conicis obtusis subsessilibus erectis vel recurvis squamis crassis lignosis rotundatis nucibus subapteris duris ramis superioribus corymboso-fastigiatis.*

Ic. Bah. hist. 1. 248. Camer. epit. 93. Blackvv. herb. t. 89. Duham. arb. 27. Edit. nov. t. 72 bis fig. 3. et t. 73. Dalech. lugd. 44. fig. 1. Chabr. sciagr. 69. f. 1. Matth. com. 93. f. 1. Ginan pin. raven. t. 3. 6. Durant. herb. 359. Lamber. pin. t. 6. 7. 8 Richard. con. t. 12. f. 1. Reich. flor. germ. t. 528. fig. 1133. a. b. Pinetum Worburnense. 40. 40. b. Nees. ab Esemb. duss. t. 78. 79. Dict. des scien. nat. t. 508. 509. Lam. ill. t. 786. Ant. Conif. t. 6. Arbor excelsa pulcherrima usque 50 pedalis caudice inferbe nudo ramis patentibus horizontaliter ut umbellam sistant. Folia semipedalia de-

mum glaberrima etiam aliquando obscure virentia; strobili non raro penduli sunt. Squamae lignosae durissimae sunt. Nuces durissimae ligneae non nisi malleo aperiendae. Semina edulia. Fl. aprili. In montibus agri *nicen.*

bb. *Foliis obscure virentibus.*
c. *Rigidis asperiusculis abbreviatis.*

6. Pinaster. Ait. kew. 3. 367. P. *Foliis rigidis asperiusculis crassis vaginis elongatis strobilis conicis folio brevioribus recurvatis squamis apice incrassatis retrorsum dorso mucronatis caule elato ramoso-subpyramidato.*

P. Laricio. Sant. viag. 3. t. 1. P. maritima. Lam fr. 2. 201. Duham. ed. nov. 5. t. 72. et 72. bis. fig. 1. Strobilus. P. brutia Tenore flor. neap. prodr. 69. videtur var. foliis flaccidis strobilis sessilibus squamis flavis. qui characteres nescio utrum firmi sint et constantes et valeant speciem bonam constituere. Mihi videtur var. quae P. Pinastrum cum P. halepense coniungat. Ic. Matth. com. 93. f. 4. Dalech. lugd. 44. fig. 5. Lamber. pinus t. 4. Reich. flor. germ. t. 525. fig. 1152. Kochel. banat. t. 29. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 76. 77. Ant. conif. t. 6. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 173. Arbor procera caudice recto inferne nudo superne ramoso ramis pyramidantibus cortice laevi cinereo. Folia subpungentia elongata angusta. Amenta mascula racemosa numerosa. Antherarum crista subrotunda. strobili glomerati rubidi nitentes pedicellati, reflexi penduli. Fl. aprili. In collibus agri *nic.* et *Liguriae.*

cc. *Laevibus filiformibus longissimis strictis.*

7. halepensis. Ait. ibid. P. *Foliis filiformibus longissimis strictis strobilis ovato-conicis deorsum inflexis squamis obtusis laevibus.*

Ic. Lamber. pinus. t. 7. Pinet. Woburnense. t. 28. Ant. conif. t. 1. Reich. flor. germ. t. 526. f. 1153. P. maritima. Lamber. pin. 13. t. 10. et t. 11. Duham. arb. edit. nov. 5. t. 70. Non video characteres firmos quibus differat a P. Pinastro: ideo habeo var. *pumiliorem* orarum calidiorum incolam. Nam et P. Pinaster habet folia plerumque longissima ut halepensis et Ic. Matthioli (com. 93 fig. 4. et Dalech. lugd. 44. f. 5.) quas Bertoloni aliique ad hanc speciem referunt omnino P. Pinastrum pingunt strobilo excepto, qui paulo longior, et acutior est. Fl. aprili. In *Liguria orientali*: circa *Clavarum.* et insul. *portus Lunae*, etc. etc

aaa. *Foliis quinis.*

8. Cembra. P. *Foliis strictis laevibus ternis quinisve viridibus filiformibus longiusculis triquetris dorso convexis supra angulo elevato carinatis utrinque canaliculatis glauco-striatis demum delapsa vagina basi nudis squamis fulcrantibus ovato-lanceolatis subulato-attenuatis albo-marginatis parce fimbriatis fimbriis liberis strobilis erectis ovatis obtusis sessilibus squamis appressis planis pubescentibus apiculatis scuto destitutis apice patulis nucibus apteris putamine fragili caule ramoso-paniculato subpyramidato.*

P. montana. Lam fr. 3. 651. Ic. Duham. arbr. 2. t. 32. edit. nov. 5. t. 77. fig. 1. Bellon. de arb. conif. 22. Michel. gen. t. 19. fig. D. E. folium. Lamb. pin. t. 23. 24. Reich. fl. germ. t. 530. fig. 1136. Gmel. sibir. 1. t. 39. Camer. epit. 42. Ant. conif. t. 20. f. 2. bona. Chabr. sciagr. 69. f. 4. Pallas. flora ros. t. 2. Pinet. Worburn. t. 27. Hartig. t. 7. Arbor difformis humilis. Folia setosa subpungentia. Fl. vere. In alpinis frequens etiam apud nos.

aaaa. *Foliis fasciculatis deciduis ramulorum hornotinorum solitariis.*

9. Larix. P. *Foliis annuis obtusis mollibus linearibus planis subcanaliculatis pallide virentibus strobilis lateralibus parvis papyraceis ovato-oblongis erectis squamarum marginibus reflexis laceris apicibus laxis bracteolatis emarginatis tricuspidatis.*

Abies Larix. Lam. ill. t. 785. f. 2. Duham. arb. edit. nov. 5. t. 79. f. 1. Richards. com. t. 13. Larix europaea.

Cand. fr. 5. 277. Ic. Bellon. de arb. conif. 25. Durant. herb. 242. Matth. com. 98. Dalech. lugd. 55 Tournef. instit. t. 357. Blackw. herb. t. 417. Antoin. conif. t. 21. f. 2. Chabr. sciagr. 71. f. 3. Camer. epit. 45-46. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 174. Ludw. ect. t. 86. Bah. hist. 1. 205. Dodon. pempt. 668. Hort. angl. 45. f. 11. Nov. act. nat. cur. 5. ap. t. 5. f. 8. 28. Pallas. flor. ros. t. 1. Woodw. med. bot. 1. t. 4. Lamber. pin. t. 38. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 84. Guimp. et Schl. t. 172. Wagner. t. 91. (permagna) Holler König. t. 1. (Embryo) Bullot. mosc. 1849. 2. 10. 11. (Embryo) Ann. scien. nat. 5. 14. 12-15. Verhandl. Schles. forstv. 1853. 4. Schubert. naturges. t. 48. f. 5. Arbor mediocris ramis brevibus deorsum inflexis. Folia mollia. Cortex crassus rimosus. Strobili parvi ovato-oblongi rubro-violacei. Amenta mascula solitaria luteola ovata: feminea ovato-conica in anthesi pulcherrime rubra. Squamae obtusae nervo medio in mucronem caducum excurrente. Cotyledones simplices non lobatae. Floret vere. Ubique in alpibus. Ex omnibus speciebus elicitur resina quae adhibetur multiplici usu. Mirum est in vino potam venerem languentem suscitare quod multiplici experimento comprobavi. Urinam etiam valdopere auget, quod et perficit decoctum foliorum. Pix sutoria ulcera mirum in modum mundat et cito ad sanationem ducit: etiam scrophulosa quod mihi in ulceribus strumosis solemne est. Partes actuosiores sunt strobili adhuc molles et folia tenella et summitates. Optimum remedium in scorbuto, arthritide et rheumatismo praesertim diuturno. Decoctum vinosum prae aliis praeparatis melius est. Dentes vacillantes firmat, cariem avertit, et dolores mulcet. Optimum remedium in hydrope. In scabie et impetigine diuturna ac rebelli. Resina gonorrhoeam et blemorrhoeam, ut balsamum Copaive et alia similia sanat. Etiam Ascarides pellit. Aqua qua pix infusa sit optimum sistit remedium in omnibus morbis de quibus hactenus sermo fuit, praesertim in phtisi pulmonali ulcerosa si inflammatio non subest vel comitatur morbum. Pix praesertim burgundica quae a Pino Larice petitur omnibus notissima et domestici usus: forma cerati dolores rheumaticos diuturnos mulcet et aufert et visceribus obstructis apposita obstructiones discutit et sanat, clavos pedum solvit. Oleum terebintinae foetidum cum adipe svillo in unguento herpetes sanat etiam in ovibus, et bobus, et equis: pediculos fugat et occidit. Ipsam etiam forte lepram aufert. Oleum terebintinae limpidum maculas unguinosas delet super pannos laneos et sericum, tineas a pannis laneis et pellibus arcet et occidit, et vapore suo et odore herpetes laeviores sanat. Cum ammonio liquido et oleo linimentum conficitur optimum ad sopiendos dolores rheumaticos vel podagricos. Medici homiopathici commendant tincturam turionum pini sylvestris in puerorum artuum infirmitate praesertim inferiorum qua fit ut tarde et difficulter incedant, quod a rachitide et scrophulosi est. Plura etiam dicenda supersunt quae vid. apud Murrayum, Richterum etc. *Terebintina communis* ex *Pino Picea*: *Terebintina veneta ex Pino Larice Pix* ex *Pino sylvestri* etc. plura videbis in Duhamel arbr. etc.

## 694. TYPHA

Herbae perennes radice repente paludes et loca humida ac spongiosa habitantes glabrae culmo enodi inferne vel seorsim folioso foliis alternis linearibus strictis basi dilatata vaginantibus spica terminali clavata compacta.

a. *Spica utraque contigua.*

1. LATIFOLIA. T. *Spica utraque cylindrica squamis flaccidis simplicissimis foliis lato-linearibus subensiformibus convexo-planis culmo florente longioribus filamentis florum masculorum anthera duplo triplove longioribus floribus femineis bractea destitutis stigmate obliquo spathulato-ovato acuto cum colorata parte ultra setas emergente.*

T. Suttlevortii Koch. syn. 786. vi-

detur var. *humilior stigmate breviore.* Ic. Matth com. 574. Durant. herb. 456. Dalech. lugd. 994. Dodon. pempt. 604. omnes ex Matthiol. malae. Carent enim spica mascula. C. Bauh. theatr. 538. Engl. bot. t. 1455. Curt. lond. 5. t. 61. edit. Graves. 5. t. 127. Flor. dan. t. 645. Svens. bot. t. 520. Lob. ic. t. 81. f. 1. Gaertn. fruct. 1. t 2. Lam. ill. t. 748. f. 1. Schk. hand. t. 271. Moris. sect. 8. t. 13. f. 1. Bah. hist. 2. 539. Chabr. sciagr. 198. f. 2. 3. Fuchs. hist. 823. Camer. epit. 607. Tabernam. ic. 246. Guillemin. arch. 1. t. 5. Spach. suites. 95. Nees. ab Esemb. gen. 3. 10. Reich. flor. germ. 1. 323. Schubert. naturgesis t. 46. f. 2. D. Dietr deut. fl. 5. t. 96. Radix nodosa horizontalis. Culmus orgyalis et ultra cylindricus strictus rigidus. Folia convexiuscula. Spica feminea nigro-virens, mascula flavida. raro paulo distant inter se. Spathae duae deciduae altera ad basim spicae masculae altera ad medium; aliquando desunt omnino. Anthera 1-4. Fl. aest. ubique in fossis, paludibus, oryzetis etc.

aa. *Spica mascula a feminea remota.*

b. *Foliis culmo florente longioribus.*

2. ANGUSTIFOLIA. T. *Spicis cylindricis remotiusculis aphyllis squamis cutiusculis inciso-dentatis foliis angusle linearibus subcanaliculatis culmo florente longioribus inferne semicylindricis filamentis florum masculorum anthera sesquilongioribus floribus femineis plerisque basi bractea filiformi apice subspathulato-dilatata setas aequante fultis stigmate elongato anguste lineari longe attenuato ultra setas emergente.*

T. media. Cand. fr. 3. 302. Ic. Bah. theatr. 340. Moris. s. 8. t. 13. f 2. Bah. hist. 2. 540. Lam. ill. t. 748. f. 2. Flor. dan. t. 815. Fuchs. hist. 822. Curt. lond. 5. t. 62. Ed. Grav. 5. t. 120. Tournef. instit. t. 301. Engl. bot. t. 1456. Svens. bot. t. 234. Baxter. bot. brit. 5. t. 347. Diction. scien. nat. t. 9. Schk. hand. t. 281. Reich. flor. germ. t. 321. D. Dietr. deut. fl. 5. t. 97. Caulis vix bipedalis. Folia inferne semiteretia Spatha aliqua do a-dest in basi flor. masc. ut plurimum deest. Fl. aest. In palustribus.

bb. *Foliis culmo florente brevioribus.*

3. MINOR. Smith. brit. 860. T. *Spica mascula cylindrica remotiuscula subfoliata squamis obsoletis filamentis latiusculis apice incrassatis submonandris, feminea elliptica crassa culmo basi squamato foliis culmo florente multo brevioribus caulium florigerorum lanceolatis fasciculorum sterilium lineari-angustissimis.*

T. angustifolia b. Lin. sp. 1378. T. minima. W. sp. 4. 198. et Pollini. fl. veron. 3. t. 1. Dav. Dietrich. deut. flor. 5. t. 97. var. *spica utraque brevi cylindracea gracili.* Lob. ic. 81. Moris. s. 8. t. 13. f. 3. Ic. Reich. flor. germ. t. 319. Bah. hist. 2. 540. Tabernam. Krtb. 559. Dalech. lugd. 995. Chabr. sciagr. 198. f. 1. Culmus gracilis vix sesquipedalis. Folia glauca. Fl. aest. In oris amnium et fluviorum quibus aquae lente moventur. Icon. Pollini optima quae probat phrasim W. malam esse. Folia enim dicit *setaceo-linearia.* T. trispathacea Re append. ad flor. pedem. ined. apud Collam herb. pedem. 7. 425. 426. est var. *spicis contiguis spathis tribus una ad basim spicae femineae altera ad basim spicae masculae altera ad eius apicem foliis radicalibus angustissimis setaceo-linearibus canaliculatis longissimis planis culmo brevioribus* qui characteres inconstantes sunt et neutiquam apti ad bonam speciem constituendam. Spica enim mascula non raro spathas habet plures una ut liquet ex descriptione Smithii l. c. et ut saepe vidi in exemplaribus viventibus.

## 695. RICINUS

COMMUNIS. R. *Herba apud nos annua usque orgyalis in pinguibus usque biorgyalis in locis calidioribus fruticosa (quod perperam W. sp. 4 564. negat) caule erecto ramisque glauco-pruinosis foliis alternis peltatis palmatis serrato-dentatis floribus racemosis superioribus femineis inferio-*

*ribus masculis staminibus sanguineis capsulis echinatis viridibus.*

Ic. Matth. com. 778. Dalech. lugd. 1630. Chabr. sciagr. 529. f. 3. Dodon. pempt. 367. Lob. hist. 592. Ludw. ect. t. 7. Blackw. herb. t. 148. Lam. ill. t. 792. Flor. med. t. 298. Regn. bot. Reede hor. malabaricus. 2. t. 32. Rumph. amboin. 4. t. 41. (R. viridis R. W. sp. 4. 654. Eius. hor. 49.) Moris. s. 10. t. 3. f. 1. Gaertn. fruct. t. 107. Woodvv. med. bot. t. 221. Sibt. flor. gr. t. 952. Botan. mag. t. 2209. Dict. scienc. nat. t. 276. Desc. ant. 1. t. 59. 2. t. 127. Schk. hand. t. 312. Hayne. 10. t. 48. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 140. Guimp. et Schl. t. 115. Wagner t. 33. Spach. suites. t. 76. Berg. darstellung. l. c. Roep. t. 1. fig. A-I. Schubert naturgesis. t. 48. f. 1. Caulis geniculatus fistulosus superne flexuosus. serraturae foliorum glandulosae. Petioli longitudine foliorum teretes apice biglandulosi glandulis peltatis basi uniglandulosi glandula solitaria sessili. Glandulae duae oppositae ad basim petioli in caule. Semina subovata cinerea nitida fusco-maculata lituris irregularibus. Flor. aest. Autumno semina matura sunt. Patria eius Graecia (Herodot. hist. 2. 94.) *Africa, India utraque, Chili* etc. In Aegypto culta erat (Herodot. l. c.) Oleum inde exprimebant lucernis alendis aptissimum, quod tamen gravem spargebat odorem. Ubique nostra aetate cultus ob semina quibus oleum exprimitur. Quod recens et probe paratum alvum purgat et vermes pellit, et interficit. Cave tamen ne vetus sit. Colicos tunc dolores vehementes et inflammationes intestinorum difficillime superandas ciet. Oleum iam veteribus notum. Aegyptii apud quos ingens usus erat simili prope modo quo hodie pharmacopolae, oleum parabant. In achoribus et scabie praescribit Dioscorides, et inflammationibus ani, ad aurium dolores (recens paratum) et cicatrices foedas, emplastris addebat ut illa redderet efficaciora. Intus etiam adhibebat, quo solvebat alvum, et ejiciebat vermes. Doleo nostri aevi medicos ad acores et scabiem non adhibere.

## 696. JUNIPERUS

Frutices vel arbusculae vel arbores sempervirentes foliis lanceolatis vel linearibus carinatis rigidis pungentibus patentibus vel brevissimis ovatis imbricatis squamaeformibus strobilis globosis drupaceis gemmis nudis.

a. *Foliis lanceolato-linearibus carinatis rigidis pungentibus.*

b. *Baccis demum nigris acute tuberculatis folio brevioribus.*

1. COMMUNIS. J. *Arborescens foliis ternis patentibus rigidis pungentibus supra canaliculo toto uniformiter glauco albo baccae globosae pruinosae folio multo brevioris tuberculis acutis conniventibus.*

J. pendula. Spad. xil. 1. 311. J. hemisphaerica. Presl. delic. prag. 142. Ic. Matth. com. 113. Dalech. lugd. 67. Chabr. sciagr. 72. f. 2. Clus. hist. 1. 38. Eiusd. pan. 25. Bah. hist. 1. 302. Ludvv. ect. t. 189. Knor. del. hor. 1. t. W. 8. Blackvv. herb. t. 187. Lam. ill. t. 829. Dodon. pempt. l. 852. Kram. forst. t. 18. Kniph. cent. 1. 4. 48. planta mas. Reiter. und. Abel. abbild. t. 100. Pallas. flor. ross. 2. t. 4. Oelhaf. 1. t. 12. Duham. arb. 1. t. 127. Edin. nov. 6. t. 15. Woodw. med. bot. t. 96. Flor. med. t. 180. Fuchs. hist. 78. Durant. herb. Svens. bot. t. 289. Richards. com. t. 3. Reich. flor. germ. t. 535. f. 1141. Baxter. brit. bot. 6. t. 431. Diction. scien. nat. t. 307. Bigelow. med. 44. Bull. mosc. 1833. t. 7. Gaertn. fruct. t. 91. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 177. Hartig. 10. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 86. Guimp. et Schl. 170. Schubert. naturges. t. 30. f. 3. Wagner. t. 92. Nees gener. 4. t. 12. Jun. nana. W. sp. 4. 854. est procul dubio var. foliis supra *unicoloribus baccis ellipsoidibus* quae pingitur in Bah. hist. 1. 302. Clus. hist. 1. 38. Engl. bot. t. 2743. Reich. flor. germ. t. 133. fig. 1142. Guimp. holzgew. t. 207. Apud nos J. communis habet folia supra unicolora et cum vivit in sylvis ceduis, et ericetis quibus frequens caeditur vel morsu pecorum laeditur humillissima est

ramosissima prostrata. Arbuscula difformis ramosissima ramis diffusis cortice senio rimoso. Folia primum mollia imbricata demum patentissima supra convexa glauca. Amenta solitaria axillaria ovata parva mascula flava, feminea minora viridula. Baccae aliquando albae. Semina angulata. In arvis sterilibus apricis, et ericetis passim.

bb. *Baccis demum rubidis lævibus magnis folio longioribus.*

2. Oxycedrus. J. *Arborea foliis ternis patentissimis remotiusculis pungentibus acute carinatis supra bisulcatis bacca globosa vel ovali pruinosa longioribus.*

I. macrocarpa. Tenor. neap. 5. 282. Reich. flor. germ. t. 537. fig. 1146. var. *bacca maiuscula ovata.* est I. Lobelii. Guss. syn. 2. par. 2. 635. Lob. ic. 2. 223. Eiusd. observ. 629. Dalech. lugd. 66. Bah. hist. 2. 300. — var. *bacca minore aliquando etiam nigra* quae pingitur in Durant. herb. 102. Clus. hist. 1. 59. Lob. observ. 629. et eiusd. ic. 2. 223. Dodon. pempt. 853. Bah. hist. 1. 297. Duham. arb. edit. 200 6. t 15. f. 2. Reich. flor. germ. t. 537. fig. 1145. Ic. Richard. com. t. 6. fig. a. b. Ceterum simillima. J. communi. freq. in agro *segus. nicens. Liguria* etc. Floret aprili.

aa. *Foliis neutiquam pungentibus.*

b. *Sexfariam imbricatis: baccis flavidis vel rubris.*

3. phoenicea. J. *Arborea foliis undique imbricatis appressis rhombeo-ovatis obtusiusculis minimis dorso uniglandulosis glandulaque evanescente foveolatis baccis globosis ovalibusque patentibus.*

J. lycia. L. sp. pl. 1471. All. ped. 2. 182. J. Sabina. Savi. mat. med. veg. 49. J. Sabina. femina Targ. osservaz. dec. 3-5. pag. 75. t. 15. fig. 61. Ic. Matth. com. 118. Durant. herb. 405. Clus. hist. 1. 38. Lob. ic. 221. Dodon. pempt. 853. Dalech. lugd. 59. Duham. arb. 1. t. 52. Edit. nov. 6. t. 17. Reich. flor. germ. tab. 536. fig. 1144. Pallas. flor. rossica. t. 57. — var. *foliis ramulorum inferiorum elongatis patulis linearibus.* Lob. advers. 447. Eiusd. ic. 2. 220. Bah. hist. 1. 500. Gussone. plant. rar. t. 62. Arbuscula difformis ramosissima ramis diffusis cortice rubido senio rimoso. Fl. vere exeunte. In collibus agri *nic.* et *Liguriae.*

bb. *Quadrifariam imbricatis, baccis parvis cæruleis.*

4. Sabina. J. *Fruticosa foliis rhombeis, vel lanceolatis quadrifariam acute imbricatis decussatis dorso uniglandulosis decurrentibus oppositionibus pixidatis junioribus abbreviatis obtusiusculis adultioribus acutis remotiusculis lanceolatis acuminato-mucronatis longiusculis baccis verrucosis globosis vel ovalibus pedunculo recurvo pendulis nigro-cæsiis.*

Ic. Matth. com. 114. Dalech. lugd. 182. Chabr. sciagr. 72. t. 56. Dodon. pempt. 854. Bah. hist. 1. 288. Garid. Aix. t. 62. Ludw. ect. t. 93. Blackvv. herb. t. 214. Bull. herb. t. 159. Duham. arb. 2. t. 62. Fl. med. t. 305. Rocq. phyt. medic. t. 149. Duran. herb. 406. Lob. observ. 626. Eiusd. ic. 2. 220. Pallas. flor. ros. t. 56. fig. 2. Reich. flor. germ. t. 536. fig. 1143. Woodvv. med. bot. 1. t. 5. Schk. hand. t. 338. Guimp. holzgevv. t. 205. Guimp. et Schl. t. 169. Brandt. und Ratzeb. t. 47. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 87. Wagner. t. 197. Frutex foetidissimus usque orgyalis ramosissimus ramis erectiusculis cortice rubido. In rupestribus alpinis apricis calidis a mari remotis non infrequens. In agro *segus.* supra *les ferrieres* etc.

Juniperus communis (etiam forte Oxycedrus) stirps est amara, aromatica, balsamica. Inde vires reficit, viscera praesertim sanguini parando dicata roborat atque urinam ciet. Unde utilis in hydrope qui a virium infirmitate est. Calculum etiam comminuit. Ego bono successu adhibui in pellagra cum vires iam ruere incipiunt et cachexia et hydrops imminet, quamquam interitum non avertit. In scorbuto magnam opem adfert. Magna vis eius in obstructionibus reserandis et viribus quassatis post febres intermittentes reficiendis. Decoctum li-

qui roborat vires, sudores ciet ita ut ligno Guaiaci aequiparaverit Brassavola. Sub usu Juniperi urina odore violae foeta est. Scabiei sanationem multum adiuvari manus illa foedas saepe lavando Rosensteinius (Bskd. 468) testis est. Vires roborando vermibus inimica est: ideo illos fugat et interficit. Optimum remedium in diuturno catharro senum quem sanat urinae profluvium augendo. Radicem eius magnam vix exserere in scabie, ozaena, ischiade, obstructionibus hepatis, arthritide, blenorrhagia syphilitica, cataracta incipiente et suppressis haemorrhoidibus scripsit Brach (dissert de Juniperi radice decoct.) apud Murrayum app. 1. 20. Eadem fere omnino diserte Dioscorides lib. 1. cap. 103. Tom. 1. 104. perperam itaque medici nostri aevi pauci vel flocci faciunt. — Juniperus phoenicia vel lycia Olibanum fundit. Quod ad suffimenta in sacrificiis ac templis deorum in usu erat, atque etiam hodie apud Russos', et christianos catholicos dictos, adhibetur externo usu in emplastris et balsamis in morbis rheumaticis diuturnis et nervorum doloribus ac distensionibus. — J. Sabina frutex celebris et iam inde a Galeni, et Dioscoridis temporibus notissimus atque infamis quo scelestae mulieres crebro utuntur ad foetus abigendos non sine tamen ingenti vitae periculo. Pulvis eius in ulceribus mali moris diuturnis et cachecticis, atque ossibus carie corruptis magnas exserit vires, et ad sanationem cito perducit. Cathamenia Sabina revocare numquam potui. Qui recte virtutem eius exploraverunt medici homiopathici imperant in haemorrhagia uteri sive illa sit violenta sive lenta sit et intercurrens cum praecipue sanguis subater vel subaquosus est. In fluore albo mulierum, in haemoptisi, doloribus pectoris atque ad phtisim habitu: in morbo haemorrhoidario, in odontagia, in arthritide et sycosi. Optimum remedium in abortu praecavendo, et carie, quod experientia mea confirmatum vidi. In hydrocele atque hydrope ovariorum, malo hysterico atque hypochondriaco et melancholia praecipue si cum vertigine junctae incedunt, et sanguis in caput congeritur. Ego quotidie utor illa ad abortum praecavendum, et in diuturnis ex utero sanguinis profluviis modo, et dosi ut solent medici homiophatici optimo successu. fertilitatem adducere mihi visa est in foeminis quae frigidae sunt et genitalium vitio organico non laborant. Abortum bis certissime praecavi in foeminis, quae foetus iam medio graviditatis tempore antea multoties expulerant, quae etiam alios foetus postea perfectos ediderunt. Et bis vidi foeminas iam longaevas et frigidas usu Sabinae foecundas factas et foetus validos et bene constitutos atque adhuc viventes peperisse.

## 697. TAXUS.

BACCATA. T. *Arbor facie Abietis ramosa ramis horizontalibus foliis sempervirentibus distichis alternis approximatis lineari-lanceolatis planis aristatis supra atro-virentibus nitidis subtus pallidioribus marginibus subrevolutis caudice recto cortice laevi deciduo fructibus rubris amentisque masculis ac femineis globosis axillaribus solitariis sessilibus.*

Ic. Matthiol. com. 699. fig. 2. Dalech. lugd. 78. Chabr. sciagr. 69. f. 1. Camer. epit. 840. Durant. herb. 455. Bah. hist. 1. 141. Dodon. pempt. 859. Duham. arb. 2. t. 86. edit. nov. 1. t. 19. Blackw. herb. t. 572. Flor. med. t 199. Rocq. phyt. med. t. 150. Schk. hand. t. 359. Lam. ill. t. 829. Engl. bot t. 746. Fl. dan. t. 1240. Svens. bot. t. 265. Richards. com. t. 2. Sturm. deut fl. heft. 14. Reich. fl. germ. t. 538. fig. 1147. Baxter. brit. bot. 3. t. 522. Dict. des scienc. nat. t. 506. Spach. suites. t. 132. Hartig. 9. Nees. ab Esemb. dusseld. t. 88. Eiusd. gen. 4. t. 14. David. Dietrich. deut. flor. 4. t. 176. Brandt. und. ratzeb. t. 46. Gaertn. fruct. t. 91. Annal. des scienc. nat. 2. 20. t. 11. Schnitzl. icon. 2. t. 78. Hofmeister Untersuchungen t. 31. Schubert. naturges. t. 30. f. 6. Flores masculi calycem nullum habent. Stamina receptaculo columnari communi adfixa. Flores feminei amenta sistunt uniflora et calycem habent annularem inte

gerrimum qui demum exscrescit pulposus fit, atque amplectitur semen ut mentiatur baccam apice pertusam. Fl. vere. In sylvis excelsis montium et alpium. Medici homiopathici adhibent Taxum in vehementibus capitis doloribus, ardore ventriculi, alvo clausa, et nervorum distensionibus.

## 698. POTERIUM

Herbae vel frutices foliis alternis impari-pinnatis foliolis serratis stipulis petiolo adnatis floribus terminalibus densissime spicatis sessilibus basi bracteatis bibracteatisque.

a. *Fructus (tubus calycis) laevis subbaccatus: spicae cylindraceae: caules fruticosi spinosi:* Leio poterium. Cand. pr. 2. 594.

1. spinosum P. *Fruticosum ramis subvillosis extremis in spinas ramosas divaricatas abeuntibus foliolis minutis glabriusculis serratis spicis oblongis.*

Sanguisorba spinosa. Bertol. flor. ital. 2. 191. Ic. Bah. hist. 1. 409. Moris. s. 8. t. 18. f. 5. Clus. hist. 2. 503. Sab. hor. rom. 2. t. 73. Matth. com. 461? Dalech. lugd. 1488. f. 1. Barrel. ic. 631. Lam. enc. t. 777. Sibt. flor. gr. t. 943. Fruticulus pedalis et ultra. Petioli dilatati amplexicaules. Foliola subrotunda, ovata, obovata, cuneiformia, crenata subtus cinerea. Flores parvi terminales ramis stellati rubro-virides. Bacca globosa carnosa semicylindrica oblonga. Fl. aest. In montibus circa *Garexium* et la *Morra* in collibus *taurinens.* etc. Dubium adhuc est, quid quid scripserit Curtius Sprengel (Dioscor 2. 498.) utrum Poterium Dioscoridis (Dioscor. 1. 558. 559. lib. 3. cap. 15.) sit Astragalus Poterium Pallas vel Poterium spinosum. Icc. Mstthioli, et Dalechampii mihi videntur omnino alienae praesertim ob spinas neutiquam ramosas et foliola sublinearia. Verum non videntur Astragalum pingere. Fructus baccam potius refert quam leguminum congeriem. Neque obest gutta humoris quae in aere concrescat. Nam nescimus utrum iste gummi sit vel potius resina Poterium Dioscoridis est stirps aromatica, quae peculiari actuosissima vi agit in nervorum vulneribus, unde *newada* dicta, quae dos omnino aliena est ab Astragalis qui nonnisi succo gummoso foeti esse videntur. Itaque Poterium Dioscoridis vel Poterium spinosum Lin vel melius aliam stirpem aromaticam tamen ab Astragalis omnino alienam esse autumo. Forte species corymbifera est, quae Arnicae virtutem aemulatur.

aa. *Fructus (tubus calycis) rugosus aut tuberculatus: spicae globosae: caules herbacei.* Rutidopoterium. Cand. l. c.

2. Sanguisorba. P. *Herbaceum glabrum glaucescens caule ramisque strictis angulatis spicae ovato-oblongae floribus androgynis inferne masculis foliolis ovato-subrotundis fructibus osseis reticulato-rugulosis quadrangularibus angulis obtusis stigmatibus penicillatis.*

Sanguisorba minor. Scop. carn. 1. 110. Pimpinella Sanguisorba Gaertn. de fruct. 1. 162. t. 32. Poterium agrimoniaefolium. Moris. elen. fasc. 3. 8. — P. polygamum W. et Kitaib. 2. 217. t. 198. mea sententia est var. *procerior fructus angulis alatis.* Flores enim etiam in P. Sanguisorba vulgari ut plurimum polygami in medio sunt. Huc etiam trahendum. P. glaucescens Reich. excurs. 610. — var. *inferne hirta* est P. Guestphalicum. Boenninghaus. apud Koch. syn. 238. Ic. Schk. hand. t. 300. Lam. ill. t. 777. Camer. epit 777. Sab. hor. rom. 2. t. 71. Ludvv. ect. t. 187. Blackvv. herb. t. 413. Bah. hist. 3. part. 2. 113. Fuchs. hist. 789. Mart. flor. rust. t. 69. Curt. lond. 2. t. 64. Ed. Grav. 3 t. 89. Plenck. ic. med. t. 668. Engl. bot. t. 860. Durant. herb. 359. Columa. ecphr. 124. Zannich. ist. t. 119. Zorn. plant. med. t. 413. Ect. plantar. ratisb. t. 13. David. Dietrich. deut. fl. 2. t. 16. Matth. com. 662. f. 3. Dalech. lugd. 1087. f. 2. Baxter. brit. bot. 6. t. 438. Fl. dan. t. 1939. Hayne 8. t. 23. Schkr. flor. mon. 4. t. 367. Dietr. flor. borus. 12. 812. Spach. suites t. 5. Nees ab Esemb. gen. 4. t. 79. Schubert.

naturges. t 47: f. 2. Caules usque bicubitales inferne ramosi superne longe nudi. Capitulum terminale. Foliola 14-16 nervo hirsuto. Stigmata radiata plumosa. Stamina usque 40 longissima purpurea pendula. inter mares et feminas aliquando occurrunt flores hermaphroditi. In vineis et collibus calidis et apricis. Ubique cultum in hortis ad usum domesticum. Herba enim aromatica, aromate gratissimo in acetariis Fl. vere.

## 699. SAGITTARIA

SAGITTIFOLIA. S. *Herba palustris glabra lactescens perennis radice tuberosa scapo simplici triquetro floribus verticillato-subracemosis albis unguibus rubro-violaceis antheris aureis pedicellis ternis unifloris bracteis ad basim solitariis aliquando connatis superioribus masculis, inferioribus femineis foliis longe petiolatis basi vaginantibus magnis nervosis integerrimis sagittato-lanceolatis acuminatis laciniis baseos rectis acuminatis.*

S. heterophylla. Schreib. in Kort. et Schvv. flora erlan. 2. 119. est var. *foliis lanceolatis ovatisque.* Sagitta maior. Scop. carn. 2. 259. Ic. Matthiol. com. 719. fig. 2. 3. Durant. herb. 406. Lam. ill. t. 776. Petiv. h. br. t. 43. f. 11. Bah. hist. 3. par. 2. 779. Camer. epit. 874. Dalech. lugd. 1116. fig. 2. 3. Chabr. sciagr. 567. fig. 5. 6. Engl. bot. t. 84. Flor. dan. t. 172. Dodon. pempt. 588. Tabernam. ic. 743. Knor. del. hor. 2. t. 5. 2. Loes. prus. t. 74. Schk. hand. t. 305. Curt. lond. 1. t. 19. David. Dietrich. deut. flor. 5. t. 4. Hayne term. bot. t. 36. f. a-c. Svens. bot. t. 164. Roem flor. europ. fasc. 2. Gaertn. fruct. t. 84. Baxter brit. bot. 2. t. 109. Redout. lil. 5. t. 279. 280. Trattin. thes. t. 7. Nolte mon. t. 2. Dietr. flor. borus 1. t. 59. Reich. flor. germ. 7. t. 53. Nees. ab Esemb. gen. 2. t. 26. Floret aest. In palustribus, fossis, oris lacuum et amnium etc. quibus aquae lente moventur.

# PLANTAE CRYPTOGAMICAE

# VASCULARES PEDEMONTANAE

Cum recentiorum florarum regionum nostrae finitimarum auctores plantas cryptogamicas vasculares adnectant (Grenier et Goudron, flore de France, 3 vol. 8.° Besançon 1847-1856, Mutel. flor. franc. 4. vol. 12. Paris, 1834-37. Koch. synopsis florae germanicae et helveticae 2. vol. 8.° Lipsiae 1857. etc.) cogitavi horum exempla imitari et plantis phanerogamis Equisetaceas, Marsileaceas Lycopodiaceas plantas et Filices nostras addere.

In his recensendis Curtium Sprengel, sicut in flora ut plurimum secutus sum, ut harmoniae totius operis non obsisterem; in descriptionibus vero, omnes characteres, quos nova detexit aetas attuli et Synonimiam, quam potui, perfectam, ne aliquid eorum quae ad plantarum nostrarum historiam spectant, lectores desiderent

# GENERA

a. *Organa generationis sub squamis verticillatis peltatis amenti terminalis.*

Equisetaceae. Cand. fr 2. 580. *Vaucher in mem. soc. h. n. Genev.* 1. 2. 330. *et eiusd. Monographie des Preles. Paris, et Genev.* 1822. *Brogniart. hist. vegel. fossil.* 99. *Bartl. ordin. nat. plant.* 21. *Lindl. introd.* 512.

Plantae terrestres limnobiae rhizomate subterraneo repente. Caules teretes sulcati rigidi, articulati simplices vel verticillato-ramosi; articuli clausi apice foliorum minimorum, verticillo in vaginam membranaceam scariosam truncatam, denticulatamve connato, stipati singuli centro cavi, ambitu lacunosi, lacunis extus lineas elevatas, sulcis interstinctas formantibus, lacunis lineisque articulorum contiguorum alternantibus, fasciculo vasorum annulatorum percursis fasciculo hinc vaginam intrante, illinc in sequentis articuli lacunam deflectente. Rami verticillati ad basim vaginarum extus nati, structura caulis, centro solidi. *Fructificatio* terminalis in caule, vel ramis, vel scapo decolori a fertilibus herbaceis distincto. *Receptacula* plurima, squamaeformia, peltatim stipitata, subpolygona, verticillata in strobili forma collecta. *Sporangia* sena vel septena, membranacea paginae inferiori receptaculorum adnata, unilocularia sporis plurimis foeta, introrsum longitudinaliter dehiscentia. Sporae liberae, basi *elateribus* filiformibus binis-utrinque in apices spathulatos granulosos desinentibus involutae.

*Equiselaceae* quo ad veram adfinitatem et partium fructificationis naturam summopere dubiae et ab omnibus hodierni orbis plantis distinctissimae, exstinctae florae gens gigantea, cuius nepotes pigmaei pauci fata tulerunt, hodiedum superstites, in temperatis potissimum vigent, in frigidis non nihil minores: inter tropicos rarae sed maiores, e plerisque haemisphaerii australis regionibus plane exules. Endlicher.

700. Equisetum. Receptacula peltata verticillato-spicata sporangia subtus gerunt longitudinaliter dehiscentia. Germina subglobosa filis quaternis clavatis elasticis pulvere conspersis pollinaceo (?)

aa. *Organa generationis in capsulis subsessilibus in axilla foliorum, vel squamarum solitariis.*

Lycopodiaceae *Lycopodineae Swartz. synops. filic.* 87. *Cand. fr.* 2. 571. *Rob. Brown. prod.* 164. *Stachyopteridum gen. W. sp. pl.* 5. *Lycopodiaceae. Reich. consp.* 1. 78. *Bartling. ord. nat. plant.* 19. *Aghard aphor.* 112. *Hook. et Grev. in bot. misc.* 2. 360. *Brogniart. in dict. class. hist. natur.* 9. 561. *Lindl. introd. edit.* 2. 403.

Plantae herbaceae perennes, aut suffrutescentes rarissimae annuae, caule erecto vel prostrato tereti angulato vel compresso, alternatim vel dichotome ramoso, folioso. Folia spiratim cauli inserta, saepissime conferta, imbricata, simplicia, semper sessilia vel decurrentia, numquam articulata, plerumque subulata, plana, vel lanceolata, univervia, ex axillis radiculas filiformes emittentia. Sporocarpia in axillis foliorum, nunc juxta totam caulis longitudinem, vel juxta eiusdem apicem, sessilia, aut brevissime pedicellata, nunc in apicibus ramulorum foliis in bracteas squamiformes mutatis stipata, amenta formantia, tri-tetracocca, cordiformia, vel reniformia, vel subglobosa, uni vel rarius bi-trilocularia, bi-trivalvia, plerumque uniformia, interdum in iisdem individuis biformia; alia bivalvia pulvere farinaceo e granulis tetraedris glabris, vel papilloso-spinulosis, quaternatim cohaerentibus, foeta; alia tri-tetracocca, tri-quadrivalvia, corpusculis paucis subglobosis, vertice raphe tricruri notatis, foeta. Lycopodiaceae super terram, vel in arborum truncis, rarissime in saxis viventes inter tropicos copiosissime crescunt, in haemisphera boreali montium juga

celsiora et regiones frigidiusculas eligunt. Idem.

701. Lycopodium. Capsulae vel uniformes unioculares 2-valves granulis hispidulis plenae vel biformes 3-4-valves globulis maioribus paucis.

aaa. *Organa generationis in inferiori frondis parte vel laciniis frondium angustatis et ad costam mediam reductis in spicae paniculaeve speciem disposita.*

Filices. *Linn. praelect.* 594. *Juss. gener.* 14. *Swartz synopsis filicum Kiliae* 1806. *Kaulfuss. enumer. filicum. Lipsiae* 1824. *Kaulfuss. Das wesen der Farrenkrauter Leips.* 1827. *Raddi. filices brasiliens Florent.* 1820. *Hooker et Greville icones filicum. Londini* 1827-1830. 2. *vol. fol. Blume flora Javae. filices. Bruxellis* 1829. *fol. Gaudichand voyage de Freycinet. Paris* 1826. *Brogniart. hist. veg. fossl.* 141. Scholt. *genera filicum. Vindobonae* 1835. *H. Mohl de structura caudicis filicum arborearum, in Martius plant. cryptogam. brasiliens.* 44. 55.

Plantae herbaceae rhizomatae perenantes rarius trunco arborescente erecto praeditae; truncus corticatus, e contentu prosenchymatoso, cylindro fasciculorum lignosorum integro in duas partes concentricas diviso, altera angusta inter corticem et lignum posita, altera maiori centrali, medullari, ope rimarum cylindri lignosi, versus petiolos vasorum fasciculos emittente, cum exteriore communicante. folia in rhizomate sparsa vel in apice caudicis rosaceo-fasciculata, vernatione circinnatim involuta annua, vel perennia, petiolorum parte infima persistente, caudici accrescente: simplicia aut pinnata, integra, aut pinnatifida, venosa, venis e cellulis elongatis compositis saepius stomatibus cutaneis donata. Sporangia in foliorum dorso vel margine venis imposita, in acervulos nudos (*soros*), vel squama membranacea, aut folii margine transmutato (*indusio*) tectos collecta, pedicellata, vel sessilia, uniloecularia, indefinite dehiscentia. Sporae plurimae liberae globosae, vel angulatae, germinatione primum undique elongatae, deorsum radiculas, sursum cauliculum exserentes. Filices dum caudicis structura, dum fructuum situ et conformatione, habitu denique peculiari a reliquis plantis distinctissimae e protogea procul dubio superstites; in insulis tropico circulo inclusis, vel vicinis ingenti specierum et individuorum numero crescunt, in terra continenti parciores: in temperatis in primis rarescentes, in regionibus veteris continentis frigidioribus a mari circumdatis, iterum copiosiores. Arborescentes in regionibus extra tropicis haemisphaerii borealis haud repertae. Exstinctae plurimae fossiles. Id.

## SECTIO PRIMA

### POLYPODIACEAE

*Rob. Brown. prodr.* 145. *Bartling. ordin. natur. pl.* 17. *Aghard. aphorism.* 116. *Q. Kaulfuss. enumer.* 55. *Bory. de st Vinc. in diction. class.* 6. 586. *Filices verae W. spec. plant.* 5. 90. *Spreng. syst.* 4. 5. *Gyratae Swartz. synops, filicum* 1.

Capsulae ex frondium dorso vel margine in *soros* subrotundos vel lineares indusiatos vel nudos confertae, annulo articulato elastico longitudinali cincti transverse irregulariter rumpentes.

a. *Receptacula capsulis substrata, seu indusium membranaceum apertum calyciforme lacero-multifidum laciniis crinitis capsulas pedicellatas includens.*

702. Woodsia. R. Br. in Linn. trans. xi. t. 173. Sori subrotundi sparsi. Receptacula subpateraeformia membranacea ciliata.

aa. *Indusium nullum.*

b. *Sporangia venis primariis furcatis pinnatisve imposita, in soros lineares oblongosve collecta.*

703. Gymnogramme. Desv. in Berl. mag. 5. 304. Journ. bot. 1. 25. Capsulae venis frondis furcatis insidentes. Semina triangularia.

bb. *Sporangia in sorum linearem marginalem continuum, vel interruptum setis pilisve frondis velatum collecta.*

704. Notochlaena. R. Br. prodr. 146. Sori marginales continui, squamis vel pilis frondis obtecti.

bbb. *Sporangia venis imposita, in soros subrotundos sparsos, seriatosve collecta.*

705. Polypodium. Sori subrotundi sparsi nudi. Semina minuta subrotundo-oblonga.

aaa. *Sori indusiati.*

b. *Frondes dimorphae, aliae steriles, aliae fructificantes.*

c. *Frondes steriles pinnatae. Sporangia venis primariis costae obliquis imposita in soros lineares collecta. Indusium duplex spurium commune e margine frondis involuto; partialia membranacea inter soros septiformia.*

706. Struthiopteris. W. sp. pl. 5. 288. Sori lineares decussati demum dorsum frondis contractae tegentes Capsulae pedicellatae aggregatae receptaculis cristatis insertae. Indusium duplex, commune marginale, interius laciniatim dehiscens, peculiaria septiformia.

cc. *Frondes steriles pinnatifidae lanceolatae breviores, frondes fertiles contractae, pagina tota soris obducta indusia submarginalia.*

707. Lomaria. W. sp. 5. 289. Sori lineares continui dorsum frondis contractae tegentes. Indusia marginalia conniventia.

ccc. *Frondes steriles bipinnatae ambitu triangulares. Sporangia venis costae obliquis simplicibus furcatisque imposita, in soros lineares subrotundosve collecta indusium spurium e marginibus frondis involutis.*

708. Allosurus. Bernh. in Schrad. n. journ. 1. 2. 36. Sori venis furcatis transversalibus impositi, dorsum frondis contractae demum tegentes. Capsulae pedicellatae. Indusium simplex marginale continuum angustissimum. Semina triangularia.

bb. *Frondes conformes, sive omnes fertiles.*

c. *Sori marginales.*

d. *Sori semilunares interrupti apicibus venarum discretis in receptaculum punctiforme intumescentibus, impositi. Indusia margini frondis continua receptaculo adnata initio membranacea denique scariosa et subcoriacea e margine frondis prodeuntia, squamaeformia lunulata versus frondem aperta*

709. Adianthum. Sori marginales indusio inserti, subrotundi, indusia marginalia intus dehiscentia squamaeformia.

dd. *Sori punctiformes apicibus venularum discretis impositi margini frondis approximati.*

710. Cheilanthes. Swartz syn. filic 129. t. 3. f. 5-7. Sori marginales subrotundi. Indusia e margine frondis reflexo.

ddd. *Sori lineares continui. Indusium membranaceum e margine frondis ipso vel paulum ante marginem e disco oriens lineare continuum interius apertum. Sori apicibus venularum, in receptaculum nerviforme frondis marginem ambiens combinatis impositi et sorum unicum linearem, marginalem, continuum taeniiformem constituunt.*

711. Pteris Sori lineares continui marginales. Indusium e margine frondis interius dehiscens.

cc. *Sori centrales seu discum dorsi frondis occupantes.*

d. *Sori lineares.*

e. *Indusia membranacea e vena lateraliter orta versus costam libera linearia vel transverse ovalia recta vel semilunaria. frondes divisae.*

712. Asplenium. Sori lineares venis lateralibus impositi. Indusia membranacea plana versus costam dehiscentia.

e. *Indusia membranacea utrinque e vena lateraliter orta super soros conniventia hinc spurie bivalvia. Sori lineares recti oblique transversales paralleli utroque latere indusio praediti. Indusia membranacea sorum versus aperta.*

713. Scolopendrium. Smith. act. taur. 5. 410. t. 9. f. 2. Sori lineares obliqui geminati. Indusia membranacea opposita super soro dehiscentia.

dd. *Sori subrotundi.*

e. *Indusia subrotunda vel reniformia centro affixa, peltata margine undique libera.*

714. Aspidium. Swartz. synops. 51. Sori subrotundi sparsi. Indusia solitaria orbiculato-peltata, seu reniformia medio affixa.

ee. *Indusia subrotunda vel ovalia, puncto marginis affixa, demum corrugata et evanida.*

715. Cystopteris. Bern. in Schrad. nev. journ. 1. p. 2. pag. 26. Sori subrotundi sparsi vel subseriati. Indusium membranaceum reniforme aut lanceolatum denticulatum vel sublaciniatum, puncto marginis affixum apici frondis opposito, versus apicem frondis liberum demum corrugatum et evanescens.

## SECTIO SECUNDA

Osmundaceae. *Mart. consp* 3.

Sporangia frondibus contractis paniculata, pedicellata, tenuissime membranacea annulo dorsali lato incompleto vertice dehiscentia reticulata. Sporae subglobosae. Frondes bipinnatae stomatiis praeditae vernatione circinnatae, fertiles contractae. Endl.

716. Osmunda. Capsulae globosae pedicellatae reticulatae, gibbere dorsali pellucido, lateraliter dehiscentes in paniculam dispositae.

## SECTIO TERTIA

Ophyoglosseae. *R. Brown. prodr.* 163. *Kaulfuss. enum.* 24. Sporangia sessilia unilocularia vel septo transverso incompleto subbilocularia, exannulata, coriacea, evasculosa, distincta, vel inter se connata, semibivalvia. Sporae farinaceae. — Frondes rhizomatoide exclusa, geminae, biformes, vernatione strictae, altera expansa sterilis stomatiis praedita, altera in rachim contracta. Id.

x. *Spica simplici disticha, articulata, unilaterali.*

717. Ophyoglossum. Spica simplex disticha capsulis connatis tranverse dehiscentibus.

xx. *Spica composita.*

718. Botrychium. Swart, synops, 171. Spica composita: capsulae globosae distinctae semi-2-valves sublateraliter dehiscentes.

aaaa. *Organa generationis in receptaculis pedicellatis radicibus vel basi foliorum insidentibus.*

Hydropterides. W. *spec. pl.* 5. 534. *Salviniae. Juss. in Mirbel elem.* 835. *Rhizocarpae. Batsch. tab. affin. Aghard aphor.* 111. *Bartl. ordin. nat. plant.* 15. *Rhizospermae. Roth. Cand. fr.* 3. 577. *Marsileaceae. Rob. Brown. prodr.* 166.

Herbae aquaticae cylindro vasorum percursae. Folia a caule discreta sessilia vel petiolata, limbo saepius composito, interdum abortivo. Sporocarpia ad basim foliorum, uni-plurilocularia, organis dimorphis foeta.

## ORDO PRIMUS

Salviniaceae. *Bartl. ordin. natur.* 15 *Mart. plant. cryptogam. brasil.* 123.

Herbae natantes, pinnatim vel radiatim ramosae, radiculosae foliis alternis cellulosis, astomis saepe papillosis: sporocarpia in eadem stirpe dimorpha, prope foliorum basim sita: alia corpuscula angulata vel globosa *(flores masculos?)* includentia unibilocularia; alia sporangiis juxta columellam basilarem pedicellatis sporas liberas paucas, vel solitarias includentibus, foeta. Salviniaceae Hepaticas aquaticas habitu mirabiliter revocantes et quo ad partium fructifi-

cationis naturam maximopere dubiae iterum iterumque in examen sumendae, in aquis puris climatis temperati, et tropici totius orbis terrarum repertae, universim in extratropicis haemisphaerii australis paulo frequentiores esse videntur. *Obs.* de organorum quae sporangia diximus, natura, dubitare amplius non licet, postquam sub acutissimorum observatorum oculis spora in his contenta, in novam plantam increvit. Globuli a plerisque pro masculis organis habiti, rectius fortassis sporangia abortiva dicentur. Idem.

719. Salvinia. Michel. nov. gen. pl. 107. t. 58. Organa propagationis dimorpha in ramis submersis aphyllis glomerata, radiculis fluitantibus stipata. *Fem.* ? Sporangia plura subglobosa ex apice columnae subclavatae pedicellata, indusio communi subgloboso e membrana duplici lacunis interiectis connata inclusa, singula spora solida foeta. *Masc.* ? Globuli sphaerici e columella penniciliato-ramosissima pedicellata, intra indusium subglobosum e membrana pariter duplici connata, contenti materiam mucilaginosam recludentes. *Herbae aquaticae pusillae, caule natante filiformi, flexuoso, foliis alternis imbricatis, in haemispherio boreali utriusque orbis, et in America tropica pariter ac australi observatae.* Id.

*Receptacula* radicalia subpedicellata subaggregata globosa, membrana externe costato-sulcata cinctae unilocularia.

*Sporangia* globosa, cellulosa, pedicellis filiformibus septatis columellae centrali affixa. Sporulae globosae. Spr.

## ORDO SECUNDUS

Marsileaceae. *Bartl. ord. nat. pl.* 15. *Brogniar. in dict. class. d'hist. natur.* 10. 109.

Herbae in inundatis paludosis repentes. Caulis filiformis prostratus, sarmentosus, radicans, longitudinaliter lacunosus: compositus e cylindro vasorum centrali, canale medullari percurso, et e strato cellularum hunc ambiente ope dissepimentorum radiantium cum stratis cellulosis sub epidermide stomatibus pertusa sitis, coniuncto. Folia alterna. Petioli caulis structura, vernatione circinnatim involuti, nunc lamina destituti, nunc terminati foliolis quatuor, subverticillatis haud articulatis, obovatis, obcordatisve, stomatibus instructis, flabellatim dichotome venosis.

*Sporocarpia* capsulaeformia uniformia, in axillis foliorum subsessilia vel iuxta petiolum varie disposita, solitaria, vel aggregata, globosa, vel obovata, coriacea, pilosa, nunc e carpidiis duobus (in foliatis), nunc (in aphyllis) e carpidiis quatuor conflata, marginibus introflexis dissepimenta constituentibus bi-vel quadrilocularia: plus minus complete septicido-bi-quadrivalvia; loculi in quadrilocularibus continui, basi aequales in bilocularibus septis secundariis membranaceis transversim plurilocellati, extus prope basim uno latere gibbi (rudimento carpidii alterius) placentae parietales, subgelatinosae, plus minus prominulae, in loculis perpendiculares, in locellis horizontales *sporangia* in loculis singulis, locellisve dimorpha, perfecta (*sporophora*), et imperfecta (*mascula ?* ). *Sporangia perfecta* singula intra tunicam cellulosam longitudinaliter placentae adnatam contenta, strato gelatinoso corticata, *Spora* unica basi truncata, apiculo mutico, in germinatione vaginam cotyledonarem exserente, instructa, foeta. *Sporangia imperfecta* (*organa mascula ?*) in placentis perpendicularibus earumdem partem superiorem obsidentia in horizontalibus ad basim singulorum sporangiorum perfectorum binatim, vel subquaternatim sessilia, aut pedicellata, vesiculosa, globosa, vel clavata, tandem irregulariter rupta, *granula* elliptica, vel subglobosa, in mucilagine natantia, aut singula gelatina obvoluta pluentia.

*Marsilaceae* a *Salviniaceis* et *Isoeteis*, quibuscum olim confusae, petiolorum vernatione circinnata, et sporocarpiis liberis, uniformibus, valvatis, distinctissimae, in inundatis paludosis et aquis dulcibus omnium climatum haemisphaerae orientalis vivunt, in novo continente nuper primum repertae. Endl.

a. *Sporocarpia axillaria, sessilia, subglobosa quadrilocularia. placentae in loculis perpendiculares. Sporangia perfecta inferiorem, imperfecta superiorem placentae partem obsidentia.*

720. Pilularia. Receptaculum globosum hirsutum quadripartibile. Germina numerosa subovata mucronata membrana hyalina obvoluta. Sacculi pyriformes pellucidi granula pollinacea? continentes

aa. *Sporocarpia iuxta basim petiolorum pedicellata vel subsessilia, globosa, hinc gibba, bilocularia, loculis transversim plurilocellatis. Placentae in locellis horizontales. Sporangia perfecta singula basi imperfectis binis quaternisve stipata.*

721. Marsilea. Receptaculum pedunculatum ovale hirsutum dissepimento longitudinali, loculis utrinque pluribus. Germina ovali-oblonga membrana hyalina laxa obvoluta sacculis binis utrinque ad basim granula pollinacea? in latice mucoso continentibus.

# SPECIES

## 700. EQUISETUM.

a. *Fronde fructifera monostachya.*
b. *Frondes (vel caules) conformes steriles, et fructiferae.*
c. *Frondes sempervirentes scabrae hyeme persistentes spica fructifera acuminato-mucronata.*

1. hyemale. E. *Fronde erecta glauca simplici scaberr. fistulosa basi subramosa 14-20 costata costis vaginarum planiusculis vaginis basi apiceque nigris cylindricis arctis dentibus subpatulis, rotundatis obtusis cum costarum apice aequaliter quadristriatis acumine imposito lanceolato-subulato membranaceo cito crispato evanidoque terminatis, vaginis ramorum 6-8 dentatis appendice apiciformi caduca.*

Ic. Schk. filic. t. 172. a. Vaucher monogr. t. 9. Camerar. epit. 770. A. Flora dan. t. 1409. Act. palat. 3. 23. Curt. lond. fas. 5. t. 161. Engl. bot. t. 915. Svens. bot. t. 330. Schnizl. ic. 1. 25. Newman. 17. Mem. de Genev. 1. 9. Chevallier. flor. paris. t. 19. David. Dietrich. deust. fl. 6. t. 5. Frons ut plurimum simplicissima, aliquando humilis, non raro tamen usque bipedalis. Spica brevis, fusca, compacta basi aliquando fulta spiculis parvis. Vaginae medio roseae. Frons discissa vel praecisa apice emittit ramulos breves verticillatos spicigeros. Floret vere. Perstat toto anno etiam hyeme vivit locis uliginosis, arenosis, humidis, secus alveos amnium, et fluminum locis praesertim qui saepe alluuntur aquis.

cc. *Frondes virides laeves hyeme morientes fructificationis tempore perfecte evolutae, aestatem perdurantes, spica obtusa.*

2. limosum. E. *Fronde ramosa simplicive multangula laevi ramis 5-6 gonis simplicibus inaequalibus erectis laeviter 10-20 striatis vaginis cylindricis, arctis apice paulo latioribus 10-20 dentatis dentibus coloratis, lanceolato-subulatis angustissime membranaceo-marginatis vaginulis 5-8 dentatis spica ovato-oblonga obtusa.*

Var. *caule subnudo* est E. limosum. L. Schk. crypt. t. 171. Newman. 51. Memor. de Genev. 1. 8. Annal. des scienc. natur 3. 16. 15. Chevallier flor. de Paris t. 20. f. 1. Engl. bot. t. 929. Vaucher monogr. t. 7. var. *Caule ramoso ramis inaequalibus erectiusculis* est E. fluviatile. L. Flor. dan. t. 1184. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 4. Schk. crypt. t. 168. Newman. 67. 76. Mem de Genev. 1. 2. 2.a Dict. d'histoir. nat. t. 102 Caules usque bipedales et ultra. Vaginae virentes apice fuscae. dentes fusci persistentes. Fl. vere et aest. Habitat in paludibus turfosis et profundis, et in oris inundatis, lacuum, amnium, fluviorum etc.

bb. *Frondes difformes aliae fructiferae, aliae steriles.*

c. *Fructiferae praecoces, albidae, pallidae, simplicissimae cito marcescentes et diffluae: steriles seriores, ri-*

*gidae ramosae ramis virentibus per aestatem persistentes.*

d. *Spica tenuis laxa. Caulis fertilis ut plurimum humilis fuscus. Vaginae turbinato-tubulosae superne scariosae fissae in dentes 8 lanceolatos, acutos, subcoalitos. Rami caulium sterilium tetragoni.*

3. ARVENSE. E. *fronde sterili simpliciter ramosa, ramis tetragonis scabriusculis frondis fertilis vaginis turbinato-tubulosis inciso-dentatis dentibus octo acutis vaginis ramorum quadridentatis.*

Ic. Vaucher. mon. t. 1. Schk. crypt. t. 167. Hippuris minor. Dodon. pempt. 73. f. 2. 3. 4. bona. Chevallier. flor. de Paris. t. 19. f. 2. optima. Newman 77. 82. Dreves. 4. 117. Hayne 8. 46. Nees. dusseld. suppl. 34. 35. Mem. de Genev. (Vauch.) 1. 1. Mem. peter. 1. 5. Schnizl. ic. 1. 25. Suppl. 2. Flor. dan. t. 1942. et t. 2001. Act. palat. 5. 22. Curt. lond. 5. t. 27. Engl. bot. t. 2020. Svens. bot. t. 474. David. Dietrich. deust. flor. 6 t. 4. Frondes steriles non raro decumbentes, raro spiciferae, ut plurimum erectae humiles, raro usque pedales, scabrae profunde sulcatae. Vaginae ramorum quadridentatae dentibus concoloribus albo-marginatis patulis. Floret primo vere. Vulgatissimum in agris et arvis et ad vias praesertim in terra rubricosa humida.

dd. *Spica crassa conico-cylindrica densa. Caulis fertilis elatus crassus rubro-luteus. Vaginae turbinato-tubulosae superne scariosae, fuscae fissae in dentes* 20-30 *oblongos acuminato-subulatos. Caules steriles* 6-*pedales et ultra ramosi, ramis niveis profunde sulcatis simplicibus longissimis, tenuibus, scabris. 8gonis,* 20-40 *in quovis verticillo. Verticilli approximati.*

4. TELMATEJA. Ehrh. beitr. 2. 159. E. *Caulibus sterilibus ramosis niveis crassis, fistulosis, profunde sulcatis, ramis scabriusculis, numerosissimis, longissimis, verticillis approximatis vaginis fertilium approximatis, setaceo-multifidis ramorum 4-5 dentatis.* E. fluviatile. Smith. brit. 3. 1. 104. W. sp. 5. 2. Cand. fr. 2. 582. Duby bot. gall. 535. Fl. dan. t. 1469. quae icon caulem sterilem fructificantem pingit quae insignis var. est. Neutiquam Lin. cuius E. fluviatile stirps omnino diversa est. E. eburneum. Schreib. apud Roth. catal. 1. 128. E. Telmateia. *Caulibus inaequalibus teretibus laevibus glabris fructificante simplicissimo albo-rubello marcescente sterili ramoso fistuloso-poroso albo ramis subquadragenis octo-sulcatis sulcis alternis maioribus dentibus vaginarum subulato-setaceis scariosis vaginularum quaternis dorso sulcatis.* Ehrh. beitr. 2. 159. E. primum. Dalech. lugd. 1069. f. 1. Hippuris maior. Dodon. pempt. 74. f. 1. et Hippuris. Lob. ic. 793. eamdem plantam pingunt. Sed omnino incertum ad qualem speciem sint referendae: in descriptione enim Dalechampii et Dodonei non eruitur character E. Telmateiae. Icon ipsa non videtur congruere ob ramulorum et et frondium fertilium brevitatem. Phrasis Rothii. (E. eburneum) *scapo fructificante demum elongato in frondem verticillato-ramosam, vaginarum dentibus subulato-setaceis* non formam vulgarem indicat, quae habet frondes fructiferas praecoces et distinctas, sed probabili coniectura varietatem pictam in Flora danica t. 1469. (in exemplari meo: Wallroth, et Koch. citant tabulam 1461.) ab J. W. Hornemann. Ic. Vauch. monogr. t. 2. f. 1. Newmann. 67. 76. Smith. 1. c. Bolt. filic. t. 36. 37. quas non vidi. David. Dietrich. deust. flora 6. t. 5. bene pingit plantam nostram sed cum spica supremo verticillo valde remota. Chevall. fl. de Paris. t. 19. f. 3. etiam. ic. Engl. bot. t. 2022. ad hanc speciem referenda est, neutiquam ad Equisetum limosum quod fecit G. A. Pritzel. in bot. ic. ind. locup. Berol. 1855. 406.) Caules fertiles basi ramosi. Vaginarum verticilli valde approximati. Spica maxima, squamis carneis, receptaculis luteolis ab ultimo verticillo aliquando remota. Caules steriles etiam sexpedales, intermediis niveis. Dentes vaginarum nigri. Huc E. maximum Lam. flor. fr. 1. 7. E. heleocharis Ehrh. l. c. et E. macrostachyon. Poir. Frondes fructificantes prodeunt martio, a-

prili, maio et iunio steriles. In udis, uliginosis, palustribus, inundatis praesertim ad ripas lacuum, fluviorum, amnium etc.

cc. *Caules fructiferi coetanei primum nudi, demum post anthesim et amenta emarcida foliosi, foliis tamen brevioribus quam in sterilibus aestate persistentibus.*

5. SYLVATICUM. E. *Fronde fertili erecta sulcata angulis scabrida humili vix spithamea albo-virente primum nuda demum deflorata spicaque marcescente ramosa, ramis similibus sed brevioribus quam in sterili vaginis longis laxis basi virentibus turbinato-tubulosis in dentes 3-4 lanceolatos fuscos usque ad medium fissis, sterili fistulosa sulcata elata usque bipedali, duplicato-ramosa, ramis verticillatis 2-4 gonis, elongatis apice deflexis arcuato-nutantibus, verticillato-ramulosis, ramulis triquetris, vaginis ramulorum tridentatis, dentibus subulatis.*

E. umbrosum. W. sp. 5. 3. ex Meyer. Flor. dan. t. 1770. Vaucher. mem. de Genev. 1. 4. Newman. 63. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 5. E. sylvaticum. b. Wahlemb. flor. svec. 2. 689. E. amphibolium. Retzius. flor. scandin. suppl. 2. 12. quae habitat in udis Pomeraniae et Borussiae est procul dubio var. *simpliciter ramosa ramis triquetris scabriusculis dentibus vaginarum appressis*, quam et ego inveni eisdem locis cum sylvatico. Ic. Vauch. monogr. t. 3. et Mem. de Genev. 1. 3. Schk. filic. t. 166. Flor. dan. t. 1182. Bolt. filic. t. 32. 33. Hedwig. theor. 33. f. 1. Bauh. hist. 3. 723. 2. Tabernam. hist. 562. Schles. denk. schrift. 1833. 1. Newman. 52. 62. Engl. bot. t. 1874. Chevallier flor de Paris. t. 20. f. 2. David. Dietrich. deut. flora. 6. t. 3. Spica ovata tessellata, fusca. Fl. vere et initio aest. Vulgare in oris sylvarum, locis humidis, et umbrosis, praesertim montanis. Quod si sylva densa est, et umbrosa, humilior est et simpliciter ramosa quae forma est E. umbrosum. W. si rami tenuissimi et capillares ob umbram sylvarum fiunt, tunc est E. apillare Hoffm. deut. flor. 1. 1.

aa. *Fronde fructifera polystachia, frondibus fructifera et sterili conformibus.*

b. *Hyemale. frondes utraeque scabrae sempervirentes hyemem perdurantes. Spica acuminato-mucronata. Glaucum.*

6. ELONGATUM. W. sp. 5. 8. E. *Fronde profunde 10-15-sulcata ramosa vel inferne ramosissima ramis solitariis vel verticillatis sexsulcatis imis ut plurimum ramulosis sterilibus 2-9 apice spiciferis vaginis convexo-costatis amplis cylindrico-turbinatis dentibus lanceolatis dorso obsolete striatis apice appendiculatis appendicula lanceolato-subulata margine membranacea diu persistente vaginis ramorum 6-8 dentatis dentibus apice appendiculatis appendicula lanceolato-subulata diu persistente spicis brevibus ovoideis apiculatis.*

E. ramosum. Schleicher catal. plant. helv. 1807. 27. De Cand. fl. fr. suppl. 243. E. pannonicum. W. sp. pl. 5. 6. E. illyricum Hop. ex Koch. et auctore ipso. E. procerum. Pollin. Secund. Spreng. E. ramosissimum Desfont. atl. 2. 398. E. campanulatum. Poir. enc. 5. 613. E. hyemale elongatum. Doellin. rhein. flor. 51. E. multiforme. Vaucher. monogr. t. 12. Caules ut plurimum 1-2 bipedales usque tamen 4-pedales. Vaginae concolores, dentibus basi fusco-vel rubro-maculatis. Fl. vere. Circa *Lucengo* invenit Francis. Re. (Flor. torin. 2. 176.) Ego legi in dumetis et senticetis lapidosis di *Cavaglià*.

bb. *Aestivum, virens, glabrum. Frondes fructificationis tempore perfecte evolutae et aestatem perdurantes, hyeme morientes. Spica obtusa.*

7. PALUSTRE. E. *Fronde ramosa profunde sulcata glabra ramisque verticillatis 8-12 8-12 sulcata, ramis 3-4 gonis apice spiciferis fastigiatis vel pyramidantibus vaginis subturbinatis 6-8 dentatis dentibus abbreviatis lanceolatis margine late membranaceis, vaginulis 5-6 dentatis spicis cylindricis obtusis.*

E. tuberosum. Cand. flor. fr. 5. 243. E. prostratum. Hoppe. var. *Caulibus*

*prostratis basi ramosis.* — var. *Frondibus simplicibus nudis, spica unica.* Caules profunde sulcati angulati vix pedales inferne nudi supra medium ramis ramosis tenuibus erecto-patulis apice spiciferis. Aliquando scabri sunt. Spica fusca demum laxa. Vaginae pallide virentes. Ic. Vaucher. monogr. t. 3. f. 2. et Memoir. de Gen. 1. t. 3. Engl. bot. t. 2021. Flor. dan. t. 1183. Bolton. filic. t. 33. Rayus synops. t. 5. f. 3. Bichof. t. 3. f. 3. Svens. bot. t. 402. Schk. crypt. t. 169. 170. Act. leopold. 14. 2. 44. Chevallier. flor. de Paris. t. 19. f. 4. Newman. 43. 47. 49. Meyer. flor. hannov. 13. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 4. Fl. aest. passim in pratis turfosis et oris paludum et secus flumina et amnes

Equiseta omnia virtute conveniunt. Prae aliis magis actuosae sunt species E. hyemale. E. limosum. E. palustre. E. sylvaticum. Adstringentia sunt. In Anthillis insulis Americae adhibent E. giganteum in diarrhoea et dysenteria, et gonorrhoea. ( Descorl. flor. med. des Anth. 2. 171.) Equiseta apud nos urinam cient ad haematuriam usque. In hydrope itaque dummodo ab atonia sit usus eorum saluberrimus est. Quod et recentiorum medicorum experimentis confirmatur. (Richt. mat. med. 2.352.). Pecora omnia, excepto Rangifero, respuunt illa, nisi magna fame coacta, quae tunc tabescunt. Vaccae eis pastae etiam siccis et cum foeno mixtis abortum faciunt. Multae etiam dentes amiserunt, et diarrhoeam et haematuriam passae sunt. In nephritide calculosa decoctum herbae Equiseti ex cerevisia alba, adjecto butyro, et melle tamquam domesticum sed non spernendum remedium proponit Fridericus Hoffmann (med. system. 4. p. 2. p. 386.) Forte magnum sistit remedium Secali cornuto succedaneum ad uterum contrahendum sive placenta sive foetus expellendus sit et cathamenia educenda.

## 701. LYCOPODIUM.

a. *Sporangia omnia conformia sessilia, vel brevissime stipitata subrotunda, reniformia, vel transverse ovalia, bivalvia unilocularia, rima transversali dehiscentia; sporae tenuissimae farinam simulantes, globosae, quaternatim in corpuscula trigona cohaerentes.* Lycopodium. Ad. Brogniart. in dict. class. d'hist. natur. 9. 559.

b. *Sporangia axillaria non spicata. folia omnia conformia, nulla in bracteas dissimiles mutata.*

1. Selago. L. *Caulibus erectis vel adscendentibus a basi dichotome ramosis, ramis fastigiatis, foliis lineari-lanceolatis acuminatis, integerrimis, vel subdenticulatis, coriaceis, rigidis, patulis, 8-fariam imbricatis.*

L. recurvum. Kitaib. ap. W. sp. plan. 8. 5 est var. *foliis reflexis, ramisque recurvis.* Ic. Mor. s. 15. t. 5. f. 7. Dill. hist. muscor. t. 50. f. 1. Fl. dan. t. 104. Bichof. crypt. gew. t. 10. f. 1. et 7. t. 11. f. 22. Sturm. deut. fl. II. heft. 5. Engl. bot. t. 233. Svens. bot. t. 113. Hedw. theor. 9. Schk. crypt. t. 159. Newman. 3. David. Dietrich. deuts. flor. 6. t. 26. Capsulae luteae totum fere caulem vix spithameum occupantes. Vulgare in alpestribus et montanis, pascuis humidis et umbrosis ad septemtrionem praesertim versis.

bb. *Sporangia obscurius spicata spica in ramo erecto simplicissimo: bracteae foliis conformes basi tantum paulo dilatatae.*

2. inundatum. L. *Caulibus prostratis radicantibus ramisque erectis simplicissimis spica solitaria terminatis dense foliosis, foliis lineari-lanceolatis attenuato-acutis integerrimis, subrecurvis rigidiusculis, bracteis conformibus basi paulo dilatatis utrinque 1-2 dentatis.*

Ic. Vaill. paris. bot. paris. t. 16. f. 13. Dill. hist. musc. t. 61. f. 7. Flor. dan. t. 336. Engl. bot. t. 239. Svens bot. t. 612. f. 1. Wahlemb. flor. lap. t. 16. Bichf. crypt. gew. t. 10. f. 2. et 8. t. 11. f. 26. Sturm. deut. flor. 2. 3. Apex caulis sive spica paulo crassior, ovato-oblonga. Capsula reniformis subpedunculata. Folia confertissima totum caulem tegentia. Herba vix dodrantalis. Rami fertiles vix 4-

pollicares. Habitat herbida et ericeta inundata turfosa. Apud nos rara. In sylvis S. Petri di *Mosezzo* in agro *novar*. Fl. aest.

bbb. *Spicae ad ramorum apices sessiles, solitariae. Bracteae foliis dissimiles; rami caulis erecti vel adscendentes ramosi, vel ramosissimi.*
c. *Ramis inferne dichotome fissis, foliis lineari-lanceolatis antice serratis patentibus vel reflexis.*

3. ANNOTINUM. L. *Caule repente ramis adscendentibus basi bis dichotome fissis ramis simplicibus foliis 5-fariis lineari-lanceolatis mucronatis antice serrulatis patentibus et reflexis rigidis subcoriaceis ad incrementa annua contractis annotinis subsecundis spicis terminalibus solitariis sessilibus bracteis lato-ovatis cuspidatis eroso-denticulatis.*

Ic. Moris. s. 15. t. 5. f. 2. Dill. hist. muscor. t. 63. f. 9. Eiusd. giss. t. 2. Pluk. almag. t. 205. f. 2. Flor. dan. t. 127. Sturm. deuts. flor. 2. 5. Bich. l. c. t. 10. f. 39. Engl. bot. t. 1727. Svens. bot. t. 570. Schk. crypt. t. 162. Newman. 561. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 24. L. juniperifolium. Lam. Cand. fr. 2. 572. est var. Herba pedalis et ultra, pallide flavo-virens. Folia remotiuscula ut caulem non omnino tegant. In sylvis umbrosis montanis, et subalpinis. Flor. aest. Caules sulcati, sulco decurrente e marginibus foliorum.

cc. *Ramis inferne dichotome fasciculatis foliis lanceolatis integerrimis appressis.*

4. ALPINUM. L *Caule repente ramis erectis dichotome fasciculatis foliis coriaceis lanceolatis acutis convexis subcarinatis integerrimis appressis ramorum quadrifariis spicis terminalibus solitariis sessilibus cylindricis, bracteis lato-ovato-acuminatis triangularibus planis denticulatis erecto-patulis.*

Ic. Linn. flor. lap. ed. 2. t. 11. f. 6. Dill. hist. muscor. t. 58. fig. 2. Sturm. deuts. flor. 2. 5. Flor. dan. t. 79. Engl. bot. t. 234. Schk. crypt. t. 166. Newman 565. David. Dietrich. deutsl. flor. 6. t. 25. Herba usque 3-pedalis pallide virens inter muscos repens ramis erectis brevibus, vix tripollicaribus fastigiatis foliis confertim totum caulem ramosque obtegentibus. In pascuis alpinis: montis *Cenisii*, in sterilibus elatioribus di *Viù* loco dicto *Pianfino*; in summis pascuis di *Craveggia*, et montis *Cistella* in agro *novar*. in *Sabaudia* loco dicto *entre les deux eaux*.

bbbb. *Spicae pedunculo elongato apice plerumque 2-3-bifido impositae. Bracteae foliis dissimiles: rami erecti ramosi, vel ramosissimi: pedunculi elongati: bracteae lato-ovatae cuspidatae eroso-crenulatae.*
c. *Spicis geminis ramis simplicibus teretibus foliis sparsis pilo longo terminatis.*

5. CLAVATUM. L. *Caule repente ramis adscendentibus foliis sparsis linearibus mollibus enerviis apice setigeris spicis geminis cylindricis, bracteis ovatis acuminato-cuspidatis eroso-denticulatis.*

Ic. Pluk. almag. t. 47. f. 8. Dill. hist. musc. t. 58. f. 1. Blackw. t. 535. Flor. dan. t. 126. Moris. s. 15. t. 5. f. 1. Bich. t. 10. f. 4. et t. 11. fig. 14. 15. 16. 25. Sturm. deut. flor. 2. 5. Engl. bot. t. 224. Svens. bot. t. 59. Flor. medic. t. 233. Hayne. 8. t. 47. Nees dusseld. t. 13. Lam. ill. t. 872. Schk. crypt. t. 162. Schrank. fl. monac. t. 371. Guimp. et Schl. 18. Wagner. 182 Newman. 553. David. Dietrich. deutsl. flor. 6. t. 24. Chabrsciagr. 539. fig. 4. Herba usque bipedalis flavo-virens ramosissima ramis fertilibus adscendentibus. Folia conferta patula vel reflexa. Seta sub vitro minute denticulata. Bracteae scariosae luteolae. Sporangia lutea reniformia. Fl. aest. Vulgare in pascuis montanis et alpinis.

cc. *Spicis 3-6 ramis dichotome ramosissimis, compressis foliorum ramulorum quadrifariis acuminato-mucronatis.*

6. COMPLANATUM L. *Caule repente ramis adscendentibus dichotome ramosissimis ramulis flabellato-seceden-*

*tibus compressis ancipitibus latere interiore planis foliis ramulorum quadrifariis lateralibus ovatis connatis decurrentibus acuminato - mucronatis patulis exterioribus lanceolatis appressis, interioribus subulatis minimis pedunculis elongatis 4-6 stachyis bracteis lato-ovatis cuspidatis eroso-crenulatis.*

Ic. Dill. hist. musc. t. 59. f. 3. Fl. dan. t. 78. Sturm. deutsl. flor. 2. 3. Bauh. hist. 3. 759. Trag. hist. 534. Tabernam. ic. 943. Herba pallide virens usque bipedalis. Rami fertiles pauci inaequales dichotomi. Spicae breves teretes. In sylvis apricis, alpinis praesertim convallium inter Myrtillos. in montibus di *Giaveno*: in valle *Pragellas*: in iugis dell'*Argentera* vallis *Ursinae* supra *Rodoret*: in sylvis vallis di *Vegezzo* ad alpem di *Ralce*.

aa. *Sporangia biformia, alia reniformia vel subrotunda, sporulis minutissimis quaternatim cohaerentibus muriculatis repleta: alia 3-4 sporas maiores continentia quae striis tribus elevatis in vertice conniventibus praedita sunt.*

Selaginella. Spring. apud Doell. rhein. flor. 38. Stachygynandrum P. Beauv. aeth. prodr. 103. Adol. Broguiart. l. c.

b. *Ramis teretibus foliis sparsis spinuloso-dentatis spicis terminalibus solitariis sessilibus.*

7. selaginoides. L. *Caule repente ramis adscendentibus simplicibus foliis sparsis lanceolatis patulis spinuloso-dentatis spicis terminalibus solitariis foliosis.*

Selliaginella spinulosa. Alex. Braun. ap. Doell. l. c. Selaginoides foliis spinosis Dill histor. muscor. t. 68. f. 1. Ic. Bich. t. 11. f. 17. 19. 33. 38. Sturm. deut. flor. 2. 3. Haller. t. 35. f. 1. Fl. dan. t. 70. Svens. bot. t. 712 Wahlemb. flor. lap. t. 26. Engl. bot. t. 1148. Newman. 371. Schk. cryptog. t. 165. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 25. Pantula pusilla vix spithamea, tenuis. Folia suprema albido-luteola, paulo maiora. Fl. aest. Vulgare in pascuis alpinis. Prima fronte muscum refert.

bb. *Ramis complanatis, foliis tetrastichis margine denticulato-scabris spicis elongatis simplicibus bifidisque pedunculo minute foliato impositis.*

c. *Spicae pedunculatae ut plurimum geminae. Bracteae ovatae acutae.*

8. helveticum. L. *Caulibus procumbentibus caespitosis basi radicantibus ramis complanatis foliis tetrastichis denticulato-scabris oblongo-ovatis ovatisque serierum lateralium rectangulo-patentibus serierum interiorum duplo minoribus erecto-incumbentibus spicis elongatis simplicibus bifidisque pedunculo minute foliato impositis bracteis ovatis.* Koch.

Selaginella helvetica. Spring. ap. Doell. l. c. Lycopodium. radicans Schr. bayer. flor. 4. 1447. Ic. Dill. hist. muscor. t. 63. f. 2. Moris s. 15. t. 6. f. 34. Bich. t. 10. f. 6. et 10. Jacq. aus. t. 196. Schk. crypt. t. 165. David. Dietrich. deutsl. flor. 6. t. 26. Herba pusilla vix spithamea, tenuissima. spicae filiformes. Floret aest. Ad radices arborum, in pascuis humidiusculis alpium, montium, collium, etiam planitiei, vulgatissimum.

cc. *Spicae sessiles ut plurimum solitariae. Bracteae supremae cuspidatae.*

9. denticulatum. L. *Caule repente ramoso caespitoso basi radicante, ramis complanatis foliis tetrastichis margine denticulato-scabris serierum lateralium subcordato-ovatis acutis denticulatis rectangulo-patentibus serierum interiorum duplo minoribus erecto-incumbentibus spicis sessilibus solitariis abbreviatis bracteis supremis cuspidatis.*

Ic. Dillen. histor. muscor. t. 66. fig. 1. A. Bich. t. 14. f. 38-43. et t. 12. f. 50. 64. Clus. hist. 2. 249. Chabr. sciagr. 139. t. 3. Plantula digitalis. Ceterum similis L. helvetico. In locis inundatis prope *Nicaeam*.

Germani Lycopodium complanatum in decocto adhibent ad calculos solvendos, comminuendos, et expellendos. Herba etiam ex testimonio summi

viri P. S. Pallas, tinctoria est. L. Selago herba est venenata, narcotica, et acris, amara, et gulam constringens. Decocta vomitum ciet, et hebetat sensus, et lethum adfert nisi tempestive auxilium acidis praesertim aceto feratur. Zinglerus (apud Merat et de Lens dict. de mat. med. 5, 80. Bruxel. 1858.) pauca herba dentibus contrita et manducata, cito syncopem passus est, et memoria orbatus, quae nonnisi sero, et paulatim restituta est. Acetum aqua dilutum periculum avertit. Herba videtur sacra fuisse Druidibus sacerdotibus Gallorum et Celtarum qui, soli populo medicinam faciebant, quique hac oculorum morbis medebantur. Actuosum itaque Selago remedium est, quod multas vires promittit, dummodo super illud nova et accurata experimenta instituantur. Semina Lycopodii clavati subcerea sunt, super candelas accensas fulgurant, indeque in ignibus artificialibus parandis adhibentur etiam apud Persas. Usus eorum vulgatissimus in siccandis intertriginibus infantum, et pinguim hominum, quae omnibus aliis remediis palmam praeripiunt. Adhibent etiam pharmacopolae ad pillulas siccandas et involvendas, ne cohaereant. Sed omnino eis abstinendum censeo. Remedium enim sistunt valde actuosum atque actionem aliorum remediorum turbare possunt. Herbae decoctum sive potum sive capillis in plica imponatur, magnum remedium sistit quod est remedium domesticum, et vulgatissimum in Polonia, testimonio etiam magnae auctoritatis viri cl. Vicat, qui ibi per plures annos medicinam fecit. Melius et citius succurrit si herba Brancae Ursinae (Heracleum Sphondylium Lin.) jungatur. Vinum acidum vel ad putredinem vergentem restituere in dolio suspensum nonnulli scripserunt. Quod iteratis experimentis confirmandum est. Medici homiopathici Lycopodii semina magnum remedium antipsoricum habent, ideoque adhibent in rheumatismo, et genuum tumore, in febribus nervosis, caloris vitalis defectu, quo accedit ad Veratrum: in glandularum tumore, atque infarctu a struma, et psora, phtisi pulmonali, in flatulentia et dyspepsia, in varicibus et aneurismatibus, in dysecoea, et amblyopia, in coryza, et facili ad eam recidiva: in morbis abdominalibus, qui a psora originem habent: in tinea, alopecia, herpetibus, atque omnis generis impetiginibus, crusta lactea, serpigine, fungis, furunculis, fistulis, scrophulosa intertrigine, mammarum, cutis desquamatione et ulceribus, alvo clausa, scirrho ventriculi et testium.

## 702. WOODSIA

HYPERBOREA. R. Brown. W. *Fronde oblonga vel lineari-lanceolata pinnata subtus pubescente foliolis ovatis obtusis basi inaequaliter cuneatis subsessilibus obtuse lobato-pinnatifidis soris submarginalibus demum confluentibus stipite rachique paleaceo-villosis.*

Polypodium hyperboreum. Wahlem. flor. svec. 670. Web. et M. cr. 27. t. 2. f. 1. Engl. bot. t. 2023. Linn. trans. II. 11. Hock. gener. filic. 119. Kunze analecta 27. Newman. 143. 147. Jonson. ferns. 6. Schk. filic. 17. 6. Flor. dan. t. 2185. Acrostichum Marantae. Wulf. in Jacq. collect. 2. 5. Woodsia ilvensis. Babinct. man. 384. — Var. *pinnis brevibus triangulari-ovatis, lobulis infimis 1-2 margine incumbentibus vel contiguis ceteris coadunatis*, est Polypodium arvonicum. Withering. Smith. bot. 5. 1115. P. hyperboreum. Swar. synops. filic. 59. Sturm. deut. flor. 2. 11. Polyp. ilvense Villars. delph. 3. 849. Acrostichum ilvense Huds. angl. 451. Acros. alpinum. Bolt. filic. 76. t. 42. Ic. Pluken. t. 89. f. 5. Moris. s. 14. t. 3. f. 23. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 8. Acrostich. hyperboreum Liliebl. act. holm. 1795. 201. t. 8. Bolt. filic. t. 41. Ceterach. alpinum. Lam. Cand. fr. 2. 567. — var. *Pinnis lanceolatis lobulis paulo a se invicem remotis*. Acrostichum ilvense. Lin. Polypodium ilvense Swart. synops. filic. 59. Sturm. deut. flor. 2. 6. Polyp. Marantae. Hoffm. deut. flor. 2. 5. Polystichum Marantae. Roth. tentam. 3. 92. Aspidium distans. Viv. Ic. Dav. Dietrich. deut. flora. 6. t. 7. Schk. crypt. t. 19. Acrost. ilvense. Flor. dan. t. 391. et t. 2186. Floret

aest. Ex alpibus *Valdensium* misit Dr. Rostan. in rupibus circa lacum di *Valtournance* in valle *Augustae praetoriae* invenit Balbis. Herba vix spithamea. Pinnulae sublus squamato-pilosae.

## 703. GYMNOGRAMME

a. *Frondes compositae subtus laeves petiolatae inferne nudae. Sori lineares venis frondis furcatis insidentes.*

b. *Bipinnatae. Steriles humiliores. annua.*

1. LEPTOPHYLLA. Desv. G. *Fronde bipinnata glabra tenera foliolis cuneatis subtrilobis lobis obtusis bidentatis.*

Polypodium leptophyllum Lin. sp. 1553. Schk. filic. t. 26. Grammitis leptophylla. Sw. syn. filic. 23. et 218. t. 1. f. 6. Gasparini. observ. 1. 2. Osmunda. Lam. enc. 4. 657. Asplenium. Cavanil. in act. scient. nat. t. 41. f. 3. mala. Acrostichum. Cand. fr. 2. 565. Hemionitis Lagasc. Ic. Barrel. rar. fig. 431. Magnol. bot. monsp. t. 3. Id. hort. t. 5. ead. David. Dietrich. deut. flora. 6. t. b. Fl. aest. in agro *canapic.* prope *Bolengo* secus viam in sepibus umbrosis, et secus rivum *delle Moline di Palazzo.* Sori demum confluentes. frondes steriles humiliores. Omnes subdiaphanae sunt. Herba usque dodrantem aequat.

bb. *Frondes tripinnatae, steriles elatiores. Perennis.*

2. SPECTABILIS. Zum. G. *Perennis glaberrima usque semipedalis frondibus caespitosis inaequalibus, tenerrimis basi longe nudis, stipitibus in parte ima nuda usque spithameis, stipitibus, petiolisque filiformibus exquisite sulcatis laevissimis pallide virentibus frontibus ambitu ovato-lanceolatis usque dodrantem longis (dempta stipitis parte ima nuda) spithamam et ultra in parte media latiore latis, tripinnatis, pinnis prioribus remotissimis alternis 5-6 pollices longis lanceolatis, pinnis secundariis alternis remotis semipollicaribus lanceolatis pinnulis (tertiariis) oppositis distantibus, rhombaeo-ovatis obtusis integerrimis extrema obtusissima cum pare subsequente confluente, radicibus fibrosis nigris.*

Cum legi deflorata erat. Pinnae fertiles siccae inconspicuae. Sed ad hoc genus certo pertinet. Faciem enim quodammodo refert frondium sterilium ic. Barrel. Floret forte vere. Legi in collibus di *Piverone* et *Viverone* in sepibus umbrosis et humidis.

aa. *Frondes simplices pinnatifidae, laciniis alternis ovatis obtusis subtus paleaceo-squamatis stipitibus abbreviatis fere nullis. Sori lineares squamis tecti disco frondis oblique pinnatim furcatimque impositi. Caespitosa perennis.*

3. CETERACH. Spreng. syst. 4. 585. G. *Fronde lineari-lanceolata profunde pinnatifida subtus dense paleacea laciniis alternis ovatis vel oblongis obtusis squamulis margine integerrimis vel repando-denticulatis.*

Scolopendrium Ceterach. Smith. 1154. Grammitis Svvartz. syn. filic. 23. et 215. Asplenium. Lin. sp. 1538. Ceterach. officinarum W. sp. 5. 136. C. canariensis. W. l. c. 137. Asplenium aureum. Cavanil. praelect. 1801. 633. Aspl. latifolium. Bory de S. Vinc. ess. sur les iles fort. 311. t. 6. var. *maior.* Ic. Bauh. hist. 3. 479. Chabr. sciagr. 556. f. 6. Matthiol. com. 590. f. 2. Tragus. 551. Moris. s. 14. t. 2. f. 1. Plum. filic. 53. t. B. f. 3. Barrel. ic. rar. 603. 604. 1043. 1044. 1051. 1052. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 6. Bolt. filic. t. 12. Bull. med. t. 383. Savi mater med. t. 2. Engl. bot. t. 1244. Sturm. deut. flor. 2. 5. Dodon. pempt. 465. Hayne 8. 48. Hook. gener. filic. 113. Fée. filic. 5. 30. Nevvman. 293. Schk. filic. 7. 6. Lodd. bot. cab. 15. Morandi hist. bot. t. 4. t. 3. Frondes usque dodrantales supra virides, subtus totae dense obductae squamis scariosis ferrugineis. Caespes magnus radicibus multis nigris. Passim super rupibus, et muris antiquis soli expositis. Pulvis squamarum e dorso frondis excussus, et cum jusculo vel aqua, vel vino epo-

tus certissimum remedium in leucorrhoea mulierum, in catharro diuturno et in calculis renum comminuendis, et expellendis utile. Praeterea adstringente et tonica virtute pollere, obstructiones viscerum reserare, et morbis inde natis mederi, hydropicis, asthmaticis succurrere scribit magni nominis vir Joan. Fernelius.

### 704. NOTHOLAENA

**Marantae.** Rob. Brovvn. l. c. N. *Herba pusilla vix dodrantalis radice repente pilis squamosis ferrugineis obsita frondibus caespitosis basi nudis stipitibus teretibus paleaceo-pilosis superne bipinnatis lanceolatis pinnulis lineari-oblongis oppositis obtusis sessilibus, inferioribus pinnatifidis supernis subconfluentibus subtus paleaceo-squamosis.*

Acrostichum. Lin. sp. 1527. Sturm. deut. flor. 2. 6. Schk. filic. t. 4. Spreng. anleit. 5. 81. t. 2. f. 18. Barrel. ic. 857. 858. Camerar. epit. 666. Sibt. flor. gr. t. 964. Clus. hist. 2. 212. fig. 3. A. canariense W. sp. 5. 121. A. subcordatum. Cavan. ann. hist. nat. 4. 97. Ceterach. Marantae. Cand. fr. 3. 243. Notochlaena. Desv. journ. de bot. 192. Spreng. syst. 4. 43. Vittaria Ceterach. b. Bernar. journ. Schr. 1. 315. Ic. Lob. ic. 816. Dav. Dietr. deut. fl. 6. t. 6. Facies eius formam quodammodo refert Ceterach. Stirps tamen toto coelo diversa. Fl. aest. Frequens ad rupes collium et montium.

### 705. POLYPODIUM

a. *Fronde pinnatifida lanceolata.*

1. **vulgare.** P. *Fronde lanceolata longe petiolata profunde pinnatifida glabra laciniis approximatis alternis lineari-oblongis a basi decrescentibus obtusis crenulatis soris biserialibus, caudice paleaceo.*

Varr. *laciniis integerrimis-dentatis-incisis-auriculatis-fronde furcata-sinuatis* (Bolt. filic. t. 2. f. 5. 6. Schk. crypt. t. 17.) — *fronde maxima laciniis pinnatifido-dentatis*, quae est P. cambricum. L. sp. 1546. cuius icc. Pluk. alm. t. 30. f. 1. Moris. s. 14. t. 2. f. 8. Bolt. fil. t. 2. f. 5-6. Ic. Camer. epit. 993. Dodon. pempt. 464. Plum. filic. t. A. f. 2. Schk. filic. t. 8. et 11. Blackvv. t. 215. Flor. dan. t. 1060. Engl. bot. t. 1149. Sturm. deut. flor. 2. 1. Bull. herb. t. 191. Bolt. filic. t. 18. Flor. med. t. 278. et t. 7. t. 42. Nees. dusseld. 15. Svens. bot. t. 57. Woodvv. med. t. 268. Curt. lond. 1. 5. Nevvman. 111. 113. Wagner. 189. Lam. illus. t. 866. Hook. gen. filic. 69. Dav. Dietrich. deut. fl. 6. t. 7. Matth. com. 802. f. 1. 2. Chabr. sciagr. 558. f. 3. Morand. hist. bot. t. 4. Savi. mat. med. t. 12. Vulgare in lapidosis et ad radices arborum in montibus locis umbrosis. Radix dulcis alvum laxat, et specifica virtute prodest in tussi et catharro senum diuturno. Peculiari prorsus et specifico modo prodest in podagra lenienda, et avertenda viscerum abdominalium obstructiones solvendo, et bilem atram purgando, ut scribebant veteres. Ego adhibui in sene podagroso cachectico, et tussi diuturna vexato qui intra sex menses drachma radicis pulverata singulo mane sumpta, perfecte restitutus est. Maniam etiam sanatam usu eius fuisse Malouinus. (Mem. de l'acad. de Paris 1751.) Pharmacopoea patria optimo consilio P. vulgare in electuario lenitivo conficiendo adhibet. Remedium inde natum cum paucis comparandum in alvo solvenda, et bile purganda.

aa. *Fronde bipinnatifida ovato-lanceolata pubescente.*

2. **Phaegopteris.** P. *Fronde longe acuminata stipiteque villosiusculis laciniis lineari-lanceolatis margine ciliatis suboppositis pinnatifidis infimis rhombo foliaceo junctis deflexis soris distinctis submarginalibus.*

Ic. Schk. fil. t. 20. Moris. s. 14. t. 4. fig. 17. Amman. comment. petropol. 19. t. 21. Bolt. filic. t. 20. Engl. bot. t. 2224. Flor. dan. t. 1241. Nevvman. 115. 122. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 8. Frondes caespitosae, usque pedales ut plurimum valde breviores. Stipites longe nudi. Pinnae

adnato-decurrentes, imis liberis, cum oppositis rhombum fere formantes. Sori minimi albi. Vulgare in montanis et subalpinis. Fl. aest.

aaa. *Fronde ternato-bipinnatifida triangulari glabra.*

3. Dryopteris. P. *Frondibus inclinatis mollibus ternato-bipinnatifidis glabris ambitu triangularibus laciniis oblongis obtusis infimis pinnatifido-crenatis, soris distinctis biserialibus venulas terminantibus, stipite glabro.* Var. *frondibus rigidis glanduloso-pubescentibus soris demum confluentibus stipite basi paleaceo* est P. calcareum. Smith. brit. 1117. Engl. bot. t. 616. Bolt. filic. 53. t. 1. Ic. Clus. hist. 2. 212. f. 1. Engl. bot. t. 616. Bolt. filic. t. 28. Tabernam. hist. 799. Schk. filic. t. 25. Bauh. hist. 3. 733. Chabr. sciagr. 555. f. 2. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 9. Rhizoma repens, frondes longe petiolatae usque pedales plerumque breviores. Stipites filiformes fusci. Fl. aest. Frequens in planitie in muris antiquis, locis umbrosis.

aaaa. *Fronde bipinnata ovato-lanceolata, sive basi apiceque angustata. Indusium laterale parvum cito deciduum.*

4. rhaeticum. P. *Frondibus glabris ambitu oblongo-lanceolatis magnis bipinnatis foliolis alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis laciniis linearibus acutis dentatis oblique mucronatis soris divisis simplici serie circa nervum pinnularum.*

P. alpestre. Hopp. ap. Koch. synops 931. Polyp. molle. All. ped. 2. 287? Aspidium molle Loisl. gall. 2. 367? Aspidium rhaeticum. Svvart. synops filic. 59. Aspidium fragile b. Cand. fr. 2. 558. Ic. Bauh. hist. 3. 740. Chabr. sciagr. 554. f. 3. Schk. filic. t.60. Frondes magnae usque bipedales brevi vel stipitatae vel petiolatae. Herba simillima Aspl. Filici foeminae, a qua mox dignoscitur soris rotundis. Ceterum ob indusium laterale, quamquam cito deciduum multam adfinitatem habet cum Asplemiis, et neutiquam cum Polypodio coniungenda, quod omni Indusio caret. frequens in subalpinis et montibus, et collibus, locis rupestribus, umbrosis, humidiusculis, lapidosis

Legi in humidis umbrosis di *Candelo* in agro *bugell.* secus la roggia *Marchesa* prope i *Molini*, ubi copiosissime, et pulcherrime crescit. Ad Polypodia non pertinet quia habet indusia et medium est inter *Asplenium* et *Aspidium* ut patet ex descriptione.

Rhizoma crassum nigrum. Frondes caespitosae multae inaequales maiores usque bipedales, rigidae glaberrimae bipinnatae. Stipites breviusculi basi nigri dein paleacei, paleis fulvis. Paleae rarae lineares et in parte superiore etiam nervorum pinnarum. Stipes et nervi pinnarum non raro rubidi subtus convexi supra sulcati. Frondes lanceolatae longe acutatae pinnas habent utrinque usque triginta utplurimum remotas alternas quales ic. Bauhini, et Chabraei pingunt, aliquando approximatas raro suboppositas usque 5-pollicares, lanceolatas longe acutatas. Pinnulae utrinque usque 40 maiores centimetrum excedunt pinnatifidae sunt laciniis lineari-oblongis bitridentatis dentibus oblique mucronatis. Sori sunt simplici serie juxta nervum medium pinnularum (neutiquam laciniarum) eique parallela oppositi imi subrotundi superiores lineares demum omnes subrotundo-ovali magni ferruginei, contigui, quamquam distincti totam fere paginam occupantes. Indusia totos soros primum obtegentia albido-luteola ima subrotunda, superiora ovato-lanceolata: inferiora plica depressa externa continentur, ut sori subrotundo-ob-reniformes appareant ut illos *Aspidii Filicis maris* perfecte aemulentur: superiora lanceolata ut illa *Aspleniorum* omnino referant. Mox latere interiore solvuntur et margine externo, inferiora tantum plica depressa haerent. Omnia mature decidunt, ut demum sori nudi appareant et stirps omnino *Polypodio* similis sit. *Polypodiis* itaque adnumerari non potest et genus constituit medium inter *Asplenium* et *Aspidium*.

## 706. STRUTHIOPTERIS

GERMANICA. W. enumer. hort. berol. 1071. St. *Herba usque tripedalis frondibus caespitosis sterilibus pinnatis periferialibus ambitu lato-oblongis acuminatis basi apiceque decrescentibus pinnis alternis pinnatifidis laciniis ovatis integerrimis frondibus centralibus lanceolatis pinnatis pinnis linearibus integris subteretibus denique explanatis fere pinnatifido-articulatis, pinnulis subglobosis indusiis magis minusve segregatis.*

Osmunda Struthiopteris. Lin. sp. 1522. Flor. dan. t. 169. Gunner. flora norv. 1. t. 1. f. 1. 2. 3. Amman. act. petrop. 10. 287. t. 18. Onoclea. Hoffm. deut. flor. 2. 11. Ic. Vulf. fl. bor. 1. Hook. gener. filic. 69. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 20. Frondes basi dilatatae quasi in bulbum coalitae, ut bene pictae sunt in ic. Gunneri. Spicae fertiles ferrugineae Stipites frondium fertilium crassi, rigidi, fusci. Fl. aest. Multis locis nascitur in patria. Ex convallibus *Valdensium* misit Rostan. in agro *segus.* secus aquas in convallibus locis umbrosis : in pascuis humidis prope *Chivasso* : secus amnem *Sangone* prope *Giaveno* : secus amnem *Corsalia* in montibus *monregalensibus* etiam in agro *taurinensi* secus *Sturam* prope il *Parco* locis umbrosis, humidis.

## 707. LOMARIA

SPICANT. Desv. mag. d. nat. Z. Berl. 3. 325. L. *Fronde sterili subcoriacea pinnatifida lanceolata laciniis lineari-lanceolatis subintegerrimis obtusiusculis mucronatis approximatis subarcuatis, fronde fertili latiore laciniis linearibus acutis, remotioribus, omnibus basi decrescendo brevioribus, infimis minimis.*

Osmunda. Lin. sp. 1522. Flor. dan. t. 99. Bolt. filices. t. 6. Hedvvig. theor. 3. Blechnum. boreale. Svvartz. synops. filic. 115. Schk. filic. t. 110. Curt. lond. 2. 218. Sturm. deut. flor. 2. 36. Nevvman. 89. 90. Dietrich. deut. fl. 6. 191. Blechnum heterophyllum. Opitz. Blechnum. Spicant. Roth. germ. 3. 44. Engl. bot. t. 1759. Onoclea. Spicant. Hoffm. germ. 2. Acrostichum nemorale. Lam. fr. 1. 11. Acrost. Spicant. Vill. delph. 3. 838. Struthiopteris Spicant. Scop. carn. 2. 288. Allion. Asplenium Spicant. Bernh. Ic. Camer. epith. 68. Tragus 550. Frondes usque pedales obscure virentes, senescendo ferrugineae, steriles breviores prostratae. Fl. aest. frequens in sylvis montanis, umbrosis.

## 708. ALLOSURUS

CRISPUS. Bernh. in Schrad. nevv. journ. 1. p. 2. 36. A. *Fronde utraque sub 2-3 pinnata sterilis foliolis obovatis inciso-dentatis lacinulis linearibus apice bidentatis vel integris fertilis elatioris foliolis lineari-oblongis integris stipite glabro.*

Osmunda crispa. L. sp. 1512. Flor. dan. t. 496. Bolton. filic. t. 7. Pteris crispa. All. pedem. 2. 284. Svvart. synops. filic. 101. Engl. bot. t. 1160. Schk. filic. t. 98. Pteris tenuifolia Lam. fr. 1. 13. Pteris Stelleri Amman. nov. com. Petrop. 12. t. 12. f. 1. Blechnum crispum. Hartmann. scandin. fl. ed. 3. 253. Cryptogramme crispa. R. Brovv. Hook. scot. 440. Onoclea crispa. Hoffm. deut. flor. 2. 2. 11. Sturm. deut. fl. 2. 1. Acrostichum crispum. Vill. delph. 3. 838. Struthiopteris crispa Wallrot. in comp. flor germ. 3. 27. Ic. Moris. s. 14. t. 4. f. 4. Nevvman. 103. 108. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 21. Bahuin. hist. 3. 743. Chabr. sciagr. 333. f. 3. Pluk. almag. t. 5. f. 2. Herba pusilla vix dodrantalis pallide virens. Fl. aest. In rupestribus alpinis, humidis passim. Etiam in montibus nostris. Legi secus viam quae ducit ad sanctuarium *Oropae*, non procul ab illo.

## 709. ADIANTHUM

CAPILLUS VENERIS. Ad. *Frondibus 2-3 pinnatis pinnulis obovato-cunea-*

*tis, lobatis serrulatis fertilibus antice inaequaliter lobatis lobis soro transverse lineari-oblongo terminatis rachi laevissima nitida.*

A. coriandrifolium. Lam. fr. 1. 29. A. capillus. Svvart. synop. filicum 124. Ic. Camer. epit. 124. Moris s. 44. t. 5. f. 6. Bolt. filic. t. 29. Jacq. miscel. 2. t. 7. Tounef. inst. t. 317. Bull. med. t. 247. Savi mater. med. t. 25. Flor. med. t. 94. Nees dusseld. t. 17. Engl. bot. t. 1564. Lam. ill. t. 870. Hook. gener. filic 66. Nevvm. 83. Morandi hist. bot. t. 5. f. 2. David. Dietrich. deut. fl. 6. t. 18. Blackvv. t. 567. Stipes ferrugineus palmaris. Rami trifolii. Fl. aest. Ad rupes et muros humidos et umbrosos, ad scaturigines fontium in puteis, et caveis etc. passim. vulgatius in collibus maritimis, locis rupestribus, humidis, umbrosis, etiam in pratis. Rarum apud nos. Calorem fert ultra 59 gradus thermom. Reaum. Herba est amara leniter adstringens, et aromatica, optima in corhiza, et catharro diuturno. Syrupus paratur in Gallia qui aqua calida dilutus gratissimam, et saluberrimam potionem suppeditat. A. pedatum. Lin. in Canada spontaneum. A. Capillo Veneris ut plurimum supponitur. magis enim aromaticum est et amarum, et forte salubrius. Rarius tamen hodie invenitur.

## 710. CHEILANTES

ODORA. Svvar. syn. filic. 127. et 327. Ch. *Herba pusilla vix spithamea frondibus caespitosis glabris ambitu ovatis bipinnatis pinnis oblongis obtusis sinuato-pinnatifidis, inferioribus pinnatis foliolis lobisque subrotundis integerrimis, indusiis subfimbriatis stipite piloso.*

Polypodium fragrans. Lin. mant. (non spec.) 507. Desfont. atl. t. 257. P. pteridioides. Reich. syst. 4. 424. Adiantum fragrans. Svvar. journ. 2. 84. Vivian. flor. it. fragm. t. 11. f. 2. 3. 4. Pteris acrostica. Balb. addit. 98. Eiusd. miscel. 46. Ic. Schk. filic. t. 125. Radix fibrosa nigra. Petioli filiformes pilosi rigidi fusci, frondem longitudine aequant, basi articulati, et fragiles. Frondes 8-10-iugae. Pinnae suboppositae, patentissimae, pinnatae, foliis pinnatifidis laciniis rotundatis minimis. Habitus Polyp. Filicis maris, at longe minus. Foliola densius congesta, lobis profundius serratis. Witman. Statura Polyp. fragilis. Recens siccatum fragrantissimum. Stipes atropurpureus, laevis, basim versus paleis helvolis, frons palmaris, bipinnata, laevis. Pinnae oppositae, sessiles ovatae, obtusae, utrinque laeves pinnatifidae margine tenui reflexo fructificationes primum tegente, ut in Pteride. Fructificationes marginales tantum tectae squama propria reniformi. Reichard. 1. c.

## 711. PTERIS

a. *Frondibus pinnatis, pinnis binis imis pinnatis vel tripartitis.*

1. CRETICA. Pt. *Glabra frondibus pinnatis pinnis oppositis brevi petiolatis, acuminatis, lanceolatis, oblongisve basi cuneatis, pinna infima bipartita, vel ternata.*

Ic. Tournef. instit. f. 321. Dalech. lugd. 1218. Schk. filic. t. 90. Risso flor. de Nice t. 20. Alp. exot. t. 66. Moris. s. 14. t. 1. f. 16. Frondes pedales, et ultra, glaberrimae coriaceae. Pinnulae longissimae usque spithameae minutae dentatae dentibus mucronatis, 2-4 utrinque, impari paulo longiore imis; aliquando conformibus, quales pingit Dalechampius, l c. Frons sistit speciem folii imparipinnati. Petioli glabri limbum longitudine excedunt. Pinnae supremae connato-sub decurrentes infimis petiolatis et saepe 2-trifidis. Fl. aest. In sylvaticis umbrosis circa *Tendam*, et in vallibus umbrosis circa *Nicaeam.*

aa. *Frondibus tripinnatis, pinnis infimis pinnatifidis.*

2. AQUILINA. Pt. *Frondis tripartitae ramis bipinnatis foliolis subsessilibus lanceolatis integerrimis obtusis margine revolutis inferioribus pinnatifidis laciniis oblongis obtusis stipite glaberrimo.*

Var. *pubescens* est Pt. lanuginosa Spreng. Allosurus aquilinus. Presl. pterid. 153. Ic. Fuchs. hist. 596. Lob. obs. 475. Schk. filic. t. 93. Plum. filic. t. A. fig. 1. Camer. epit. 992. Matth. com. 801. f. 2. Dodon. pempt. 462. Blackvv. t. 325. Moris s. 14. t. 4. f. 3. Sturm. deut. flor. 2. 19. Diction. des scienc. nat. 86. Nevvman. 93. Flor. dan. 3. 2304. Svens. bot. t. 90. Engl. bot. t. 1679. David. Dietrich. deut. flor. 6. t 18. — Ic. Pluk. alm. t. 182. f. 1. plantam sistit *pumilam*. et ic. Schk. filic. 96. var. *frondibus sterilibus ciliatis*, quae passim observatur. Frondes longe stipitatae usque 5pedales. Folia coriacea ambitu triangularia. Pinnae non raro alternae, supremae simplices alternae oblongae durescentes. Rhizoma repens, ramis horizontalibus. Stipes transverse sectus aquilam duplicem quodammodo refert. Fl. aest. passim in collinis, et montanis, lapidosis et apricis sterilibus. Certum est hanc stirpem in vermibus intestinalibus expellendis, et necandis magna vi pollere, etiam taenia. Ingentem extracti copiam largitur. Unde hoc in pillulis, et bolis praeferendum est. Multi et magni nominis viri, Hallerus, Andryus, Alstonus, Dionisius, Gmelinus, Svvietenius etc. illam magnis laudibus cumulaverunt. Experimenta itaque multa et accurata bene instituantur ut remedii tanti a veteribus facti actio vera in patulo fiat.

## 712. ASPLENIUM

a. *Frondibus pinnatis lineari-lanceolatis.*

b. *Stipite glabro, rachique fusco-rubido nitentibus, rachi margine anguste scarioso denticulato.*

1. TRICHOMANES. Aspl. *Fronde lineari-lanceolata foliis sessilibus subrotundo-oblongis obtusis crenatis basi truncato-cuneatis suboppositis stipite rachique tereti nitidis.*

Var. *foliolis incisis.* Asp. trichomanoides. Schk. filic. t. 74. c. f. Tournef. inst. t. 315. f. 5. Var. *frondibus apice ramosissimis.* Smith. brit. 1127. Var. *rachi pubescente* est Asp. Petrarchae de Cand. fr. 5. 238. Asp. glandulosum. Loisl. not. et flor. gall. ed. 2. 2. 362. Asp. Vallis clausae Req. in descript. Vaucl. ed. 2. 240. Ic. Matth. com. 750. f. 2. Camer. epit 925. Valer. Cord. hist. 170. et 172. f. 1. Tillands. ic. 77. Fuchs. hist. 796. Pluk phyt. t. 73. f. 6. Ger. em. 1146. Bolt. filic. t. 13. Woodvv. med. bot. t. 204. Flor. dan. t. 49. Engl. bot. t. 576. Svens. bot. t. 131. Blackvv. t. 370. Tabernam. hist. 1187. Schk. filic. t. 74. Bull. med. t. 183. Nees. dusseld. t. 16. f. 3. Zorn. ic. plan. cent. 1. t. 93. Moris. s. 14. t. 3. f. 1. 4. 10. Hedvv. theor. t. 7. f. 4-7. Plum. filic. t. V. f. 1. Curt. lond. 5. 136. Nevvman. 283. Morand. hist. bot. t. 4. f. 4. Dodon. pempt. 471. f. 1. David. Dietrich. deust. flor. 6. t. 17. Savi. mat. med. t. 16. Dalech. lugd. 1211. Radix nigra villosa, caespitosa. Frondes usque dodrantales numerosae. Stipes brevis. Rachis fusca supra canaliculata subtus carinata. Pinnae supra fusco-virentes. Sori demum confluentes. Involucra alba. Capsulae ferrugineae. Fl. toto anno. Ubique locis humidis, umbrosis, etiam apricis praesertim collinis et montanis, in muris et maceriis.

bb. *Stipite pilis articulatis adsperso, basi fusco, rachi compressa, viridi margine non scariosa.*

2. VIRIDE. Huds. angl. 453. Aspl. *Frondibus sublinearibus foliis alternis ovato-subrotundis obtusis inaequaliter obtuse dentatis basi cuneatis, stipite basi fusco rachi compressa viridi.*

Aspl. Trichomanes. b. ramosum. Lin. sp. pl. 1541. est var. frondibus duplicato-pinnatis vel apice ramosis. Quorsum pertinent Trichomanes ramosum maius et minus. Bauh. pinax. 356. Trichomanes ramosum. Bauh. hist. 3. 747. Chabr. sciagr. 556. f. 1. Raius angl. ed. 3. 119. Bolton. filic. t. 2. f. 3. — Ic. Schk. filic. t. 73. Flor. dan. t. 1289. Bolt. filic. t. 14. Moris. s. 14. t. 3. f. 11. Engl. bot. t. 2257. Svens. bot. 774. Sturm. deut. flor. 2. 1. 10. Nevvm. 281. Schran. flor. monac. t. 16. David. Dietrich.

deust. fl. 6. t. 17. Similis priori, ut plurimum tamen minor et tenerior. Pinnae supra pallide virentes. Rachis tetraquetra. Involucra et capsulae flavidae. Sori demum confluentes. Floret aest. In alpibus, locis apricis, lapidosis, etiam umbrosis.

aa. *Frondibus subbipartitis, laciniis linearibus elongatis.*

3. SEPTEMTRIONALE. Svvartz. syn. filic. 75. Aspl. *Frondibus longe stipitatis subbipartitis laciniis linearibus elongatis apice subtridentatis.*

Acrostichum. Lin. sp. 1524. Flor. dan. t. 60. Bolton. filic. t. 8. Lam. ill. t. 865. Blechnum. Wallroth. comp. flor. germ. 3. 24. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 19. Scolopendrium. Roth tent. 3. 49. Acropteris septemtrionalis. Link hort. berol. 2. 56. Asplenium bifurcatum. Opitz. ap. Wallr. l. c. Ic. Schk. filic. t. 65. Curt. londin. 3. 162. Engl. bot. t. 1017. Svens. bot. t. 534. Nevvman. 266. Sturm. deut. flor. 2. 2. n. Tabernam. 756. Lob. ic. 47. Eiusd. advers. 17. Dalech. lugd. 1226. Gerar. em. 1561. Bah. hist. 3. 759 Chabr. sciagr. 556. f. 2. Radix caespitosa nigra. Frondes erectae, vix spithameae: laciniae 2-4. Sori mature confluentes. Fl. aest. In lapidosis montanis, e fissuris rupium etc. passim.

aaa. *Frondibus ambitu elliptico-oblongis.*

4. FILIX FOEMINA. Bernar. in Schrad. n. journ. 3. par. 2. 22. t. 2. f. 7. Aspl. *Frondibus bipinnatis acuminatis inciso serratis serraturis 2-3 dentatis, acutiusculis, soris oblongis, rectis, stipite glabriusculo indusiis transverse ovalibus margine fimbriato-laceris.*

Polypodium. Lin. sp. pl. 1551. Bolt. filic. t. 28. Blackvv. t. 325. Hedvv. th. 7. Aspidium. Svvart. syn. filic. 59. Schk. crypt. t. 58. 59. Engl. bot. t. 1459. David. Dietr. deut. flor. 6. t. 15. Nevvman. 257. 244. Aspid. alpestre. Schk. l. c. t. 60. Polypodium molle Schreb. spic. flor lips. 70. P. dentatum. P. incisum. P. trifidum. Hoffm. germ. 2. 7. Athyrium Filix foemina. Roth. germ. 3. 65. A. molle. id. l. c. 61. A. ovatum. id. l. c. 64. A. trifidum. id. l. c. 63. Sunt varr. laeves quarum insignior est. A. molle quae habet *pinnulas rachide foliacea coniunctas.* Ic. Moris s. 14. t. 5. f. 8. Pluk. phyt. t. 180. 4. Tabernam. ic. 793. Bauh. hist. 3. 730. Chabr. sciagr. 533. f. 4. Radix caespitosa caespite denso nigro. Frondes multae erectae glabrae usque tripedales laete virentes; stipites basi squamosi pinnae alternae, acuminatae pinnulatae pinnulis eleganter ac tenue pinnatifidis, incisis, muticis, superioribus praecipue decurrentibus. -- Smith. Fl. aest. passim locis montosis, collinis, lapidosis, humidiusculis, et umbrosis.

aaaa. *Frondibus oblongo-lanceolatis, vel lineari-lanceolatis.*

5. HALLERI. Rob. Brovvn. ap. Koch. syn. 756. Aspl. *Frondibus lineari-lanceolatis. vel oblongo-lanceolatis pinnatis vet bipinnatis, vel pinnis basi pinnatifido-lobatis, pinnis ambitu ovatis, vel oblongo-ovatis, pinnatisque pinnulis subrotundo, vel rhombaeo-ovatis angulato-dentatis, dentibus spinuloso-mucronatis, divaricatis, indusiis transverse ovalibus integerrimis rectis subcurvatisque.*

Aspidium. W. sp. 5. 274. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 14. est var. *pinnis oblongo-ovatis pinnatis.* Huc Polypodium fontanum. Lin. sp. pl. 1550. Aspidium fontanum Svvartz. synops. filic. 57. Schk crypt. t. 53. Polypodium pedicularifolium. Hoffm. deut. fl. 2. 10. — Aspidium fontanum. W. l. c. 272. est var. *angustata pinnis breviter ovatis subcordatis lobulatis lobulo uno alterove ad basim pinnulae in pinnulam sejuncto.*

Huc Polypodium fontanum. Smith. brit. 1114. Bolton. filic. t. 21. Pluk. phyt. t. 89. f. 2. Radix caespitosa fibris longissimis rigidis. Frondes vix triunciales, stipitibus vix uncialibus, basi squamis magnis, scariosis onustis. Pinnae ut plurimum alternae supra glabrae laete virides. Sori subrotundi demum confluentes: ideoque forte melius cum Aspidiis iungenda stirps Flor. aest. E rupium fissuris in summis montibus prope *Moutiers* in *Sabaudia*: in monte *Iovis*, vel *ma-*

*gni S. Bernardi*: et supra *Ussey*: circa *Segusium* et passim locis montanis atque alpinis in rupium fissuris, locis humidis et umbrosis.

aaaaa. *Frondibus triangularibus*.

b. *Frondibus pinnatis infimis longioribus, bi-tripartito-pinnatifidis pinnis remotis lanceolato-cuneatis apice dentatis indusiis margine integris.*

6. GERMANICUM. Weis. pl. crypt. fl. gott. 299. Aspl. *Frondibus pinnatis pinnis alternis remotis lanceolato-cuneatis apice dentatis, inferioribus longioribus bi-tripartito-pinnatifidis.*

Aspl. Breynii. Retz. obs. 1. 32. Schk. cryptog. t. 81. Svens. bot. t. 534. Aspl. alternifolium Wulf. in Jacq. misc. 2. 51. t. 5. f. 2. Scolopendrium alternifolium Roth. germ. 3. 55. Phyllitis heterophylla Moennch. Ic. Breyn. cent. t. 97. Moris s. 14. t. 5. f. 25. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 15. Sturm. deut. flor. 2. 2. 5. Nevvman. 264. 265. Radix caespitosa, ferruginea. Frondes vix spithameae, glabrae erectae, laete virides. Pinnae petiolatae, inferiores raro compositae (et tunc frons lanceolata est) valde remotae nervosae. Sori lineares, breves, pauci, albidi, demum subconfluentes. Fl. aest. Ad rupes in alpibus di *Giaveno* ad iugum *della Rossa*: in valle *Lancei* prope *Cantonia*, *Guazzolo*, et *Monasterio*: in valle di *Fedrio* ad rupes in agro *novar*. etiam ad rupes alpium nostrarum.

bb. *Frondibus bipinnatis*.

c. *Pinnis rhombaeo-oblongis, obtusis, cuneatis remotis, indusiis margine lacero-fimbriatis.*

7. RUTA MURARIA. Aspl. *Frondibus basi bi-tripinnatis apice simpliciter pinnatis foliolis rhombaeo-oblongis obtusis cuneatis crenulatis subincisis soris demum confluentibus stipite glabro.*

Scolopendrium. Roth. germ. 3. 52. Aspl. murale. Bernh. Phyllitis Ruta-muraria. Moench. Ic. Schk. crypt. t. 80. Matth. com. 666. f. 1. Camer. epit. 783. Black. t. 219. Flor. dan. t 190. Tabernam. ic. 796. Fuchs. hist. 750. Engl. bot. t. 150. Morand. hist. bot. t. 1. Svens. bot. t. 306. Nevvman. 261. Nees. dusseld. 16. Hook. gener. filic. 50. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 15. Bolt. filic. t. 16. Ger. em. 1144. Bauh. hist. 3. 737. Chabr. sciagr. 535. f. 6. Brunsf. herb. 1. 219. Valer. Cord. hist. 170. f. 2. Pluk. phyt. t. 3. f. 3. Regn. bot. Radix ferruginea, caespitosa. Frondes divaricatae vix spithameae. Stipites breves, versus basim obscure rubidi. Pinnulae paucae, remotae glabrae obscure virentes. Pinnae patulae etiam deflexae. Fl. aest. Ubique ad muros, ad rupes, et rudera.

Matthiolus l. c. scribit multum valere in calculis renum et vesicae comminuendis et expellendis: etiam pueros hernia laborantes se multos sanatos vidisse. Certum remedium judicat in gonorrhoea (forte blennorrhoea) et albis mulierum fluoribus. et ego repetitis vicibus exhibui in leucorrhoea felici omnino eventu.

cc. *Pinnis ovatis acute serratis, approximatis indusiis margine integris.*

8. ADIANTUM NIGRUM. Aspl. *Pinnis oblongis pinnatifido-incisis apice dentatis, soris demum confluentibus stipite laevi.*

Aspl. nigrum. Lam. fr. 1. 28. Aspl. lanceolatum. Hoffm. Phyllitis lancifolia. Moench. Ic. Schk. crypt. t. 80 a. Flor. dan. t. 250. mala. Blackvv. t. 220. Bolt. filic. t. 17. f. 1. 2. 3. Bauh. hist. 3. 737. Dodon. pempt. 466. Sturm. deut. flor. 2. 5. Tabernam. 796. Savi mat. med. t. 20. Engl. bot. t. 1950. Nees. dusseld. t. 16. f. 2. Nevvman. 255. 257. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 16. Dalech. lugd. 1228. Ger. em. 1137. Radix caespitosa fusca. Frondes usque pedales, durae subcoriaceae supra obscure virentes. Laciniae extremae subconfluentes. Stipites elongati nitentes fusco-rubri. Sori crocei. Fl. aest. et aut. Vulgare in collibus et montibus, sepibus apricis, muris et ruderibus etiam planitiei.

## 713. SCOLOPENDRIUM

OFFICINARUM. Smith. act. taur. 5. 410. t. 9. f. 2. Sc. *Herba usque sesquipedalis radice nigra caespitosa frondibus simplicibus basi cordata excisa lanceolatis acutis glabris, utrinque laete virentibus stipitibus abbreviatis fuscis paleaceis.*

Var. *Frondibus crispis, sterilibus undulatis margine inciso-lobatis apice mucronatis et frondibus apice dilatatis multifidis.* Moris. s. 14. t. 1. fig. 2. 3. 8. 9. Pluk. phyt. t. 248. f. 1. Bauh. hist. 3. 757. Chabr. sciagrap. 3. 7. f. 3. 4 Dodon. pempt. 467. f. 2. Dalech. lugd. 1219. f. 2. Clus. hist. 2. 213. f. 3. Weiman. phyt. t. 667. 668. Scolop. vulgare. E. gl. bot. t. 1150. Sc. Phyllitis Roth. tentam. 3. 47. Aspienium Scolopendrium. Lin. sp. 1537. Ic. Dodon. Dalech. Clus. Bauh. Chabr. ll. cc. Matth. com. 537. f. 3. Plum. filic. 34. t. A. f. 4. Blackvv. t. 138. Knor. del. 2. t. L. 8. Moris s. 14. t. 1. f. 1. Camer. epit 379. Brunsf. herb. 2. 40. Trag. hist. 549. Bolt. filic. t. 11. Woodvv. bot. med. sup. t. 272. Curt. lond. 1. 6. Fuchs. hist. 294. Schk. crypt. t. 83. Bull. med. t. 16. Savi mater med. t. 23. Fl. fr. t. 519. Hook. gener. filic. 37. Ann. scienc. nat. 3. 2. 2. 3. Hopkirk. Fl. anom. 3. Svens. bot. t. 143. Woodvv. med.bot.t.269 Regn.bot. Zorn. ic. pl. med. cent. 1. t. 47. Dav. Dietrich. deut. fl. 6. t. 21. Weinm. tabb. citt. Fl. aest. et aut. Ad radices alpium, montium, et collium, locis saxosis, umbrosis, secus aquas, ad oras puteorum et scaturigines fontium passim. Apud nos legi ad fontium scaturigines *Candeli* in valle *Cervi*, ipso colle, qui in vallem descendit.

## 714. ASPIDIUM

a. *Indusium orbiculare peltatum stipitatum puncto centrali adfixum circum circa liberum.* ASPIDIUM.

b. *Frondibus pinnatis.*

1. LONCHITIS. Svvartz. synops. filic. 43. Aspid. *Frondibus ambitu elongato-lanceolatis pinnis indivisis lanceolato-falcatis mucronatis duplicato-spinuloso-serrulatis subtus sparse paleaceis basi sursum acute auriculatis truncatis soris biserialibus demum confluentibus stipite rachique paleaceis.*

Polypodium. Lin. spec. 1548. Flor. dan. t. 497. Acta nidros. 4. t. 5. f. 2. 3. Bolt. filices. t. 19. Sturm. deut. fl. 2. 1. Polystichum. Roth. tentam. 3. 71. Ic. Schk. cryptog. t. 29. Barrel. ic. 1121. Ger. em. 1140. Matth. com. 603. f. 1. Camer. epit. 664. Moris. s. 14. t. 2. f. 1. Pluk. phyt. t. 179. f. 6. Tournef. instit. t. 314. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 10. Opt. Engl. bot. t. 796. Nevvman. 163. 166. Radix fusca caespitosa. Frondes spithameae erectae. Pinnae alternae subsessiles approximatae declinatae lunulatae. Pinnae infimae ovatae saepe utrinque auriculatae. Superiores tantum fructiferae sunt. Fl. aest. aut. In lapidosis, umbrosis, humidis montium, et alpium vulgare.

b. *Frondibus bipinnatis.*

2. ACULEATUM. Doell. rhein. flor. 20. Aspid. *Frondibus ambitu oblongo-lanceolatis subtus paleaceo-pilosis bipinnatis pinnis lanceolatis acuminatis pinnulis subovatis falcatis cuspidato-aristatis mucronato-serratis subcoriaceis basi interiore truncatis sub auriculatis infimo superiore maiore pedicellatis superioribus sessilibus confluentibus soris demum coadunatis stipite rachique dense paleaceis.*

Polypodium. Lin. sp. plant. 1552. Bolt. filic. t. 26. Miller illus. t. 101. Polysticum. Roth. tentam. 3. 79. Nephrodium. Coss. et Germ. fl. par. 673. Aspid. lobatum, Swar. syn. filic. 53. Aspid. Plukenetii. Loisl. flor. gall. 2. 365. Polysticum. Plukenetii. Candol. fl. fr. 5. 241. est var. *pinnulis basi utrique auriculatis.* Aspid. aculeatum. W. sp. plan. 5 257. Polypodium appendiculatum. Hoffm. Ic. Sturm. deut. flora 2. 11. Schk. crypt. t. 39. Pluken. phyt. t. 180. f. 1. Moris. 3. 14. t. 3. fig. 13. — Ic Pluk. t 180. f. 3. quam Smithius (brit. 1122) trahit ad Aspidium aculeatum manifesto pertinet ad

Aspid. Lonchitidem. Nam si vera scripsit Aspid. Lonchitis et Aspid. aculeatum una eademque planta est. quod et dicendum est de fig. 6. t. 179. quae etiam manifesto Aspid. Lonchitidem pingit. postea addit — stirps solitae magnitudinis ac formae e loco sylvoso in hortum apricum translata secundo anno in var. g. mutatur (de qua sermo est.) ut clare demonstrant exemplaria a D.re Guglielmo Brunton communicata. — Quod si verum esset, probaret, Aspid. Lonchitidem, et Aspidium aculeatum unam eamdem que plantam esse, quod omnino improbabile imo impossibile est. Qui error, ut mihi videtur, etiam irrepsit in Loisl. notic. qui var. peculiarem dixit Polyp. Plukenetii. et Mutelius (flor de franc. 4. 178. confirmavit indicando ic. Pluken. phyt. t. 180. fig. 2. — Engl. bot. t. 1562. Spenn. frib. t. 1. David Dietrich deut. flor. 6. t. 10. Nevvman. 169. Radix caespitosa fusca, frondes usque bipedales obscure virentes, eleganter bipinnatae, stipite rachique tam primario, quam secundariis paleis ferrugineis densissime onustis. Pinnae alternae approximatae: Pinnulae alternae remotiusculae subtus pallidae pilosaeque. Fl. aest. et aut. Frequens in montibus, et alpibus, etiam collibus locis lapidosis, humidis, umbrosis.

aa. *Indusium reniforme subrotundum puncto centrali et plica depressa adfixum.* Polysticum.

b. *frondibus pinnatis.*

c. *Frondibus subtus resinoso-punctatis, rhiz. non repente.*

3. Oreopteris Svv. syn. fil. 50. Asp. *Frondibus ambitu lanceolato-oblongis a medio deorsum decrescentibus glabris subtus resinoso-glandulosis pinnatis pinnis lanceolatis pinnatifidis laciniis lanceolatis obtusis integerrimis vel repandis infimis sublongioribus, pinnis infimis minimis triangularibus soris marginalibus demum confluentibus, indusiis caducis stipite basi sparse paleaceo.*

Polypodium Ehrh. crypt. n. 22. Engl. bot. t. 109. Flor. dan. t. 1121. Reich. mag. 23. 24. Polysticum. Cand. fl. fr. 2. 562. P. montanum. Roth. tentam. 3. 74. Polypodium, Vogler dissert. Gies. 1781. P. limbospermum. All. auct. 49. P. pteridioides. Vill. delph. 4. 841. P. Thelypteris. Huds. angl. 457. Bolt. *filic.* t. 22. f. 1. 2. Hedvv. theor. t. 6. Lastrea Oreopteris. Presl. pterid. 76. Ic. Schk. crypt. t. 35. 36. Nevvman. 187. 190. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 13. Radix caespitosa squamosa fusca. Frondes usque tripedales lanceolatae usque ad basim fere pinnatae. Rachis sulcata laevis. Pinnae suboppositae. Sori demum confluentes monile sistunt fuscum et marginale. Glandulae sessiles aureae, herbam leniter suaveolentem faciunt. Fl. aest. aut. In montibus di *Giaveno*: in montibus circa Carthusiam *Pesii*: prope *Chamony* in *Sabaudia*: in collibus *taurin.* in valle *Patonera*, et in summa *valle salicum* versus *Eremum*, prope sacellum divi *Jacobi*. Ego legi circa *Bugellam* retro il *molino dei Cappuccini.*

cc. *Frondibus eglandulosis.*

d. *Pinnatis triangularibus margine revolutis, rhizomate repente.*

4. Thelypteris. Svvartz syn. filic. 50. Aspid. *Frondibus longe petiolatis ambitu oblongo-lanceolatis pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis, pinnatifidis laciniis oblongis acutiusculis, integerrimis, vel repandis fertilibus margine revolutis acutis triangularibus soris in disco laciniarum biserialibus denique confluentibus indusiis glandulosis rachide glabriuscula surculis repentibus.*

Polypodium. Lin. mant. 505. Sturm. deut. flor. 2. 1. Flor. dan. t. 760. Engl. bot. t. 1018. Hedvv. theor. t. 6. Acrostichum Lin. spec. plant. 1528. Bolt. filic. t. 43. 44. Vill. delph. 4. t. 53. Lastrea. Presl. pterid. 276. Nephrodium. Stremp. filic. 32. Polystichum. Roth. tent. 3. 77. Athyrium. Spreng. Ic. Bauhin. hist. 3. 751. et 752. Mapp. als. n. 7. Schk. crypt. t. 52. Moris. s. 14. t. 4. f. 17. Schmied. t. 11. f. 3. Nevvman. 183. 186. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 13. opt. Chabr. sciagr. 553. f. 2. et 555. f. 1. Frondes usque bipedales erectae laete virides. Pinnae oppositae patentes. Stipites glabri. Fl. aest. Habitat loca spongiosa, palustria, oras fluviorum et lacuum. Ego legi

circa lacum di *Viverone* loco dicto *Morigna*, ubi copiosissimum, et usque tripedale est.

dd. *Pinnulis oblongis obtusis vel subtruncatis margine neutiquam revolutis rhizomate caespitoso non repente.*

5. Filix mas. Svvarts synops. filic. 53. Aspid. *Frondibus ambitu elliptico-oblongis, pinnatis pinnis lanceolatis acuminatis pinnatifidis pinnulis glabris oblongis obtusis vel subtruncatis appressis apice inaequaliter denticulatis denticulis muticis soris biserialibus discum a basi pinnulae ultra medium occupantibus stipite rachique paleaceis.*

Polypodium. Lin. spec. plant. 1551. Woodvv. med. bot. t. 49. Bolt. filic. t. 24. Gunn. norv. t. 1. f. 4. Blackvv. t. 523. Nees. dusseld. 19. Polystichum. Roth. tent. 3. 82. Lastrea. Presl. pterid. 76. Callipteris Bern. Nephrodium Stremp. filic. 30. Ic. Flor. medic. t 167. Schubert. naturges. t. 51. f. 9. Schk crypt. t. 44. Flor. dan. t. 1546. Matth. com. 801. f 1. Fuchs. hist. 595. Camer. epit. 991. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 11. Engl. bot. t. 1458 Curt. lond. 4. 40. Svens. bot. t. 51. Nevvman. 197. Guimp. et Schl. 11. Wagner. 143. 144. Morand. hist. bot. t. 5. f. 4. Dodon. pempt. 462. f. 1. Chabr. sciagraph. 553. f. 1. Dalech. lugd. 1222. f. 1. Savi. mat. med. t. 34. Var. aliquando *pinnis remotis pinnulis margine lobulato-subpinnatifiis lobulis denticulatis.*

Quorsum pertinent. Aspid. Filix mas b erosum. Doellin. rhein. fl. 16. Aspid. depastum. Schk. crypt. t. 43. Asp. erosum. eiusd. t. 51. Radix fusca, magna, squamosa. Frondes usque pedales. Stipites breves. Fl. aest. et aut. Ubique in montibus et alpibus, collibus, locis macilentis, sterilibus, lapidosis, umbrosis. Aspid. Filix mas est procul dubio remedium certissimum ad taenias, etiam lumbricos necandos atque educendos. Quod et Theophrasto et Dioscoridi, et Galeno ipso jam innotuerat. Unde formulae et methodi Herrenschvandiana, et Noufferiana, quas in secretis habuerunt, natae sunt. Brachmae tres pulveris radicis recentis ingerantur cui superbibatur, post bihorium purgans ex Gummi Gutta, Jalapa, vel Scammonea, et Hydrargivo dulci. Quae interjecto die uno, vel altero repetantur, si vermis non est expulsus. Experimenta instituerunt insignes multi praeteriti saeculi medici, felici omnino eventu, paucis aegris exceptis quibus, quamquam signa quaedam aderant, vermis tamen ut, non raro accidt, defuerat. Ideoque praesentissimam pestem taeniarum et lumbricorum vocat Simon Pauli. Et veteres Aegypti medicos inter secretissima arcana adversus istos vermes habuisse ad dracmae unius dosim. (Quadripar. bot. ed. Fik. 533.) Ad maiorem rei explicationem et dilucidationem addit Murr. appar. med. 5. 207-215. sterilitatem feminarum inducere, et foetus vivos ac mortuos expellere. Quod veteres Theophrastus, Dioscorides, Galenus, Plinius, aliique scripserunt. Hoc tamen vix crediderim cum constet gentes aliquas ex radice panem conficere. Contra calculum etiam profuisse Simon Pauli. l. c. Anglos denique et ipsum Glissonium (de Rachitide 380. sq.) in rachitide adhibuisse, et hactenus adhibere constat. Eadem virtute gaudere Asplenium Filix foemina, et forte Aspidium Oreopteris, et Polypodium rhaeticum ex maxima adfinitate habitus, et structurae conjicio non ab experimentis cum nulla ad rem instituta habeam.

bb. *Frondibus bipinnatis.*

c. *Frondibus ambitu oblongo-lanceolatis subtus glandulosis.*

6. rigidum. Svvart. syn. filic. 53. Aspid *Frondibus caespitosis pyramidatis erectis rigidis ambitu oblongo-lanceolatis subtus glandulosis bipinnatis pinnulis cordato-lanceolatis obtusis inciso-serratis laciniis subbidentatis dentibus mucronulatis superioribus fertilibus, stipite, rachi costaque pinnarum crassis pallidis undique valde paleaceis paleis rufis soris in pinnis secundariis superioribus biserialibus distinctis indusiis reniformi-subrotundis rufis.*

Polystichum Cand. fl. fr. 2. 560. Polypodium. Hoffm. deut. fl. 2. 6. P. fragrans Vill. delph. 4. 843. excl. syn.

P. Villarsii. Bellard. ap. ad floram pedem. 49. Polystichum strigosum Roth. tentam. 3. 86. Lastrea rigida. Presl. pterid. 77. Aspid. distans. Vivian. ap. ad fl. corsic. 8. Aspid. pallidum. Bory. flor. mor. 287. Ic. Schk. filic. t. 38. David. Dietrich. deut flor. 6. t. 11. Engl. bot. t. 2724. Sturm. deut. flor. 2. 3. 2. Flor. dan. t. 2187. Nevvman. 191. 196. Frondes usque pedales glabrae obscure virentes. Pinnae subalternae. Pinnulae suboppositae. stipites rachides et costae pinnularum crassae albidae. Frons versus apicem tantum fructificat. Fl. aest. et aut. In agro *segus.* a planitie di *S. Nicolò* ad scalam *montis Cenisii* inter diffractos lapides unice hactenus in patria.

cc. *Frondibus ambitu ovatis oblongisve subtus eglandulosis.*

7. SPINULOSUM. Doell. rhein. flor. 17. Aspid. *Frondibus ambitu ovatis vel oblongis bipinnatis pari infimo tantum pinnarum primariarum ceteris breviore, pinnulis oblongis decurrentibus pinnatisectis laciniis oblongis obtusis simpliciter vel duplicato-serratis superioribus confluentibus serraturis cuspidatis vel spinuloso-mucronatis soris subbiseriatis, stipite rachi costaque pinnarum subtus paleaceis indusiis margine glandulosis glandulis stipitatis.*

Var. *pinnis sejunctis supremis tantum confluentibus et indusiis ut plurimum neutiquam glandulosis* est Asp. dilatatum Svvart. synops. filic. 420. Engl. bot. t. 1461. Nevvman. 215. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 12. Schk. filic. t. 47. Polypod. aristatum. Vill. delph. 3. 844. P. cristatum. Hud. angl. 477. bot. fil. t. 23. Polyst. multiflorum. Roth. tentam. 3. 87. P. tanacetifolium. Cand. fr. 2. 562. Polypodium tanacetifolium. Hoffm. deuts. flor. 2. 8. Bauh. hist. 3. 751. Mapp. alsat. 106. f. 8. Pluk. almag. t. 181. f. 2. Muller. friedl. t. 2. f. 4. var. etiam *dentibus muticis*, quae sistit Polyst. muticum. Alex. Braun. in Doellin. flora 18. — Nephrodium spinulosum Stremp fl. berol. 30. N. cristatum. Coss. et Germ. flor. par. 672. Polyst. spinosum. Roth. tent. 3. 91. Lastrea spinulosa. Presl. peterid. 7 Polyp. cristatum. Vill. delph. 3. 844. Ic. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 12. Schk. filic. t. 48. Flor. dan. t. 707. Muller friedl. t. 2. f. 2. Moris. s. 14. t. 3. f. 11. Pluk. almag. t. 179. f. 1. Engl. bot. t. 1460. Nevvman. 213. Frondes caespitosae erectae pedales et ultra. Radix repens subtuberosa. Glandulae stipitatae circa soros aliquando desunt. Aliquando frondes subtriangulares sunt. Fl. aest. Passim in sylvis umbrosis, alpinis, montanis, et collinis, etiam in planitie. In sylvis circa lacum montis *Cenisii* : ad radices collium di *Romagnano* : in sylvis *Stupinixii*, et *della Mandria* secus *Duriam* in agro *Taurini.*



## 713 CYSTOPTERIS

a. *Frondibus ambitu triangularibus.*

1. MONTANA. Link. hor. bot. berol. 2. 131. C. *Frondibus tripartito-decompositis glabris foliolis lineari-lanceolatis pinnatifidis, lacinulis obtusis apice subdentatis soris in qualibet lacinia solitariis indusiis lateralibus stipite basi subpaleaceo rhizomate repente filiformi nigro.*

Polypodium montanum. Haenke in Jacq. coll. 2. 46. P. myrrhidifolium. Vill. delph. 3. 851. t. 53. Aspidium montanum. Svvartz. syn. filic. 61. Schk. filic. t. 63. Flor. dan. t. 2250. Cyathea montana. Roth. tent. 3. 100. Ic. Nevvman. 159. Frondes tenerae usque semipedales. Fl. aest. In alpinis locis humidis, umbrosis. In monte *Cenisio* : supra *Gros Caval*: circa *Pralugnan* : et in valle *Antrona* supra *S. Petrum.* Herba rara.

aa. *Frondibus oblongo-lanceolatis*
b. *Tripinnatis.*
c. *Pinnis triangularibus pinnulis oblongis omnibus fructiferis, laciniis rhombaeis, soris biserialibus.*

2. LEPTOPHYLLA. Zum. C. *Rhizomate caespitoso subtuberoso neutiquam repente frondibus caespitosis inaequalibus debilibus usque pedalibus obscure virentibus glaberrimis, tenerrimis stipitibus longissimis semipedalibus, et*

*ultra laevibus filiformibus neutiquam paleaceis tripinnatis pinnis alternis triangularibus horizontaliter patentibus valde remotis ramis filiformibus pinnulis oblongis patentibus alternis remotis laciniis totis fructiferis (etiam inferioribus et pinnarum inferiorum) rhombaeis denticulatis venosis venis flexuosis latere superiore longiore soris pallidis biserialibus latere superiore pluribus (4-6) rotundis indusio demum lacero puncto marginis adfixo demum evanido.*

Fl. aest. Legi in sepibus, humidis, umbrosis collium di *Palazzo* in agro *canapic.* Par ultimum foliorum (basilare) ut plurimum valde remotum est.

cc. *Pinnis ovatis, pinnulis oblongis, laciniis linearibus denticulatis soris solitariis versus apicem laciniarum*

3. ALPINA. Link. hor. berol. 2. 130. C. *Frondibus triplicato-pinnatis teneris stipiteque glabris foliolis pinnatifidis confluentibus laciniis remotis linearibus obtusis subbidentatis soris solitariis solum versus apicem laciniarum indusiis lateralibus.*

Cyst. regia. b. Koch. syn. 733. Polypodium alpinum. Wulf. in Jacq. coll. 2. 171. Jacq. ic. rar. t. 642. Aspidium alpinum. W. sp. pl. 5. 282. Sturm. deut. flor. 2. 11. Schk filic. t. 72. a. b. Ic. Seguier. ver. sup. t. 1. f. 3. Nevvman. 149. Frondes vix spithameae. Fl. aest. et aut. Habitat editissima alpium juga locis umbrosis ad rupes. In alpibus *Savinae*: in celsississimis jugis montis *Cenisii*, et vallis di *Locana*, di *Viù*, et *Ussey* etc.

bb. *Bipinnatis.*

c. *Laciniis pinnularum inferiorum subpinnatifido-dentatis dentibus ovato-oblongis rotundato-obtusis apice integris vel brevissime bidentato-marginatis.*

4. REGIA. Presl. pterid. 93. C. *Frondibus teneris glabriusculis bipinnatis ambitu oblongis vel lanceolatis pari infimo pinnarum quam proxime sequentes breviore pinnulis inferioribus pinnati-partitis laciniis subpinnatifido-dentatis dentibus ovato-oblongis rotundato-obtusis apice integris vel brevissime bidentato-marginatis soris minutis solitariis rachi alata.*

Polypodium regium. Lin. sp. pl. 1553. Aspidium regium. Svvartz synops. filic. 58. Cyathea regia. Smith. brit. 1140. C. incisa. Engl. bot. t. 163. Cystea regia. Smith. Engl. flor. 290. Polyp. polymorphum. Vill. delph. 3. 847. t. 53. f. c. Ic. Vaill. paris. t. 9. f. 1. Rhizoma squamosum. Frondes vix palmares. Forte est var. sequentis. Fl. aest. In alpibus et montibus, locis humidis, umbrosis, ad scaturigines fontium. Allionius invenit inter *Giaveno* et *Quasse*. Ego legi in oris rivuli di *Palazzo* in agro *canapic.* qui aquam ducit *alle Moline* locis umbrosis.

cc. *Laciniis pinnularum inferiorum obovatis, ovatis vel oblongo-obovatis denticulatis vel dentatis dentibus acutiusculis.*

5. FRAGILIS. Bernhar. in Schrad. n. journ. vol. 1. par. 2. 26. C. *Frondibus bipinnatis ambitu oblongis vel lanceolatis pari infimo pinnarum quam proxime sequentes breviore pinnulis inferioribus lobulato-pinnatifidis vel basi pinnato-partitis lobulis obovatis, ovatis, vel oblongo-ovatis denticulatis dentatisque dentibus acutiusculis soris sparsis indusiis lateralibus rachi alata stipite glabro.*

Var. *laciniis pinnularum brevi-ovatis dentato-lobulatis brevidenticulatis* est. Cyathea dentata. Smith. br. 1141. C. fragilis Roth. tent. 3. 94. Aspidium dentatum. Svvart. syn. filic. 59. — *laciniis pinnularum ovato-oblongis lobulato-pinnatifidis breviden-tatis* est C. anthriscifolia. Roth. l. c. Aspid. fragile Svvartz. syn. filic. 58. *laciniis pinnularum ovato-oblongis lobulato-pinnatifidis lobulis obovatis dentatis apice subretusis* est Cyathea cynapiifolia Roth. l. c. Polyp. cynapiifolium Hoffm. deut. flor. 2. 9. — — *laciniis pinnularum lanceolatis acutis lobulato-pinnatifidis lobulis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis* est Cyathea regia Roth. tentam. Aspidium rhaeticum W. sp. 5. 280. (excl. syn. Lin. sp. pl. 1552.) Cysthea angustata Smith. Engl. flor. n. 288. Polyp. fragile angustatum. Hoffm. in Roem. U-

steri mag. fasc. 9. Pol. tenue. Hoffm. deut. flor. 2 9. Aspidium fragile. Swar. syn. filic. 58. Ic. Pluk. phyt. t. 89. f. 4. et tab. 180. f. 5. Bolt. filic. t. 27. 45. 46. Villar. delph. 3. t. 53. f. A. Schk. filic. t. 54. 55. 56. Sturm. deut. fl. 2. 3. 4. Flor. dan. t. 401. David Dietrich. deuts. flor. 6. t. 14. Radix fusca squamosa. Frondes caespitosae inaequales usque dodrantales raro pedales. Stipites laeves fusci nitentes. Fl. aest. passim in montibus et collibus ad muros et ruderata locis umbrosis, humidis.

bbb. *Foliis pinnatis.*

6. Pontederae. Zum. C. *Foliis pinnatis pinnis lanceolatis pinnatifidis laciniis lanceolatis acutis serratis infima superiore longiore soris oblongis.*

Colla h. p. 6. 215. Polypodium. All. ped. n. 2405. Ic. Seguier. veron. sup. t. 1. f. 2. In sylvis umbrosis ad thermas *Vinadii*. Non vidi neque vivam neque siccam. Forte est lusus C. fragilis, quod et scribit Spreng. syst. 4. 107.

## 716. OSMUNDA

regalis. O. *Frondes erectae caespitosae usque tripedales bipinnatae apice fructificantes foliolis lanceolatis obtusis serrulatis basi auriculatis radice carnosa.*

Ic. Sturm. deut. flor. 2. 7. Valerian. Cord. hist. 154. Trag. hist. 543. Ger. em. 1151. Flor. dan. t. 217. Bolt. filic. t. 5. Lam. ill. t. 865. f. 2. Engl. bot. t. 209. Blackvv. t. 324. Plum. filic. 5. t. B. f. Moris. s. 14. t. 4. fig. 1. Curt. lond. 5. t. 150. Nevvm. 551. 553. Dict. des scienc. nat. t. 99. Hook. gener. filic. 46. Schk filic. t. 145. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 22. Chabr. sciagr. 554. f. 4. Savi. mat. med. t. 21. Dalech. lugd. 1225. f. 2. Dodon. pempt. 463. Lob. ic. 813. Pinnulae inferiores etiam superiores spicae non raro soros marginales gerunt aliquando pinnulae basi incisae crispatae sunt. Fl. aest. In sylvaticis, et pratis turfosis, humidis montium et collium, raro planitiei.

Herba valde in rachitide commendata, quae commendatio auctoritate summorum in arte virorum etiam nostrae aetatis fulta est. Ego quoque felici cum successu adhibui. Multum acuitur vis eius si ferrum ammoniato-muriaticum addatur. Quod et solum magnum in hoc morbo, et probatissimum remedium est. Prae ceteris tamen multiplici meo, et aliorum medicorum experimento eminet calcarea carbonica methodo homiopathica adhibita. Peculiari modo Osmunda agit in tabe mesenterica ab obstructione glandularum strumosa.

## 717. OPHIOGLOSSUM

vulgatum. Oph. *Herba perennis vix spithamea glabra pulchre virens erecta spica caulina longe pedunculata erecta lanceolata acuta compressa subarticulata multicapsulari fronde solitaria petiolata ovato-oblonga obtusa arcte reticulata integerrima.*

Var. *spicis bifidis, vel geminis.* Ic. Fuchs. hist. 577. Matth. com. 416. f. 2. Camerar. epit. 564. Ger. em. 404. Engl. bot. t. 108. Flor. dan. t 147. Hedvv. theor. t. 4. f. 20. 25. Bolt. filic. 2. t. 3. Sturm. deut. flor. 2. 4. 1. Blackvv. t. 416. Plum. filic. XXXVI. t. B. f. 5. Moris. s. 15. t. s. f. 1. Mentz. pug. t. 4. Curt. lond. 4. t. 78. Schnizl. icon. 1. 32. Nevvm. 549. Fl. 1822. 1. Hook. gen. filic 59. Svens. bot. t. 578. Schk. t. 155. Hayne 6. 48. Barton. fl. 2 55. Hopkirk. fl. anom. 7. Morai d. hist. bot. t. 5. f. 6. Fl. aest. In pratis praesertim collinis sylvaticis.

## 718. BOTRYCHIUM

Lunaria. Svvartz. syn. filic. 171. B. *Herba perennis vix spithamea glabra pulchre virens radice fibrosa fibris simplicibus fronde solitaria petiolata usque ad medium pedunculum spiciferum involvente pinnati-partita pinnis lunato-cuneatis inciso-crenatis vel flabellato-incisis, reticulatis spica distincta longe pedunculata frondem foliosam multo superante ramosa ramis distichis utroque margine capsuliferis capsulis fuscis laevibus globosis.*

Osmunda. Lin. sp. pl. 1559. Engl. bot. t. 318. Bolt. filic. t. 4. Flor. dan. t. 18. Ic. Garid. Aix. t. 78. Camer. epit. 645. Fuchs. hist. 482. Ger. em. 405. Matth. com. 592. f. 2. Sturm. deut.

fl. 2. 1. Strempd. fl. berol. f.1. 4. Barr. ic. fig. 252. f.3. Dav. Dietr. deut. fl. 6. t. 25. Blackvv. t. 420. Morand. hist. bot. t. 3. f. 5. Lam. ill. t. 865. f. 1. Curt. lond. 4. t. 66. Svens. bot. t. 572. Schnizl. ic. 1. 52. Nees. dusseld. 14. Flor. 1822. 1. Schrank. flor. mon. t. 348. Schk. filic. t. 154. Nevvman. 337. Hook. gener. filic. 47. Dict. des scien. nat. t. 98. Frondes fertiles aliquando 2-3 sunt. Fl. aest. Vulgare in pascuis et herbidis montanis et alpinis.

### 719. SALVINIA

NATANS. All. fl. ped. n. 2419. S. *Herba vix spithamea natans vel in coeno limoso serpens valde diffusa rhizomate filiformi ramoso foliis ellipticis oppositis obtusis supra papillosis papillis stellato-hispidulis subtus ramisque fasciculoso-pilosis receptaculis subsessilibus glomeratis.*

Marsilea. Lin. sp. 1562. Marsilea salvinoides Neker. in act. palat. 3. 297. t. 21. Ic. Michel. gener. t. 58. Lam. ill. t. 863. Schk. crypt. t. 175. Bich. crypt. livr. 2. t. 9. f. 2-13. Guett. acad. 1762. t. 29. f. 1. Web. et Mohr. crypt. t. 5. f. 8-9. Hedvv. theor. t. 8. f. 1-3. analys. Sturm. deut. flor. 2. 1. 2. Annal. du Mus. 18. 21. Magas. natur. gesis. freund. 8. 9. Bibl. ital. 20. X. Duvern. de Salvin. 1. Flor. dan. t. 2188. Act. leop. 14. 4. 5. 6. Cord. rhisosp. 2. Schnizl. ic. 1. 53. id. sup. 2. Mettenius. rhizocarp. 1. 2. Mettenius beytrage 3. f. 25. 26. Hoffmeister untersuchung. 22. David. Dietrich. deut. flor. b. t. 1. In quavis papilla 4 pili fasciculati, articulati sunt. Folia approximata. Inter folia ex rhizomate descendunt radices ramosae, ramis parvis verticillatis brevibus. Receptaculi 4-8 racematim glomerati. Racemus brevi pedicellatus. Vivit in paludibus et ad oras lacuum, et fluviorum, locis quibus aquae quiescunt vel lentissime moventur. In parvo lacu *Eporediae*, quo et ipse legi ad oras *del Po morto*, aliisque stagnis *Padi*, *Ticini*, lacus *Verbani etc.*

### 720. PILULARIA

GLOBULIFERA. P. *Herba pusilla vix spithamea repens rhizomate (usque 3 pedali P. natans. Merat. par. 1 369.) filiformi depresso subramoso repente ad nodos radicante radicibus fibrosis descendentibus frondibus angustissimis setaceis junceis erectis subulatis glabris evolutione circinnatis alternis vel fasciculatis usque spithameis receptaculis subglobosis pisi magnitudine, villosis obscure rubentibus solitariis axillaribus subsessilibus ad basim frondium radicalibus.*

Ic. Pluk. phyt. t. 48. f. 1. Petiv. h. br. t. 9. f. Vaill. bot. par. t. 15. f. 6. Dill. hist. musc. t. 79. f. 1. Fl. dan. t. 225. Engl. bot. t. 521. Bolt. filic. t. 40. Lam. ill. t. 802. Bull. herb. t. 575. Juss. act. acad. par. 1739. t. 11. Spreng. anleit. t. 2. f. 40. Bich. crypt. t. 8. f. 1. 6. Hedvv. theor. t. 8. Web. et Mohr. crypt. t. 5. f. 1-4 Moris. s. 15. t. 7. f. 49. Sturm. deut. flor. 2. 1. Schk. crypt. t. 175. Curt. lond. 4. t. 85. Nevvman. 393. 397. Svens. bot. t. 599. Aghard. pilul. 1. Lin. trans. 18. 54. Annal. des scienc. nat. 3. 9. 8. Ficin. flor. dresd. 2. 1. Cord. rhisosp. 1. Schnizl. iconogr. 1. 54. suppl. Mettenius rhizocar. 2. 3. Hoff meister untersuchungen 21. David. Dietr. deut. fl. 6. t. 2. In fossis et stagnis passim : in paludosis inter *Frossasco*, et la *Marsaia*.

### 721 MARSILEA

QUADRIFOLIA. M. *Herba perennis rhizomate filiformi repente ad nodos radicante longissimo frondibus erectis longissime petiolatis foliolis quatuor in apice petioli cruciformibus obovato-cuneatis integerrimis glabris receptaculis pedunculatis parvis subternis ellipticis subcompressis supra basim petiolorum glabris vel villosis.*

Ic. Lam. ill. t. 863. Bich. t. 2. f. 2. et t. 8. fig. 50. 53. Dict des scienc. natur. t. 103. Mapp. als. 166. Juss. acad. 1740. t. 13. Web. et Moh. crypt. t. 5. f. 5. Spreng. anleit. t. 2. f. 42. Schk crypt. t. 173. Camer. epit. 853. Pluk. amal. t. 401. f. 5. Moris. s. 15. t. 4. f. 5. Matth. com. 708. f. 2. Sturm. deuts. flor. 2. 11. Metten. rhizocarp. 2. 5. Schnizl. icon. 1. 34. David. Dietrich. deut. flor. 6. t. 1. Serpit in fundo aquarum stagnantium, oryzetis (in agro novar.) et oris lacuum, fluviorum et amnium ubi aquae lentissime moventur, vel in coeno humido et palustri. Ego legi ad oras lacuum circa *Eporediam Viveroni*, *Candiae* et in oryzetis agri *novar.*

**FINIS TOMI SECUNDI**

# INDEX GENERUM ALPHABETICUS


*A*

| | *vol.* | *pag.* |
|---|---|---|
| Acanthus. | 1 | 202 |
| Acarna. | 1 | 306 |
| Acer. | 2 | 168 |
| Achillaea. | 1 | 335 |
| Aconitum. | 2 | 345 |
| Acorus. | 2 | 83 |
| Actaea. | 2 | 353 |
| Adianthum. | 2 | 425 |
| Adonis. | 2 | 362 |
| Adoxa. | 2 | 174 |
| Aegilops. | 1 | 173 |
| Aesculus. | 2 | 145 |
| Aethionema. | 2 | 102 |
| Aethusa. | 1 | 416 |
| Agave. | 2 | 50 |
| Agrimonia. | 2 | 301 |
| Agrostis | 1 | 136 |
| Ailanthus. | 2 | 37 |
| Aira. | 1 | 146 |
| Aiuga. | 1 | 227 |
| Alchemilla. | 1 | 195 |
| Aldrovanda. | 2 | 39 |
| Alectorolophus. | 1 | 203 |
| Alnus. | 1 | 249 |
| Alisma. | 2 | 144 |
| Allium | 2 | 68 |
| Allosurus | 2 | 427 |
| Alopecurus. | 1 | 128 |
| Althaea. | 2 | 383 |
| Alyssum. | 2 | 95 |
| Amaranthus. | 1 | 594 |
| Ambrosia | 2 | 29 |
| Ammi. | 2 | 1 |
| Amygdalus. | 2 | 306 |
| Anagallis. | 1 | 273 |
| Anacyclus. | 1 | 336 |
| Anagyris. | 2 | 184 |
| Anarrhinum. | 1 | 219 |
| Anchusa. | 1 | 263 |
| Andropogon. | 1 | 176 |
| Androsace. | 1 | 267 |
| Androsaemum. | 2 | 385 |
| Andryala. | 1 | 384 |
| Anemone. | 2 | 367 |
| Angelica. | 2 | 10 |

| | *vol.* | *pag* |
|---|---|---|
| Anthemis. | 1 | 332 |
| Anthericum. | 2 | 67 |
| Anthoxanthum. | 1 | 92 |
| Antirrhinum. | 1 | 213 |
| Anthriscus. | 1 | 433 |
| Anthyllis. | 2 | 185 |
| Apargia. | 1 | 388 |
| Aphyllanthes. | 2 | 53 |
| Apium. | 1 | 421 |
| Aquilegia. | 2 | 350 |
| Arabis. | 2 | 114 |
| Arbutus. | 2 | 179 |
| Arctium. | 1 | 314 |
| Arctostaphylos. | 2 | 178 |
| Arenaria. | 2 | 277 |
| Arisarum. | 2 | 291 |
| Aristolochia. | 2 | 231 |
| Armeria. | 2 | 45 |
| Arnica. | 1 | 330 |
| Artemisia. | 1 | 332 |
| Arum. | 2 | 290 |
| Arundo. | 1 | 149 |
| Asarum. | 2 | 301 |
| Asparagus. | 2 | 51 |
| Asperugo. | 1 | 285 |
| Asperula. | 1 | 190 |
| Asphodelus. | 2 | 81 |
| Aspidium. | 2 | 430 |
| Asplenium. | 2 | 427 |
| Astragalus. | 2 | 245 |
| Astrantia. | 1 | 411 |
| Aster. | 1 | 349 |
| Asterocephalus. | 1 | 182 |
| Athamantha. | 1 | 451 |
| Atragene. | 2 | 352 |
| Atriplex. | 1 | 599 |
| Atropa. | 1 | 285 |
| Avena. | 1 | 167 |
| Azalea. | 1 | 284 |

*B*

| | *vol.* | *pag* |
|---|---|---|
| Ballotta. | 1 | 227 |
| Balsamita. | 1 | 325 |
| Barbarea. | 2 | 118 |
| Bartsia. | 1 | 203 |
| Bellis. | 1 | 359 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Berberis. | 2 | 41 |
| Beta. | 2 | 56 |
| Betonica. | 1 | 240 |
| Betula. | 2 | 592 |
| Bidens. | 1 | 525 |
| Biforis. | 1 | 426 |
| Biscutella. | 2 | 94 |
| Biserrula. | 2 | 249 |
| Blitum. | 1 | 71 |
| Borago. | 1 | 265 |
| Borckausia. | 1 | 579 |
| Botrychium. | 2 | 455 |
| Brassica. | 2 | 125 |
| Briza. | 1 | 156 |
| Bromus. | 1 | 162 |
| Broussonetia. | 1 | 250 |
| Bryonia. | 1 | 596 |
| Buffonia. | 1 | 252 |
| Bulbocodium. | 2 | 154 |
| Bunias. | 2 | 92 |
| Buphtalmum. | 1 | 558 |
| Bupleurum. | 1 | 412 |
| Butomus. | 2 | 177 |
| Buxus. | 1 | 255 |

*C*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Cacalia. | 1 | 524 |
| Cactus. | 2 | 509 |
| Cachrys. | 1 | 425 |
| Caianus. | 2 | 225 |
| Cakile. | 2 | 91 |
| Calamagrostis. | 1 | 158 |
| Calendula. | 1 | 564 |
| Calepina. | 2 | 90 |
| Callitriche. | 1 | 72 |
| Caltha. | 2 | 567 |
| Camelina. | 2 | 108 |
| Camforosma. | 1 | 195 |
| Campanula. | 1 | 290 |
| Cannabis. | 2 | 29 |
| Capparis. | 2 | 255 |
| Capsicum. | 1 | 288 |
| Cardamine. | 2 | 111 |
| Carduus. | 1 | 512 |
| Carex. | 1 | 110 |
| Carlina. | 1 | 511 |
| Carpesium. | 1 | 522 |
| Carpinus. | 2 | 597 |
| Carthamus. | 1 | 516 |
| Carum. | 1 | 418 |
| Castanea. | 2 | 597 |
| Catnanache. | 1 | 592 |
| Caucalis. | 1 | 428 |
| Caulinia. | 1 | 72 |
| Celsia. | 1 | 214 |
| Celtis. | 2 | 51 |
| Centaurea. | 1 | 516 |
| Centranthus. | 1 | 60 |
| Centunculus. | 1 | 194 |
| Cephalanthera. | 1 | 69 |
| Cerastium. | 2 | 281 |
| Ceratonia. | 1 | 599 |
| Ceratocephalus. | 2 | 505 |
| Ceratophyllum. | 2 | 595 |
| Cercis. | 2 | 184 |
| Cerinthe. | 1 | 258 |
| Chamaerepes. | 1 | 68 |
| Chamaerops. | 2 | 142 |
| Cherophyllum. | 1 | 434 |
| Cheilanthes. | 2 | 426 |
| Cheiranthus. | 2 | 118 |
| Chelidonium. | 2 | 525 |
| Chenopodium. | 2 | 21 |
| Cherleria. | 2 | 277 |
| Chlora. | 2 | 145 |
| Chondrilla. | 1 | 577 |
| Chrysanthemum. | 1 | 562 |
| Chrysocoma. | 1 | 525 |
| Chrysosplenium. | 2 | 267 |
| Cicer. | 2 | 215 |
| Cichorium. | 1 | 595 |
| Cicuta. | 1 | 426 |
| Cineraria. | 1 | 545 |
| Circaea. | 1 | 85 |
| Cirsium. | 1 | 506 |
| Cistus. | 2 | 556 |
| Citrus | 2 | 589 |
| Cladium. | 1 | 85 |
| Clematis. | 2 | 576 |
| Clinopodium. | 1 | 224 |
| Clypeola. | 2 | 95 |
| Cneorum. | 1 | 401 |
| Cnidium. | 1 | 422 |
| Cochlearia. | 2 | 105 |
| Coix. | 1 | 109 |
| Colutea. | 2 | 215 |
| Conium. | 2 | 5 |
| Convallaria. | 2 | 52 |
| Convolvulus. | 1 | 281 |
| Conyza. | 1 | 546 |
| Corallorhiza. | 1 | 77 |
| Coriandrum. | 1 | 425 |
| Coriaria. | 2 | 298 |
| Coris. | 1 | 267 |
| Corispermum. | 1 | 72 |
| Corrigiola. | 2 | 54 |
| Cornus. | 1 | 194 |
| Coronilla. | 2 | 249 |
| Coronopus. | 2 | 91 |
| Cortusa. | 1 | 268 |
| Corydalis. | 2 | 129 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Corylus. | 2 | 166 |
| Cotyledon. | 2 | 292 |
| Crambe. | 2 | 90 |
| Crassula. | 2 | 42 |
| Crataegus. | 2 | 512 |
| Crepis. | 1 | 564 |
| Cressa. | 1 | 403 |
| Crocus. | 1 | 100 |
| Crozophora. | 2 | 56 |
| Crucianella. | 1 | 195 |
| Crypsis. | 1 | 153 |
| Cucubalus. | 2 | 168 |
| Cucumis | 1 | 399 |
| Cucurbita. | 1 | 398 |
| Cuscuta. | 1 | 409 |
| Cyclamen | 1 | 271 |
| Cydonia. | 2 | 515 |
| Cynanchum. | 1 | 402 |
| Cynara. | 1 | 506 |
| Cynoglossum. | 1 | 265 |
| Cynosurus. | 1 | 151 |
| Cyperus. | 1 | 105 |
| Cypripedium. | 1 | 86 |
| Cystopteris. | 2 | 453 |
| Cytinus. | 2 | 165 |
| Cytisus. | 2 | 196 |
| Czachia. | 2 | 67 |

D

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Danthonia. | 1 | 149 |
| Daphne. | 2 | 155 |
| Datura. | 1 | 283 |
| Daucus. | 1 | 429 |
| Delphinium. | 2 | 545 |
| Dentaria. | 2 | 110 |
| Dianthus. | 2 | 257 |
| Dictamnus. | 2 | 181 |
| Digitalis. | 1 | 207 |
| Digitaria. | 1 | 155 |
| Diospyros. | 2 | 165 |
| Diplotaxis. | 2 | 128 |
| Dipsacus. | 1 | 183 |
| Dolichos. | 2 | 255 |
| Dondia. | 1 | 411 |
| Doronicum. | 1 | 531 |
| Dorychnium. | 2 | 211 |
| Draba. | 2 | 103 |
| Dracocephalum. | 1 | 223 |
| Drosera. | 2 | 38 |
| Dryas. | 2 | 522 |

E

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Echinophora. | 1 | 411 |
| Echinops. | 1 | 516 |
| Echinospermum. | 1 | 261 |
| Echium. | 1 | 260 |
| Elatine. . | 2 | 174 |
| Eleagnus. | 1 | 196 |
| Elymus. | 1 | 161 |
| Elyna | 1 | 101 |
| Empetrum. | 1 | 127 |
| Ephedra. | 2 | 168 |
| Epilobiun. | 2 | 149 |
| Epimedium. | 1 | 194 |
| Epipactis. | 1 | 69 |
| Epipogium. | 1 | 66 |
| Equisetum. | 2 | 415 |
| Eranthis. | 2 | 567 |
| Erica. | 2 | 145 |
| Erigeron. | 1 | 547 |
| Erinus. | 1 | 214 |
| Eriophorum. | 1 | 107 |
| Erodium. | 2 | 44 |
| Ervum. | 2 | 225 |
| Eryngium. | 1 | 411 |
| Erysimum. | 2 | 125 |
| Erythraea. | 1 | 276 |
| Erythronium | 2 | 79 |
| Eupatorium. | 1 | 524 |
| Euphorbia. | 2 | 156 |
| Euphrasia. | 1 | 204 |
| Evonymus. | 1 | 362 |
| Exacum. | 1 | 193 |

*F*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Fagus. | 2 | 397 |
| Farsetia. | 2 | 105 |
| Fedia. | 1 | 95 |
| Ferula. | 2 | 9 |
| Festuca. | 1 | 170 |
| Ficus. | 1 | 109 |
| Fimbristylis. | 1 | 102 |
| Fragaria. | 2 | 322 |
| Frankenia. | 2 | 46 |
| Fraxinus. | 1 | 91 |
| Fritillaria. | 2 | 65 |
| Fumaria. | 2 | 129 |

*G*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Galactites. | 1 | 524 |
| Galanthus. | 2 | 88 |
| Galega. | 2 | 222 |
| Galeobdolon. | 1 | 252 |
| Galeopsis. | 1 | 238 |
| Galium. | 1 | 185 |
| Garidelia. | 2 | 281 |
| Gastridium. | 1 | 132 |
| Genista. | 2 | 194 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Gentiana. | 1 | 405 |
| Geranium. | 2 | 292 |
| Geropogon. | 1 | 589 |
| Geum. | 2 | 525 |
| Gladiolus. | 1 | 99 |
| Glaucium. | 2 | 555 |
| Glaux. | Cur. | post. |
| Glechoma. | 1 | 252 |
| Gleditschia. | 2 | 166 |
| Globularia. | 1 | 181 |
| Glyceria. | 1 | 157 |
| Ghaphalium. | 1 | 528 |
| Goodyera. | 1 | 68 |
| Gratiola. | 1 | 79 |
| Gymnadenia. | 1 | 68 |
| Gymnogramme. | 2 | 422 |
| Gypsophila. | 2 | 255 |

*H*

| | | |
|---|---|---|
| Hedera. | 1 | 505 |
| Hedypnois. | 1 | 591 |
| Hedysarum. | 2 | 255 |
| Heliotropium. | 1 | 258 |
| Helleborus. | 2 | 564 |
| Helianthemum. | 2 | 558 |
| Helminthia. | 1 | 556 |
| Hemerocallis. | 2 | 49 |
| Heracleum. | 2 | 8 |
| Herminium. | 1 | 66 |
| Herniaria. | 2 | 27 |
| Hesperis. | 2 | 121 |
| Hibiscus. | 2 | 384 |
| Hieracium. | 1 | 567 |
| Himantoglossum. | 1 | 65 |
| Hippocrepis. | 2 | 254 |
| Hippophae. | 1 | 251 |
| Hippuris. | 1 | 59 |
| Holchus. | 1 | 178 |
| Holosteum. | 1 | 181 |
| Hordeum. | 1 | 154 |
| Hottonia. | 1 | 275 |
| Humulus. | 2 | 29 |
| Hutchinsia. | 2 | 97 |
| Hyacinthus. | 2 | 50 |
| Hydrocharis. | 2 | 171 |
| Hydrocotyle. | 1 | 412 |
| Hyoschiamus. | 1 | 278 |
| Hyoseris. | 1 | 591 |
| Hypecoum. | 1 | 252 |
| Hypericum. | 2 | 585 |
| Hypochaeris. | 2 | 590 |
| Hyssopus. | 1 | 242 |

*I*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Iberis. | 2 | 98 |
| Ilex. | 1 | 255 |
| Illecebrum. | 1 | 504 |
| Impatiens. | 1 | 298 |
| Imperatoria. | 2 | 12 |
| Inula. | 1 | 557 |
| Iris. | 1 | 96 |
| Isatis. | 2 | 95 |
| Isopyrum. | 2 | 505 |

*J*

| | | |
|---|---|---|
| Jasione. | 1 | 505 |
| Jasminum. | 1 | 75 |
| Juglans. | 2 | 598 |
| Juncus. | 2 | 55 |
| Juniperus. | 2 | 404 |

*K*

| | | |
|---|---|---|
| Koeleria. | 1 | 166 |

L

| | | |
|---|---|---|
| Lactuca. | 1 | 577 |
| Lagoseris. | 1 | 584 |
| Lagurus. | 1 | 153 |
| Lamium. | 1 | 256 |
| Lappago. | 1 | 154 |
| Lapsana. | 1 | 594 |
| Laserpitium. | 2 | 114 |
| Lathraea. | 1 | 202 |
| Lathyrus. | 2 | 226 |
| Laurus. | 2 | 176 |
| Lavandula. | 1 | 241 |
| Lavatera. | 2 | 380 |
| Leersia. | 1 | 155 |
| Lemna. | 1 | 85 |
| Leontodon. | 1 | 582 |
| Leonurus. | 1 | 259 |
| Lepidium. | 2 | 101 |
| Leucoium. | 2 | 89 |
| Leuzea. | 1 | 512 |
| Ligusticum. | 2 | 4 |
| Ligustrum. | 1 | 75 |
| Lilium. | 2 | 47 |
| Limodorum. | 1 | 68 |
| Limosella. | 1 | 207 |
| Linaria. | 1 | 209 |
| Lindernia. | 1 | 207 |
| Linnaea. | 1 | 196 |
| Linum. | 2 | 59 |
| Lipparis. | 1 | 71 |
| Lippia. | 1 | 221 |
| Litospermum. | 1 | 259 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Littorella. | Cur. | post. |
| Lolium. | 1 | 150 |
| Lomaria. | 2 | 425 |
| Lonicera. | 1 | 296 |
| Loranthus. | 2 | 47 |
| Lotus. | 2 | 217 |
| Ludwigia. | 1 | 194 |
| Lunaria | 2 | 95 |
| Lupinus. | 2 | 189 |
| Luzula. | 2 | 61 |
| Lychnis. | 2 | 283 |
| Lycium. | 1 | 285 |
| Lycopersicum. | 1 | 286 |
| Lycopodium. | 2 | 418 |
| Lycopsis | 1 | 261 |
| Lycopus. | 1 | 80 |
| Lysimachia. | 1 | 271 |
| Lythrum. | 2 | 299 |

*M*

| | | |
|---|---|---|
| Majanthemum. | 1 | 194 |
| Malcolmia. | 2 | 120 |
| Malope. | 2 | 582 |
| Malva. | 2 | 578 |
| Mandragora. | 1 | 284 |
| Marrubium. | 1 | 227 |
| Marsilea. | 2 | 456 |
| Matthiola. | 2 | 119 |
| Matricaria. | 1 | 560 |
| Medicago. | 2 | 258 |
| Melampyrum. | 1 | 205 |
| Melica. | 1 | 144 |
| Melilotus. | 2 | 211 |
| Melissa. | 1 | 224 |
| Melittis. | 1 | 222 |
| Mentha. | 1 | 255 |
| Menyanthes. | 1 | 275 |
| Mercurialis. | 2 | 176 |
| Mespilus. | 2 | 510 |
| Meum. | 1 | 425 |
| Micropus. | 1 | 556 |
| Milium. | 1 | 159 |
| Moerhingia. | 2 | 166 |
| Molinia. | 1 | 144 |
| Molucella. | 1 | 227 |
| Momordica. | 1 | 598 |
| Monotropa. | 2 | 181 |
| Monchia. | 1 | 254 |
| Montia. | 1 | 180 |
| Moricandia. | 2 | 128 |
| Morus. | 1 | 252 |
| Muscari. | 2 | 50 |
| Myagrum. | 2 | 90 |
| Myosotis. | 1 | 261 |
| Myriophyllum. | 2 | 175 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Myrrhis. | 1 | 455 |
| Myrtus. | 2 | 509 |

*N*

| | | |
|---|---|---|
| Najas. | 1 | 171 |
| Nardus. | 1 | 109 |
| Narcissus. | 2 | 86 |
| Nasturtium. | 2 | 108 |
| Neottia. | 1 | 170 |
| Nepeta. | 1 | 259 |
| Nerium. | 1 | 277 |
| Neslia. | 2 | 90 |
| Nigritella. | 1 | 166 |
| Nigella. | 2 | 552 |
| Nothochlaena. | 2 | 425 |
| Nuphar. | 2 | 542 |
| Nymphaea. | 2 | 541 |

*O*

| | | |
|---|---|---|
| Oenanthe. | 1 | 418 |
| Oenothera. | 2 | 186 |
| Olea. | 1 | 75 |
| Onobroma. | 1 | 515 |
| Onobrychis. | 2 | 509 |
| Ononis | 2 | 186 |
| Onopordum. | 1 | 515 |
| Onosma. | 1 | 258 |
| Ophioglossum. | 2 | 455 |
| Ophrys. | 1 | 67 |
| Orchis. | 1 | 60 |
| Origanum. | 1 | 258 |
| Ornithogalum. | 2 | 79 |
| Ornithopus. | 2 | 252 |
| Orobanche. | 1 | 196 |
| Orobus. | 2 | 219 |
| Ortegia. | 1 | 101 |
| Orthopogon. | 1 | 142 |
| Oryza. | 2 | 154 |
| Osmunda. | 2 | 455 |
| Ostrya. | 2 | 598 |
| Osyris. | 1 | 127 |
| Otanthus. | 1 | 526 |
| Oxalis. | 2 | 286 |
| Oxyria. | 2 | 154 |

*P*

| | | |
|---|---|---|
| Paeonia. | 2 | 342 |
| Paliurus. | 2 | 54 |
| Pancratium. | 2 | 88 |
| Panicum. | 1 | 148 |
| Papaver. | 2 | 550 |
| Parietaria. | 1 | 251 |
| Paris. | 2 | 175 |

| | vol. | pag |
|---|---|---|
| Parnassia. | 2 | 58 |
| Paronychia. | 1 | 504 |
| Passerina. | 2 | 455 |
| Pastinaca. | 2 | 9 |
| Pedicularis. | 1 | 217 |
| Peganum. | 2 | 500 |
| Peltaria. | 2 | 95 |
| Peplis. | 2 | 47 |
| Peucedanum. | 2 | 7 |
| Phaca. | 2 | 205 |
| Phalaris. | 1 | 137 |
| Phaseolus. | 2 | 222 |
| Philadelphus. | 2 | 509 |
| Phillyraea. | 1 | 75 |
| Phleum. | 1 | 129 |
| Phomis. | 1 | 127 |
| Physalis. | 1 | 288 |
| Physospermum. | 1 | 427 |
| Phyteuma. | 1 | 289 |
| Phytolacca. | 2 | 298 |
| Picris. | 1 | 585 |
| Pilularia. | 2 | 436 |
| Pimpinella. | 1 | 415 |
| Pinguicola. | 1 | 75 |
| Pinus. | 2 | 598 |
| Pistacia. | 2 | 50 |
| Pisum. | 2 | 225 |
| Plantago. | 1 | 191 |
| Platanthera. | 1 | 65 |
| Platanus. | 2 | 595 |
| Pleurospermum. | 1 | 427 |
| Plumbago. | 1 | 257 |
| Poa. | 1 | 451 |
| Pollinia. | 1 | 478 |
| Polycarpon. | 1 | 180 |
| Polychnemum. | 1 | 101 |
| Polygala. | 2 | 152 |
| Polygonum. | 2 | 171 |
| Polypodium. | 2 | 425 |
| Polypogon. | 1 | 452 |
| Populus. | 2 | 467 |
| Portulaca. | 2 | 500 |
| Posidonia. | 1 | 101 |
| Potentilla. | 2 | 524 |
| Poterium. | 2 | 407 |
| Potamogeton. | 1 | 254 |
| Prenanthes. | 1 | 381 |
| Primula. | 1 | 269 |
| Prunella. | 1 | 225 |
| Prunus. | 2 | 506 |
| Psamma. | 1 | 480 |
| Psilurus. | 1 | 71 |
| Psoralea. | 2 | 209 |
| Pteris. | 2 | 426 |
| Pterocallis. | 2 | 97 |
| Pulmonaria. | 1 | 261 |
| Pulsatilla. | 2 | 374 |
| Punica. | 2 | 509 |
| Pyrethrum. | 1 | 565 |
| Pyrola. | 2 | 180 |
| Pyrus. | 2 | 515 |

*Q*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Quercus. | 2 | 594 |

R

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Radiola. | 1 | 254 |
| Ramondia. | 1 | 269 |
| Ranunculus. | 2 | 552 |
| Raphanus. | 2 | 92 |
| Reseda. | 2 | 502 |
| Rhagadiolus. | 1 | 594 |
| Rhamnus. | 1 | 401 |
| Rheum. | 1 | 176 |
| Rhincospora. | 1 | 101 |
| Rhododendron. | 2 | 179 |
| Rhus. | 2 | 57 |
| Ribes. | 1 | 502 |
| Ricinus. | 2 | 405 |
| Robinia. | 2 | 225 |
| Rosa. | 2 | 518 |
| Rosmarinus. | 1 | 84 |
| Rothia. | 1 | 584 |
| Rottbolla. | 1 | 142 |
| Rubia. | 1 | 185 |
| Rubus. | 2 | 516 |
| Rumex. | 2 | 155 |
| Ruppia. | 1 | 257 |
| Ruscus. | 1 | 127 |
| Ruta. | 2 | 482 |

*S*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Saccarum. | 1 | 141 |
| Sagina. | 1 | 255 |
| Sagittaria. | 2 | 408 |
| Salicornia. | 1 | 59 |
| Salix. | 1 | 86 |
| Salsola. | 2 | 26 |
| Salvia. | 1 | 80 |
| Salvinia. | 2 | 456 |
| Sambucus. | 2 | 52 |
| Samolus. | 1 | 288 |
| Sanguisorba. | 1 | 191 |
| Sanicula. | 1 | 411 |
| Santolina. | 1 | 526 |
| Saponaria. | 2 | 256 |
| Satureia. | 1 | 251 |
| Saussurraea. | 1 | 510 |
| Saxifraga. | 2 | 261 |

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Scabiosa. . . | 1 | 184 |
| Scandix. . . | 1 | 452 |
| Schoenus. . . | 1 | 102 |
| Scilla. . . . | 2 | 82 |
| Scirpus. . . . | 1 | 102 |
| Scleranthus. . . | 2 | 267 |
| Scolopendrium. . | 2 | 540 |
| Scolymus. . . | 1 | 594 |
| Scorpiurus. . . | 2 | 254 |
| Scorzonera. . . | 1 | 586 |
| Scrophularia. . . | 1 | 214 |
| Scutellaria. . . | 1 | 221 |
| Secale. . . | 1 | 141 |
| Sedum. . . | 2 | 287 |
| Selinum. . . | 2 | 5 |
| Semidopsis. . . . | 1 | 249 |
| Sempervivum. . | 2 | 504 |
| Senecio. . . | 1 | 541 |
| Serapias. . . | 1 | 66 |
| Seriola. . . | 1 | 590 |
| Serratula. . . | 1 | 515 |
| Seseli. . . | 1 | 416 |
| Sessleria. . . | 1 | 174 |
| Setaria. . . | 1 | 143 |
| Sherardia. . . | 1 | 191 |
| Sibbaldia. . . | 2 | 42 |
| Sida. . . . | 2 | 584 |
| Sideritis. . . | 1 | 242 |
| Sieversia. . . | 2 | 524 |
| Silene. . . | 2 | 268 |
| Silybum. . | 1 | 515 |
| Sinapis. . . | 2 | 127 |
| Sison. . . | 1 | 417 |
| Sisymbrium. . | 2 | 421 |
| Sium. . . . | 2 | 1 |
| Smyrnium. . . | 1 | 424 |
| Smilax. . . | 2 | 155 |
| Solanum. . . | 1 | 287 |
| Soldanella. . . | 1 | 269 |
| Solidago. . . | 1 | 540 |
| Sonchus. . . | 1 | 575 |
| Sorghum. . . | 1 | 175 |
| Sparganium. . | 1 | 109 |
| Spartium. . . | 2 | 190 |
| Spergula. . . | 2 | 285 |
| Spinacia. . . | 2 | 58 |
| Spiranthes. . . | 1 | 70 |
| Spiraea. . . | 2 | 510 |
| Stachys. . . | 1 | 252 |
| Sthaelina. . . | 1 | 324 |
| Staphylea. . . | 2 | 55 |
| Statice. . . . | 2 | 45 |
| Stellaria. . . | 2 | 274 |
| Stermbergia. . . | 2 | 89 |
| Stipa. . . . | 1 | 159 |
| Streptopus. . . | 2 | 54 |
| Struthiopteris. . | 2 | 425 |
| Styrax. . . . | 2 | 178 |
| Succisa. . . | 1 | 184 |
| Suffrenia. . - | 1 | 85 |
| Symphytum. . . | 1 | 265 |
| Syringa. . . | 1 | 74 |
| Swertia. . . | 1 | 409 |


*T*


| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Tamarix. . . | 2 | 55 |
| Tamus. . . | 2 | 154 |
| Tanacetum. . . | 1 | 531 |
| Taxus. . . . | 2 | 406 |
| Teesdalia. . . | 2 | 100 |
| Teucrium. . . | 1 | 228 |
| Thalichtrum. . | 2 | 571 |
| Thapsia. . . | 2 | 15 |
| Thlaspi. . . | 2 | 106 |
| Thelephium. . | 2 | 54 |
| Theligonum. . | 2 | 501 |
| Thesium. . . | 1 | 505 |
| Thrincia . . | 1 | 589 |
| Thymbra. . . | 1 | 227 |
| Thymus. . . | 1 | 224 |
| Thysselium. . | 1 | 427 |
| Tilia. . . . | 2 | 555 |
| Tillaea. . . . | 1 | 180 |
| Tofieldia. . . | 2 | 141 |
| Tolpis. . . | 1 | 592 |
| Tordylium. . . | 1 | 427 |
| Torilis. . . | 1 | 450 |
| Tozzia. . . | 1 | 214 |
| Tragium. . . | 1 | 416 |
| Tragopogon. . . | 1 | 584 |
| Trallesia. . . | 1 | 561 |
| Trapa. . . . | 1 | 194 |
| Tribulus. . . | 2 | 184 |
| Trichonema. . . | 1 | 99 |
| Trifolium. . . | 2 | 195 |
| Triglochin. . | 2 | 142 |
| Trigonella. . . | 2 | 256 |
| Triticum. . . | 1 | 157 |
| Trollius. . . | 2 | 565 |
| Tulipa. . . . | 2 | 65 |
| Turritis. . . | 2 | 117 |
| Tussillago. . . | 1 | 526 |
| Typha. . . . | 2 | 402 |


*U*


| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Ulmus. . . | 2 | 28 |
| Uropetalum. . | 2 | 49 |
| Urospermum. . | 1 | 586 |
| Urtica . . | 1 | 247 |
| Urticularia. . . | 1 | 79 |

*V*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Vaccinium. . . | 2 | 148 |
| Valantia. . . | 1 | 231 |
| Valeriana, . . | 1 | 92 |
| Velezia. . . | 1 | 410 |
| Veratrum. . . | 2 | 143 |
| Verbascum. . . | 1 | 278 |
| Verbena. . . | 1 | 220 |
| Veronica. . . | 1 | 73 |
| Vesicaria. . . | 2 | 403 |
| Viburnum. . . | 2 | 31 |
| Vicia. . . . | 2 | 230 |
| Villarsia . . | 1 | 273 |
| Vinca. . . . | 1 | 277 |
| Viola. . . . | 1 | 299 |
| Viscum. . . | 1 | 230 |
| Vitex. . . . | 1 | 206 |
| Vitis. . . . | 1 | 302 |

*X*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Xanthium. . . | 1 | 393 |
| Xeranthemum. . | 1 | 331 |

*Z*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Zacintha. . . | 1 | 392 |
| Zannichellia. . | 1 | 73 |
| Zea. . . . | 1 | 110 |
| Zizyphus. . . | 1 | 297 |
| Zostera. . . | 1 | 72 |

*W*

| | vol. | pag. |
|---|---|---|
| Woodsia. . . | 2 | 421 |


*Impressio absoluta est octobr. 1860.*

Tomus tertius continebit :

1. Curas posteriores.
2. Synopsim generum juxta methodum naturalem, additis ordinum naturalium characteribus.
3. Syllabum auctorum citatorum.
4. Indices.

# CURAE POSTERIORES

## IN FLORAM PEDEMONTANAM.

*Cum libri impressionem e longinquo curem, typotheta rei herbariae ignaro multi errores exciderunt, quos rogo ut lector benignus sequenti ratione emendet: leviores (non omnes forte vidi, atque adduxi) facili negotio corrigentur. Quae vero mutanda, aut addenda, vel delenda erant etiam heic inserui, distincto tamen loco.*

Pag. 5, lin. 20, piaga, lege *plagá*. — 5, 28, omnim, *omnium*. — 5, 30, ministero, *ministerio*. — 6, 10, vera, *vera*. — 6, 23, Strach, *Strack*. — 8, 25, perdit, *perdis*. — 14, 22, elaborando, *perficiendo*. — 16, col. 1, 43, spiratiiur, *spiratim*. — 18, 1, 45, CIRIPEDIUM, *CYRIPEDIUM*. — 20, 1, 2, 2loculares. *2loculares*, — 20, 1, 54, bacca 3-6sperma, *bacca 6-9spermia*. — 22, 1, 14, Racemus, *Racemus*. — 22, 1, 18, interior, *inferior*. — 22, 1, 39, ryopsis nuda, *ryopsis nuda vel*. — 22, 1, 54, subrostrata, *corticata*. — 22, 1, 69, Glyceria, *GLYCERIA*. — 22, 2, 20, exierior, *exterior*. — 23, 1, 51, 5sessilia, 3*sessilia*. — 30, 2, 36, quinqua-decaspermi, *quinque-decaspermi*. — 37, 1, 24, trilocula, *trilocula*. — 42, 1, 3, rr. *rrr*. — 42, 2, 45, locularis, 3*locularis*. — 46, 1, 15, sex, *sex*. — 46, 1, 25, monospermae, *monospermae*. — 60, 1, 19, poygami, *polygami*. — 63, 1, 58, brevicorru, *brevicornu*. — 63, 2, 29, 47, 17. — 68, 1, 39, Arachnaites, *Arachnites*. — 68, 1, 42, ommesque, *omnesque*. — 69, 2, 20, erectiusculi. *erectiusculi*. — 73, 1, 13, tenuistma, *tenuissima*. — 73, 1, 14, aviculato, *articulato*. — 73, 1, 50, atternis, *alternis*. — 73, 2, 25, suaveolentes, *suaveolentes*. — 74, 1, 1, jurvirens, *pervirens* 74, 1, 2, penioribus, *superioribus*. — 74, 1, 60, remedia, *remedia*. — 74, 2, 2, scripserit, *scripserit*. — 74, 2, 53, florlbus, *floribus*. — 72, 2, 42, coilibus, *collibus*. — 75, 1, 7, amplexi caulibus, *amplexicaulibus*. — 75, 1, 17, multifori, *multiflori*. — 75, 1, 49, calunga, *cabunga*. — 75, 1, 61, ver. *Ver*. — 75, 2, 4, BECGABUNGA, *BECCABUNGA*. — 77, 2, 38, opposite, *parallele*. — 77, 2, 48, opposite, *parallele*. — 77, 2, 51, post ciliatae, adde *semina lutea*. — 79, 1, 2, coliegi, *collegi*. — 81, 1, 51, abque, *absque*. — 87, 2, 55, YTELLINA, *VITELLINA*. — 92, 2, 3, hue, *que*. — 93, 2, 40, L., *lon*. — 93, 2, 41, c., *f*. — 94, 1, 52, infantnm, *infantum*. — 95, 1, 31, mus, *nus*. — 95, 1, 46 et 55, Dioscordis, *Dioscoridis*. — 95, 1, 49, jan, *Jan*. — 95, 2, 7, Dioscrdi, *Dioscoridi*. — 95, 2, 16, assatic, *asiatiq*. — 95, 2, 23, scabiosaefolia, *scabiosaefoliae*. — 96, 2, 48, SISYRINCHIUM, *SISYRINCHIUM*. — 97, 1, 40, Glyci, *Glycy*. — 97, 2, 59, etc., *ect*. — 97, 2, 61, haud., *hand*. — 98, 1, 26, entr., *extr*. — 98, 1, 55, 5., *s*. — 98, 2, 2, sae, *se*. — 98, 2, 36, b., *t*. — 100, 1, 6, var., *rar*. — 100, 1, 12, Maut., *mantiss*. — 100, 2, 14, 5., *s*. — 101, 1, 11, hamilis, *humilis*. — 105, 1, 5, Durae, *Duriae*. — 105, 2, 56, cysperum, *cyperum*. — 106, 2, 15, ciav., *clav*. — 106, 2, 15, b., 6. — 107, 1, 47, nuamomo, *namomo*. — 106, 2, 31, Toit, *Poit*. — 107, 2, 15, culmo, *calamo*. — 107, 2, 51, foiiis, *foliis*. — 108, 1, 37, tria, *tres*. — 108, 2, 39, te, *le*. — 109, 1, 41, f., *F*. — 109, 2, 52, siphylide, *syphilide*. — 110, 1, 12, 5., *s*. — 110, 1, 32, 5., *s*. — 110, 1, 44, quadoquen, *quandoque*. — 110, 2, 13, 5., *s*. — 111, 2, 2, nosi, *non*. — 111, 2, 25, nerviae, 1*nerviae*. — 112, 2. 17, fr., *gr*. — 112, 2, 18, Hth., *Hhh*. — 113, 2, 8, saepibus, *sepibus* et sequentibus locis, quibus simili ratione scriptum est. — 113, 2. 14, BRIXOIDES, *BRIZOIDES*. — 113, 2, 37, SCHRERI, *SCHREBERI*. — 115, 2, 40, ceis, *cteis*. — 116, 1, 61, HYBNDA, *HYBRIDA*. — 116, 2, 22, LINXII, *LINKII*. — 117, 2, 22, elengata, *elongata*. — 117, 2, 39, z., *s*. — 118, 1, 20, sobglobosis. *subglobosis*. — 118, 2, 1, cylindris, *cylindricis*. — 118, 2, 41, dodroantales, *dodrantales*. — 119, 1, 11, FAVA, *FLAVA*. — 120, 1, 14, obsitus, *obsiti*. — 120, 1, 64, 6., b. — 120, 2, 12, suut, *sunt*. — 120, 2, 52, r., *k*. — 120, 2, 30, est, *et*. — 121, 1, 11, 5foris, 5*floris*. — 136, 2, 34, reviscit, *reviviscit*. — 139, 1, 11, Ar., *Agr*. — 146, 2, 59, CARYOPHILLEA, *CARYOPHYLLEA*. — 147, 2, 40, rudimeutum, *rudimentum*. — 147, 2, 47, 1floribus, 1*floris* — 148, 1, 27, rinaquc, *rinaque*. — 153, 1, 48, b., 6. — 153, 2, 50, flor., *Flor*. — 155, 1. 7, perenui, *perenni*. — 156, 1, 30, inconstautibus, *inconstantibus*. — 159, 2, 39, fulcatum, *sulcatum*. — 160, 2. 62, distichea, *disticha*. — 161, 1, 61, lougissima, *longissimam*. — 161, 1, 63, saepium, *sepium*. — 166, 1, 35, euter., *exter*. — 167, 1, 38, aluatur, *aluntur*. — 167, 2, 27, viv:t, *vivit*. — 174, 1, 48, 144., 114. — 178, 2, 46, O-, Op. — 183, 1, 31, spedalis, 5*pedalis*. — 184, 2, 29, hrsuti, *hirsuti*. — 192, 1, 45, polysermis, *polyspermis*.

## *Addenda, mutanda, delenda.*

25. 1. post. 27. 148 bis. ACANTUS. Calyx bracteatus 4partitus laciniis oppositis minoribus. Cor. unilabiata. Labium latissimum 3lobum. Stamina incurva. Antherae incumbentes oblongae obtusae villosae. Stigma bifidum. Capsula bilocularis bivalvis dissepimento contrario retinaculis uncinatis semina fovente. loculi 1spermi. semina glaberrima.

29. 2. post 27. *aaa capsulae* 4.

209 bis. BULLIARDA. Cal. 4partitus. petala 4 Squamae lineares ad basim

petalorum. Folliculi 4 polyspermi intus dehiscentes.

42. 1. 2. rr. *Capsula 6gona. semina plana.*

448 bis. Agave. Cal. corollinus campanulato-infundibuliformis limbo sexpartito. Stamina calyci imposita exserta. Antherae elongatae versatiles. Caps. trigona utrinque attenuata 3locularis polysperma. Semina plana gemino ordine disposita.

42. 1. 3. rr.—rrr.

64. 1. 37. Apud nos scapus non est maculatus. Bracteae sunt purpurantes. Vulva porum rotundum amplum superne planiusculum et macula quadrata rosea lateribus finea rubra distinctis.

66. 2. 55. Apud nos floret majo. Germen est obovato-oblongum 3gonum angulis vittalis vittis superne latioribus intensius viridibus. Semina numerosissima elongata cylindrica, straminea medio ephippio fusco.

70. 2. post 44. Quae vivit heic *Verroni* est Spirantes aestivalis labello obovato crenulato reflexo floribus exquisite albis punctis crystallinis inspersis, leniter suaveolentibus. Fl. junio. Anthera superne posita sepala superiora spectat. sub anthera superficies stigmatodes plana, viridis, lucida: vulva alba ampla cum cavo germinis non communicans. Descriptio Smith. fl. brit. 3. 934. floris est aestivalis, foliorum est autumnalis. In nostra specie labellum accedit ad illud autumnalis: non est enim perfecte obovatum sed aequale a basi ad apicem et omnino crenulatum, quod autumnalis est. unde conjicio non esse species distinctas sed varr. ejusdem speciei, folia etiam radicalia subpetiolata, lanceolata et in hac nostra sunt.

75. 1. 16. racemi alterni. Apud nos racemi sunt oppositi. bracteae pedicellis longiores.

102. 1. post lineam 14. adde.

R. bulbifera. Zum. *Calamo tereiiusculo superne trigono retrorsum aspero basi bulbillifero foliis linearibus angustissimis carinatis supra canaliculatis margine carinaque scabris floribus fasciculato-corymbosis fastigiatis triandris setis hypogynis numerosis retrorsum aculeatis basi ciliatis radice fibrosa annua nucula obovata compressiuscula marginata.*

Radix annua fibrosa fibris albis brevibus. Calami solitarii usque pedales erecti basi foliosi superne longe nudi et retrorsum asperi teretiusculi infra vaginas aequales nequaquam tumidiusculi, graciles. Folia erecta angustissima linearia concava subtus carinata margine carinaque scabriuscula breviora calamo rigidiuscula ima breviora: vaginae rotundae laeves virides ora antrorsum aequali scariosa fusco-marginata. Ligula nulla. folia in humilioribus exemplaribus calamo longiora. Ad basim calami in axilla foliorum, et extra illam oriuntur bulbilli pulchre virentes nitidi 4-6. et plures sparsi quique et altius adscendunt, primnm breves, dein foliis evolutis elongati quique cum mater interiit et subsedit assurgentibus autumno aquis radices agunt et speciem multiplicant. Flores fasciculati fasciculis pedicellatis, altero axillari minore, altero calamum terminante. Folium quod fasciculo minori adstat illo longius est. Corymbus superior bifidus corymbulis longitudine aequalibus, altero minore. In bifurcatione folium est angustissimum simile foliis ceteris et corymbos paulo superans. Corymbus major iterum iterumque bipartitur. Involucelli filiformes virides abbreviati in singula bifurcatione. Spiculae albae demum sordide stramineae brevi pedicellatae oblongae acutae teretiusculae biflorae squamis imis duabus brevioribus sterilibus albis, nervo medio prominulo in mucronem vel aristam longiusculam excurrente. Valvae albae pellucidae scariosae concavae oblongae acutae uninerviae nervo albo in mucronem excurrente. Stamina tria. Antherae lineares elongatae luteae. Filamenta longa alba. Stigmata duo longa filiformia demum fusca. Nucula obovata compressiuscula hinc turgidior primum viridis nitida demum sordide straminea apiculata basi styli, pulchre marginata, margine tumidulo. Setae numerosae aequales 8-12. gluma breviores basi ciliatae ciliis sensim decrescentibus. Herba certissime annua. Folia non sunt plana. Nucula laevissima neutiquam tuberculato-punctulata, neque olivacea ut in R. alba. Floret julio, augusto. Septembri fructus maturi sunt. Copiosam unice inveni in arvo quod est inter *Valdengo*, et *Piatto* in agro *bugel* vix transacto rivulo dicto *la Guargnasca* apud pistrinum di *Valdengo*, in paludibus fundo arenoso stratis quibus Drosera etiam rotundifolia vivit. Stirps certe nova est, autumno interit et in fundo paludis tunc aridae subsidet assurgentibus demum autumnalibus aquis bulbilli radices agunt et speciem multiplicant. Bulbilli in chartis herbarii vivunt per longum tempus, et post annum in aquam demersi radices egerunt.

107. 1. post 53 adde. Radix in exemplaribus meis extus nigra intus alba

Squamae magnae striatae lacerae. Radix neutiquam stolonifera dici potest, omnino enim subterra est, pennam anserinam vix excedit. Calamus inferne foliosus laevis. Vaginae imae aphyllae fusco-rubrae, striatae. Folia superne margine carinaque retrorsum aspera calamo breviora. Spicae longe pedunculatae altera sessili pedunculis inaequalibus tuberculo insidentibus basi involucello proportionali fultis hinc convexiusculis, inde concaviusculis ad tertium supra basim ochreatis ochrea tubulosa oblonga scariosa albida oblique secta. Foliola involucri tot quot pedicelli. Longiora pedicellis longioribus adstant. Etiam spica sessilis involucrum habet. Spiculae subpedicellatae basi involucello brevi scarioso fulciuntur, usque 4oflorae. Squamae oblongae obtusiusculae apice mucronatae vel retusae vel bidentatae concavae carina pulchre virentes dein albidae marginibus latis rubro-ferrugineis. Filamenta non sunt longissima, ut scribit Kunth. Antherae aureae lineares elongatae. Nullam appendicem earum ferrugineam vidi.

139. 1. 22. In exemplaribus circa *Bugellam* lectis pennicillus corollam fere aequat inferne neutiquam nudus pilis albis longis distichis. Radix parce repens. Culmus usque bicubitalis caespitosus basi vaginatus vaginis aphyllis. Folia ima, et suprema breviora. Ligula longiuscula demum fissa utrinque ad basim vaginae barbata pilis brevibus.

141. 2. 43. Cf. Ragazzoni *Repert. d' agricolt.* 1850. nov. 383.

145. 2. 54. Herba glauca scabra. Radix neutiquam repens. Culmi retrorsum scabri. Ligula longa alba hyalina, lacera, decurrens in latera vaginae.

153. 1. post 47. *c. radice annua.*

173. 1. post 62. Varietas occurrit ubique in pratis, et pascuis alpinis nostris, foliis omnibus mucronatis pungentibus filiformibus. In alpibus apud nos dicitur *Sioun.*

184. 1. post 63. Varietas *foliis imis lyrato-pinnatifidis superioribus integris.* Virtus omnino eadem ac Scabiosae arvensis, sudorifica ei est, actuosissima. Vidi puellam ab octo mensibus amauroticam, quae sumptis in jusculo foliis Scabiosae sylvaticae uberrimis obortis sudoribus praesertim ex capite omnino sanata est.

190. 2. post 2. Flores tenerrimi apud nos tubos habent basi neutiquam hirsutos, sed bracteae ovato-lanceolatae inaequales longe ciliatae ciliis albis raris fucum forte fecerunt. Corollae pallide carneae, laciniis demum revolutis. Stylus fere usque ad medium bifidus laciniis inaequalibus divaricatis filiformibus. Radix luteo-crocea potiusquam rubra.

Speciem Silenis, ut mihi videtur, novam, heic subiicio, ut de ea judicium botanicorum explorem.

SILENE POLYTRICOIDES. Zum. S *Caule herbaceo brevissimo, ramosissimo pulvinato foliis linearibus planis latiusculis obtusis basi connatis ciliatis enerviis subimbricatis ramis unifloris, floribus dioicis sessilibus, calycibus glabris subcampanulatis laciniis ovatis patulis lineari-oblongis integris non coronatis capsulis 6valvibus calycem aequantibus stylis tribus.*

Herba perennis vix pollicaris. Flores rosei parvi difformes a Silenis. Petala enim quanquam conformia sunt omnino irregulari modo disposita ut flores Lobeliam potius referant, quam Silenem. Facies omnino musci est et quodammodo refert pulvinar Polytrichi vulgaris. Prorsum diversa est a Silene acauli etiam prima fronte. In hac folia sunt lineari-subulata, in nostra plana brevia obtusa imbricata apice rosulata. Petala neutiquam coronata lineari-oblonga integra, neque unguiculata. Ceterum icc. Allionii et Barrelieri omnino alienae sunt. Unde speciem novam et certe distinctam habeo. Legi in medio monte *S. Bernardi* in summa *Valle Augustae praetoriae.* Flores masculos reperire non potui.

New York Botanical Garden Library
QK 332 .Z85 t.1-2 gen
Zumaglini, Antonio/Flora Pedemontana : s
3 5185 00026 3085